

*Migne, Jacques Paul*

# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,  
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS,  
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

### RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA  
ECCLESIAE SÆCULÆ ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DOCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGVAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

### SERIES LATINA PRIOR,

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE LATINÆ  
A TERTULLIANO AD INNOCENTIUM III:

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUS COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DECENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPplici EDITIONE TIPS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPECTITUR, ET AD NOVEN ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE NERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLI-TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRÆ ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL, EANDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEN VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTE CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

### PATROLOGIÆ LATINÆ TOMUS LXXXVIII.

VENANTIUS FORTUNATUS, DEFENSOR, EVANTUS, ARCULFUS, ADAMANUS,  
CRISCONIUS, TRES INCERTI AUCTORES; ETC.

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER  
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIINA.

BR  
60  
.M4  
t.88

## AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 21 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées : aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieuse, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Ecriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucunes des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les correcteurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une révision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on clique. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et un plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'in vraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver en dix-huit mois d'étude, une seule faute dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzburg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre une seule faute, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesmes, et M. Bonetly, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

M'algère ce qui précède, l'Editeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivaux, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRES COÛP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle de Venise*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra rendre que ceux qui porteront en tête le *Paris typographique*. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; mais du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hebreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet avis par les réflexions suivantes: Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications d'Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs de Rome*, le *Gerdil de Naples*, le *Saint Thomas de Parme*, l'*Encyclopédie religieuse de Munich*, le recueil des *déclarations des rites de Bruxelles*, les *Bollandistes*, le *Suarez* et le *Spicilège de Paris*. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, ou s'engoulaient les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Editeurs se préparent au *Bulletin universel*, aux *Décisions* de toutes les Congrégations, à une *Biographie* et à une *Histoire générale*, etc., etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites ou qui se feront encore.

SÆCULUM VIII. ANNUS 700.

# VENANTII FORTUNATI,

PICTAVIENSIS EPISCOPI,

## OPERA OMNIA

JUXTA MEMORATISSIMAM AMPLISSIMAMQUE EDITIONEM

D. MICHAELIS ANGELI LUCHI RECENSITA.

SEQUUNTUR

DEFENSORIS MONACHI, EVANTII ABBATIS,

SANCTORUM ARCULFI ET ADAMANI,

NECNON

CRISCONII EPISCOPI AFRICANI, TRIUMQUE AUCTORUM,

QUORUM UNUS, VERO LATENTE NOMINE, **MAGISTER** AUDIT, ALII AUTEM PRORSUS SUNT ANONYMI,

SCRIPTA QUÆ SUPERSUNT UNIVERSA,

NOVA NUNC ET ACCURATIORI EDITIONE DONATA.

TOMUM CLAUDUNT

## MONUMENTA ECCLESIASTICA

SÆCULORUM VII ET VIII QUASI INTERMEDIA.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

**BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,**

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

TOMUS UNICUS.

---

VENIT 3 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER  
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1862

# ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO LXXXVIII CONTINENTUR.

## VENANTIUS FORTUNATUS.

<i>Epistola dedicatoria.</i>	col.	9
<i>Præfatio.</i>		9
<i>Vita Venantii Fortunati, Pictaviensis episcopi.</i>		49

### OPERUM PARS PRIMA.

Miscellaneorum Libri undecim.		59
De Vita S. Martini Libri quatuor.		363
De excidio Thuringiæ Libri tres.		427

### OPERUM PARS SECUNDA.

Vita S. Hilarii, episcopi Pictaviensis.		439
Vita S. Germani, Parisiensis episcopi.		453
Vita S. Albini, episcopi Andegavensis		479
Vita S. Paterni, Abrincensis episcopi.		487
Vita sanctæ Radegundis reginæ.		497
Vita S. Amantii, Ruthenensis episcopi.		513
Vita S. Remigii, Rhemensis episcopi.		527
Vita S. Medardi, episcopi Noviomensis et Tornacensis.		533
Vita S. Marcelli, episcopi Parisiensis.		541
Vita S. Leobini, Carnotensis episcopi.		549
Vita S. Maurilli, episcopi Andegavensis.		563
Passio SS. martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii.		577
Expositio Fidei catholicæ.		583
Versus inediti.		591

## DEFENSOR, LOCOCIAGENSIS MONACHUS.

<i>Notitiæ.</i>		595
Scintillarum liber, sive Locorum communium et Sententiarum per capita 80 collectarum ex sacra Scriptura et SS. Patribus.		597

## EVANTIUS ARBAS.

<i>Notitiæ.</i>		717
Epistola contra eos qui sanguinem animalium immundum judicant, et carnem mundam dicunt.		719

## SS. ARCULFUS ET ADAMANUS.

<i>Notitiæ.</i>		721
S. Adamani de Vita sancti Columbæ Libri tres.		725
Ejusdem de Locis Sanctis Libri tres, ex Relatione Arculfi, episcopi Galli.		779
Ejusdem Canones.		815

## CRISCONIUS, AFRICANUS EPISCOPUS.


<i>Notitiæ.</i>		815
Breviarium canonicum, seu Canonum Concordia.		829

## AUCTORES INCERTI.

Regula ad Monachos.		944
Regula ad Virgines.		1053
Sermones de decem Virginitibus.		1071

## VARII.

Monumenta ecclesiastica sæculorum VII et VIII. — Postremorum regum primæ stirpis Francorum ecclesiasticæ et piæ Donationes ultimæ.		1079
Donationes ac Testamenta pia, Fundationesque episcoporum, abbatum, majorum domus, ducum Franciæ Francorumque illustriorum, usque ad finem stirpis secundæ.		1155
Indices Rerum.		1319



## EPISTOLA DEDICATORIA.

*Illustrissimo ac reverendissimo domino D. Nicolao Antonio Justiniani ex Benedictino Casinensi monacho, episcopo Patavino, Michael Angelus Luchi ejusdem sodalitatii monachus S. P. D.*

Tibi omnino tuoque nomini, præsul illustrissime ac reverendissime, hoc operis debebatur : quod si nunc publicam in lucem prodit, tibi prorsus acceptum est referendum. Tu enim illius cum aggrediendi et inchoandi mihi auctor, tum in absolvendo perficiendoque adjutor et auspex omni tempore exististi : non solum curam et sollicitudinem impendens, sed etiam suppeditans sumptus necessarios. Quamobrem, etsi nulla alia forte esset causa ob quam tuo nomini hic meus labor nuncuparetur, satis illa una omnibus, saltem æquis rerum æstimatoribus, justa et consentanea videretur. Cum autem eodem accedat ut tam insignia tamque illustria ornamenta sive familiæ et generis, sive gradus et dignitatis, sive animi et ingenii, ad te cohonestandum extollendumque mira consensione conspiraverint, quanta difficile in ullo alio homine reperire quis possit, vel optandum mihi fuit summopere ut auspiciis tuis et patrocinio hoc qualecunque opus meum et labor decoraretur. Ac sane si genus, et familiam, a qua ortus es, spectare velim, hæc inter Venetas patricias domos vetustissima, et nobilissima numeratur, a qua et reipublicæ gerendæ gravissimi sapientissimique moderatores omni tempore dati sunt; et Ecclesiis administrandis navi et industrii præsules; et cælo plures heroes nati, egregia pietate, et religione conspicui. Si vero dignitatem tuam et locum considerem, illi præes Ecclesiæ quæ merito tot aliis splendore, vetustate, pastorum serie, virtute, numero, prærogativisque, cæteris præluceat et antecellit, ut proinde eam dignitatem, quæ vel aliis Ecclesiæ principibus, sive pastoribus communis tecum est, illius quam tenes sedis amplitudo splendidior in te faciat quodammodo, atque augustiorem. Postremo animi tui, et ingenii ornamenta cum editi a te libri, omni liberaliore disciplina repleti, et industria perpoliti, tum imprimis in Ecclesia tua regenda pascendoque grege sollicitudo, diligentia, in pauperes liberalitas, et in amplissimo xenodochio Patavii extruendo studium et munificentia, satis probant et ostendunt. Quæ profecto singula ejusmodi sunt ut per se sola cum veram solidamque laudem tibi pariant, tum vel alteri, qui tuo fruatur patrocinio, plurimum lucis et fructus ad commendationem laboris et ingenii afferre possint. Hisce illud etiam adjungitur quod Venantius Fortunatus, cujus poemata scriptaque alia hisce duobus voluminibus comprehensa edimus, Duplavili ortus [qui locus ad tuam diocesim pertinet] te patronum et auspiciem quodammodo desiderare videatur, ut qui olim vivens in Galliis Gregorio Turonensi, doctissimo viro, et amicissimo suo, tunc temporis primariæ sedis antistiti, poemata sua dicarat et inscripserat, idem post fata tanquam reviviscens nova Operum suorum Editione, te patronum merito efflagitet et exposcat; cujus ditioni et auctoritati, ob sedis quam tenes amplitudinem, natale ejusdem solum subijcitur. Quæ cum ita sint, hoc opus, quod tuo nomine insignitum publicam in lucem prodit, sic excipias velim, ut et tanquam debitum tibi munus respectes, et una offerentis animum amplectaris; qui cum multis nominibus observantiæ, obsequii, devotique animi obstrictus tibi sim, tum vel illa majoris officii causa accedit, quod idem Casinense sodalitium me educarit, instituerit, confoverit, cujus tu quoque familiæ olim adnumeraberis, licet postea pro vitæ innocentia, et merito, ad majus Christiænæ reipublicæ bonum, Ecclesiis Torcelensi primum, deinde Veronensi, ac postremo Patavinæ regendis evocatus, monasterii silentium ac solitudinem cum frequentissimarum Ecclesiarum atque sedium splendore et celebritate commutaveris. Ego vero cum aliquo testimonio meam erga te observantiam necessitudinemque, ex iis quas dixi causis profectam, contestari jam pridem exoptarem, hoc aptissimum visum est, quod litterarum monumentis expressum, et in vulgus editum, nec latere quemquam posset, et nostris temporibus superstes vel ad seram posteritatem perveniret. Interea quamvis procul absint corpore, longis terrarum spatiis dissitus, tamen præsens animo, sacras tibi manus obsequentissime deosculor.

Romæ, Nonis Juliis 1736.

## PRÆFATIO.

Cum novam hanc Venantii Fortunati Operum Editionem aggressi fuerimus illustrissimi ac reverendissimi domini Nicolai Antonii Justiniani, ex monacho Benedictino Casinensi episcopi Patavini, jussu ac consilio, quænam causa clarissimum ac doctissimum v. n. am impulerit ad novam procurandam Fortunati Operum Editionem, haud erit alienum paucis hic referre. Ac primo neminem latet, qui vel paululum in studiis antiquitatis versatus sit, quantum subsidii ac luminis e scriptis Fortunati ad historiam vi sæculi, ad præcipue Ecclesiæ regni que Galliæ, illustrandam petere omnes consueverint. Vir enim ille, et doctrina, et pietate suæ ætatis, clarissimus, cum præcipuis Galliæ præsulibus qui aut sanctitate aut eruditione

404

præstiterunt, præterea cum pluribus aliis regni illius proceribus ac principibus viris conjunctis amicis, una gratia, quin etiam ipsis regibus qui tunc temporis in Gallia rerum potiebantur, ac regis eorum familiis, gratus acceptusque, multa de his atque ad hosce scripsit sive soluta, sive metrica oratione, quæ et ad privatas illorum res ac fortunas, et ad publica negotia, ac totius regni statum illustrandum, pertinerent. Quocirca tuto illud affirmare possim, plurium jam sive episcoporum illius temporis, sive procerum regni Galliæ, nomina ac res gestæ perpetua in oblivione jacuissent, nisi eadem suis litteris Fortunatus seræ posteritati prodidisset. Hujusce carmina cum eorum nomina, ac sedes ab oblivione vindicarent, tum ad notandas signandasque temporum rationes quibus aut ipsi vixerunt, aut aliquid memoria dignum in eorum urbibus ac provinciis accidit, plurimum luminis adjumentique afferunt. Hinc mirum esse non debet ex hoc fonte omnes fere hausisse qui de Galliæ rebus deinceps ulla ætate scripserunt. Jam vero nec pauca, nec parva, aut obscura, ea sunt quæ ad religionis ipsius dogmata confirmanda et vindicanda ab heterodoxorum ingeniis ac novis commentis e Fortunati Operibus sumi possunt : quæ, haud sane contemnendæ antiquitatis testimonio et auctoritate comprobata, ad refellendas eorumdem calumnias valere plurimum debent. Adde his cultioris elegantie venustatem, quæ passim in ejusdem Fortunati scriptis expressa deprehenditur, ut non una, sed pluribus de causis non minimum intersit, si cujusquam alterius, certe vel Fortunati ipsius Opera, quam fieri potest maxime, illustrata, emendata et aucta publicam in lucem proferri.

Cum autem plures ea in re elaboraverint, ac sæpe sæpius eadem edita ac novis accessionibus aucta fuerint, nescio tamen quomodo majus illa lumen, omnium pene votis ac judicio, desiderare videbantur. Ac profecto quæ primum Editio Operum Fortunati Calari in Sardinia anno 1573 perfecta est, nihil continet aliud quam ejusdem hymnos, Cassandri opera emendatos, ac pristinae, ut is proficitur, redditos integritati. Exemplar vero Operum ejusdem item Calari, consequente anno, opera ac studio Jacobi Salvatoris Solani, typis Nicolai Canyelles, editum est, octo in libros distributum; verum, doctissimorum hominum judicio, mancum illud ac mutilum, tum innumeris prope mendis depravatum et corruptum. Quod in Venetam quoque Editionem, apud hæredes Jacobi Simbenil, an. 1578, translatum, iisdem atque etiam pluribus mendis infectum ac deforme prodit. Idem rursus Calari, an. 1584, et Coloniae, an. 1600, recusum, additis etiam Expositionibus in Symbolum et Orationem Dominicam, nihilo defæcatus ac purius exstitit. Hæc inter Parisiense exemplar, quod in tomum VIII Bibliothecæ veterum Ecclesiæ Patrum insertum est, et editum Parisiis, cæteris omnibus librorum numero, anteibat; id ipsum tamen multorum poematum jactura lacerum, ac mutilum, et perversa vitiosaque lectione, pluribus in locis, depravatum, diligentiores auctoremque Editionem poscere videbatur. Hanc aggressus est vir P. Christophorus Browerus, e societate Jesu, perfecit atque edidit Moguntiae, anno 1603, typis Balthasari Lippii; et eandem renovavit emendavitque an. 1617, item Moguntiae editam sumptibus Bernardi Gualtheri, bibliopola Coloniaensis, excudente Joanne Volmario. Hæc certe Editio Operum Fortunati, cæteris omnibus, quæ antehac elaborata fuerant, auctor, diligentior, et ornatio apparuit. Is enim, ope mss. Codicum, et plura quæ antea edita non fuerant exemplari suo addidit, et quæ innumeris pene scatebant erroribus diligenter emendavit. Quam ad rem tribus præcipue mss. se usum testatur, fide dignissimis : Trevirensi uno, altero (cui is plus quam cæteris pretii tribuit) ex abbacia San-Gallensi, ac tertio ex abbacia Sigeburgensi; quin et fragmentum ms. Codicis item Trevirensis Ecclesiæ, et aliud ms. fragmentum Cusanum refert in manibus se habuisse. Præterea exemplar suum contulit cum Editio Calaritano, Veneto, Parisiensi in Bibliotheca Patrum, Georgii Fabricii in Poetis Sacris, addiditque vetus ms. et raræ notæ Friderici Tiliobrogæ, et librum ms. Theodori Pulmanni Craneburgii, ab ipso Theodoro cum antiquis libris diligenter collatum, ac descriptum an. 1570, et varias lectiones ad marginem expressit. Hanc autem Editionem suam Browerus cum elucubrata a sese Vita Fortunati, tum prolixis notis exornavit, atque auxit, ut vere is de Fortunato nostro præclare meritis dici et haberi possit. Broweri exemplar cum Vita Fortunati recusum fuit deinde Lugduni an. 1677, in Bibliotheca veterum Patrum, nonnullis tamen mendis (ut ipse ex collatione cum exemplari Broweriano, edito Moguntiae anno 1617, cognoscere potui), typographorum incuria, passim resperum.

Porro etsi Broweriana Editio cæteris omnibus quæ ad illud usque tempus prodierant felicior et absolutior fuerit, erant tamen adhuc nonnulla quæ eidem addenda, aut emendanda, aut accuratius notanda, videbantur. Nam et carmina quædam, quæ Broweri ætate erant ignota, aut certe in ejus manus minime pervenerant, postea in lucem prodire, quæ, hac illac alienis in operibus dispersa, colligenda fuerant, ac Browerianæ Editioni attextenda; tum pleraque, soluta scripta oratione, quæ Browerus Editioni suæ adjungenda non censuit, cæteris Fortunati Operibus merito addenda videbantur, ut quotquot, sive carmine, sive prosa, ab eodem elucubrata accepimus, uno opere universa comprehenderentur. Jam vero notæ illæ quibus idem Browerus Venantii Fortunati scripta ornanda et illustranda existimavit quamvis doctæ plerumque et eruditæ, eadem tamen qua nimium prolixæ, qua vero mancæ et jejunæ, aut, temporum notandorum errore, ac perturbatione rerum, falsæ interdum ac mendosæ, alterius manum et diligentiam efflagitabant.

Hæc itaque de causis illustrissimus et reverendissimus (quem superius commemoravi) Nicolaus Antonius

Justinianus novam Operum Fortunati Editionem procurandam censuit, atque id muneri mihi demandavit, qualescunque demum ad illud perficiendum vires asserre potuerim. Ilinc enim cum utilitatis plurimum ac fructus, ut supra innui, ad religionem confirmandam, et illius temporis memoriam illustrandam, ad litteras denique ipsas ornandas, proventurum existimavit, tum Patavinæ Ecclesiæ (quam egregia sollicitudine ac diligentia pascit et regit) non minimum decoris et luminis accessurum est arbitratus, cujus ad diocesim pertinet Duplavis quam, nativum esse Fortunati solum certissima et gravissima monumenta (ut ejusdem in Vita ostendemus) confirmant.

Nunc, ut laboris mei et operis quod in conferendis, illustrandis, augendis Venantii scriptis posui reddam rationem aliquam, ac quamdam totius Editionis quam sum aggressus faciem seu formam ob oculos ponam, Broweriani quidem exemplaris, ac laboris quidquid erat retinendum ac servandum, retinui. Hoc sane per me cl. viro sit, ut erit semper, non vulgari laudi, quod tot Fortunati poemata, quæ antea omnium in ignoratione versabantur in veterum bibliothecarum latebris et occultis recessibus investigarit, emendaverit, protulerit, quæque jam fuerant edita ad mss. Codicum auctoritatem et fidem probarit, castigaverit, correxerit. Quamobrem Browerianum exemplar, quod is, ut superius dixi, ad optimæ notæ Codices mss. exegerat, in nostram hanc Editionem integrum transtulimus, rati eorum Codicum lectiones, quas ipsi in manibus habere non potuimus, satis in illo indicari et exprimi; si quid vero fuit quod minus placeret, et aliunde melius suppleretur, maluimus adnotare quam Broweriano in textu, secus atque edipsum fuerat, aliquid immutare. Quocirca Editio hæc nostra duplex veluti exemplar continet, et quod primum Browerus edidit, et quod nos ipsi, meliores lectiones indicando, adjunximus.

Omnia siquidem Fortunati Opera, quæ primo volumine continentur, cum tribus mss. Codd. Vaticanis, olim bibliothecæ Palatinæ, et iis integris, quam potuimus diligenter contulimus, quos circa nonum fere sæculum, aut decimum, exaratos fuisse conjecimus. Quin et ex laceris derosisque membranis, si quod Fortunati poema aut fetum alium præ se ferre visæ sunt, quidquid varium in lectione fuit excerpimus, ac suis locis sedulo subscripsimus. Cum autem in tribus iis quos commemoravi mss. Codd. omnibus desiderarentur carmen 6 l. viii, et quatuor libri de Vita sancti Martini, hæc nobis suppeditavit alius non inferioris antiquitatis Codex item bibliothecæ Vaticanæ ad quem ipsa conferre potuimus.

Quin etiam Calaritanæ Editionis exemplar, quod Venetiis editum est, ut superius diximus, anno 1578, per hæredes Jacobi Simbenii, ad Broweri exemplar iterum contulimus, quæque ab eo minus animadversa ac notata fuerant, cum cæteroquin digna animadversione nobis visa sint, adnotavimus, cum ab innumeris prope mendis quibus illa scatet Editio diligenter eadem secrevissemus. Neque vero, si in ulla Editione alia varium aliquid invenimus, negligendum existimavimus.

Jam vero quæ ad notitiam nostram pervenire potuerunt, poemata Fortunati, quæque deerant in Broweriana Editione, huic nostræ adjunximus. Ita l. ii, c. 10, atteximus hymnum a Fortunato nostro scriptum in sanctum Dionysium martyrem, primum Parisensem pontificem, quem edidit cl. Dubletius in Antiquitatibus San-Dionysianis. Eodem l. ii adjunctum est carmen 8 in sacrum baptismum, et 9 in laudem chrismatis, item scripta a Fortunato, uti suis locis adnotavimus; tum carmen 21, scriptum in laudem sancti Martialis, primi Lemovicini episcopi, quod ad hoc usque tempus Florentiæ in Laurentiana bibliotheca exaratum in Codice sæculi xii inemptis delituit, ac primum Romæ editum est an. 1783, in *Anecdotes litt.*, vol. IV, excedente Antonio Fulgonio. Præterea duos hymnos, quibus Ecclesia utitur in Festis beate Mariæ virginis, quorum unus incipit *Quem terra, pontus, æthera, alter vero Ave, maris Stella*, ex Hymnario cl. card. Tomasi excerpimus, in quo sub nomine Venantii Fortunati legitur; et lib. viii, sub capp. 4 et 5, inseruimus. Eidem libro addidimus carmen 8, quod in uno Cod. Vat. exstabat ad calcem Operum Fortunati; quod quia stylum et indolem Fortunati ipsius in scribendo sapere visum est, in nostram hanc Editionem duximus transferendum. Quanquam illud pluribus mendis ex imperitia amanuensium aspersum vix emendari posse videbatur; ac revera, quamvis pleraque integritati suæ restituta a me sint, adhuc sunt aliqua quibus corrigendis nulla conjectura probabilis afferri potuit. Item, c. 9 l. x addidimus carmen scriptum in laudem Childeberti regis, quod cl. Mabillonius ediderat veterum *Analect.* t. I, pag. 560, et in fine lib. xi adteximus poema recitatum, uti videtur, a Fortunato in conventu monialium mon. Pictav., forte eo die quo episcopus inauguratus est: quod nobis suppeditavit derosa scheda, adjuncta uni e Codd. Vat., uti suo loco indicavimus.

Altera vero Editionis nostræ pars complectitur Vitas sanctorum, quas a Fortunato elucubratas veterum testimonia, ac styli affinitas prodiderunt; quæque hactenus varios apud tractatores dispersæ, nunc primum (quod quidem ego sciam) cum cæteris Fortunati Operibus collectiæ in lucem prodeunt. Harum alias ex Actis sanctorum ordinis sancti Benedicti sumpsimus, alias Bollandistar, sive auctores alii, nobis suppeditarunt, uti suis locis diligenter indicavimus. Quin et doctissimas notas, quibus easdem sanctas et ornatas a clariss. Editoribus invenimus, subscribere visum est; aliquas etiam de nostro, ubi opportunum videbatur, adjecimus. Addidimus et Acta passionis sancti Dionysii episcopi Parisiensis, quæ edidit cl. Besquetus in *Histor. Eccl. Galliæ*, p. 2, et una protulimus rationes quibus Adrianus Valerius adversus Lau-noium ostendere conatur fuisse illa a Fortunato elucubrata.

Postremo loco posuimus Symbolum, vulgo Athanasianum, ac scriptum in illud expositionem quam cl.

Muratorius Anecd. t. II, pag. 212, protulit, ex membranaceo Codice bibliothecæ Ambrosianæ erutam, e quibus alterutrum ipse Fortunato nostro attribuendum forte censet, ac momenta quibus idem opinionem suam tuetur attulimus, et quid sentiremus ipsi ostendimus.

Quod vero attinet ad notas Broweri in poemata Fortunati, erat quidem in animo integras eas-lem ad-dere huic nostræ Editioni; sed cum nimia earum et sæpe inutilis prolixitas absterruit, tum errores in quos interdum lapsus deprehenditur, ab illo consilio nos plane avocarunt. Satius itaque duximus e Bro-wero ea seligere quæ ab errore erant remota, et quæ ad lucem aliquam rebus afferendam opportuna visa sunt, a viri cl. eruditione profecta, quam promiscue omnia subjicere. Quibus autem in locis sive Browerus ipse, aut quispiam alius falli visus est, iudicium nostrum, ut potuimus, declaravimus, eandem operam, si quid vel ipsi, ut homines, hallucinati fuerimus, bono animo ab aliis expectantes.

Ac quidquid ad Fortunati ipsius Opera illustranda pertinere poterat, et ad scientiam nostram pervenit, undique hausimus, et excerptimus, singulorum nomina a quibus mutuati sumus aliquid fideliter ac sine in-vidia ascribentes. Quam ad rem Greg. Tur. in primis, nostro Fortunato coævus, tum alii rerum Gall carum scriptores magnam opem nobis attulerunt. Browerus etiam ad Germaniæ loca, quorum meminit Fortunatus, notanda et designanda plurimum adjumenti contulit; cujus auctoritati, quod ille iis ipsis in locis cum illa scribebat versaretur, plurimum tribuimus, atque ideo non dubitavimus integra ejusdem testimonia aliquando exscribere.

Hic autem erat locus fortasse ut ea expenderemus quæ in Operibus Fortunati dubia interdum et obscura occurrunt; sed maluimus singula suis in locis revocare ad examen, ac quid de ipsis sentiremus proferre, quam inde legentes abstrahere, et ad loca alia amandare.

Illud potius indagandum modo videtur, quænam ex his quæ a Fortunato elucubrata accepimus Operibus temporis injuria deperdita sint, aut quænam diversis titulis ornata a veteribus, alia cuiquam videri possunt, quam quæ in manibus jam habemus, licet non iisdem *επιγραφαῖς* inscripta. Paulus Diaconus, Hist. Long. lib. II, num. 13, narrat hymnos singularum festivitatum a Fortunato fuisse concinnatos; ac Trithemius, in lib. de Scriptor. ecclesiasticis, texens elenchum Operum Fortunati, hymnos LXXVII enumerat, colligatos unum in volumen, quos ab ipso Fortunato scriptos fuisse commemorat: quorum primum ponit illum qui in nostra Editione exstat cap. 3 l. b. VIII, quique incipit *Agnoscat omne sæculum*, etc. At nos perpaucos admo-dum hymnos quos quidem a Venantio conscriptos noverimus habemus, atque illos passim dispersos inter cætera Fortunati Opera, ut eisdem minime esse judicandum sit de quibus Paulus Diac. et Trithemius lo-quantur. Quocirca vetustate illos deletos fuisse judicandum est, aut incognitos adhuc uspiam jacere, aut vero illos alienis sub nominibus venditari. Browerus tamen nullo modo assentitur tot a Venantio conscri-ptos hymnos fuisse quot recenset Trithemius, cum universi, ait, quos Ecclesia per annum recitat, XII, aut non multo plures, sint, quorum plerosque ad suos auctores tuto referre licet, perpaucos ad Fortunatum. Perinde atque non tempore Pauli Diaconi passim in Gallia hymni plures a Venantio nostro elucubrati ad sanctorum festa celebranda et deinceps adhiberi potuerint, quorum in locum, ut sæpe fit, alii suffecti sint, aut, ab aliis castigati et restaurati, dici Fortunati apud plerosque desierint, qui collecti a quopiam unum in volumen, ad Trithemii usque ætatem permanserint. Certe hymnus scriptus a Fortunato in sanctum Diony-sium martyrem (de quo supra locuti sumus), conscriptus, ut videtur, ad usum Ecclesiæ Parisiensis, is dein-ceps obsoletus, et expunctus ex hymnorum catalogo, omnibus ignotus, tandiu jacuit in pulvere ac tenebris quoad clar. Dubletius eum erueret, atque ederet in Antiq. San-Dionysian's. Item vetustus Codex cl. card. Tomasi duos hymnos scriptos in laudem beatæ Mariæ virginis, ac perpetuo usu ab Ecclesia usurpatos et retentos, Fortunati esse ostendit, ut supra diximus.

Sigibertus etiam, in lib. de Script. Eccles., cap. 45, mentionem facit Hodoeperci Fortunati, quod opu-sculum incertum est utrum ne perierit, an unum sit ex iis aliquod quæ exstant, et in quibus Fortunatus ipse iter ullum suum, vel quod ex Italia in Galliam, vel per Galliam quopiam aut Germaniam, contenderat, describit. Illud ipsum Hodoeporicon indicare videtur Paulus Diaconus, cum affirmat sæpius citato loco Ve-nantium suis in carminibus iter, quo in Galliam profectus est, narrare. Nisi is forte illam carminis partem voluit innuere qua Fortunatus, lib. IV Vitæ sancti Martini, libello suo, quem e Gallia mittens in Italiam, poetico more alloquitur, iter quod tenere debet ostendit, ea ipsa loca per quæ ipse ex Italia in Galliam per-gens transierat conversa ratione commonstrans. Ac profecto nomina civitatum ac regionum quæ illic com-memorantur his apte respondent quæ Paulus percenset. Vel Trithemius memorat Hodoeporicum Fortunati cum hoc titulo: *Hodoeporicum viæ suæ, liber 1*, atque illud a lib. IV Vitæ sancti Martini videtur sejungere. Potest aliquis suspicari Hodoeporicon illud, de quo Trithemius et Sigibertus, esse carmen 10 lib. X, in quo is prolixè iter quo Mettas pervenerat, ad Childebertum regem, et inde digressus una cum regia familia et comitatu, Mosellamque et alios fluvios ingressus, circumpositas urbes et oppida lustraverat, enarrat: quæ suspicio haud videtur esse improbanda. Browerus putat indicari a Trithemio carmen 27 l. XI, quod est scriptum ad Agnetem, et Radeg., quodque inscribitur *de itinere suo*. Quanquam mirum cuiquam videri potest tam breve carmen libri nomine censi. At Giralduus, in Hist. de Poetis, dial. 5, Hodoepor. Fort. videtur con-fundere cum poemate quod ipse scripsit ad Justinum imp. et Soph. Aug., nomine Radegundis. Nam cum is inter Opera Fortunati recensuisset carmen de Excid. Thuring., subdit eum scripsisse *Hodoeporicum viæ*



*sua ad Justinum juniorem imp. et ad Sophiam Augustam.* Quin et Vossius, de Hist. Lat., lib. II, et J. Alber. Fabric., in Bibl. Lat. mediæ et infimæ ætatis, idem carmen citant sub eodem titulo, ut suspicari liceat in quibusdam Mss. illud inventum fuisse, *Hodoeporicon* inscriptum. An forte quod illud tanquam viæ comes datum iis esset, quos Radegundis misit Constantinopolim, gratias Justino et Soph. Augg. acturos pro ligno sanctæ crucis, eidem Radegundi domo misso, et deferentes munuscula, uti refert Baudonivia in Vita sanctæ Radegundis, num. 20?

Idem Giraldus, in Histor. de Poetis, dial. 5, itemque Platina, in lib. de Vitis Pontificum, in Vita Joan. III, mentionem faciunt libri *de Regno gubernando*, quem aiunt Venantium scripsisse ad Sigibertum regem. En Platina verba: *Fortunatus vir singularis litteraturæ et eloquentiæ Gallos ad mitiorem cultum redegit scriptis et exemplo. Ad Sigibertum enim, eorum regem, libellum de gubernando Regno perscripsit.* An forte hic liber est carmen 2 lib. VI, in quo Fortunatus, Sigiberti virtutes laudans, ostendit qualis is esse debeat qui cum imperio cæteris præsidet? Quod si alius ille libellus est, ut verisimilius videtur, aut latere adhuc dicendus est, aut periisse vetustate.

Jam vero sancti Severini Vitam, episcopi Burdegalensis (de quo Gregor. Turon., lib. de Gloria Confess., cap. 45) a Fortunato scriptam fuisse, testis est idem Gregorius his verbis: *Vitam hujus (sancti Severini), postea quam hæc scripsimus, a Fortunato presbytero scriptam cognovimus.* Hanc autem Vitam deperditam esse Browerus cap. 5 Vitæ Fortunati, et alii affirmant, nec ego repertam a quopiam aut editam inveniri potui.

Neque vero dubitem Fortunatum plura scripsisse alia, sive metrica, sive soluta oratione, quæ aut plane interierint vetustate, aut fortasse uspiam delitescencia, ac tenebris, situque obsita, alterius diligentia et cura in lucem aliquando proferentur, idque ex hominis ingenio et facundia conjicio. Atque utinam clarissimus et eruditissimus vir Philippus Labbæus, e societate Jesu, Editionem illam suam Operum Fortunati, quam pollicitus fuerat, confecisset aut prodidisset! minime dubium est quin cæteris omnibus auctior et ornatioer fuisset. Ut enim is testatur in dissert. de Script. Eccles., t. II, postea quam Christophori Broweri Editionem commemorasset: *Nos eadem omnia Opuscula Fortunati, infinitis locis, partim ex optimæ notæ Codicibus, partim ex certis conjecturis emendata, atque editis auctiora, prelo jamdudum, cum se dedit occasio, parata habemus.* Cujus incæpto quid obstiterit, haud facile est divinare; nec vero cujus in manus, eodem vita functo, pervenerint ea quæ ipse prelo se parata jam habuisse profiteretur, quamvis omnem adhibuerimus diligentiam, assequi potuimus. In eam spem veneramus quo ille in loco decesserat eadem fortasse reperiri posse. Is vero Parisiis obiit an. 1667. Sed, cum litteris datis inquisivissemus, et ad eam rem opera fuissemus usi admodum R. P. D. Patertii, monasterii sancti Germani a Pratis bibliothecarii, is respondit hisce verbis: *Quant à la promesse, que fit il y a plus d'un siècle le P. Labbe, de donner une Edition de Fortunat, je ne connois aucun vestige de son travail. J'ay été pendant deux ans le Depositaire des manuscrits des 3 Maisons des Jésuites de Paris lors de leur destruction et de la vente de leurs biens et effets mobiliers, en 1762, et je n'y ay rien trouvé d'aucun des travaux litteraires du P. Labbe. Jè ne sçais ou tous les papiers auront passé apres sa mort en 1667.*

Atque hæc de scriptis Fortunati quæ amissa jure meritoque conquerendum est. Quod vero ad ejusdem doctrinam, et ingenium, et in scribendo facultatem, attinet, non omnino videtur hoc loco prætereundum, licet alias occurrat mentio. Cum itaque theologis in rebus apte eruditus et doctus videtur (quod in primis Expositio ejusdem in Orationem Dominicam declarat), tum Græcorum et Latinorum poetarum, sive aliorum scriptorum, in lectione apprime versatus fuisse ostenditur, qui Homerum, Menandrum, Aratum, Sappho, Pyndarum, itemque Catonem, Pythagoram, Chrysippum, Platonem, Cleanthem; ex Latinis vero Virgilium, Horatium, Ovidium, Tullium, citet nominatim, et celebriores inter Latinos Græcosque Patros commemoret, quorum omnium identidem leporem ac doctrinam in scribendo secutus esse et expressisse aliquid deprehenditur. Illud autem offendit nonnullos, quod falsorum numinum, quæ cæca quondam antiquitas venerabatur, nomina non dubitavit aliquando usurpare. Ac jam inter cætera ejusdem carmina insigne est id generis illud quod exstat lib. VI, cap. 2, in quo idem, canens epithalamium Sigiberti Austrasiæ regis, et Brunichildis nuptiis, Cupidinem ac Venerem, poetico more, inducit, proprias utriusque laudes celebrantes. Verum et eo tempore scribebat Fortunatus quo minus erat periculi ne homines deorum ejusmodi errore deciperentur, ubique Galliarum Christiana religione, piissimis principum curis ac diligentia, clarorumque pontificum doctrina et virtutibus, florente; et minime mirum esse debet Fortunatum eundem, adhuc juvenem, ea præsertim in re quæ festivius orationis genus postulare videbatur, paulo liberius genio indulsisse, et ornamenti ac leporis causa induxisse, olim ethnicis poetis familiaria, deorum colloquia; qui maturior ætate et consilio factus, non modo a nugis illis abstinuerit, sed etiam gravioribus studiis dederit sese penitus, ac versus non nisi raro, et ab amicis lacesitus (ut ipse de se profiteretur lib. II, cap. 13), conscripserit.

Idem non vulgarem historię et geographię scientiam præ se fert, non solum quod spectat ad eas regiones quas ipse peragravit, quasque præsens cognoscere potuit, sed etiam quoad illas quas ipse adierat nunquam, ut Hispaniæ, totiusque Orientis. Hinc tot fluminum descriptiones ac civitatum nomina et gentium barbararum

sedes resque gestæ, et id genus alia, quæ eundem ut in historia, ita et in geographia, non modo non rudem sed etiam doctum fuisse et eruditum ostendunt.

Quid vero de physicis studiis dicam? in quibus ipsum non mediocriter exercitatum fuisse et tam variæ herbarum, arborum, lapidum, gemmarum, aromatum, produnt species ac nomina, quibus crebro utitur; et ab ipso investigatæ quæsitæque identidem rerum naturalium causæ, quemadmodum (ut alia taceam loca) lib. IV Vitæ sancti Martini, causam inquirens, poetarum more, qua ratione Martinus, cella inclusus, monachum ad focum, nudato inguine, sedentem conspiceret et objurgare potuerit, hæc profert :

Quid fuit hoc? docti vos dicite, quæso, sophistæ.  
Martini ante oculos paries, quasi lintea luci,  
Aut quasi flo agiles contextit aranea telas,  
Retia vel nexis per rara foramina filis?  
Unde hic tam tenuis structura patescit liulca?  
An se saxa levant, ac reddunt scissa fenestram,  
Seu dari lapides lento se glutine solvunt?  
An casa materiæ vitreo se margine pandit?  
An speculari dedit, quo sauctus lumine transit?  
An levior paries revoluta cessit lu arcu,

Et s'etit incolumis, rapido suspensus in ictu;  
Nobilis aut aries oculorum et marmora transit,  
Clarius ac visus per cuncta obstacula pergit?  
Penniger an clausi voltavit ad ora minister,  
Ac per opertum aperit, et in invia nuntius intrat?  
An quia lumen erat, totum foris iatus habebat?  
Carne sedente loco, velox an spiritus ibat?  
Paudite, doctiloqui, comprehendite clausa deserti,  
Qui numeris, atomis, ratione potestis, et ore.

Quamvis autem eo, quo dixi, ingenio ac doctrina esset Fortunatus, minime tamen illud inficiandum est, eundem vitiiis interdum nonnullis in scribendo laborasse. Nam, ut barbaras omittam et vix Latinas voces quibus utitur aliquando (quarum elenchum Browerus texuit, ad extremum a nobis huic Editioni nostræ adijciendum), idem obscurus persæpe et implexus est, ac maxime cum solutus scribit oratione, sæculi sui vitia refert, longas ducens periodos, minime naturali, sed nimis artificioso ambitu et ornatu, qui totus in luxuriosa ac redundante verborum copia, ad grandiloquæ eloquentiæ speciem connexorum ac interdum syllabarum parilitate sibi respondentium consistit; unde et obscuritas gignitur orationi, et in eadem ornanda delictioribus auribus minime ferenda curiositas ac sedulitas. Sed jam hoc, ut dixi, commune fere vitium est temporum illorum, ut ex aliorum scriptis qui eadem qua Fortunatus ætate floruerunt perspicui potest. Idem tamen in expositionibus quas scripsit in Symbolum et Orationem Dominicam (qua is, jam creatus episcopus, recitasse ad populum videtur), planior ac faciliior est; itemque in Vitis sanctorum non idem artificium et curiositatem in texenda oratione affectare consuevit, quam in epistolis, forte eorum gustui indulgens ad quos scribebat, studiose adhibere deprehenditur.

Suis vero in carminibus idem modo cultior et elegantior quam ut ætas in quam inciderat ferre videatur, modo agrestior et incomptior est; quod maxime in iis accidisse carminibus dicendum est quæ aut aliis distentus negotiis (ut in ejusdem Vita dicitur) prope fudit ex tempore, aut quæ oscitanter scribens ad familiarissimos, ut Gregorium Turonensem, perpolire neglexit. Cæterum in singulis mira ejusdem in poetici facultas atque facilitas ostenditur, ac tunc maxime cum regionis alicujus, aut agri, aut fluminis, situm ac naturam describit, quam ingeniosus ipse, et elegans, festivusque est! ut sæpe in ejusdem carminibus et *descriptos vinearum ordines, et vernantes floribus campos, et flavescens aristas segetes, et fluctuantes herbas comis, et perennis aquæ fontes*, non solum legere, sed etiam oculis cernere videaris. Quod si is, æstu ingenii, seu potius rerum quas carmine complectitur, majestate abreptus, numeri aliquando et communium poseos legum obliviscitur, hoc illi vel cum cæteris fere Christianis poetis commune est, ut Aratori, ut Sedulio, qui rebus magis, et eorum dignitati de quibus agebant, quam numeris, more poetarum ethnicorum, sibi inserendum arbitrabantur. Atque hæc de Operis nostri proposito, deque scriptis, et ingenio, ac doctrina, Fortunati satis dicta existimo.

Ut autem vel eorum mentionem aliquam faciam qui de hac Editione præclare meriti sunt, et ad ipsam inchoandam aut perficiendam opis et adjumenti aliquid contulere, primas certe is sibi vindicat, quem superius commemoravi, illustrissimus ac reverendissimus Nicolaus Antonius Justiniani, Patavinus episcopus. hujuce, uti diximus, Editionis procurandæ auctor et adjutor. Item illustrissimus ac reverendissimus Stephanus Borgia, sacræ congregationis de Propaganda Fide a secretis, vir clarissimus et eruditissimus, cum me sæpe juxit consilio, tum duo carmina indicavit quæ Brow. Editioni addidi, lib. II, capp. 8 et 9. Postremo clarissimus et doctissimus vir Rambaldus de Azzoniis advocatus, Tarvisina Ecclesiæ canonicus, quædam monumenta mihi benignissime communicavit, uti suo loco indicabimus. Jam vero sodaliti nostri monachi suam mihi sedulitatem, operam, diligentiam, hanc Editionem adornanti, sæpe amantissime præstiterunt.

## VITA VENANTII HON. CLEM. FORTUNATI

EPISCOPI PICTAVIENSIS.

1. Venantius Honorius Clementianus Fortunatus, episcopus Pictaviensis, origine ac natione Italus fuit. Præter hæc quatuor nomina, quibus fere notior esse

solet, quantum sibi met aliud attribuere videtur, ut animadvertit vir eruditissimus Joan. Josephus Lirvi in Opere quod inscriptis : *Notizie delle Vite ed*

*opere scritte da Letterari del Friuli*, vol. I, cap. 12. A  
Is namque scribens epitaphium Leontii, anterioris  
episcopi Burdegalensis, lib. iv, cap. 9, sic illum  
alloquitur ad extremum :

Hæc tibi parva nimis, cum tu merearis opima,  
Carmina Theodosius præbet, amore tuus.

Nisi dicendum fortasse Fortunatum scripsisse car-  
men illud alterius sub persona ac nomine, præser-  
tim cum aliunde non constet eundem id nominis  
præter ea quibus notus est habuisse. Sane hoc facti-  
tatum a Fortunato, ut poemata sua alterius per-  
sonæ interdum commodaret, ex pluribus ejusdem  
carminibus intelligere possumus; ac ne abeamus  
longius, quod sequitur mox citatum carmen, lib.  
iv, cap. 9, scriptum in funus Leontii junioris,  
episcopi item Burdegalensis, haud multo secus  
concluditur, Placidinæ, Leontii quondam uxoris,  
inducta persona ac nomine, hoc modo :

Funeris officium, magni solamen amoris,  
Dulcis adhuc ciberi dat Placidina tibi<sup>a</sup>.

2. P. Christophorus Browerus, in Vita Fortun.,  
cap. 1, censet eundem nomen Venantii a sancto  
Venantio Bituricensi, qui magna quondam in Gal-  
liis sanctitatis laude floruit, mutuatum fuisse, item-  
que nomen Fortunati a sancto Fortunato, Aquis-  
leicensi Ecclesie martyre, quem ille præcipua sem-  
per pietate ac religione fuerit persecutus. Sed hæc,  
et id genus alia, quæ curiosius Browerus investigat,  
haud vacat pluribus exquirere.

3. Porro ex hoc nominum quibus Fortunatus præ-  
ditus fuit numero, sunt qui conjiciant (*Lirut., loc.  
cit.*) eundem ex prisca Romanorum gente ac stirpe  
ortum fuisse, cum id veteribus Romanis solemne  
fuerit, plura sibi nomina, cum ad familiæ insigne,  
tum ad virtutis alicujus et habitus significationem,  
usurpare, de quibus Applanus Alex., in Præf. ad  
Bella Rom., hæc scribit: *Nomen olim cuique Ro-  
mano unum erat, ut cæteris hominibus; post accessit  
alterum, nec ita dudum etiam tertium ceptum est  
addi quibusdam, quo magis agnoscerentur ex aliqua  
nota corporis, aut virtute animi, quemadmodum et  
Græci aliquot nominibus adjuncta habebant cogno-  
mina.*

4. Etsi autem, ad huc stante Rom. rep., cum plura  
assumebant singuli nomina, hoc quod primo pone-  
batur loco (ut animadvertit vel Brow.) vocaretur  
prænomen, quod inde proprium esset gentis aut  
familiæ, tertium cognomen, et huic interdum quarto  
loco agnomen adderetur, citiore tamen ævo hæc  
promiscue adhiberi cœperunt, ac plerumque quod  
ultimo ponebatur loco prænominis vim habebat,  
sive quo a cæteris ejusdem domus ac gentis homini-  
bus singuli secernebantur. Qua de re legere præstat  
el. Sirmondum, in diss. præfixa Op. Sidonii Apol-  
linaris, in qua de more inferioris ætatis hominum  
in assumendis pluribus nominibus disserit fusi-  
us. Ex hac ipsa consuetudine factum est ut hic nos-  
ter, quamvis multis nominibus sit insignis, Fortu-

<sup>a</sup> Vide quæ diximus in notis ad car. 9, l. iv.

nati vocabulo et sua et consequente ætate fuerit fere  
notior.

5. Erat autem eidem soror, Titiana nomine, de  
qua is mentionem facit lib. xi, cap. 6, scribens ad  
Agnetem abbatissam his verbis :

Te mihi non aliis oculis animoque fuisse  
Quam soror ex utero tu, Titiana, fores.

Hinc porro conjicit el. Liruti Fortunatum habuisse  
Patrem Titium, seu Titianum, ex vetere scilicet  
Rom. more, quo solemne erat eisdem ilias paterno  
ex nomine appellare; atque addit illud proprium  
generis seu familiæ ex qua is ortus fuerat nomen  
existisse. Sed miror, si illud erat proprium familiæ  
cognomen, ex illo sororem potius quam Fortunatum  
vocatam fuisse, nec saltem utriusque fuisse commune.

Quamobrem Sirmondo assentior, qui citato supra  
loco ex testimoniis veterum monumentorum osten-  
dit posterioribus sæculis hanc imponendorum no-  
minum consuetudinem viguisse: *Ut tum propria  
cujusque, tum adjuncta, seu cognomina, seu prono-  
mina (quæ omnia in singulis prope capitibus varia-  
bant), a parentibus ut plurimum, cognatisque, patri-  
bus, patris, avis, proavis, reliquisque affectibus,  
mutarentur... Neque enim certa et statuta, ut olim,  
generis et familiæ vocabula in usu tunc fuerunt, quæ  
et matribus communia essent et ad posteros trans-  
irent, ut cum Cornelii aut Julii omnes dicebantur qui  
a gente Cornelia aut Julia nati essent, et Scipiones  
item, aut Cicerones, qui in domo et familia Scipionum  
aut Ciceronum, sed omnia mox cum occasu reipubl.  
mutari sensim ac labi cœperunt, ut quanquam initio  
antiqui moris aliqua hæserint vestigia in gentilitiis  
nominibus, quæ a nonnullis familiis retinebantur...  
postmodum tamen hoc ipsum quoque neglectum fuit,  
adco ut nullum tandem familiæ, nullum generis cer-  
tum nomen fuerit. Filii etiam a patribus et fratribus  
inter se, omnibus sæpe nominibus, aut fere omnibus,  
discreparint.*

6. Quod vero attinet ad patriam Fortunati, is  
Tarvisino in agro natus est eo in loco qui *Duplavillis*,  
sive *Duplabillis*, aut *Duplavenis* nominabatur, idque  
constat ex apertis cum Fortunati ipsius, tum alio-  
rum, testimoniis. Is certe, lib. iv Vitæ sancti Mar-  
tini, librum suum, quem ex Gallia in Italiam mitte-  
bat, alloquens poetico more, se Duplavili natum  
esse testatur, his verbis :

Qua mea Tarvisus residet, si molliter intras,  
Illustrem socium Felicem, quæso, require.  
Per Cenetam gradiens, et amicos Duplavillenses,  
Qua natale solum est mihi sanguine, sede parentum,  
Prolis origo patrum, mater, soror, ordo nepotum,  
Quos colo corde, ilde, breviter, peto, redde salutem,

Paulus quoque Diaconus, lib. ii Hist. Longob., cap.  
13, eundem natum Duplavili diserte profertur, in-  
quiens: *Fortunatus, natus quidem in loco qui Du-  
plavillis dicitur fuit, qui locus haud longe a Cenitensi  
castro vel Turvisiana distat civitate.*

7. Itaque Fortunatus Tarvisino in agro natus est  
Duplavili, sive ille pagus aut oppidum fuerit, sive  
regionis tractus aliquis, ad Plavim fluvium expor-

rectus, a quo etiam nomen videtur accepisse. Hodieque iis in locis pagus, sive oppidum, jacet, quod vulgari sermone Valdebiadena nominatur. Hoc sibi Fortunatum nostrum ut civem suum et indigenam vindicat, honestissimorum virorum domicilium.

8. Cluverius, t. I Ital. antiq., cap. 18, censet Duplavilem eo in loco fuisse *ubi nunc*, inquit, *oppidum in edito loco conspicitur ad laevam amnis ripam, vulgari appellatione S. Salvatore*. Sed vir eruditissimus, ornatissimusque, comes Rambalbus de Azzoniis, Tarvisinæ Ecclesiæ canonicus (quem alias laudavi), in dissert. in qua Ven. Fortunatum patria Tarvisinum esse ostendit (quamque mihi benignissime, ut etiam alia, commodavit), gravissimis momentis evincit Duplavilem baud potuisse eandem esse ac oppidum illud de quo Cluverius, cum Fortunatus, ubi libro suo iter ex Gallia in Italiam commonstrat, ex Aquileia Concordiam, atque inde Tarvisium, tum Cenetam et Duplavilem, veniendum ostendat, Patavium versus proficiscenti, ut proinde Duplavilis, patria Fortunati, non esset media Tarvisium inter ac Cenetam, sed ultra Cenetam, Patavium versus, iter agenti, cujusmodi non est oppidum illud S. Salvatore, quod utrumque, Tarvisium scilicet ac Cenetam, intermedium jacet. Deinde istud oppidum nullum erat sæculo vi et ad annum usque 1245 solus ac desertus montis clivus permansit. Quocirca minime is dubitat quin Duplavilis, in qua natale Fortunati solum, eadem sit ac quæ Valdebiadena vulgo appellatur, posita in Tarvisino agro, cum et similitudo nominis (ut ex antiquis monumentis quæ ab ipso proferuntur magis constat) huic sententiæ admodum favere deprehendatur.

9. At Joan. Josephus Liruti cum assentitur Cluverio hac in re, tum illud de suo addit, Duplavilem nonnisi avitum aut paternum Fortunati prædium fuisse, in quod ejus parentes, aut avi, cives (ut ipse opinatur) Aquileienses, secesserant, quo Attilæ, ac cæterorum Barbarorum, qui suis sæpe exercitibus Aquileiam infestarunt, immanitatem et armorum furorem declinarent.

10. Sed haud scio quantum huic singulari viri cæteroquin doctissimi opinioni tribuendum sit, cum tam perspicue in allato superius carmine Fortunatus, non solum Tarvisium suam esse dicat, et *amicos inter Duplavilenses natale solum esse sibi sanguine sede Parentum*, sed etiam *prolis originem patrum*, quo haud scio an evidentius aliquid ad patriam cujusque regionem indicandam possit proferri.

11. Illud tamen haud invitum dem, eundem haud diu paterna in domo ac regione subsedisse, qui primævis ab annis spatium temporis aliquod, vel Aquileiæ, potentissimæ quondam civitatis, vixisse deprehendatur, ut ipse de se affirmat, lib. iv Vitæ sancti Martini, hisce verbis, quibus item librum

A suum alloquens, inquit :

Aut Aquileiensem si forte accesseris urbem,  
Cassianos Domini nimum venereris amicos :  
Ac Fortunati benedictam martyris ornam,  
Pontificemque pium Paulum copienter adora  
Qui me primævis converti optabat ab annis

12. Hisce postremis e verbis infert Joan. Joseph. Liruti Fortunatum Aquileiæ a Paulo, ejus urbis pontifice, baptismum accepisse, quod sententiæ suæ, qua illum civem Aquileiensem opinatur fuisse, in primis suffragari arbitratur.

13. Verum, ut illud omittam, ex eo quod Paulus optaret Fortunatum a primævis annis converti, haud posse concludi vel fuisse conversum, illud mihi multo verisimilius videtur, Paulum, Aquileiensem Antistitem, id optasse potius, ut idem, puer adhuc, vel adolescens, abjectis cæterarum rerum curis, monasticam vitam Aquileiæ amplecteretur, cum tamen is, ob illam forte causam, quod Ravennam proficisci cogitaret, ut ea in urbe, tanquam scientiarum omnium Lycæo, studiis litterarum daret operam, votis pontificis minime obsequendum censuerit. Certe id erat usitatum iis temporibus, ut qui monasticam amplecteretur, is diceretur converti. Ac, ut omittam sancti Bened. c. 88 Reg., et sancti Gregor. magni testimonia, lib. ii, epist. 4 et 66 Edit. Paris., Baudonivia, cœva Fortunato, ac sanctimonialis monasterii Pictaviensis, in Vita beatæ Radegundis, num. 3, sic de ipsa loquitur : *Postquam, inquit, operante divina potentia, a rege terreno discessit, quod sua vota poscebant, dum Suædas in villa, quam ei rex dederat, resideret, in primo anno conversionis suæ*, etc. Jam vero certum est Radegundem, Christiana in pietate ab extrêma pueritia educatam, cum a Clotario rege, conjuge suo, discessisset, ut infra dicitur (*Fortun., in Vita S. Rad., n. 12*), confestim Noviomagi a beato Medardo episcopo monasticum velum accepisse, atque hic proinde annus *ejus conversionis* primus a Baudonivia appellatur. Haud secus Fortunatus, lib. iv, cap. 23, loquens de quodam Juliano, qui antea mercaturam exercuerat, tum, hac relicta, se totum Deo consecraverat, parta tribuens egenis, inquit :

Mercator quondam, conversus sine beato,  
Raptus ab hoc mundo crimine liber homo.  
Collegit nimum, sed sparsit egentibus aurum,  
Præmittit cunctas quas sequeretur opes.

14. Erat autem percelebre Aquileiæ monasterium, vel ipsa Rufini ætate, qui monachus in eo vixerat, cum interea, si unum Vercellense excipias, aliud fere in Italia esset nullum <sup>a</sup>. Credibile itaque est ad hoc Aquileiense monasterium Fortunatum tunc a Paulo invitatum fuisse, quo forte et clero (qui fere semper adjunctam tunc temporis monasticæ vitæ professionem habebat) ascitus, majora deinceps Aquileiensi Ecclesiæ officia, pro illa qua erat vitæ innocentia, et ingenii acie, præstaret <sup>b</sup>.

15. Quanquam, cum illud animadverto, Paulum, sive Paulinum (de quo plura Ughellus in *Italia Sacra*)

<sup>a</sup> Vide Vitam Rufini præfixam ejusdem Op. Edit. Veron. 1743, l. 1, n. 5.

<sup>b</sup> Vide Ruin., in præf. Op. S. Greg. Tur., n. 35.

Aquileiensis Ecclesie sedem non ante tenere cepisse quam anno 558, vel 559, facile adducor, ut credam, Fortunatum non tam immatura ætate Aquileie commoratum fuisse <sup>a</sup>. Nam si ipse natus creditur circa annum 530, jamque senex Pietavis obiit, sæculo septimo ferme ineunte, is vigesimum octavum, aut undetrigesimum annum agebat, cum, sub Paulino pontifice, Aquileie habitabat <sup>b</sup>. Quod si idem narrat, quod *primævis ab annis* se invitarit Paulus ut converteretur, aut id poeta scripsisse dicendus est eo spectato tempore quo illos de sancti Martini Vita libros conscribebat, ante annum videlicet 576 <sup>c</sup>, aut vero Paulus, antequam Aquileiensis pontifex esset creatus, cum idem tamen forte Ecclesie illius clericus, aut monachus esset, ad partem vitæ rationem amplectendam Fortunatum, adhuc puerum, vel adolescentem, dicendum invitasse.

16. Neque tamen in eo repugnam, Aquileie Fortunatum in pietate et earum rerum scientia quæ ad colendam religionem pertinent proficere potuisse, ac Paulini opera ad eam rem usum fortasse fuisse. Quod vero ejus rei indicium illud profert clariss. Lirui, quod *Expositio Symboli*, quam edidit ipse Fortunatus, plane sententiis congruat cum illa quam Rufinus, Aquileiensis Ecclesie presbyter ac monachus, ante ediderat, id mihi declarare videtur potius (et dicam suo loco) Fortunatum, cum ejus in manus illa Rufini *Expositio Symboli* venisset, eandem ad Ecclesie Pictaviensis plebem erudiendam accommodasse quam ut inde evincere possit utrosque eadem in Ecclesia prima Christianæ religionis rudimenta acceperit. Præsertim cum *Symbolum Aquileiense* (uti testis est Rufinus, lib. 1, *Invect. in sanctum Hieronymum*) ex Ecclesie illius traditione et consuetudine haberet, *et carnis hujus resurrectionem*, cujus verbi indicium nullum in *Symbolo* quod exponit Fortunatus.

17. Is itaque (ut eo unice defleximus revertamur) Pauli voluntati ac votis minime acquievit ob eam, ut dixi, causam verisimiliter, quod ipse aliud sibi domicilium ac sedem, in qua litterarum studiis liberius et opportunius vacare posset, cogitaret. Erat autem, ea ætate, aptissima inter cæteras illam ad rem Ravenna, celeberrima civitas, in qua jam pridem Honorius, Occidentis imper., regiam sedem constituerat, tum, Romanis victis, ac pulsis imper., Odoacer rex Gothorum, ac rursus, hoc pulso, Theodoricus, Gothorum una et Roman. rex, et alii deinceps, sua domicilia habuerunt. Solent vero regie civitates cum cæterarum rerum opportunis copiis abundare, tum fere vel litteratorum hominum numero ac scientiarum cultura cæteris antecellere, quos nimirum regum liberalitas, et honorum ambitio, et commoda alia ex omnibus fere terris accersere consueverant, præsertim vero si is qui rerum summam tenet non alienus a litteris videatur. At si quispiam

alius, certe Theodoricus, quamvis interdum sævus ac vehemens, cum doctis hominibus favit, tum ipse litterarum studiosissimus fuit. Ut enim is de se profiteatur, scribens ad Cassiodorum: *Gratus est nobis eorum semper aspectus, qui nostris animis, gloriosis actionibus, insederunt, quoniam perpetuum obsidem dederunt amoris sui, qui apud nos probati sunt studere virtuti* (*Epist. 28, l. 11*). Ejusdem vero in eolendis litterarum studiis diligentiam et assiduitatem Athalaricus, qui illum in regno excepit, commendat, his verbis scribens ad eundem Cassiodorum: *Cum esset publica cura vacuatus, sententias prudentum a tuis fabulis exigebat, ut factis propriis se æquaret antiquis. Stellarum cursus, maris sinus, fontium miracula, rimator acutissimus, inquirebat, ut, rerum naturis diligentius perscrutatis, quidam purpuratus videretur esse philosophus*. Quocirca minime mirandum est sub talibus regibus scientiarum studia Ravennæ in primis floruisse, eaque publicis in gymnasiis præclare constituta, vel ad ceteriora tempora pervenire potuisse, ad quæ addiscenda homines, litterarum cupidi, undique convenirent.

18. Iluc itaque se Fortunatus contulit, ibidemque tandem commoratus est, quoad uberem pretiosamque liberalium artium suppellectilem inde exportaret. Ut enim de ipso scribit Paulus Diaconus, lib. 11, cap. 15, *Hist. Long. : Ravennæ, inquit, nutritus et doctus in arte grammatica, sive rhetorica, seu etiam metrica, clarissimus exstitit*. Ipse etiam, modestissime de se loquens, quibus artibus in primis Ravennæ studuerit, narrat lib. 1. de Vita sancti Martini his verbis:

Ast ego sensus inops, Italæ quota portio linguæ?  
Fæce gravis, sermone levis, ratione pigrescens,  
Mente hebes, arte carens, usu rudis, ore nec expertus,  
Parva grammaticæ lambens refluamina guttæ,  
Rhetoricæ exiguum prælibans gurgitis hausum,  
Cote ex juridica, cui vix rubigo recessit,  
Quæ prius addidici, dediscens, et cui tantum  
Artibus ex illis odor est in naribus istis:  
Non prætextæ mihi rutilat toga, penula nulla;  
Jam mea nuda fames superest de paupere lingua.

19. Hinc opinatur Browerus, c. 2 Vitæ Fort., ita illum *leçiter litteris imbutum fuisse, ut neque togam prætextam, publice gesti muneris insigne, nunquam adeptus sit, neque pennulam docendi causa sumpserit*. At multo verisimilius est Fortunatum, præ animi modestia ac propositæ vitæ instituto, ultro ab illis, si qui erant, honoribus abstinuisse, quam hominem non vulgari ingenio nec mediocri doctrina præstantem illa honorum insignia, quæ plerisque patebant, pro scientiæ tenuitate et litterarum inopia assequi non potuisse. Præsertim vero cum aliunde constet eundem laudes suas extenuandi semper studiosissimum fuisse, ut propterea mirandum non sit id quod suo quodam instituto et animi sententia adipisci neglexisset, ad illam quæ de ipso erat ingenii fama et doctrinæ imminuendam traduxisse.

20. Is igitur Ravennæ cum *grammaticæ, sive rhetoricæ, sive metricæ* sedulo operam navavit, cujus

<sup>a</sup> Lege Pagium, ad an. 559, n. 9, et Murat., ad an. 550 et 570; Paulum Diaconum, l. 11, de Bell. Long., c. 25.

<sup>b</sup> Auctor. *Hist. Litter. Francor.*

<sup>c</sup> Lege quæ adnotavimus ad l. 14, Vitæ sancti Martini, pag. 470.

deinde artis ope plura scripsit præclare, sive soluta, sive ligata, oratione, tum ne juris quidem scientiæ expers fuit, quamvis, pro singulari modestiæ studio, illa se attingere leviter tantummodo ac veluti delibasse fateatur.

21. In hisce vero studiis habuit Fortunatus (quod pene erat necesse in illo litterarum domicilio) alios, cosque scientia et ingenio claros, socios, quos ipse universos invitans ad sancti Martini Turonensis pontificis laudes celebrandas, sic per libellum suum affatur :

Promptus affectu, precor, inde require sodales ;  
Si sociis loqueris, veniam pietate mereris.  
Porrigo materiam quibus hanc ego, ut ore rotundo,  
Martini gestis florentia carmina paugant,  
Et claro ingenio texant spargentia per orbem.

22. Porro cum ipse adhuc esset Ravennæ, graviter oculis laborare cœpit, ut jam eorum lumen sensim prope amitteret. Erat ea in urbe basilica sanctorum martyrum Joannis et Pauli, in ipsaque altare in quo memoria colebatur sancti Martini, episcopi Turonensis, toto jam orbe fama sanctitatis et prodigiorum splendore percelebris, ac in pariete ejus imago erat depicta. Hanc in basilicam cum is festinus, opem imploraturus, venisset, ac forte lychnus, ad altare positus sub quadam fenestra, arderet, litis ex oleo lychni oculis, illa ægritudine confestim est liberatus. Sed præstat Fortunatum ipsum audire, rem totam, ut gesta est, enarrantem, supra citato libro iv, Vitæ sancti Martini, hisce versibus :

Inde Ravennatem placitam pete dulcius urbem :  
Et pete Martini loculam, quo, jure sacelli,  
Jam desperatum lumen mihi reddidit auctor,  
Munera qui tribuit, saltem, rogo, verba repende,  
Est ubi basilicæ culmen Pauli atque Joannis,  
Hic paries retinet sancti sub imagine formau,  
Ampectenda ipso dulci pictura colore.  
Sub pedibus justi paries habet arte fenestram :  
Lychnus adest, cujus vitrea natat ignis in urna.  
Huc ego dum propero, valido torquente dolore,  
Diffugiens, gemens, oculorum luce fenestris ;  
Quo procal ut tetigi benedicto lumen olivo,  
Igneus ille vapor marcenti fronte recessit,  
Et præsens medicos blando fugat unguine morbos.

23. Una cum Fortunato Felix, ejusdem familiaris, et in studiis litterarum socius, cum et ipse simili ægritudine oculorum laboraret, ex sancti Martini patrocinio, et ejus olei virtute, liberatus est. Ut enim narrat de utrisque Paulus Diac., lib. ii, cap. 13, *Histor. Long. : Hic (Fortunatus) cum oculorum dolorem vehementissimum pateretur, et nihilominus Felix iste, ipsius socius, pari modo oculos doleret, uterque ad basilicam beatorum Pauli atque Joannis, quæ intra eandem urbem sita est, perrexerunt ; in qua etiam a'tarium in honorem beati Martini confessoris constructum propinquam habet fenestram, in qua lucerna, ad exhibendum lumen est constituta, de cujus oleo mox sibi isti, Fortunatus scilicet et Felix, dolentia lumina tetigerunt, illico dolore fugato, sanitatem quam optabant adepti sunt.* Idem narrat Greg. Turon., l. i de Mir. sancti Martini, c. 15.

24. Hic ille Felix fuit non multo post creatus Tarvisinus episcopus, Alboino, Longobardorum regi, cum magnis copiis in Italiam irrumpenti, ad Plavim

fluviū obviam processit : *Eique Alboinus (uti citato loco refert Paulus Diaconus), ut erat largissimus, omnes Ecclesiæ suæ facultates postulanti concessit, et per suum prammaticum postulata firmavit.* Hujusce Felicis mentionem facit Fortunatus lib. iv Vitæ sancti Martini, his verbis :

Qua mea Tarvisus residet, si molliter intras,  
Illustrem socium Felicem, quæso, require,  
Cui mecum lumen Martinus reddidit olim.

25. Ex hujusce autem, quod impetraverat, beneficii magnitudine et gratia Fortunatus majore quam ante pietate ac religione in beatum Martinum cœpit exardescere, ac suum in Galliam iter meditari, quo ipsius divi Martini sepulcrum adiret, ac præsens veneraretur, vota que exsolveret. Ut enim de ipso narrat Paulus, loco sæpius citato : *Qua de causa Fortunatus in tantum beatum Martinum veneratus est, ut, relicta patria, paulo ante quam Longobardi Italiam intraderent, Turonis ad ejusdem beati viri sepulcrum properaret.* Eandem et ipse itineris sui causam fuisse refert, lib. i de Vita sancti Martini, paulo post initium. Interea vero et bellicos tumultus, qui undique jam, miseræ Italiæ ex Barbarorum armis impendebant, aut quibus dudum vexabatur, exitum aliquem habituros sperare potuit, ut, reddita deinde tranquillitate, et pacatis rebus, ad patriam regionem atque ad suos remigraret.

26. Quem vero ad annum Fortunatus Italia digressus sit, et profectus in Galliam, non una est omnium sententia. Browerus eundem anno 565 in Gallias pervenisse affirmat. Idem sentit Pagius, in notis ad Baron., ad an. 564. Certe is non multo antequam Longobardi Italiam invaderent, profectus est in Gallias, uti testis est Paulus Diac. loco sæpius citato. At Longobardi in Italiam irrupere, ad an. 568, eodem Paulo Diac. teste, lib. ii Hist. Long., cap. 35.

27. Hæc vero sunt quæ Broweri et Pagii sententiam confirmare videntur. Fortunatus quippe erat in Gallia, cum Sigibertus, rex Austrasiæ, nupsit Brunichildi, Athanagildi, regis Gothorum in Hispania, filia, quippe qui iisdem cecinit epithalamium, quod legere est cap. 2, lib. vi. At Sigibertus in hac nuptias anno quinto regni sui cum an. 561 regnare cœpisset, Clotario patre, eodem anno, vita functo, ut testis est Greg. Turon. lib. iv Hist. Franc., c. 21. Quocirca an. 566 erat jam in Gallia Fortunatus, ac fruebatur regis Sigiberi patrocinio et gratia <sup>a</sup>.

28. Præterea idem Pictavis jam habitabat, cum Gelesuintha, Brunichildis soror, illac pertransiit, Chilperico, fratri Sigiberti, nuptura, de qua idem hæc scribit lib. vi, cap. 7.

Post aliquas urbes, Pictavas attingit arces,  
Regali pompa prætereunte viam.  
Hanc ego nempe novus conspexi prætereuntem,  
Molliter argenti turre rotante vehi.

At hæc nuptiæ ad annum alterum postea quam Sigibertus duxerat Brunichildem referuntur, cum quidem Fortunatus non ante Pictavum fuisset profectus quam aliquod tempus apud Sigibertum vixisset, ac

<sup>a</sup> Vide Pag., ad an. 561. et ad an. 567, n. 9. Lege et Ann. Franc. præfixos Op. Gregor. Tur.

suum votum, Turonis, ad sepulcrum sancti Mart. A  
exsolvisset (*Paulus loco sæpius citato*).

29. Addit Browerus laudari Sigibertum a Fortu-  
nato l. II, c. 17, quod is basilicam sancti Medardi,  
a Clotario ceptam exædificari, summo studio com-  
pleret atque eidem fastigium jam imposuisset. Ipsum  
enim sanctum Medardum alloquitur poeta ad extre-  
mum carminis, hoc modo :

En tua templa colit nimio Sigibertus amore,  
Insistens operi promptus amore tui.  
Culina custodi, qui templa in culmine duxit,  
Protege pro meritis quæ tibi templa cadit.

At credibile est, inquit, Sigibertum non multo post  
Clotarii obitum in illud operis incubuisse, de quo  
patrem tam sollicitum et ejusdem perlicendi stud-  
iosum noverat, et quo in loco humari voluerat.

30. At cl. vir Joan. Josephus Liruti a Browero ali-  
quid et Pagio dissentit, dum vult adventum Fortunati  
in Gallias ad an. 567, minimum vero ad 566, esse  
referendum. Neque alienum est hujusce sententiam,  
quam vel aliis communem esse video, paucis expen-  
dere, quæ ad eam rem de qua agimus illustrandam  
luminis aliquid afferre possunt. Ipse igitur dubitat  
primum utrumne Fortunatus paulo antequam Lon-  
gobardi Italiam invaderent in Gallias proficisci po-  
tuerit. Nam cum, eodem Paulo Diacono teste, Felix  
socius Fortunati, et quidem (ut ipse existimat) itine-  
ris socius, creatus jam Tarvisinus episcopus, Alboi-  
no, regi Longobardorum, ad Plavim, ut supra dice-  
bamus, occurrerit, vix fieri potuit ut tam perbre-  
viter Felix iret in Galliam, ac inde in Italiam rever-  
teretur, tum creatus Tarvisinus episcopus Alboino  
obviam procederet. Quocirca opinatur Paulum in re-  
bus a sua præsertim ætate remotis narrandis sæpe  
minus diligentem, vel hac in re a temporum veritate  
aberrare potuisse.

31. Sed, ut nihil hic Paulum Diac. purgem et de-  
fendam, certe non erat cur laudatus scriptor propter  
eam causam quam affert de ejusdem diligentia aut  
fide dabitaret. Nullo quippe ex testimonio aut litte-  
rarum monumento constat (quantum equidem asse-  
qui potui) Felicem una cum Fortunato in Gallias  
profectum fuisse : non Paulus Diaconus id affirmat,  
licet narret utrumque, Felicem ac Fortunatum, ead-  
em oculorum ægritudine afflictos fuisse, et simili  
modo ex patrocinio D. Martini liberatos; sed potius  
de Fortunato et ejus voto in Galliam proficiscendi  
ita loquitur, ut Felicem plane sejungere videatur;  
non Greg. Turonensis, licet eandem rem narret  
quam Paulus Diac., lib. I de Mirac. sancti Mart., c.  
15; postremo non Fortunatus ipse id usquam indi-  
cat, licet sæpius locus in ejusdem scriptis ac tem-  
pus id significandi (si quidem actum contigerat) in-  
cidisset. Quinimo, in epistola ad Greg. Tur., lib. I,  
c. 1, nullum se habuisse itineris sui, quod ex Italia  
in Galliam contenderat, socium, satis declarat iis  
verbis : *Quid inter hæc extensa, viatica consulte dici  
potuerit, censor ipse mensura, ubi non urgebat vel  
netus ex judice... nec inevitabat favor ex comite, etc.*

32. Quod vero idem addit, minime credendum

esse Felicem, æqualem Fortunato, atque adeo juve-  
nili ætate, iis temporibus creatum fuisse Tarvisinum  
episcopum, quibus ad illum supremum honoris gra-  
dum nonnisi natura jam ætate ascensus pedetentim  
per omnes honores graduum patebat, ut nihil dicam  
de illorum temporum disciplina, quibus sæpe virtus  
magis quam ætas spectabatur, ut pluribus exemplis  
possem ostendere, ut illud etiam concedam, Feli-  
cem plane æqualem Fortunato fuisse, hiac potius  
eyincitur hunc haud ita juvenem in Gallias migrasse,  
ut is ei, ut creditur, anno circiter 530 natus est, an-  
næm ageret trigesimum quintum, aut trigesimum  
sextum, cum in Galliam est profectus.

33. Cur autem iter Fortunati in Galliam ad an.  
567 referendum sit, hac ratione potissimum vir clar.  
ducitur, quod narret Fortunatus se tunc novum  
Pictavis fuisse, cum illac pertransiit Gelesuintha,  
Chilperico nuptura. Id vero anno contigit 567, ut  
supra indicavimus. At statim atque Fortunatus per-  
venit in Galliam, ad sancti Martini sepulcrum per-  
rexisse dicendus est, inde verò statim Pictavum  
venisse, qui (ut de ipso scribit Paulus Diac.) post-  
quam Turonis juxta votum proprium advenit, Pictavis  
pertransiens illic habitavit. Quocirca Fortunatus non-  
nisi an. 567, aut minimum, an. 566, in Gallias per-  
venit. Hæc ille.

34. Verum non video cur hac Pauli auctoritate  
moveri vir cl. debeat, qui, ipso teste, in rebus  
referendis ab ætate sua remotis nonnunquam errore  
labitur, ut si is in deliniendo tempore quo Fortunatus  
in Galliam profectus circiter est errare potuerit,  
multo magis in statuendo quandam Pictavum, ut  
illic habitaret, concesserit. Sed ut hoc omittamus,  
cum illud credibile est, Fortunatum non continuo  
post adventum suum in Galliam Turonis perrexisse,  
sed temporis spatium aliquod apud Sigibertum regem,  
Metis, aut Rhemis (quibus in urbibus sedebant reges  
Austrasiæ) substituisse, quippe cui epithalamium ce-  
cinit, et a quo itineris, quod per Galliam erat susce-  
pturus, comitem (ut infra dicitur), et ducem accepit;  
tum ex illo Pauli testimonio non videtur saltem  
luculenter ostendi posse Fortunatum statim atque  
Turonis abscessit Pictavum venisse, cum id solum  
Paulus asseveret, eundem, posteaquam Turonis vo-  
tum suum jam abolverat, Pictavum, itineris causa,  
accessisse, atque illic habitasse, quin certum sta-  
tuat tempus quod utrumque interfuerit. Jam vero et  
illud incertum est, quantum temporis Turonis per-  
manserit, cum erga sancti Martini cineres pietatis  
ac religionis causa, tum vel Euphronii, episcopi  
Turon. (cui ipse conjunctissimus fuit), officiis et hu-  
manitate detentus. Quæquam quid vel illud probi-  
bet scripsisse Fortunatum se tunc novum fuisse, cum  
illac Gelesuintha pertransiit, eo spectato tempore quo  
funebre carmen scribebat in ejus mortem, quæ sane  
aliquanto post accidit? Quod vero magnum his mo-  
mentum addit, illud est, quod ante annum 567 ne-  
cessario in Gallia Fortunatus fuit, qui et nuptias Si-  
giberti cum Brunichilde, an. 566, ut sæpius diximus,

litas, carmine celebravit, et cum Nicetio Trevirensi episcopo conjunctus amicitia fuerit, ad quem adhuc superstitem scripsit carmen 14 lib. III. Jam vero Nicetius an. circiter 566 labente obiit, ut conjicit Cointius ad hunc annum, n. 60.

35. Ex his igitur omnibus statuendum videtur iter Fortunati in Gallias in annum 565 conjiciendum esse; certe nec ante annum 564, nec post 566. Asserendum. Quam autem ipse viam, in Gallias proficiscens, tenuerit, quæ loca adierit, satis idem enarrat, scribens ad Greg. Tur., lib. I., cap. 3, lib. ver. 1: Præsertim quod ego impritus de Ravenna progrediens, Padum, Athesim, Brintham, Plavem, Liquentiam, Tiliamentumque tranans, per Alpem Julianam pendulum montanis anfractibus, Dravum Norico, Oenum Breonis, Liccam Bojaria, Danubium Alemannia, Rhenum Germaniam transiens, ac post Musellam, Mosam, Axonam, et Sequaniam, Ligerim et Garonnam, Aquitaniam maxima fluente, Pyrenæis occurrens, Julio mense nivosis, pene aut equitando, aut dormitando, conscripserim. Brevius adhuc Paulus Diac. hoc iter Fortunati complectitur, inquit: Qui sibi (Fortunatus), ut in suis ipse carminibus refert, illic properanti per fluentia menti [Forsan, fluente Tiliamenti] et Rounam, perque Osupum, et per Alpem Julianam, perque Aguntum Castrum, Dravumque, et Dyrrum fluvios, et Briones, et Augustam civitatem, quam Virdo et Lech (id est, V. ndo et Lychus) fluentant, iter fuisse describit.

36. Ex his igitur perspicuum est eundem, Ravenna digressum, Patavium, continuato itinere, atque inde Tarvisium, venisse (cum, ut verisimile est, Duplavilium divertisset ad suos invisendos), tum per Alpes Noricas, Germaniam ingressum, hinc in Gallias (quod tunc erat tritum et usitatum in regnum illud iter) trajecisse. Quocirca idem, lib. IV Vitæ sancti Martini, libello suo eandem viam, e Gallia in Italiam proficiscenti, commonstrat his verbis:

Si tibi barbaricos conceditur ire per amnes,  
Ut placide Rhenum transmittere possis et Istrum,  
Pergis ad Augustam, quam Vindus Lycusque fluentant,  
Si vacat ire viam, neque te Bajorius obstat,  
Qua vicina sedent Breonum loca, perge per Alpem,  
Ingressus rapido qua gurgite volvitur Oënus.  
Inde Valentini Benefiti templa require,  
Norica rura petens, ubi Birrus vertitur undis.  
Per Dravum itur iter, qua se castella supinant.  
Hic montana sedens in colle superbit Aguntus.  
Hinc pete raptè vias, ubi Julia pandit Alpes,  
Alius assurgens, et mons in nubila pergit.  
Iade Foro Juli de nomine principis exi  
Per rupes, Osope, tuas, qua labitur undis,  
Et super instat altis Reunia Tiliamenti.  
Hinc Venetum saltus, campestria perge per arva (etc.).  
Aut Aquileiensem si forte accesseris urbem (etc.),  
Qua mea Tarvisium residet, si molliter intra;  
Per Cenetam gradiens, et amicos Duplavenenses (etc.),  
Si Patavina tibi pateat via pergis ad urbem (etc.);  
I de Ravenna: um placitam pete dulcius urbem (etc.).

37. Hoc autem itineris, quod per sola plerumque ac deserta loca faciebat Fortunatus, carminibus pangendis, quasi quodam Musarum condimento ac temperatione, solabatur. Id de se profitetur, scribens ad Greg. Turon., lib. I., cap. 4, inquit: Inter Barbaros, longo tractu, gradiens, aut via fessus, aut cra-

A pula, bramali sub frigore, Musa hortante, nescio gelida magis an ebria, nevus Orpheus Lyricus silvæ voces dabam, silva reddebat. A barbaris etiam et agrestibus hominibus, per quos iter faciebat, invitatus, et hospitio exceptus, eorum sæpe in conviviiis carmina fundebat, ubi, ait, sola sæpe bombicans barbares lendos hargareplidebat. A que is hanc in causam refertur quædam: sua poemata minus eleganter scripta essent, ac minus limata et perpolita. Quid enim, inquit, sibi affabre dictum sit, ubi quis sanus non creditur, nisi æcivum. Pariter insanitur, quo gratulari magis est si vivere licet post bibere?

38. Atque in hoc ipso per Germaniam et Galliam itinere cum nobilissimis ac virtute et honore præstantibus viris amicitiam inire, ac eorum sibi gratiam promereri, facile potuit, tum ob vitæ innocentiam, ac morum suavitatem, tum ob laudem litterarum et ingenii, in primis vero ex quadam Musarum commendatione, quæ vel peregrinos et ignotos homines exteris nationibus probare semper consuevit. Certe quamplurimi occurrunt, de quibus Fortunatus suis in carminibus mentionem facit, qui eundem per Germaniam hospitio excepisse, et sua amicitia dignum judicasse, et officiis aliis prosecuti esse, videntur: quos inter eminent Lupus et Gogo, princeps apud regem Austrasiæ dignitate viri, Magnulphus, Lupi frater, Jovinus praefectus, Bodigisilus dux, et alii, quos in Germania se vidisse, et apud eos fuisse diversatum, nonnunquam testatur. Itaque ad Lupum scribens, lib. VII, cap. 8:

Cum peregrina (ait) meos tenuit Germania visus,  
Tu pater, et patriæ consulturus eras.  
Construi quotiens vestro sermone loquas,  
Credidi in ambrosiis me recubare rosis.

Idem scribens ad Jovinum, cap. 12, inquit:

Non ita rebar ovans, postquam Germania nostros  
Contulerat visus, ut resaliret amor.

39. Sigismundum quoque et Aregisilum fratres in se liberales ac beneficos iis in locis fuisse testatur, quos propterea non dubitat parentibus suis pro charitate ac beneficentia exæquare. Sic enim ad eodem scribit, lib. VII, cap. 21:

Nomina amicorum mihi dulcis epistola panxit,  
Hinc Sigimunde nitens, hinc Aregisle docens.  
Post Italas terras mittis mihi, Rhene, parentes;  
Adventu fratrum, non peregrinus ero.

D 40. Ex his autem proclive est conjicere eundem aliquod spatium temporis in Germania et proximis regionibus commoratum fuisse, quoad scilicet clarissimos, quos sæpe suis carminibus celebrat, viros invisere et commode adire, et frequentibus officiis eorum in se amicitiam conciliare, posset, tot præterea urbes et regiones, quarum diligens et accurata in ejusdem poematibus descriptio occurrit, cognosceret ac peragraret.

41. Porro Fortunatum in Gallias venientem excepit is ejus sæpe meminimus, Sigibertus, Austrasiæ rex, ac omni liberalitate et officio est prosecutus, cum plurimorum, ut credibile est, præstantium dignitate virorum (quos sibi per Germaniam devinxerat) litteris ac testimoniis commendatum, tur-



ex ingenii doctrinaeque fama satis insignem et cogni-  
tum.

42. Cl. vir Joan. Josephus Liruti, quaerens ac  
sercum admirans qua fieri ratione potuerit ut is tot  
regum ac principum virorum amicitiam inire, atque  
eorum animos sibi devincere potuerit, arbitratur  
eam qua erat praeditus generis ac stirpis nobilitatem  
in causa fuisse cur ad principum atque regum amicitias  
facilis eidem aditus patere potuerit. Qua in re ut  
vel ipse aperiam quod sentio, plane difficile mihi  
videtur hominem qui humili, nec satis celebri in  
loco (Duplavili dico), paternam sedem ac domum,  
quin, ut ipse de se profitetur, majorum originem  
haberet, nullum publicum gessisset magistratum,  
nullum certum honoris ac dignitatis insigne fuisse  
adeptus (ut superius declaravimus), tam claram et  
gloriosam generis nobilitatem nancisci potuisse, qua  
non solum in Italia, sed etiam in Germania extre-  
maque Gallia inclaresceret, praesertim cum turbu-  
lentis adeo temporibus, quibus jam bellis ac seditionibus  
omnia miscbantur, vel nobiliorum virorum  
generi, nisi quorum opera in bellis administrandis  
aut gerenda domi rep. praestitisset, tenebrae offundi  
facile potuissent. Malim itaque cum Hincmaro sentire,  
qui, in praef. ad Vitam sancti Remigii scribit de  
Fortunato, quod a multis potentibus et honorabilibus  
riris in his Gallicis et Belgicis regionibus per diversa  
loca tunc vitæ, ac scientiæ suæ merito invitabatur.

43. Quoniam vero magna et praecipua Sigiberti  
in eundem humanitatis ac beneficentiæ officia existi-  
tere, de ipsoque et fuit, et erit sæpius sermo, haud  
alienum sit de eodem ejusque regno, nec non regia  
stirpe ac cognatione, aliquid hoc loco dicere. Is  
itaque filius fuit Clotarii I, Francorum regis, omnium  
sua ætate potentissimi, qui post Clodovei patris  
obitum regnare coeperat, paterno regno æquas in  
partes divisit cum tribus fratribus (*Greg. Turon.,*  
*l. III Hist. Franc., c. 1*); quibus vita functis, univer-  
sum sibi Francorum imperium, partim hæreditate,  
partim armis ac potentia, vindicaverat. Ipse vero  
Clotarius moriens quatuor post se filios reliquit,  
Charibertum, Guntramnum, Chilpericum, Sigiber-  
tum, qui regnum inter se, juxta sorte, dividerunt, ac  
Sigiberto (ut verbis utar Gregorii, l. IV Hist. Franc.,  
c. 22) regnum Theuderici (Clotarii fratris) obtigit,  
sedemque habere Rhemensem. Porro regum Austrasiæ,  
qui Rhemis sedebant, imperium vel in Germaniam  
longe procurrebat; de quo lege Fort., lib. VI, c. 2,  
et Ruin., in notis ad Greg. Tur., l. IV Hist., c. 22.

44. Interea Sigibertus, cum fratres suos reges vi-  
disset infima et servili conditione mulieribus nup-  
sisse, oblitus generis ac dignitatis suæ, regio ipse  
animo et consilio uxorem regali e stirpe ducendam  
censuit. Quam ad rem legatos misit in Hispaniam,  
qui Brunichildem, Athanagildi regis in Hispania  
filiam, sibi peterent ad nuptias, puellam cum forma  
corporis, tum industria et morum honestate, consilii

\* M. de Brov. in Vita Fort. ponit tunc temporis  
illam sedem est adeptus.

A prudentia ac sermonis suavitate, præstantem. Quam  
cum impetrasset, eidem nupsit regia pompa et ap-  
paratu, totiusque regni cum summa lætitia ac gratu-  
latione (*Greg. Tur., l. IV, c. 27*). Hisce nuptiis epi-  
thalamium cecinit Fortunatus, de quo supra, n. 34,  
locuti sumus; idemque scribens ad Gogonem, rem  
recens gestam declarat his verbis:

Nuper ab Hispanis per multa pericula terris,  
Egregio regi gaudia summa velis.

45. Chilpericus, Sigiberti frater, ejus nuptias  
æmulatus, misit et ipse in Hispaniam qui Gele-  
suintiam, Brunichildis sororem, sibi peterent, cui  
nuberet, quam anno fere post quam Sigibertus Bru-  
nichildem sibi copulaverat duxit uxorem, Frede-  
gunde, cujus amoribus tenebatur, infami generis ac  
servili ex conditione muliere rejecta. At non multo  
post, cum Gelesuintiam, Chilperici perfidia offensa,  
reditum in Hispaniam pararet, ejus jussu, dum in  
lectulo cubaret, interfecta est; atque paucos post  
dies Chilpericus Fredegundem recepit, cujus deinde  
fraude et insidiis cum Sigibertus, tum Chilpericus  
ipse, occisi sunt. Gelesuintiam, pertranseuntem  
Pictavis, vidit Fortunatus, cum adhuc ea in urbe  
novus esset, et ejus funus acerbissimum lugubri  
carmine expressit, quod legere est l. VI, c. 7.

46. Sigibertus itaque (ut ad id unde defleximus  
revertamur) nobilissimus iis temporibus, ac pruden-  
tissimus rex (cujus virtutes passim celebrant For-  
tunatus et Greg. Tur., alique plures) eundem For-  
tunatum, in Galliam venientem, perhonorifice ex-  
cepit, atque illi Sigoaldum comitem pro socio ac  
duce itinerum quæ per Galliam agenda ipsi fuerant  
dedit, quo scilicet operam suam, et assiduitatem, et  
tutelam eidem, sive Turonos adeunti, sive urbes  
alias, ac regiones Gallia peragranti, præstaret. Huc  
ex ipso novimus Fortunato, qui, l. X, c. 20, ad Si-  
goaldum scribit his verbis:

Finibus Italia cum primum ad regna venirem,  
Te mihi constituit rex Sigibertus opem,  
Tutor ut graderer, terum comitando, viator,  
Atque pararetur huic equus, inde cibus.  
Implesti officium (etc.)....

47. Eundem vero Turonis confestim, cum per  
regem Sigibertum licuit, ad sancti Martini sepulcrum  
venerandum perrexisse, credendum est, ut quem  
Ravennæ tam præclare de se meritum noverat, eu-  
jusque causa in Galliam advenerat, ejus cineres præ-  
sens coleret, ac votum suum exsolveret. Præerat  
tunc temporis Ecclesiæ Turonensi a Euphronius,  
nepos sancti Greg., episcopi Lingonensis, vir cum  
genere nobilissimus, tum sanctitate clarissimus,  
quem deinceps Fortunato singulari benevolentia et  
amicitiæ necessitudine fuisse cunctum, testantur  
hujusce ad illum scriptæ epistolæ, l. III, c. 1 et 2.  
Eundem itaque tunc convenisse Fortunatus, et ejus  
amicitiæ fundamenta quædam jacisse, quæ postea,  
mutuis officiis culta et aucta, eo pervenit, ut ipse  
illum parentis in loco haberet, dicendus est.

48. Interea Turonis digressus, cum, itineris causa,  
Turonis sedisse Gregorium, qui nonnisi an. 573

Pictavum venisset, ea in urbe domicilium suum ac A sedem constituit. Id cum ex Pauli Diaconi testimonio discimus, tum ipse Fortunatus de se profitetur, l. viii, c. 1, sic scribens :

Fortunatus ego hinc humili prece, voce saluto :  
 Italiae genitum Galliae rura tenent.  
 Pictavis residens, qua sanctus Hilarius olim  
 Natus in urbe fuit, notus in orbe Pater.

Quinimo id deinceps promeruit, ut illius Urbis clero, quamvis advena, ascriberetur, ac sacerdotio initiaretur, quod sane magno est illius virtutis ac vitae integritatis et innocentiae argumento. Quo vero anno Pictaviensis Ecclesiae presbyter factus sit, haud ita facile est statuere. Paulus Diaconus, dum narrat de eodem quod *novissime in eadem civitate* (scilicet Pictavis) *primum presbyter, deinde episcopus ordinatus sit*, videtur ad extremum ejus aetatis tempus id factum referre. At cum Greg. Turon. Fortunatum suis in libris presbyterum passim appellet, aliter videtur judicandum. Nam l. 1 de Mirac. sancti Martini, c. 13, eundem aperte *conservum suum*, *Fortunatum presbyterum* vocat. At Gregor. Turon. libros de Mirac. sancti Martini conscripserat, antequam Fortunatus suos illos iv de Vita sancti Martini versibus exararet, cum in epistola illis praefixa scribat Gregorio, ut, cum *jussisset opus illud quod ipse Gregorius de virtutibus sancti Martini explicuerat* versibus exprimi, sibi illud transmitteret, quod carmine complecteretur. Jam vero Fortunatus elucubravit libros iv de Vita sancti Martini, sancto Germano, Parisiensi antistite, adhuc superstite, qui an. 576 supremum diem obiit, uti adnotavimus ad lib. iv Vit. sancti Martini, pag. 470. Ex quibus conficitur jam ex illo tempore Fortunatum presbyterum fuisse. Quin ut hac in re quod sentio proferam, videtur mihi Fortunatus jam tunc clericus fuisse, cum ab Italia est profectus; idque ex eo conjicio, quod ab ejus coaevo Greg. Tur. *Presbyter Italicus* passim nomenitur, quem titulum vel ejus opera praeseferunt.

49. Multo vero difficilium est statuere quonam tempore idem ipse hospitio usus fuerit Agricolae, seu Agroscolae, episcopi Cabillonensis, sive, ut verisimilius videtur, Nivernensis, sicut adnotavimus ad cap. 24 lib. iii Op. Fort. Is enim scribens ad eundem, non solum se cum illo vixisse praese fert, sed etiam D ab optimo ejusdem parente doctum, institutum ac pastum fuisse, testatur hisce versibus :

Cum mea terra manu meruit genitoris arari,  
 Reddatur nati vi mere culta sui.  
 Nam pater, affectu dulci, memorabilis orbi,  
 Me vobiscum uno fovit amore duos.  
 Corde parens, postu nutrix, bonus ore magister,  
 Dixit, coluit, rexit, honesta dedit.  
 Ille pio studio sulcata novalla sevit;  
 Quod Pater effudit, hoc mihi semen ale.

Hoc itaque hospitio usum crediderim Fortunatum antequam Radegundi (de qua mox erit sermo) et ejus negotiis conficiendis se penitus daret, a qua deinde haud diutius videtur abfuisse.

50. Illud vero hoc loci quaeri solet, quibusnam de causis Fortunatus, posteaquam votum suum Turonis

exsolverat (quae praecipua fuerat causa ex Italia in Galliam veniendi), adhuc substiterit in Gallia, nec ad suos remearit. P. Browerus, cap. 2 de Vita Fortunati, ejus rei causam refert in bellicos tumultus quibus Italia Longobardorum armis tunc maxime afflicta est. Quo sane tempore Tarvisium, Fortunati patria, et propinquaer regiones, positae in ipsius Germaniae ore ac faucibus, hostilibus excursionibus et injuriis in primis patere. Is interea sibi in Gallia subsidendum duxit, donec, pace et tranquillitate Italiae reddita, tuto paternam ad regionem atque domum remigrare posset. Sane haud ipse aequo animo in Gallia commorabatur, nec propterea videtur ex animi proposito alienam regionem patriae ac suis anteposuisse, qui scribens ad Lupum, lib. vii, cap. 9,

B haec de se loquitur :

Exsul ab Italia nomen, puto, volvor in anno,  
 Littoris Oceani contiguante salo.  
 Tempora tot fugiunt, et adhuc per scripta parentum  
 Nullus ab exclusis me recreavit apex.

Adhuc vero miserabilium suum ab Italia digressum lamentatur lib. vi, cap 10, his verbis ?

Tristius erro nimis, patris vagus exsul ab oris,  
 Quam sit Apolloniis naufragus hospes aquis.

51. Neque altera praetereunda causa est ob quam is in Gallia permanserit, nec ad suos amplius reversus sit. Hanc autem ipse nobis declarat lib. viii, cap. 1, inquit :

Martinum cupiens, voto Radegundis adhaesi,  
 Quam genuit caelo terra Toringa sacro.

id est, cum eo consilio in Galliam venisset, quo sancti Martini sepulcrum inviseret, ac suae erga illum pietati satisfaceret, Radegundis, piissimae feminae, precibus ac votis retentus est, quominus in Italiam reverteretur; ac inde factum ut in Gallia reliquum vitae suae spatium traderet.

52. Quoniam vero de Radegunde mentio est facta, cujus maxime opera id praestitum fuit, ut Fortunatus in Gallia remaneret, quemque illa coluit semper, atque omnibus liberalitatis et benevolentiae officiis est prosecuta, haud erit alienum de regio ejus genere ac fortuna, nec non de egregia virtute ac sanctimonia, nonnulla dicere, e quibus ad vitam Fortunati et pleraque ejus poemata illustranda plurimum lucis addi possit. Fuit itaque Radegundis Bertharii, regis Thuringorum, filia, quem cum Hermenefridus, germanus ejusdem frater, oppressisset, Radegundis, adhuc puella, patre orba, patris in tutela relicta est (*Greg. Turon. in Hist. Franc., c. 4*). Postea vero Hermenefrido ipso a Francorum regibus Clotario et Theodorico superato et devicto, eadem in Galliam adducta captiva est; de qua cum Theodorico inter ac Clotarium contentio fuisset exorta, utri uxor obtineret, vicit Clotarius, ac eidem, statim atque per aetatem puellae licuit, nupsit, cum eam interea regia in villa educandam ac nutriendam custodibus tradidisset (*Fort., n. 2 Vitae Rad.*). Verum regales nuptiae deliciaeque aulae potentissimae illud pietatis ac religionis studium quod in puellula jam eluxerat, solita suis manibus imam altarium partem tergere, et puerorum choros, di-

vinas laudes celebrantium, ducere, nihil immi-  
nerunt sed potius illustrarunt, ut jam diceretur  
Clotario a suis aulicis *habere eum potius jugalem mo-  
nacham quam reginam*, unde erat in illam nonnun-  
quam asperior. Interea vero Radegundis frater, in-  
juste a Clotario occiditur, ex aulicorum fraude ac  
perfidia. Hoc illa tempus et occasione *in nave*, sibi  
a Clotario recedendum censuit, ad monasticam vi-  
tam, cujus studio in primis tenebatur, cogitavit am-  
plecti. Itaque ad beatum Medardum, Noviomensem  
antistitem, directa a rege conjuge, cum venisset, ab  
eodem cepit contendere, ut sese, mutata veste, Do-  
mino consecraret. Quod ille primo recusans, veritus  
ne Clotarii indignationem in semet excitaret, pos-  
tremo cessit precibus, ac valum ejus capiti imposuit,  
quo eam sanctimoniale declararet. Illa autem inde  
digressa Turonis ad basilicam sancti Martini venit,  
tum Suedas accessit, villam agri Pictaviensis, atque  
illic, monasterio exstructo, ad extremum usque vitæ  
diem sanctissime vixit (*Fort., ibid., e. 12*). De qua  
uti scribit Greg. Tur., lib. III Hist. Franc., cap. 7 :  
*Mutata veste, monasterium sibi infra Pictaviensem  
urbem construxit; quæ orationibus, jejuniis, vigiliis  
atque elemosynis, prædita, in tantum emicuit, ut  
magna in populis haberetur.*

53. In hoc autem Pictaviensi monasterio Agnetem,  
virginem singulari pietate ac virtute præstantem,  
quam olim ancillam habuerat, et quam a prima  
ætate loco filie (ut ipsius Radegundis verbis utar)  
coluerat, et educaverat, abbatissam constituit, ac se  
post Deum ejus ordinationi regulariter obedituram  
commisit. Id enim de se ipsa fatetur, apud Greg.  
Tur., lib. IX, cap. 42. Quocirca canit de illa For-  
tunatus, lib. VIII, cap. 1 :

Regia lactineo commutans pallia cultu,  
Vilior ancillæ vestis amata tegit.  
Splendida serraco quondam subvecta superbo,  
Nunc terit obsequio planta modesta lutum.  
Quæ prius insertis onerata est dextra smaragdis,  
Servit inops famulis, sedulitate, suis.  
Aulæ celsa regens quondam, modo jussa ministrat,  
Quæ dominando prius, nunc famulando placet.

Item scribens ad Agnetem, lib. VIII, cap. 4, sic eam  
alloquitur :

Sed tibi prius reliquis Mater pia charior instat,  
Eligit excelso consociare choro.  
Res probat ipsa tamen, quoniam quæ filia constas,  
Te matrem votis optat habere suas;  
Quamque suis genibus charam nutritivum alumnam,  
Prædicat ecce suo constituendo loco.  
Et quæ te semper baculi moderamine rexit,  
Prompta sub imperio vult magis esse tuo.

54. Summa vero Radegundi facultas et oportu-  
nitas fuit, pro regia ejusdem cognatione ac gene-  
re, illud suum Pictaviense monasterium pretiosis  
muneribus ditare, inter quæ ea præcipue numeran-  
tur quæ ipsa a Justino imper., anno circiter 569,  
missa ad eundem legatione, impetravit, plurimum  
conferente ad eam rem Sigiberti opera et gratia.  
Scilicet, ut de ipsa scribit Baudonivia in ejus Vita,  
num. 8 : *Quod sua vota posebant obtinuit, ut beatum  
lignum crucis Domini, auro et gemmis ornatum, et  
multas sanctorum reliquias, quas Oriens retinebat,*

*A uno residens loco, se habere gloriata est. Ad petitionem  
sanctæ crucis imper. legatarios cum Evangelii auro et  
gemmis ornatis.*

55. Hæc autem occasio fuit Fortunato ut hymnos  
nonnullos et poemata alia elucubraret in honorem  
sanctæ crucis, quæ inter celeberrimum illud est  
quod incipit *Vexilla Regis prodeunt*, Ecclesiæ ipsius  
usu jampridem consecratum. Idem præterea scripsit  
prolixum poema, quo, Radegundis nomine, gratias  
agit Justino et Sophiæ Augg. pro missis ad se pre-  
tiosissimis muneribus, quibus totum Occidentem il-  
lustratum et ornatum fuisse affirmat.

56. Quæ vero et quanta Fortunatum inter et Ra-  
degundem Agnetemque interesset summæ pietatis,  
benevolentiæ, charitatis, necessitudo, eaque ab  
omni aliena petulantia suspensio ac periculo, ipse  
nobis Fortunatus testis sit, lib. XI, cap. 6, scribens  
ad Agnetem hisce versibus :

Mater honore mihi, soror autem dulcis amore,  
Quam pietate, fide, pectore, corde colo,  
Cœlesti affectu, non crimine corporis ullo,  
Non caro, sed hoc quod Spiritus optat, amo.  
Testis adest Christus, Petro Pauloque ministris,  
Cumque piis sociis sancta Maria videt,  
Te mihi non aliis oculis aumoque fui-  
s, Quam soror ex utero tu, Titiana, fores,  
Ac si uno partu mater Radegundis utro-que  
Visceribus castis progenuisset, eram.

57. Suam vero præcipuam charitatem in Rade-  
gundem declarat lib. XI, cap. 2, his versibus, qui-  
bus, cum illa se includeret (ut infra dicentur), suum  
in ipsam desiderium exprimit, inquit :

Quo sine me mea lux oculis errantibus abdit,  
Nec patitur visu se reserare meo?  
Omnia conspicio simul æthera, flumina, terram;  
Cum te non video, sunt mihi cuncta parum.  
Quamvis sit cælum, nebula fugiente, serenum,  
Te celante, mihi stat sine sole dies.

58. Harum vero in se munificentiam ac liberalita-  
tem suis sæpe carminibus celebrat, quibus, pro  
missis munusculis, iisdem gratias agit; quod quam  
crebro fieret, satis indicant hæc ejus verba, quibus  
ad Agnetem scribit, lib. XI, cap. 9 :

Portitor ad tantos missus non sufficit unus,  
Lassarunt toties qui rediere pedes.  
Singula nec refero, quia metua munera vincunt (etc.).

Item se pluries convivio ab eisdem exceptum ac  
laute pastum fuisse significat, ac inter cætera, lib.  
XI, cap. 11, prandium commemorat, ac describit,  
quod sibi ab Agnete instructum, ac variis floribus  
et frondibus, ad speciem horti viridantis, pictum et  
ornatum fuerat, ex quibus illarum erga Fortunatum  
diligentia ac sedulitas perspicui potest.

59. Hæc vero inter illos mutua charitas et neces-  
sitas monet ut quæramus quo officio maxime, seu  
munere, apud religiosissimas feminas Fortunatus  
fungeretur. Sed ante quædam notanda sunt. Ac pri-  
mum illud animadverto, singulare semper Radegun-  
dis studium in his colendis et audiendis exstitisse, a  
quibus ad pietatem ac religionem institui poterat :  
quæ, ut scribit Fortunatus in ejus Vita, num. 8 :  
*Ad ejus opinionem si quis servorum Dei visus fuisset,  
vel per se, vel vocatus, occurrere, videres illam cœle-  
stem habere lætitiâ . . . sequenti die curam domus  
committens creditariis, ipsa se totum occupabat juxta*

*oiri iusti verba circa salutis instituta, et circa adipiscendæ vitæ cœlestis commercia retentebatur per dies.* Atque hæc de Radegunde, dum ea in regia aula adhuc viveret.

60. Deinde multa jam erant Pictaviensis monasterii sanctimonialibus negotia gerenda, sive quæ ad privatas earum curas et officia spectarent, sive quæ ad totius monasterii rem ac statum pertinerent, quibus in procurandis alterius qui extra monasterii septa viveret diligentia desiderabatur ac fides. Ita, quo unum aut alterum exemplum proferam, exstat apud Gregor. Tur., lib. ix Histor. Franc., cap. 42, exemplar epistolæ quam Radegundis mittit ad episcopos Galliæ, quo illorum patrocinium et auctoritatem adversus eos qui monasterii Pictaviensis jura vel bona lædere voluissent aliquid impetraret. Item, cap. 39, legitur quoddam rescriptum episcoporum ad Radegundem, in quo moniales illæ feriuntur anathemate, quæ unquam e monasterio egredi aut nubere voluissent. Hæc itaque, et id genus alia, sæpe cum episcopis, aut regibus, et aliis principibus viris, communicanda, et per ipsos interdum transigenda, aliquem, præstantem consilio solertiaque virum requirebant, qui eadem gereret ac procuraret.

61. Quæ cum ita sint, illud mihi videor primo affirmare posse Radegundem et Agnetem totius vitæ moderatorem ac præceptorem Fortunatum habuisse, cujus iudicio atque consilio cum in rebus suis privatis dirigendis, tum monasterii totius disciplina temperanda uterentur. Quod sane et tantæ necessitudini, quantam inter ipsum et illas interfuisse ostendimus, consentaneum videtur, et Fortunati religioni, doctrinæ, prudentiæ; idque Radegundis illa vota fuisse facile dixerim, quibus Venantius ipse se *adhæsisse* fatetur, quominus ad suos in Italiam reverteretur. Atque etiam adeunt indicia aliqua ex scriptis Fortunati quæ hoc ipsum confirmant. Ita lib. xi, cap. 4, auctor est Radegundi ut ad stomachum corroborandum ac recreandum vini aliquid sumeret, proferens Apostoli exemplum et auctoritatem, Timotheo ad ipsum suadentis. Item, cap. 7, ad Agnetem scribens, rogat ut quod ipse obsequium seu *famulatum* absens Radegundi impendere non poterat, pro se ipsa præstaret. Idem, cap. 8, gratias agit Agneti quod monialibus epulum, rogatu suo, indulisset, et optat ad extremum, quo Agnes et Radegundis diu essent superstites, quæ earum *freno*, seu auctoritate, Pictaviensis monasterii status, sive disciplina, diu floreret ac staret incolumis. Postremo, lib. viii, cap. 17, scribens ad Gregor. Turon., cum grave scandalum ad dissidium, post obitum sanctæ Radegundis, in eodem Pictaviensi monasterio excitatum fuisset, eidem causam abbatissæ commendat his verbis: *Memor sis commendationis beatæ domnæ meæ filie, vel jam matris vestræ, domnæ Radegundæ, pro loci sui, vel personæ, totiusque regulæ, stabilitate quod petiit, et verborum vel viscerum supplicatione commisit, ita præceptis infatigabiliter laborare, qualiter ipse vobis in*

*A retributione sempiterna restituat, qui providet auxilium indigentibus.* Quibus ex verbis potest intelligi quo in loco is esset apud Radegundem, et Agnetem, et quæ iisdem officia præstaret.

62. Atque etiam ex itineribus tam frequentibus quæ Fortunatum per Galliam Germaniamque habuisse comperimus, conjicere licet plura ad monasterium Pictaviense spectantia negotia per ipsum solita transigi. Ita lib. xi, cap. 27 et 28, scribens ad Agnetem et Radegundem, sua quædam itinera enarrat, quorum in altero diu procella jactatus fuerat, unde in grave vitæ amittendæ discrimen venerat; in altero vero hiemale frigus ac pruinas sæpe perpersum fuisse describit, cum nive et glaciæ late omnia tenerentur. Atque ipse, indicat quædam habuisse quæ præsens cum illis conferret, nec tum epistolæ committeret, iis verbis:

Post referenda simul murmura corde tegeo.

Item lib. vi, cap. 10, cum Mettin accessisset, narrat lintrem quo vehebatur a regio coquo sibi fuisse abductum; cumque venisset Nauciacum, vel Nasium, a Sigiberto rege perliberaliter exceptum, necnon ab ejus ministris Papulo et Gogone, cum lintem, tum cæteras copias ad iter suum prosequendum necessarias, refert se accepisse. Idem, lib. x, cap. 10, iter suum, aliud quod circa Rhenum et Mosellam confecerat, describit cum quidem regiæ domui, id est, Childeberto et ejus matri Brunichildi obvius factus, et ab ipsis retentus, et exceptus perhumaniter, eosdem deinde, regia pompa et apparatu iter facientes, fuisset prosecutus. Haud inverisimile itaque est Fortunatum isthæc loca, non tam solatii sui causa, aut privati negotii, adiisse, sed ut earum voluntati ac sollicitudini, quibus se et operam suam addixerat, satisfaceret.

63. Ex hisce autem itineribus (quæcunque tandem eorum suscipiendorum causa et ratio fuerit) per magnam ipse nactus opportunitatem est per celebres Galliæ ac Germaniæ episcopos adeundi, et cognoscendi quibuscumque amicissima benevolentia conjunctus fuisse ex ejusdem carminibus passim deprehenditur. Atque ut ex iis nonnullos commemorem, quorum ex amicitia et consuetudine non vulgaris commendatio innocentæ ac virtutis Fortunati sumi potest, sanctus Germanus, episcopus Parisiensis, propensissima in eundem voluntate ac benevolentia exstitit, ut constat inter cætera ex lib. viii, cap. 2, Op. Fortunati, qui cum ad eundem proficisci vellet, et a Radegunde retineretur, hæc inquit:

Me vocat inde pater, radians Germanus in arbe,  
Hinc retinet mater, me vocat inde pater.  
Dulcis uterque mihi, voto amplectente cohasit;  
Plenus amore Dei, dulcis uterque mihi.

Hic ille fuit Germanus a quo Agnes, Pictaviensis monasterii abbatissa, consecrata est, ut constat ex testimonio Radegundis apud Gregor. Turon., lib. ix, cap. 42, ex quo intelligi potest magnam inde necessitudinis ac benevolentiæ causam vel cum Fortunato interfuisse.

64. Felici etiam, episcopo Namnetensi, viro cum

nobilitate generis, tum virtute animi conspicuo, acceptus in primis ac jucundus fuit: idque indicant scripta ad illum Fortunati carmina, et illius ad hunc litteræ quas legere est l. III, cap. 4, 5 et seq. Idem apud Leontium, episcopum Burdigalensem, et Placidianam, ejus olim uxorem, mulierem ex imperatoria familia, in primis vero singularis pietatis laude præstantem, non infimum locum tenuit benevolentia et gratiæ, ut aperte testantur carm. 15, 16 et 17, l. I. Libro vero IV, cap. 10, exstat poema, quod ipse scripsit in funus ejusdem Leontii, in quo ipsius generis nobilitati, ac virtuti, et in gregem suum sedulitati, tum apud reges auctoritati et gratiæ refert egregium testimonium.

62. Quid vero de Euphronio dicam, antistite Turonensi? quid de Nicetio, episcopo Trevirensi, aut, qui illum excepit, Magnerico? ad quos singulos exstant scriptæ Fortunati epistolæ, seu carmina, l. III, capp. 1, 2, 3, 11, 12 et 13. Nec vero prætereundus sanctus Martinus, Galliciæ episcopus, ille qui Suevos, Galliciæ incolas, a paterna superstitione ad Christianam religionem amplectendam convertit, ad quem item Fortunatus epistolam scripsit, plenam amicissimi desiderii, et poema, in quo ejusdem virtutes, et erga gregem suum merita commendat. Habes illa l. V, c. 1 et 2.

66. Addendus his Avitus, episcopus Arvernensis, a quo Gregor. Turon. ad studium divinarum rerum se excitatum fuisse ac provocatum commemorat in libro de Vitæ Patrum, cap. 2. Is igitur in primis dilexit Fortunatum, uti jam conjuncta urique cum Gregorio necessitudo efflagitare videbatur. Porro cum Avitus, sacro Pentecostes die, plusquam quingentos Hebræos ad Christum convertisset, hoc ejus factum, prolixo carmine, prosecutus est Fortunatus, Gregorii hortatu.

67. Sed ne singulos commemorem, qui Fortunatum benevolentia et officiis humanitatis complexi fuisse deprehenduntur, sit unus pro omnibus is, de quo supra mentionem fecimus, Gregorius, Turonensis antistes, vir cum sede ac loco, tum pietate ac doctrina clarissimus. Quam vero ipse diligeret Fortunatum, ac quanta inter utroque amicitia ac familiaritas intercederet, tam multæ et crebræ ad illum scriptæ hujusce litteræ seu carmina declarant in quibus is haud secus quam in parentem se affectum esse ostendit, ac vicissim illius præcipuum erga se studium et benevolentiam contestatur. Cum autem, regionum intervallo sejunctus, minus quam vellet ipsi alesse et ejus præsentia frui posset, desiderium suum litterarum frequentia compensabat. Ut enim ipse de se profilitur, l. V, c. 14, scribens ad eundem Gregorium:

Jugiter opto libens, sacer amplectende Gregori,  
Cernere vos oculis, quærere litterulis.  
Dulce videre mihi, ac si desit copia cerni,  
Spes erit oranti vel dare verba Patri.

68. Hujus suavis plura scripsit aut edidit Fortunatus, quæ, nisi ejus hortatus et impulsus accessisset, fortasse perpetuis in tenebris ac oblivione po-

PATROL. LXXXVIII.

steritatis jacuissent. Quanti vero Gregorius faceret scripta Fortunati, ac quanti interesse arbitraretur eadem publicam in lucem proferri, inde intelligi potest, quod non leviter cum ipso agendo, sed obstando et adjurando ab eo contenderit, quo carmina sua et alia Opuscula in unum volumen colligata evulgaret. Id ex ipsius Fortunati testimonio discimus, ita scribentis ad Greg., lib. I, cap. 1: *Unde, vir apostolice, prædicande papa Gregori, quia viriliter flagitas ut quedam ex opusculis imperitiæ meæ tibi transferenda proferrem, mearum nugarum admiror te amore seduci; ac rursus: Sed quoniam humilem impulsus, alacriter acriter renitentem, sub testificatione divini mysterii, et splendore virtutum beatissimi Martini, conjurans, hortaris sedulo ut contra pudorem meum deducar in publicum, etc.* Libro vero V, cap. 5, se item ab eo ad scribendum incitatum scribit his verbis: *Instigas, Pater optime, seria curiositate, sincera tamen dulcedine, carmine elinguem proloqui, et currere pinguem versu pedestri.* Eadem sero scribit, l. IX, c. 6.

69. Atque hæc inter carmina quæ tunc edidit Fortunatus plura sunt quæ ad Gregorium ipsum scripta fuerunt, atque ejus virtutum laudem et commendationem complectuntur. Ac inter cætera illud eminet in primis, quod exstat lib. V, cap. 3, scriptum ad cives Turonenses, quo iisdem Venantius gratulatur, quod Gregorius Ecclesiæ illius episcopus creatus fuisset, ac bona iis omnia ex pontificis sui adventu ac præsentia ominatur.

70. Qua vero in se munificentia ac liberalitate idem Gregorius esset, passim suis in carminibus declarat, atque ut de cæteris taciam, lib. VIII, cap. 25, memorat sibi ab illo agellum præstitum fuisse ad alimoniam ac cæteros sumptus, in quo munificentiam ejusdem confert cum liberalitate sancti Martini, cum hic de parte chlamydis suæ nodum et egentem contexit, his versibus:

Munifici reparans Martini gesta, Gregori,  
Textit ut ille habitu, nos alis ipse cibo.  
Ut chlamydem ille prius, sic tu partiris agellum;  
Ille tegendo potens, tuque fovendo decens.

Cujus quidem agelli situm et amoenitatem describens, c. 24 ejusdem libri, hæc ait:

In qua sorte loci facta est collatio doni,  
Qua Vigenna procox litore frangit aquas.  
Lapsibus et tumidis dum fertur nauta carinis;  
Jugera culta videt, quando celeuma canit.

71. Ejusdem vero in se collata munera ac beneficia summam complectens, l. VIII, c. 23, eorum magnitudinem ac numerum exprimit, inquiens:

Gurgitis in morem si lingua fluent rigaret,  
Turbis torrentis vel raperetur aquis,  
Ad tua præcipue præconia summa, Gregori,  
Dum non explerem humine, gulta forem.  
Munificumque Patrem squaret nec Musa Maronis,  
Fers bona quanta mihi, quis valet ore loqui!

72. Quid autem reliquos enumerem quos sui amicos ac patronos habuit in Gallia Fortunatus? Reges dico ac principes viros, quibus tam acceptam atque omni tempore jucundum et charum eundem fuisse, permagnam, meo quidem iudicio, cum ingenii ejus et doctrinæ, tum vitæ integritatis, atque etiam cujus-

dam in familiarī consuetudine urbanitatis ac festivitatis, est testimonium. Supra jam diximus quam is Sigiberto, regi Austrasiæ, gratus esset et jucundus : cui addendi ejusdem fratres, Charibertus, Guntramnus, Chilpericus, et Sigiberti filius (qui postea Austrasiæ regnum tenuit), Childebertus, cum reginis suis Brunichilde, Gelesuintha, Fredegunde, ac regis familiis, apud quos Fortunatum in honore ac pretio fuisse, tot de his atque ad ipsos scripta poemata passim testantur.

73. Jam vero præter Gogonem, Lupum, Magniphum, Jovinum, et alios de quibus supra mentionem feci, Mummolenus etiam, vir illis temporibus dignitate præstans, et inter suos nobilissimus, amicissimus Fortunati fuit. Hic illum egregie laudat l. vii, c. 14, ac l. ix, c. 2, scribit ad eundem consolatoriam epistolam pro morte puellæ siliæ. Item Pappulus, vir apud Sigibertum potentissimus, Berulfus, Condo, Gundonarius, Bose, Galactorius, Chrodinus, Mummolus, et alii cum virtute ac dignitate præcellentes viri, tum apud reges suos honorati et gratiosi, præcipua benevolentia eundem prosecuti deprehenduntur. Quod autem ad ejus commendationem, meo quidem judicio, valere plurimum debet, illud est, quod cum illorum quos nominavi plerique varia fortuna usi interdum sint, ac nonnulli vel in reges ipsos conspiraverint, aut ab iisdem defecerint, alii gravibus de causis suspecti et offensi locum suum et gradum amiserint, et exsilio aut morte multati miserrime interierint, unus pene Fortunatus, nulla unquam de causa accersitus aut suspectus legitur fuisse, nec eorum quos amicissimos et conjunctissimos habebat calamitas illi qua apud Reges fruobatur gratiæ offecit aliquando : quod magno indicio est ita eundem nobilissimorum virorum amicitias coluisse, ut idem alienis a persona sua et gradu negotiis sese non immisceret, atque, ab omni partium studio alienus, quod suum erat opus persequeretur, pacis atque otii amicus.

74. Spatium vero temporis aliquid habitavit Fortunatus in ea Britannæ minoris parte quæ ad Oceanum posita, ejus fluctibus alluitur ac cingitur. Sic enim ipse scribit ad Felicem Namnetensem, l. iii, cap. 4 : *Oscitante me prope finitima pelagi blandimento naturalis torporis in lecto, et littorali diutius in margine decubante, subito per undifragos vestri fluctus eloquit, quasi scopulis incurrentibus elisa, salis spargine me contigit irrorari.* Idem scribens ad Druconem Diaconem, lib. iii, cap. 33, hæc ait :

Nos maris Oceani tumidum circumfluit æquor,  
Te quoque Parisius, chære salalis, habet.  
Sequana te retinet, nos unda Britannica cingit.  
Divisos terris, alligat unus amor.  
Non furor hæc Pelagi vultum mihi subtrahit illum,  
Nec Boreas aufert nomen, amice, tuum.

75. Quærendum autem videtur quam maxime de causa idem in oras illas ac littora secessisset? Qua in re si licet coniecere aliquid, illud primum animadverto, solemne tunc temporis plerisque viris reli-

gio-issimis fuisse ut per annum, ac sacro maxime quadragesimali tempore, in locum quempiam ab hominum frequentia remotum secederent, in quo precibus solis ac jejunii vacarent. Ita de sancto Senoch narrat Greg. Tur., lib. de Vitis Patrum, cap. 15, quod a die sancti Martini, usque ad Natalem Christi diem, et rursus quadraginta ante Pascha diebus cellula vivebat inclusus; itemque de Berecundo<sup>a</sup>, pontifice Ambianensi narrat auctor Gregorio coævus, quod secretum in locum recedebat, ut sacro quadragesimali tempore divinarum rerum contemplationi vacaret impensius.

76. Porro eam ad rem aptissimæ occurrerant insulæ, quæ, mari undique circumfusæ, frequentiores hominum arcebat accessus. Hinc de Palladio, Santonensi episcopo, narrat Gregorius, lib. viii Hist. Franc., cap. 43, quod ipse *Quadragesimæ tempore in insulam maris, orationis causa, secessisset.* Sanctus Marculus etiam, abbas Nantensis, in quamdam insulam quotannis confugiebat, *quatenus tibi super illud sacrum tempus quadragenarium corpus rigidius solito maceraret, et quo ab hominum conspectu esset remotior, eo ad vigiliis, orationem, jejuniisque exercenda aptior, atque expeditior esset,* ut legitur in ejusdem Vita, n. 12, quæ relata est sæc. i Bened., pag. 128. Porro vel ætate divi Ambrosii quam frequentari insulæ solerent ab his qui, pietatis causa, sola ac secreta in loca cupiebant secedere, indicat ipse Ambrosius in Hexam. l. iii, c. 5, iis verbis : *Quid enumerem insulas... in quibus ii qui se abdicant intemperantiæ secularis illecebris, fide continentia proposito, eligant mundo latere, et vitæ hujus declinare dubios anfractus? Mare est ergo secretum temperantiæ, exercitium continentia, gravitatis secessus, portus securitatis, tranquillitas sæculi, mundi hujus sobrietas, tum fidelibus viris atque devotis incensivum devotionis, ut cum undarum leniter alluentium sono certent cantus psallentium, plaudant insulæ tranquillo fluctuum sanctorum choro, hymnis sanctorum personent.*

77. Quæ cum ita sint, adducor ut credam vel Fortunatum in quampiam insulam secedere aliquando consuevisse, idque forte sacro Quadragesimæ tempore, in qua, ab hominum turba remotus, atque omnibus vacuus negotiis, jejunii ac precibus studiosius instaret. Quod enim ipse in aliqua insula vixerit, ex ejusdem verbis intelligi potest, quibus ad Placidinam scribit, lib. 1, cap. 17, hoc modo :

Munera parva nimis, pia, suscipe, quæso, libenter,  
Quæ magis ipsa decens, munus in orbe micat.  
Fluctibus e mediis hæc ut daret insula vobis,  
Oceanus tumidis murmurare præstat aquis.

78. Quanquam vel ea fortasse fuit causa cur Fortunatus insulas, sive alia maritima loca, peteret aliquandò, quod is sanctissimorum hominum, qui illis in regionibus habitaverant, ac rerum ab iisdem gestarum monumenta quæreret, quibus cum ad pietatem accenderetur, et acueretur ad imitationem similitudine exemplorum, tum actas ab iisdem Vitis conscriberet. Quod in primis solenne eidem fuisse.

<sup>a</sup> Lego præf. ad sæc. I, n. 111.

cum tot ab ipso elucubratae Vitae sanctorum testatur, tum haec ejus verba confirmant, quibus ipse de se proficitur, lib. II, cap. 12 :

Laudibus humanis reliquorum corda resultent,  
At mihi de justis commemorare placet.  
Nam pietatis opus, victores texere libri,  
Admoet ingenium res ratione duplex.  
Una quod est habilis de magnis magna fateri,  
Nam bona qui reticet criminis auctor erit.  
Altera causa monet, quoniam successus amatur,  
Et meliora cupit qui sua facta legit.

79. Ac sane non obscurum ejus rei indicium ipse nobis praestat Fortunatus, l. I, c. 17, ad Placidinam scribens hisce verbis :

Quae loca dum volui properans agnoscere ponti,  
A Borea veniens, repulit unda furens.  
Prosperitas ut vestra tamen se plena probaret,  
Obtulit in terris quod peteretur aquis.

Quibus postremis versibus id mihi maxime indicasse videtur, quod cum eo consilio navigaret ut relicta quibusdam maritimis in locis a piissimis viris pietatis suae ac sanctimoniae vestigia cognosceret, inde rejectus tempestate, et ad Placidinam delatus, in ejus persona ac vitae ordine id expressum repererit quod aliis in locis navigando quaerebat.

80. P. Browerus (cui et cl. vir Joseph. Liruti assentitur) arbitratur Radegundem secutam Fortunatum fuisse, ac in eadem cum ipso aut certe proxima insula interea habitasse. Ea vero ratione ducitur, quod scribens Fortunatus ad Felicem, episcopum Namnetensem, in eadem epistola, in qua dicit se *oscitari prope finitima pelagi*, refert ipsius Felicis verba, quibus antea ad sese scripserat : *Ipsam Radegundis muro charitatis inclusum vivere.*

81. Sed id mihi tanti esse non videtur quamobrem credamus Radegundem, ejus regulae ad quam mores suos conformaverat ac sui propositi oblitam, unquam e monasterio egressam esse, ut alio concederet. Ipsa siquidem regulam sancti Caesarii Arelatensis episcopi sequebatur, in qua, art. 5 recapit., diserte cautum fuerat : *Ut nulla ex vobis (monialibus) usque ad mortem suam de monasterio egredi permittatur, aut per se ipsam praesumat exire.* Hinc de Radegunde scribit Paudonivia in ejus Vita, num. 28, quod *instituerat ut nulla vivens foras monasterii januam egrederetur.* Quin ipsamet Radegundis, in epistola ad episcopos Galliae (quam legere est apud Greg. Tur., l. IX Hist. Franc., c. 42), implorat eorum auctoritatem adversus moniales illas quae *extra regulam exinde (e monasterio) egredi tentavissent.* Postremo eadem in libro de Excidio Thoringiae sic a Fortunato loquens ad Hamalefredum, patruelem suum, inducitur :

Sacra monasterii si me non claustra tenent,  
Improvvisa aderam, qua regione sedes.

Nullo itaque modo credibile est Radegundem unquam a monasterio recessisse, quo Fortunatum sequeretur, sive religionis ac pietatis gratia, sive ulla alia de causa loca maritima petentem.

82. Porro ex illa quae Radegundem inter ac Fortunatum interfuit necessitudine, Browerus conjicit eandem monasticum amplexum fuisse, ac fortasse regulam sancti Caesarii, episcopi Arelatensis, secutum esse, in quam praecipuum exstitisse Radegundis stu-

diu testatur idem Fortunatus, de illa scribens, lib. VIII, cap. 6 :

Concipiente fide Christi Radegundes amore.  
Caesarii lambit regula quidquid habet.  
Cujus pontificis reverentia pectore mella,  
Colligit, et rivos insatiata bibit.

83. Addit Browerus eundem, more veterum anchoretarum, fiscellas texere solitum, e quibus unam mittens ad Radegundem et Agnetem, l. XI, c. 12, sic eas alloquitur :

Ista meis manibus fiscella est vimine texta,  
Credite, mi charae, mater et alma soror.

Item eodem in libro, c. 17, aliud operis, suis manibus confectum, ad easdem mittit his verbis :

Composui manibus propriis hoc munus amoris,  
Sed tibi, vel dominae sit, rogo, dulce meae.

Quis autem ignorat id maxime monachorum proprium fuisse, ut manibus suis quotidiano operi instarent, ac fiscellas, vel id genus alia, elaborarent atque contexerent?

84. Atque his Broweri conjecturis vel illud addere placet, quod a cl. Ruinart animadversum est in praef. ad Op. Greg. Tur., n. 35, inquit : *Monasticus ordo, jam tempore Gregorii, ita erat clericatui conjunctus, ut idem fuerit monachus esse ac clericum.* Aliquam etiam ex eo conjecturam facere possumus, quod, cum is, lib. IV Vitae sancti Martini, de Paulo, Aquileiensi episcopo, scribat :

Qui me primaevis converti optabat ab annis,  
innuere videtur, se, etsi non primaevis ab annis, postea tamen conversum fuisse, id est, monasticum fuisse amplexum, ut ostendimus supra, num 13.

85. Sane Radegundis praeter illud suum monasterium mulierum, quod Agneti regendum tradiderat, et in quo ipsa vivebat, aliud virorum apud Turonos extruxerat. Quin et Pictavis basilicae sanctae Radegundis aliud monasterium virorum adjunctum fuisse constat ex Baudouivia, lib. Vitae sanctae Radeg., num. 19 et 31, in quo credibile est Fortunatum etiam, sive exemplo ac imitatione, sive incitamento et hortatu Radegundis, monachum egisse ut et illi praesto esset, si quid ejus consilio et opera indigeret, et vitae consuetudine ac instituto ad ejus vitae similitudinem propius accederet.

86. Quamvis autem plurima exstiterint Fortunati officia in Agnetem ac Radegundem, quibus nunquam ejus diligentia ac sollicitudo videtur defuisse, non minora tamen pietatis ac sedulitatis officia Ecclesiae Pictaviensi, cujus clero (ut ante diximus) ascriptus fuerat, praestitisse dicendus est. Neque vero sine praclaris illam in Ecclesiam meritis vir, praesertim advena, supremam ipsius Ecclesiae sedem aliquando adipisci potuisset.

87. Mirandum est autem nonnullos exstitisse qui inficiati sint Venantium Fortunatum episcopum fuisse unquam, aut alium Fortunatum comminiscantur, ad quem munus illud delatum fuisse asserant, a nostro plane diversum. Qui ea maxime ratione ducuntur, quod Gregorius Turonensis, quoties ejus mentionem facit non nisi praebiterum illum nominet. At duo gravissima ac certissima monumenta evincunt

Fortunatum nostrum episcopum, et quidem Pictaviensem fuisse. Nam primo Baudonivia, monialis monasterii Pictaviensis, coeva Fortunato, sic de ipso scribit in prolog. Vitæ sanctæ Radegundis : *Non ea quæ vir apostolicus, Fortunatus episcopus, de beatæ Vita composuit iteramus. Quis autem asserat Vitam beatæ Radegundis, quæ alteri scriptæ a Baudonivia solet præligi, a nostro Venantio Fortunato non fuisse conscriptam? Deinde Paulus Diac., lib. II Hist. Long., cap. 43, sic de ipso scribit : Novissimeque in eadem civitate (Pictavis) primum presbyter, deinde episcopus ordinatus est. Jam vero Paulus diaconus a Carolo Magno, postquam hic Longobardorum regnum in Italia exstinxerat, abductus in Gallias, cum et Pictavum ad tumultum Fortunati venisset, ex certis monumentis rem omnem discere potuit.*

88. Quod vero Greg. Turonensis non nisi *presbyterum* eum appellet, nihil negotii ea res facit, cum Fortunatus non nisi extremo vitæ suæ tempore, ut infra dicemus, Pictaviensis episcopus creatus sit, quo tempore Gregorius non solum ediderat libros suos, sed etiam vita functus fuerat, ut suo loco ostendemus. Atque isthæc fuit causa cur ejus opera Gregorio Turon. nuncupata *presbyteri Italici*, non *episcopi Pictaviensis*, nomen præferant.

89. Quo vero anno Fortunatus sedem Pictaviensem concenderit, difficile est definire. Quo scilicet tempore decessit Radegundis (quæ obiit an. 587, teste Gregor. Turon., lib. IX Hist. Franc., cap. 2) Pictaviensem Ecclesiam adhuc regebat Mauroveus, ex testimonio ipsius Gregorii, qui cap. 106 lib. de Gloria conf., testatur se, Mauroveo absente, curasse funus ac sepulturam beatæ Radegundis. Mauroveum excepit Plato an. 592, qui ad illam sedem evectus est, adhuc superstite Gregorio, cujus fuerat discipulus. Hinc quo die Plato Pictaviensis episcopus constitutus est, sic de illo cecinit Fortunatus lib. 10, cap. 18.

Gaudia læta parat præsentia sancta Gregori,  
Et geminas urbes adjuvet una fides.  
Qui modo discipulo Platone, antistite summo,  
Solemne Ecclesiæ hic dedit esse diem.

Sunt qui huic Platoni Placidum successorem fuisse asserunt in sede Pictaviensi; sed hic non alius fuit a Platone ipso, ut adnotat cl. Ruin., ad Op. Greg. Turon., lib. IV de Mir. sancti Martini, cap. 32. Platoni itaque vita functo, non alius successit quam Fortunatus; cumque obitus Platoni referatur ad annum circiter 599, eodem ferme tempore Fortunatus episcopus Pictaviensis creatus fuisse dicendus est, cum Greg. Tur. ad an. 593 diem suum jam obiisset.

90. Exstat lib. IV Op. Fort., cap. 25, poëta scriptum ab eo in funus Theodechildis reginæ, quæ ad an. 598 fato extincta est, ut ostendit cl. Pagius, ad illum annum, num. 4. Non multo itaque postquam illud epithaphium scripsit, renuntiatus est episcopus Pictaviensis, jam inclinatus ad senectutem ætate. Cum enim is annos circiter triginta sex natus venerit

<sup>b</sup> Vide Pag., ad an. 590. Lege Greg. Tur., de Gl. conf., c. 96., et l. IV de Mir. S. Martini, c. 32; et

A in Gallias, ac triginta quatuor alios exegerit in hoc regno, antequam episcopus fieret, constat ad illum pervenisse dignitatis gradum, cum jam devexus esset ad senectutem.

91. Locum illum adeptus Fortunatus, cum vitæ innocentia et virtutum exemplo, tum doctrina plurimum, gregi suo profuit. Exstant jam ejusdem Expositiones in Symbolum et Orationem Dominicam (L. I, c. 1, 2), quas ille ad eum finem elucubrasset videtur, ut eas plebi suæ recitaret, quarum in altera hæc ait inter cætera : *Inde retinentes ejus (Orationis Dominicæ) mysteria, et quam multa sint in brevitate collata, propter ædificationem Ecclesiæ, paucis docemur explicare, quia tunc nobis melius placebunt auditu, cum patuerint intellectu. Itaque ad ipsum veniamus sanctæ Orationis sermonem*, etc. Quibus in verbis Pastoris gregem suum instituentis persona satis ostenditur.

92. Non multos vero annos Pictaviensi Ecclesiæ præfuit Fortunatus, cum eidem jam demortuo successerit Caregisilus, et hunc Ennoaldus exceperit, qui ad an. 615 Pictaviensem Ecclesiam regebat, de quo legendus Cointius ad hunc annum, num. 27. Fortunatus itaque, septimo ineunte sæculo, e vita excessisse dicendus est; ac Pictavis in basilica sancti Hilarii (ut narrat Paulus Diac. loco sæpius citato) digno tumultu honore quiescit. Cujus ad tumultum cum idem Paulus, venerationis ac pietatis causa, accessisset, sequens epithaphium, rogatu Apri, ejus loci abbas (ut ipse refert de sese) scribendum contexit :

Ingenio clarus, sensu celer, ore suavis,  
Cujus dulce melos pagina multa cavit.  
Fortunatus apex valium, venerabilis actu,  
Ausonia genitus, hæc tumulatur humo.  
Hujus ab ore sacro sanctorum gesta priorum  
Discimus : hæc monstrant carpere lucis iter.  
Felix, quæ tantis decoraris, Gallia, gemmis,  
Lumine de quarum nox tibi tetra iugit.  
Hos modicos prompti plebeio carmine versus,  
Ne tuus in populis, sancte, lateret honor.  
Redde vicem misero, ne iudice spernar ab æquo,  
Eximius meritis posce, beate, precor.

93. Porro Fortunatus cum ob pietatem ac sanctimoniam, tum ob ornamenta ingenii atque doctrinæ, commendari plurimum consuevit, ut tot pene haberit virtutis suæ præcones, ac testes, quot de illo scripsere. Certe tot in Gallia Germanique clarissimi sanctitate viri, inter quos celeberrimi illius ætatis episcopi, cum Fortunato intima amicitia ac familiaritate conjuncti, in primis vero Radegundis et Agneis, quæ tam singularis pietatis laude illis temporibus floruerunt, tanta cum Fortunato necessitudine et charitas, satis declarant quæ is existimatione esset in Galliis, quæque de ejusdem virtute esset omnium opinio.

94. Itaque mirandum non sit Baudoniviam apostolicum illum virum appellasse: Paulum Diaconum, cum venisset in Gallias, ejusdem tumultum, ut ipse de se profitetur, orationis causa invisisse, atque eundem sanctum et beatum in illo carmine quod ad ejus sepulcrum elucubravimus nominasse, ac imple-  
Coint., ad an. 592, n. 3; et Ruin., in notis ad Greg. Tur., cit. loco.



rasse ut sibi apud æquum iudicem eximiis meritis A patrocinaretur. Ex quibus intelligi potest eam quæ tunc de Fortunati sanctitate opinio in Galliis fuit, vel ad posteriores ætates, perpetua hominum consensione, pervenisse.

95. Ipsum deinde Fortunatum inter imagines sanctorum Augustanorum relatum legimus iis verbis : *Sanctus Fortunatus ex presbytero Italico, episcopus Pictaviensis* ; quem honorem eidem tributum censent nonnulli, quod eam ad urbem, in suo illo per Germaniam itinere, accesserit, ut cineres sanctæ Afræ ibi conditos veneraretur ; ac forte, spatium temporis aliquod ea in civitate commoratus, egregiæ virtutis specimen aliquod dederit (*L:4 Vitæ S. Mart.*). Idem invocatur in litaniiis sancti Cypriani extra muros Pictavienses, ut ex illius Ecclesiæ sacris monumentis ostendit Andreas Suassaius ad calcem Martyrologii Gallicani. Qua de re legendus Cointius, ad an. 599, num. 28, et Pagius, ad an. 568, num. 4. In vetustissimis etiam precibus, seu litaniiis, solitis a Carolo Calvo recitari, inter cæteros sanctos episcopos vel Fortunati nomen expressum reperitur his verbis : *Sancte Fortunate, ora pro nobis*, uti apparet ex antiquissimo Ms., quod edidit Stephanus Balutius in app. ad Cap. Regum Franc., cap. 94. Postremo eundem Festum in Ecclesia Pictaviensi sub ritu duplici celebratur ad diem 14 Decembris, ut referunt Samarthani in Gall. Christ., t. II, p. 1151. Legendus et Suassaius in Mart. Gall. II, p. 43, Kal. Jan.

96. Atque hæc externa sunt de pietate ac religione Fortunati testimonia. Si autem ejus scripta, sive C prosa, sive versu, elucubrata, legantur, nihil fere aliud illa quam egregiam in Deum ac beatam Mariam, Divosque omnes, pietatem et reverentiam præ se ferunt, tum in virtutibus hominum ac præclaris meritis celebrandis alienum ab omni invidentia singulare studium ac sedulitatem. In iisdem ubique digna Christiano homine, ingenuitas ac morum simplicitas apparet, in colendis amicitiis singularis innocentia ac fides, tam præcipuus æquitatis honestatisque amor ubique expressus perspicitur. De se quoties loquitur, non modo verbis non effert ea ornamenta quæ alii in ipso admirabantur, sed etiam totus est in eisdem occultandis, aut extenuandis, idem in cæteris ornandis, quos ulla virtutis laude præstare cognoverat facilis ad liberalis ostenditur.

97. Eiusdem vero in scribendo pietatem Ecclesia testimonio suo ac facto comprobavit, cum plures hymnos ab ipso concinatos ad divina officia et sanctorum festa celebranda adhibuerit, et usu suo consecrarit, quos permultos fuisse (quamvis alii fortasse adhiberi desierint, alii auctoris sui ex incuria hominum et oblivione nomen amiserint) ex Paulo Diac. et Joanne Trithemio discere possumus, quorum alter *hymnos singularum festivitatum compositos* a Fortunato fuisse refert, alter hymnos ab eodem elucubratos septuaginta septem enumerat, quorum primus ille statuitur, qui incipit : *Agnoscat omne sæculum*, etc., qui exstat lib. VIII, cap. 5, Op. Fort.

98. Quod vero attinet ad ingenium et doctrinam Fortunati, etsi illud dem, ejusdem poemata iis leporibus ac venustatibus lita sæpe non apparere quas delicatuli nonnulli persequi ac desiderare consueverunt, imo et quamdam interdum barbariem, ex temporum indole, præ se ferre concedam, idem tamen illud affirmo, cum aptis concinnisque sententiis tota fere illa contexta esse (quod plurimi faciendum est, non solum in soluta oratione, sed etiam in poesi), tum ne rude quidem, saltem in locis pluribus, aut impolito dicendi genus ab eo adhiberi, quinimo tale quod interdum vel delicatioris aures delectare possit. Idem in affectionibus animi, pro temporum ac personarum natura, exprimendis (quod in primis artis et ingenii vim ostendit) maxime antecellit ; nec salis quidem et leporis experts, cum locus expostulat, deprehenditur.

99. Quod si quis forte id desiderat, ut elegantior interdum ac diligentior esset, idem meminerit oportet, ea in tempora illum incidisse, quibus diutinis bellis ac frequentibus Barbarorum IncurSIONIBUS non solum Italia, in qua doctus et educatus fuerat, sed etiam, in qua deinceps vixit, Gallia vexata et afflicta sæpius fuit, ut mirandum potius sit, si quid, ea ætate, cum cæteris in rebus, tum in Musis ac litteris, barbariem ac feritatem non redoleret. Si quid vero aliud, Musæ certe quietem et otium desiderant, ac quamdam vacuitatem ab angoribus. Quocirca quid tandem festivum, ac lætum, et suis absolutum numeris, canere is poterat, qui, anxius ac sollicitus, illud sæpe quæreret :

Si gravis arma tenens, Italias terit hospes arenas?  
quique ab Italia diu exsul, secum illud et cum aliis conquirebatur :

Cur mihi tam validas innectis cura querelas?  
Tristius erro nimis, patris vagus exsul ab oris,  
Quam sit Apolloniis naufragus hospes aquis.

100. Hisce adde quod is pleraque carminum non domi scripsit otiose, ut eadem seria cura ac diligentia elucubrare, ac, si quid minus commode exciderat, refingere ac limare subtilius posset, sed in itinere, aut navigans, aut equitans, fere effudit, aut inter barbaros homines, invitatus ad convivia, ex tempore profudit. Ut enim ipse de sese scribit ad Gregor. Turon., lib. I, cap. I : *Præsertim, inquit, cum ego imperitus de Ravenna progrediens Padum, Athesim, etc., tranans, pendulus montanis anfractibus, Pyrenæis occurrens, Julio mense nivosis, pene aut equitando, aut dormitando conscripserim. Ubi inter Barbaros longo tractu gradiens, aut via fessus, aut crapula brumali, aut frigore, Musa hortante, nescio gelida magis an ebria, novus Orpheus Lyricus, silvæ voces dabam, silva reddebat.* Quibus propterea se excusat ad Gregorium, quominus carmina sua ederet. Item in alia epistola ad eundem Gregor., quæ præfixa est quatuor libris de Vita sancti Martini, suum quoddam poema ad eundem dicit mittere : *quod in opere messium, id est, in ipsa messe, ait, ut præsens explicare portitor poterit, nec expedire licuit, nec tentare singula.* Et addit : *Totum illud opus* (nempe quatuor libros de Vita sancti

Martini) *versu intra hec bimestre spatium, audax magis quam loquax, nec effcax, cursim et impolite, inter frivolas occupationes, sulcavi.* Idem veniam rogat ad extremum, quod magnam lituram, in messe scribenti, pluvia superfundisset. Item prolixum poema, quod exstat lib. v, cap. 5, scriptum rogatu ejusdem Gregorii in laudem Aviti, pontificis Arvernensis, intra duos nec integros dies, se absolvisse scribit, cum *instans portitor (ut ipse ait) per verba, sigillatim hianti fauce cadentia, quasi gravis exactor, non in me tam fœnera solvere cogeret, quam pensare.*

101. Ex quibus facile perspicitur Fortunatum, dum aliis fere negotiis distineretur, aut cum preme-teretur temporis angustia, poemata sua fuisse. Quocirca hinc quisque facile conjecturam facere debet qualis et quantus poeta extitisset, si melioribus temporibus fuisset natus, ac vacuus negotiis Musas domi colere otiose potuisset, cum in tanta barbarie vitæ tam occupata non modo non vulgæris, aut mediocris, sed plane bonus poeta ac sua ætate facile princeps evasisset.

102. Quid autem veteres senserint de ingenio doctrinaque Fortunati, ex eorum testimoniis intelligi potest, quæ suo loco a nobis ponenda sunt. Hic solum ejusdem amicissimi et æqualis Gregorii Turonensis testimonium liceat afferre, qui in epistola, quam prælexit quatuor libris de virtutibus sancti Martini, cum tanto operi quod aggressus fuerat perficiendo semet impari dixisset: *Utinam, ait, Severus aut Paulinus viverent, aut certe Fortunatus adesset, qui ista describerent.* Idem Fortunatum adjuravit *sub testificatione divini mysterii, et splendore virtutum beatissimi Martini*, ut poemata sua in unum collecta volumen ederet, utique plurimum interesse existimans ne diutius in silentio ac tenebris laterent, sed in communem fructum proferrentur. Eidem addendus Felix Namnetensis episcopus, qui scripserat ad Fortunatum *ejus vocem nec acclamatione laudum superatam in ultimo orbis angulo personasse.* Quibus ex verbis intelligi potest quænam in tota Gallia esset de ingenio ejus ac litteris communis fama et existimatio.

103. Neque vero ejusdem opera in carminibus pangendis tantummodo aut sanctorum Vitæ describendis præstitit, sed idem ne a theologis quidem studiis alienus fuit. Sane ejusdem in Orationem Dominicam explanatio præ cæteris declarat quo is sensu ac judicio esset theologis in rebus. Item carmen 7 lib. VIII, quod in laudem sanctæ Mariæ virginis et Matris

**A** Domini scriptum est, satis ostendit quam is versatus esset in theologis disciplinis. Is tamen videtur hujusce scientiæ laudem a se remove, scribens ad Martinum Galliciæ episcopum, lib. v, cap. 4, his verbis: *Plato, Aristoteles, Chrysoippus, vel Pittacus, cum mihi vix opinione noti sunt, nec legenti Hilarius, Gregorius, Ambrosius, Augustinus, quos, si vel in visione noti fierent dormitanti, nec ego vere cognoscerem.* Sed quid mirandum est hominem laudes suas occultandi sagacissimum hæc scripserat ad Martinum, qui in sua quadam ad eundem epistola scripserat de Fortunato *quod post stoicam peripateticamque censuram theologiæ ac theoriæ studio mancipatus fuisset?* Certe is presbyter primus, deinde vel episcopus renuntiatus, diutius illa scientia carere non potuit ad quam sibi comparandam vel exemplo Radegundis incendi poterat, de qua, ut refert Baudonivia in ejus Vita, num. 9, assidua rerum divinarum in meditatione assiduæque lectione diu noctuque versabatur.

104. Idem etiam (ut censet Joan. Joseph. Liruti) Græcarum litterarum expertus non fuit quas forte Ravennæ, in illo scientiarum omnium Lycæo, didicerat, ac in Galliam deportarat. Ejus vero rei argumentum ab ipso profertur, quod is scribens ad Felicem, Episcopum Namnetensem, cujus eloquentiæ admiratione se perculsum fuisse narrat, hæc dicat: *Credebam quasi sono Pindarico compactos tetrastrophos pedestri glutine suggilatos (Epistola præfix. lib. 1 Vitæ S. Mart.).* Ac profecto is qui, scribens ad Gregor. Turon., sic exorditur epistolam: *Apud pietatis animum, quod opere minus inscribitur, dilectionis intuitu dilatatur. Nam ΕΠΙΧΕΙΡΜΑΤΑ ΛΕΓΙΣ ΔΙΑΕΡΕΤΙΚΩΝ ΠΑΡΑΤΕΤΕΙΝΑΙ* etc., haud videtur Græcarum litterarum ignarus fuisse. Postremo, quod meo judicio maxime facit ad rem, plura sunt in ejus scriptis quæ Græcum dicendi leporem ac modum passim referant. Merito itaque reprehendendus Hilduinus abbas, qui, in epistola ad Ludovicum Pium, idcirco illum de natione Dionysii Areopagitæ, de quo *hymnum pulcherrimum scripserat, et ordinatione episcopatus mentionem non fecisse narrat, quia Græcæ linguæ penitus expertus fuit.* Atque hæc de pietate, tum scientia Fortunati et ingenio, satis a me dicta existimo.

**D** Ut autem illa quæ in ejus Vita retulimus, vel hominum doctissimorum qui de Fortunato, omni fere ætate, aliquid scripserunt auctoritate ac testimoniis comprobentur, placet hic elenchum eorum subjicere.

## TESTIMONIA VIRORUM ILLUSTRUM

### DE VENANTIO FORTUNATO.

*Greg. Tur., lib. v Hist. Franc., cap. 8.*

Si quis strenuus virtutes illius (sancti Germani Parisiensis), quas in corpore fecit, sollicite vult inquirere, librum vitæ illius, qui a Fortunato presbytero composuit, est, legens, cuncta reperiet.

*Idem lib. 1 de Glor. marty., cap. 42, agens de tem-*

*pla sancti Laurentii apud Brionas, et de trabe quæ per miraculum creverat, etc, qua frustra excidebantur ad morbos curandos:*

« Quod, ait, Fortunatus presbyter his versibus persecutus est: Laurentii merito, etc., multo plures exinde scripsit versiculos, quos ego prætermisi, hæc tantum pro testimonio veri scribens, etc. »

*Idem in epistola prefixa lib. quatuor de virtutibus sancti Martini.*

Utinam, inquit, Severus, aut Paulinus viverent, aut certe Fortunatus adisset, qui ista describerent, etc. *De eodem Fortunato vel aliis in locis mentionem facit.*

*Baudonivia sanctimonialis, in prologo ad Vitam sanctæ Kagedundis.*

Non ea, quæ vir apostolicus Fortunatus episcopus de beatæ Vita composuit, iteramus, etc.

*Pentus Diaconus, de Gestis Longobar., lib. 11, cap. 15.*

Sane quia hujus Felicis factum mentionem, libet quoque pauca nos de venerabili et sapientissimo viro Fortunato retexere, qui hunc Felicem suum asseverat socium fuisse. Denique hic, de quo loquimur, Fortunatus, natus quidem in loco qui Duplavilis dicitur, fuit: qui locus band longe a Cenitensi castro, vel Tarvisiana distat civitate; sed tamen Ravennæ nutritus et doctus, in arte grammatica, sive rhetorica, sive etiam metrica, clarissimus exstitit. Hic cum oculorum dolorem vehementissimum pateretur, et nihilominus Felix iste, ipsius socius, pari modo oculos doleret, uterque ad basilicam beatorum Pauli atque Joannis, quæ intra eandem urbem sita est, perrexerunt in qua etiam altarium in honorem beati Martini confessoris constructam propinquam habet fenestram, in qua lucerna ad exhibendum lumen est constituta, de cujus oleo mox sibi isti, Fortunatus scilicet et Felix, dolentia lumina tetigerunt: illico dolore fugato, sanitatem, quam optabant, adepti sunt. Qua de causa Fortunatus in tantum beatum Martinum veneratus est, ut, relicta patria, paulo antequam Longobardi Italiam invaderent, Turonis ad ejusdem beati viri sepulcrum properaret. Qui sibi, ut in suis ipse carminibus refert, illuc properanti per fluentia menti, et Rounam, perque Osopum, et Alpem Juliam, perque Aguntum castrum, Dravumque, et Byrrum fluvios, ac Briones, et Augustam civitatem, quam Virdo et Lech fluent, iter fuisse describit. Qui postquam Turonum, juxta votum proprium, advenit, Pictavis pertransiens, illic habitavit, et multorum ibidem sanctorum gesta, partim prosa, partim metri oratione, conscripsit; novissimeque in eadem civitate primum presbyter, deinde episcopus ordinatus est, atque in eodem loco digno tumulatus honore quiescit. Illic beati Martini Vitam, quatuor in libris, heroico in versu, contexuit, et multa alia, maximeque hymnos singularum festivitatum, et præcipue ad singulos amicos versiculos, nulli poetarum secundus, suavi et disertio sermone composuit. Ad cujus ego tumulum, cum illuc, orationis gratia, adventassem, hoc epitaphium, rogatus ab Apro, ejusdem loci abbate, scribendum contexui etc. (*Vide hoc carmen in Vita Fort., num. 92.*)

*Hilduinus abbas, in epistola ad Ludovicum Pium, apud Surium, die 9 Octob.*

Cæterum parcendum est simplicitati viri religiosi Gregorii Turonensis episcopi, qui multa aliter quam se veritas habeat, æstimans, non calliditatis astu, sed benignitatis ac simplicitatis voto, litteris commendavit. Patenter et quidem noscere possumus, non

A adeo quædam solerter eum investigasse, cum ei contemporaneis existens vir prudens et scholasticissimus Fortunatus, qui plura et frequenter ad eum scripserat, Hymnum rhythmicæ compositionis pulcherrimum de isto gloriosissimo martyre composuerit. In quo commemorat eum a beato Clemente destinatum, sicut in Latinorum paginis didicit. De natione autem ejus et ordinatione episcopatus mentionem non facit, quia linguæ Græcæ penitus expertus fuit.

*Hincmarus, in Vita sancti Remigii episcopi Rhemensis in præf., num. 2.*

Egidius, post beatum Remigium, quartus istius civitatis episcopus quemdam virum religiosum, nomine Fortunatum, metricis versibus insignem, quia multis potentibus et honorabilibus viris, in his Gallicis et Belgicis regionibus, per diversa loca, tunc vitæ ac scientiæ suæ merito invitabatur, petiit de eodem libro, cothurno Gallicano dictato, aperto sermone aliqua miracula, quæ in populo recitarentur, excipere, etc.

*Inter inscriptiones beati Flacci Alcuini in quodam monasterio (Forte, Nobiliacensi) sequens carmen habetur inscriptum:*

EPITAPHIUM FORTUNATI POETÆ CHRISTIANI.

Hac quoque præsentem præsul requiescit in aula,

Fortunatus enim vir, decus Ecclesiæ;

Plurima qui fecit sanctorum carmina metro,

Concelebrans sanctos laudibus hymnidicis.

Qui sermone fuit nitidus, sensuque fidelis

Ingenio calidus, promptus et ore suo.

C Ita reperitur allatum poema in Edit. Ratisb., an. 1777, adornata per illustrissimum et reverendissimum virum Frobenium S. R. I. principem, et ab ad sanctum Emmeramum.

*Flodoardus, Hist. Rhem. Eccl., l. 11, c. 2.*

Fortunatus Italicus apud Gallias in metrica insignis habebatur.

*Aimoinus, l. III Hist. Franc., c. 15.*

D Fortunatus, qui in rhetorica metricaque arte famosus habebatur, ab Hesperia in Gallias transiens, Pictavis episcopus ordinatur. Hic multorum Vitas passionesve sanctorum, partim prosa, partim metro, composuit, ad amicos quoque singula disticha elegans orator conscripsit. Unde Sigiberto regi elegiacum misit carmen, congratulans ei in nuptiis Brunichildis. Quem cum sors librum, ad diversos ab eo sibi familiares conscriptum, manibus intulisset meis, in eo fecunditatem viri, dulcemque affabilitatem satis admiratus sum.

*Regino, in Chron., l. 1.*

Fortunatus poeta in Galliis insignis habetur.

*Sigibertus, in Chron., ad an. 575.*

Fortunatus poeta veniens ab Italia claret in Gallia.

*Idem, de Script. Eccl., c. 45.*

Fortunatus, natione Italus, liberalibus artibus eruditus, a dolore oculorum virtute Martini Turonensis episcopi sanatus, et pro hac causa ad Turones venit; et ad Pictavos progressus, primo ibi presbyter, deinde episcopus consecratus est. Scripsit metrica

Hodoepericum suum; scripsit metricè quatuor libros de Vita sancti Martini, et multa alia, et maxime hymnos singularum festivitatum. Ad singulos amicos composuit versus suavi et disertò sermone.

*Vincent., Spec. lib. XII, c. 126, ex Hug. Floriac.*

Fortunatus vir egregius,

Ingenio clarus, sensu celer, ore suavis

Qui ab Italia Turonos adveniens, actus beati Martini IV libris, heroico contextit metro. Verum inde assumptus, Pictavorum ordinatus est episcopus. Scripsit autem etiam Vitam beati Hilarii Pictaviensis, et Vitam beati Maurilii Andegavensis. Hujus est illa sententia brevis et utilis:

Pauper in angusto regnat habendo Deum.

(*Legitur l. VIII, c. 6, v. 396.*)

*Petrus de Natalibus, in catal. Sanct., l. b. IX, cap. 65.*

Fortunatus, episcopus Pictaviensis, claruit tempore Justini imperatoris junioris. Qui natione Italus, primo poeta, deinde in præfatae urbis episcopatum sublimatus, vir egregius, ingenio clarus, sensu celer, ore suavis.

*Platina, in Vita Joannis Tertii papæ.*

Fortunatus, vir singularis litteraturæ et eloquentiæ, Gallos ad mitiorem cultum redegit scriptis et exemplo. Ad Sigibertum enim eorum regem libellum de gubernando regno perscripsit, ac beati Martini vitam elegantè composuit.

*Joannes Trithemius, lib. de Scriptor. Ecclesiasticis.*

Fortunatus episcopus Pictaviensis, natione Italus, vir in divinis Scripturis doctus, et in sæcularibus litteris eruditissimus, ingenio subtilis, eloquio disertus et nitidus, carmine et prosa excellens, inter cunctos suæ ætatis doctores non minus sanctitate conversationis quam scientia eruditionis clarus effulsit. Hic virtute sancti Martini a dolore oculorum liberatus pro agenda gratiarum actione, Turonem ad ejus sepulcrum venit, et, Pictavos progressus, primo presbyter, deinde episcopus ibidem ordinatus, magna doctrina et religione claruit. Scripsit elegantè carmine multa utilia et devota opuscula, de quibus ego tantum vidi subjecta.

Ad sanctam Radegundem, regis Thuringorum ultimam filiam, et regis Francorum captivam, postea Pictaviensis cœnobii abbatissam, versu hexametro: Excidium Regni Thuringorum, l. 1: *Conditio belli tristicis.* Ad Jovinum de Radegunde, l. 1: *Aonias avido, qui lamb.* Ad Justinum juniorem, l. 1: *Gloria summa Patris, Natique.* Ad Sophiam Augustam, lib. 1: *Cui meritis compar.* In persona Radegundis, l. 1: *Post patriæ cineres.* In laudem Martini episcopi, l. 1: *Lumen apostolicum.* De Leontio venerabili episcopo, l. 1: *Inter quos genuit.* De eodem laudis, l. 1: *Agnoscat omne sæculum.* Hymnorum septuaginta septem, l. 1: *Agnoscat omne sæculum.* De miraculis sancti Martini, l. IV. Vita sancti Hilarii Pictaviensis, l. 1. Hodoepericum viæ suæ, l. 1. Vita sancti Maurilii episcopi, l. 1. Epist. ad diversos, l. 1. Carminum ad amicos l. 1: *Rex regionis apex,* etc. Alia quoque multa composuit, quæ cum breviter sint, sub librorum nomine

A nolui consignare. Plura enim epitaphia et versus breves scripsit, quos vidi. Claruit sub Justino juniore Aug., an. Domini 570.

*Petrus Crinitus, libro quinto de Poetis Latinis.*

Venantius Honorius Fortunatus inter Christianos poetas relatus est; et cum ingenio, atque moribus longe præstaret, Ravennæ eruditus traditur, magnaque diligentia in Latinis litteris institutus. De hoc Fortunato referuntur permulta apud eos auctores qui de gestis Gallorum annales composuerunt. Neque desunt qui scribant illum diu versatum in Gallia, et ob egregiam eruditionem optimumque ingenium pontificem Pictavorum factum. Plura ac varia opera edidit, quibus ingenii facilitatem, minimeque imparè doctrinam, demonstrat. Leguntur adhuc ejus poemata et hymni complures, qui magnopere commendati sunt a nostris grammaticis. Sed et libros quatuor fecit de gestis divi Martini versibus hexametris, præfatus tali opere se imitari Christianos poetas, ut Alchimum, Prudentium, Juvenem, Paulinum, et alios plures. Idem Fortunatus maximo affectu, singularique benevolentia persecutus est Gregorium pontificem, Euphronium, atque Felicem, ut alios omittamus. In pervetustis exemplaribus additum est nomen Clementiani, quod ab his probari poterit, qui paulo accuratius antiquitatem perscrutari voluerint.

*Hieronymus Bologni, in electis elegiacis ex libro XII promiscuorum, num. 23.*

Fortunate, tibi vallis Duplabilis ortum

In Tarvisina est quæ regione, dedit.

Nascenti Musæ riserunt, risit Apollo;

Ingenio addentes munera digna tuo.

Nec mora, Pindaricos superis cœlestibus hymnos

Scripsisti, et variis mystica sacra modis.

Scripta quoque est versus Martini Vita beati

Cum tibi Turonos visere cura fuit;

Pictavi didicere pios, te præsule, mores,

Qua tandem positus rite quiescis humo.

Sese Aponus stella aut Flacco ne jactet alumnus

Urbs adeo fastu quo Patavina tumet.

Tu neque prædones, audaci classe furentes,

Nec Veneris fœda probra pudenda canis.

Per te, sed quanto præstant divina profanis!

Tarvisio major gloria parta tuo est.

*D Orlandius, Orbis sacri et profani illustrati part. II. vol. I.*

Viros præstantissimos (Tarvisius) genuit, atque in iis maxime excelluerunt... Venantius Fortunatus, episcopus Pictaviensis, Christianæ poseos nobile decus, qui se Tarvisio oriundum hisce carminibus indicat:

Qua mea Zarvisus residet, si molliter intras, etc.

*Joannes Antonius Oliva, Tarvisinus Bononiæ artistarum rector, in oratione de laudibus patriæ recitata an. 1537, ex Ms. quousus est doctissimus et eruditissimus v'r Rambaldus d: Azzonis, Tarvisinæ Ecclesiæ canonicus, a quo hoc testimonium accepimus.*

Haud est silentio involvendum Fortunatum Tarvisinum, ipsius Felicis socius, quem merito Fortunatum ceusemus. Pythagoras enim, ille primus philosophiæ

nuncupator, inter plurima quæ humano generi saluberrima documenta præcepit, præsertim monet, Deum religione colendum esse, animum disciplinis excolendam, quæ duo sociali nodo connexæ, procul dubio sicut beatitudinis effectrices, quippe religio, vitiorum expultrix, Deo nos conciliat, et vinculo pulcherrimo connectit. Doctrina vero, virtutis indagatrix, imò ipsa virtus animos nostros exornat, et alit, venustat, fovet, ac moderatur. Hic utriusque admirabilis cultor ita religioni deditus fuit, quod eo episcopo Pictavorum gens in Gallia, jure optimo, gloriatur; ita etiam doctrina decoratur, quod inter eloquentissimos oratores suavissimosque poetas non postremus habeatur.

*Card. Baronius, ad an. 825.*

Sed quam male gloriantur de majorum consuetudine (qui sacris imaginibus adversantur), sat erit si teificatione sanctissimi viri Martini, et assertionem Venantii Fortunati, viri quidem sancti, doctique Pictaviensis episcopi, qui ambo Gallicanam Ecclesiam, illustrarunt, perspicue demonstremus receptum antiquitas Deoque gratum esse cultum sanctarum imaginum, etc.

*Gaspar Barthius, in adversariis Comment., l. v, c. 12.*

Is poeta, Venantium dico, mirifico et admirabili ingenio fuit, temporibus et gentibus eloquentiæ iniquissimis editus, ut sere sit, magnitudine ingenii sermonem etiam pejus corruptit quam unus et alter non pari felicitate naturæ editi. Multa tamen habet variam lectionem arguentia, et non medioerem eruditionem, quare non plane nobis insuper habendus videtur..... De eruditione autem hujus præsulis, quod dixi, facile auctores probant, quos nominatim citat: Homerus, Menander, Aratus, Cato, Pythagoras, Chrysippus, Plato, Cleantes, Ovidius, Virgilius, Horatius, Cicero, Pindarus, Sappho; denique quicumque celebriores inter Græcos, Latinosque Patres, quorum tam gentiliū quam Christianorum non solum nomina ponit, sed phrasim sæpius exprimit, doctrinamque numeris concludit. Adde non vulgarem historiæ et geographiæ eo tempore notitiam; adde physices non infelix studium, ut ex herbarum, gemmarum, arborum, aromatum speciebus constat, de quibus commode et erudite loquitur, etc.

*Idem lib. XLVI, cap. 3.*

Qui Venantium Fortunatum ediderunt, multum gratiæ promeruerunt ab omnibus ætatum Christianarum lectoribus. Infinita enim sunt ad clarorum virorum, urbium, populorum, morum et historiæ illustrationem, utilissima in illo maximi ingenii vate, nec infeliciter ab eisdem ex parte enarrata atque exposita. Tamen non sine nota properati nimis operis, quæ ad intellectum ejus pertinent quoad genera dicendi et stylum ipsum, etiam loca mendis inquinata parum eidem contulerunt. Atque talis qui in hunc poetam notas elaboraverit, non solum ipsum, sed omne ipsius sæculum, cum universis sequentibus adjuverit. Ad hunc enim Fortunatum, velut ad Calliopium quem-

dam magistrum, et coryphæum musicorum modulaminum, respexit omnis sequentium poetarum chorus. *Card. Bellarminus, in lib. de Script. eccl., ad an. 570.*

Venantius Fortunatus episcopus Pictaviensis floruit doctrina et sanctitate tempore Justinii junioris, etc.

*Antonius Godeau, Hist. Eccl. t. IV, lib. II, postquam Fortunati patriam retulit, et ejus iter in Gallias, hæc subdit:*

Sa principale profession dans les premières années de sa vie fut la poesie latine, et si on considère la barbarie de son temps, il est digne de quelque loüange; il est vray, que l'on accuse d'avoir loüé Fredegonde, Brunehaud, e d'autres Princes, qui etaient plutôt dignes de censure, que d'éloge. Mais il faut l'excuser vivant alors dans leur Cour, ou il ne subsistoit, que par sa plume.

*Vossius, de Hist. Lat., l. b. XI, cap. 22.*

Fortunatus poeta, prout tempora illa erant, nobilis fuit.

*Andreas de Saussay, in Martyr. Gall., part. II, XIII Kal. Januar.*

Beatus Venantius Fortunatus Pictaviensis episcopus, vir in quo ambigitur magis ne doctrina et pulchritudo ingenii quam vitæ sanctitas præcellerit, ut qui encomiastes sanctorum suo ævo præcipuus, eorumdemque studiosus imitator, ac omnipotentis supernæ majestatis præco perelegans, operumque Dei in sanctis mirabilium enarrator gravissimus, exacta in omni pietatis studio et actu ætate, senio non tam quam sanctis exercitationibus fractus, quam cum in assidua sacri muneris executione, tum in Christianæ sapientiæ cultu et egregiorum operum exaratione subit, sine bevo consummatur, atque ad lauream cœlestem progreditur, ab amicis illis æterna in tabernacula excipiendus quos sibi non de iniquitatis mammona, sed ex doni scientiæ penu, gratiæque ac pietatis fenore justissimo comparavit... quo titulo sancti, et si minime recensetur in Hagiologio Romanæ Ecclesiæ, merito tamen dudum inter sanctos connumeratum solertissimi sanctorum indagatores testantur. Et revera pridem in Aquitania honoribus sanctis qui beatis deferuntur celebratus est.

*Cointius, ad an. 599.*

Fortunatus ut eruditione, ita pietate emicuit, invocaturque in litanis monasterii sancti Cypriani extra muros Pictavienses, ut ex sacris Ecclesiæ Pictaviensis monumentis refert Andreas Suassaius ad calcem Martyr. Gall.

*Dupinius, in nova Bibliotheca auctorum eccl., t. V.*

Fortunatus a passé en son temps pour un excellent Orateur et pour un bon Poete: et ce n'est pas sans raison: car non seulement il surpasse tous les autres Poetes de son siècle, mais il approche de ceux d'un meilleur non pas à la vérité par la pureté des expressions, ni par la beauté des vers, mais par le tour poétique, et la facilité merveilleuse avec laquelle il écrit en vers.

*Muratorius, Anecdotorum Latinorum t. II.*

Fortunatus hic memoratus alius a Fortunato non est, quem infula Pictaviensis Ecclesiæ, quem Christianæ poetices ornamenta, æternitate donarunt: plura ab eo profecta ingenii ac eruditionis monumenta ad nostram usque ætatem servata sunt non sine magna illius commendatione, quod barbaris

A omnino temporibus æquales alios scriptores superaverit.

*Gulielmus Cave, in Historia literaria Scriptorum ecclesiasticorum, Coloniae, Allobrog., in sæc. Eutychemo.*

Multa conscripsit (Fortunatus) partim poetica, partim historica. Vim illius poeticam sic dilaudat Barthius, Adv. l. IV, c. 3. *Mazimi ingenii vates, etc.*

## VENANTII HON. CLEM. FORTUNATI

PICTAVIENSIS EPISCOPI

# OPERUM OMNIUM

PARS PRIMA,

BROWERIANAM EDITIONEM COMPLECTENS.

## MISCELLANEA.

### Prologus.

DOMNO \* SANCTO ET DOTE MERITORUM SACRIS ALTARIBUS ASCITO PARITER, ET EDUCTO,  
GREGORIO PAPÆ <sup>b</sup> FORTUNATUS.

[Fortunatus Gregorio, Turonensi antistiti, qui magnopere a se contenderat et adjuraverat ut carmina sua in unum collecta volumen ederet, hac se epistola excusat, et imperitiam suam ac negotia præterdit, quibus distentus eadem minus perpolire potuerat. Ad extremum cedit poscenti, et ejus in se benevolentiam ac voluntatem graviozem declarat fuisse, quam timorem suum et verecundiam. Data occasione, iter quod ex Italia in Galliam contenderat describit.]

Acuminum suorum luculenta veteris ætatis ingenia <sup>B</sup> claris \* operibus celebratura, ac posteris stupore coram <sup>c</sup> qui, natura fervidi, curatura fulgidi, usu <sup>d</sup> atriti, ausu securi, ore facundi, more festivi, præ-

laudanda, reliquere vestigia: certe illi inventione providi, partitione serii, distributione librati, epilo-

\* In exemplari Calaritano sic legitur hic titulus: *Viro apostolico et prædicando papæ*; ex Brow.

<sup>b</sup> Hæc epistola, quæ Operibus Fortunati præfigitur, dedicatoriæ locum habet. Scribitur eadem ad Gregorium, pontificem Turonensem, amicissimum ipsius Fortunati, ut hujus in Vita diximus, n. 67 et seq. Nonnulli, titulo decepti, opinati sunt hunc esse Magnum Gregorium, Rom. pontificem, in primis a veritate aberrantes. Nam ut præteream aliunde non constare ullam cum Fortunato et Gregorio M. amicitie necessitudinem, aut litterarum usum intercessisse, cum e contra tantam amicitie conjunctionem et vitæ totius consuetudinem eidem cum Gregorio Turonensi interfuisse certum omnino sit, a quo ad scribendum sæpius extimulatum se fuisse profiteatur, sive potius invitatum amicitie ipsius jure, ac nomine, ut illud etiam præteream, Gregorium M. pene extremo Vitæ Fortunati tempore Romanam sedem conscendisse et tenuisse, certe obtestatio qua Gregorius adjurat Fortunatum sub *testificatione divini mysterii, et splendore virtutum beatissimi Martini*, ut scripta a se poemata ederet, satis declarat eum qui sic adjurabat, non Rom. pontificem, sed Turonensem fuisse.

Neque vero insolens erat iis temporibus ut aliarum quoque Ecclesiarum episcopi, præter sum. pontificem, papæ nomine decorarentur, quin et apostu-

lici nominarentur, ut satis ostendit ipsius Fortunati epistola, qua scribens ad Euphronium, episcopum item Turonensem, sic incipit: *Damno sancto et meritis apostolico domno, et duplici Patri Euphronio papæ Fortunatus.*

<sup>C</sup> Quamvis autem sedes omnes episcopales apostolicæ nominarentur, cum id tamen simpliciter et absolute enuntiabatur, quin privatæ Ecclesiæ, aut sedis, vel episcopi nomen adderetur, Rom. pontifex solebat indicari. Ita Charibertus rex cum ad eum Nuncupatus presbyter venisset, Leontii, Burdegalensis episcopi, ejusque comprovincialium nomine, atque ita eundem salutasset: *Sedes apostolica eminentiæ tuæ salutem mittit uberrimam*, respondit rex: *Nunquid Romanam adisti urbem, ut papæ illius nobis salutem deferas?* ut refert Gregorius Turon., lib. IV, Hist. Franc., cap. 26. Atque ut Rom. sedes per excellentiam sedes apostolica nominabatur, usu apud Francos recepto, ita papæ nomen per autonomasiam Rom. pontifici tribuebatur. Sed de his plura Coingtius, ad an. 562, n. 10 et 11. Hæc autem epistola ad Gregor. Turon. desideratur in Ven. Edit

<sup>c</sup> Deest eorum in duob. Codd. Vat.

<sup>d</sup> In duob. Codd. Vat., usu triti, ausu securior<sup>e</sup> freti, vel potius, ausu securi, ore freti.

\* In uno Codd. Vat., operibus celebrata.

gorum calce jucundi, colæ <sup>a</sup> fonte proflui, commate <sup>A</sup> succiso venusti, tropis, paradigmis, <sup>b</sup> periodicis, epicherematibus coronati pariter et <sup>c</sup> cothurnati, tale sui canentes dederunt specimen, ut adhuc nostro tempore quasi sibi posthumi vivere credantur, et si non carne, vel carmine. Quibus <sup>d</sup> licet sors [mors] finem tulerit, tamen cum dicta <sup>e</sup> permanent, vivacis memoriæ de mortuis aliquid mors reliquit, nec totam usquequam sepelivit in tumulo, cui restat liberum et vel lingua vivat in mundo, hoc nesciens avara mors auferre cum funere, quod per ora viventium defunctum <sup>f</sup> videt <sup>g</sup> currere si non pede, poemate. In hoc tamen melius superata mors invida, si sermone senserit, et mercede se bis victam. Sed sicut hi quos clara linguæ jactat lux illustres, quorum dicta celari fuerat aperte damnum <sup>h</sup> pati, et qui <sup>B</sup> pomposæ facundiæ florulenta germina nisi misissent in publicum, fecerant peculatum <sup>i</sup>, merito famæ radios per quæque traxerunt, ut peragrantes omnia, quæcunque magis <sup>j</sup> carmine loca innotescerent, laus augetur, ita sit eis consultius, si occultantur taciti, qui fastidiri poterunt <sup>k</sup> revelati. Nec tantum [tam] exprobrabile est nesciri, quod horreat, quam patere <sup>l</sup> quod urat; minorisque dispendii celata videatur inscilia quam prolata, quia illic obstat pudor, ne prodatur notitia, hic audacia proditur, ut ingerat notam. Unde, vir apostolice prædicande papa Gregori, quia <sup>m</sup>

<sup>a</sup> Calarit., *scholæ*, ut refert Browerus. *Cola vero fit, cum sententia sensum præstat, sed adhuc aliquid de sententiæ plenitudine superest, et mediam distinctionem vocamus, quod punctum ad mediam litteram ponimus.* Papias, ms. Bitur., apud Duffres.

<sup>b</sup> Hæc vox *periodis* deest in uno Cod. Vat.

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat., *pariter et Cothurni.*

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., *quos licet sine tulerit.* Alius, *quos licet t sors sine tulerit.*

<sup>e</sup> Edit. Paris., *eorum dicta.*

<sup>f</sup> Unus Codd. Vat., *defunctos videt currere.*

<sup>g</sup> Edit. Paris. *defunctus videtur.*

<sup>h</sup> Unus ms. Cod. Vat., *quo fuerat damnatum pati, dicta celari; alius, quorum fuerat aperte damnatum ce.; tertius, facta celari.*

<sup>i</sup> Edit. Paris., *abditum fecerant peculium.*

<sup>j</sup> Duo Codd. Vat., *quidquid magis carmina; tertius, quidquid magis carmine locis innotescerent.*

<sup>k</sup> Unus Cod. Vat., *potuerunt revelati.*

<sup>l</sup> Tres mss. Codd. Vat., *quam patesci.*

<sup>m</sup> Tres mss. Codd. Vat., *viritim.*

<sup>n</sup> Tres mss. Codd. Vat., *impos.*

<sup>o</sup> Athesis, et Brinta, quæ et Medoacus minor appellatur, ab Alpibus Rheticis exorti fluvii, in sinum Adriaticum, per diversa ostia illabuntur.

<sup>p</sup> Plavis fluvius, ultra Altinum, et Tarvisium, et proximis montibus præcipiti cursu delabitur, tum æquali lumine in sinum Venetum se evolvit.

<sup>q</sup> Liguentia flumen est ultra Opitergium, Tarvisinum agrum a Forojulensi provincia dividens.

<sup>r</sup> Tiliamentum, annis in Venetorum Carnorumque finibus, de quo Cluver. In Ital. antiqua.

<sup>s</sup> Cluverius, Ital. antiquæ lib. 1, c. 20, animalverit Alpes Noricas non recte a Fortunato et Paulo Diacono Alpes Julias nominari, cum hæc, inquit, apud Fontis Frigidi, Newportique amnium fuerint inter Carnos, et Pannoniam. Censet igitur hoc vocabulum inditum Alpibus Noricis ab hominibus avi posterioris, ex propinqui oppidi nomine, quod *Julium Carnicum* appellabatur, vel ex antiqua inscriptione, quæ exstat in ipsis faucibus Alpium Noricarum, C. Cæsa-

viriliter flagitas, ut quædam ex opusculis imperitiæ meæ tibi transferenda proferrem, nugarum mearum admiror te amore seduci. Quæ cum prolata fuerint, nec mirari poterunt, nec amari. Præsertim quod ego imperitus <sup>a</sup> de Ravena progrediens Padum, Athesim <sup>o</sup>, Brintam, Plavem <sup>p</sup>, Liguentiam <sup>q</sup>, Tiliamentumque <sup>r</sup> tranans per Alpem <sup>s</sup> Juliam pendulus, montanis anfractibus, Drauum <sup>t</sup>, Norico; Oenum <sup>u</sup> Breonis, Liccam <sup>v</sup> Bojaria, Danubium, Alemania, Rhenum, Germania transiens, ac post Musellam <sup>x</sup>, Mosam <sup>y</sup>, Axonam <sup>z</sup>, et Sequanam <sup>aa</sup>, Ligerim, et Garomnam, Aquitanicæ maxima fluentia, transmittens, Pyrenæis occurrens, Julio mense nivosis, pene aut equitando, aut dormitando conscripserim. Ubi, inter Barbaros longo tractu gradiens, aut via fessus, aut crapula brumali sub frigore, Musa hortante, nescio gelida magis, an ebria, novus Orpheus lyricus silvæ voces dabam, silva reddebat <sup>bb</sup>. Quid inter hæc extensa viatica consulte dici poterit, censor ipse mensura, ubi non urgebat <sup>cc</sup> vel metus ex iudice, vel probabat usus ex lege, nec invitabat favor ex comite, nec emendabat lector ex arte? ubi mihi tantumdem valebat raucum gemere, quod cantare, apud quos nihil dispar <sup>dd</sup> erat aut stridor anseris, aut cænor oloris; sola sæpe bombicans, barbaros leudos <sup>ee</sup> harpa relidebat <sup>ff</sup> ut inter illos egomet non musicus poeta, sed muricus, deroso <sup>a</sup> flore carmi-

ris nomine insigni.

<sup>t</sup> Drauus fluvius in Norico, seu Alpibus Noricis ortus, in Danubium se evolvit.

<sup>u</sup> Oeno, sive, ut Cluverius, C. S. Vind., et Nor., putat esse legendum, Aeno, Vindelicos a Noricis ad Orientem determinabat. Additur *Breonis*, propter Breunos populos, qui illud flumen accolebant, de quibus Plinius, lib. iii, cap. 20. Horum meminit et Tranquil., in Tib., c. 9 et Horat., lib. iv, od. 14. Hinc idem Fortunatus, in Vita sancti Martini, lib. iv, inquit:

Si vacat ire viam; neque te Bajoarius obstat:  
Qua vicina sedent Breonum loca, perge per Alpes,  
Ingrediens, rapido qua gurgite volvitur Oenus.

<sup>v</sup> *Licca Bojaria, seu Lecho*, flumen, de quo Eginardus in Vita Caroli Magni: *Lechus, ait, fluvius Bajoarios ab Alemanis dividit.* In uno Cod. Vat., *Liccam Bavaria.*

<sup>x</sup> Mosella fluvius Gallicæ ex Monte Vosego ortus, haud procul ab Araris fontibus per Mediomatrices, Theodonis villam, Augustam Treverorum, et Confluentia, in Rhenum infuit, ut legitur in notis ad Auson., edyl. 10, opera Juliani Floridi Can. Carnot. editum.

<sup>y</sup> Mosa, Rhenorum inter et Treverorum urbes delatit, utramque dioccesim disjungens. Eadem in Oceanum Germanicum se exonerat.

<sup>z</sup> Axona Campanicæ Catalaunensis fluvius est, qui, Suessionibus irrigatis, Isaræ admiscetur juxta oppidum Compendium.

<sup>aa</sup> Ligeris, vulgo *Loire*, notissimus Gallicæ fluvius; item Sequana, et Garonna, de quibus alias Fortun.

<sup>bb</sup> Edit. Paris., *silva per Echo reddebat.*

<sup>cc</sup> Unus Cod. Vat., *ubi me non urgebat.*

<sup>dd</sup> In uno Cod. Vat., *nihil dispar, aut in alio disparat.*

<sup>ee</sup> Leudus cantilena est ex Germanico *led*. Fortunatus, lib. vii, cap. 8, eadem voce utitur inquit:

Nos tibi versiculos, dent barbara carmina leudos.  
Vide et Tacitum, lib. de Moribus Germanicæ, et Paul. Diaconum, Hist. Longob. lib. 1, cap. 27.

<sup>ff</sup> In tribus Codd. Vat., *harpa relideus. Relidero*

nis, poema non canerem, sed garrirem, quo residentes auditores, inter acerne pocula salute bibentes insana, Baccho iudice, debaccharent. Quid ibi affabre <sup>b</sup> dictum sit, ubi quis sanus vix creditur, nisi secum pariter <sup>c</sup> insanitur? quo gratulari magis est, si vivere licet, post bibere; de quo convivam thyrscum, non fatidicum licet exire, sed fatuum, cum quantum ad mei sensus intelligentiam pertinet, quia se pigram non explicat brutæ animæ, ipsa jejunia sunt ebria. Hinc est quod latens opusculum, et si minus videtur <sup>d</sup> famosum <sup>e</sup>, plus est liberum, quia de examinatione <sup>f</sup> non habet quod tam trepidet privatum quam publicum; unde necessarie an-

A gusti sensus ingenium se mensuret censore, quod est mittendum sub iudice. Sed quoniam humilem impulsus alacriter acrius retinentem sub testificatione divini mysterii, et splendore virtutum beatissimi Martini conjurans hortaris sedulo ut contra pudorem meum deducar in publicum, me in meis <sup>g</sup> frivolis arbitro <sup>h</sup>, scabrosi operis ignorantiam consistente <sup>h</sup>, quod aliis poscentibus patefacere distuli, obediendo cedo virtuti, hanc saltem obtemperandi vicissitudinem <sup>i</sup> repensurus, ut quia hæc favore magis delegantur <sup>j</sup>, quam iudice, aut tibi tantum <sup>k</sup> innotescencia relegas, aut intimorum auribus amicaliter <sup>l</sup>, quaeso, collatura <sup>m</sup> committas <sup>n</sup>.

est repercutere, repulsare. Utitur hac voce alias Fortunatus.

<sup>a</sup> *Deroso flore* redditum est ex vetere mss. Galli, *de roseo flore*, ut olium legebatur, expuncto a Brow. Favent huic lectioni et Codd. Vat.

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., *quid ibi fabre?*

<sup>c</sup> Un. Cod. Vat., *nisi secum insanitur.*

<sup>d</sup> In duob. Codd. Vat. *videtur esse famosum.*

<sup>e</sup> Edit. Paris., *videtur esse formosum.*

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., *quia de examine alius non dabit.*

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., *arbitrem idem confidentem.*

<sup>h</sup> Edit. Paris.... *deducam me in publicum, me.... arbitrum.... confidentem.*

<sup>i</sup> Duo Codd. Vat., *vicissitudinem repensus nisi, mendose.*

<sup>j</sup> Duo Codd. Vat., *delectantur.*

<sup>k</sup> In uno Cod., *aut tibi tantummodo.*

<sup>l</sup> Ibid., *tecum amicaliter.*

<sup>m</sup> In uno Cod., *quaeso consolatura. Collatura pro conferenda, ut supra, curatura pro curanda. Familiare hoc Fortunato, ut aaimadvertit P. Brow.*

<sup>n</sup> Edit. Paris., *rependas.*

## LIBER PRIMUS.

### CAPUT PRIMUM.

*Ad Vitalem a episcopum Ravennensem.*

[Basilicam sancti Andreae, a Vitali, Ravennensi episcopo, ædificatam ac dedicatam, refert hoc carmine. Dedicationis ipsius celebritatem ac singulare populi in Vitalem studium et benevolentiam, commemorat.]

Antistes domini, meritis in sæcula vivens,  
Gaudia qui Christi de grege pastor habes,  
Cum te Vitalem voluit vocitare vetustas,  
Noverat æternum te meruisse diem.  
Dignus apostolica præfulgens mente sacerdos,  
Qui sacer Andreae tam pia templa locas.  
Quam bene pro meritis domini <sup>b</sup> coesedit in aula,  
Per quem pro digna Deo est ædificata domus.

<sup>a</sup> Hic Vitalis, etsi minime occurrat in catalogis episcoporum Ravennatum (ut jampridem animadvertit P. Browerus), is certe Ecclesie Ravennensi circa id tempus præfuisse dicendus est, quo Fortunatus Ravennæ degebat, ubi illum aliquandiu vixisse diximus in ejus Vita, num. 47 et seq., cujus Vitalis suasu forte et consilio basilicæ ab eodem extractæ dedicationem hoc poemate fuerit prosecutus. At Brow. existimat Vitalem Petro seniori sufficiens esse, qui non nisi anno 568 Ravennensis episcopus creatus est; quo jam tempore, ipsius Broweri testimonio, in Galliam pervenerat Fortunatus. De hoc Vitali quid ipse censeam, infra ostendam.

<sup>b</sup> Un. Cod. Vat., *cum Domini sedit.* corr.

<sup>c</sup> Alius Cod. Vat., *tu facis ipse viam.*

<sup>d</sup> Ibid., *prosperitas secunda probat.*

<sup>e</sup> P. Browerus opinatur his verbis exarchum indicari qui cum Nomophylace dedicationi basilicæ interfuerit. At cum exarchi nonnisi an. 568 Ravennæ sedere cœperint, quorum primus fuit Longinus, certe exarchus non potuit interesse ecclesie dedicationi, cum adhuc Ravennæ esset Fortunatus; qui an. 565, aut ad summum 566, profectus fuerat in

Sumpsisti a Domino culmen, cui culmina condis,  
Qui tibi digna dedit, reddis honore vicem.  
Emicat aula potens, solido perfecta metallo,  
Quo sine nocte manet continuata dies.  
Invitat locus ipse Deum, sub luce perenni,  
Gressibus ut placidis intret anando lares.  
Qui loca das populis, Dominum quo semper adorent,  
Ut capiant ventiam, tu facis <sup>e</sup> esse [ipse] viam.  
Gratia, mens, animus, bonitas, dilectio plebis,  
Et gradus, et pietas te dedit esse patrem.  
Prosperitas <sup>d</sup> se vestra probat, quæ gaudia suppleus,  
Intulit egregios ad tua vota viros.  
Dux <sup>e</sup> nitet hinc armis, præfectus legibus illinc;  
Venerunt per quos crescere festa solent.

Galliam, ut ipse Brow. fatetur. (*Nota primæ curæ.*) — Duceam, qui commemoratur a Fortunato, hoc in carmine, interfuisse dedicationi basilicæ S. Andreae, a Vitali Ravennensi exædificatæ, sive restauratæ, Narsetem comitem esse crediderim, qui a Justiniano imp., ut notissimum est, missus in Italiam an. 551, ad Ostrogothos debellandos, Ravennæ residere, et Basilicæ, de qua hic sermo, dedicationi interesse commode potuit. Idem Narses, revocatus Constantinopolim est anno 568 vel 567, uti censet Pagius ad hunc annum: quem excepit Longinus; qui primus missus in Italiam est cum titulo et honore *exarchæ*, et Ravennæ resedit anno, ut videtur, 568, quo Longobardi in Italiam irrupere. Ex quibus intelligitur tempus, quo Narses in Italia vixit, optime congruere cum eo, quo et Fortunatus Ravennæ degebat: quo præsertim existimamus basilicam Ravennensem dedicatam fuisse. Ipse Narses *Dux Italiæ* nominatur a Greg. Turon. l. v. Historiæ Francorum cap. 20: cujus proinde personæ, et dignitati ea conveniunt quæ hic a Fortunato de illo commemorantur: *Dux nitet hinc armis*, etc. (*Secundæ curæ nota.*)



Ne tibi desit honor, populum Deus auxit opimum, A  
 Qui vidit sensum hoc voluisse tuum.  
 Mysterium fidei complevit vota petendi,  
 Felix, cui dominus, quæ cupis, ipsa vehit.  
 Plurima divino celebres solemnia dono,  
 Atque Dei florens templa locando colas .<sup>a</sup>

## CAPUT II.

De templo <sup>b</sup> domni Andree, quod ædificavit Vitalis  
 Episcopus Ravennas [Ravennensis].

[Eandem sancti Andree basilicam ædificatam et  
 brevi tempore absolutam fuisse narrat summo Vi-  
 talis studio ac liberalitate. Sacras reliquias quibus  
 eadem insignis erat recenset.]

Quisquis ad hæc sancti concurris limina templi,  
 Si venias supplex, hic prece sumis opem.  
 Quam sacer antistes Vitalis condidit arcem,  
 Culmine quæ cælo <sup>c</sup> est tempore ducta brevi.  
 Fundavit, struxit, dotavit; deinde dicavit,  
 Et meruit templi solvere vota sui.

<sup>a</sup> Edit. Paris. :

Atque Dei laudes templa colenda loces.

<sup>b</sup> In uno Ccd. Vat. legitur sic titulus iste : *Versus  
 de templo sancti Andree; ædificavit Vitalis episcopus  
 Ravenna.*

<sup>c</sup> Duo Codd. Vatic., *culmine quæ Celso.*

<sup>d</sup> Maturius atque Sisennus martyres fuere e lo-  
 gione *Felici*, dicti martyres Agaunenses, de quibus  
 plura infra, lib. II, c. 15.

<sup>e</sup> Cl. vir Bacchinius, in agnellum Ravenn., in  
 observ. ad Vitam sancti Maximiani, censet Joannem,  
 de quo hic Fortunatus, Ravennatem episcopum  
 fuisse, illum, qui proxime sedit post Petrum  
 Seniore. Ipse Bacchinius insuper opinatur Vitalem,  
 a quo Basilicam sancti Andree exædificatam hic  
 refert Fortunatus, non quidem episcopum Ravennæ  
 fuisse, sed solum Ravennatem patriam, et episcopum  
 cujuspiam ex diocesis, Ravennati metropoli-  
 tæ subjectis, qui et ipse divo Andree eadem egre-  
 giam condiderit, dedicavitque, et a metropoli-  
 tæ reliquias enarratas, earumque solemnem in suos  
 loculos translationem, intervenientibus Ravennatis po-  
 puli proceribus, magnaque finitumorum frequentia,  
 celebravit. Eum vero metropolitam, a quo Vitalis  
 reliquias, in isto carmine relatas, obtinuit, fuisse ip-  
 sum Joannem, qui post Petrum Seniore[m] tenuisse  
 sedem Ravennensem legitur.

Verum et ego minime fortasse recusarem in eru-  
 ditissimi viri ire sententiam, si aut verisimile vide-  
 retur Fortunatum nominasse Vitalem potius ex pa-  
 triæ quam ex sedis quam tenebat nomine Ravenna-  
 tem episcopum, reclamante totius vetustatis (quan-  
 tum ego quidem assequi potui) consuetudine, aut  
 ostendi posset hoc poema scriptum fuisse a Fortu-  
 nato cum jam degeret in Gallia, quo pervenerat an.  
 565, vel ad summum an. 566, ut ostendi in ejusdem  
 Vita, num. 26 et seq. Joannes vero, qui sedit post  
 Petrum Seniore[m], non rexit Ecclesiam Ravennensem  
 ante an. 575, ipso affirmante Bacchinio. At  
 profecto credibile non est, præcipue tam procello-  
 sis, ac turbidis temporibus, a quoquam amicorum,  
 in Italia degentium, compellatum fuisse Fortunatum,  
 ut carmen scriberet in dedicationem basilicæ illius,  
 præsertim cum ipse ab Italia diu exsul illud secum  
 conquereretur, l. VII, c. 11 :

Exsul ab Italia nono puto volvor ab anno,

Littoris Oceani contingente saio.

Tempora tot fugiant, et adhuc per scripta parentem,

Nullus ab exclusis me recreavit apex.

At vero si quis litteris Fortunatum salutare ab-  
 sentem debet, is fuisse quispiam ex propinquis ;  
 præsertim cum, ut alio loco narrat idem ipse, *Mater*

Quo veneranda pii requiescunt viscera Petri,  
 Qui meruit solus clave ligare polos.

Paulus apostolica simul hæc retinetur in aula,  
 Seducitor quondam, qui modo doctor ovat.  
 Hanc sacer Andreas propriam sibi vindicat arcem,  
 Et cum fratre pio participata regit.

Hæc sua tecta replet Laurentius igne sereno,  
 Cui pia flamma dedit luce perenne diem.

Vitali domus ista placet, qui vivus arenis  
 Defossus meruit perdere mortis iter.

Sunt loca Martini, qui texit veste tonantem,  
 Ne magis algeret, se spoliare dedit.

Ecce Vigili arx est, quem rustica turba peremit :  
 Unde morti voluit, mors magis ipsa fugit.

Incolit hæc pariter Maturius <sup>d</sup> atque Sisennus :

B Quos genus atque fides, et tenet una salus.

Sanctus Alexander felixque Cecilia pollent :

Quos meritis omnes una corona manet.

<sup>e</sup> Hæc bonus antistes, <sup>f</sup> Vitali urgente, Joannes,

*sibi et soror viveret, et longa nepotum series cum  
 tamen, exclusi bellorum tumultibus, nihil ad ipsam  
 litterarum novem annorum spatio misissent. Deinde  
 hoc in carmine Fortun. se non indicat absentem  
 esse, quod illi solemne alias fuit, nec absentes com-  
 pellat, et eos huic dedicationi interfuisse dicit, qui  
 mirum si absens nosse potuit quod interessent.  
 Postremo hoc poema tanti non esse videtur, quam-  
 obrem ex Gallia in Italiam illud mitteret sive de  
 industria, sive invitatus ab aliquo amicorum.*

Quocirca eo sententia propendeo, ut putem hunc  
 Vitalem Ravennensem episcopum non alium fuisse  
 a Maximiano, qui, an. 546, creatus episcopus Ra-  
 vennensis, sedit usque ad an. 553, quique basilicam  
 sancti Andree restaurasse ab Agnello Raven. narra-  
 tur, ut infra dicetur. Ac cum is [ut refert idem  
 Agnellus] venisset Constantinopolim, ut corpus sancti  
 Andree auferret, ac Ravennam deveheret, nec  
 potuisset ab imperatore Constantinop. impetrare,  
 barbam de corpore ejusdem sancti Andree secuit,  
 ac Ravennam detulit cum aliis pluribus sanctorum  
 reliquiis. Neque vero insolens ut unus idemque vir  
 et Vitalis et Maximianus appellaretur, præsertim ea  
 ætate qua singuli plura sibi nomina usurpabant, ut  
 antiadvertimus in Vita Fort., num. 3 et 4. Id autem  
 ut sentiam, movet in primis ipsius Agnelli testi-  
 monium, qui addit Maximianum *ecclesiam beati An-  
 dreæ apostoli cum omni diligentia columnis marmo-  
 reis suffulsisse, ablatisque vetustis lignis de nucibus  
 proconis decorasse.* Ab eo itaque et dedicationem  
 basilicæ sancti Andree celebratam verisimile est, de  
 qua hic Fortunatus.

Quod vero attinet ad Joannem, de quo hoc loco  
 sermo est, non Ravennensem antistitem, sed Ro-  
 manum fuisse crediderim, fortasse hujusce nominis  
 tertium, a quo Vitalis, episcopus jam Ravennensis,  
 sacra illa Lipsana impetravit, in basilica sancti An-  
 dreæ condenda. Porro id in more fuisse, ut a Rom.  
 pontificibus reliquiæ sanctorum ad templa ditanda  
 postularentur, satis declarat vetus carmen ab  
 Agnello relatum in Vita Joannis episcopi Raven.,  
 qui monasterium sanctorum Marci, Marcelli, et  
 Felicis exstruxerat : quod carmen, supra val-  
 vas dicti monasterii inscriptum, hæc habet inter  
 cætera :

Inclita præfulgent sanctorum limina templi

Marci, Marcelli, Felicisque simul.

Pontifices hos Roma cepit, hæc martyr habuit;

Horum Gregorius dat papa reliquias :

Quas petit antistes meritis animoque Joannes;

Parvula pro summa reddere dona parat

<sup>f</sup> In uno Cod. Vat., *Vitale urgente, et superscri-  
 ptum rogante.*

Condidit egregio viscera sancta loca.  
 J nimium felix, æternum in lumen iture,  
 Cujus vita suo proficit ista Deo [in studio].

## CAPUT III.

*De basilica domni Stephani.*

[Sancti Stephani, protomartyris, in morte subeunda pro Christo triumphum et gloriam describit: cujus in memoriam Palladius basilicam dedicaverat.]

Gloria celsa pios Domini circumdat amicos,  
 Quorum diffusum vivit in orbe decus.  
 Pertulit hic martyr pro Christo orientis in axe,  
 Ecce sub occasu templa beatus habet.  
 Fundatus virtute Dei, de morte triumphans  
 Exceptit lapides, cui petra Christus erat.  
 Gens Judæa ferox, Stephanum, quem perdere credis, B  
 Et si carne, tamen nescit honore mori.  
 Ille tenet palmam meritis, tu crimine pœnam,  
 Possidet ille polos, tu magis ima petis.  
 Hæc sacra Palladius a Levitæ templa locavit  
 Unde sibi sciat <sup>a</sup> non peritura donus.

## CAPUT IV.

*De basilica sancti Martini.*

[Basilicam in honorem sancti Martini a Fausto episcopo erectam, et celebrem religionæ, hoc carmine illustrat.]

Enicat aula decens, venerando in culmine ducta,  
 Nomine Martini sanctificata Deo.  
 Cui vitæ merito fiducia tanta coruscat,  
 Ut populis tribuat quod pia vota rogant.  
 Exulit hanc Faustus <sup>c</sup> devoto corde sacerdos;  
 Reddidit et Domino prospera dona suo <sup>d</sup>.

## CAPUT V.

*In cellulam sancti Martini, ubi pauperem vestivit, rogante Gregorio episcopo.*

[Sancti Martini Turonensis liberalitatem in detrahenda sibi tunica, atque inde vestiendo egeno, celebrat hoc carmine, unaque loci in quo id actum fuerat religionem commendat.]

Qui celerare paras, iter huc deflecte viator,  
 Hic locus orantem cautius ire docet.

<sup>a</sup> Palladius, episcopus Santonensis, florbat ætate Fortunati, cujus sæpe mentionem facit Greg. Tur. in Hist. Franc. Ipse in basilicam sancti Eutropii, vetustate collapsam, ac pristino decori restitutam, ejusdem sancti pontificis cineres intulerat, ac in loco quem ad id paraverat deposuerat, ut narrat Greg. Turon., lib. 1 de Gloria martyrum, cap. 56. D  
 An hic idem ipse fuit a quo Fortunatus basilicam sancti Stephani exstructam fuisse refert in hoc carmine?

At Browerus mavult hunc Palladium fuisse episcopum Bituricensem, cum duo Palladii in catalogo episcop. Bituricensium recenseantur, quorum alter sæculo quarto, alter sæculo quinto floruisse dicitur a Dionys. Sammarth., in Gallia Christiana. Certe Biturigis templum erat vel ætate Greg. Turon., sancti Stephani memoria consecratum, illudque religionæ, ac magnificentia insigne, cujus initia describit idem Greg. lib. 1 Hist. Franc., cap. 29.

<sup>b</sup> Aliena manu illatum fuerat, ut refert Brow. exstat ut inde sibi. Ex probatis libris ab ipso repositum, unde sibi sciat. In Venet. Edit., unde tibi servat. Edit. Paris., Unde sibi fat.

<sup>c</sup> Greg. Turon., lib. viii Hist. Franc., c. 22, memorat Faustum episcopum Auscensem, qui syuodo

A Exsul enim terris, cœli incola sæpe solebat  
 Clausus Marinus hinc aperite polos.  
 Æde sub hac habitans, eremi secreta tenebat,  
 Per medios populos anachoreta potens.  
 Illic, <sup>e</sup> se nudato, tunica vestivit egenum,  
 Dum tegit argentem, plus calet ipse fide.  
 Tum vili tunica vestitur et ipse sacerdos;  
 Processitque inopi tegmine summus honor.  
 Qui tamen altaris sacra dum mysteria tractat,  
 Signando calicem, signa beata dedit.  
 Namque viri sacro de vertice flamma refulsit;  
 Ignis et innocui surgit ad astra globus.  
 Ac brevibus manicis, fletet ne injuria dextræ,  
 Texerunt gemmæ, qua caro nuda fuit.  
 Brachia nobilium lapidum fulgore coruscant,  
 Inque loco tunicæ pulchra smaragdus erat.  
 Quam bene mercatur, qui, dum vestivit egenum,  
 Tegmine pro tunicæ brachia gemma tegit.  
 Tu quoque, qui cœlis habitas, Martine precator,  
 Pro Fortunato ser pia verba Deo.  
 Imperiis parere <sup>f</sup> tuis, pie, chare sacerdos,  
 Quantum posse valet, plus mihi velle placet.

## CAPUT VI.

*De basilica sancti Martini.*

[Leontii Burdegalensis episcopi, in basilica sancti Martini exstruenda, et Placidinæ, ejus olim uxoris, in eadem ornanda liberalitatem ac religionem commendat; tum loci in quo fuerat illa inædificata amœnitatem describit.]

Qui cupit æterna sociari <sup>g</sup> in sede beatis,  
 Hos sibi participes per pia vota facit.  
 Nec patitur differre diu, quod oportet agendo,  
 Cum bona quæ dederit hæc sua lucra putet.  
 Condidit ergo arvis delubra Leontius <sup>h</sup> alma,  
 Talibus officiis, intret ut ipse polos.  
 Martini meritis et nomine sulca coruscant;  
 Quem certum est terris signa dedisse poli.  
 Qui lepræ maculas <sup>i</sup> medicata per oscula purgans,  
 Pacis ab amplexu morbida bella tulit.  
 Hæc tamen ingenio sunt ædificata perito,

Matisconensi <sup>j</sup> interfuit an. 585. Hic idem esse videtur de quo hoc in loco Fortunatus.

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., prospera dona sua.

<sup>e</sup> Sulpicius, dialog. lib. ii, cap. 1, narrat hoc factum contigisse in secretario ecclesiæ: quem in locum se abdere Martinus consueverat, donec in populum prodeundum esset ad rem sacram faciendam. Plura diximus in notis ad Vitam sancti Martini, l. iii.

<sup>f</sup> Distichus postremus a superioribus se jungitur a quibusdam cum hoc titulo: *Item ad eundem* Brow. in uno Cod. Vat. legitur cum hoc titulo. *Isti duo versus sunt ad Gregorium.*

<sup>g</sup> In uno Cod. Vat., sociare se in sede beatis, corrupte.

<sup>h</sup> Leontius, de quo hic Fortunatus, erat episcopus Burdegalensis, vir cum pietate ac virtute animi, tum generis nobilitate clarissimus, satis motus ex carminibus Fortunati, et ex testimonio Gregorii Turonensis, quæ legere est passim in Hist. Franc. Obiit anno circiter 567, ac proinde non diu superstes fuit post adventum Fortunati in Galliam.

<sup>i</sup> Narrat Sulpicius, lib. de Vita sancti Martini, cap. 19, quod Martinus apud Parisios, cum urbis illius portam ingrederetur, obvium habuit virum lepro-

Quo <sup>a</sup> nihil egregius gloria laudis eget.  
 Additur ad specimen locus <sup>b</sup> ipse, quod eminent arvis,  
 Elatoque jugo, colle tumente, patet :  
 Altius educto sub se tenet omnia dorso,  
 Et quacunque petit, deliciosa videt :  
 A longe veniens, <sup>c</sup> oculo vicinus habetur,  
 Jungitur aspectu, dissociante loco.  
 Quo fessus rapitur, visu invitante, viator,  
 Si pede defecerit <sup>d</sup>, lumine tractus adit.  
 Quæ Placidina <sup>e</sup> sacris ornavit culmina velis,  
 Atque <sup>f</sup> simul certant, hic facit, illa colit.

## CAPUT VII.

In honorem basilicæ sancti Martini, quam ædificaverunt Basilius et Baudegundes [Baudegundis].

[Templum in honorem sancti Martini, a Basilio, et Baudegunde, ejus conjuge, renovatum et restauratum commemorat; aquis quæ ædificii locum obrutam tenebant alio deductis.]

Discite, <sup>g</sup> mortales, terris nihil esse quod obstat  
 Cum sacra templa Dei, summe fixa manent.

sum, horribiliter deformem, eumque osculo sanavit. Faciæ crediderim hoc Martini factum in Basilica Leontii pictura aliqua expressum existisse. Certe id moris fuisse, ut Templi sacris picturis decorarentur, satis fidem nobis facit ipse Fortunatus (ut alios plures omittam) cum alias, tum lib. iv. Vitæ sancti Martini, ubi narrat, oleo lychni, qui ante pictam imaginem sancti Martini in basilica sanctorum Joannis et Pauli Ravenne lucebat, oculorum ægritudine se fuisse sanatum.

<sup>a</sup> In duob. Codd. Vat., quo nil egregius, gloria laudis eget quod placet.

<sup>b</sup> Idem Fortunatus, cap. 19 et 20 libri hujusce primi, describit villam Verginis, et villam Proemiacum, sitas in agro Burdegulensi, quas Leontius ædificiis exornaverat magnificentissimis. Harum igitur in alterutra verisimile est, hanc sub Patrocinio ac nomine sancti Martini, Turonensis Antistitis, ædem fuisse exstructam præsertim cum hiarum villarum situs, posituram in colle leniter deverso, ac prospicientium amoenissimos agros, ei respondeat loco in quo Basilicam sancti Martini inædificatam fuisse idem Fortunatus hic describit. Quod autem moris fuerit piissimis illius ætatis episcopis villas suas delubris ornare, ac religione quodammodo communitare, satis ostenditur exemplo Nicetii, episcopi Trevirensis, cujus villam describens Fortunatus, sacellum ibi positum declarat aperte hisce verbis, lib. iii, cap. 12 :

Turris ab adverso quæ constitit obvia Clivo,  
 Sanctorum locus est, arma tenenda viris.

<sup>c</sup> In Cod. Vat., a longe adveniens.

<sup>d</sup> Edit. Paris, defuerit; in marg., defecit.

<sup>e</sup> Placidina Leontii uxor fuerat, religiosissima ac piissima mulier. Erat illa ex imperatorio genere, ut dicitur infra, cap. 15 hujusce libri.

<sup>f</sup> Tres Codd. Vat., et Ven. edit. certantesque simul.

<sup>g</sup> In Ven. edit.

Ducite, mortales, nihil est quod obstat amanti.

<sup>h</sup> Fortunatus in funus hujusce Basili scriptis Epitaphium, quod existit lib. iv, c. 18. Inter cæteras ejus virtutes, religionem quoque ac liberalitatem ejusdem in sacris ædibus ditandis commendat his verbis :

Ecclesias ditans, loca sancta decenter honorans;  
 Pauperibus tribuens, dives ad astra subit.

An vero hic fuerit Basilius ille civis Pictaviensis de quo Greg. Turon., Hist. Franc. lib. iv, cap. 46, qui, cum stare a partibus Chilperici, et Mummulum

A Pulchra per angustos ut surgeret aula meatus,  
 Et si mons vetuit, præbuit unda locum.  
 Ut famularetur Domui vaga limpha supernæ,  
 Cursibus antiquas ars nova subdit aquas;  
 Cum Baudegunde quo mente Basillus <sup>h</sup> una  
 Hoc renovans, prisca reddidit, et auget opus.  
 Sic, Martine, tuus honor amplius ubique meretur,  
 Ut loca nulla negent, quo <sup>i</sup> tibi festa sonant.  
 Talibus officiis pacatus, opime sacerdos,  
 Quorum <sup>j</sup> vota vides, redde benigne vicem.

## CAPUT VIII.

De basilica sancti Vincentii <sup>k</sup> apud Garunnam <sup>l</sup>.

[Sancti Vincentii martyris Aginnensis certamen et gloriam describit. Leontii episcopi Burdegulensis in ejus basilica, sita prope Aginum, ornanda et munienda stanneo tecto, liberalitatem commendat.]

Tempore vita brevis, meritis fit longior almis  
 Augustosque dies tendit honore fides.

pro Sigiberto advenientem cum exercitu ab urbis ingressu vellet prohibere, victus ab eodem esse, plane incertum. Eundem fuisse forte conjecturam ex eo aliquam facere possumus, quod lib. iv, c. 18, a Fortunato dicitur in Hispaniam missus fuisse regio nomine, iis verbis :

Hæc consultantem legati sorte frequenter,  
 Misit ad Hispanos Gallica cura viros.

Ex quibus constat eam publicis negotiis fungi solitum, et apud suos illustri in loco fuisse. Jam vero si cujusquam erat legatos in Hispaniam mittere, certe id erat maxime Chilperici, qui et Athanagildi, Gothorum in Hispania regis, filiam duxerat uxorem, quamvis infelici nuptiarum exitu, ut retulimus in vita Fortunati, n. 45, et filium suum, Rigunthem, Reccharedo, regi item Hispaniarum, Athanagildi nepoti desponderat; quamvis jam iter in Hispaniam ingressa, ad illas nuptias pervenire haud potuerit. Haud inverisimile itaque Chilpericum usum Basili opera ac diligentia, qui legatione pro se apud Hispanos fungeretur, eundemque pro Chilperici partibus adversus Mummulum stitisse. Certe is regis amor nominatur a Fortunato laud. carmine 18, lib. iv. (*Primæ curæ nota.*) — Reccaredus, ut alibi annotavimus, filius fuit Leuvichildi, seu Leuvigildi, qui Athanagildo patre vita suncto, regnum adeptus fuerat cum Leuva fratre suo, et Leuva morie extincto, totum ipse regnum solus tenuit, ut legitur in epitom. Histor. Franc. n. 63. A Leuvigildo itaque procreati Hermenegildus, qui pro catholico dogmate martyr obiit, a Patre suo interfectus; et Reccaredus, qui paternum regnum adeptus, gentem Wisigothorum in Hispania, ejurata Ariana impietate, ad catholicum de Filii divinitate dogma amplectendum convertit; de quo hic sermo est. (*Secundæ curæ nota.*)

<sup>i</sup> In uno Cod. Vat., quod tibi festa sonant.

<sup>j</sup> Ibid. deest ultimus versus.

<sup>k</sup> Sanctus Vincentius, Aginnensis civitatis martyr fuerat, e Levitarum numero, ut refert Greg. Turon., lib. i de Gloria martyrum, cap. 105. Brow., in notis ad Fortunatum, carpit Baronium, quod is Vincentium Aginnensem cum Vincentio Cæsar-Augustano confuderit, ad an. 561, aperte reclamantibus tam apertis Greg. Turon. et Fortunati ipsius testimoniis. Hic error Baronii vel aliis pluribus communis fuit, qui,

<sup>l</sup> Tres Codd. Vat., ultra Garonna, vel Garomnam In Ven. Edit. : De basilica sancti Vincentii tituli de Garonna.

Post finem sine fine manet mens dedit<sup>a</sup> Christo,  
 Linquens turbam hominum, stat sociata Deo.  
 Ilac ope suffultus Vincentius exstat in ævum,  
 Gloria martyrii cuius opima viret.  
 Vertice succiso, rapuit qui ex morte triumphum,  
 Et nova de terris proles ad astra volat.  
 Credidit unde necem, sancto dedit hostis honorem,  
 Percussorque magis morte perenne jacet.  
 Vicerat<sup>b</sup> ille miser, hunc si jugulare nequisset;  
 Nam abstulit unde capat, contulit inde polum.  
 Hujus amore novo pia vota Leontius explens,  
 Quo<sup>c</sup> sacra membra jacent, stannea tecta dedit.  
 Et licet eniteat meritis venerabile templum,  
 Attamen ornatum præbuit iste suum.  
 Præmia succedant operanti longa salutis,  
 Hujus ut obsequiis culmina sancta micent.

## CAPUT IX.

*De basilica sancti Vincentii Vernemetis* [Virnimetis]<sup>d</sup>.  
 [Basilicam in memoriam sancti Vincentii Aginnensis  
 a Leontio positam in loco *Vernemete* vulgo appel-  
 lato celebrat, ac malum spiritum ex energumeno  
 pulsam ad ejusdem basilicæ dedicationem, refert.]  
 Cultoris Domini toto sonus exiit orbe,  
 Nec locus est ubi se gloria celsa neget.  
 Sed ejus meritum scimus percurrere mundum,  
 Hujus ubique viri surgere templa decet.  
 Ecce beata nitent Vincenti culmina summi,  
 Munere martyrii qui colit astra poli.  
 Promptus amore pio, quæ papa Leontius olim  
 Condidit, eximio consolidata loco.  
 Nomine Vernemetis voluit vocitare vetustas,  
 Quod quasi fanum<sup>e</sup> ingens Gallica lingua refert.  
 Auspicii præmissa fides erat ante<sup>f</sup> futura,  
 Ut modo celsa domus staret honore Dei.  
 Illic etiam sanctus, Domini suffultus amore,  
 Virtutis summæ signa tremenda dedit.

qui, decepti nominis similitudine, Vincentium Cæsaraugustanum pro Aginnensi coluere, ac errore latius manante, Basilicæ sub titulo sancti Vincentii Aginnensis olim dedicatæ (ut censeat. viri eruditi) sensim Vincentium Cæsaraugustanum patronum adeptæ sunt. Vide cl. Ruin., in notis ad Greg. Tur., l. 1 de Gloria martyrum, cap. 105. Lege et Scalig., lib. vi de Emend. temporum.

<sup>a</sup> In Ven. Ed., mens reddita Christo.

<sup>b</sup> In uno Cod. Vat., vinceret ille miser. In Cod. Vat., Stagnea tecta, item in Ven. Edit.

<sup>c</sup> Hæc sancti Vincentii basilica prope Aginnum sita erat in loco Pompeiaco dicto, in quo Vincentius, Christum confessus, capite plexus fuerat. Narrat Greg. Turon., lib. vii Hist. Franc., cap. 35, et lib. 1 de Gloria Martyrum, cap. 105, hanc basilicam, a Guntramni militibus fuisse violatam, ut thesauros accolarum illic depositos raperent, hoc eorum facinus continuo ulciscente Numine. Scaliger, lib. vi de emend. temp., opinatur Greg. Turon. ea in re hallucinatam fuisse, qui basilicam illam prope Aginnum sitam existimaverit, cum eadem prope Lugdunum Convenarum posita fuerit, quatuor dierum iter ab Aginno distans. Sed Greg. Tur. egregie vindicatur a cl. Ruin., in notis ad caput 35 lib. vii Hist. Franc.

<sup>d</sup> Et si ignoremus ubinam vere esset hic locus, Vernemetis vulgo nominatus, facile tamen credimus uspiam in agro Burdegaliensi positum fuisse, cum situs antenitate, tum religione conspicuum, ut ex

A Nam cum templa Dei præsul de more dicavit,  
 Martyris adventu dæmonis ira fugit.  
 Redditur incolomis quidam de parte maligna,  
 Cui vidiisse pii templa, medella fuit.  
 Emicat aula potens, divino plena sereno,  
 Ut merito placeat hic habitare Deo.  
 Nunc specie suadente loci, ac virtutis honore,  
 Evocat<sup>h</sup> hic populos, hinc decus, inde salus.  
 Qui plebem accendit venerandæ conditor arcis.  
 Talibus officiis præmia justa metit<sup>i</sup>.

## CAPUT X.

*De domno Nazario i martyre Christi.*

[Basilicam in memoriam sancti Nazarii martyris, item a Leontio, Burdegaliensi episcopo, e fundamentis excitatam, vetustiore, quæ erat angustior, dejecta, commemorat. Martyris ipsius triumphum et gloriam describit.]

B Culmina conspicui radiant vœeranda Nazari,  
 Cujus membra polum, spiritus astra tenet.  
 Semine terrigeno, terrenis usibus exors,  
 Immortale bonum, pulvere natus homo.  
 Nil carnale volens, sed Christi præmia poscens.  
 Sanguine de proprio victima digna Deo.  
 Hæc tibi templa sacer devota Leontius offert,  
 Majoremque suam hinc cupit esse domum.  
 Illic prius angusto fabricata est machina gyro,  
 Quo neque tunc poterat plebs veneranda cap.  
 Dejectamque solo rursus fundavit ab imo,  
 Et dedit hæc, quæ nunc amplificata placent.

## CAPUT XI.

*De basilica domni Dionysii k.*

C [Basilicam sancti Dionysii, episcopi Parisiensis, et martyris, item a Leontio reëditam ampliorem, commemorat, non ante vetere dejecta quam nova constructa fuisset. Ipsius martyris laudes celebrat.]  
 Qui cupis egregii structorem noscere templi.  
 Tam pia non patiar vota latere tibi.

hoc ipso carmine possumus conjicere. Ille quippe videtur spectasse ad diocesim Leontii, qui in basilica sancti Vincentii extruenda et ornanda tam munificus exstitera.

<sup>e</sup> In vulgatis legebatur *fanum ingens*, quam lectionem emendavit Brow.

<sup>f</sup> Tres Codd. Vat., arce futura. In Ven. Edit. sic legitur integer versus:

Auspiciis præmissa fides erat arce futura.

<sup>g</sup> Duo Codd. Vat., de peste maligna.

<sup>h</sup> Edit. Ven., evocat hinc populos.

<sup>i</sup> Unus Cod. Vat., metet.

<sup>j</sup> Incertum quis fuerit hic Nazarius, cum tres sub hoc nomine celebrentur die 12 Junii. Primus passus est Mediolani cum Celso puero, quorum corpora a sancto Ambrosio inventa sunt. Alter Ebroduni; tertius Romæ; cuius corpus delatum in Galliam opera Chrodegandi, episcopi Mettensis, an. 765. Vide Ruin., in notis ad Greg. Tur., de Gloria martyrum, l. 1, cap. 61, unde hæc hausimus.

Sancti Nazarii reliquæ colebantur in agro Namnetico tempore Gregorii Turonensis, ut videre est loco superius citato.

<sup>k</sup> Sanctus Dionysius, episcopus Parisiensis, a Greg. Turon., lib. 1, cap. 28, Hist. Franc., passus refertur an. 250 aut etiam post; sed alia monumenta ostendunt eum a beato Clemente in Galliam missum fuisse; unde ejus martyrium ad sæculum seculum easet rejiciendum. Lege Ruin., in notis

Longius hinc olim sacra cum delubra fuissent,  
 Et plebs ob spatium sæpe timeret iter,  
 Exiguam dederat hic præsul Amelius arcem,  
 Christicolam populum nec capiente loco;  
 Quo vitæ claudente diem, dehinc prole graduque  
 Venit ad hæredem hoc opus atque locus.  
 Fundavitque piam hanc papa Leontius aulam,  
 Obtulit et domino splendida dona suo.  
 Quam venerandus habet propriam Dionysius ædem,  
 Nomine sub cuius sanctificata nitet.  
 Qui fervente fide, Christi solidatus amore,  
 Vertice supposito colla secunda dedit.  
 Membrorum contemptor erat, cupiendo coronam,  
 Vile putans quidquid ferret amore Dei.  
 Ut moritura caro donum immortalæ pararet,  
 Vulnera dilexit, sed caritura nece.  
 Hostili occurrens gladio, se misit Olympo;  
 Unde mori voluit, vota salutis habet.

ad Greg. Turon., lib. I de Gloria martyrum, cap. 72. Lege et ea quæ adnotavimus ad Acta S. Dion., p. II Op. Fort. Percelebris erat S. Dionysii basilica prope Parisios, de qua sæpe Gregor. Turon., et de qua fuso Adriano Valesius, in part. II Defens. suæ contra Launoium; altera vero Ambasciaci. At hæc, de qua hoc loco Fortunatus, Burdegale, aut in Burdegalensi agro sita fuisse videtur, ab Amelio, Leontii decessore, primitus extructa.

\* Hic Amelius in Burdegalensi sede antecessit Leontium I, decessorem hujusce nostri Leontii. (*Primo curæ nota.*)—Posuimus Amelium sedisse proxime ante Leontium seniorem in sede Burdigalensi, quod inter Cyprianum, qui an. 508 interfuit concil. Agathensi et Aurelianensi primo, et inter Leontium, qui an. 541 interfuit concilio Aurelianensi IV (ut ostendit Coitius ad an. 541, num. 65), nimum spatium interjectum sit, quamobrem Cypriano continuo Leontium sufficimus. Oihenartus tamen (ut refert Coitius) in Notitia utriusque Vasconie, lib. III, c. 7, post Cyprianum ponit utrosque Leontios. Robertus vero Leontio primo successisse refert in sede Burdigal. Gallicium, huic Amelium, tum Cyprianum, tum Leontium juniorem. Nos duos Leontios sejungendos non duximus, quod cum Leontius I subscripserit synodo Aurelianensi IV, an. 541, et Leontius junior sedere cœperit ante an. 549, quo per legatum subscripsit synodo Aurelian. V, hæud videntur disjungendi.

Sammarthani vero in Gallia Christiana Amelio Leontium I subrogant: inter hunc vero et Leontium juniorem Cyprianum sedisse referunt. Nec probandum videtur quod ipsi idcirco post Amelium velint Leontium I sedisse, quod Fortun., c. 11 l. I, referat:

Exiguam dederat hic præsul Amelius arcem  
 Christicolam populum nec capiente loco  
 Quo vitæ claudente diem, dehinc prole graduque  
 Venit ad hæredem hoc opus, atque locus.  
 Fundavitque piam hanc papa Leontius aulam, etc.

tum non asserat Fortunatus istud operis, ab Amelio angustum et incommodum relictum, ad eum qui proxime loci ejus et gradus hæres fuit amplificandum ac renovandum pervenisse; e contra illa omnia vel de Leontio II optime accipi possint, qui etsi non proxime, hæres tamen Amelii in sede Burdigalensi fuit. Quocirca et Robertus, qui laudatur a Coitio, illa est Fortunati verba de Leontio juniore interpretatus. Præsertim cum Fortunatus, qui totus erat in Leontii junioris laudibus extollendis, ejusdem studium in basilicis qua reficiendis, qua exædificandis sæpius ostenderit: nihil vero ejusmodi narravit de Leontio I, cujus epitaphium scripsit, quod exstat l. IV, c. 9.

A Nec angusta e prius subtraxit fana sacerdos,  
 Hæc nisi perficeret, quæ modo culta [facta] placeat  
 Assidue in prisco peragens cerimonia templo,  
 Donec rite sequens consolidasset opus.

## CAPUT XII.

*De basilica a sancti Bibiani.*

[Basilicam sancti Bibiani, Santonensis episcopi, ab Eusebio cœptam ædificari, sed minime perfectam, Loontius, episcopus Burdegalensis, precibus Emerii, episcopi Santonensis, compleverat, non minimum ad eam rem vel Placidina, Leontii olim uxore, conferente. Horum itaque pietatem ac munificentiam Fortunatus commendat.]

Digna sacerdotis Bibiani e templa coruscant,  
 Quo, si justa petis, dat pia vota fides.

Quæ præsul fundavit ovans Eusebius e olim;

B Ne tamen expleret, raptus ab orbe fuit.

Cui mox Emerius b successit in arce sacerdos,  
 Sed cœptum i ut strueret, ferre recusat onus.

At Launojus in Diss. de duobus Dionysiis, c. 6, observ. 6, censet basilicam de qua hic Fortunatus, non in Burdigalensi diocesi, sed Lutetiæ fuisse: quam primum Amelius antistes Parisiensis erexerit ad an. circiter 530, quo Amelius Parisiensem regebat Ecclesiam, quamque Leontius Burdigal. pontifex ex studio, et religione erga D. Dionysium amplificavit, ac refecerit. Verum præterquam quod nulla hic mentio fit a Fortunato quod hæc basilica esset Parisiis, eaque ab episcopo Burdigalensi refecta fuisset, certe Amelium non Parisiensem antistitem, sed Burdigalensem fuisse, satis inde perspicitur quod Fortunatus Leontium, utique Burdigal. episcopum, Amelio successisse in illa sede referat lib. I, cap. 11, his verbis:

Quo (Amelio) vitæ claudente diem, de hinc prole graduque  
 Venit ad hæredem hoc opus atque locus.  
 Fundavitque piam hanc papa Leontius aulam, etc.

(*Secundæ curæ nota.*)

b In Gallia Christiana, a Sammarth. edita, hoc operis tribuitur non Leontio II, qui fuit, ætate Fortunati, in Gallia Burdegalensis episcopus, sed ejus decessori Leontio I, quod demoror.

c Edit. Ven. et Paris., nec congesta prius. Item unus Cod. Vat.

d Hanc sancti Bibiani basilicam in suburbio Santonium fuisse, apparet ex testimonio Greg. Turon., lib. de Gloria confess., cap. 58.

e Sanctus Bibianus, sive Vivianus, in vulgatis Catalogis, secundus urbis Santonensis episcopus ponitur.

f Narrat Greg. Tur., supra citato loco, quod liber in vulgi manibus, et oculis versabatur suo tempore, qui *molem virtutum sancti Bibiani continebat.*

g Hic Eusebius Emerii decessor fuit in sede Santonensi. Interfuit conc. Aurel. II, an. 535, et v, an. 549.

h Hic Emerius, *Æmulus* appellatus ab infantia, is fuit quem Leontius una cum episcopis provincialibus, in synodo convocatis, depulerat de episcopatu, quippe qui impetraverat a Clotario rege ut *absque metropolitani consilio benediceretur*, ut narrat Greg. Turon., lib. IV Hist. Franc., cap. 25. Videtur itaque Leontius basilicam sancti Bibiani absolvendam suscepisse, antequam in synodo eum deponeret, aut certe postquam redierat cum ipso in gratiam. Charibertus nimirum, Clotarii Filius, vehementer in Leontium et ejus comprovinciales exarserat, quod patris ejus factum rescidissent, nihil se consulto; tum clericum, judicii illius nuntium, plaustro, spinis strato, impositum, in exilium ejecerat; ac Leontius ipse, nonnisi percoluta certa auri summa, effugere potuit communem cæteris episcopis, qui convenerant in illam synodum, calamitatem.

i Edit. Paris., sed *comptum*.

Qui precibus commisit opus tibi, papa Leonti,  
 Cujus ad hoc votum jugiter instat amor.  
 Ultra tale decus tibi se servavit agendum,  
 Nec nisi tu fueras, qui loca sacra dares.  
 O meritum justī, mansurum in luce perenni,  
 Per quem se cupiunt templa verenda coli.  
 Sacra sepulera tegunt Bibiana argentea tecta,  
 Unanimis tecum quæ Placidina dedit.  
 Quo super effusum rutilans intermicat aurum,  
 Et spargunt radios pura metalla suos.  
 Ingenio perfecta novo, tabulata coruscant,  
 Artificemque a puteis hic animasse feras.  
 Sed cui vos animo donaria tanta dedistis,  
 Hic agat, ut vobis stet diuturna salus.  
 Nec dubitent, qui digna ferunt, sibi magna rependi.  
 Præmia dum propriis c reddat d opima Deus.

\* Id in more fuisse, ut fornices templorum, ac parietes, a prisca illis temporibus, belluarum aliorumque animantium figuris, sive pictis, sive sculptis, exornarentur, conijcere licet cum ex monumentis aliis, tum ex orat. 19 sancti Gregorii Nazianzeni, qui patrem suum laudans mortuum, ac templum describens ab ipso exædificatum, inter cætera refert: *ἰλλὸς κτιόνων, καὶ ζῶων κάλλεσι δι' ὀρόφων εἰς ὕψος αἰρόμενον, καὶ τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν πλάσμασιν ὃ λιπομένους τῆς φύσεως, sive columnis et animantium formis perpulchris, per cameras in sublime elatum, et picturis, sive figuris, naturæ non cedentibus, pulcherrimum, ac magnificentissimum fuisse.* Fortunatus item in proximo carmine idem narrat de Basilica sancti Eutropii, hisce versibus:

Hic sculptæ Camerae decus interrasile pendet,  
 Quos pictura solet, ligna dedere jocos.  
 Sumpsit imagineas paries simulacris figuræ,  
 Quæ neque tecta prius, hæc modo picta nitent.

Hunc autem morem ornandi parietes et fornices templorum, sive pictis, sive sculptis imaginibus, ortum arbi-ror ex ipso ornatu Salomonici templi, quem expressum legimus lib. III Regum, cap. vi, his verbis: *Et omnes parietes templi per circuitum sculptis variis calaturis, et torno; et fecit in eis cherubim, et palmas, et picturas varias, quasi prominentes de pariete, et egredientes.*

<sup>b</sup> In duob. Codd. Vat., *artificemque putas.*

<sup>c</sup> Ib., dum quoque pro parvis reddit.

<sup>d</sup> Edit. Venet.:

Dumque simul proprius [F., propriis] reddit opima  
 [Deus.]

\* Sanctus Eutropius, ut narrat Greg Tur., lib. 1 de Gloria martyr., cap. 56. in Galliam a D. Clemente directus, et ab eodem consecratus episcopus, ibidem a paganis oppressus est, illisoque capite interit. Quanquam, quod Eutropium a D. Clemente missum in Galliam ait Greg. Turon., id magis ex vulgari opinione retulit quam ex historiae veritate, ut animadvertit cl. Ruin., in notis ad citatum Gregorii locum. Porro sancti Eutropii memoriam ex parte intermortuam in Gallia, restituit Palladius, epis. opus Santonensis, calavere illius, cujus in capite adhuc inusta cicatrix cernebatur, comperto, ac in novam basilicam, sub ejus titulo dedicatam, illato. Vide Greg., loco supra citato.

<sup>f</sup> Hanc basilicam a Leontio Burdigalensi episcopo restauratam et ornata esse eandem crediderim, in quam Palladius, Santonum episcopus, postea ejusdem sancti Eutropii cadaver a se inventum, ut dixi, intulit. Certe Greg. Turon., lib. 1 de Gloria martyr., cap. 56, basilicæ illius, in qua condita sunt sacra

## A CAPUT XIII.

*De basilica sancti Eutropii \*.*

[Basilicam item sancti Eutropii, episcopi Santonensis, jam collabentem, a Leontio instauratam fuisse et exornatam refert, non sine divino admonitu et consilio.]

Quantus amor Domini maneat tibi, papa Leonti,  
 Quem sibi jam sancti templa novare <sup>f</sup> movent et  
 Eutropii [Eutropis] <sup>h</sup> illa etenim venerandi antistitis  
 [aula,

Corruat <sup>i</sup> et senio dilacerata suo.

Nudatasque trabes paries vacuatus habebat,

Pondere non tecti, sed male pressus aquis.

Nocte sopore levi cuidam veniente ministro i,

Instauratorem te docet esse suum.

B Pro mercede tui meruit magis ille moneri;

O Felix, de quo fit pia cura Deo.

Lipsana Eutropii, mentionem facit, ut ejus quæ jam perfecta et absoluta fuerat, nec ullam in eo operam a Palladio impensam commemorat. Leontius vero Santonis (quæ civitas Burdigalensi Ecclesiæ ut provincialis metropolitane subjiciebatur) plura ejusmodi reliquisse pietatis suæ et magnificentie monumenta, satis testatur ipse Fortunatus, cap. 15 hujusce libri, ubi de Leontio loquens, inquit:

Non solum hic (Burdigalæ), sed ubique micant tua tem-  
 [pla, sacerdos:

Inter quæ plaudens Sanctonus illa docet.

Non recte itaque Browerus eam basilicam a Palladio positam, a Leontio novis operibus refectam, et instauratam fuisse opinatur. Leontius quippe ætate Palladium antecessit, ut mirer si vel Santonensem episcopum illum unquam videre potuerit. Leontius quippe prima juventute (ut refert Fort., cap. 15 hujusce libri) secutus est castra Childeberti regis in Hispaniam. Ea vero expeditio facta est ad an. 551. Vixit autem annos circiter: 4 ut idem Fortun. affirmat in carmine, quod scripsit in funus ipsius Leontii, lib. iv, cap. 10, ut laud sciam an pervenire potuerit ad an. 570. Palladius vero tertius fuit in sede Santonensi episcopus post Emerium, quem Leontius, ut supra diximus, in synodo deposuerat ad an. 53. vel 564. Palladius, ad an. 597, adhuc præerat Ecclesiæ Santonensi; quo tempore a Gregorio Magno, R. P., sacras reliquias impetravit per Leuparicum, presbyterum suum. Sed videsis Coim-tium, ad an. 567, num. 26.

Quæ cum ita sint, qui potuit Leontius basilicam a Palladio ædificatam, vetustate collabentem, ac prope dirutam (ut hic refert Fortunatus) restaurare, ac restituere? Ante Palladium itaque et ipsum Leontium stabat vetus templum in honorem sancti Eutropii dedicatum; cujus proinde memoriam a Palladio ea solum ex parte renovatam censendum est ex Gregor. Tur., quod, antequam ejusdem cadaver inventum fuisset a Palladio, clara cicatrice insignit, martyr fuisse ignorabatur. Quam ad rem addit momentum aliquod vel silentium Fortunati, qui nusquam hoc in carmine Eutropium martyrem fuisse commemorat, qui ceteroquin rem illam, præsertim divinitus, ut narrat ibid. Gregor. Turon., confirmatam, nunquam tacitus prætermisisset.

<sup>g</sup> Duo Codd. Vat., *templa novare movent item* Edit. Ven.

<sup>h</sup> Unus Cod. Vat., *Eutropiis enim venerandi.*

<sup>i</sup> Duo Codd. Vat., *corruerat senio, quod tenen.*

<sup>j</sup> Browerus, in notis ad hoc carmen, ait: *Leontium per quietem admonitum fuisse de sancti Eutropii templo restaurando, cum tam aperte Fortunatus id cuidam ex ministris ejus contigisse divinitus affirmet, a quo postea Leontius admoveretur.*

Nunc meliore via viruit renovata vetustas,  
 Et lassæ fabricæ flos redivivus adit.  
 Ætas accessit, tamen <sup>a</sup> hæc juvenescit honore,  
 Unde senex fieret, junior inde redit.  
 Hic sculptæ [Ms., sculptæ] cameræ decus interrasile  
 [pendet,  
 Quos pictura solet, ligna dedere jocos.  
 Sumpsit imagineas paries simulando figuras,  
 Quæ neque tecta prius, hæc modo picta nitent.  
 Urbis Sanctonicæ primus fuit iste sacerdos,  
 Et tibi qui reparas, jure priora <sup>b</sup> dedit.  
 Cum sua templa tenet sanctus, habitando quiete,  
 Instauratori reddit honore <sup>c</sup> vicem.

## CAPUT XIV.

De calice <sup>d</sup> Leontii episcopi.

[Calicem a Leontio et Placidina ædi sacræ oblatum  
 commemorat.]

Summus in arce Dei pia dona Leontius offert,  
 Votis juncta sacris, et Placidina simul.  
 Felices, quorum <sup>e</sup> labor est altaribus aptus,  
 Tempore qui parvo non peritura ferunt.

## CAPUT XV.

De Leontio <sup>f</sup> episcopo.

[Leontii nobilitatem generis, episcopalem gradum,  
 munificentiam in templa celebrat hoc carmine,  
 eidemque Placidinæ, Leontii olim uxoris, laudes  
 adjungit.]

Inter quos genuit radians Aquitanicus <sup>g</sup> axis,  
 Egregiis meritis culmina prima tenes,  
 Civibus ex [et] Gallis supereminet alta potestas,  
 Tu potior reliquis, et tibi nemo prior.  
 Præcedis multos, nulli minor, atque secundus,  
 Nec superest aliquid, quod dare possit honor.  
 Qui cum se primum <sup>h</sup> vestivit flore juvenus,  
 Parvus eras annis, et gravitate senex <sup>i</sup>.  
 Versus ad Hispanas acies cum rege sereno <sup>j</sup>,  
 Militiæ crevit palma secunda tuæ.  
 Cujus primitiæ tanto placuere relatu,  
 Ut meritis esset debitus iste gradus.

<sup>a</sup> Duo Codd. Vat., *accessit, sed hæc*. Edit. Ven., *accessit sed et hæc*.

<sup>b</sup> Hisce verbis, *jure priora dedit*, declaratur Leontium metropolitam fuisse cujus diocæsi erat com-  
 provincialis Santonensis Ecclesia.

<sup>c</sup> Tres Codd. Vatic., *reddit amore vicem*.

<sup>d</sup> Hujusce calicis mentionem iterum facere videtur Fortunatus seq. carmine, illis versiculis :

Muneribusque piis dotasti altaria Christi,  
 Cum tua vasa ferunt viscera sancta Dei.

<sup>e</sup> In Edilibus legebatur *quorum est altaribus aptus uterque*; restitutum a Brow., ex veterè Ms., *quorum labor est altaribus aptus*.

<sup>f</sup> Hic Leontius successerat in sede Burdegalensi alteri Leontio, cum ipso, ut videtur, generis necessitudine conjunctus. Horum stirpem et originem refert Brow. ad prosopiam Paulinorum, conjecturam faciens ex quodam Sidonii Apollinaris loco, lib. viii. epist. 12. Certe Leontius ille, de quo Sidonius *facile primus Aquitanorum* dicitur; atque huic Leontio, de quo hic Fortunatus, videtur origine et familia fuisse

A Nec poterant subito tibi culmina celsa parari,  
 Hæc nisi digna tuum promeruisset opus  
 Nobilitate potens præcellis, papa Leonti,  
 Clarus ab antiquis, si numerentur avi.  
 Nam genus, et proavi, vel quidquid in ordine dicam,  
 Per proceres celsos currit origo vetus.  
 Tempora d. fugiunt, et stat tamen aula parentum :  
 Nec patitur lapsum, te reparante, domus.  
 Nobilitas longos non inclinavit in annos ;  
 Cui magis ascensum proles opima dedit.  
 Inclyta progenies ornavit luce priores,  
 Hæredis radio splendet origo patrum.  
 De radice sua vestita est flore vetustas ;  
 Quam merito vestræ laudis obumbrat honor.  
 Quamvis non aliquis potior modo possit haberi,  
 B Tu tibi præcedis, amplificando patres.  
 Emicat altus apex, generosa stemmata pandens,  
 Cujus apud reges unica palma patet.  
 Ecclesiæ nunc jura regis, venerande sacerdos,  
 Altera nobilitas additur inde tibi.  
 Pontificalis apex quamvis sit celsus in urbe [orbe],  
 Postquam te meruit, crevit adeptus honor.  
 Aula Dei, et pastor, vicibus sibi præmia reddunt,  
 Illi tu ornatum, spem dedit illa tibi.  
 Munere divino pariter floretis utrique,  
 Tu mercede places, illa decore vitet.  
 Tertius a decimo huic urbi antisies haberis,  
 Sed primus meritis enumerandus eris.  
 Templa vetusta Dei revocasti in culmine prisco,  
 Postque suum lapsum nunc meliora placent.  
 C Flore juventutis, senio fugiente, coruscant,  
 Et tibi læta favent, quo renovaute virent.  
 Ut tu plus ageres, incendia tecta cremarunt,  
 Et nunc laude tua pulchrius illa micant.  
 Nullaque flammicremæ senserunt damna ruinæ,  
 Quæ modo potius ignes <sup>k</sup> lumine plena nitent.  
 Credo quod ex sese voluissent ipsa cremari,  
 Ut labor ille tuus hæc meliora daret  
 Post cineres consumpta suos, tenuesque favillas,  
 Sic solet et Phoenix <sup>l</sup> se renovare senex.  
 Instaurata etiam sacri est baptismatis aula <sup>m</sup>,  
 Quo maculas veteres fons lavat unus aquis.

snitimus, quemadmodum et villas quæ a Sidonio et Fortunato commemorantur domus illorum ac familiarum proprias fuisse, similitudo earum evincit, ut suo loco indicabimus.

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., *Aquitanius axis*.

<sup>h</sup> Unus Cod. Vat., *qui cum se primo*.

<sup>i</sup> Unus Cod. Vat., *et gravitate senis*, ac perpetuum est fere in hoc Codice *senis* pro *senex* ponere, quod semel notasse sufficiat.

<sup>j</sup> Refert Gregorius Turonensis, *Histor. Franc. lib. iii, cap. 10*, Childbertum regem, Hispaniam ingressum cum exercitu, ejusdem, occiso rege, positum fuisse. Hæc itaque castra secutus fuisse Leontius dicens est, jam tunc ætate pubescens. Illa autem expeditione contigit ad an. 531 circiter, ut diximus supra, in notis ad carm. 13 hujusce libri. Childbertum itaque sub nomine *regis sereni* minime dubito declarari, cujus religionem ac pietatem sæpe laudat Fortunatus, sed præcipue lib. vi, cap. 4.

<sup>k</sup> Unus Cod. Vat., *per ignes*.

<sup>l</sup> Unus Cod. Vat., *sic floret et Phœnix*, corrupte.

<sup>m</sup> Browerus, in notis ad hunc locum, ostendit

Ecce beata sacræ fundasti templa Mariæ,  
Nox ubi victa fugit, semper habendo diem.  
Lumine plena micans, imitata est aula Mariam,  
Illa utero lucem clausit, et ista diem <sup>a</sup>.  
Nec solum hic, sed ubique <sup>b</sup> micant tua templa, sa-  
[cerdos.

Inter quæ plaudens Sanctonus illa docet <sup>c</sup>.  
Qui loca das populis, ubi Christum jugiter orent,  
Unde salus veniat, te facis esse viam.  
Ecclesiæque domus crescente cacumine pollet,  
Et probat esse tuum, quod modo culta placet.  
Fecisti ut libeat cunctos huc currere cives,  
Et domus una vocet, quidquid in urbe manet.  
Ornasti patriam, cui dona perennia præstas,  
Tu quoque dicendus, Burdegalense decus.  
Quantum inter reliquas caput hæc <sup>d</sup> super extulit  
[urbes,

Tantum Pontifices vincis honore gradus.  
Inferiora velut sunt flumina cuncta Garumnæ <sup>e</sup>,  
Non aliter vobis subjacet omnis apex.  
Rhenus ab Alpe means neque tantis spumat habenis  
[arenis],

Fortior Adriacas nec Padus intrat aquas;  
Danubius par est, qui longius egerat <sup>f</sup> undas :  
Hæc ego transcendere; iudico nota militi.  
Muneribusque piis dotasti altaria Christi.  
Cum tua vasa ferunt viscera sancta Dei.  
Nam cruor, et corpus Domini libamina summi,  
Rite ministerio [ministerium], te tribuente, venit.  
O felix, cuius ditat pia templa facultas,  
Cui res ista magis non peritura manet.  
Non ærugo teret <sup>g</sup> mordaci dente talentum,  
Nec contra hæc fures arma dolosa movent.  
Et data res vivit, facit et bene vivere dantem  
Cum moritur terris, ducitur inde potis.

baptisteria, veteris Ecclesiæ more, et usu, fere seorsim a basilicis exstrui solita fuisse, quod item ex hoc testimonio Fortunati confirmatur. Sanctus Greg. Tur. etiam lib. x Hist. Franc. cap. 31, inter cætera opera, quibus ipse Ecclesiam Turonensem ornaverat, baptisterium recenset, quod prope basilicam curaverat ædificandum, inquit: « Baptisterium ad ipsam basilicam ædificari præcepi. » Item baptisterium Moguntinæ, quod a Sidonio, ejus urbis episcopo, exstructum fuerat, propriam aulam habuisse, a basilicæ ædificio sejunctam, conjici potest ex Fort., c. 12, l. 11. Denique, nostra hac ætate, veterum basilicarum baptisteria, fere ab ipsis basilicis seorsim posita, veterem illam consuetudinem ac morem satis declarant.

<sup>a</sup> Fortunatus hic indicare videtur, basilicam sanctæ Mariæ, ædificatam a Leontio, vitreis fenestris oculatam fuisse, sicut idem de Parisiaca loquens ecclesia, lib. II, cap. 11, pari modo dixit :

Prima capit radios, vitreis oculata fenestris,  
Artificisque manu, clausit in arce diem.

<sup>b</sup> Vide quæ supra diximus, ad c. 12 et 13 hujusce libri.

<sup>c</sup> Edit. Paris., *monet*.

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., *caput exsuper extulit*.

<sup>e</sup> Cod. Vat. *Garonnæ*; item Edit. Ven.

<sup>f</sup> Edit. Paris., *egerit*.

<sup>g</sup> Edit. Ven., *non ærugo tenet*.

<sup>h</sup> In Edit. Ven. desunt hi duo versus: *sola tenet secum, et seq.*

A Hæc possessor habet, quidquid transmiserit ante,  
Sola tenet <sup>b</sup> secum, quæ prius ire facit.  
Hæc tibi templa dabunt, et vasa sacrata, sacerdos,  
Et quidquid reliquum, nec numerare queo  
Ecclesiæ columnen [culmen] per tempora longa gu-  
[bernes,

Et mercede pia fructus ubique mices.  
Cogor amore etiam Placidinæ pauca referre,  
Quæ tibi tunc conjux, est modo chara soror <sup>d</sup>.  
Lumen ab Arcadio veniens genitore refulget,  
Quo manet augustum germen, Avite, tuum :  
Imperii <sup>i</sup> fastus [fascēs] toto qui rexit in orbe ;  
Cujus adhuc pollens jura senatus habet.  
Humani generis si culmina prima requiras,  
Semine Cæsareo <sup>k</sup> nil superesse potest.

B Sed genus ipsa suum sensus moderamine vicit ;  
Cujus ab eloquio dulcia mella fluunt.  
Chara, serena, decens, solers, pia, mitis, opima,  
Quæ bona cuncta gerit, quidquid honore placet.  
Moribus, ingenio, meritorum luce coruscans,  
Ornavit sexum mens pretiosa suum.  
Plurima cur referam, quantis sit prædita rebus,  
Quæ potuit votis nupta placere tuis.  
Augeat hæc vobis vitam, cui templa dedistis,  
Culminibusque suis culmina vestra tegat.

#### CAPUT XVI.

##### *Hymnus de Leontio episcopo.*

[Cum quidam ambiens locum Leontii, episcopi Burdegalensis, eundem, absentem jam, falso morte extinctum fuisse divulgasset, quo mortui in locum sufficeretur, ac Leontius ex insperato reversus ex itinere, sese incolumem gregi suo ostendisset, Fortunatus, sequenti carmine, reditum ipsius felicissimum gratulatur, quem tanto jucundiorum accidisse affirmat, quod in eum incidere diem quo is primo sedem Burdegalensem conscenderat.]

<sup>i</sup> Ex scilicet quæ uxorum in loco erant ante episcopatum, hocce dignitatis gradu auctis habebantur pro sororibus. Neque enim secus cum illis ac cum sororibus vivebant, thoro plane sejuncti, ex canonum decretis, et prisca Ecclesiæ consuetudine. Hinc Constantius presbyter, in Vita Germani Antisiodorensis, cap. 2 : *uxor, inquit, in sororem ex conjugate mutatur. Sed vide Sirmon., in notis ad Sidonium, epist. 16 lib. v, ubi pluribus hæc illustrat.*

<sup>j</sup> Unus Cod. Vat., *imperii factus, corr.*

<sup>k</sup> Avitus, Cæsarea dignitate, genus suum, cæteroque nobilissimum, multo augustius atque clarius reddiderat. Is Arvernus ortus Aniciana ex gente, avos et proavos longa serie illustres honoribus, ac patricio ordine insignes enumerabat. De quo, ut canit Sidonius Appollinaris, in panegyrico quem Romæ recitavit eidem Avito (cujus filiam Sidonius ipse uxorem duxerat), ait :

..... Rutila cui maxima dudum  
Stemmata complexum germen, palmata cacurrit  
Per proavos, gentisque suæ, te teste, Philagri,  
Patricius replendet apex.

Quamquam ipse Avitus, jam adeptus Imperium, postea in eo regendo minus felix fuit. Nam, cum in odium senatus incidisset, exulare cogitur; quo tempore idem creatur Placentinæ episcopus. Verum et inde profugiens, quod se undique conquiri sentiret ad necem, cum peteret Galliam, in itinere obiit, de quo vide Greg. Turon., lib. II Hist. Franc., cap. 11.



Data occasione, plura edisserit adversus eos qui A  
episcopalem honorem atque gradum ambiunt.]

Agnoscat <sup>a</sup> omne sæculum  
Antistitem Leontium,  
Burdegalense præmium,  
Dono superno redditum.

Bilinguis ore callido  
Crimea lovebat invidum,  
Ferens acerbum nuntium,  
Hunc jam sepulero conditum.

Celare se non pertulit,  
Qui triste funus edidit.  
Etsi nocere desiit,  
Insana vota prodidit.

Deceptus arte noxia,  
Cassata <sup>b</sup> deflet crimina,  
Dum quæ putabat tristia,  
Conversa sunt in gaudia.

Exempla sæva protulit,  
Calcanda cuncto tempore,  
Ut jam sibi conscriberet  
Decreta, vivo antistite.

Fucata <sup>c</sup> res hæc contigit,  
Vitanda casto pectore,  
Superstite ut præsumeret,  
Post fata quod vix debuit [defuit].

Gravat sacerdos ordinem,  
Qui episcopatum sic petit,  
Præcepta qui complectitur,  
Fugit honoris ambitum.

Hoc si cui <sup>d</sup> sit debitum,  
Coactus ascendat gradum,  
Non se petente callide,  
Sed dante Christi munere.

Ineptus est quis <sup>e</sup> ipse se  
Præferre vult Ecclesiæ;  
Nam rem sacram sumere;  
Eclectio divina sit.

Katus <sup>f</sup> sacerdos ordinem  
Illarius non ambiit,  
Martinus illud effugit,  
Gregorinus vix sustulit.

Leges refutant ambitum,  
Invasor omnis pellitur:  
Quod respuunt prætoria,  
Vitet <sup>g</sup> nefas Ecclesia.

Maligna erant <sup>h</sup> certamina  
De sede non tamen sua,

<sup>a</sup> Primi versus in colis sunt acrostichides, per  
alphabeti litteras ordine digesti, ut jampridem ani-  
madvertit Browerus.

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., *cassa deflet*. Edit. Paris., in  
margine, *cassata*.

<sup>c</sup> Edit. Paris., *fugata*.

<sup>d</sup> Ven Edit., *hoc si qui jussit, debitum*.

<sup>e</sup> Unus Cod. Vat., *qui ipse se*.

<sup>f</sup> Ven. Edit., et Paris., *Charus sacerdos*.

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., *vitat nefas*.

<sup>h</sup> Ibid., *maligna erant*.

Quæ nec pati desiderat,  
Non infert mens improba.

Nec longiore tempore  
Versantur in hoc murmure,  
Dum cogitant succedere,  
Redit sacerdos qui fuit.

Orante plebe, protinus  
Dum nemo credit, redditur.  
Quæ confluunt per <sup>i</sup> tristia.  
Majora sunt hæc gaudia.

Plausu favebat civitas,  
Cui redit felicitas,  
Orbata, quem desleverat,  
Patrem recepit anxia.

B  
Quem vix putabat redditum,  
Præventa voto prospero,  
Res mira quando cernitur,  
Solet stupere visio.

Recolligit <sup>j</sup> rector gregem;  
Errore captum suscipit <sup>k</sup>;  
Pastoris arce cognita,  
Gavisa sunt ovilia.

Sumpsit gradum quo tempore,  
Regressus est eo die.  
Quis non superno munere  
Hoc contigisse prædicet?

C  
Tantum nec ante præmium  
Plebi fuit, cum factus est;  
Lætata quantum tunc fuit,  
Quando recepit præsulem.

Venite, cives, plaudite,  
Et vota votis addite,  
Quo facta sunt miracula,  
Servent eum cœlestia.

Xristus sereno lumine  
Circumvolet, quem reddidit,  
Ut trina crescat gratia,  
Mercede, vita, gloria.

Ymnum canendo concrepet,  
Quisquis Deo non invidet,  
Laus ejus est, qui præsulem  
De mortis ore retrahit.

D  
Zelante fido pectore,  
Tam vera dici non pudet:  
Hæc parva nobilissimo  
Papæ damus Leontio.

<sup>i</sup> Ibid., *post tristia*.

<sup>j</sup> In Edit. Ven. sic legitur sequens colon:

Recolligit rector gregem,  
Errore ductus semita,  
Pastoris voce cognita,  
Gavisa sunt ovilia.

<sup>k</sup> In uno Cod. Vat. et Edit. Paris. secundus ver-  
sus coli sic legitur:

Errore captum semita;  
et in margine ejusdem Edit. Paris.  
Errorem pellit semita.

## CAPUT XVII.

*Ad Placidiam, matrem a Leontii episcopi.*

[Fortunatus ex insula quam incolebat mittit quædam ad Placidiam munuscula, ac narrat se, cum navigaret adverso Borea, ad terram rejectum, ad Placidiam ipsam appulisse.]

Munera parva nimis, pia, suscipe, quæso, libenter,  
Quæ magis ipsa decens munus in orbe micat.  
Fluctibus e mediis hæc <sup>b</sup> ut daret insula vobis,  
Oceanus <sup>c</sup> tumidis murmure præstat aquis.  
Quæ loca dum volui properans agnoscere ponti,  
A Borea veniens repulit unda furens.  
Prosperitas ut vestra, <sup>d</sup> tamen se plena probaret,  
Obtulit in terris quod peteretur aquis.

## CAPUT XVIII.

*De Bissono [Bissono] villa Burdigalensi.*

[Bissoni, villæ in agro Burdigalensi sitæ, amœnitatem describit, et una ædificia quæ vetustate collapsa Leontius refecerat et exornaverat commemorat.]

Est locus <sup>e</sup>, æstifero quamvis sit tempore fervor,  
Quo viret assidue flore relectus ager.  
Respirant croceis depicta coloribus arva,  
Fragrat odoriferis blandior herba comis.  
Incola Bissonum vocat hunc de nomine prisco,  
Millia septem urbs hinc Burdigalensis abest.  
Quo possessor amans prætoriam <sup>f</sup> grata locavit,  
Partibus atque tribus porticus æqua subit.  
Straverat ipsa solo, senio rapiente, vetustas,  
Perdiderat vultum forma decora suum.  
Hunc <sup>g</sup>, in meliore via, revocat labor ille Leonti,  
Quo præsentem domus <sup>h</sup> nulla ruina premit.  
Nunc quoque prosperius velut aula sepulta resurgit,  
Et favet auctori vivificata suo.

<sup>a</sup> An quæ olim uxor Leontii fuerat, ejusdem mater hoc loci appellatur, ob egregiam ejusdem in Leontium charitatem ac præstantem virtutem? An, quod verisimilius, pro sororis nomine, matris nomen irrepsit! Certe Brow. negat in Ms. sancti Galli, matris nomen reperiri. Item deest in Codd. Vat.

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., ut hæc daret.

<sup>c</sup> Ed. Ven. :

Oceanus tumidas murmuræ præbet aquas.

Et duo Codd. Vat. *tumidas præstat aquas.* Ed. Par. :  
Oceanus tumidum [F. tumidus] murmuræ pressit aquas.

Et in margine, *tumidas.*

<sup>d</sup> Vile, quæ dixi in Vita Fort., num. 79.

<sup>e</sup> Sidonius Apollinaris, carm. 22, villam describit Pontii Leontii, Burgum nomine, sitam ad Garumnam in ripa Duranii, seu Dorononiæ : quæ sane villa situ suo, ac descriptione, tum ædificiorum elegantia, ac balnearum opportunitate, una ex his esse videtur, quas Fortunatus hoc carmine, 18, et duobus sequentibus, refert, quamvis sub diverso nomine. Lege integrum illud carmen.

<sup>f</sup> Prætoriam appellabantur ædes sumptuosæ ac magnificæ in agris extractæ; forte quod publica ædificia, seu palatia, mole sua et structura ex æquare videntur. Sueton., in Vita Caligulæ, cap. 37, hæc habet : *In extructionibus prætoriorum, atque villarum, omni poshabita ratione, nihil tam efficere concupiscebant, quam quod effici posse negaretur.*

<sup>g</sup> Duo Codd. Vat. et Edit. Ven., hæc meliore.

<sup>h</sup> Edit. Paris., domos.

<sup>i</sup> In uno Cod. Vat. mutilum reperitur hoc carmen, sicuti et 20, ac deest integrum sequens poemata.

A Reddidit interea prisco nova balnea cultu,  
Quo recreant fessos blanda lavacra viros.  
Illic referunt, <sup>i</sup> nutrisse lupos, deserta tenentes  
Intulit hic <sup>j</sup> homines, expulit unde <sup>k</sup> feras.

## CAPUT XIX.

*De Vereginis, villa Burdegalensi.*

[Vereginis villæ, item in agro Burdegalensi positæ, situm, descriptionem, ædificia a Leontio instaurata, celebrat.]

Inter opima ferax qua volvitur unda Garomnæ,  
Vereginis ripis vernal amœnus ager.  
Illic brevis ascensus leni subit aggere cliyum,  
Carpit et obliqua mole <sup>l</sup> viator iter.  
Altior a planis arvis minor eminet altis;  
Necve <sup>m</sup>, humilis nimium, necque superbit apex,  
B Colle sedet medio domus ædificata decenter,  
Cujus utrumque latus hinc jacet, inde tumet.  
Machina celsa casæ triplici suspenditur arcu,  
Quo Pelagi pictas currere credis aquas.  
Exsilit unda latens, vivo generata metallo,  
Dulcis et irriguo fonte perennis aquæ.  
Quo super accumbens celebrat convivia pastor,  
Inclusoque lacu, pisce <sup>n</sup> natante, bibit.  
Nunc <sup>o</sup> renovanda venit papæ mercede Leonti,  
Quem Dominum longo tempore culta cupit <sup>p</sup>.

## CAPUT XX.

*De Præmiaco, villa Burdegalensi.*

[Fortunatus in itinere Præmiacum, Leontii villam, pertransiens, ejusdem situm et pulchritudinem celebrat carmine, eamque a Leontio ædificiis auctam et ornatam fuisse declarat.]

C Quamvis instet iter, <sup>q</sup> retrahatque volumine curæ,  
Ad te pauca ferens carmina <sup>r</sup>, flecto viam.

<sup>j</sup> Ed. Ven. *intulit huc*; *huc* deest in uno Cod. Vat.

<sup>k</sup> Edit. Paris., *inde.*

<sup>l</sup> Ed. Ven., *molle viator.* Edit. Paris., *carpit et obliquam colle.*

<sup>m</sup> Unus Cod. Vat., *nec humilis.*

<sup>n</sup> Solemne fuisse veteribus, ut prope flumina domos in agris exstruerent, unde et ruris amœnitate, agrorumque longo prospectu, et una piscatione fruerentur, ut alia omittam exempla, ex Sidonio intelligi potest, qui, carm. 22, villam Burgum describeus inter cætera hæc habet :

Flecteris ad lavam? Te porticus accipit ampla,  
Directis curvata viis, ubi margine summo  
Pendet, et arctatis stat saxea silva columnis.  
Alta volubilibus patet hinc cœnatio valvis,  
Fusilis Euripus propter, cadit unda superne  
Ante fores pendente lacu, venamque secuti,  
Udosa inveniunt nantes cœnacula pisces.

Item Fortunatus, c. 9 l. x, villam describens Childeberti regis, filii Sigiberti, hæc refert inter cætera :

Denique dum præsent reges in sedibus aulae,  
Ac mensæ officio prandia festa colunt.  
Retibus inspicitur quo salmo fasce levatur.  
Et numerat pisces, cum sit in arce sedens.  
Rex favet, immensa resillit dum piscis ab unda,  
Atque animos relucit, quod sua præda venit.

<sup>o</sup> Ibid., *nunc remorenda.*

<sup>p</sup> Edit. Paris. :

Quam Dominus cultam tempora longa capit.

<sup>q</sup> Browerus ediderat primo : *retrahatque volumine curas*; postea edidit : *retrahatque volumine curæ*, utram sequi mavis, sensus integer est. Vat. Codd. favent primæ lectioni.

<sup>r</sup> Unus Cod. Vat. et Ven. Edit., *carmine flecto viam.*

Captus amore tui, nunquam memoranda tacebo,  
Te neque prætereo, prætereundo locum.  
Qui a cum digna loquar, si syllaba quarta recedat,  
Præmiacum pollens, præmia nomen habes.  
Deliciis obsessus ager prævidantibus arvis  
Et naturalis gratia ruris inest.  
Condita quo domus est, planus tumor exit in altum,  
Nec satis elato vertice regnat apex.  
Qua super incumbens locus est, devexus in amnem.  
Florea gemmato gramine prata virent.  
Leniter appulsus quoties insibilat Euris,  
Flexa supinatis fluctuat herba comis.  
Hinc alia de parte seges flavescit aristis,  
Pinguis et altricem palmas opacat humum.  
Piscibus innumeris non deficit unda Garonnæ<sup>b</sup>,  
Etsi desit agris, fruges abundat aquis.  
Sed te quærebant hæc munera tanta, Leonti,  
Solum defueras, qui bona plena dares.  
Nam quod pulchra domus, quod grata lavacra ni-  
Consolidatorem te cecinere suum. [tescunt,  
Ut tamen acquirant et c<sup>o</sup> adhuc fabricanda decorem,  
Temporibus longis hæc tua dona regas.

## CAPUT XXI.

De Egircio<sup>d</sup> flumine.

[Egircii fluminis indolem ac varietates describit.]

Laus tibi forte minor fuerat, generose c<sup>o</sup> Garonna,  
Si non exiguas alter haberet aquas.  
Lubri cat hic quoniam tenuato Egircius<sup>f</sup> haustu,  
Præfert s<sup>o</sup> divitias paupere fonte tuas.  
Denique dissimilem si comparet ullus utrumque,  
Hic ubi sit rivus, tu puto, Nilus eris.  
Te famulans intrat, sed huc<sup>h</sup> tua regna refrenant,  
Gallicus Euphrates tu fluvis, iste latet.  
Nam quantum Oceanum tumidus tu cursibus auges,  
Iste tuas tantum crescere præstat aquas<sup>i</sup>.  
Torrida præsertim cum terris incubat æstas,  
Ac, sitiante solo, tristis anhelat ager,  
Cum Titan radiis ferventibus exarat arva,  
Et calor ignifero vomere sinit humum.

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat. et Ven. Edit., cuique digna.<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., Garonnæ.<sup>c</sup> Ante adhuc deest et in uno Cod. Vat. Edit. Paris. .  
attamen acquirant ut.<sup>d</sup> In Ven. Edit. perpetuo dicitur Gircius fluvius.<sup>e</sup> Edit. Paris., generosa.<sup>f</sup> Egircius, ait Browerus, clarissimos Aquitanorum Auscos, Novempopulanæ provinciæ, nunc Vasconizæ metropolim, alluit.<sup>g</sup> Edit. Paris., profert.<sup>h</sup> Monet ad hunc locum Brow. perpetuum fere morem esse Fortunati, ut litteram H habeat instar fortis consonantis, quæ non evanescat, sed synalæpham quoque prohibeat. Beda (ait idem) hoc animadvertit (de arte metrica in synalæphe), cum in poetarum arbitrio esse scribit, utrum H consonantis, an aspiratio- nis notam impleat, præsertim ubi hac littera sermo sequens inchoaverit. Hujusmodi exempla passim in poetis aliis, quæ hic apponere supervacaneum duco. Liceat crui adnotare in disticho qui inscriptus legitur solum Vaticanæ, quam Justinus Junior et Sophia Aug. urbi Romæ muneris miserunt; quinque illustravit cl. et doctissimus vir Stephanus Borgia sac.

A Languidus arentes fugiens vix explicat undas,  
Et cum pisce suo palpitat ipse simul.  
Flumine subluccio vacuatas lambit arenas,  
Sedibus in propriis exsul obrerrat aquis.  
In limo, migrante lacu, consumitur l<sup>o</sup> amnis,  
Terraque sit sterilis, quo fuit unda rapax.  
Deficiunt isto solatia cuncta rigore,  
Nomine cum proprio tristis, et æger eget.  
Forte viator, iter gradiens, non invenit haustus,  
Unde alios recreet, qui sitiit ipse sibi,  
Se cupit infundi fluvius, si porrigis undas,  
Si tamen est fluvius, quem madefacta<sup>h</sup> homo.  
Gurgitis impressas labens [Ms., lambens] rota signa  
[arenas<sup>i</sup>

Atque resudantes orbita sistit aquas.

B Si venias equitando viam<sup>m</sup> sub tempore cancri,  
Vix tamen insidians<sup>n</sup> ungula mergit equi.  
Vidimus exiguum de limo surgere piscem,  
Qui retinente luto, naufragus errat humo.  
Nec fluvius, nec campus adest, nec terra, nec unda  
Piscibus inhabitem nullus arare potest  
Sola palude natans querulos dat rana susurros,  
Piscibus exclusis advena regnat aquis.  
At si forte fluat tenuis de nubibus imber,  
Vix pluit in terris, jam tumet iste minax.  
Ingentes animos parva de nube resumit:  
Fit subito pelagus, qui fuit ante lacus.  
Turbidus incedens, undis eget ipse lavari,  
Semper inæqualis, cui<sup>o</sup> nihil aut satis est.  
C Non ripis contentus, agit compendia cursus,  
Quod de monte bibit, per sata plena vomit  
Vortice torrenti rapitur, quasi morte p<sup>r</sup> tyranni,  
Indignatus iter, munera vastat agri.  
Discurrit seges in fluvium<sup>q</sup> stat [Ms., sed] piscis in  
Ordine perverso, messe natante, jacet. [agro<sup>r</sup>  
Quæ fuerant ovibus, donantur pascua ranis<sup>s</sup>,  
Prata tenent pisces, et trahit unda pecus.  
Obtinet expulsus<sup>t</sup> stabulum campestre silurus,  
Plus capitur terris, quam modo piscis aquis.

congreg. de Propag. Fide a secretis, item litteram H instar consonantis haberi :

Lignum quo Christus humanum subdidit hostem...

<sup>i</sup> Edit. Paris. :

Tantum te lymphis exultat iste suis.

<sup>j</sup> Edit. Ven., subducitur amnis.<sup>k</sup> Ibid., madefacta<sup>h</sup> humus.<sup>l</sup> Edit. Paris., habenas.<sup>m</sup> Edit. Paris., diem; in margine, viam.<sup>n</sup> Edit. Ven., vix tamen insidians. Unus Cod. Vat., vix tamen insidens.<sup>o</sup> In Edit. Ven., qui nihil.<sup>p</sup> Edit. Paris., more.<sup>q</sup> Edit. Ven., in fluvio.<sup>r</sup> Brow. postea emendavit, quod bis ediderat, in agro, sufficiens in arvo, quomodo in Ven. edit. legitur. At in Codd. Vat. nihil animadverti simile hujus emendationis.<sup>s</sup> Unus Cod. Vat., pascua remis.<sup>t</sup> Edit. Ven. :

Obtinet expulsos stabulum campestre siluros.

Edit. Paris. silvatre silurus.

Sarcula quos foderent agros, mala <sup>a</sup> retia miscent,  
 Figitur hic ramus <sup>b</sup> quo stetit ante palus.  
 Sors una est piscis, siccant, aut flumina crescant,  
 Nunc residet limo, nunc jacet exsul agro.  
 Sed cur triste diu loquimur de gurgite parvo?  
 Eritur et verbis, nec recreatur aquis

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., *male retia*.

<sup>b</sup> Edit. Ven., *figitur hic hamus*. Unus Cod. Vat. habet *banus*, corrupte; forte *hamus* legi debet.

A Sufficiat flagrare sibi, cur addo vapores?  
 Atque bis æstivum crescere tempus ago?  
 Unica sed tandem damus hæc solatia laudis,  
 Quod tribuit pisces evacuatus aquis.

## LIBER SECUNDUS.

### CAPUT PRIMUM.

*De cruce <sup>a</sup> Domini.*

[Cruis Domini dignitatem et virtutem laudibus prosequitur.]

Crux benedicta <sup>b</sup> nitet, Dominus qua carne pependit,  
 Atque cruore suo vulnera nostra lavat <sup>c</sup>.  
 Mitis amore pio, pro nobis victima factus,  
 Traxit ab ore lupi qua sacer agnus oves.  
 Transfixis <sup>d</sup> palmis ubi mundum <sup>a</sup> clade redemit,  
 Atque suo clausit funere mortis iter.  
 Illic manus illa fuit clavis confixa cruentis,  
 Quæ eripuit Paulum crimine, morte Petrum.  
 Fertilitate potens, o dulce, et nobile lignum,  
 Quando tuis ramis tam nova poma geris!  
 Cujus odore novo, defuncta cadavera surgunt,  
 Et redeunt vitæ, qui frandere die.  
 Nullum uret æstus sub frondibus arboris hujus,  
 Luna nec in noctem <sup>f</sup>, sol neque meridie.  
 Tu plantata micis, secus est ubi cursus aquarum,  
 Spargis et ornatas, flore recente, comas.  
 Appensa est vitis inter tua brachia, de qua  
 Dulcica sanguineo vira rubore fluunt.

<sup>a</sup> Quæ fuerit causa et occasio Fortunato cur ipse hosce hymnos et alia poemata in honorem sanctæ crucis elucubraret, jam significavimus in Vita ejusdem, n. 55, juvat tamen et hic eandem rem breviter attingere. Rade Gundis, scilicet, sanctimonialis femina, quæ e regio Thoringiorum genere nata, Clotarii Francorum regis uxor fuerat (mulier de ipso Fortunato nostro quam optime merita), obtinuerat a Justino imp. et Sophia Augusta frustum ligni sanctæ crucis, quo suum Pictaviense monasterium ditaret, miraculis postea celeberrimum. Id itaque in causa fuit quamobrem Fortunatus, Radequindi ipsi et Agneti abbatissæ addictissimus, sæpe carmina ad celebrandam sanctæ crucis præstantiam virtutemque pangeret.

<sup>b</sup> Legitur hic hymnus vel in Hymuario cl. card. Tommasi, sub nomine Fortunati.

<sup>c</sup> Unus Cod. Vatic. et Edit. Ven. *vulnera nostra lavit*. Item in Hymn. cl. Tommasi.

<sup>d</sup> Edit. Ven., *transfixus palmis*.

<sup>e</sup> In Hymn. cl. Tomm. deest *a*.

<sup>f</sup> Ibid., *luna nec in nocte*.

<sup>g</sup> Libet hic subjicere Jacobi Sirmondi, viri eruditissimi, judicium de hoc hymno, quod profert in notis ad epist. 3 lib. IV Epist. Sidonii: *Adnotarat* (en ejus verba) *hoc loco scholiastes quidam hymnum* (de quo nimirum in epistola sua ad Claudianum scripta mentionem facit Sidonius) *significari illum, cujus initium est: PANGE, LINGUA, GLORIOSI PRÆLIUM CERTAMINIS. Et quidem stylum redolet cultiorem quam Fortu-*

### CAPUT II.

*In honorem sanctæ crucis, hymnus.*

B Pange, <sup>a</sup> lingua, gloriosi prælium certaminis,  
 Et super crucis tropæo dic triumphum nobilem,  
 Qualiter Redemptor orbis immolatus vicerit.

De parentis protoplasti fraude facta <sup>b</sup> condolens,  
 Quando pomi noxialis morsu in mortem <sup>i</sup> corruit,  
 Ipse lignum tum <sup>j</sup> notavit, damna ligni ut solveret.

Hoc opus nostræ salutis ordo deposcerat,  
 Multiformis proditoris <sup>k</sup> arte ut artem falleret,  
 Et medellam ferret inde, hostis unde læserat.

Quando venit ergo sacri plenitudo temporis,  
 Missus est ab arce Patris natus orbis conditor,  
 Atque ventre virginali carne factus prodiit.

Vagit infans, inter arcta conditus præsepia,  
 Membra pannis involuta virgo mater alligat,  
 Et pedes, manusque <sup>l</sup>, crura stricta cingit <sup>m</sup> fascia.

C Lustra sex qui jam peracta, tempus implens corporis,  
 Se volente, natus ad hoc, passioni deditus,  
 Agnus, in crucis levatur immolandus stipite.

Hic acetum, fel, arundo, sputa, clavi, lancea,  
 Mite corpus perforatur; sanguis, unda profluit,  
 Terra, pontus, astra, mundus quo lavantur flumine.

*nati esse soleat, cui tamen illum tribuunt antiqui etiam scriptores et Codices. In eum præterea scite cadunt omnia quæ laudantur a Sidonio. Scriptus est versibus trochaicis, quibus inserti aliquando pyrrhichii numeri: commaticus est, crebris aptisque commatiis incisus, sententiis non interruptis, sed molliter cum versu cadentibus. Denique Claudiano carmen hoc vindicat non solum vetus scholiastes, quem dixi, verum etiam Genadius, non quidem prout editus est, sed prout in Codice cænobii sancti Michaelis de Tumba, vulgatis auctior, in Claudiani mentione legitur his verbis: « Scripsit et alia nonnulla, inter quæ et hymnum de passione Domini, cujus principium est: PANGE, LINGUA, GLORIOSI. Fuit autem frater Mamerti, Viennensis episcopi. »*

Hæc cl. Sirmondus. Auctores item *delf' Histoire littéraire de la France*, hoc poema Fortunato eripiunt, et tribuunt eidem Claudiano. Favent tamen Fortunato fere omnis vetustior antiquitas, et Codicum fere omnium auctoritas, tum eruditi viri quam plurimi. In Hymn. cl. Tommasi legitur cum hoc titulo: *V. C. Fortunati episcopi Pictaviensis* Item in mss. Codd. Vat. Venantio ascribitur.

<sup>b</sup> In Hymn. cl. Tomm., *fraude factor condolens*. Item unus Cod. Vatic.

<sup>i</sup> Ibid., *morsu morte*. Item Edit. Ven.

<sup>j</sup> In Hymn. cl. Tomm., *tunc*.

<sup>k</sup> In uno Cod. Vat., *multiformis perditoris*.

<sup>l</sup> Ibid., *et manus, pedesque, crura*.

<sup>m</sup> Duo Codd. Vat., *pingit fascia*.

Crux fidelis, inter omnes arbor una nobilis,  
Nulla talem silva profert, flore, fronde, germine <sup>a</sup>.  
Dulce lignum, dulces <sup>b</sup> clavos, dulce pondus susti-  
[nens.]

Flecte ramos arbor alta, tensa laxa viscera,  
Et rigor lentescat ille, quem dedit nativitas,  
Ut superni membra regis miti tendas stipite.

Sola digna tu fuisti ferre pretium sæculi [*M.*, sæcli  
pretium]

Atque portum præparare nauta mundo naufrago,  
Quem sacer. cruor perunxit, fusus agni corpore.

### CAPUT III.

In honorem <sup>c</sup> sanctæ crucis et oratorii <sup>d</sup> domus  
ecclesiæ apud Turonos.

[Crucis Domini virtutem ac pretium celebrat, et  
Gregorii Turonensis in eandem crucem religio-  
nem, tum in ornando apud Turonos oratorio inu-  
nificentiam ac liberalitatem commendat.]

Virtus celsa crucis totum recte occupat orbem,  
Hæc quoniam <sup>e</sup> mundi perdita cuncta refert.

<sup>a</sup> Unus Codd. Vat., *germinat*.

<sup>b</sup> Ibid., *dulce clavum*. In alio Cod. Vat., *dulcem  
clavum*.

<sup>c</sup> Titulus hujus carminis in Ven. Edit. sic habet :  
*In honore sanctæ crucis, vel oratorii, etc.* Item in  
duob. Codd. Vatic.

<sup>d</sup> De hoc apud Turonos oratorio mentionem facit  
Greg. Turon., lib. I de Gloria martyrum, cap. 15,  
inquiens : *Apud Turonicam vero urbem, dum in ora-  
torium atrii beati Martini, ipsius præcursoris reliquias  
collocaremus... serant autem in hoc oratorio a tychno  
oleum ebullire. Habentur enim et ibi reliquiæ sanctæ  
crucis.*

<sup>e</sup> Edit. Ven., *hæcque modo mundi*. Edit. Paris., **C**  
*hæc quando*, in margine, *quoniam*.

<sup>f</sup> Edit. Paris., *hoc opus*.

<sup>g</sup> Edit. Ven., *pallia dum coperit*. In uno Cod. Vat.,  
*dum pallia coperit*.

<sup>h</sup> Browerus æstuat plurimum in hoc obscurissimo  
loco explicando. Eo tamen propendet, ut credat per  
hunc versiculum :

Dum pallas coperit, signa gerendo crucis,  
vel eas pallas indicari quibus contacta fuerat palla ab  
Hierosolymis delata, miraculorum effectrix, aut tem-  
plum ipsum, quod Gregorius in ejus pallæ honorem  
et memoriam erexerat, hoc condita illa, ac veluti  
cooperta tectaque fuerat. Quo autem templum, vel  
oratorium a Gregorio dedicatum fuisse opinatur, an-  
tequam episcopus Turonensis crearetur. Deum ita-  
que ejusdem pietatem ac religionem in cruce deco-  
randa novi illius operis molitione, ornasse episco-  
pali pallio, cui purpureæ cruces erant intextæ, idque  
declarare sequentes versus :

Dona repente dedit divina potentia Christus,

Mox fuit et voti causa secuta pii.

Pallia nam meruit, sunt quæ cruce textile pulchra,

Obsequisque suis crux habet alma cruces,

Serica quæ niveis sunt agnava blattea telis,

Et textis crucibus magnificatur opus.

At, si licet conjecturæ aliquid vel a me in re obscu-  
rissima æfferri (quod tamen totum eruditiorum judi-  
cio penitus submitto, atque decernendum relinquo),  
videtur dicendum Greg. Tur. illud suum apud Turonos  
oratorium in honorem quidem sanctæ crucis obtu-  
lisse, ac dedicasse; aut dedicatum jam, novis mu-  
neribus auxisse, et exornasse; quocirca versiculum  
illum :

Dum pallas coperit, signa gerendo crucis,

ita crediderim esse intelligendum, ut palliarum no-  
mine ea significantur palliola quibus templorum pa-

**A** Quodque ferus serpens infecit felle veneni,  
Christi sanguis in hac dulci liquore lavat.

Quæque lupi fuerant raptoris præda ferocis,  
In cruce restituit Virginis agnus oves.

Tensus in his ramis, cum plantis brachia pendens  
[pendens],

Ecclesiam stabilit, pendulus ipse cruce.

Hoc pius <sup>f</sup> in ligno reparans deperdita pridem,  
Quod vetiti ligni poma tulere boni.

Addita quin etiam virtutum flamma coruscat,  
Dona quod obsequiis crux parat ipsa suis.

Denique sancta cruci hæc templa Gregorius offert,  
Dum pallas <sup>g</sup> coperit, signa <sup>h</sup> gerendo crucis.

**B** Dona repente dedit divina potentia Christus,  
Mox fuit et voti causa secuta pii.

Pallia nam meruit, sunt quæ cruce textile pulchra,  
Obsequisque suis crux habet alma cruces.

rietes insigniri, ac velari solebant: quorum meminit  
Greg. Turon., lib. de Mirac. sancti Juliani, cap. 20,  
ubi narrat furem quemdam ingressum basilicam sancti  
Juliani, noctu eandem compitasse; *destraxitque*,  
inquit, *a summo unam gemmis coruscantibus crucem  
ad terram dejecit, collectisque velulis, ac palliolis, de  
circuito parietum pendentibus, unum volucrum facit*.  
Videtur itaque Greg. ejusmodi velulis ac palliolis  
oratorii illius Turon. parietes exornasse, quæ cruci-  
bus textilibus, aliisque ad speciem et ornatum operi-  
bus, picta essent, atque interstincta, idque eo versu,  
quem superius retuli, licet obscurius, indicari, ut  
dixi, crediderim.

Quæ vero sequuntur :

Dona repente dedit divina potentia Christus,

non ad pallium archiepiscopale, ut putat Brow. et  
cum eo alii, referri malo, quam ad pallam illam  
holosericam, quam miraculorum effectricem Greg.  
ab advena quodam se accepisse testatur, lib. I de  
Gloria martyrum, cap. 6, qua palla crucem Domini  
Hierosolymis involutam fuisse ille affirmabat. Hæc  
profecto, quæ tot claruerat prodigiis, digna erat quæ  
piis Gregorii votis in ornando oratorio apud Turonos  
in honorem sanctæ crucis responderet, et illa essent  
dona quæ *daret divina potentia Christus*. Sane versus  
qui consequuntur eandem rem confirmare videntur,  
quibus ait Fortunatus :

Sic cito pontifici dedit devota voluntas,  
Atque dicata cruci, condita vela placent  
Unde salutifero signo tibi, clare sacerdos,  
Hoc cui complacuit, reddere magna valet.

**D** Quæ sane quomodo apte ad pallium archiepisco-  
pale referri et accommodari possint non video. Nihil  
autem verisimilius quam ut hæc holoserica palla  
textilibus crucibus pro eo cui inservierat usu esset  
picta, atque distincta, eæque cruces et purpureo et  
candido colore essent pernitæ, quod indicare vide-  
tur sequens versus :

Serica quæ niveis sunt agnava blattea telis.

Etsi hic versus probo obscurus evadat maxime ex  
ignoratione germani sensus, qui subest voci *agnava*.  
Nam quod Browerus censet vocem *agnava* pro Græca  
*ἀγναξ* usurpari, non probō. Cum et vox isthæc,  
palam Græca, a Latinis (quod quidem ego sciam)  
usu trita non sit, et sensus qui eidem subest huic  
loco minime respondeat. *Ἀγναξ* enim idem sonat ac  
*minime purgata a sultone*. Mallem itaque legere *ad-  
dita*, nisi vererem voci nimiam vim inferre.

Serica quæ niveis sunt ægna<sup>a</sup> [agnina] <sup>a</sup>, blattea <sup>b</sup>, A Atque dicata cruci condita <sup>c</sup> vela placent.  
 [telis, Unde salutifero signo tibi clare sacerdos,  
 Et textis crucibus magnificatur opus. Hoc cui complacuit, reddere magna valet.  
 Sic cito Pontifici dedit hæc devota voluntas,

## CAPUT IV.

*Item de signaculo sanctæ crucis.*

DIUSAPEX**G**ARNE**E**FFINGEN**S**GENITALIALIMI  
 VITALITER**R**AECOMPINGITSANGVINEGLUTEN  
 LUCIFERAXA**V**RASANIMANTESA**F**FLUITILLIC  
 CONDITUREN**I**XANSADAMFACT**O**RISADINSTAR  
 EXLUITPRO**T**OP**L**ASMASOLO**R**ESNOBILISUSU  
 DIUESINARBIT**R**IORADIAN**T**ILUMINEDEHINC  
 EXMEMBRISADA**E**V**A**SFIT**T**VMUIRGINISHEU**A**E  
 CARNECREATAVIRID**E**HI**N**CCOPULATUREID**E**M  
 V**T**PARADISSIACOB**E**N**E**L**A**KTARETURINH**O**R**T**O  
 S**E**DDESEDEPIA**P**E**P**V**L**IT**E**MERABILEG**U**TT**V**R  
 S**E**R**P**ENTISSUAS**U**PO**M**IS**V**COATR**A**PROP**I**AN**S**  
 I**N**S**A**C**I**ATRICIM**O**R**T**IF**A**M**E**S**A**CCIDIT**L**L**I**NG  
 G**A**V**I**SURUSOB**H**OCC**A**E**L**I**F**L**U**ISARCELO**G**AT**O**R  
 N**A**SC**I**PRONOBIS**M**IS**E**R**A**R**I**SET**U**L**C**ER**E**CL**A**V**I**  
 I**N**CRUCE**C**ONFIGIT**A**L**I**N**A**L**A**G**M**A**T**E**I**NUN**C**T**I**S  
 V**N**ASALUS**N**OBIS**L**I**G**N**O**A**G**N**I**SANGVINEVENIT  
 I**U**CUN**D**ASPECIES**I**N**T**E**P**I**A**BRACH**I**ACH**R**I**S**T**I**  
 A**F**FIXASTETERANTE**T**PA**L**M**A**PI**A**BILIS**I**N**H**A**C**  
 G**A**RACAR**O**POEN**A**S**I**N**M**IT**E**S**U**ST**U**L**I**TH**A**U**S**T**V**  
 A**R**BORS**U**A**V**IS**A**GR**I**T**E**C**V**MNO**V**A**V**IT**A**PARAT**U**R  
 E**L**E**C**T**A**V**T**VIS**U**S**I**C**E**CR**U**C**I**S**O**R**D**I**N**E**P**UL**C**H**R**A  
 L**U**M**E**N**S**P**E**SSC**U**T**U**M**G**E**R**E**R**I**S**L**I**V**O**R**I**S**A**B**I**C**T**V  
 I**M**M**O**R**T**A**L**E**D**E**C**U**S**N**E**C**E**I**V**S**T**I**L**A**E**T**A**P**A**R**A**S**T**I  
 V**N**A**O**M**N**E**M**V**I**T**A**N**S**I**G**C**R**U**X**T**U**A**C**A**U**S**A**R**I**G**A**U**I**T  
 I**M**B**R**E**C**R**U**E**N**T**A**P**I**O**V**E**L**I**S**D**A**S**N**A**U**I**T**A**P**O**R**T**U**M  
 T**R**I**S**T**I**A**S**U**M**M**E**R**S**O**M**U**N**D**A**S**T**I**V**U**L**N**E**R**A**C**L**A**V**O  
 A**R**B**O**R**D**U**L**C**I**S**A**G**R**I**B**O**R**A**N**S**E**C**O**R**T**I**C**E**N**E**C**T**A**R  
 R**A**M**I**S**D**E**C**U**I**U**S**V**I**T**A**L**I**A**C**H**R**I**S**M**A**T**A**F**R**A**G**R**A**N**T**  
 E**X**C**E**L**L**E**N**S**C**U**L**T**U**D**I**V**A**O**R**T**U**P**U**L**G**I**D**A**F**R**U**C**T**U  
 D**E**L**I**C**I**O**S**A**C**I**B**O**E**T**P**E**R**P**O**M**A**S**U**A**U**I**S**I**N**U**M**B**R**A  
 E**N**R**E**C**I**S**M**A**G**N**I**G**E**M**M**A**N**S**E**T**N**O**B**I**L**E**S**I**G**N**U**M  
 M**U**R**U**S**E**T**A**R**N**A**V**I**R**I**S**V**I**R**T**U**S**L**V**I**A**R**A**P**R**E**C**A**T**U  
 P**A**N**D**E**B**E**N**I**C**N**E**V**I**A**M**V**I**U**A**X**E**T**F**E**R**T**I**L**E**L**U**M**E**N  
 T**U**N**M**E**M**O**R**A**D**F**E**R**O**P**E**M**N**O**B**I**S**E**G**E**R**M**I**N**E**D**A**V**I**D  
 I**N**C**R**U**C**E**R**E**F**I**X**V**S**I**V**D**E**X**G**V**M**P**R**A**E**R**I**T**O**R**B**I

[Visum est acrostichon [istud resolutum hic subjicere, levandi laboris causa, si forte quispiam cursum illud legere velit, quin hæreat singulis in litteris, cum idem ex superiore structura industriam solertiamque poetæ in hocce ordiendo carmine, ac tanquam licia telæ inter se apte contextendo, ac veluti colorando, ad unius texturæ compagem et ordinem, admirari possit. Habe itaque illud:]

Dius apex, carne effingens genitalia limi,  
 Vitali terræ compingit sanguine gluten,  
 Luciferax auras animantes affluit illic;  
 Conditur enixans Adam factoris ad instar :  
 Exluit protoplasma, solo res nobilis u-u,  
 Dives in arbitrio radianti lumine; dehinc  
 Ex membris Adæ vas sit tum virginis Hevæ;

<sup>a</sup> In uno Cod. Vat. sic legitur versus :

Serica quæ niveis ornata blattea telis.

<sup>b</sup> Blattea vox derivata ex blatta vermiculo, quo

D Carne creata viri dehinc copulatur eidem,  
 Ut paradissiaco bene lætaretur in horto.  
 Sed de sede pia pepulit temerabile guttur,  
 Serpentis suasu, pomi suco atra propinans.  
 Insaciatrici morti fames accidit illinc.  
 Gavisurus ob hoc cæli fluis arce locator.  
 Nasci pro nobis miseraris, et ulcere clavi  
 In cruce configi : tali malagmate inunctis  
 Una salus nobis ligno, agni sanguine venit.  
 Jucunda species, in te pia brachia Christi  
 Affixa steterant, et palma piabilis in hac  
 Cara caro pœnas inmites sustulit haustu.  
 Arbor suavis agri, tecum nova vita paratur.  
 Electa ut visu, sic e crucis ordine pulchra,

purpura tingebatur; postea vero is pro ipsa purpura vel purpureo colore usurpari consuevit.

<sup>c</sup> Tres Codd. Vat. et Edit. Ven et Paris, conscia vela.

Lumen, spes, scutum generis livoris ab ictu.  
 Immortale decus, nece justis, laeta parasti.  
 Una omnem vitam sic crux tua causa rigavit,  
 Imbre cruenta pio : velis das navita portum :  
 Tristia submerso mundasti vulnera clavo.  
 Arbor dulcis agri, rorans e cortice nectar.  
 Ramis de cujus vitalia chrimata fragrant ;  
 Excellens cultu, diva ortu, fulgida fructu,  
 Deliciosa cibo, et per poma suavis in umbra.  
 Ea regis magni gemmans et nobile signum ;  
 Murus, et arma viris, virtus, lux, ara precatu.  
 Pande, benigne, viam, vivax, et fertile lumen :  
 Tum memor adfer opem nobis, e germine David  
 la cruce reflexus iudex cum præerit orbi.

Versus qui constat ex litteris primis singulorum  
 versuum, hic est :

A Dulce decus signi, via cœli, vita redempti.  
 Qui vero ex ultimis singulorum versuum literis :

In cruce mors Christi curavit mortua mundi.

Versus qui crucem in medio describunt, hi sunt :

Crux pia, devotas Agnen tege cum Radegunde,  
 Tu Fortunatum fragilem, crux sancta, tenere :  
 Vera spes nobis ligno, Agni sanguine, clavo,  
 Arbor suavis agri, tecum nova vita paratur.

Animadvertite quod singuli versus constant litteris  
 triginta quinque, cujus numeri sunt versus quibus  
 totum poema contextitur. Hoc acrostichon, sicuti et  
 sequentia, deerant in vulg. Editionibus, desunt et in  
 Codd. Vatic. Exscripsit, ac primus protulit, P. Bro-  
 verus ex Codd. mss. sancti Galli et Treverico.

CAPUT V.

De sancta cruce.

EXTORQUETHOC SORTEDEIVENIABILESIGNUM  
 RUSTICOLASLAUDES VIVENTIREDDEREFLATV  
 INMEQUIREGITIRELUTUM PLASMABILENUMEN  
 PORTIOVIVENTUMGURATIOFAUSTAMEDELLAE  
 EXCLUSORCULPAETRINITASEFFUSACREATOR  
 QUIUSHONORLUMENIUSGLORIAREGNACOAEVE  
 R I T G C  
 E H E O M B  
 D I M L I  
 N I P L E S T  
 T G A D E S L I V  
 E N N A D E I G O  
 S V F M I C R N B  
 I P D I G R R V E  
 DI EXPFIDEIMERITOMAGNUMPIEREDDISABRAHAM  
 IM X E GO  
 D A I T E N E  
 E I V S V E N E  
 G V S O L A R V  
 S O D O L A M S A R V  
 A R D O R A M S I T A V  
 M A R E N A S I S A  
 S A R O S A D O H S A  
 A L V S E T A R O N O A B  
 T I T A R O N O A B  
 I I N I A T V  
 SIGPATERETGENITUSSIGSGSSPIRITUSVNUS

Hoc quoque acrostichon, ut superius, primus edidit D  
 Browerus, ex Codd. mss. sancti Galli et Treverico.  
 Habe et hoc resolutum :

Extorquet hoc sorte Dei veniabile signum,  
 Rusticolas laudes viventi reddere flatu,  
 In me, qui regit ire lutum plasmabile, Numen  
 Portio viventum, curatio fausta medellæ,  
 chusor culpæ, Trinitas effusa, creator :  
 ejus honor, lumen, jus, gloria, regna cœve.  
 Ex fidei merito magnum, pie, reddis Abraham :

Sic Pater, et Genitus, sic Ses Spiritus unus.

Versus a lateribus positi :

Eripe credentes, fidei deens, arma salutis :  
 Munere Criste, tuo removetur causa reatus.

Versus qui crucem describunt in medio :

Dulce mihi lignum, pie, majus odore rosetis,  
 Dumosi colles, lignum generastis honoris,  
 Ditans templa Dei crux, et velamen adorans.

## CAPUT VI.

*De sancta cruce.*

SVLASASALVS

LASATASAL

SATRTAS

TRERT

REGER

ECICE

CINIC

M	IBIRI	M
VI	HIMIH	CV
IGV	IM X MI	MEC
	GVFERIHIM XVX MDOMINIME	
	VFERIHIM XVMVX DOMINIM	
	FERIHIM XVMCHVX DOMINI	
	VFERIHIM XVMVX DOMINIM	
	GVFERIHIE XVX MDOMINIME	
IGV	SE X ES	MEC
VI	TSEST	CV
M	QTSTQ	M

VQTQV

AVQVA

MAVAM

SMAMS

ESMSE

MESEM

PMEMP

EPMPE

AREPERA

ODARERADO

ORODARADORO

## CAPUT VII.

*Hymnus in honorem sanctæ crucis.*

Vexilla regis prodeunt,  
Fulget crucis mysterium,  
Quo carne carnis conditor  
Suspensus est patibulo.

Confixa <sup>a</sup> clavis viscera,  
Tendens manus vestigia,  
Redemptionis gratia.  
Hic immolata est hostia.

Quo <sup>b</sup> vulneratus insuper,  
Mucrone diro <sup>c</sup> lanceæ,  
Ut nos lavaret crimine,  
Manavit unda <sup>d</sup> sanguine.

Impleta sunt quæ concinit  
David fideli <sup>e</sup> carmine,

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., *confixus clavis*.

<sup>b</sup> Ibid., *quod vulneratus*.

<sup>c</sup> Ibid., *dire lanceæ*.

<sup>d</sup> In uno Cod. Vat., *et sanguine*.

<sup>e</sup> In Hymn. cl. Tom., *David fidelis carmine*.

<sup>f</sup> In duob. Codd. Vat., *dicens nationibus*. Item in pervetusta scheda, ac pene derosa, adjecta uni ex Codd. mss. Vat. in qua reperitur hoc poema.

<sup>g</sup> Hæc verba, *regnavit a ligno Deus*, leguntur in psal. xcv, juxta versionem LXX, quam lectionem plerique Latini Patres secuti sunt. Quanquam in Codd. Vat. et Alexandr. desunt illa, ac solum legitur *ὅτι κύριος ἔθεσεν*.

<sup>h</sup> In uno Cod., *prædamque tulit*.

<sup>i</sup> Ibid., *aroma fundis cortice*.

<sup>j</sup> In uno Cod. Vat., *vincis saporem nectaris*. Item in Hymn. cl. Tom. Browerus tamen affirmat lectionem hanc a mss. Codicibus rejici, eam vero probari

A

Dicens <sup>f</sup> : In nationibus  
Regnavit <sup>g</sup> a ligno Deus.

Arbor decora, et fulgida,  
Ornata regis purpura,  
Electa digno stipite  
Tam sancta membra tangere.

Beata, cujus brachiis,  
Pretium pependit sæculi,  
Statera facta est corporis  
Prædam <sup>h</sup> tulitque Tartari.

Fundis aroma <sup>i</sup> cortice,  
Vincis sapore <sup>j</sup> nectare,  
Jucunda fructu fertili,  
Plandis triumpho <sup>k</sup> nobili.

Salve ara, salve victima  
De passionis gloria <sup>l</sup>,  
Qua <sup>m</sup> vita mortem pertulit,  
Et morte vitam reddidit.

B

## CAPUT VIII.

*In sacrum baptismum.*

Tibi <sup>n</sup> laus perennis, auctor  
Baptismatis sacrorum,  
Qui sorte passionis  
Das præmiun salutis.

Nox clara plus, et alma,  
Quam luna, sol, et astra,  
Quæ luminum corona  
Reddis diem per umbram. Tibi.

Dulcis, sacra, blanda,  
Electa, pura, pulchra,  
Sudans honore mella.  
Rigans odore chrisma. Tibi.

In qua Redemptor orbis,  
De morte vivus exit,  
Et quos catena vinxit,  
Sepultus ille solvit. Tibi.

Quam Christus speravit  
Ad gentium salutem  
Cujus salubri cura,  
Redit novata plasma. Tibi.

Accedite ergo digni  
Ad gratiam lavacri,  
Quo fonte recreati

C

quam ipse sequitur. Nec dubium, ait, quin Fortunatus scripserit *vincis sapore nectare* ut membra in cortice et nectare concinant. In uno ms. Cod. Vat. item legitur : *vincis sapore nectare*.

<sup>k</sup> Edit. Ven., *plaudis triumphum nobilem*. Unus Cod. Vatic., mendose : *plaudis triumphum nobili*.

<sup>l</sup> In Hymn. supra laud., *de passionis hostia*. Ad extremum additur *O cruz ave, spes unica*, ut habetur in vulgari crucis hymno.

<sup>m</sup> In uno Cod. Vat., *quia vita*.

<sup>n</sup> Hunc hymnum, sive rithmum edidit cl. Edmundus Martene, de antiq. Eccl. Ritibus, lib. 1, c. 1, art. 48, ord. 9, de promptum ex pontificali Ecclesie Pictaviensis an. 800. Ipse existimat esse Fortunati, cui facile assentiatur qui affinitatem ac similitudinem ejusdem cum stylo Fortun. attenderit. Nunc primum cæteris Fortunati Operibus adjunctus in lucem prodit.



Refulgeatis agni. Tibi.  
 Hic gurgis est fideles  
 Purgans liquore mentes.  
 Dum rore corpus sudat,  
 Peccata tergit unda. Tibi.  
 Gaudele candidati,  
 Electa vasa regni,  
 In morte consepulti,  
 Christi fide renati. Tibi.

## CAPUT IX

*In laudem chrismatis.*

O Redemptor <sup>a</sup> sume carmen tæmet alta concinuen-  
 [tium.

Audi iudex mortuorum, una spes mortalium,  
 Audi voces proferentium  
 Donum pacis prævium. O Red.  
 Arbor feta alma luce,  
 Hoc sacramentum protulit,  
 Fert hæc prona præsens turba,  
 Salvator sæculi. O Red.  
 Stans ad aram imo supplex,  
 Infulatus pontifex,  
 Debitum persolvit omne  
 Consecrato chrismate. O Red.  
 Consecrare tu dignare,  
 Rex perennis patriæ,  
 Hoc olivum, signum vivum,  
 Jura contra dæmonum. O Red.  
 Ut novetur sexus omnis  
 Uctione chrismatis,  
 Ut sanetur sauciata  
 Dignitatis gloria. O Red.  
 Lota mente sacro fonte,

A

B

C

Aufugantur crimina;  
 Uncia fonte, sacrosancta  
 Influunt chrismata. O Red.  
 Corde natus ex parentis  
 Alvim implens virginis,  
 Præsta lucem, claude mortem  
 Chrismatis consortibus. O Red.  
 Sit hæc dies festa nobis  
 Sæculorum sæculi;  
 Sit sacrata digna laude,  
 Nec senescat tempore. O Red.  
 CAPUT X.

*Hymnus <sup>b</sup> in sanctum Dionysium.*

Fortem fidelem militem,  
 Cæli secutum principem,  
 Dionysium martyrem  
 Plebs corde, voce personet.  
 Clemente <sup>c</sup> Roma præsule  
 Ab Urbe missus adfuit,  
 Verbi superni seminis  
 Ut fructus esset Galliæ.  
 Opus sacramentum construit  
 Fidem docet baptismatis;  
 Sed audientium cæcitas  
 Manus repellit seminis.  
 Instante sacro antistite,  
 Errore plebem solvere,  
 Dum spem salutis ingerit,  
 Tormenta mortis incidit.  
 Tenetur a gentilibus  
 Christi placeus altaribus:  
 Amore tantæ gloriæ,  
 Pœnas libenter excipit.  
 Unum quod illi defuit,

<sup>a</sup> Hymnum supra allatum, quo utitur Ecclesia in confectione sacri chrismatis, esse Fortunati fetum, iudicat Codex Ritualis Ecclesiæ Bisuntinæ, sæculo xi conscriptus, et asservatus in archivio cathedralis ecclesiæ Veliternæ, in quo legitur sub hoc titulo: *Versus Fortunati in laudem chrismatis*, tum stylus affinis admodum stylo Fortunati. Eum edidit cl. Joan. Chrysost. Trombellius, in t. II, tract. de Sacr., pag. 235, in App. cum sequentibus notis.

V. 1. In nonnullis Codicibus et libris typis editis incipit hymnus, sive rhythmus iste a versic. *Audi iudex mortuorum concinentium*. Rit. Bisunt., Codex Bon., Pontif. fr. Alberti Castellani, etc.

V. 2. *Una spes credentium*. Pontif. Innoc. VIII;

V. 3. *Proferentium*. Rit. Bisunt., Codex Bon., Pontif. Castel. Ed. an. 1745.

V. 4. *Donum pacis præmium*. (rituale Bisunt., Cod. Bon., Pontif. Innoc. VIII. At *Domini pacis præmium* habet Codex Bon. Respici, ut puto, ad ramos olivarum quibus Christo Domino Jerosolymam, antequam pateretur, celebriter ingredienti obvia turba facta est. Consule preces quas Dominica in Palmis (in Palmarum ramorumque Olivæ benedictione) sacerdos canit, id est preces quæ exordium ab his vocibus sumunt: *Petimus, Domine, Deus qui dispersa; Deus qui miro dispositionis ordine; Deus qui per olivæ ramum pacem terris columbam nuntiantem*, etc.

V. 11. *Stans ad aram humi supplex*. Pontif. Innoc. VIII. At *humo supplex* Codex Bonon. Hanc lectionem reliquis præfero, et ex ea derivatam suspicor vulgatam lectionem imo *supplex*. *Stat ad aram* Rit. Bisunt. *Infulatus*: consule quæ tradit ad voces *Infula et In-*

*fulatus* Gloss. med. et infim. Latinit. Ducan.

V. 13. *Persolvat*. Pontif. Brixienise (sæculi XIII, aut XIV).

V. 15. *Conservare*. Pontif. 1572. *Hoc signum olivæ vivum*. Cod. Bon. et Pontif. Innoc. VIII. Vulgatam lectionem præfero. Pontif. Brix.: *Hoc olivæ signum vivum*.

V. 18. *Contra jura dæmonum*. Pontif. Innoc. VIII.

V. 20. *Et sanetur sauciata*, Cod. Bon.; *medetur*, Pontif. Brix.

V. 23. Desunt in Cod. Bononiensi hi versiculi: *Lota mente... aufug... Uncia... influunt...*

<sup>b</sup> Hujusce hymni mentionem fecerat Hilduinus abbas in epistola ad Ludovicum Pium Augustum, quæ exstat apud Surium ad diem 9 Octobris hisce verbis: *Contemporales Greg. Turon., et scholasticissimus Fortunatus, qui plura et frequenter ad eum scripserat hymnum rhythmicæ compositionis pulcherrimum, de isto gloriosissimo martyre composuit, in quo commemorat eum a sancto Clemente destinatum, sicut in Latinorum paginis didicit*, etc. Hunc deinde hymnum edidit primus Jacobus Dubletius, lib. I Antiq., unde alii illum sumpserunt; et inter hos Editores Operum sancti Dionysii, Edit. Ven. an. 1756. Reperitur et in Vindictis Arcopagiticis P. Laurentii Cozza, editis Romæ an. 1702. At Joan. Launoius in dissert. de duobus Dion., cap. 18, negat hunc hymnum esse Fortun., sed rem non evincit, quæcirca non dubitavi illum edere sub Fortunati nomine, præsertim cum et stylus, optimus testis, id suadeat.

<sup>c</sup> Lege quæ adnotavimus ad Acta passionis sancti Dionysii, quæ existant ad calcem Operum Fortun.

Pro Rege colla tradidit :  
 Dilectionem pectoris,  
 Cervicæ cæsa, prodidit.  
 Magnus sacerdos, qui dabat  
 Templi sacra munera,  
 Fuso beato sanguine,  
 Est factus ipse victima.  
 Felix pio de vulnere,  
 Quæ poena palmam præbuit!  
 Qui morte mortem conteris,  
 Nunc regna cæli possides.  
 Gloria sit Deo Patri,  
 Gloria Unigenito,  
 Una cum sancto Spiritu,  
 In sempiterna sæcula.

## CAPUT XI.

De domno Saturnino \*.

[Sancti Saturnini, primi Tolosæ episcopi, martyrium ac virtutem sepulcri describit.]

Janua celsa poli, terra pulsante, patescit,  
 Et recipit natos, quos generavit humus.  
 Admiranda <sup>b</sup> hæc est occasio facta salutis,  
 Ut de morte sua præmia lucis emant.  
 Saturninus enim cupiens se nectere Christo,  
 Carnali in habitu noluit esse diu.  
 Vincula corporei dissolvere [dissolvi] carceris optans,  
 Plenius ut Domino se sociaret homo.  
 Tempore maturo cum jam spes esset adulta,  
 Sumpserunt pretium vota beata suum.  
 Dumque sacerdotio frueretur in urbe Tolosa,  
 Et populis Christum panderet esse Deum,  
 Ostendens verbis, addens miracula factis,  
 Ut quod sermo daret, consequeretur opus.  
 Gentiles animas rapiens de faucibus tyranni,  
 Subdebat regi, qui dedit arma sibi.  
 Sed vitata malis, et plebs infecta venenis,  
 Curari effugiens, ægra jacere volens.  
 Comprendit <sup>c</sup> male sana virum; ad capitolia duxit,  
 Atque suo medico vulnere plura dedit.  
 Pro pietate <sup>d</sup> dolens, pro melle venena repondens,  
 Contra tutorem noxia bella movet.  
 Subligat <sup>e</sup> indomiti sanctum et <sup>f</sup> vestigia tauri,  
 Et stimulat, fieret ne fuga tarda feri

\* Sanctus Saturninus a Greg. Turonensi, l. i Hist. Franc., cap. 28, institutus dicitur Tolosæ episcopus, Decio et Grato coss., id est, anno 250. Quod idem <sup>D</sup> et cl. Ruinart. suffragio suo confirmat, idque ex ipsiusmet Saturnini Actis, quæ sincera existimat. Idem Greg. Turon., lib. i de Gloria martyr., cap. 48, a se ipso discordans, refert : *Saturninum martyrem ab apostolorum discipulis ordinatum in urbem Tolosatium fuisse directum, in quo tamen vulgi opinionem se sequi satis produnt ea ipsius verba quæ interserit : ut fertur.*

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., *admirandæ.*

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat., *comprehendit.*

<sup>d</sup> In Ven. Edit. post hunc versum *pro pietate, etc.* desiderantur quatuor versus consequentes.

<sup>e</sup> Sancti Saturnini martyrium ita describit Greg. Turon., lib. i de Gloria martyr., c. 48 : *Qui, iniquiens, impulsu paganorum, bovis petulci religatus re-tiguis per gradus Capitoli præcipitatus, præsentem finivit vitam capitis compage dispersa. Hinc sic de eodem canit Sidonius, lib. ix, ep. 16.*

<sup>A</sup> Pessima mens hominum, diri nova bestia monstri,  
 Nec tauri indomiti sufficit ira tibi.  
 Naturæ rabidæ feritatem adungere nosti;  
 Quod per se nescit, te stimulante, furit <sup>e</sup>  
 Turba cruenta, nocens, hujus te vulnere perdis <sup>b</sup>,  
 Et si non illi, parcere discere tibi.  
 Hic <sup>i</sup> ferus, impatiens, mox curva per avia raptus,  
 Passim membra pii fundit in urbe viri.  
 Tum mulier collegit ovans, et condidit artus.  
 Sola <sup>j</sup> una famula [miracula] participante sibi.  
 Hæc fuit insigni rapiendæ causa coronæ,  
 Gloria martyrii sic celebrata <sup>k</sup> nitet.  
 Ante sepulcra pii dantur modo dona salutis,  
 Et corpus lacerum corpora multa fovet.  
 Dic, ubi, mors inimica, jaces? ubi victa recumbis,  
<sup>B</sup> Quando vides sancti funere vota dari?  
 Quem <sup>l</sup> male credebas obitu fluire salutem,  
 Dat vitam multis, et tenet ipse suam.  
 Huc <sup>m</sup> captiva cubas, quæ te regnare putabas,  
 Invadendo peris, teque furendo necas.  
 Te tua poena premit, tua te fera vincula torquent,  
 Quos dare vis gemitus, ipsa ferendo gemis.  
 Martyr ovans celos retinet, tu livida, tristic,  
 Mors, inimica tibi Tartara oigra colis.  
 Florigera nunc sede manet sine fine bea us,  
 Inter odoratos <sup>n</sup> thure calente [thura adoletque]  
 [chloros].  
 Non aliquas metuit placato iudice causas,  
 Præmia sed miles victor habenda petit.  
 Digna triumphantem, quæ restat palma, sequetur,  
<sup>C</sup> Pro te, Christe, mori est gloria, vita, quies.

## CAPUT XII.

De Launebode qui edificavit templum sancti Saturnini.

[Studium suum in ornandis ac celebrandis gestis sanctorum martyrum declarat. Sancti Saturnini martyrium describit. Launebodem, ducem, qui basilicam in ejusdem memoriam, quo loco vincetus a Barbaris fuerat, extruxerat, nec non ejus uxorem Berethrudem, commendat, quæ in eandem basilicam liberalis exstitit. Cæteras quoque piissimæ mulieris virtutes commemorat.]

Laudibus humanis reliquorum corda resulent,  
 At mihi de justis commemorare vacet \*.

E quibus primum mihi psallat hymnus,  
 Qui Tolosatem tenuit cathedram,  
 De gradu summo Capitoliorum  
 Præcipitatum.

Quem negatorem Jovis ac Minervæ;  
 Et crucis Christi bona confidentem  
 Vinxit ad tauri latus injugati  
 Plebs furibunda.

Ut per abruptum bove concitato  
 Spargeret cursus lacerum cadaver,  
 Cautibus tinctis calida soluti  
 Pulve cerebri.

<sup>f</sup> Edit. Paris., *ad.*

<sup>g</sup> In uno Cod. Vat., *te stimulante facit.*

<sup>h</sup> Edit. Paris., *produs; in marg., perdis.*

<sup>i</sup> In Codd. Vat., *hinc ferus.* Item Edit. Ven.

<sup>j</sup> Duo Cod. Vat., *una sed famula.*

<sup>k</sup> Edit. Paris., *celebranda.*

<sup>l</sup> Edit. Paris., *quæ.*

<sup>m</sup> In uno, *hic captiva.*

<sup>n</sup> Edit. Paris., *adoratos; in marg., adoratos.*

<sup>o</sup> Edit. Paris., *licet.*

Nam pietatis opus, victores texere libris,  
Admonet ingenium, res ratione duplex.  
Una quod est habilis <sup>a</sup>, de magnis magna fateri,  
Nam bona qui reticet, criminis auctor erit.  
Altera causa monet, quoniam successus <sup>b</sup> amatur,  
Et meliora cupit, qui sua facta legit.  
Saturnius enim martyr venerabilis orbi;  
Nec latet egregii palma beata viri.  
Qui cum Romana properasset ab urbe Tolosam,  
Et pia Christicolæ semina ferret agri <sup>c</sup>,  
Tunc vesana cohors, Domini comprehendit amicum,  
Instituitque pii membra terenda trahi,  
Implicitis tauri pede posteriore pependit,  
Tractus in obliquum dilaceratus obit.  
Ilac ope de terris animam transmisit Olympo;  
O felix cujus funere mors moritur.  
Sed locus ille quidem, quo sanctus vincula sumpsit,  
Nullus templi sultus honore fuit.  
Lanæbodes enim post sæcula longa, ducatum  
Dum gerit, instruxit culmina sacra loci.  
Quod nullus veniens Romana gente fabrivit,  
Hoc vir barbarica <sup>d</sup> prole peregit opus.  
Conjuge cum propria Berethrude <sup>e</sup>, clara decore,  
Pectore quæ blando clarior ipsa nitet.  
Cui genus egregium fulget de stirpe potentum,  
Addidit ornatum vir, venerando Deum.  
Quæ manibus propriis alimonia digna ministrat,  
Pauperibus tribuens se satiari cupit.  
Indefessa <sup>f</sup> spein [fidem] Christi per templa requirit,  
Jugiter excurrens ad pietatis opus.  
Nodos veste tegit, sitiienti pocula profert,  
Se magis æterno femina fonte replet.  
Proficit hoc etiam, quidquid gerit illa marito,  
Anxia pro cujus vota salute facit.  
Dux meritis in gente sua qui pollet opimis,  
Celsus ubique, micans nobilitatis ope.  
Sed quamvis altum teneat de stirpe cacumen,  
Moribus ipse suos amplificavit avos.  
Ergo pari voto maneat in sæcula juncti,  
Et micet ambobus consolidatus, amor.

<sup>a</sup> Duo Codd. Vat., *habitem*; item Edit. Ven.

<sup>b</sup> Duo Codd. Vatic. cum Ven. Edit., *quoniam D successus amore*. Unus Codex, *quoniam successus amore*.

<sup>c</sup> Edit. Paris., *Christicolis... agris*.

<sup>d</sup> Hinc conjicit Browerus, Lanæbodum origine Geticum fuisse, cum non fuerit in more Fortunato Gallos, tunc rerum dominos, barbaros appellare, quin prius eisdem Romanos nominet.

<sup>e</sup> Forsan, *proprio Berethrudes*. Hujusce Berethrudis mentionem facit Greg. Turon., lib. ix Hist. Franc., cap. 35, cujus mors videtur referenda ad annum 14, Regni Childberti, sive ad annum 589. Narrat ibidem Gregorius, quod eadem moriens: *Filiam suam hæredem instituit, relinquens quæpiam vel monasteriis puellarum, quæ ipsa instituerat, vel ecclesiis, sive basilicis co-fessorum sanctorum, quæ optime cum his concordant quæ de illa prædicantur a Fortunato*.

<sup>f</sup> Edit. Paris., *indefessa inopes*.

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., *et velut incudo*.

A

## CAPUT XIII.

*Ad clerum Parisiacum.*

[Se jam pridem desuessa a scribendis carminibus de-  
cla- at. Provocatus tamen hoc in laudem cleri Pa-  
risiaci carmen elucubrat, ejus ordinem in psalmo-  
diæ assiduitate et peritiam commendans. Laudat  
vero in primis Germani, antistitis Parisiensis,  
fidem, pietatem, et in Ecclesia regenda pastora-  
lem diligentiam ac sollicitudinem.]

Cætus honorifici decus et gradus ordinis ampli,  
Quos colo corde, fide, religione patres,  
Jam dudum obliti desueto carmine plectri,  
Cognis antiquam me renovare lyram.  
En stupidis digitis stimulis [simulastis] tangere

[bordas,

Cum mihi non solito currat in arte manus.

Scabrida nunc resonat mea lingua rubigine verba.

B Exit et incômpto raucus ab ore fragor.

Vix dabit in veteri ferrugine cotis acumen,

Aut fumo infecto splendet in ære color.

Sed quia dulcedo pulsans quasi malleus instat,

Et velut incude <sup>g</sup> cura relicta terit.Pectoris atque mei succenditis igne caminum <sup>h</sup>,

Unde ministratur cordis in arce vapor;

Obsequor hinc, qui me veluti fornace recocto,

Artis ad officium vester adegit amor.

Celsa Parisiaci cleri <sup>i</sup> reverentia pollens,Ecclesiæ genium <sup>j</sup> gloria, munus, honor.

Carmine Davidico divina poemata pangens,

Cursibus assiduis dulce revolvit <sup>k</sup> opus.

Inde sacerdotes, Leviticus hinc micat ordo,

C Illos carities, hos stola pulchra tegit.

Illis pallor inest, rubor his in vultibus errat.

Et candent rutilis lilia mista rosis

Illi jam senio, sed et hi bene vestibus albet,

Ut placeat summo picta corona Deo.

In medio Germanus adest <sup>l</sup> antistes honore,Qui regit hinc juvenes, subrigit inde senes <sup>m</sup>.Levitæ preeunt; sequitur gravis ordo ducatum [ca-  
nentum],

Nos gradiendo movet, hos moderando trahit.

Ipse tamen sensim incedit, velut alter Aaron,

Non de veste nitens, sed pietate placens.

Non lapides <sup>n</sup> coccus cidarim, aurum, purpura, byssus

Exornant humeros, sed micat alma fidex.

<sup>b</sup> Edit. Ven., *igne cacumen*.

<sup>i</sup> Unus Cod. Vat. et Ven. Edit., *clerus*.

<sup>j</sup> *Ecclesiæ genium, prave premium in Vulgatis*. Usurpatur *genium* pro *ingenio*, ut animadvertit Brow, ad hunc locum.

<sup>k</sup> Edit. Paris., *revolvit*.

<sup>l</sup> Obiit sanctus Germanus an 576, ut constat ex Greg. Tur., l. v, cap. 8, auctorem quem annum hoc probe carmen conscriptum fuit.

<sup>m</sup> Unus Cod. Vatic. et Edit. Paris., *subregit inde senes*.

<sup>n</sup> Hugo Menardus, in notis ad l. Sacrament. sancti Gregorii papæ ita emendat hunc versum:

Non lapides, crocus, clarum aurum, purpura, byssus,  
ex antiquo Ms. sancti Germani a Pratis, in quo scrip-  
tum legitur *cidar*, sed ei voci eadem scriptura legi-  
tur superpositum *clar*, linea vocabulo *cidar* subducta  
ad erroris notam. Hinc ex *clar* se fecisse refert *cla-  
rum*. Edit. Paris., *cidarion*.

Iste satis melior veteri quam lege sacerdos,  
 Hic quia vera colit, quod prius umbra fuit.  
 Magna futura putans, præsentia cuncta refellens,  
 Antea carne carens, nam caro sine ruens.  
 Sollicitus, quemquam se devotè ira luporum,  
 Colligit ad caulas pastor optimus oves.  
 Assiduis monitis ad pascua salsa <sup>a</sup> vocatus,  
 Grex vocem agnoscens, currit amore sequax,  
 Miles ad arma celer, signum mox tinnit in aures,  
 Erigit excusso membra <sup>b</sup> sopore toro.  
 Advolat ante alios, mysteria sacra requires,  
 Undique quisque suo templa petenda loco.  
 Flagranti studio populum domus irrigat omnem <sup>c</sup>  
 Certatimque monent, quis prior ire valet.  
 Pervigiles noctes ad prima crepuscula jungens  
 Construit angelicos turba verenda choros.  
 Grassibus exertis in opus venerabile constans,  
 Vim factura polo, cantibus arma movet.  
 Stamina psalterii lyrico modulamine texens,  
 Versibus orditum, carmen amore trahit.  
 Hinc puer exiguis <sup>d</sup> attemperat organa cannis,  
 Inde senex <sup>e</sup> largam ruciat ab ore tubam.  
 Cymbalicæ voces calamis miscentur acutis,  
 Disparibusque tropis fistula dulces sonat.  
 Tympana rauca senum puerilis tibia mulcet,  
 Atque hominum reparant verba canora lyram.  
 Leniter iste trahit modulus, rapit alacer ille,  
 Sexus et ætatis sic variatur opus

<sup>a</sup> Vulgo *pascua salva*, sicut et in Ven. Edit. legitur, et in uno Cod. Vat. Sed *genuinam lectionem*, inquit Brow., ostendebat Ms. Trev., addito glossemate: *Vos estis sal terræ.*

<sup>b</sup> Narrat Fortunatus, in Vita sancti Germani, cap. 12, quod ipse se *frequentibus exercebat vigiliis, inde continuatis macerabat inedia. Pernoclabat algida senectus, per hiemem sustinens dupliciter frigus ætatis, et temporis, quod nec tolerare possent potulenti juvenes.*

<sup>c</sup> Edit. Paris., *omnis.*

<sup>d</sup> Belle hic Fortunatus tenues puerorum voces cannis organorum exiguis comparat, senum vero graviores tubis: quibus permixtis suavissimus ad aures concentus resonabat. Hunc eundem concentum, qui solebat in psalmodia adhiberi, alibi exprimeus Fortunatus, lib. III, cap. 6, inquit:

Clerus ecce choris resonat, plebs inde choraulis,  
 Quisque tam votam qua solet arte canit.

Pueros ad hunc usum in canendo erudiri solitos ex veteris Ecclesiæ consuetudine, animadvertit Browerus in notis ad hunc locum; idque et multis, nempe D Toletano IV, Aquisgranensi sub Ludovico Pio, et ex Vita Greg. M., apud Joan. Diaconum, lib. II, cap. 6, colligi narrat. Addit quod hujusmodi pueros Victor., lib. III de Vandal. Persec. appellasse videtur INFANTULOS, quos canendi peritos, una cum lectoribus, inter eos confessores celebrat, qui Carthagine relegati cum cætero clero martyrii palmam deinde adepti sunt.

<sup>e</sup> Unus Cod. Vat., *inde semis.*

<sup>f</sup> Edit. Paris., *vigilans.*

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat. et Edit. Paris., *Moyse.* Narrat Fortunatus, in Vita sancti Germani, cap. 7, quod cum is in domum Ebronis ejusdam venisset, Anna matrona, ejusdem conjux, exclamavit rem se mirabilem videre; cumque fuisset interrogata a viro quidnam cerneret, respondit: *Ecce beatus Germanus cornuta facie mihi videtur incidere: quod pene vix valeo aut intueri lumine, aut sermone conferre sanctum virum, novo more cornibus radiantem. Consternataque*

A Triticeas fruges fervens terit area Christi,  
 Horrea quando quidem constructura Dei.  
 Voce Creatoris remiiscens esse beatos,  
 Quos dominus vigiles <sup>f</sup>, dum redit ipse, videt.  
 In quorum meritis, animo, virtute, fideque,  
 Tegmine corporeo lumina quanta latent!  
 Pontificis monitis clerus, plebs psallit, et infaus,  
 Unde labore brevi fruge replendus erit.  
 Sub duce Germano felix exercitus hic est,  
 Moses <sup>g</sup> tende manus, et tua castra jura.

#### CAPUT XIV.

##### De ecclesia Parisiaca.

[Celebrat basilicam Parisiensem, in honorem sanctæ crucis dedicatam, et ejus laudes supra templum Salomonicum extollit. Childeberti regis in eam basilicam liberalitatem ac studium commendat.]

B Si Salomoniaci memoretur machina templi.  
 Arte licet par sit, pulchrior ista fide.  
 Nam quæcumque illic veteris velamine legis,  
 Clausa fuere prius, hic reserata patent <sup>h</sup>.  
 Floruit illa quidem vario intertexta metallo,  
 Clarius hic <sup>i</sup> Christi sanguine tincta nitet,  
 Illam auram, lapides ornarunt, cedrina ligna,  
 Huic venerabilior de cruce fulget honor.  
 Constitit illa vetus, ruituro structa <sup>j</sup> talento,  
 Hæc pretio mundi stat solidata domus.  
 Splendida <sup>k</sup> marmoreis attollitur aula columnis,  
 Et quia pura manet, gratia major inest.

(subdit Fortun.) *mirabatur mulier hominem nostro tempore in figura Moysis potuisse conspiceri.* Ad hoc itaque factum spectare videtur idem Fortunatus (quod et Brow. animadverterat), carmen ad extremum sic concludens:

Moses tende manus, et tua castra jura.

Ed. Paris., *jures*; in marg., *jura.*

<sup>h</sup> Unus Cod. Vat., *reserata placent.*

<sup>i</sup> In Vita sancti Droctovei, ut exstat. sæc. I Bened., sic legitur hic versus:

Claruit hæc Christi sanguine tincta, nitens.

Item in uno Cod. Vat., *clarius hæc Christi.* Edit. Paris., *sanguine cincta.*

<sup>j</sup> Unus Cod. Vat. *ruituro sulca metallo.*

<sup>k</sup> Anonymus auctor Vitæ sancti Droctovei ab. (qui auctor floruisse videtur sæc. IX) ita n. bis hujusce basilicæ initia ac structuram describit, num. 8, 9 et 10. Cum rex Childebertus una cum Clotario in Hispaniam exercitum duxisset, ac Cæsaraugustana obsidione cinxisset, urbis illius cives, ut calamitatem a se suisque tectis religione propulsaerent, qui humanis opibus distabant, tunicam sancti Vincentii, martyris Cæsaraugustani, per mœnia circumferre cœperunt, ejus patrocinium adversus hostes, publica illa supplicatione, implorantes. Qua specie percussis hostes, cum quid ageretur rescissent, atque res ad Childebertum fuisset delata, ille continuo cum exercitu discedendum censuit, ne adversus superos decertare cogeretur. Discessit itaque, stola sancti Vincentii a civibus accepta pro munere. Quam cum Parisios attulisset, basilicam in ejus honorem quam celerrime ædificandam curavit. Idem postea, v. cto Amalerico, Gothorum rege in Hispania, ex Tolatana urbe asportavit *crucem auream pretiosis gemmis redimitam*, eamque in basilicam sancti Vincentii intulit; ex quo titulus sanctæ Crucis basilicæ illi ad hæc; quæ nunc sancti Germani, in suburbio Parisiensis, ob conditis illic ejusdem cineres, appellatur.

Ejus vero basilicæ descriptionem ita nobis tradit

Prima capit radios vitreis oculata fenestris,  
 Artificisque manu [manus] clausit in arce diem.  
 Cursibus <sup>a</sup> auroræ vaga lux laquearia complet,  
 Atque suis radiis et <sup>b</sup> sine sole micat.  
 Hæc <sup>c</sup> prius egregio rex Childebertus <sup>d</sup> amore,  
 Doua suo populo non moritura dedit.  
 Totus in affectu <sup>e</sup> divini cultus adhærens,  
 Ecclesiæ juges <sup>f</sup> amplificavit opes.  
 Melchisedech noster merito rex atque sacerdos  
 Complevit laicus religionis opus.  
 Publica jura regens et celsa palatia servans,  
 Unica pontificum gloria, norma fuit.  
 Hinc abiens, illic meritorum vivit honore,  
 Hic quoque gestorum laude perennis erit.

## CAPUT XV.

## De baptisterio Moguntiae.

[Baptisterium a Sidonio, episcopo Moguntiae, ædifi-

præfatus auctor, num. 10, cujus verba, quod inde non minimum luminis ad hoc Fortunati carmen illustrandum possit accedere, visum est exscribere, atque hic referre: *Gratia igitur, inquit, vivificæ crucis ecclesiam sanctissimi martyris, ubi ipsam cum aliis pretiosissimis ornamentis delegavit Childebertus, in modum crucis ædificare disposuit. Cujus basilicæ opus mirificum describere nobis videtur superfluum, qualiter scilicet distincta fenestris, quibus pretiosissimis marmorum fulta columnis, quove modo crispante camera, compta anratis laquearis, nec non parietes, ut Christi decebat aulam, quo decore nitebant pictura aurei coloris, strato inferius pulchro emblemate pavimenti. Tectum vero ipsius basilicæ coopertum apprime de aurato cupro ære, repercussum solis jubare, sic flammigero rutilabat fulgore, qualenus intuentium aciem reverberaret nimia claritudine. Unde præ nimis decore, non immerito olim ipsa domus per metaphoram, inaurati Germani aula vocabatur vulgi ore. Idem deinde ad majorem eorum quæ narravit fidem profert carmen Fortunati, de quo hic agitur.*

Sed Adrianus Valesius, in disp. adversus Lanoium de basilicis Gallie, contendit basilicam Parisiensem de qua hic Fortunatus non esse basilicam sancti Vincentii, cum isthæc basilica semper indicetur sub nomine sancti Vincentii, aut sanctissimæ crucis, non simpliciter ecclesiæ Parisiacæ nomine censetur. Jam vero quæ de sancta cruce hic narratur commode, ait, cuicumque alteri basilicæ convenire possunt, in qua honor crucis et religio viget, ac ex redemptionis pretio, sanguine Christi nitere vere dici potest, ut a Salamonico templo secernatur. Deinde Fortunatus, inquit, loquitur de ecclesia a Childeberto extracta, et data populo Parisiaco, cum illa sancti Vincentii extra Parisios posita in suburbanis, non tam populo quam monachis data fuerit, a quibus divinum servitium perageretur. Jam vero Childebertus, etsi extruxerit basilicam sancti Vincentii et ditaverit, idem tamen an. 17 regni sui (si regio diplomati, ait, fides habetur) quædam ecclesiæ Parisiacæ pro mercedis sue augmento concessit, ita ut non falso dicatur a Fortun. Childebertum basilicæ illius opes amplificasse. Postremo citat suæ sententiæ fautores, Jacobum Brolium, et Joannem Tilium, qui ecclesiam Parisiensem a Childeberto extractam fuisse sentiunt.

Verum haud video qui facile inficiari possimus eam basilicam præcipuo sanctæ Crucis titulo et cultu dedicatam fuisse, cujus honorem ac pretium maxime ex cruce hic re. erit Fortunatus, præsertim cum non ita certum sit Parisiensem majorem ecclesiam a Childeberto extractam fuisse, ut illa fuit certo quæ postea sanctæ Crucis appellata est; ut malim dicere, vel hanc sancti Vincentii basilicam, saltem a Fortunati, nomine ecclesiæ Parisiacæ significatam fuisse, propter ejus

A catum, plurimum ad eam rem conferente Berthoara, Theodeberti regis filia, celebrat. Ilac occasione nonnulla de Adæ peccato ac baptismi virtute canit juxta Ecclesiæ doctrinam. Postremo ipsius Berthoaræ et Theodeberti Patris laudes adjungit.]

Ardua sacrati baptismatis aula & coruscat,  
 Quo delicta Adæ Christus in anne lavat.  
 Ille pastore Deo puris grex mergitur undis,  
 Ne maculata diu vellera gestet ovis.  
 Traxit origo necem de semine, sed pater orbis  
 Purgavit medicis crimina mortis aquis.  
 Ilanc tamen antistes Sidonius <sup>a</sup> extulit arcem.  
 Qui Domini cultum templa novando fovet.  
 Struxit Berthoaræ <sup>b</sup> voto complente sacerdos.  
 Quæ decus Ecclesiæ, cordis amore placet.

B Catholicæ fidei splendor, pietate coruscans,  
 Templorum cultrix, prodiga pauperibus.

celebritatem et amplitudinem, sive ut distingueretur a basilica sanctæ Crucis Pictaviensi, quam ex eo quod tali vocabulo indicetur non eam esse sancti Vincentii basilicam. Nec refert quod Childebertus eam monachis tradiderit, ut divinum servitium in ea peragerent, cum propterea, populus ab ejus ingressu et usu non fuerit exclusus.

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., *curribus Auroræ.*

<sup>b</sup> Edit. Paris., *hic.*

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat. :

Hic plus egregio rex Childebertus honore.

Unus Cod. Vat., *hæc pius.*

<sup>d</sup> Hic Childebertus Glotarii frater fuit, Clodovei filius. Childebertum Egotria laudat Fortunatus in Vita sancti Germani Parisiensis episcopi, cap. 13, ejusque pietatem, et in sublevanda pauperum inopia ardens studium commendat. Ejusdem præterea in tuenda ecclesiastica disciplina sollicitudinem, in templis sive exstruendis, sive ornandis ac ditandis, religionem et liberalitatem, reverentiam in sacerdotibus tot monumenta testantur, ut non facile reperias (ait Valesius, lib. viii Rerum Francic.) *cujus pietas et de summis Ecclesiæ rebus sollicitudo multis et magnis experimentis testator fuerit quam Childeberti.* Minime proinde mirum esse debet eundem a Fortunato Melchisedechum appellari, sive et regem et sacerdotem, quippe qui et regiam sub una persona dignitatem, et sacerdotalem vigilantiam, ac studium erga res sacras complecteretur. Childebertus in eadem sancti Vincentii basilica inhumatus fuit, ut refert Greg. Turon., lib. iv, Hist. Franc., lib. xx, cujus de tumulo plura vide in Append. Operum Greg. Turon., ubi disseritur de Reg. abb. sancti Germani a Pratis prope Parisios.

<sup>e</sup> In Vita sancti Droct. cujus ad calcem legitur hoc carmen, iste versus sic effertur :

D Totus in affectum divini cultus inhærens.

<sup>f</sup> Ibid., *ecclesiæ viles.*

<sup>g</sup> Vide quæ diximus in notis ad carmen 15 lib. i.

<sup>h</sup> Exstat lib. ix, cap. 9, carmen Fortunati ad hunc Sidonium, episcopum Moguntinum, in quo ejus religionem ac largitatem in pauperes egregie laudat. Ejusdem vero studium in templis restaurandis, quæ in ruinis Moguntiae diruta jacebant, ostendit his versibus :  
 Templa vetusta novans, specioso fulta decore.

<sup>i</sup> Theodebertus duas uxores habuit, Deuteriam et Wisigardem. Deuteria filiam suam (quam eadem verisimiliter ex alio viro pepererat, antequam nuberet Theodeberto), plastro impositam, e ponte in torrentem dejecit, ne rex, ejus illectus pulchritudine, sibi eandem aliquando ad nuptias appeteret. Porro Theodebertus repudiata Deuteria, Wisigardem, quam antea jam sibi desponsam haberat, duxit uxorem; e qua dicendum videtur Berthoaram, de qua hic sermo est, suscepisse.

Seminat, unde metat fruges, spargendo <sup>a</sup> recondens. A  
 Terrenis opibus non moritura parat.  
 Filia digna patri, te, Theodeberte <sup>b</sup>, reformans,  
 Rexisti patriam que pietate patris.  
 Et comitante fide revocasti ex hoste <sup>c</sup> triumphos,  
 Sed capti pretio mox rediere tuo.  
 Ecclesiae fultor, laus regni <sup>d</sup>, pastor egentum.  
 Cura sacerdotum, promptus ad omne bonum.  
 Cujus dulces jugum nullus gemuisse fatetur,  
 Vivis adhuc meritis rex in amore tuis.

## CAPUT XVI.

*De basilica sancti Georgii.*

[Sancti Georgii martyris basilicam, a Sidonio item episcopo ædificatam, commemorat, ejusque martyris gloriam et celebrem in Occidente memoriam commendat.]

Martyris egregii pollens micat aula Georgi <sup>o</sup>,  
 Cujus in hunc mundum spargitur altus honor.  
 Carcere, cæde, fame, vinclis, site, frigore, flammis  
 Confessus Christum, duxit ad astra caput.  
 Qui virtute potens Orientis in axe sepultus,  
 Ecce sub occiduo cardine præbet opem  
 Ergo nemento preces et reddere dona, <sup>f</sup> viator,  
 Obtinet hic meritis quod petit alma fides.  
 Condidit antistes Sidonius ista decenter,  
 Proliciant animæ quæ nova templa suæ.

## CAPUT XVII.

*De oratorio Trasarici [Trisarici, Traserici].*

[Templum, sive oratorium a Trasarico in honorem sanctorum Petri et Pauli, sancti Martini Turonen-

<sup>a</sup> Edit. Paris., *se arcendo.*

<sup>b</sup> Theodebertum præclare laudat Greg. Turon. lib. III, Hist. Franc., cap. 25, his verbis: *Erat regnum cum justitia regens, sacerdotes venerans, ecclesias munerans, pauperes relevans, et multa multis beneficia pia ac dulcissima accommodans voluntate. Omne tributum, quod fisco suo ab ecclesiis, in Arvernensis, reddebatur, clementer indulxit.* Idem tamen non reticet ipsius vitia in lib. de Vitis Patrum, cap. 47.

<sup>c</sup> Idem Theodebertus pluribus victoriis nobilitatus est, vir in bellis gerendis felicissimus. Forte hoc loco Venantius eam expeditionem spectat qua Theodebertus ipse a Patre suo Theoderico adversus Gothos missus est: qui, cum post Clodovei obitum multa repetissent quæ eodem regnante amiserant, victi a Theodeberto ac superati sunt; cumque majorem se ipsam cladem illaturum, nisi cessissent, fuisset minitatus, ultro ejusdem imperio sese subdidere, ut narrat Gregor. Turon., lib. III, Hist. Franc., cap. 21.

<sup>d</sup> In Cod. Vat. et Ven. Edit., *laus regum.* In uno Cod. Vat., *laus regnum, s. regum.*

<sup>e</sup> Sanctus Georgius passus refertur an. 284, quo anno in Chronico Alexandrino seu Paschali, passus dicitur sub Carino II et Numeriano coss. Alii inveniunt sub Decio. Vide Ruin., in notis ad Greg. Turon. lib. I de Gloria martyrii, cap. 104.

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., *vota viator.*

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., *quod capit.*

<sup>h</sup> Edit. Ven., *Pelagi.* Unus Cod. Vat., *pelagis quo gradiente lacus.*

<sup>i</sup> Sanctus Remedius idem est ac sanctus Remigius, episcopus Rheimensis, cujus Vitam scripsit inter cæteros Hincmarus, ejusdem successor in sede Rheimensi sæculo IX. Obiit sanctus Remigius an. 555, cum annos LXX circiter sedisset. Vide infra ejus Vitam scriptam a Fortun.

<sup>j</sup> Ab Ennodio in Panegyrii regis Theoderici mentio fit cujusdam Trasarici, qui rex Gepidarum fuit,

sis et sancti Remedii locatum, carmine prosequitur.]

Lucida perspicui nituerunt limina templi,  
 Quo <sup>g</sup> capit haud dubiam spem veneranda fides.  
 Hæc est aula Petri, cælos qui clave catenat,  
 Substitit et pelagus <sup>h</sup> quo gradiente lapis.  
 Sedibus his habitat Paulus, tuba gentibus una,  
 Et qui prædo prius, hic modo præco manet.  
 Martini domus est, Christum qui vestit egentem,  
 Regem tiro tegens, et homo jure Deum.  
 Ecce sacerdotis sacri micat aula Remedi <sup>i</sup>,  
 Qui tenebras mundi liquit, et astra tenet.  
 Cultor optime Dei, Templum, Trasarice <sup>j</sup>, locus <sup>i</sup>,  
 Ilas cui persolvit, reddit <sup>k</sup> amator opes.

## CAPUT XVIII.

*De sanctis Agaunensibus <sup>l</sup>.*

[Sancti Mauricii et sociorum ejus triumphum canit hoc carmine Fortunatus.

Turbine sub mundi cum persequerentur <sup>m</sup> iniqui,  
 Christicolæque daret sæva procella neci:  
 Frigore depulso, succendens corda, peregit,  
 Rupibus in gelidis fervida bella fides.  
 Quo, pie Maurici, ductor <sup>n</sup> legionis optime,  
 Traxisti fortes subdere colla viros.  
 Quos <sup>o</sup> positis gladiis armarent <sup>p</sup> dogmata Pauli,  
 Nomine pro Christi dulcius esse mori.  
 Pectore belligero poterant qui viuere ferro,  
 Invitant jugulis vulnera clara suis.  
 Hortantes se clade <sup>q</sup> sua sic ire sub astra,  
 Alter in alterius cæde natavit heros <sup>r</sup>;

C quique Sirmium, Pannoniæ caput, tenebat, postea a Theoderico, Italiæ rege, devictus. Hinc conjici potest qua ex gente esset Trasaricus, de quo hic Fortunatus. Edit. Paris., *Trasaricum* habet semper.

<sup>k</sup> Unus Cod. Vat., *reddet.*

<sup>l</sup> Sanctus Mauricius, et socii, dicti legionis *Felicitis*, seu *Thebææ* milites, passi sunt anno 286, sub Maximiano. Eorum martyrium a sancto Eucherio, episcopo Lugdunensi descriptum, edidit cl. Ruin., inter Acta sincera martyrum, pag. 274, Edit. Amstelandani an. 1713, ex officina Wetsteniana. Idem Agaunenses appellati sunt ex loco in quo sunt passi. Agauni quippe, quod oppidum in Alpibus est prope Rhodani fluentem, Christum confessi, martyrio coronati sunt, cum quidem Maximianus, Bagaudarum motus conatusque repressurus in Gallia, eam legionem illuc accivisset. Sigismundus, Burgundiæ rex, Agauni basilicam extruendam curavit in memoriam martyrum, et monasterium psallentium assidue monachorum instituit anno 516 circiter, ut legere est apud Greg. Turon., lib. III Hist. Franc., c. 5. Idem confirmat lib. I de Gloria martyrum, cap. 75.

Sanctus Eucherius situm Agauni ita describit: *Acaunus sexaginta ferme millibus a Genavensi urbe abest, quatuordecim vero millibus distat a capite Lemanni lacus, quem influit Rhodanus. Locus ipse jam inter Alpina juga in valle situs est; ad quem pergentibus difficili transitu asperum, atque arctum iter panditur... evictis transmissisque angustiarum faucibus subito nec exiguis inter montium rupes campus aperitur in quo legio Sancta conederat.*

<sup>m</sup> Unus Cod. Vatic., *cum persequerentur*

<sup>n</sup> Unus Cod. Vat. et Edit. Paris., *cum doctor legionis.*

<sup>o</sup> Edit. Paris.:

Quis positus gladiis, suat arma edogmate Pauli.

<sup>p</sup> Unus Cod. Vat., *armassent.*

<sup>q</sup> Edit. Paris., *cæde.*

<sup>r</sup> Edit. Paris., *erus*

Adjavit <sup>a</sup> rapidas Rhodani fons sanguinis undas,  
 Tinxit <sup>b</sup> et Alpinas ira cruenta nives.  
 Tali sine polos felix exercitus intrans,  
 Junctus apostolicis plaudit honore choris.  
 Cingitur <sup>c</sup> angelico super astra beata senatu,  
 Mors fuit unde prius, lux sovet inde viros.  
 Ecce triumphantum ductor <sup>d</sup> fortissime tecum,  
 Quatuor <sup>e</sup> hic procerum pignora sancta jacent <sup>f</sup>.  
 Sub luteo tumulo latitat cœlestis talentum,  
 Divitiasque Dei vilis arena tegit.  
 Qui faciunt sacrum paradisi crescere censum,  
 Hæredes Domini luce perenni dati.  
 Sidereo chorus iste throno cum carne locandus,  
 Cum veniet iudex, arbiter orbis erit.  
 Sic pia turba simul, festinans cernere Christum,  
 Ut cœlos peteret, de nece fecit iter.  
 Fortunatus enim per fulgida dona Tonantis,  
 Ne tenebris crucier, quæso, feratis opem.

## CAPUT XIX.

De sancto Hilario.

[Sancti Hilarii Pictaviensis episcopi in defendenda adversus Arianos catholica de Filii divinitate doctrina et exilio pro ea tolerando constantiam laudat hoc carmine.]

Si Hilarium quæris quis sit <sup>g</sup>, cognoscere, lector,  
 Allobroges <sup>h</sup> referunt Pictaviis genitum <sup>i</sup>.  
 Cum populum regeret divina mente sacerdos,  
 Servabat legis fœdera, sollicitus.

<sup>a</sup> Edit. Ven., *audivit* corr.

<sup>b</sup> *Ibid.*, *traxit*.

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat. :

Cingitur angelicopius exercitus astra beata senatus,  
 mendosissime. Edit. Paris. :

Cingitur angelico virtus trabeata senatu.

<sup>d</sup> *Ibid.*, *doctor fortissime*.

<sup>e</sup> Tres videlicet præcipui piissimæ hujusce legionis duces, seu præfecti numerantur, Mauricius, Exuperius, et Candidus. Mauricius primicerius erat ejusdem legionis, quæ dignitas proxima erat loco tribuni militum. Exuperius erat campiductor ; et Candidus, senator militum, ut ibidem narrat Eucherius. Victor vero, qui quarto loco adnumerari solet, nec præfectus, nec miles illius legionis erat, sed alterius legionis miles veteranus ; qui cum casu illac transisset, ubi milites Maximiani epulabantur læti martyrum spoliis, voluit invitatus convesci ; unde agnitus Christianus, ibidem interfectus est.

<sup>f</sup> In basilica etiam Turonica, quam a se renovatam narrat Greg. Turon., lib. x Hist. Franc., cap. 51, sanctorum Agonensium sacra lipsana servabantur : quæ forte dicendus hoc carmine celebrasse Fortunatus pro illa quæ ipsum et Gregorium Turon. intererat necessitudine.

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., *qui sit*.

<sup>h</sup> Allobroges erant populi qui cis Rhodani ripam habitabant ad Luram montem, et Lemanum lacum, ut refert Brow. Hi passim pro Gallis sumuntur.

<sup>i</sup> Sanctum Hilarium Pictavis natum tradit Fortunatus et alibi suis in carminibus. Ita l. viii, c. 4, de se ipso loquens, inquit :

Pictavis residens, quæ sanctus Hilarius olim  
 Natus in urbe fuit, notus in orbe Pater,

Item Hieron., in præfat. ad Psulam, et Eustochium, lib. ii Comment. in Epist. ad Gal.

<sup>1</sup> Duo Codd. Vat., *Græcorumque viros*.

<sup>k</sup> Unus Cod. Vat., *ut dicant, est creat* . Fortu-

A Improbis ut vidit plebes quod scinderet error,  
 Græcorum <sup>l</sup> virus protulit in medicum.  
 Vipereo promunt semper qui ex corde venena,  
 Filius ut dicant quia est creatura <sup>m</sup> Dei.  
 Quis magis auxilium præstat sapientia mundi,  
 De ingenito genitum quæ negat esse Deum.  
 Quam male complexus, cupiens calcare propheta,  
 Arius infelix, cum retinet, crepuit <sup>n</sup>.  
 Egregius doctor, veterum monumenta secutus,  
 Quæ Stephanus vidit, comprobat esse Deum.  
 Vincit <sup>o</sup> amore Dei, contempto principe <sup>p</sup> mundi,  
 Intemerata fides pertulit exsilium.  
 In Patre <sup>q</sup>, qui omnipotens Deus est, cognosce e  
 Divinis tantum vocibus insinuat. [Natum,  
 Perpetuum lumen Christum, Dominumque Deumque,  
 B Bissenis <sup>r</sup> populos edocet esse libris.

## CAPUT XX.

De sancto Medardo <sup>s</sup> episcopo.

[Sancti Medardi, episcopi Noviomensis, sanctitatem vitæ ac sæculi fugam hoc carmine celebrat : item miracula percenset, quibus ejusdem pietas incluserat ; postremo commemorat basilicam quam in ejusdem memoriam, a Clotario cœptam exædificari, Sigibertus compleverat.]

Inter Christicolas, quos actio vexit in astra <sup>t</sup>,  
 Pars tibi pro meritis magna, Medarde, patet.  
 Qui sic vixisti terrenis hospes in oris,  
 Ut cœlum patriam crederis <sup>u</sup> esse tuam.

natus ut Arianorum de Filio Dei perversum dogma exprimat, metricarum legum obliviseitur, corripiens primum a in voce creatura. Præclare advertit Browerus, male a Fabricio pro creatura poni genitura, ut stet metri ratio cum hoc vocabulum non magis Arianorum sententiam quam Catholicorum referat. Ac profecto Fortunatus ipse paulo post ait :  
 Quis (Arianis) magis auxilium præstat sapientia mundi,  
 De ingenito genitum quæ negat esse Deum.

<sup>v</sup> Volebant scilicet Ariani, ut ait Severus Sulpicius, lib. ii Histor., *ex nihilo in substantiam novam, atque alteram factum Dominum novum alterumque ; fuisse autem tempus quo Filius non fuisset*.

<sup>w</sup> Effusus scilicet inter egerendum visceribus, ut notissimum est.

<sup>x</sup> Duo Codd. Vat., *victus amore*.

<sup>y</sup> Hic fuit Constantius, Magni Constantini filius, Arianorum fautor, sub quo in exsilium actus sanctus Hilarius est, ac relegatus in Phrygiam, ut narrat Sulpicius lib. ii Hist.

<sup>z</sup> Unus Cod. Vat. et Edit. Paris., *in Patre quique potens*. In alio in *patre quisque potentem Deus* corr.

<sup>aa</sup> Sanctus Hieronymus, in epistola 83, quæ est ad Magnum, oratorem urbis Romæ, scribit de Hilario : *Hilarius meorum confessor temporum, et episcopus, duodecim. Quintiliani libros et stylo imitatus est, et numero*.

<sup>ab</sup> Sanctus Medardus Viromandensis episcopus creatus fuit, ut diserte docet Fortunatus in ejus Vita, num. 9. Sed is postea episcopalem sedem transtulit Noviomum, ut narratur in Vita ejusdem, a Radholo episcopo Noviomensi et Tornacensi conscripta, quæ exstat tertio loco apud Bolland. ad diem 8 Junii, ubi et causa illius translationis fuso describitur.

<sup>ac</sup> Tres Codd. Vat. et Ven. Edit., *in astris ; apud Bolland., in auras*.

<sup>ad</sup> Unus Cod. Vat., *ut cœlas patriam redderes*. Edit Ven., *ut cœlum patria creditur esse tua*. Alius Cod. Vat., *redderis esse*.

Exilium tibi mundus erat, cœnosa caventi,  
 Et modo, te gaudet cive manente polus.  
 Ezutus tenebris, vestitus tegmine lucis,  
 Post obitum <sup>a</sup> frueris liberiore die.  
 De tellure satus, factus possessor Olympi,  
 Et matrem linquens <sup>b</sup> cum patre, læta tenes.  
 Humani victor vitii, super astra triumphas,  
 Atque cremans carnem, das animæ requiem.  
 Te inter mundanos vepres gradiente, fatemur,  
 Calcatis spinis, promeruisse rosas.  
 Flore refectus <sup>c</sup> ager, suaves tibi fundit <sup>d</sup> odores,  
 Balsama, thura replent, quæ paradisius habet.  
 Cauta per angustum figens vestigia callern,  
 Sic dedit arcta tibi semita lucis iter.  
 Lata voluptatum via, quæ submergit Averna,  
 Dulcia carnis aless, mortis amara parat.  
 Hoc nunquam sacros flexisti tramite gressus,  
 Nec potuere tuos prava tenere pedes.  
 Durum iter ad laudes, gravior <sup>e</sup> via ducit in altum:  
 Quo labor est potior, gloria major erit.  
 Quæ prius incipiam sacri miracula facti,  
 Cum quidquid facias, omnia prima micent?  
 Dum fuit [fugit] ad superos humano in corpore vita,  
 Ex oculis fugiens lux tibi cordis erat.  
 Si cæcus venit, rapuit palpando salutem,  
 In mediis tenebris fulsit aperta dies.  
 Qui voluit furti causas penetrare latentes <sup>f</sup>,  
 Te religante, sedet; te reserante fugit.  
 For sine perfecto <sup>g</sup> voto deceptus inani,  
 Omnia restituens crimina fraudis habet.  
 Nam semel ut molles carpserunt <sup>h</sup> palmitis uvas,  
 Non valere gradus inde referre foras [foris].  
 Nec potuit raptor pedibus subducere prædam,  
 Raptori abduxit sed sua præda pedes.  
 Ergo <sup>i</sup> suis laqueis cœpit miser esse ligatus,  
 Venerat ut caperat, captus at <sup>j</sup> ipse fuit.  
 Nec tetigit mustum, sed iniqua mente rotatur,  
 Antea quam biberet, ebria turba jacet.  
 Incœpit servare magis quam <sup>k</sup> ferre racemos,  
 Et datus est custos, qui cupit esse rapax.  
 Donec, sancte, tuis verbis tu jussisses abire,  
 Ut furtum impleret, doctus ab hoste redit.

<sup>a</sup> Sancti Medardi obitum Cointius refert ad an. 345. Valesius, ad an. 560. Lege Cointium, ad an. 545, num. 9, ubi causam affert harum discriminis sententiarum, et suam confirmat.

<sup>b</sup> Non dubito quin interpungendum sit post *et matrem linquens*, ut sensus sit: Medardum terram, de qua satus fuerat, linquendo, cum Patre Deo læta tenere. Loquitur enim Fortun. de ejus statu post obitum.

<sup>c</sup> Apud Boll., *flore refertus*.

<sup>d</sup> Unus Cod., *infundit odores corr.*

<sup>e</sup> Edit. Ven., *grave temet ducit in altum*.

<sup>f</sup> Apud Bolland., *furti causa penetrare latenter*.

Quam lectionem probo.

<sup>g</sup> Ibid., *sine profectu*; item in uno Cod. Vatic.

<sup>h</sup> Fortunatus, in Vita sancti Medardi unum tantummodo furem ejusdem vineam ingressum fuisse narrat. Quod ergo postea refert: *ebria turba jacet*, poetico more locutus fuisse censendus est.

<sup>i</sup> Edit. Paris., *ecce*.

<sup>j</sup> Edit. Ven., *captus ipse*.

<sup>k</sup> In uno Cod. Vat., *quam auferre racemos*.

A Quæ manet hæc animi pietas, sanctissimæ præsul,  
 Lædentem auxilio qui facis ire tuo?  
 Tintinnum <sup>1</sup> rapit alter inops, magis improbus ille <sup>m</sup>,  
 Qui jumentorum colla tenere solet.  
 Absconditque sinu, seeno præcludit hiatum,  
 Et tenet ipse manu, ne manifestet opus.  
 Te veniente, sacer, causas patrefecit operas,  
 Tinnitu incipiens jam quasi furta loqui.  
 Nil valet abscondi, nil claudi, nilve teneri,  
 Facundo strepitu prodidit omne malum.  
 Pandebat propriam veluti sub iudice causam,  
 Nil de fure timens liberiore sono.  
 Indicat, accusat, convincit, damnat, acerbat:  
 Te præsentem tamen, non licet esse reum.  
 Absolvit furem, solitæ <sup>n</sup> pietatis amore,  
 B Addens et monitus, cautus ut intret iter.  
 Præcipiens querulam secum portare rapinam,  
 Ne vacua tristis spe remearet inops.  
 Hinc tamen, ut potero, cum raptus ab urbe <sup>o</sup> fuisses,  
 Quæ dederis populis signa verenda, loquar.  
 Cum pia composito veherentur membra feretro,  
 Subtractum meruit cæcus habere diem.  
 Anxius ille sacra lumen suscepit ab umbra,  
 Et tua mors, illi lucis origo fuit.  
 Dumque sepulcra darent, oculi rediere sepulchi,  
 Et sopor ille tuus, hunc vigilare facit.  
 Cum fugis a mundo, datur illi lumine mendas,  
 Te linquente diem, hunc fugiunt tenebræ.  
 Antiqui vultus lucem stupere modernam,  
 Et veteri fabricæ prima fenestra venit.  
 C Compedibus <sup>p</sup> validis, alter, manicisque ligatus,  
 Mox tetigit templum <sup>q</sup> ferrea vincla cadunt.  
 Tam grave fragmentum, dolor est vel cernere pœnam,  
 Pondera tot miseris sustulnuisse pedes.  
 Si connexa forent, elephantem <sup>r</sup> solvere possent,  
 Nec poterat rigidos ipse movere gradus.  
 Non minus est illi, quæ, subvertente procella,  
 Littoribus Libycis anchora fracta jacet.  
 Pœna quidem gravior cecidit crescente triumpho;  
 Vincere rem sævam gloria major erat.  
 Non habuit tot vincla pati miser ille, ligatus,  
 Sed tua quo virtus plus mereretur opus.

<sup>1</sup> Narrat Radbodus in Vita sancti Medardi, cap. 2, furem illum non solum tintinnabulum, sed etiam pecus, seu taurum abduxisse, et tinnitu divinitus D fuisse proditum.

<sup>m</sup> Bolland. corrigunt: *magis improbus, illum*.

<sup>n</sup> In uno Codd. Vatic., *tantæ pietatis amore*.

<sup>o</sup> Edit. Ven., *ab orbe*.

<sup>p</sup> S. Greg. Turon., lib. IV Hist. Franc., cap. 19, refert, ad sancti Medardi sepulcrum cateas, atque compedes disruptos jacuisse, *quæ usque hodie, ait, in testimonium virtutis ejus, ad ipsum beati sepulcrum reservantur*. Et lib. V, cap. 5, narrat de quodam Modesto fabro, qui innocens tenebatur in carcere inter duos custodes, vinctus catenis, et compedibus; et is, implorato sancti Medardi patrocinio, repente confractis vinculis, et ostio reserato, liber solutusque evasit.

<sup>q</sup> In uno Cod. Vat., *mox ut tetigit peplum corr.* Edit. Paris., *pariter, ut tetigit*.

<sup>r</sup> Bolland. corrigunt: *elephas nec solvere possent*. In uno Cod. Vatic., *elephantem nec solvere possent*; *for-san elephas nec solvere possent*.



Cum solidarentur, non sic strepuere catenæ,  
 Cen tinniverunt, cum crepuere feræ.<sup>a</sup>  
 Quæ fuit illa prius nimis male vincta catenis,  
 Jam tibi qui solvis, libera dextra favet.  
 Ligna vincla gerens alter confugit ad aulam,  
 Quæ similil merito scissa repente cadunt.  
 Nec mora, vix tetigit sacrati<sup>b</sup> limina templi,  
 Fit tonitrus<sup>c</sup> cœlis, arma ferendo tibi.  
 Grandia divisi ceciderunt pondera ligni,  
 Et qui gessit onus, corruit ipse simul.  
 Expavit subito de libertate recepta,  
 Atque magis timuit, quando solutus erat.  
 Quæ ratio fuerit, cecidit cor pronus in arvis,  
 Gaudia magna quidem sæpe timere solent.  
 Dum<sup>d</sup> stupet, unde salus laceris est redditus plantis.  
 Admirante animo, membra soluta fluunt.  
 Inde vetus mulier, pariter nascente periclo,  
 Vulnere naturæ mortua membra tulit.  
 Inclusos digitos<sup>e</sup>, morbo numerante, tenebat,  
 Nec poterat ducto<sup>f</sup> pollice fila dare.  
 Secum nata quidem, sed non sua dextra pependit,  
 Corpore juncta suo res aliena fuit.  
 Tempore sed tardo est, cum jam spes fracta ja-  
 [ceret,

Ante tuos tumulos<sup>g</sup> vivificata manus.  
 Sic inopinatum commendat gratia votum,  
 Desperata salus dulcior esse solet.  
 Mobilis ergo venit digitis torpentibus humor  
 Et dispensatus fluxit in ungue vigor.  
 Arida nervorum sese junctura tetendit,  
 Agnovitque suum vena soluta locum.  
 Apta ministeriis incœpit palma moveri,  
 Servitium discens, libera dextra fuit.  
 Nec tantum profugos pietas tua reddidit artus,  
 Reddidit et victum, pensa trahente manu.  
 Eripuisti aliam simili de peste puellam,  
 Membraque restituens plus animæ tribuis.

<sup>a</sup> Edit. Ven., cum crepuere fores. Boll., feræ.

<sup>b</sup> Auctor Vitæ sancti Medardi quæ secundo loco ponitur a Bolland., Suessionensis, sæculi 11, ita refert hoc factum, cap. 2, n. 17 : *Ut ergo sacræ Adis limina fide afflatus attingit (vinctus ligneis vinculis), repentino fragore, uno eodemque momento, et cælum intonuit, et vasta compedum vincula dirupta longe dissiliunt. Homo peroptatæ redditus libertati, stupore attonitus, solo prosternitur.*

<sup>c</sup> Bolland., fit tonitru in cœlis.

<sup>d</sup> In uno Cod. Vat., cum stupet.

<sup>e</sup> Boll. restituit :

Inclusos digito morbos numerante tenebat, scilicet digitus numerans idem est atque index.

<sup>f</sup> In uno Cod. Vat., docto pollice.

<sup>g</sup> Edit. Paris, tuum tumulum.

<sup>h</sup> Hæc puella nimirum, quæ nuptiis destinata fuerat, sanctimonialis facta, ac postea abbatissæ, ut videtur, adepta gradum, uteri sterilitatem fecundiore ac feliciore sobole, parisi Christo virginibus, compensavit. Boll., thalamis Christi. Ed. Par., thalamo.

<sup>i</sup> Bolland., deperdit onusti.

<sup>j</sup> In uno Cod. Vat., natum quæ non habuit. Edit. Paris., pariter, quæ.

<sup>k</sup> Duo Codd. Vat. et Boll., Infantia parvæ.

<sup>l</sup> Ibid., miseræ.

<sup>m</sup> Edit. Paris., longaque nox.

**A** Desponsata viro, mortali lege, jacebat,  
 Nunc thalamis<sup>k</sup> Christo virgo dicata micat.  
 Sponsa quidem radiat cum virginitate modesta,  
 Spe meliore fruens, nupta tenenda polis.  
 Nec fructus uteri sterilis deperdit honesti<sup>l</sup>,  
 Flore pudicitia mater habenda placet.  
 Acquirat cunctos, natum quoque<sup>j</sup> non habet unum,  
 Progeniemque sibi gignit amore Dei.  
 Inde pari morbo desenda infantia parva<sup>k</sup>,  
 In lucem veniens membra necata trahit,  
 Mors et origo simul misero<sup>l</sup> processit ab alvo,  
 Exsiccata generans mater anhele manum.  
 Commendata tuo rediit medicata sepulcro,  
 Quod de matre perit, de tumulo recipit.  
 Dum jacet alter inops, visu caligine clauso,  
 Cæcus, nec misero lumine lumen erat.  
 Longa nocte<sup>m</sup> oculos, quarto jam mense, premebat,  
 In luce<sup>n</sup> obscurus ; vivus, imago necis.  
 Vocibus hunc medicis<sup>o</sup> monuisti tempore somni,  
 Tenderet ut velox ad tua templa gradum.  
 Mox veniente die, sed non sibi forfice pressa  
 Enituit<sup>p</sup> Christi vertice tonsus oves.  
 Detrahit hic<sup>q</sup> crines, nitidos ut haberet ocellos,  
 Et mercante coma, munera lucis emat.  
 Qui tædante gradu, tractus pervenit ad aulam,  
 Per biduum recubans ante sepulcra fuit,  
 Tertia lux rediens nocturnas solverat umbras,  
 Et cæco occurrit sic revocata dies.  
 Undique limitæ<sup>r</sup> cecidere a fronte tenebræ,  
 Sanguinis unda rigat, luminis atra lavat.  
**C** Sicca lucerna novo flagrante refulsit olivo,  
 Obtinuitque suum lux peregrina locum.  
 Quid referam<sup>s</sup>, mutis qui verbo, verba dedisti?  
 Quod gravat, ejiciens, quod juvat, omne locans<sup>t</sup>.  
 Cuncta nec enumero, tua me præconia vincunt,  
 Et si non potui, velle fuisse vide.  
 En tua templa<sup>u</sup> colit nimio Sigebertus, amore<sup>v</sup>,  
 Insistens operi, promptus amore tui,

Edit. Ven., in lucem.

<sup>o</sup> In uno Cod. Vat., vocibus hunc medici.

<sup>p</sup> Hunc versum, qui sic antea legebatur,

Enituit Christi vertice tonsa comis,  
 restituit Brow. vetustissimi Exempl. Antuerpiensis ope, in quo legebatur :

Enituit Christi vertice tonsus oves.

**D** Quam lectionem habent et Codd. Vat. Oves autem pro ovis ponitur, ut apes et apis dicitur. Bollandistæ legunt tonsus homo.

Porro hic Fortunatus indicare videtur cæco illi in somno, non hominis manu, sed opera divina, comam detonsam fuisse, quo facto monachus aut clericus divinitus designabatur; et illud tanquam pignus recipiendi postea visus accepit.

<sup>q</sup> In uno Cod. Vat., detrahit hinc.

<sup>r</sup> Edit. Ven. et 1 Cod. Vat., limatæ. Boll., limata.

<sup>s</sup> Unus Cod. Vatic., quid multis referam.

<sup>t</sup> Ibid. et Edit. Paris., omne locas.

<sup>u</sup> Clotarius, cum sanctum Medardum Novionni ægrum jacere audisset, illic venit, ut eum inviseret ;

<sup>v</sup> Bolland. legendum putant honore, ne hæc vox amore sæpius repetatur, atque ut templi decor declaretur.

Culmina \* custodi, qui templum in culmine duxit,  
Protege pro meritis, qui tibi tecta dedit,  
Hæc, pie <sup>b</sup>, pauca ferens ego Fortunatus amore,  
Auxilium posco, da mihi vota, precor.

## CAPUT XXI.

*De sancto Martiali e episcopo Lemovicino.*

[Sancti Martialis, primi Lemovicini episcopi, egregia merita canit, et iisdem celebrandis nullam parem linguam aut calamum esse profitetur.]

Christe [F. Christus] principium, finis, lux est, via  
[Christus,

Nomine cuius in almiflco, semperque beato,  
Martiali <sup>d</sup> resonant hic sanctissima gesta.

ret; petitque ut corpus ejus post obitum Suessionas deportare, atque ea in urbe humare sibi liceret. Venia impetrata, Clotarius mortui corpus magna cum pompa et apparatu Suessionas transtulit; atque interea tugurio vimineo supra ejusdem tumulum extructo, regia munificentia ac liberalitate insignis Basilica inædificari cœpit: quam cum Clotarius morte occupatus absolvere non potuisset, Sigibertus pari studio ac religione in culmen adduxit. Id porro non ante contigisse videtur quam Sigibertus, in Chilpericum fratrem arma movens, Suessionas, sedem regni Chilperici, occupavit, ac in suam ditio- nem redegit, quod contigit ad an. 564. Lege Vitas sancti Medardi apud Bolland., in quibus sancti Medardi translatio Suessionas fusc describitur.

Suessio porro urbs erat apud Axonam fluvium, in Belgica olim Secunda. In ea et Clotarius, et, ipso vita functo, Chilpericus regiam sedem habuerunt.

<sup>a</sup> Edit. Ven. et Boll. *culmine custodi*. Idem car- puit Velserum, qui legendum putat, *huic requiem præsta*, cum requies adhuc vivis non sit precanda.

<sup>b</sup> Boll., *hæc perpauca*.

<sup>c</sup> Hoc poema Fortunati de sancto Martiali profertur ex Codice 3 Plutei xx Bibliothecæ Laurentianæ membranaceo sæculi xii ineuntis, continente Passionale sanctorum xscriptum in quo hunc titulum præfert: *Versus Fortunati in vita sanctissimi Martialis*,

A Quis hominum digne valeat doctissimus unquam,  
Quanti sit meriti præclarus apostolus iste,  
Dicere vel prosa, vel pulchri carmine metri,  
Quo saltem modicis decoretur pagina verbis?  
Tullius atque Maro veniant: sit lingua e facunda.  
Versibus aut currens, aut prosæ vellera texens <sup>f</sup>,  
Non tua, sancte Pater, poterit depromere gesta.  
Tellus te Romana, quibus te Gallica tellus  
Post Petrum recolunt juniorem e parte secunda,  
Cum Petro recolunt æqualem forte priori.  
Benjamita tribus te gessit sanguine claro.  
Urbs te sic retinet Lemovica corpore sancto.  
Hinc tibi sit, Rex magne Deus, laus, gloria, Christe,  
Christe caput, finisque cluens, pax, lux, via, Christe.

B *apostoli Christi*. Hoc ipsum poema ante nos ediderunt Romæ Auct. Anecd. Edit., an. 1785, vol. IV, p. 433.

<sup>d</sup> Sancti Martialis in Gallias missionem refert Greg. Turon., lib. I Hist., cap. 28, ad an. 250, sub Decio scilicet et Grato coss. Idem, lib. de Gloria conf., c. 27, ait: *Quod sanctus Martialis episcopus, a Romanis missus episcopus, in urbe Lemovicina prædicare exorsus est; everisque simulacrorum ritibus, repleta jam credulitate Dei urbe, migravit a sæculo*. Ipsius Acta, quæ circumferuntur, et epistolæ ab eo scriptæ, nullius auctoritatis a cl. Ruinart habentur.

<sup>e</sup> Addidimus vocem *facunda* ducti initiis litterarum quæ erant in Codice, quamvis maluissemus ponere *diserta*, cum prima syllaba in voce *facunda* longa sit, quæ deberet brevis esse ut metrum staret. Id tamen minus religiose in eo poeta attendendum duximus, qui, uti alibi adnotavimus, ea sæpe corripuit quæ erant producenda, quæque corripienda erant producta. — Eodem ipso in carmine, vers. 15, posuimus *sic*; vel alteræ tamen placet lectio, *hic*, præsertim cum Fortunatus litteram *h* sæpe habeat instar fortis consonantis, ut adnotavimus ad cap. 21, lib. I.

<sup>f</sup> Ms., *nulla retexens*.

<sup>g</sup> Scilicet Petrus juniorem ætate, et prærogativa apostolatus; æqualem vero forte priori, quod ejusdem cum ipso particeps gloriæ.

## LIBER TERTIUS.

## CAPUT PRIMUM.

*Ad Euphronium a episcopum Turonensem.*

[Acceptis ab Euphronio litteris, qua inde lætitia affectus fuerit, ostendit suam erga eundem observantiam, et grati animi sensum declarat; mirram ejusdem in demisse sentiendo de se ac suis virtutum extollit, et ad extremum ejus se precibus commendat.]

Domino sancto et meritis apostolico, domino et duplici Patri, Euphronio papæ, Fortunatus.

Ante paucorum dierum volubilitate <sup>b</sup> transcursum,

<sup>a</sup> Sanctus Euphronius, decessor Gregorii in sede Turonensi fuit, vir ex senatorio genere, sed in primis egregia pietate ac religione clarissimus. Nepos fuerat sancti Gregorii episcopi Lingonensis, de quo Greg. Turon., lib. de Vitis Patrum, cap. 7. Obiit sanctus Euphronius anno 12 regis Sigiberti, sive ann. 573, ut refert Gregorius, lib. II de Miraculis sancti Martini, cap. 4. Is decimus octavus Turonensis Ecclesiæ episcopus ponitur ab ipso Greg., I. x Historiæ Franc., c. 34. Decessit septuagenarius, cum annos xvii sedisset.

deferente præsentium e portitore <sup>d</sup> venerabilis oris vestri salutare colloquium, a me e celesti pro munere significo fuisse præceptum; quod ea aviditate, teste rerum Creatore, complexus sum, qua et vestrum piissimum animum circa meam humilitatem jugiter approbavi profusum, et me supplicem inultis repletum <sup>f</sup> beneficiis e agnosco devotum. Qui, quamvis in altera comorere civitate, novit Deus quia vobis absens sum tantummodo loco, non animo; et quicumque [ubique] fuero, intra me vos clausos

<sup>b</sup> Edit. Ven., *volubilitatem transcursum deferentem*.

<sup>c</sup> Edit. Paris., *litterarum præsentium*.

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat. et Ven. Edit., *portitorem*.

<sup>e</sup> In uno Cod. Vat., *humane celesti pro munere*.

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., *multis repletum copiosum*; forsan, *copiose*.

<sup>g</sup> Cum primum Fortunatus Turones venit ad sepulcrum sancti Martini, sedebat Euphronius, urbis illius episcopus; a quo Fortunatum perhumanitate sui se exceptum ex hisce ejusdem verbis conjicere possumus, quibus se ab Euphronio multis repletum

habebo <sup>a</sup>. Vere dico, non est illud cor carneum, ubi vestrae animae non recipitur miranda dulcedo, sed est marmore durior <sup>b</sup>, si tantae charitatis non amplectitur blandimento <sup>c</sup>. Nam quis de te tam congrua praedicet quam mens vere sancta deposcit? Aut quis suo sic satisfacit animo, ut vestrum, sicut te concedet, digne prodat affectum, qui in terra sic humilis es, ut habites erectus in caelis; et inclinando ad infirma <sup>d</sup>, sublevari te facias ad excelsa, ut jam agnoscaris <sup>e</sup>, qui Christi humilitatem libenter <sup>f</sup> amplecteris, de ejus <sup>g</sup> regni <sup>h</sup> munere quid habebis? Quoniam, sicut ipsius mandata sunt qui se parvulum inter homines vult videri, magnificentem se elatus respiciat <sup>i</sup> in supernis unusquisque qualiter desiderat et exponat <sup>j</sup>. Ego vero gratulor, in corde domni Euphronii dilectionem Domini mei sedisse <sup>k</sup> Martini; quapropter multiplici me prece apostolatus et sanctae charitati vestrae commendans, rogo per ipsum dominum Martinum, cujus frueris participato consortio, ut apud eum memorari praecipias me famulum et devotum, quatenus, quid apud eum meritis praevaleris in mea <sup>l</sup> humilitatis protectione jugiter ostendatis. Ora pro me, domne sancte et Apostolice, peculiaris domne et pater.

## CAPUT II.

Ad eundem.

[Euphronii singularia in se beneficia ac merita praedicat, ac suam in illum memoriam et charitatem declarat. Pluribus deinde virtutes Euphronii, quibus vel caeteris erat exemplo, prosequitur; ad extremum pro suis noxiis ut ad Patrem ipse deprecator existat summe exorat.]

Domno sancto mihi quae in Deo <sup>m</sup> peculiari patrono Euphronio papae Fortunatus.

Copiosam et superabundantem pectoris veri dulcedinem, quam circa devotionem personae meae, vestram beatitudinem, Pater amantissime, fateor impendisse, quis illam, ut dignum <sup>n</sup> est, vel corde possit concipere, vel sermone valeat explicare? Quae tanto me sibi vinculo admirandae charitatis astrinxit, ut ne unius horae spatio ab illo mihi videar separari conspectu, quem et si praesentem non video, attamen intra pectoris habitaculum retineo

beneficii testatur, quod sane disertius sequens epistola ostendit. Is deinde Pictavos se contulit, et in ea civitate habitavit; quam hic indicari iis verbis, **D** qui quamvis in altera commoretur civitate, cum Browero crediderim. Vide quae diximus in Vita Fort., num. 47.

- <sup>a</sup> Edit. Ven., *clausos habeo*.
- <sup>b</sup> Unus Cod. Vat., *marmore durius*.
- <sup>c</sup> Edit. Ven., *blandimento*.
- <sup>d</sup> Edit. Ven., *inclinando ad infirmitatem*.
- <sup>e</sup> In uno Cod. Vat., *ut jam agnosceres*. Item Ven. Edit. Paris. Edit., *agnoscas*.
- <sup>f</sup> In uno Cod. Vat. deest *libenter*.
- <sup>g</sup> Ibid., *de cuius*.
- <sup>h</sup> Ibid. deest *regni*. Item in alio Cod. Vat.
- <sup>i</sup> Edit. Ven., *respiciet*.
- <sup>j</sup> Unus Cod. Vat., *et exponatur*.
- <sup>k</sup> In uno Cod. Vat., *sensisse*.
- <sup>l</sup> Unus Cod. Vat., *praevaleris in me*.
- <sup>m</sup> Unus Cod. Vat., *in Domino*.
- <sup>n</sup> In uno Cod. Vat. post *dignum* deest *est*.
- <sup>o</sup> Edit. Ven., *reclusum*. Item duo Codd. Vat.

A conditum et reclusum <sup>o</sup>. Quis enim tuae pietati [charitati] <sup>p</sup> peculiaris non redditur, in qua [quo] tantae bonitatis beneficia continentur? aut quem ad tuam dulcedinem non ducas [inducas] invitum, cujus probavimus animum ineffabili charitate profusum [perfusum]? Qua autem illud admiratione complectar, cum te sic video cunctos diligere, ac si unumquemque de proprio visus sis latere generasse? Quis vero filiorum superbus desideret, ubi te patrem et doctorem tantae humilitatis agnoscit? aut quis <sup>q</sup> summo nobilitatis <sup>r</sup> descendens de culmine, cum te sic respicit supplicem, non se tuis vestigiis in terra provolutus extendet [ostendet] <sup>s</sup>? Vere dico. Si tumidum superbia dejicit, multum est laudabilis humilitas, quae vos erigit <sup>t</sup>. Quis denique B illic esse possit iracundus, aut turbidus, ubi sacerdos et pontifex tam placidus est inventus? Scit enim totus sine rapacitate grex vivere, ubi vivendi tranquillitas discitur a pastore. Quid de rebus reliquis referam, in quibus te sic impendis in singulis, ut lauderis a cunctis <sup>u</sup>? Quae tamen et si imitari non possumus, vel vidisse quod imitari deceat congaudemus. Quapropter dominationi et sanctitati vestrae peculiariter me commendans, rogo et obtestor, sic ille dominus meus Martinus sua intercessione obtineat, ut cum ipso, juxta merita vestra, in luce perpetua vos colloquet divina misericordia, ut pro me humili filio et servo vestro, ad ejus beatum sepulcrum orare digneris [dignemini], ut pro peccatorum meorum remissione pius intercessor accedat <sup>v</sup>. eos vero qui vestri sunt, omnes domnos et dulces [duces] meos reverenter saluto: domnum meum per omnia dulcissimum filium vestrum <sup>x</sup> Eventium pro me multipliciter supplico salutari. Domno meo Felici <sup>y</sup> episcopo si per vos venit, me benigno animo commendari depono. Ora pro me.

## CAPUT III.

Ad eundem.

[Sancti Euphronii virtutes celebrat, ac in primis pastoralem ejusdem sollicitudinem et diligentiam commendat.]

- <sup>p</sup> Ibid., in Ven. Edit., *tua pietate in quo*.
- <sup>q</sup> Edit. Ven., *aut quamvis*. Item duo Codd. Vat.
- <sup>r</sup> Edit. Ven., *descendat*.
- <sup>s</sup> Duo Codd. Vat., *extendit*. Item Edit. Ven.
- <sup>t</sup> Duo Codd. Vat., *vos multum est. . . . quod erexit*.
- <sup>u</sup> Edit. Ven., *in cunctis*. Item duo Codd. Vat.
- <sup>v</sup> In uno Cod. Vat., *accedat*.
- <sup>x</sup> Duo Codd. Vat. et Ven. Edit. *Eventium*. Putat Browerus hunc Eventium, sive Evantium, fuisse illum de quo Greg. Turon., lib. viii Histor. Franc., cap. 39, qui creatus episcopus Viennensis obiit anno undecimo regni Childeberti, sive ann. 586. Alter Eventius memoratur a Gregor. lib. x Histor. Franc., cap. 2, qui legatus missus Constantinopolim a Chilperico, delatus Carthaginem ibi populari in seditione est interfectus, ut narrat Greg. citato in loco. Uter sit, an potius neuter, de quo hic Fortunatus, incertum.
- <sup>y</sup> Hic Felix non esse videtur alius quam Namnetensis episcopus, de quo infra.

Quamvis pigra mihi jaceat sine fomite lingua,  
 Nec valeam dignis<sup>a</sup> reddere digna viris,  
 Attamen, si me Pater, Christi venerande sacerdos,  
 Ephroni, cupio solvere parva tibi.  
 Debæ multa quidem, sed suscipe pauca libenter.  
 Sit veniale, precor, quod tuus edit amor.  
 Ecclesias lampas sub te radiante coruscat,  
 Lumine pontificis fulget ubique fides.  
 Gratia præcellens sincero in pectore vernat,  
 Quo nullus dolus est, Israelita vir es [virens].  
 Immaculata tibi feliciter actio currit,  
 Ut penetres cœlos, hæc via pandit iter.  
 Dulcia colloquii sine furo dicta refundis;  
 Non sic mella mihi quam tua verba placent.  
 Quidquid habet sensus, hoc lingua serena relaxat,  
 Pectore sub vestro fraus loca nulla tenet.  
 Qui sine felle manes in simplicitate columbæ,  
 Nec serpens in te dira venena fovet.  
 Advena si veniat, patriam tu reddis amatam,  
 Et per te proprias hic habet hospes<sup>b</sup> opes.  
 Si quis iuqua gemit, tristis hinc nemo recedit  
 Sed lacrymas removens lætificare facis.  
 Martinus meritis hæc vos in sede locavit;  
 Dignus eras hæres, qui sua jussa colis.  
 Ille tenet cœlum, largo dans omnia voto;  
 Christo junctus<sup>c</sup> eris, hunc imitando virum.  
 Non perit hic vestrum qui grex ad ovile recurrit,  
 Candida nec spinis vellera perdit ovis.  
 Non lupus ore rapit prædam, pastore virgente,  
 Sed fugit exclusus non lacerando greges.  
 Hæc tibi lux maneat longos venerande, per annos,  
 Atque futura dias lucidiora ferat.

## CAPUT IV.

Ad Felicem<sup>d</sup> episcopum Namneticum.

[Fortunatus, acceptis a Felice litteris, earum fa-  
 cundia et grandi eloquio narrat se fuisse per-  
 culsum. Multa scribit in laudem Felicis, ac quæ-  
 dam ab hoc scripta de se peramanter, et honori-  
 fice, extenuare præ modestia conatur, ac postremo  
 eadem refert in Felicem ipsum; ad extremum

<sup>a</sup> Edit. Paris., *digitis*.

<sup>b</sup> Tres Codd. Vatic. et Venet. Edit., *exsul*.

<sup>c</sup> Tres Codd. Vat., *junctus eris Christo*.

<sup>d</sup> Hic Felix episcopus Namneticus fuit; obiit vero  
 anno septimo regis Childeberti, id est, anno 582, cum  
 videret annos xxxiii, ex testimonio Gregor. Turon.,  
 lib. vi Histor. Franc., cap. 15. Gravia inter se et  
 ipsum dissidia interfuisse, narrat idem Greg.; quin  
 is pluribus in locis ejusdem nomen obscurat. Id ta-  
 men non impedivit quominus Felix apud Namne-  
 tenses uti sanctus colebatur, ejusque memoria apud  
 ipsos clara fuerit et insignis.

<sup>e</sup> Vide quæ diximus in Vita Fortun., num. 74.

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., *in lecto provocato*.

<sup>g</sup> Edit. Paris., *decumbentem*.

<sup>h</sup> Edit. Paris., *evigilans*.

<sup>i</sup> In uno Cod. Vat. deest *vestrorum*.

<sup>j</sup> Edit. Ven., *jubar*.

<sup>k</sup> Edit. Ven., *residentis*.

<sup>l</sup> Ibid., *ab occidentali parte se loquente sol nasci*.  
 Item unus Cod. Vat.

<sup>m</sup> Ibid. et Edit. Paris., *quasi sopho Pind.*

<sup>n</sup> In uno Cod. Vat., *compactus... suggillatus*.

<sup>o</sup> In Ven. Edit., *terrestri glutine suggillatus*.

A ejusdem præsentis ac consuetudinis se quam  
 studiosissimum ostendit.]

Domno sancto et apostolica sede dignissimo,  
 domno et patri Felici papæ, Fortunatus.

Oscitante<sup>e</sup> me prope finitima pelagi, blandimento  
 naturalis torporis in lecto<sup>f</sup>, et littorali diutius in  
 margine decubante<sup>g</sup>, subito per undifragos vestri  
 fluctus eloquii, quasi scopulis incurrentibus, elisa  
 salis spargine, me contigit irrorari, sed ad primos  
 evigilandi<sup>h</sup> stimulos, infundi poteram, non tamen  
 excitari, qui adhuc more solito graviter obdormitans,  
 tandem aliquando inter crepitantia verborum vestro-  
 rum<sup>i</sup> tonitrua vix surrexi. Igitur cum considerarem  
 dicta singula, de more tubarum, elaugente sermone,  
 prolata, et sidereo quodammodo splendore perfusa,  
 B velut coruscantium radiorum perspicabili lumine, mea  
 visi estis lumina perstrinxisse, et soporantes oculos,  
 quos mihi aperuistis tonitruo, elausistis corusco; tan-  
 tas enim exercitati claritate colloquii vestræ linguæ  
 jubare<sup>j</sup> effulsi, tanta se<sup>k</sup> residentis eloquentiæ lux  
 vibravit, ut converso ordine mihi videretur verbis ra-  
 diantibus ab occidentali parte<sup>l</sup> sol nasci te loquente.  
 Credebam enim quasi sonæ<sup>m</sup> Pindarico, compactos<sup>n</sup>  
 tetrastraphos, pedestri<sup>o</sup> glutine suggillatos, et ac  
 si enthymematum parturiens catenatum vinculum,  
 secunda fluxisset oratio, spiris intertextis, sophis-  
 mate peregrino. Denique quantum ad profundita-  
 tem vestræ dictionis attinet, feceratis ignorantem per  
 sermonum compita<sup>p</sup> velut inter cautes<sup>q</sup> Echinadum  
 oberrare, nisi a vobis ipsis lampas viatrix<sup>r</sup> itineris  
 occurrisset. Quod vero vestris inseruistis epistolis,  
 C vocem meam nec acclamatione laudum superatam,  
 in ultimo orbis angulo personasse, hæc ipsa dum  
 relego, cœpi me mirari, vestro subito crevisse collo-  
 quio; qui favorem proprio non mererer ornatu,  
 gavisus usque adeo affectu fautoris erigi, qui me  
 recognoscerem ingenii qualitate substerni. O quan-  
 tum charitas prævalet, cum illud lingua laudan-  
 tis adjicit quod laudanti<sup>s</sup> vena subducit! Optan-  
 dum est siquidem, ut de me humillimo tali testi po-

<sup>p</sup> Ibid., *per sermonum compitos*. Item in uno Cod.  
 Vat. in alio, *compitos* corr. Edit. Paris., *per sermo-  
 num anfractus*; et in marg., *compita*.

<sup>q</sup> Vulgo, *inter caute se inclinatem*. Brow. ex  
 Ms. Trevir. restituit ut modo legitur; cui lectioni  
 favent vel Codd. Vatic. et Ven. Editio, nisi quod  
 hæc habet *Echinadas* pro *Echinadum*. Item duo Cod.  
 Vat.: *Echinades* (*addit* Brow.) *dicuntur insulæ in*  
*Epiro contra Ambratium sinum, natæ Acheloi impetu,*  
*arena, limoque sum in locum convectis*; de quibus  
 Plinius, l. ii; Thucyd., l. ii Hist., ad finem; Ovid.  
 Metamorph. viii. De his Dionysius in descriptione  
 orbis, v. 430 et seq.:

Τῆς (Δωδώνης) δ' ὑπὲρ ἐς Νότον εἰσὶν ὑπὸ σκοπιῶν  
 Ἰδρακίνθων

Ἄνδρῶν Αἰτωλῶν πεδίον μέγα, τοῦ διὰ μίσου  
 Σύρεται ὀλίγον ἄγων Ἀχελώϊος ἀργυροδίνης,  
 Τρωικῆς ἐπὶ πάντων ἰλισσόμενος, διὰ μίσου  
 Νήσων ἄς καλεῖσθαι Ἐχινάδας, ἦσιν ὁμοῦρον  
 Ἐσπεταὶ ἄλλοις ἄλλαι κεφαλήνων ποταμίσθρα.

<sup>r</sup> Duo Codd. Vat., *lampas præviatrix*. Item Edit.  
 Ven.

<sup>s</sup> Unus Cod. Vat., *lauti*; forte, *laudati*.

tias credatur quam auctori. Non enim Polydeucen **A** sive commendasset venæ salientis ubertas, nisi Smyrnei fontis fatidico latice fuisse actatus <sup>b</sup>. Illud itaque, quod dixistis, in ultimo orbis angulo, quasi vestram habitare presentiam, satis hoc fieri justum est, ut de vobis mihi credatis, qui de me vobis credi, blandius suadetis. Quoniam loca, quamvis regione ultima, te cive, sunt prima; nam si personæ merito urbes <sup>c</sup> sibi vindicant principatum, nulli, per vos, est ille locus inferior <sup>d</sup> ubi quidquid de laude requiritur, Felix actibus pontifex est assertor [e]asse assertitur. Denique non Caucasus nive <sup>e</sup>, rabidæ nec ursæ situs [sidus] frigoribus intertextus respirat, sed per vos, mutatis sedibus, assiduo favori sibi sibilo modulante <sup>f</sup>, vernat <sup>h</sup>. Hoc etiam, quod

<sup>a</sup> Duo Codd. et Edit. Ven., *Polideochen*, et vulgo *Polydeachen*. Brow., qui addit quod Ms. Trevir. *Pollacem* referebat in margine. Videtur hoc in loco innuere Fortunatus, Polydeuchen, seu Pollucem, non tam ex se clarum existisse, quam ex testimonio quod Homerus, a nonnullis Smyrnæus patria creditus, de ipso reddidit, sive alias, sive in hymno, qui τῆς Διοσκόρους inscribitur, qui sic incipit:

Ἄμφι Διοσκόρους Ἐλικώπιδες ἔσπετε Μοῦσαι  
Τυνδαρίδας, Αἰθῆς καλλιπύρου ἀγλαὰ τέκνα,  
ἔκστορα θ' ἰππόδαμον, καὶ ἀμώμητον Πολυδέυκα.

Unde Theocritus, Idyll. 22, quod inscribitur Διόσκωρος, inquit:

Ἰγὴν κῦδος, ἄνακτες, ἐμήσατο χιῶς αἰοῖδός  
Ἰγνήσας Πριάμοιο πόλιν, καὶ νῆας Ἀχαιῶν,  
Ἰλάδωντα μάχας, Ἀχίλλῆα τε, Πύργων αὐτῆς.

<sup>b</sup> Edit. Ven., fuisset tactus.

<sup>c</sup> Edit. Paris., merito urbis.

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., locus interior.

<sup>e</sup> Edit. Ven., asserit. In uno Cod. Vat., requiritur Pontifex assertor.

<sup>f</sup> Vulgo olim legebatur, teste Brow.: Denique non cæca hieme, rabidave aura. In Edit. Ven.: Denique non secum rabidæ ursæ situs, frigoribus intertextus, respirat, sed per vos, etc. Brow. restituit, ut hic legitur, ductus litterarum initialis, quæ in Ms. quodam se legisse affirmat. Edit. Paris.: Denique non tibi sub rabido Leone Titanis fervet cauma, nec ursæ situs, etc.

<sup>g</sup> Edit. Paris., modulantis.

<sup>h</sup> Ven. Edit., vernatur. Item in uno Cod. Vat.

<sup>i</sup> Edit. Paris., prolixitate interfuisse colloquii.

<sup>j</sup> Duo Codd. Vat., si nostri amici. Item Ven. Edit. Paris. Edit., si nostra in partes.

<sup>k</sup> Edit. Ven.: Quis enim odore suavium rosarum afflatus, vel satiatas, quandoque se judicet, etc.

<sup>l</sup> Duo Codd. Vat., diurnius. Edit. Paris., diutius.

<sup>m</sup> Edit. Ven. habet: post nihilominus tanto magis, etc.

<sup>n</sup> Vulgo legebatur: Si degerem vobiscum, ut noiat Brow., corrupto notissimi fluminis nomine, cujus ab ostiis non abest procul urbs Namnetum, clara olim segetes ducum, ut ipse refert. Edit. Ven. item corr. si legrem vobiscum; ad nomen tamen fluminis propius accedit.

<sup>o</sup> Edit. Paris., flatibus.

<sup>p</sup> Edit. Ven., Namnetas occurrissem. Et unus Cod. Vat., Namnetam. Cætera in Ven. Edit. corruptissime: Novi quidem te mihi canobocherucis adcersentibus myoparoneum præpetem, captus arte harmonica, tutus inter symphonias mordentes exisse et si res exigeret, clausus crepens ego poetam Thirintiacum, Pindaro spirante, pulsasse. Item in Mss. Vat. corruptissime h. e. locus legitur. Edit. Paris., Thyrintiaco cum Pindo in Pindaro.

sanctitas vestra conqueritur, me invento Turonis parva prolixitate potitam se fuisse colloquii <sup>1</sup>, cum me e contra pudeat in brevi spatio prodidisse incertiam et latere tanti gratiam pontificis acquiram. Tamen, si nostræ amicitia <sup>1</sup> partes considerare velitis, quamvis protracto spatio aspectu vestro fruerer, incitari poteram, non expleri. Quis enim suavium <sup>h</sup> semel afflatus odore rosarum, vel satiatum quandoque se judicet, vel patiatur reddere fastidientem? Cum, si diuturnius <sup>1</sup> fuisset cominus <sup>m</sup>, tanto magis dilectione succenderer, quanto plus agnoscerem quem amarem. Quod enim intulisti: « Si Ligerim <sup>n</sup> vobiscum ascendissem secundis fluctibus <sup>o</sup>, et Namnetis <sup>p</sup> occurrissem, » novi quidem, te mihi Canobo, Cheruscis accersentibus myo-

**B** Browerius cum integram lectionem restituit, tum vel germanum hujusce obscurissimi loci sensum conatus est proferre. Ait itaque Cheruscos Germaniæ populos fuisse, circa Albin fluvium habitantes in Saxonia, more piratarum, ex prædis ac latrociniiis viventes: hinc promiscue accepti pro Saxonibus, qui sæpe in Galliam irrupentes, suis armis ac latrociniiis eandem infestant: de quibus Sidonius Appoll., scribens ad Nammatium, lib. viii, epist. 6, loquitur, inquit: Sed ecce dum jam epistolam, quæ diu garrit, claudere optarem, subtilis a Santonis nuntius... constanter asseveravit nuper vos classicum in classe cecnisse, atque inter officia nunc navæ, modo militis, littoribus Oceani curvis innare contra Saxonum pandos myoparones, quorum quot remiges videris, totidem te cernere putes archipiratas. Hosce in primis myoparoneum celeritate, ac navigandi solertia præstitisse, pluribus ex monumentis ostendit Browerius, quibus addere placet quod de iisdem scribit Hegesippus, lib. v de Saxon.: Validum genus hominum, et præstant cæteris, piraticis tantum myoparoneibus, non viribus nititur; uti legitur apud Sirmond., in notis ad epistolam 6 Sidonii, lib. viii. Idem Brow. advertit Canobum, sive Canopum, Menelai gubernatorem fuisse, a quo insula maris Mediterranei, quæ Nili ostio (quod Canopicum appellatur) obvia est, nomen suum acceperit. Jam vero Symplegadas (quas Brow. ipse pro eo quod Mss. Sympheras, Calar. Symphonias, referebant, ductus non inverisimili conjectura, testatur se posuisse) insulas esse admonet contra Bosphorum Thracium: de quibus Plinius, lib. vi, cap. 43, et Pomp. Mela, lib. xi, de quibusque passim apud scriptores alios occurrit mentio. Jam notum est quid de illis poetæ finxerint: quod nimirum eandem, Cyanæ, sive Cyanitæ, antea dictæ a colore earum fusco, sive caruleo, se mutuo compludentes, naves prætereuntes interciperent, atque colliderent. Navis primum Argonautarum, ductu Minervæ, vel Junonis, rupes illas sospes evasit, ac deinceps ab illo concursu atque conflictu cessavit. Sed lege Hom., Odys. lib. xii, ubi easdem describit, et Ovidium, lib. xv Met., c. 7. Hic itaque est sensus verborum Fortunati: quod is sibi polliceatur, Felice, tanquam Canobo altero, duce, Saxonum, vel Cheruscorum, uno aliquo myoparone consensu, vel ipsas Symplegadam angustias feliciter se navigaturum; ex quo navigandi casu denique sospes, cum plausu Pindaricon aliquod, tanquam Soterion, caneret, sicut ille princeps Lyricorum OETA, montem Herculeum, sive Tyrrinthium, inter Thessaliam, et Macedoniam, sepulcro Herculis cantatum, melicis suis etiam magis extulit. OETA, scilicet, Tyrrinthia appellatur ob Herculeum, ibi sepulcro conditum, qui in urbe Tyrrinthia prope Argum fuerat educatus; de quo proinde cauit Py-lades Theog., lib. v:

Dicitur ab altrice est idem Tyrrinthius urbe,

Qua Tyrius Argis proxima terra fuit.

paronem præpetem, catus, et arte armonica tutus A inter symplegadas se mordentes exiissem; et si res exigeret plausu creperegico [ausu creperico, vel crepero] a OEtan Thyrintiam, cum Pindaro spirante, pulsassem. Qua vero aviditate illud me creditis perlegisse quod vos intertexere b mera charitas imperavit, quod dixistis: «Nec si ulcisci venissent c, in solatio me vobis arripere d valuissent?» credite, quantum meus animus inspicit, ipsa mihi vix Roma e tantum dare ad auxilia poterat, quantum præstitistis in verbo [verba]; nec apud me plus aliquid est factis impendere quam vota voluntatis offerre; nam alloquii refluente dulcedine, nihil opus est plus egera f. Quod vero facietis addidistis: «Nisi sollicitatus laudibus, rusticus calamus non tornasset [turnasset] g, » licet talis cultor Christicola B feracissima jugera sæpius exaravit, attamen nuper illum, id est, tuos h confiteor ludos i Ithyphallicos, Amphionio barbito reboasse. Hoc quoque quod delectabiliter adjecistis: «Me domnæ meæ Rhadigundæ muro charitatis inclusum, » scio quidem j quia non ex meis meritis, sed ex illius consuetudine, quam circa cunctos novit impendere, colligatis. Et quantum in mea persona, panegyricum poetice tangitis, tantum in ejus laudis historiam retulistis. Tamen in vestris k verbis illud relegere merui, quod in ejus gratia jam percepi, sed qui de me parvo magna depingitis, quæso, de magnis maxima predicetis. Quapropter dominationi et sanctitati vestræ me humiliter supplicatione commendans, deprecor per Dominum Redemptorem animarum nostrarum, qui

Illud ad clariorem loci obscurissimi explanationem pro conjectura addere lubet, quod narrat Greg. Turon., lib. II, c. 19: Saxonas nimirum quasdam insulas, quæ deinde a Francis captæ ac subversæ sunt, habitasse: quas insulas ad Ligerim positas fuisse censet Coitius, ad ann. 477. Hasce Saxones arcibus munierant, ut si minus prospere res cecissent, liberam in Oceanum enavigandi potestatem haberent. Itaque facile crediderim hosce Saxones hic a Fortunato indicari, ut qui ex illa internecione et clade reliqui fuerant, aut latrociniis viverent, aut operam suam navigis per Ligerim deducendis præstarent, quorum alterutrum indicant fortasse hæc Fortunati verba: *Cheruscis accersentibus myoparonem præpetem.*

a In Codd. Vat. hic locus corruptissime legitur.

b In duob. Codd. Vat., *intexere.*

c Edit. Paris., *quoniam si Vulsci venissent.*

d Ven. Edit., *arripere.*

e Edit. Ven.: *Ipsa lex Romana tantum mihi dare ad auxilia poterat, etc.*

f Ibid., *agere.*

g Edit. Paris., *nocturnasset.*

h In uno Vat., *id est, vos confiteor.*

i Ludos Ithyphallicos se reposuis-e testatur Brow. ex Tiliobrogæ libro, sibi probatissimo. Editio Venet. quoque huic favet lectioni, referens: *Attamen nuper illum, id est, tuos confiteor ludos Ithyphallicos Amphioneo barbylo* [Forsan., *barbi*] *reboasse.* Idem Brow. censet Fortunatum hoc loco ludos Ithyphallicos, qui ex sua institutione et origine ad omnein lasciviam ac petulantiam erant remissi, *voce tenus*, non *notionis recessu*, intelligentiaque, usurpasse, seu potius voluisse metri genus exprimere quod Ithyphallicum appellabatur. De quo Terentianus Maurus, in lib. de Metris:

vos l prædestinatos sua facturus est in luce consortes, ut me in sanctis orationibus, pietatis intuitu, dignemini memorare. Magnum enim erit spei meæ auxilium, a vobis obtinere quod posco.

Si veniant linguæ, pariter Græca atque Latina,  
Pro meritis nequeunt solvere cuncta tuis,  
Laudibus obsessus, votis venerandus haberis,  
Felix, qui sensus luce perennis eris m.

#### CAPUT V.

*Ad eundem ex nomine suo.*

[Felicem impense laudat, cujus opera ac fide arma Britannica fugata ac regni jura defensa et conservata narrat fuisse.]

Fida salus patriæ, Felix spe, nomine, corde.

Ordo sacerdotum quo radiante micat.

Restituis terris, quod publica jura petebant,

Temporibus nostris gaudia prisca ferens.

Vox procerum, lumen generis, defensor plebis,

Naufragium prohibes, hic ubi portus ades.

Auctor apostolicus n, qui jura Britannica vincens

Tutus in adversis, spe crucis, arma fugas.

Vive decus patriæ, fidei lux, auctor honoris,

Splendor pontificum, noster et orbis amor.

#### CAPUT VI.

*Ad Felicem episcopum, de dedicatione o ecclesiæ suæ.*

[Felicis in extruenda ac dedicanda basilica in honorem sanctorum Petri et Pauli studium ac sollicitudinem, et ipsius dedicationis celebritatem ac ritum, canit hoc carmine.]

Cum Salomon coleret generosi encænæ templi,  
C Israeliticus p fecit adesse viros.

Ithyphallica porro dicarunt

Musici poetæ,

Qui ludrica carmina Baccho

Versibus petulcis

Graio cum cortice Phallo,

Tres dabant Trochæos,

Ut nomine sit sonus ipso,

Baccho, Bacche, Bacche.

j Un. Cod. Vat., *scio quid est, quia, etc.*

k Ibid., *in verbis vestrum.*

l Ed. Ven., *qui prædestinatos.*

m In uno Cod. Vat., *perennis erit.*

n Narrat Greg. Turon., lib. v. *Histor. Franc.*, cap. 32, Britannos, an. 579, urbis Namneticæ et Rhedonicæ agrum præcipue infestasse; Felicem vero, Namnetensem pontificem, misisse legationem ad ipsos; qua permoti, polliciti sunt sese emendaturos quidquid jacturæ et incommodi armis suis intulerant, nec tamen eos stetisse promissis. Videtur aperte Fortunatus hoc Felicis factum spectare, ac prout hoc poema scriptum facile crediderim circa præfatum annum 579. Idem Fortunatus, cap. 8 hujusce libri, canit item de Felice:

Insidiatores removes, vigil arte, Britannos.

Nullius arma valent quod tua lingua facit.

o Coitius templi hujusce dedicationem refert ad annum 568, quam in Breviario Namnetensi ait factam referri pridie Kal. Octobris. Idem asserit vix serius differri potuisse, cum Euphronius post quinquennium vitæ suæ cursum absolverit, quem certum est superstitem vixisse Domitiano, episcopo Andegavensi: quem huic dedicationi interfuisse apparet ex hoc poemate Fortunati, imo et Baudigisio Domitiani successore.

p Edit. Ven., *Israel electos fecit.* Unus Cod. Vat., *Israelitis tibi eos fecit, mendose.*

Levitas, proceres, pueros, juvenesque, senesque,  
Undique certatim regia pompa trahit.  
Mactantur vituli, tauri-jugulantur ad aras,  
Et populi in votis gaudia cædis erant.  
Nunc vero assurgit, ritu placitura beato,  
Tempore decurso, justior ara Deo.  
Prospera quæ populis Felix modo festa ministrat<sup>a</sup>.  
Exsuperant<sup>b</sup> rebus gesta priora novis.  
Convocat egregies, sacra ad solemnia patres,  
Quo stat vera salus, et fugit umbra vetus.  
Docti clave Petri<sup>c</sup>, cælos aperire petenti<sup>c</sup>,  
Ac monitis Pauli noscere clausa poli.  
Ne lupus intret oves, nec morbus vulneret agnos  
Hinc sunt custodes, inde medella gregis.  
Quorum vox refluens, populo, de fonte salutis  
Ut bibat aure fidem, porrigit ore salem.  
Inter quos medius, Martini sede sacerdos,  
Euphronius<sup>e</sup> fulget metropolita sacer.  
Plandens in sancta fratrum coeunte corona,  
Et sua membra videns, fortior exstat apex.  
Lætius inde caput, quia sunt sua viscera secum,  
Ecclesiæ juncto corpore crescit honor.  
Domitianus<sup>f</sup>, item Victorius<sup>g</sup>, ambo<sup>h</sup> columnæ,  
Spes in utrisque manens pro regionis ope.  
Domnulus<sup>i</sup> hic fulget meritis; Maracharius<sup>j</sup> inde,  
Jure<sup>k</sup> sacerdotii [sacerdoti] cultor uterque Dei.  
En spectat<sup>l</sup>, veniat quæ nunc<sup>m</sup> memoranda per  
[ævum,

Votis plena piis fulget in orbe<sup>n</sup> dies.

In qua promeruit sua gaudia cernere pastor,  
Officioque sacro reddere vota Deo.

Tempore qui longo adventu pendeat in isto,  
Despicens aliud, hoc erat omnis amor :  
Omnia tuta timens suspecto in tramite vitæ,  
Ne prius iret iter quam daret ista Deo.

<sup>a</sup> Un. Cod. Vat., *ministrans*. Item Editio Ven.

<sup>b</sup> Ibid., *exsuperat*, Idem Edit. Ven.

<sup>c</sup> Edit. Paris., *potenti*.

<sup>d</sup> Unus Vat. Cod., *inulneret*; *f.*, *inulceret*.

<sup>e</sup> De Euphronio, episcopo Turon., vide quæ diximus supra, cap. 4 hujusce libri.

<sup>f</sup> Domitianus hic episcopus Catalaunensis fuisse existimatur a Brow., et a Cointio episcopus Andegavensis, qui interfuit concil. Tur. II, celebrato an. 566, vel 567, cui postremo subscribimus. Nam Domitianus nequidem occurrit in catalogo episcoporum Catalaunensium, ut in ætatem Fortunati incidere poterit.

<sup>g</sup> Hic Victorius non alius fuisse videtur quam Victorius, seu Victurius, episcopus Redonensis, cujus meminit Greg. Turon., lib. VIII, cap. 32, Hist. Franc., quique eidem concil. Turon. II interfuit, ac subscripsit. Non video cur P. Brow. velit hunc esse Victorem episcopum Tricassinum, vel ipsi nomini tam apertam vim inferendo. Præsertim cum et ipse Browerus ex Baronio confitetur eos qui hic a Fortunato numerantur episcopos fere omnes interfuisse concilio Tur. II (quod idem falso refert celebratum circa annum 570), nec inter eos qui concilio illi subscribere, usquam Victor Tricassinus appareat.

<sup>h</sup> Unus Cod. Vat., ambo *columbæ*.

<sup>i</sup> Hic Domnulus fuit episcopus Cenomanensis, cujus item nomen expressum reperitur inter episcopos qui præfato concil. Turon. interfuere. De hoc Greg. Turon., lib. VI Hist. Franc., cap. 9.

<sup>j</sup> Maracharius episcopus Ecolismensis fuit, de

A Sæpius occultans, suspiria lassa trahebat,  
Cederet ut Dominus hoc properare decus.  
Anxius incerto curarum fasce laborans,  
Dum votum spectat, pondera tempus erant.  
Sed jam festus adest, solvatur sarcina curæ,  
Lætitia cumulus triste repellat onus,  
Prospera dans populis, et gaudia larga per urbem,  
Felix felici cum grege pastor age.  
Hinc te pontifices circumdant, inde ministri,  
Cingit te totum, hinc honor, inde favor.  
Clerus ecce<sup>o</sup> choris resonat, plebs inde choraulis<sup>p</sup> ;  
Quisque tuum votum, qua valet arte, canit.  
Tarda fuere, tibi quia sit mora semper amanti,  
Res sublimis enim tarda, sed ampla venit.  
Nunc Domini laudes inter tua classica canta<sup>q</sup>,  
B Et Trinitatis<sup>r</sup> opem machina trina<sup>s</sup> sonet.  
Adde medullata in templis holocausta sacerdos,  
Quo diuturna mices, hostia pura Deo.

### CAPUT VII

*In honorem eorum quorum ibi reliquie continentur.*

[Eorum merita ac nomina celebrat, quorum sacra lipsana in Namnetensi basilica reposita fuerant. Mirabilem ejusdem basilicæ structuram et ornatum describit.]

Siderei montes<sup>t</sup>, speciosa cacumina Sion,  
A Libano gemini, flore comante cedri.

Cælorum portæ, lati duo lumina mundi;  
Ore tonat Paulus; fulgurat arce Petrus.

Inter apostolicas radianti luce coronas,  
Doctior hic monitu<sup>u</sup>, celsior ille gradu.

C Per hunc corda hominum reserantur, et astra per  
[illum;

Quos docet iste stylo, suscipit ille polo.

Pandit iter cæli hic dogmate; clavibus alter [ille].  
Est via cui Paulus, janua fida Petrus.

quo Gregor., lib. V Histor. Franc. cap. 37. A Cointio legitur Romacharius episcopus Constantiensis; quem videsis. Item in Ven. Edit. et Paris., scribitur *Romacharius*, et in uno Cod. Vat., corrupte, *Riomacharius*, in alio, *Romacharius*.

<sup>k</sup> Edit. Paris., *luce*.

<sup>l</sup> Edit. Ven.: *En spectat adjuta novum memoranda per ævum*. Un. Cod. Vat. corr.: *En spectata dix dicta nunc memoranda per ævum*. Idem alius, nisi quod habet: *data sunt memoranda, etc.*

<sup>m</sup> Edit. Paris., *inspectata diu, data nunc, etc.*

<sup>n</sup> In Ven. Edit., *in urbe*. Item in tribus Codd. Vat.

<sup>o</sup> Edit. Paris., in margine, *clerus et ecce*.

<sup>p</sup> *Choraulis* sumptus est interdum pro capite Scholæ, nonnunquam pro Symphonico. Vide Glossar. Cangii. Fortunatus, in Vita sanctæ Radegundis, n. 36, narrat de ipsa quod cum noctu *inter choraulas et citharas circa monasterium a sæcularibus multo fremitu cantaretur*, intenta præcibus nihil audierit. Vide quæ supra dixit Fortunatus, lib. II, cap. 11, describens psalmodiam ecclesiæ Parisiensis.

<sup>q</sup> Cod. Vat., *cantat*.

<sup>r</sup> Edit. Paris., *deiatis*.

<sup>s</sup> Autumat Brow. triplicis machinæ nomine basilicæ figuram, ac descriptionem, in crucis formam structæ, designari. Quod clarius in sequente poemate exprimitur.

<sup>t</sup> Edit. Paris., *montis*; in marg., *montes*.

<sup>u</sup> Edit. Paris., *monitis*; in marg., *monitum*.

Hic petra firma manens, ille architectus habetur,  
Surgit in his templum, quo <sup>a</sup> placet ara Deo.  
Uno fonte pares, medicata fluentia rigantes,  
Restinguunt avidam, dulce liquore, sitim.  
Fortia bella gerens <sup>b</sup>, quisquis cupit astra tenere,  
Rex dedit hos proceres militis esse duces.  
Gallia, plaude libens, mittit tibi Roma salutem,  
Fulgur apostolicus visitat Allobrogas:  
A facie hostili duo propugnacula præsunt,  
Quos fidei turres, urbs, caput orbis, habet.  
Illi radiant oculi pretioso in corpore Christi,  
Lumine qui proprio cætera membra regunt <sup>c</sup>.  
Munere <sup>d</sup> Felicis cœli cape, Gallia, fruges,  
Pontificisque tui vota beata cole,  
Cujus castus amor dedit hanc in honore superno <sup>e</sup>,  
Ecclesie nuptæ, dote perenne, domum.  
Vertice sublimi patet aulæ forma triformis <sup>f</sup>,  
Nomine apostolico, sanctificata Deo.  
Quantum inter sanctos meritum supereminet illis.  
Celsius hæc tantum culmina culmen habent.  
In medium turritis apex super ardua tendit,  
Quadratumque levans crista rotundat opus.  
Alius ut stupeas arce ascendente per arcus,  
Instar montis agens, ædis acumen habet.  
Illic expositos <sup>g</sup> fucis animantibus artus,  
Vivere picturas, arte <sup>h</sup> reflante, putes:  
Sol vagus ut dederit per stagnea <sup>i</sup> tecta colorem,  
Lactea lux resilit, cum rubor inde ferit.

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., quod placet.

<sup>b</sup> Edit. Ven., bella gerit.

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat., membra tegunt.

<sup>d</sup> Ibid. munera Felicis. Edit. Paris., felices. In marg., felices.

<sup>e</sup> Edit. Ven., in honore supremo.

<sup>f</sup> Clarius hic exprimit, quod superius dixerat poeta:

Et Trinitatis opem machina trina sonet.

<sup>g</sup> In uno Cod. Vat., illic expositis suos animantibus.

<sup>h</sup> Ibid., arce reflante.

<sup>i</sup> Un. Cod. Vat., stagnæ. Item Ed. Ven.

<sup>j</sup> Eundem ornatum fuisse illius basilicæ, quam Leontius in honorem sancti Bibiani Santonis exstruxerat, vidimus cap. 12 lib. 1, ubi lege quæ ad illum locum adnotavimus. Sidonius, a Browero quoque laudatus, sic basilica in Lugdunensem, a Patiente episcopo exædificatam, et ornatam, describit. lib. II, epist. 10.

Ædes celsa nitet, nec in sinistram,  
Aut dextram trahitur, sed arce frontis  
Ortum prospicit æquinoctialem.  
Intus lux micat, atque bracteatum  
Sol sic sollicitatur ad lacunar  
Fulvo ut concolor erret in metallo.  
Distinctum vario nitore marmor,  
Percurrit cameram, solum, fenestræ,  
Acæub versicoloribus figuris  
Vernans herilida crusta Sapphiratos  
Flectit per prasinum vitrum lapillos.

<sup>k</sup> Edit. Paris., alterum.

<sup>l</sup> Edit. Ven., credit habere.

<sup>m</sup> Unus Cod. Vat., tota rapit.

<sup>n</sup> Edit. Ven., monitis præfulget.

<sup>o</sup> Ibid. cum patre Martino. Item in uno Cod. Vat.

<sup>p</sup> Ibid., fudit. licet in uno Cod. Vat. Edit. Paris., propriis diffundit.

<sup>q</sup> Edit. Ven., gemma superna.

<sup>r</sup> Armoricus regionis tractus est in Gallia, ad

A Ire, redire vides, radio crispante, figuras  
Atque lacunar agit, quod maris unda sole,  
Fulgorem astrorum meditantur tecta metallo;  
Et splendore suo culmina sidus habent.

Luna coronato quoties radiaverit ortu,  
Alter <sup>k</sup> ab æde sacra surgit ad astra jubar,  
Si nocte inspiciat hanc prætereundo viator,  
Et terram stellas credet <sup>l</sup> habere suas.  
Tota capit <sup>m</sup> radios, patulis oculata fenestris,  
Et quod mireris hic foris, intus habes.  
Tempore quo redeunt tenebræ, militi dicere fas sit,  
Mundus habet noctem, detinet aula diem.  
Dextera pars templi meritis <sup>n</sup> præfulget Hilari,  
Compare <sup>o</sup> Martino consociante, graduæ.

Gallia sic proprios dum fundit <sup>p</sup> ubique patronos,  
B Quos hic terra tegit, lumina mundos habet.  
Altera Ferreoli pars est, qui vulnere ferri,  
Munere martyrii gemma superba <sup>q</sup> nitet.  
Obtulit hæc Felix, ut sit magis ipse sacerdos,  
Christe, tuum templum, qui tibi templa dedit.

#### CAPUT VIII.

Ad eundem, in laudem ejus et regionis Armorici <sup>r</sup>.

[Laudat Felicem cum ob vetustatem ac nobilitatem generis, tum ob virtutem ac in tuendo grege curam et sollicitudinem.]

Illuxit festiva dies, me gaudia cogunt,

Ut quod plebs poterat, solus amore loquar.

Ultima quamvis sit regio Armoricus in orbe,

Felicis <sup>s</sup> meritis <sup>t</sup> cernitur esse prior.

C Oceanum occidentalem positæ, quæ etiam appellabatur Britannia minor, quod Britanni eam Gallie partem olim incoluerint, a quibus Letavia, sive littoralis nominata est, ut refert auctor Vitæ sancti Gildæ, abbatis Ruyensis, num. 16. Eadem dicta fuit Aremotica quasi ad mare sita, ducta voce nimirum ab ar, quod sonat super, et mor mare, ut habet Mabillonius, in notis ad præfatam Vitam sancti Gildæ sæc. 1. Bened. Tractus vero regionis ille a priscis extrema orbis ora atque regio vocata est, quod eam Oceanus terminaret, qui Britanniam majorem, extra hunc nostrum orbem jacentem, ut antiqui censebant, a Gallis dividit. De Aremoricis imperii incrementis ac decrementis, variisque gentis illius vicissitudinibus, plura habet Browerus, quæ, quod ad propositum nostrum non faciant, prætermittenda duximus.

<sup>u</sup> Credibile est Felicem hunc, cujus genus clarissimum celebrat Fortunatus, fuisse e stirpe Felicium, quos in Aquitania nobilissimos quondam ac potentissimos floruisse memorie proditum est. Exstat Sidonii Apollinaris carmen ad Felicem Magnum, qui erat præfectus prætorii et patricius, Felicis Magni consulis filius, in quo, cum ille jam a se contendisset ut poemata sua ederet, sic eum alloquitur:

Dic, dic, quod peto, Magne, dic amaho,  
Felix nomine, mente, honore, fama,  
Natis, conjuge, fratribus, parente,  
Germanis genitoris, atque matris,  
Et summo patruelum Camillo,  
Quid nugas temerarias amici,  
Quas sparsit teneras jocus juventæ,  
In formam redigi jubes libelli?

Exstat vel epistola Constantini Augusti ad Felicem, præfectum

<sup>v</sup> In uno Cod. Vat., Felicis merito.



Miserunt similes Oriens, et Gallia sortes,  
 Illa micat radiis solis, et ista tuis.  
 Nam splendore novo sua munera quisque ministrat,  
 Tu fers Oceano lumen, et ille rubro <sup>a</sup>,  
 Denique si sensus clara pro lampade fulget,  
 Ingenium vestram luminis instar habet.  
 Maxima progenies, titulis ornata vetustis,  
 Cujus et a proavis gloria celsa tenat.  
 Nam quicumque potens Aquitanica rura subegit,  
 Exsistit ille tuo sanguine, luce, parens.  
 Germinis antiqui venerabile culmen in orbe,  
 Laudibus in cuius militat omne decus.  
 Flos generis, tutor patriæ, correctio plebis,  
 Eloquii flumen, fons salis, unda loquax.  
 Semita <sup>b</sup> doctrinæ, jus causæ, terminus <sup>c</sup> iræ,  
 Cujus in <sup>d</sup> ingenium luc <sup>e</sup> nova Roma venit.  
 Illic quod poterat per plures illa docere,  
 Te contenta suo Gallia cive placet.  
 Ornamenta geris, gemino fulgentia dono,  
 Et te concelebrant hinc opus, inde genus.  
 Sed qui terrena de nobilitate nitebas,  
 Ecclesiam nunc spe nobiliore <sup>f</sup> regis.  
 Cujus ad aratrum [odoratum] <sup>g</sup> bene cultor iugiter  
 Ut jam multa Deo splendida dona dares. [iustus,  
 Nupsisti Ecclesie, felicia vota iugasti,  
 Hanc qui matronam dote potente <sup>h</sup> repleas.  
 Cujus in amplexu ducis sine crimine vit <sup>m</sup>,  
 Altera nec mulier corde recepta fuit.  
 Hanc oculis, animo retines, et corde pudico,  
 Unde tibi nupsit, castior inde manet.

præfectum prætorii, quam refert Sirmondus in app. Codicis Theodosiani, quam vide. Theodericus vero, Italiz rex, apud Cassiod., epistola 1, lib. II, scribens ad Anastasium imperatorem, ac loquens de Felicis consulari: *Felix, inquit, a consule sumat annus auspiciam, portamque dierum tali nomine dicatus annus, tempus introeat, faveatque reliquæ parti fortuna principis. Quid enim nobis credi possit optatius quam ut alumnos proprios ad ubera sua Roma recolligat, et in venerando nominis cætu senatim annumeret Gallicanum? Agnoscat curia Transalpini sanguinis decus, quæ non semel coronam suæ nobilitatis ejus flore vestivit. Novit inter reliquos fasces viros inde sumere consulares, qui longo stemmate ducto per trabes, lege temporum, originarius est honore. Et epistola II ad ipsum Felicem si ripta, qua eundem consulem declarat: *Non relinquit, ait, inglorios patimur, qui generis claritate prædicantur: currat quin imo honorum gratia per parentes... redit per te Transalpinæ familiæ consularis, et arentes lauros viridi germine renovasti.**

<sup>a</sup> Ibid., et iste rubro.

<sup>b</sup> Edit. Paris., semina.

<sup>c</sup> Narrat Greg. Turon., lib. IV Histor. Franc., cap. 4, Chansonem, Britannorum comitem, cum fratres interfecisset, ac quartum, Maeliavum nomine, vellet, item de medio tollere, per Felicem Namnetensem ab illa cæde cohibitu fuisse, quod ejus factum hic a Fortunato significari puto.

<sup>d</sup> Ingenium et eloquentiam Felicis vel supra commendavit Fortun., in epistola ad eundem scripta, cap. 4, hujusce libri.

<sup>e</sup> In uno Cod. Vat., hic nova Roma.

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., nobilitate regis.

<sup>g</sup> Ibid., cuius ad ornatum bene cultor. Item Edit. Ven., cuius ad ornatum, et duo alii Codd. Vat.

<sup>h</sup> Edit. Paris., te patiente; in marg. date potente.

<sup>i</sup> Edit. Ven. et Paris. 'uta tenetur ovis.

A Illa tibi prolem peperit, sed corpore virgo,  
 Et populum gremio fudit [fundit] amato tuo.  
 Ecce tuos natos, divina ex conjuge sumptos,  
 Et modo te gaudent, quos patris umbra tegit.  
 Proque salute gregis pastor per compita curris,  
 Excluseque lupo, tota <sup>i</sup> tenetur ovis.  
 Insidiatores removes, vigil arte Britannos <sup>j</sup>;  
 Nullius arma valent, quod tua lingua facit.  
 Tu quoque jejunis cibus es <sup>k</sup>, tu panis egentis,  
 Quæ <sup>l</sup> sibi quisque cupit, hic sua vota videt.  
 Divitias proprias in pauperis ore recondis,  
 Largas mendici ventre reponis opes.  
 Tempore quo veniet Christus, tunc omnia vobis  
 Judicis in facie sacculus iste refert.  
 Sit tibi fixa salus, numerosos ampla per annos,  
 B <sup>m</sup> Perpetuus felix nomine, mente, fide.

### CAPUT IX.

*Ad Felicem episcopum, de Paschate resurrectionis Domini.*

[Paschalia festa et gaudia celebrat, atque ex veris amicitate (quam, occasione nactus, fusius describit) temporis illius felicitatem ac divina quæ celebrantur mysteria commendat. Ad extremum Felicis Namnetensis in lucranda gente Saxonem et ad Christum convertenda diligentiam et operam consecrat carmine.]

Tempora <sup>n</sup> florifero rutilant distincta sereno,  
 Et majore poli lumine porta patet.  
 Altius ignivomum solem cæli orbita ducit,  
 Quæ <sup>o</sup> vagus Oceanus exit, et intrat aquas.

C

<sup>j</sup> Vide quæ diximus de Felice, ad c. 5 hujusce libri. Browerus vult egregiam Felicis operam in removendis a grege suo Pelagianis, quorum princeps Pelagius natione Britto fuit, existisse, atque illius ea in re meritum hic indicari a Fortunato. Sed potius crediderim, Felicis in reprimendis armis ac licentia Britannorum, quominus Namneticum agrum popularerentur, ad virtutem et sagacitatem huic locum esse referendum, idque clarius ex consequente versiculo significari:

Nullius arma valent quod tua lingua facit.

<sup>k</sup> Edit. Paris., ac.

<sup>l</sup> Unus Cod. Vat., quæ si quisque.

<sup>m</sup> Browerus indicat in margine adnotandam hanc lectionem aliam *perpetuo* ad versum ultimum.

<sup>n</sup> In Edit. Parisiensi an. 1614, et Lugd. apud Joan. Tornæsium, et Gul. Gazeium, an. 1561, in qua hoc poema attextitur Op. Lactantii, initium carminis sumitur a duobus versibus qui Brow. Edit. sunt n. 39 et 40: *Salva festa dies, etc.*, quibus in Edit. Paris. continuo subduntur alii duo positi num. 31 et 32: *Ecce renascentis testatur, etc.* Item in Hymnario cl. Tomm. Quanquam in illo mutilum reperitur hoc poema, cum post duos illos distichos carmen proseguatur: *Namque triumphanti post tristitia, etc.*, superioribus prætermisissis, et demptis duobus distichis qui post sequuntur: *Hinc tibi silra comis, etc.*, si tibi nunc avium, etc., tum carmen desinat ad versus illos exclusive: *Additur ac Felix, etc.* Augustus Buchnerus, in notis ad hoc carmen, censet distichum *Salve, festa dies, etc.*, esse legendum eo loco quo posuit Brow. Id quod et rerum consequentia postulare videtur.

<sup>o</sup> Unus Cod. Vat. et Ven. Edit., qui... oceanus; in alio Cod. Vat., qua... oceanas; in tertio, qui... oceanus.

Armatus radiis, elementa liquentia lustrans,  
 Adhuc nocte brevi tendit in orbe diem.  
 Splendida sincerum producunt æthera vultum,  
 Lætitiamque suam sidera clara probant.  
 Terra favens, vario fundit munuscula fetu;  
 Cum bene vernales a reddidit annus opes.  
 Mollia purpureum pingunt violaria campum,  
 Prata virent herbis, et micat herba comis.  
 Paulatim subeunt stillantia lumina <sup>b</sup> florum,  
 Arridentque <sup>c</sup> oculis gramina tincta suis.  
 Semine deposito, lactans <sup>d</sup> seges exilit arvis,  
 Spondens agricolæ vincere posse famem.  
 Caudice desecto <sup>e</sup> lacrymat sua gaudia palmas,  
 Uide merum tribuat, dat modo vitis aquam.  
 Cortice de matris, tenera lanugine, surgens,  
 Præparat ad partum turgida gemma sinum.  
 Tempore <sup>f</sup> sub hiemis foliorum crine revulsus <sup>g</sup>,  
 Jam reparat viridans frondea tecta nemus.  
 Myrta <sup>h</sup>, salix, abies, corylus, siler, ulmus, acer <sup>i</sup> nux,  
 Plaudit quæque suis arbor amœna comis.  
 Constructura <sup>j</sup> favos, apis <sup>k</sup> hinc alvearia linquens,  
 Floribus instrepitans <sup>l</sup> poplite mella rapit.  
 Ad cantus revocatur aves <sup>m</sup>, quæ carmine clauso,  
 Pigrior hiberno frigore muta fuit.  
 Hinc philomela suis attemperat organa cannis,  
 Fitque repercusso dulcior aura melo.  
 Ecce renascentis testatur gratia mundi,  
 Omnia cum Domino dona redisse suo.  
 Namque triumphanti post tristia tartara Christo  
 Undique fronde nemus, gramina flore favent.  
 Legibus inferni oppressis, super astra meantem,  
 Laudant rite Deum lux, polus, arva, fretum.  
 Qui crucifixus erat Deus, ecce per omnia regnat,  
 Dantque Creatori cuncta creata precem.

<sup>a</sup> In præf. Edit. Lugd. :

Cum bene vernarit, reddit et annus opes.

<sup>b</sup> Ibid., *stellantia lumina florum.*

<sup>c</sup> Ibid. :

Floribus arrident gramina cuncta suis.

<sup>d</sup> Edit. Ven., *late seges.* Item in Ed. Lugd.

<sup>e</sup> Ibid., et in Ven. Ed., *caudice deserto.*

<sup>f</sup> In uno Cod. Vat., *corpore sub hiemis*, corr.

<sup>g</sup> In Edit. Lugd., *crine refuso.*

<sup>h</sup> Ibid., *mista salix*, corr.

<sup>i</sup> In uno Cod. Vat., *ulmus, acermus.*

<sup>j</sup> In uno Cod. Vat., *construutura favos.*

<sup>k</sup> In uno Cod. Vat., *apes.*

<sup>l</sup> Edit. Paris., *inreptans.*

<sup>m</sup> Edit. Ven., *avis.*

<sup>n</sup> In Edit. Lugd., *mobilitas anni, mensum d. us.*  
 Item Edit. Ven., *mensum.* In uno Codic. Vat., *men-*  
*sum decus, arma dierum.* In alio, *mensum decus;*  
*mensum* scilicet pro *mensium* per synalæphen. Ita  
 Ovid., *Fast.* v, 187 :

Cum non sint, cedantque tibi confinia mensum.

<sup>o</sup> In Ed. Lugd., et Hymn. cl. Tom., *stridula cun-*  
*cta favent.* Ven. Ed., *stridula puncta fovens.* In duob.  
 Codd. Vat., *scriptula.* Ut autem legitur in Edit. Brow.,  
 scrupulum sive scriptulum, vicesima uncie pars est,  
 pro minutis autem quibusque rebus usurpari solet.  
 Adnotat laudatus Buchnerus hic *scriptula puncta* dici  
 a Fortunato, quomodo apud Virgiliium *metra verba,*  
 et apud Phædrum *verba monita.*

A Salve festa dies, toto venerabilis ævo ;

Qua Deus infernum vicit, et astra tenet.

Nobilitas <sup>a</sup> anni, mensium decus, alma dierum,

Horarum splendor, scrupula <sup>o</sup> puncta fovens.

Hinc tibi silva comis, hinc <sup>p</sup> plaudit campus aristas.

Hinc grates, tacito palmitè, vitis agit.

Si <sup>q</sup> tibi nunc avium resonant virgulta susurro,

Has inter minimo passer, amore cano.

Christe salus rerum, bone conditor, atque re-  
 [demptor,

Unica progenies ex deitate Patris.

Irrecitabiliter manans de corde Parentis,

Verbum subsistens, et penetrare <sup>r</sup> potens.

Æqualis, concors <sup>s</sup>, socius, cum Patre coævus,

Quo sumpsit mundus principe principium.

B Æthera suspendis, sola congeris, æquora fundis,

Quæque locis habitant quo <sup>t</sup> moderante vigent.

Qui genus humanum cernens mersum <sup>u</sup> esse pro-  
 [fundo,

Ut hominem eriperes, es quoque factus homi

Nec voluisti <sup>v</sup> etenim tantum te corpore nasci,

Sed caro quæ nasci pertulit atque mori.

Funeris exsequias pateris vitæ auctior, et orbis,

Intrans mortis iter, dando salutis opem.

Tristia cesserunt <sup>x</sup> infernæ vincula legis,

Expavitque chaos luminis ore premi.

Depereunt tenebræ Christi fulgore fugatæ,

Et terræ <sup>y</sup> noctis pallia crassa cadunt,

Pollicitam <sup>z</sup> sed redde fidem, precor, alma potestas,

Tertia lux rediit, surge, sepulte meus.

C Non decet, ut humili <sup>aa</sup> tumulo tua membra tegantur,

Neu <sup>bb</sup> precium mundi vilia saxa premant.

Indignum est, cujus clauduntur cuncta pugillo,

Ut tegat inclusum, rupe vetante, lapis.

Priscianus Fannius, in lib. de nummis et ponde-  
 ribus : *Obolus, ait, dicitur, ut Dardanus docet, scri-*  
*pulus esse, id est sex siliquæ.* Plura ad hunc Fannii  
 locum adnotat Elias Vinetus, qui ait scriptulum a  
 Græcis *γράμμος* nominatum fuisse juxta hunc disti-  
 chum :

Semioboli duplum est obolus, quem pondere duplo,  
 ἡμίση vocant, scriplum nostri dixerit priorea.

<sup>p</sup> In Edit. Lugd. :

Hinc tibi silva comis, plaudit quoque campus aristas.

In duob. Codd. Vat., *plaudit hito.*

D <sup>q</sup> Ibid. :

Hinc tibi nunc avium...

Has inter nimio passer amore canit.

<sup>r</sup> Ibid., *et patris ore potens.*

<sup>s</sup> In uno Codic. Vatic., *æqualis consors.*

<sup>t</sup> Ibid., *quæ moderata vigent.*

<sup>u</sup> Tres Codd. Vat., *mersisse.* Idem Ven. Edit.

<sup>v</sup> Hymn. cl. Tomm., et Edit. Lugd. :

Nec nostro tantum voluisti e corpore nasci.

In Ven. Ed. :

Nec voluisti etenim tantum de corpore nasci.

<sup>x</sup> Ibid., *tristia cesserunt.*

<sup>y</sup> Ib., *Æternæ noctis.* Edit. Paris., *tetris noctis*  
*forsan, terris.*

<sup>z</sup> Ibid., *sollicitam.*

<sup>aa</sup> Edit. Lugd., *non decet ut vili.*

<sup>bb</sup> Ibid., *non pretium.*

Lintea tolle, precor, sudaria linque sepulcro,  
 Tu satis es nobis, et sine te nihil est.  
 Solve catenatas inferni carceris umbras,  
 Et revocata sursum, quidquid ad ima ruit.  
 Rodde tuam faciem, videant ut sæcula lumen,  
 Redde diem, qui nos, te moriente, fugit.  
 Sed plane implesti remeans, pie victor, ad orbem <sup>a</sup>,  
 Tartara pressa jacent, nec sua jura tenent.  
 Inferus insaturabiliter cava guttura pandens,  
 Qui rapuit <sup>b</sup> semper, sit tua præda, Deus.  
 Eripis innumerum populum de carcere mortis,  
 Et sequitur liber, quo suus auctor adit <sup>c</sup>.  
 Evomit absorptam trepide fera bellua plebem <sup>d</sup>,  
 Et de fauce lupi subtrahit agnus oves.  
 Hinc tumulum repetens, post tartara, carne re-

[sumpta.

Belliger ad cælos ampla tropæa refers.  
 Quos habuit pœnale chaos, jam reddidit in te <sup>e</sup>,  
 Et quos mors peteret, hos nova vita tenet.  
 Rex sacer, ecce tui radiat pars magna triumphi <sup>f</sup>,  
 Cum puras animas sacra lavacra beant.  
 Candidus egreditur nitidis exercitus undis,  
 Atque vetus vitium purgat in amne novo.  
 Fulgentes animas vestis quoque candida signat,  
 Et grege de niveo gaudia pastor habet.  
 Additur ac [hac] Felix <sup>g</sup> consors mercede sacerdos.  
 Qui dare vult Domino dupla talenta suo.  
 Ad meliora trahens gentili errore vagantes,  
 Bestia ne rapiat [raperet], muvit ovile Dei,  
 Quos prius Eva [heva] nocens infecerat, hos modo  
 Ecclesiæ pastos ubere, lacte, sinu. [reddit. C  
 Mitibus alloquitis agrestia corda colendo,  
 Munere Felicis, de vepre nata seges.  
 Aspera <sup>h</sup> gens Saxo, vivens quasi more ferino,  
 Te medicante, sacer, bellua reddit ovem.  
 Centeno reditu tecum mæsura per ævum,  
 Messis abundantis horrea fruge replet.  
 Lamaculata tuis plebs hæc vegetatur <sup>i</sup> in ulnis,  
 Atque Deo purum pignus ad astra feras.  
 Una corona tibi de te tribuatur ab alto,  
 Altera de populo vernet adepta tuo.

<sup>a</sup> Edit. Lugd., et in Ven. Edit., *pie victor Olympum*.

<sup>b</sup> Ibid., *qui raperet semper*.

<sup>c</sup> Ibid., *quo suus auctor abis*.

<sup>d</sup> Edit. Paris. :

Evomit sorptam trepidam fera bellua prædam.

<sup>e</sup> Edit. Lugd., *reddidit iste*.

<sup>f</sup> Ibid., *pars magna tropæi*.

<sup>g</sup> Hunc Felicem de quo hic Fortunatus alium esse quam Namnetensem episc., vix suspicari possumus : ex quo apparet quam hallucinati sint qui hoc carmen Lactantio ascripserunt.

<sup>h</sup> Advertit Brow. olim mendosissime scriptum fuisse *asper agens Saxo*. Quærit idem Brow. quomodo Felix Namnetensis in Saxonas, tot regionum intervallo a sua diocesi dissitos, pietatem suam exercere potuerit, ac censet magnum eorum numerum, quod frequentibus cladibus a Francis attriti fuissent, captivos in Galliam deportatos, in quibus emendis, ut tunc moris erat religiosissimis viris, et Christo lucrandis, operam suam et liberalitatem Felix impenderit. Sed vide quæ adnotavimus ad c. 4 hujusce libri.

A

## CAPUT X.

*De domno Felice Namnetico, cum fluvium l alibi detorqueret.*

[Sumptuosissimum Felicis Namnetensis opus in detorquendo fluminis cursu, qua novo aggere constructo, qua veteris depresso et effosso, celebrat, ac quæ inde copiar vicinis populis erant perventuræ, non sine egregia Felicis laude, describit.]

Cedant antiqui, quidquid meminere poetæ,  
 Vincuntur rebus facta vetusta novis.  
 Includi fluvios si tunc spectasset Homerus,  
 Inde suum potius dulce repleret opus.  
 Cuncti Felicem legerent modo, nullus Achillem,  
 Nomine sub cujus cresceret artis honor.  
 Qui probus ingenio, mutans meliore rotatu,  
 Currere prisca facis flumina lege nova.  
 B Aggere composito, removens in gurgite laosum.  
 Quo natura negat, cogis habere viam.  
 Erigis hic <sup>k</sup> vallem, subdens ad concava montem,  
 Et vice conversa, hæc tumet, ille jacet.  
 Altr in alterius migravit imagine formam,  
 Mons in valle sedet, vallis ad alta subit.  
 Quo fuit unda fugax, crevit pigro obice terra.  
 Et quo prora prius, huc <sup>l</sup> modo plaustra meant.  
 Collibus <sup>m</sup> adversis flexas super invehis undas,  
 Et fluvium docilem, monte vetante, trahis.  
 Quo <sup>n</sup> rapidus [fluvius] flueret, veniens celer amnis  
 [adhæsit <sup>o</sup>.

Et subito, nato colle, retorsit iter.

Quæ prius in præceps, veluti sine fruge, rigabant P.  
 Ad victum plebis nunc famulantur aquæ.  
 Altera de fluvio metitur seges orta virorum,  
 Cum per te populo parturit unda cibum.  
 Qualiter incertos hominum scis flectere motus,  
 Qui rapidos fontes ad tua frena regis ?  
 Stet sine labe tibi, Felix, pia vita per ævum,  
 Cujus ad imperium transtulit unda locum.

## CAPUT XI.

*De Nicetio q episcopo Treverensi.*

[Laudat Nicetium, episcopum Treverensem, ob ejus innocentiam, misericordiam et liberalitatem in

<sup>1</sup> Edit. Paris., *vetetur*.

<sup>2</sup> Censet Brow. de Ligeris fluminis alveo, alio deportato, hæc a Fortunato dicta esse accipiendam, si minus, de amne Cariaco, minus nobili et claro, quod parum abest ab urbe Namnetensi. De quo idem Fortun., lib. v, c. 8, item scribens ad Felicem, canit :

Qua tua rura lavat vitrea Liger algivus nnda.

Cariaci speciosus ager devexus in amnem.

<sup>k</sup> Edit. Ven. *erigis hinc*.

<sup>l</sup> Ibid. et unus Cod. Vat. *hic modo plaustra*. Hic versus olim mendo se legebatur, teste Brow. hoc modo : *pro rapidis undis hic modo plaustra meant*.

<sup>m</sup> Edit. Paris., *collis in*.

<sup>n</sup> Unus Cod. Vat., *qua rapidus*.

<sup>o</sup> In Edit. Ven., *amnis obhæsit*.

<sup>p</sup> Ibid., *sine fruge rigebant*.

<sup>q</sup> Sancti Nicetii sanctitatem, et miracula, et actæ vitæ ordinem, describit Greg. Tur. lib. de Vitæ PP., cap. 17. Item eundem laudat lib. x Histor. Frauc., cap. 29, et de Gloria Confess., c. 94. Is a Clotario, quod ejusdem vitæ libere arguisset, pulsus in exsilium, a Sigiberto, statim atque regnum, Patre vitæ functo, adeptus est, revocatur, ac sedi suæ restituitur.

egenos ac peregrinos : ob pastorem sollicitudinem ac studium in sacris ædibus restaurandis.]  
**Splendor, apex fidei, venerabile a mente Niceti,**  
**Totius orbis amor, pontificumque b caput.**  
**Summus apostolico præcellens pastor ovili,**  
**Auxisti meritis, quidquid honoris habes.**  
**Divino insistens operi, terrena relinquis,**  
**Cui moritur mundus, non moriture manes.**  
**Vita brevis cunctis, sed non brevis illa beatis,**  
**Cum bona non pereant, jure perennis eris c.**  
**Dum tibi restrictus maneat, et largus egenis,**  
**Quod facis in minimis, te dare crede Deo.**  
**Captivus quicumque redit, sua limina cernens,**  
**Hæ lares patrios, tu capis inde polos**  
**Hic habet exsul openi, jejunans invenit escas,**  
**Qui venit esuriens, hinc satiat abit.**  
**Tristibus imponis curas purgando querelas,**  
**Et sanat cunctos una medela viros.**  
**Pauperis hinc lacrymas desiccas, gaudia præstans,**  
**Qui prius ingenuit, vota salutis habet.**  
**Te pascentes greges, nunquam lupus abripit agnos,**  
**Sunt bene securi, quos tua caula tegit.**  
**Templa vetusta Dei revocasti in culmine d prisco,**  
**Et floret senior, te reparante, domus.**  
**Hæc [hic] populis longos tribuas pia vota per annos,**  
**Et maneat pastor, ne lacerentur oves.**

## CAPUT XII.

*De Castello a ejusdem super Mosellam.*

[Nicetii Castellum, supra Mosellam positum, et ejus amoenitatem, nec non Nicetii in eodem ornando ac muniendo studium, elegantiamque celebrat.]  
**Mons in præcipiti suspensa mole tumescit,**  
**Et levat excelsum saxea ripa caput.**

tur. Obiit is circiter anno 566, Nonis Decembris, ut proinde hæc poemata, ad Nicetium scripta, non multo post adventum Fortunati in Galliam, ab eodem elucubrata dicenda sint.

At Brow. Nicetii obitum refert ad an. 564, sed fallitur cæteroque qua ratione eum nosse Fortunatus ac loqui cum ipso potuisset? qui ad annum 565, tantum in Gallias venit, ipsius confessione Broweri? Deinde Nicetius scripserat ad Just. imperat. litteras, quibus eundem, in hæresim lapsum, revocare nitentur, idque ad an. 566 ut refert Cointius ad hunc annum. Non is tamen diu post scriptas illas litteras superstes fuisse dicendus est.

<sup>a</sup> In sæc. i Bened., ubi refertur hoc carmen, sic legitur: *veneranda mente.*

<sup>b</sup> Sanctus Nicæus pontificum caput appellatur a Fortun., quod episcopus Ecclesiæ Trevirensis, metropolita esset: ejus Ecclesiæ splendorem et prærogativas pluribus celebrat Brow. in notis ad hunc locum.

<sup>c</sup> Sæc. i Ben., *perennis erit.*

<sup>d</sup> Ibid., in *lumine prisco.*

<sup>e</sup> Brow. Hoc Nicetii castellum, de quo hic Fortunatus loquitur, collocat intra Caladunum, haud longe a confluentibus, in Trevericæ archidiaconicæ titulo quod hodieque proprio idiomate episcopi rupem, sive saxum accolæ nominant; idque non solum ex conjectura Broweri assumat, sed etiam ex veteris schedæ ac semilaceræ testimonio, quæ istud poema præferbat insignitum tali nomine. Plurimum hac in re judicio Broweri deferimus, quod his locis i terferit.

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., *totus elevato.*

<sup>g</sup> Animadvertit Brow. haud longe a præfato situ, in quo Nicetii castellum locandum putat, rivum fluere. Rhon hodieque appellatum, truncato nomine

**Rupibus expositis, intonsa cacumina tollit,**  
**Tutus f et elato vertice regnat apex.**  
**Proficiunt colli, quæ vallibus arva recedunt,**  
**Undique terra minor vergit, et iste subit**  
**Quem Mosella tumens, Rhodanus g quoque parvulus** [amhit,

**Certanturque h suo pascere pisce locum.**  
**Diripiunt dulces alibi vaga flumina fruges,**  
**Hæc tibi parturiunt, Mediolane i, dapes.**  
**Quantum crescit aquis l pisces vicinius offert,**  
**Exhibet hinc epulas, unde rapina venit.**  
**Cernit frugiferos congaudens incola sulcos,**  
**Vota ferens segeti, fertilitate gravi.**

**Agricolæ pascunt oculos de messe futura,**  
**Ante metit visu, quam ferat annus opem**  
**B Ridet amœnus ager, tectus viridantibus herbis,**  
**Oblectant animos mollia præta vagos.**

**Hæc k vir apostolicus Nicetius arva l peragrans,**  
**Condidit optatum pastor ovile gregi.**  
**Turribus incinxit terdenis undique collem**  
**Præbuit hic fabricam, quo nemus ante fuit.**  
**Vertice de summo demittunt brachia murum,**  
**Dum Mosella suis terminus exstet aquis.**

**Aula m tamen nituit constructa cacumine rupis,**  
**Et monti imposito mons erat ipsa domus.**  
**Complacuit latum muro concludere campum,**  
**Et prope castellum hæc casa sola facit.**

**Ardua n marmoreis suspenditur aula columnis,**  
**Qua super æstivitas cernit in anne rates.**  
**Ordinibus ternis extensaque machina crevit,**

**C Ut postquam ascendas, jugera o tecta putes,**  
**Turris ab adverso quæ constitit obvia clivo,**  
**Sanctorum p locus est, arma tenenda q viris.**

istum putat eundem esse quem Fortun. *parvum Rhodanum* vocat.

<sup>h</sup> Unus Cod. Vat., *certaturque suo.*

<sup>i</sup> Mediolani vocabulum item studet accommodare Brow. agro, qui hoc Nicetii castellum et Mosellam interjacet ex similitudine affinis nominis. Quanquam post tot temporum spatia, quibus vel clarioribus urbibus et imperiis tam insignes vicissitudines acciderunt, nil mirum si unius aut alterius Castellum, vel agri nomina interciderent, et cum veteribus incolis, ac dominiis mutari potuerunt. Castrum Mediolanensis mentionem facit Greg. Tur., lib. vi Hist., cap. 51, apud quod Bituricenses, contra Desiderium ducent arma moventes, prælium commiserunt; quod ad Averam fluvium in sinibus Biturigum ponitur a Cointio, ad an. 583, n. 49, *Magdunum* hodie appellatum. Utrum vero fuerit idem de quo hic Fortunatus, haud delinire ausim.

<sup>j</sup> Unus Cod. Vat., *crescit aqua.*

<sup>k</sup> Duo Codd. Vat., *hoc vir.*

<sup>l</sup> Ergo peragrans, tam in Codd. Vat. quam Edit. Ven.

<sup>m</sup> Unus Cod. Vat., *tuta tamen nituit.*

<sup>n</sup> Vide quæ de simili fere descriptione Ædificii adnotavimus ad cap. 19 lib. 1.

<sup>o</sup> Hisce declarat Fortunatus ædificii amplitudinem, ut latos campos parietibus contineri et legi culmine credidisses; ideo exprimitur comina post *jugera*, et ante posuimus. Superius hunc eundem sensum expressit illis versibus:

Complacuit latum muro concludere campum;  
 Et prope Castellum hæc casa sola facit.

<sup>p</sup> Vide quæ diximus in notis ad c. 6, lib. 1.

<sup>q</sup> In Edit. Ven., *arma tenenda viris.*

Illic est etiam gemino <sup>a</sup> balliata volatu,  
 Quæ post se mortem linquit, et ipsa fugit.  
 Ducitur in rigidis sinuosa canalibus unda,  
 Ex qua fert populo hic mola rapta cibum.  
 Blandifluas stupidis induxit collibus uvas,  
 Vineæ culta viret, quo fuit ante frutex.  
 Insita pomorum passim plantaria surgunt,  
 Et pascunt vario floris odore locum.  
 Hæc tibi proficiunt, quidquid laudamus in illis,  
 Qui bona tot tribuis, pastor, opima gregi <sup>b</sup>.

## CAPUT XIII.

*De Magnerico Treverensi episcopo.*

[Magnericum, Treverensem episcopum, laudat ob virtutem, ac diligentiam in Ecclesia sua regenda, ob comitatem in omnes, ob liberalitatem in egenos, et hospites.]

Culuen <sup>c</sup> honorificum, Patrum Pater, archisacerdos,  
 Pontificale decus proficiente gradu.  
 Quem fidei titulus meritis erexit in altum,  
 Ecclesiæque caput, distribuente Deo.  
 Discipule egregii bone Magnerice <sup>d</sup> Niceti,  
 Nominis auspicio Mægne canende tui.  
 Clare sacro merito, tacto <sup>e</sup> informate magistro,  
 Quem reparas operum fructificante loco.  
 Cujus, opime, sequax, sancta et vestigia servans,  
 Rite minister agens, ecce magister ades.  
 Avictorisque pii successor dignus haberi,  
 Hæredisque sui frugiparensque manet.  
 Crevit post obitum pater, et te crescere fecit,  
 Dum capit ille polum, tu capis arce locum.  
 Grex alitur pro te, vice præcessoris, alumne;  
 Nec sua damna dolet, dum tua lucra tenet.  
 Fratribus optandus, jucundus honore ministris,  
 Charius et populis pastor amore places.  
 Te panem esuriens, tectum hospes, nudus amictum,  
 Te lassus requiem, spem peregrinus habet.

<sup>a</sup> *Gemino volatu*, id est, duplex ballista, ut interpretatur Brow., alia ad hastilia, alia ad saxa ejaculanda. Addit idem, forte *gemino volatu* significari alas, quibus missile, sagittæ instar, instrui solebat ad aerem facilius secandum.

<sup>b</sup> In uno Cod. Vatic., *pastor opime gregis*.

<sup>c</sup> Deest hoc poema in tribus Codd. Vat. et Edit. Ven.

<sup>d</sup> Magnericus successit Nicetio in sede Treverensi anno circiter 566, et pervenit ad an. 597, cujus vitam conscripsit Eberwinus, abbas cœnobii sancti Martini Treveris, sæc. x, e qua hoc carmen depromptum ac primum edidisse testatur Brow.

<sup>e</sup> Vide quæ diximus ad cap. 11 hujusce libri.

<sup>f</sup> Villicus successit Hesperio in sede Mettensi, qui conc. Arvernensi interfuerat an. 535. Villicus tenuit sedem Mettensem annos xxv et menses duos, ut affirmat Coimantius ad an. 566, ex Cod. sancti Symphoriani Mettensis. Ad in ms. exemplari, cujus meminit Brow., in notis ad hunc locum, Villicus vixisse legebatur sub *apostolicis Pelagio I, Joanne III, Benedicto I, imper. Justino et Tiberio Constantino*. Porro Bened. I creatus fuit pontifex an. 573, et Tiberius a Justino declaratur Cæsar an. 574, et Augustus an. 578. Sed vide Coimantium, loco supra citato, qui ex dicto Codice sancti Symphoriani, catalogum Mettensium pontificum, et annos quibus sederunt, describit, ibique Villici, de quo hic sermo est, mortem nec infra annum 562, quo circiter

A Hæc faciens interde magis, venerande sacerdos,  
 Ut commissa tibi dupla talenta feras.  
 Pro Fortunato exorans quoque dulcis amator,  
 Spem mihi dans veniæ, sit tibi palma, Pater.

## CAPUT XIV.

*Ad Villicum <sup>f</sup> episcopum Mettensem.*

[Mettensis urbis situm et ejus amœnitatem describit; tum Villici episcopi in fundendis precibus ad Deum studium et assiduitatem, pastorem vigilantiam, comitatem, in peregrinos misericordiam, munificentiam in pauperes, deprædicat.]

Gurgite cæruleo pelagus Mosella relaxat,  
 Et movet ingentes molliter amnis aquas.  
 Lambit odoriferas vernanti gramine ripas,  
 Et lavat herbarum leniter unda comas.  
 Hinc dextra de parte fluit, qua Salia <sup>g</sup> fertur,  
 Flumine sed fluctus pauperiore trahit <sup>h</sup>.  
 Illic ubi perspicuis Mosellam cursibus intrat,  
 Alterius vires implet, et ipse perit.  
 Hoc Mettis <sup>i</sup> fundata loco speciosa, coruscans,  
 Piscibus obsessum gaudet utrumque latus.  
 Deliciosus ager ridet vernantibus arvis,  
 Hinc sata culta vides, cernis et inde rosas.  
 Prospicis umbroso vestitos palmite colles,  
 Certatur varia fertilitate locus.  
 Urbs munita nimis, quam cingit murus et amnis,  
 Pontificis meritis <sup>j</sup> stas valitura magis.  
 Villicus æthereis qui sic bene militat armis,  
 Stratus humi genibus, te levat ille suis.  
 Unde humilis terris te projicis, alme sacerdos,  
 C Orando hinc patriæ ducis ad astra caput.  
 Fletibus assiduis acquiris gaudia plebi.  
 Pastoris lacrymis lætificantur oves.  
 Ictibus invalidis quamvis minuetur iniquus,  
 Tu <sup>k</sup> quibus es murus, vulnera nulla timent.  
 Et licet incluso lupus insidietur ovili,  
 Te custode gregis, nil tibi <sup>l</sup> prædo nocet.

anno idem opinatur in Galliam venisse Fortunatum, nec ultra 566 ponendam existimat.

<sup>g</sup> Duo Codd. Vat., et Ven., et Edit. Paris., qui *Salia*. Vulgo *Sallia* sicuti et in Ven. Edit. legitur.

<sup>h</sup> *Mire Mediomatricum urbem* (subdit Brow. in notis ad hunc locum) *fluvius hic et munit et ornat. Affluit ab occasu placidissimus, e summo labens, admirabilem præbens naturæ lusum e longinquo, vel alto prospectantibus, priusquam intra urbis se mœnia insinuat, parallelo ferme cum Mosella gradiens, cordis imaginem, acto gyro, sparsior efficit: inde rursum coalescens appetit arcem, et mox largior, in varia scissus, partim urbem intersusus obit, partim mœnia fo:is alluit, donec ad extremum se condat in Mosellam*. De Salia fluvio loquitur Fort., lib. vii, c. 4, hoc versiculo:

Seu qui Mettin adit, de Sale nomen habens.

<sup>i</sup> Mettæ, urbs in Gallia nobilissima, in qua reges Austriæ sedem habebant, cum tamen ipsi et Rhenis sederent, pro imperii (ut opinor) latitudine, et negotiorum diversitate, quippe qui regnum vel in Germaniam porrigerent. De Mettica regum Austrasiæ sede, et urbis illius situ, vide eundem Fortun., lib. x, c. 9. Istæc urbs ab Hunnis primum sub Attila incensa, postea a Vandalis capta, ac devastata est. Videtur Gregor. Tur., l. ii, c. 6, et Fregd. Schol., in Frag., n. 5.

<sup>j</sup> Duo Codd. Vat. et Ven. Ed., *pontificis merito*.

<sup>k</sup> Edit. Ven., in quibus est.

<sup>l</sup> Ibid., nil sibi.

Oblectas populos vultu sine nube sereno,  
 Cunctorumque animos gratia blanda fovet.  
 Si poscat novus hospes opem, tu porrigis escas,  
 Invenit et proprios ad tua tecta lares.  
 Dum satias querulum, magis obliviscitur illas,  
 Quas habet in patriis flauibus exsul opes.  
 Qui sua damna refert, gemitus subducit <sup>a</sup> ab ore;  
 Gaudia restituens tristia cuncta fugas.  
 Protegis hinc nudos, illinc tu pascis egentes,  
 Nil tibi reddit inops, reddit amore Deus  
 Horrea præmittis, melius tua condita servans,  
 Quas sic diffundis, dat paradisis opes.  
 Culmina templorum renovasti, Villice cultor,  
 Cum veniet Dominus, stat labor ecce tuus;  
 Commissum video non suffodisse talentum,  
 Sed magis optatum multiplicatur opus.  
 Longius extentos <sup>b</sup> peragas tam digna per annos,  
 Et maneat semper nomen, opime, tuum.

## CAPUT XV.

Ad eundem.

Pastor <sup>a</sup> opime gregis, cunctis tua pabula præsumt <sup>d</sup>,  
 Qui satias animas, quam bene membra fovet?  
 Sic avidos reddis convivas nectare lactis,  
 Ut scutella level, quod cocleare solet.

## CAPUT XVI.

Ad eundem.

Currit ovis, repetens a te sua pascua, pastor,  
 Qui cibus esse soles, da mihi panis opem.

## CAPUT XVII.

De pictura vitis, in mensa ejus dictum.

[Occasione cujusdam picture, in qua ales rostro carpebat uvas, Villici liberalitatem in convivas extollit.]

Vitibus intextis ales sub palmitate vernat,  
 Et leviter pictas carpit ab ore dapes.  
 Multiplices epulas meruit conviva tenere,  
 Aspicit hinc uvas, inde falerna bibit.

<sup>a</sup> Edit. Ven., subducit ab ore.<sup>b</sup> Ibid., longius extensos. In uno Cod. Vat., longius extensus.<sup>c</sup> Hoc poema, sicut et seq., videtur recitatum a Fortun. cum is a Villico fuisset convivio exceptus. In illo suo per Germaniam in Gallias itinere, crediderim Fortunatum cum Villico amicitiam inisse, et ab ipso affectum pluribus humanitatis, gratæque hospitalitatis officis.<sup>d</sup> In uno Cod. Vat., pabula præsumt, corr.<sup>e</sup> Edit. Ven., retia vestra patent.<sup>f</sup> Ibid., apparet et Petri.

<sup>g</sup> Hic Charentinus successit in sede Coloniensi Sommoeno; antecessit vero Ebreghisilum, qui, anno 590, a rege Childeberto legatus fuit, ut dissidia ac turbas monasterii Pietaviensis sedaret, ut refert Gregor. Turon., lib. x Histor. Franc., cap. 15. Perperam itaque in catalogis episcoporum Coloniensium Charentinus post Ebreghisilum ponitur, ut animadvertit Cointius, ad an. 562, qui ibidem refert ex Henrici Pantaleo sententia, i parte de Viris illustribus German., sedisse Charentinum ad an. 560. Illud ego addam sedisse eundem ultra annum 564, ut Fortunato notus esse posset, qui nonnisi ad an. 565 circiter in Gallias advenit, ut ostendimus in ejus Vita, num. 27. et seq.

<sup>h</sup> Colonia Agrippina et Agrippinensis, quam Agrippina, Germanici uxor, condidit, ut narrat Tacitus

## A

## CAPUT XVIII.

De piscibus in mensa ejus.

[Occasione piscium qui in mensa Villici copiose appositi fuerant, supernam ejusdem vocationem ad gerendum pastorale munus commendat.]

Retia vestra, pater <sup>e</sup>, oneroso pisce redundant,  
 Apparet <sup>f</sup> Petri vos meruisse vices.

## CAPUT XIX.

Ad Charentinum episcopum Colonie.

[Charentinum, Colonie Agrippinæ episcopum, laudat ob hospitalitatem et charitatem singularem in proximis, ob placidos tranquillosque mores, in pauperes misericordiam, in templa liberalitatem.]

Charentine <sup>g</sup>, decus fidei, Deitatis amice,  
 Nomine de proprio chare perennis amor.  
 Pontificem pollens Agrippina <sup>h</sup> Colonia præfert.  
 Frugiferis agris digue colone Dei.

Si videas <sup>i</sup> aliquos quacunq; ex gente creatos,  
 Quamvis ignotos, mox facis esse tuos.  
 Quos semel affectu astringis pietate paterna,  
 Ulterius nunquam dissociare potes.  
 Nec subito venias veluti fugitiva recedit,  
 Sed concessa cito gratia, fixa manet,  
 Verba Dei complens, sicut te diligis ipsum.

A te ita diligitur proximus omnis homo,  
 Vocas apostolicæ sectator dignus haberi,  
 Quæ charos animos præposuit <sup>j</sup> fidei.  
 Tranquillus, placidus, mitis, <sup>k</sup> sine nube serenus,  
 Cui rabies mundi nil dominare potest.

Pectora cunctorum relictis dulcedine verbi  
 Lætificas vultu tristia corda tuo.  
 Pauperibus cibus es, sed esurientibus esca <sup>l</sup>,  
 Rite pater populi, dando salutis opem.  
 Aurea <sup>m</sup> templa novas pretioso [specioso] fulta decore,  
 Tu nites, unde Dei fulget honore domus.  
 Majoris numeri quo templa capacia constant,  
 Alter in excelso pendulus ordo datur.

in Annalibus, l. xii, c. 27, his verbis: *Agrippina quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos, coloniamque deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius.*

<sup>i</sup> Videtur Fortunatus in illo suo per Germaniam itinere, a Charentino Colonie episcopo, perhumaniter exceptus, licet alienus, ignotusque vir, satis tamen probatus pietatis et ingenii ornamentis. Id fortasse ille indicat duobus istis versibus:

## D

Si videas aliquos, quacunq; ex gente creatos,  
 Quamvis ignotos, mox facis esse tuos.

<sup>j</sup> Edit. Ven., proposuit fidei.<sup>k</sup> In uno Cod. Vat. et Edit. Paris., placidusque mihi.<sup>l</sup> Edit. Paris., es dasque esurientibus escam.<sup>m</sup> Narrat Gregor. Turon., lib. i de Gloria martyr., cap. 62, quod apud urbem Agrippinensem erat basilica exstructa in memoriam quinquaginta martyrum ex legione Thebæorum, quæ quia *ednārabili opera ex Musivo quodammodo deaurata splendebat, smotos aureos ipsam basilicam incolæ vocitatum voluerunt.* Hanc itaque basilicam a Charentino renovatam, seu restauratam fuisse videtur innuere Fortunatus hoc versiculo:

Aurea templa novas, pretioso fulta decore.

Sollicitat pia cura gregis, te pastor opime,  
 Nil lupus a stabulis quo vigilante rapit  
 Tempora longævo teneas felicia tractu,  
 Et per te Domini multiplicentur oves.

## CAPUT XX.

*De Igidio [Ms.; Egidio] episcopo Rhemensi [Ms.,  
 Rhemorum].*

[Egidium, Rhemensem episcopum, impense laudat  
 ob diligentiam in credito sibi grege curando, ob  
 eloquii vim atque doctrinam in erudienda plebe,  
 ob beneficentiam in miseris et calamitosos.]

Actibus egregiis, venerabile eulmen Igdi <sup>a</sup>,  
 Ex cujus meritis crevit honore gradus.  
 Subtrahor ingenio, compellor amore parato,  
 Laudibus in vestris prodero pauca favens.  
 Namque reus videor tantis existere causis,  
 Si solum taceam, quidquid ubique sonat.  
 Sed quamvis nequeam digno sermone fateri,  
 Da veniam, voto me voluisse loqui.  
 Exiit in mundum <sup>b</sup> gestorum fama tuorum,  
 Et meritis propriis sidus in orbe micat.  
 Clarior effulges quam lucifer ora sereno,  
 Ille suis radiis, tu pietate nitens.  
 Nil lupus insidiis cauto subducit ovili,  
 Te pastore sacro pervigilante gregem.  
 Facundo eloquio celestia dogmata fundis,  
 Ecclesie crevit <sup>c</sup>, te monitore, domus.  
 Pontificis studio correctio plebis haberi <sup>d</sup>,  
 Ne tenebræ nocent, semita locis ades.  
 Cum torum recreas animos dulcedine verbi,  
 Qui satias epulis, pascis et ore greges.  
 Præcepta implentur, non solo pane cibamur,  
 Delicias capimus, quas tua verba ferunt.  
 Ut gaudet corpus, cui mitior esca paratur,  
 Sic animæ gaudent, si tua lingua sonet.  
 Hæresis, ira cadit, forti te milite Christi,  
 Acquis regi, qui dedit arma tibi.  
 Qui purgas spinis agros, sermone colente,  
 Et mundata Deo surgit ubique seges.  
 Qui venit huc exsul, tristis, defessus, egenus,  
 Hic recipit patriam, te refovente, suam

<sup>a</sup> Hic Egidius potentissimus vir fuit apud Childebertum regem, a quo et legatus missus est ad Chilpericum, ut suo nomine de rebus gravissimis ageret, et exortas inter utrumque dissensiones componeret. Idem postea conjurationis ac perfidie convictus adversus eundem Childebertum, in synodo episcoporum et sacerdotii gradu depositus est atque Strateburgum relegatus. Hæc an. 590, ante quod tempus profunde Egidius, adhuc florens prohibitatis fama, magna apud reges auctoritate et gratia, laudatur hoc carmine a Fortunato. Lege Greg. Tur., lib. x, cap. 19.

<sup>b</sup> In duobus Mss. Vat., et Ven. Edit., exiit in mundo.

<sup>c</sup> Flodoardus, lib. II, cap. 2 Histor. Eccl. Rhem., narrat ab hoc Egidio patrimonium Ecclesie Rhemensis pluribus bonis auctum fuisse, maxime ex regis Childeberti liberalitate.

<sup>d</sup> In uno Cod. Vat., correctio plebis alumna.

<sup>e</sup> Edit Ven., quæ doluit.

<sup>f</sup> In uno Cod. Vatic., reddis amore dapes.

<sup>g</sup> Putat Brow. hunc fuisse Hilarium, episcopum Gabalitanum; sed cum is interfuerit concilio Arvernensi an. 535, miror ad Fortunati usque tempora

A Qui <sup>e</sup> doluit, tollis gemitus in gaudia vertens,  
 Exsiliunt removes, reddis amore Lares <sup>f</sup>.  
 Pauper habere cibum, meruit quoque nudus amictum,  
 Invenit hic semper, quæ bona quisque cupit.  
 Consultum tribus generaliter omnibus unum,  
 Qui populi pater es, tot pia rite regis [geris].  
 Hæc tibi vita diu, domino tribuente, supersit,  
 Atque futura micet lucidiore die.

## CAPUT XXI.

*Ad Hilarium et episcopum.*

[Salutatorias ad Hilarium episcopum litteras mittit,  
 suamque in absentem memoriam et benevolentiam declarat.]  
 Lux sincera animi, mihi semper <sup>b</sup> dulcis Hilari,  
 Quamvis absentem quem mea cura videt.  
 B Cujus honestus amor tantum mea corda replevit,  
 Ut sine te nunquam mente vacante loquar.  
 Versibus exiguis mandamus vota salutis;  
 Quæ dedit effectus, sint tibi chara [grata], precor.

## CAPUT XXII.

*Ad Berthechramnum <sup>1</sup> episcopum, cum elevaretur in  
 currum.*

A Berthechramno episcopo, Fortunatus in rhedam,  
 honoris causa, exceptus, hanc ejusdem in se comitatem,  
 tum in cæteris omnes humanitatem et benevolentiam carmine consecrat.]  
 Carriicali genus est, memorat quod Gallia rhedam,  
 Molliter incedens orbita sulcat humum.  
 Exsiliens duplici <sup>1</sup> bijugo volat axe citato,  
 C Atque movet rapidas juncta quadriga rotas.  
 Huc ego dum famulans comitate jungor eodem,  
 Et mea membra cito dum veherentur equo,  
 Pontificisque sacri Berthechramni actus honore,  
 Comprehendente manu raptus in axe levor.  
 Qualiter implumes fetus pia mater hirundo,  
 Confovet, et placide pennula tensa tegit.  
 Sic bonitate potens, affectu dives opime,  
 In proprium pastor molle sedile locat.  
 Nec solum amplectens pia mens, sed diligit omnes,  
 Unda magis populis unicus <sup>2</sup> existet amor.

vixisse. Ac sane Hilario Gabalitano successisse refertur Evanthius, qui interfuit concilio Aurelianensi IV, habito an. 541. Vide cl. Ruin. in notis ad Vitas PP., cap. 6, n. 4 et 5. Alius Hilarius Diniensis episcopus fuit qui jam sedebat ad an. 554. Num forte hic fuit, ad quem Fortunatus hoc poema scripsit?

<sup>b</sup> Edit. Ven., semper mihi dulcis.

<sup>1</sup> Berthechramnus episcopus Burdegalensis fuit, regis Guntchramni matri affinis, ut refert Greg. Turon., lib. VIII Histor., cap. 2. Interfuit synodo Matisconensi II, celebratæ anno 585, eodemque anno a synodo illa regressus obiit, ut narrat Greg. Tur., lib. VIII Histor. Franc., c. 22.

Fuit et alius Berthechramnus episcopus Cenomanensis, qui successit Badegisillo, circa an. 486, de quo Greg. Tur., lib. VIII Histor., cap. 39. Is unus fuit ex iis episcopis qui ad turbas monasterii Pictaviensis compescendas operam suam et auctoritatem contulere, de quibus Greg. Tur., lib. IX Histor., cap. 41. Definire non ausim ad quemnam horum scribat hic Fortunatus, cum utriusque tempora Fortunati temporibus conveniant.

<sup>2</sup> In uno Cod. Vat., duplici jugo.

<sup>3</sup> Unus Cod. Vat., et Ven. Edit., existat amor.

## CAPUT XXIII.

*Ad eundem de opusculis suis [ejus].*

[Elucubrata a Berethechramno poemata, grandi ac tumido eloquio conscripta, dicit se excepisse, et eadem laudat ex parte, ex parte vero notat ac reprehendit.]

Ardua suscepi missis epigrammata chartis,  
Atque cothurniato verba rotata sopho <sup>a</sup>.  
Percurrens tumido spumantia carmina versu,  
Credidi in undoso me dare vela freto.  
Plana procellosos ructavit pagina fluctus,  
Et velut Oceanus <sup>b</sup> fonte refudit aquas.  
Vix modo tam nitido pomposa poemata cultu  
Audit Trajano <sup>c</sup> Roma verenda <sup>d</sup> foro.  
Quid si tale decus recitasset in aure senatus?  
Stravissent plantis <sup>e</sup> aurea fila tuis.  
Per loca, per populos, per compita cuncta videres,  
Currere versiculos, plebe favente, tuos.  
Sed tamen in vestro quædam sermone notavi,  
Caruine de veteri furta novella loqui.  
Ex quibus in paucis superaddita syllaba fregit,  
Et pede læsa suo musica clauda <sup>f</sup> jacet.  
Nunc, venerande Pater, prece, voto, voce, saluto,  
Commendans animum supplice corde meum,  
Sit tua vita diu, cujus modulante camena  
Cogimur optatis reddere verba jocis.

<sup>a</sup> Sophus pro populari plausu, et acclamatione hominum, sapiens dictum aliquod, aut scriptum approbantium hac voce *σοφως*, usurpatur et a Martiali locis in pluribus, et a Sidonio Appoll., lib. 1, epist. 9., lib. viii, epist. 6, lib. ix, epist. 13, car. 8, et alibi, ut et Brow. animadvertit. Sed hic aperte *sophus* adhibetur a Fortunato pro elegantia dictionis ac gravitate, quo in sensu vel sæpe alias ab eodem usurpatur.

<sup>b</sup> Duo Codd. Vat. et Ven. Ed., *Oceanas*.

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat., *audit Trojano*, corr.

<sup>d</sup> Sirmundus in notis ad Sidonium Appoll., lib. iii, epist. 8, et in dict. vii Magni Felicis Ennodii, indicat non in uno tantum Romæ foro, sed in diversis rhetores declamare solitos. Ita de foro Athenæo testis Lampridius in Alexandro, ad Athenæum, inquit, *audiendorum et Græcorum, et Latinorum rhetorum, vel poetarum causa; frequenter processit*. De foro Martis index est vetus adnotatio in Cod. Apuleiano Bibl. Vaticane, ut refert Sirm. in notis ad epist. 8 lib. iii Sidonii. De foro denique Trajano hic Fortunatus, et lib. viii, cap. 8.

Browerus in notis ad hunc locum animadvertit in foro Trajano statuas viris, aliqua ingenii ac litterarum laude conspicuis, erigi solitas; idque ex Volaterrani et Sidonii testimoniis confirmat, utique ut iis exemplis hominum ingenia ac studia ad ejusdem imitationem laudis acuerent. Itaque Ennodius, dict. vii, quæ inscribitur in *dedicatione auditorii*, quando ad ferum translatio facta est, hæc habet: *Ut campus militum, mare navitas, fora caudicium, sollicitant secreta raptorem, ita auditoria linguas exercent. Num quæ malum ratio suadebit silentium in loco in quo sunt præmia constituta verborum? ubi orationis palma, si hic gratia taciturnitatis? bene solvuntur sudoris prætia, ubi sunt templa victoriæ, etc.* Sed lege Sirmund., in notis ad Sidon., car. 9.

<sup>e</sup> Ex Ven. Edit. *correximus plantis pro blandis*.

<sup>f</sup> Ibid. et in duob. Codd. Vat., *cloda genit*.

<sup>g</sup> Browerus putat hunc Agricolam, seu Agræculam, fuisse episcopum Cabillonensem, cujus pater, vir ex ordine senatorio, in Fortunatum tam munificus ac liberalis exstitit. Ac Coitino magis assentior, qui

A

## CAPUT XXIV.

*Ad Agricolam episcopum <sup>a</sup>.*

[Scribens ad Agricolam, parentis illius in se beneficia commemorat, ac rogat ut quæ patris diligentia et opera sata fuerant in sese, hæc filius alat, et perficiat.]

Præsul, honoris apex, generis fideique cacumen,  
Cultor agri pollens, pastor opime gregis,  
Cum mea terra manu meruit genitoris arari,  
Reddatur nati vomere culta sui.  
Nam pater effectu, dulci memorabilis orbi,  
Me vobiscum uno fovit amore duos.  
Corde parens, pastu nutrit, bonus ore magister,  
Dilexit, coluit, rexit, honesta dedit.  
Ille pio studio sulcata novalia sevit,  
Quod pater effudit hoc mihi semen ale.

B

## CAPUT XXV.

*Ad Felicem <sup>b</sup> episcopum Biturigensem, scriptum in turrem [turre] ejus.*

[Turrim, quam Felix episcopus construendam curaverat ad continentum sacrosanctum Christi corpus celebrat caruine.]

Quam bene juncta decent, sacrati ut corporis agni  
Margaritum <sup>i</sup> iugens aurea dona ferant.  
Cedant chrysolitis Salomonias vasa metallis,  
Ista placere magis ars [arx] facit, atque fides.

mavult hunc fuisse Agricolam episcopum Nivernensem, qui anno circiter 580 sedem illam adeptus est; atque anno 583 concil. Matisconensi interfuit, et in monasterii Pictaviensis tumultibus reprimendis suam cum cæteris episcopis auctoritatem interposuit, ut constat ex Greg. Turon., lib. ix, cap. 41. Decessit vero an. 594, ex quo intelligi potest eum fere æqualem fuisse Fortunato.

Agricola vero, episcopus Cabillonensis, quem laudat Greg. Turon., lib. v Hist., c. 46, obiit an. 580, natus annos LXXXIII, cum sedisset duodequinginginta, ut verisimile haud sit patrem ejus vixisse, cum venit in Gallias Fortunatus, multo vero minus eundem cum filio suo Agricola erudire et educare potuisse.

<sup>b</sup> Hic Felix episcopus Bituricensis creatus est anno 568; interfuit concil. Parisiensi iv, an. 573, ac non multo post obiit. Ejus sanctitatem laudat Greg. Tur., lib. de Gloria confess., cap. 102.

<sup>i</sup> Margaritæ apud Græcos scriptores appellantur particulæ sacræ Eucharistiæ, quæ ex hostia, cujus quartam partem sumebat sacerdos, minutius concinæ servabantur pro infirmis. Vas, in quo illæ tenebantur *Μαρμαριτις* dictum est a recentioribus Græcis, ut docet Franciscus Richardus in Relatione de insula sanctæ Irenes, pag. 221, uti legitur in Gloss. Dufresne. Prudentius etiam ingentis Margariti mentionem facit in carm., quod *Psychomachia* inscribitur, ubi Sapientie aulam describens, inquit:

At domus interior septem subnixâ columnâ.  
Crystalli algoutis, vitrea de rupe recisi,  
Construitur, quarum legit è lita calculus albens  
In conum cæsus capita, et sinuamine subter  
Subductus conchæ in speciem, quod mille tulentis  
Margaritum ingens, opibusque et censibus hæc,  
Aduclis, animosa lides mercata pararat.

quibus ex versibus quænam esset margariti ejusmodi species ac forma, facile conjici potest. Quamquam ejusmodi margarita crucis formam prætulisse, ex quo et cruciculæ appellabantur, colligi potest ex libello de sanguine Christi, Angiæ asservato, qui existat apud Mabilionium, t. III An. Bened., pag. 699. Præclare autem hunc ad locum advertit Browerus



Quæ data, Christe, tibi Felicis munera sic sint.

Qualia tunc tribuit de grege pastor Abel.

Et ejus tu corda vides, pietate cœquas <sup>a</sup>

Saraptæ <sup>b</sup> merito, quæ dedit æra duo.

#### CAPUT XXVI.

*Domno sancto, atque apostolicis actibus prædicando <sup>c</sup> domno, pio, et peculiariter dulci in Christo Patri Avito papa <sup>d</sup>*

[Aviti Arvernensis episcopi hospitalitatem, ac in pascendo et tuendo grege diligentiam celebrat; tum quædam ejusdem ad se, et Agnetem, ac Radegundem, missa munera commemorat.]

Officiis intente piis, Pater orbis, Avite <sup>e</sup>;

Gloria pontificum, noster et altus amor.

Per quem plebs, regio, peregrinus <sup>f</sup> et hospes alun-

tur, **B**

In quo euncta capit, quæ sibi quisque cupit.

Ex opere immeritus merui pia dona patroni,

Ne minimam pascens immemor esses ovem.

Qui trahis ore greges æterna ad pabula Christi,

Qualiter hinc vivant, est quoque cura tua <sup>g</sup>

Semper et absentes præsens tua protegit ala,

Quo pede non curris, munere totus ades <sup>h</sup>

Muneribus vestis aut Agnes, aut Rhadegundes,

Multiplici orantes fomite vocis agunt.

In <sup>i</sup> cœlos penetranda seras <sup>j</sup>, Pater alte, talenta,

Quæ centena suo tempore culta metas.

Per dominum regemque bonum, precor, aulice <sup>k</sup>

[præsul.

Ut Fortunati sis memor, alme, tui.

#### CAPUT XXVII.

*Ejusdem ad eundem.*

[Avito, qui a se contenderat ut versiculos scriberet, narrat eidem se satisfacisse; in quo ingenii pro-

**A** prii imbecillitatem et linguæ inopiam excusat, quam suis votis ait compensari.]

Paruimus jussis, sacre ac venerande sacerdos,

Et Pater, imperiis, dulcis Avite, tuis.

Garrulitate levi potius stridente cicuta,

Quam placeat liquido nostra camena mælo.

Sed tamen, ut veniam tribuas, pietatis amator.

Intende obsequio <sup>l</sup>, nec trutinato sophum.

Munere pro magno modicus hæc parvula solvo.

Pensetur votis, est quia <sup>m</sup> lingua rudis.

#### CAPUT XXVIII.

*Ad eundem.*

[Aviti in hominum sibi animis conciliandis et charitate devinciendis miram indolem, ac præcipue munificentiam in peregrinos et hospites, nec non alias ejusdem virtutes, commendat; tum suum in illum præcipuum studium ac benevolentiam declarat.]

Virtutum quid celsa fides mereatur honoris,

Summæ sacerdotum, dulcis Avite, probas.

Qui nectens animos cunctorum in amore beato,

Post te, chare Pater, pectora capta trahis.

Sed tamen inter eos, tua quos dulcedo replevit,

Promptus in affectu portio major agor.

Lumen dulce meum, patriæ vigor, altor egentum,

Spes peregrinorum, ductor honorque patrum.

Si mea vox jugi resonaret acumine carmen,

Laude minor loquerer, major amore, Pater.

Maxima sed nostri datur hæc occasio voti,

Vel memorare tuum nomen, opime, sacrum.

**C** Commendantur item vestræ pietatis amor,

Agnes voce humili cum Radegunde pari.

Larga salutiferos vigeat tibi vita per annos,

Nam tua quæ fuerit, sit mea, chare, salus.

istam Felicis diligentiam in margarito construendo, quod sacrum Christi corpus ferret, ac contineret, respondere canoni 3 concil. Tur. II, cui concil. Germanus Parisiensis interfuisse ac subscripsisse reperitur. In eo autem canone decretum fuerat ut corpus Domini in altari, non in imaginario ordine, sed sub crucis titulo componeretur, sive, ut explicat Cointius, non inter sacras imagines, supra altare poni solitas, sed sub cruce ipsa, quæ in medio altari, ut digniore et eminentiore loco, poni consueverat, collocaretur. In eo autem errat Brow., quod referat Felicem cum Germano Parisiensi, a quo olim episcopus ordinatus fuerat, concil. Turon. II interfuisse, cum conc. Tur. II habitum fuerit an. 6 regni Chariberti, sive an. 566, ac Felix nonnisi anno 568 episcopus creatus fuerit; nec vero Felicis nomen usquam inter cæteros episcopos, qui synodo illi interfuisse, scriptum reperitur. Vide Coint., ad an. 566 et 568.

Veterem autem hanc Ecclesiæ consuetudinem in servandis fragmentis sanctæ Eucharistiæ, quæque hic egregie a Fortun. commonstratur, pluribus exemplis ac testimoniis probat Cointius ad an. 566, nota. 19, quem vide.

<sup>a</sup> Cod. unus Vat. et Ven. Edit. cœquas.

<sup>b</sup> Saraptæ; vulgo, ut raptæ merito. Baron., in append. tom. VII, par viduæ merito; ex Ms. Trev. et sancti Galli repo.uit Brow. Saraptæ merito. Consonant Codd. Vat. Edit. Ven., Saraptæ merito. Unus Cod. Vat., Syraptae. Nititur deinde Brow. afferre rationem cur Fortunatus mulierem illam evangelicam, quæ Lucæ XXI, 4 et seq. a Christo laudata est,

quod in gazophylacium æra minuta duo misisset. Sareptam appellari, et confuderit cum vidua illa Sarepatana, quæ Eliam hospitio excepit; idque factum ait ob similitudinem fortunæ utriusque, ac liberalitatis, et quod utraq; Ecclesiæ typum gesserit.

<sup>c</sup> In Ven. Edit., præconando.

<sup>d</sup> Additur ibid., et in Cod. Vat., Fortunatus humilis.

<sup>e</sup> Hic Avitus successit Cautino in sede Arvernensi, qui obiit an. 571, lue quæ illo anno in Italia et Gallia grassabatur confectus, de qua Greg. Turon., lib. IV Hist., cap. 31. Sancti Aviti vero mors refertur ad an. 594, ut valet Cointius, ex Joanne Savaro, in Originibus Claromontanis. Avitum impensè laudat Gregor. Turon., lib. IV Hist. Franc., cap. 35. Hujusce sancti pontificis studio ad ecclesiastica scripta se sollicitatum fuisse, narrat idem Greg. Tur., lib. de Vita Patrum, cap. 2.

<sup>f</sup> Gregor. Turon., lib. IV Histor., cap. 35, ita laudat Aviti hospitalitatem: Jam si peregrinus ad eum advenerit, ita diligitur, ut in eodem se habere et patrem recognoscat et patriam.

<sup>g</sup> Duo Codd. Vat. et Ven. Edit., cura tui.

<sup>h</sup> Edit. Ven., munere totus ades.

<sup>i</sup> Codd. duo Vat. et Ven. Edit., ad cœlos.

<sup>j</sup> Ibid., in Ven. Edit., seris.

<sup>k</sup> Hic videtur Fortun. declarare gratiam Aviti apud eum regem, de quo plura Greg. Turon., lib. IV Hist., c. 35.

<sup>l</sup> Ven. Edit., intende obsequium.

<sup>m</sup> Duo Codd. Vat., et Ven. Edit. est cui lingua.

## CAPUT XXIX.

*De domno Agérico [Ad Angericum] a episcopo Veroduni b.*

[Agericum, episcopum Veroduni [de Veroduna, Vi-rodunum.], laudat ob beneficentiam in pauperes, ob diligentiam, ac doctrinam in pascendo grege, ob munificentiam in templa.]

Urbs Veroduna a brevi quamvis claudaris in orbe,  
Pontificis meritis amplificata, places.  
Major in angusto præfugit gratia gyro,  
Agerice, tuus quam magis auxit honor.  
Plurima magnarum fudisti semina laudum,  
Quæ matura operis fertilitate metis d.  
Tempore præsentis victum largiris egenis,  
Unde futura dies centuplicabit opes.  
Dogmatis arcani reseras penetralia, pastor,  
Nec solum dapibus, pascis et ore greges.  
Templa vetusta e novas, pretiosius et nova condis.  
Cultior est Domini, te famulante, domus.  
Egregios f fontes sacri baptismatis exples,  
Tam pia divino fonte repletus agis.  
Candida sincero radiat hæc aula sereno,  
Et si sol fugiat, hic manet arte dies.  
Ad nova templa avidæ concurrunt undique plebes.  
Et tribuis populis plus in amore Deum.  
Te solamen inops meruit, te nodus amictum,  
Et solus cunctis potus, et esca manes.  
Felix, qui meritis æternæ lucis amator,  
Tempore tam modico non moritura paras.

## CAPUT XXX

*De Agerico episcopo Veroduni.*

[Agericum item laudat ob doctrinæ præstantiam, ob rerum humanarum contemptum, ob vitæ innocentiam, sinceritatem, scientiam rerum divinarum, ob liberalitatem in pauperes.]

Phœbus ut elatum suspendit in æthera currum,  
Purus et igniferum spargit ubique jubar;  
Effusis radiis totum sibi vendicat orbem,  
Montes, plana replens, ima vel alta tenet.  
Sic præsul splendore animi cum sole coruscas.  
Ille suis radiis fulget, et ipse tuis.  
Agerice sacer, cujus s sermone colente,  
Ecclesiæ segetis h fertilitate placent.  
Terrenis sterilis rebus, fecunde supernis,  
Humana i spernens, dives iture polis [polos].

a Agericus in sede Verodunensi successit Desiderato anno 550, cum esset civis Verodunensis. Childoberto regi gratissimus fuit, quom ipse de sacro fonte susceperat, vir egregia pietate, atque præclaris vitæ meritis conspicuus. Obiit circa an. 588, ex gravi dolore et animi acerbitate, quam ex Guntramni Bosonis, pro quo ipse sponderat, cæde et Berthefredi (quem, cum ad ejus oratorium confugisset, a Childoberti satellitibus defendere nequiverat) noce, ac loci sacri violatione, conceperat. Loge Greg. Turon., lib. ix Hist. Franc., cap. 23.

b Unus Cod. Vat., episcopo de Veroduno.

c Est Verodunum urbs Belgica I, peramano ad Mosam situ, basilicis, monasteriis, templisque egregie instructa, provincialis Trevericæ metropoli, olim in Lotarii regno clara, nuper etiam in imperio Germanico, comitatus titulo, qui penes episcopum loci, non obscura. Brow., in notis ad hunc locum.

d Unus Cod. Vat., fertilitate metes.

A Illecebris mundi mundus, lasciva repellens:  
Nil cui surripuit carnis amarus amor.  
Lubrica culpa perit; neque mors de crimine gaudet.  
Cum tua delictis libera membra vides,  
In templis habitando piis, sic purus haberis,  
Ut tua corda, Pater, sint pia templa Dei  
Eligit in tali Christus se vase recondi,  
Quam sibi purgavit, possidet ipse domum.  
Non dolus in labiis, nec sunt sara nubila mentis,  
Sincoris animis vernat in ore dies.  
Doctiloquum flumen salienti fonte refundis,  
Et sensus steriles, voce rigante, foves.  
Ardua cœlorum pandis mysteria terris:  
Per quem plus Dominum scit, timet, orat, amat.

B Dans pastor monitus j, ne premat error oves.  
Deliciis reficis, quas cœlum, arva, unda ministrat,  
Et satiat populos hinc cibus, inde fides.  
Semit pauper opem, tristis spem, nudus amictum,  
Omnia quidquid habes, omnibus esse facis.  
Hic tibi longa salus maneat, licet k inde futura,  
Atque diu, pastor, pro grege vota feras.

## CAPUT XXXI.

*Ad virum venerabilem Amphionem presbyterum.*

[Amphionem presbyterum laudat ob pietatem, suavitatem morum atque sermoneis, ob prudentiam firmitatemque et animi et consilii, moderationem in honore gerendo, et hospitalitatem.]

Vir pietate calens, blanda dulcedine vernans,  
Cujus in aspectu mens pretiosa micat.  
Amphion, mihi chare Pater, venerande sacerdos,  
C Atque meo semper corde tenendus amor.  
Quem l prius ut merui cognoscere lumine vultus,  
Conspexi sensus lumen inesse tibi.  
Qui, quemcunque novum videas, facis esse propin-  
[quam]  
Si genus ignores, sit tibi mente parens.  
Provocat alloquium m cunctos jucunda voluptas n,  
Cogis et unanimes jugiter esse tuos.  
Ingenio vivax, sensus moderamine firmus,  
Pondere consilii fixus ubique manens.  
Qui bene cauta geris o maturæ freua senectæ,  
Cui quem præstat p honor, scis moderare gradum.  
Promptus ad omne decus, larga bonitate redundas,  
Cui se conjungit quisquis in orbe venit.

D a Agericus plures basilicas Veroduni extruxit, vel restauravit, de quibus vide Coitium, ad an. 562, num. 47.

f Edit. Ven., egregius fontes.

g Edit. Paris., viti.

h Unus Cod. Vat. et Ven. Edit., Ecclesiæ segetes.

i Edit. Ven., humani spernens; f., humanus.

j Ibid., dans pastor monitis.

k Edit. Paris., lux.

l In uno Cod. Vat. Distichus, quem prius, etc., conspexi, etc., præponitur antecedenti: Amphion mihi chare, etc., atque meo semper, etc.

m In uno Cod. Vatic., provocat alloquio.

n In Ven. Edit., jucunda voluntas. Item in uno Cod. Vat.

o In Codd. Vat. duobus et Edit. Paris., canem regis.

p In Ven. Edit., quem præstat.

Profluis <sup>a</sup> humane, frugem venientibus offers, **A**  
 Et tua sit populis omnibus una domus  
 Verbis quippe suis quam papa Leonius <sup>b</sup> offert,  
 Judicio <sup>c</sup> tanti credimus ista viri.

## CAPUT XXXII.

Ad Paternum <sup>d</sup> abbatem, de Codicis emendatione.

[Paternum abbatem laudat ob pietatem ac sanctimoniam; tum veniam rogat, si quid sibi erroris in Codicem irrepserat, quem ejusdem jussu emendandum, vel exscribendum susceperat.]

Parvitas tandem jussis, venerande sacerdos,  
 Nominis officium jure, Paternae, goris <sup>e</sup>.  
 Qui propriis meritis ornans altaria Christi,  
 Tam prece, quam voto, das placitura Deo.  
 Supplico, cede tamen, si quid me forte fecellit;  
 Nam solet iste meas error habere manus.  
 Obtineat supplex modo pagina missa salutis <sup>f</sup>,  
 Haec quoque eum relegis, me memorare velis.

## CAPUT XXXIII.

Ad Druconem <sup>g</sup> diaconum.

[Fortunatus e maritima in qua debebat ora salutem scribit Druconi diacono, ac suam in illum benevolentiam ac memoriam amantissime declarat.]

Altaris Domini pollens, bone Druco, minister,  
 Hinc tibi festinus mando salutis opus.  
 Nos maris Oceani tumidum circumfluit aequor,  
 Te quoque Parisius, chare sodalis, habet.  
 Sequana <sup>h</sup> te retinet; nos unda Britannica cingit,  
 Divisos terris alligat unus amor.  
 Non foror hic pelagi vultum tibi subtrahit illum. **C**  
 Nec Boreas aufert nomen, amice, tuum.  
 Pectore sub nostro tam saepe recurris amator,  
 Tempore sub hiemis quam solet unda maris.  
 Ut quatitur Pelagus, quoties profuisset Euris,  
 Stat neque sic animus te sine, chare, meus.  
 Blanda serenato tempestas pectore fervet,  
 Atque ad te varia mobilitate trahit.  
 Sed memor esto mei, votumque repende potenti,  
 Ut pariter paribus det sua dona Deus.  
 Humanam meutem Christi quo gratia diet,  
 Ac domino nostro <sup>i</sup> sensus et ora vacent.

<sup>a</sup> In uno Cod. Vat. et Edit. Paris., *profluis humane*. In Ven. Edit., *profluis humanis*.

<sup>b</sup> In uno Cod. Vatic. et Venet. Edit., *Leontius offert*.

<sup>c</sup> Hunc Amphionem Burdigalensi clero ascriptum fuisse verisimile est, cum Leontii Burdigalensis testimonio commendatum fuisse, hic referat Fortunatus.

<sup>d</sup> Putat P. Browerus hunc fuisse Paternum abbatem, qui postea fuit episcopus Abricensis, vir egregia pietate conspicuus. Sed cum hic mortuus fuerit anno 563, ut opinatur Gointius, aut ad summum an. 565, ut censet cl. Mabillonius, in notis ad Vitam sancti Paterni sac. i Bened., aliquot scilicet annis postquam concilio Parisiensi interfuerat, habito an. 557, difficile est Fortunato notum esse, ac familiarem potuisse. Quid enim dicam adhuc abbatem Paternum fuisse, quo tempore Fortunatus in Gallias vivebat, cum ille terdecim jam annos in pontificatu exegerit? Lege ejusdem Vitam, sac. i Beu., p. 152 Edit. Paris.

## CAPUT XXXIV.

Ad archidiaconum Meldensem <sup>1</sup>.

[Archidiacono Meldensi, qui ad se, nondum de facie notum, mustum dono miserat, gratias agit hoc carmine.]

Si mihi vel vestros licuisset cernere vultus,  
 Munere pro tanto plurima verba darem.  
 Direxit nobis mustum tua chara voluntas,  
 Et dulces animos dulcia dona probant.  
 Quem non vidisti, promptus satiare parasi:  
 Quid facias illi, qui tibi notus adest?  
 Det tibi larga Deus, qui curam mente fideli,  
 De grege pontificis, magne minister, habes.

## CAPUT XXXV.

Ad Joannem Diaconum.

**B** [Iter facturus Fortunatus hoc poema, perpetuae pignus amicitiae, reliquit Joanni Diacono, ac per eum communibus amicis salutem scribit.]

Pignus amicitiae semper memorabile nostrae.  
 Versibus exiguis, chare Joannes <sup>2</sup>, habe.  
 Ut cum me rapiunt loca nunc incognita forsan,  
 Non animo videar dulcis abesse tuo.  
 Anthemium patrem per te, venerande, saluto,  
 Cujus in affectu consolidatus agor.  
 Hilarium pariter <sup>1</sup> nobis in amore tenacem,  
 Insero carminibus, quem mea corda colunt.  
 Perpetuo maneat meritis felicibus aeo;  
 Haec quoque cum relegis, me memorare velis.

## CAPUT XXXVI.

Ad Anthemium diaconum.

**C** [Se Anthemio excusat, quod nolens eundem e somno excitare, ipso insalutato, aboesserit.]

Suscipe versiculos, Anthemii, pignus amantis,  
 Quos tibi sincero pectore fudit amor <sup>m</sup>.  
 Cum tua blanditus retineret lumina somnus,  
 Lassaque fecisset membra jacere thoro.  
 Dum dubito, pecco, nolens vexare quietum,  
 Sic mea culpa, tui causa soporis erit.  
 Discedo tacitus, veluti fur, indice nullo;  
 Nec dixi amplectens <sup>n</sup>: Frater amate, vale.  
 Non licuit mandata animo committere charo,  
 Nec tenuit verbis hora vel una tuis.

<sup>1</sup> In duob. Codd. Vat., *Paterne, regis*.

<sup>2</sup> In Ven. Ed., *missa salutem*.

<sup>3</sup> In Edit. Ven. titulus sic inscribitur: *Ad Druconem diaconum, modo presbyterum*.

<sup>h</sup> Sequana fluvius est prope Parisios.

<sup>i</sup> In duob. Codd. Vatic., *ac domino sancto*.

<sup>1</sup> Sunt Meldae in Lugdunensi IV, sub Senonensi archiepiscopo, quarum hodieque, teste Orontio Finæo, sedes MEAUX ad Matronam amnem, celebris Meldensi concilio, isthic aliquando, praeside Hincmaro, Rheimensi archiepiscopo, sub Christi annum 840 coacto. Brow., in notis ad hunc locum.

<sup>2</sup> An hic ille ipse Joannes Diaconus est, de quo Greg. Turon. lib. 1 de Gloria martyrum, cap. 19 et 88, loquitur: qui cum leprosus a Gallis discessisset, et perrexisset in Palaestinam, ibi ablutus in aquis Jordanis, sanatus a lepra est, atque iterum venit in Gallias, beatæ Mariæ reliquias secum deferens?

<sup>3</sup> Edit. Paris., *parthin*.

<sup>m</sup> Edit. Paris., *sincero fundit amore tuus*: In marg. sicut Brow.

<sup>n</sup> Edit. Paris., *amplexans*.

Testificor Dominum mihi fortiter esse molestum

Quod sic discedo <sup>a</sup>, nec tua dicta fero.

Sed cui plura volens poteram tunc dicere praesens,

Nunc faciat paucis pagina missa loqui.

Hæc tamen ante Deum, rogo te, mihi munera praestes,

Omnibus ut semper clarus ubique mices.

Nemo mihi vestem, donaria <sup>b</sup> nemo ministret,

Quod dulcedo monet, hoc mihi nemo neget.

### CAPUT XXXVII.

*Ad Sindulphum diaconum.*

[Sindulphum diaconum ad laboris patientiam in jugo Christi tolerando, spe propositi fructus et mercedis, adhortatur, afirmanis nihil grave esse amanti.]

Frater <sup>c</sup> amore Dei, digno memorabilis actu,

Pectore fixe [fore] meo frater <sup>d</sup> amore Dei.

Carpe libenter iter, quod ducit ad ætheris anlam,

Altius ut surgas, carpe libenter iter,

<sup>a</sup> Tres mss. Codd. Vat., *quod sic abscedo.*

<sup>b</sup> In duob. Codd. Vat. et Edit. Paris., *denaria nemo.* Mutilum autem hoc poema legitur in Ven. Ed. et uno Cod. Vat., desinens ad illum versum excl.: *Sed cui plura, etc.*

<sup>c</sup> Deest hoc poema in Edit. Ven. et uno Cod. Vat.

<sup>d</sup> Genus hoc poematum, in quibus sequens Pentameter hemistichio antecedentis exametri clauditur, *Ophites, sive serpentinum* appellatur, quod more serpentis per varios veluti flexus ac recursus progreditur. Infrequens apud priscos hoc genus carminum erat, ut animadvertit Brow. A Fortunato usurpatur alias quoque, nempe cap. 2, lib. viii. Paulus item diaconus ejusdem formæ ac metri poema scripsit in laudem sancti Benedicti, quod exstat lib. 1, cap. 16, ejusdem Op. Apollinaris vero Sidonius, lib. viii, epist. 11, de Lampridio poeta et oratore scribens, id genus carminum mentionem facit, vocans eos *elegos echoicos*, in quibus et Lampridium refert fuisse versatum. Echoicos autem videtur no-

A Fer patienter onus ne te pia sarcina lasset,

Unde manet requies, fer patienter onus.

Subdere colla deret, quia sunt juga dulcia Christi,

Quo mereamur opem, quibdere colla decet.

Qui sua rura colit, solet horrea plena tenere,

Nec jejunos erit, qui sua rura colit.

Per mare nauta volat, quo multa pecunia crescat.

Mercibus ut placeat, per mare nauta volat.

Non timet ille necem, rabie turbante procellæ,

Ut lucretur opes, non timet ille necem.

Miles ad arma venit, quærens per vulnera palmam,

Ut redeat victor, miles ad arma venit.

<sup>e</sup> Præmia sume libens, mihi tu quoque, chare sodalis,

Unde triumphus erit, prælia sume libens.

Quisquis amore venit, nescit se ferre laborem,

Nemo labore jacet, quisquis amore venit.

Carmina parva ferens, tibi debita reddo salutis,

Des meliora, precor, carmina parva ferens.

minare, quod hemistichium, quod jam sonnerat, echo ad instar, audientium auribus iterum reddatur. Sirmundus (quem vide), in notis ad Sidonium, refert ad hanc rem distichum de Echo, ex epigrammate Pentadii, quod de *veris adventu* confecit elegis echoicis, excerptum. Habe vero illum:

Per cava saxa sonat pecudum mugitibus Echo,  
Voxque repulsa jugis per cava saxa sonat.

Cestius Rhetor apud Senecam Patrem, l. vii, contr. 7, repetitiones ejusmodi vel in soluta oratione, *ἠχώ, echo*, appellabat, et pronuntiantii discipulo statim exclamabat: *μη τὴν ἠχώ.* Lege Sirm., in præf. loco.

<sup>e</sup> Licet in editione Broweri legatur, ut hic expressum est, non dubitamus tamen quin *Prælia*, non vero *Præmia* sit legendum, ut initium hujusce versus respondeat parti postremæ sequenti. Certe et Fabricius in Collectione veterum poet. Christ. editit *præmia*, non *prælia*, sicut et Paris. edit.

## LIBER QUARTUS

### CAPUT PRIMUM.

*Epitaphium Evemerii [Eumerii, Eumeri] <sup>a</sup> episcopi civitatis Namneticæ.*

[Evemerum, Namnetensem episcopum, laudat mortuum, ob nobilitatem generis, ob lenitatem ac mansuetudinem animi, ob hospitalitatem, misericordiam, beneficentiam in pauperes, curam ac diligentiam in ægrotos, munificentiam in templis.]

Quamvis cuncta avido rapiantur ab orbe volatu,

Attamen extendit vita beata diem.

Nec damnum de sine capit, cui gloria vivit:

Æternumque locum missus ad astra tenet.

Hoc igitur tumulo requiescit Evemerus <sup>b</sup> almo,

Per quem pontificum surgit opimus honor.

<sup>a</sup> Eumerus, sive Evemerus, decessor fuit Felicii Namnetensis, de quo sæpius locuti sumus. Interfuit concilio Aurelianensi II, an. 533, et IV, habito anno 541. Obiit anno 549, vel 550, cum Namnetensem sedem adeptus fuisset anno 531, ut ponit Cointius.

<sup>b</sup> Codd. duo Vat., *Eumerius almo.*

Stemmata <sup>c</sup> deductum fulget <sup>d</sup> ab origine culmen,

Et meritis priscos crescere fecit avos.

Emicuit populis geminum memorabile donum,

Inde gradu iudex, hinc pietate pater.

D Dulcis in eloquio, placidus moderamine sacro,

In cujus sensu perdidit ira locum.

Alterius motus patienti pectore vicit,

Ut levitas læsit, hoc gravitate tulit.

Si quis ab externis <sup>e</sup> properavit sedibus hospes,

Mox apud hunc proprios sensit habere lares.

Hic habitare <sup>f</sup> volens patriis rudis exsul ab oris,

Oblitus veterem, hujus amore, patrem.

Gaudet et arrisit; probat is se cernere fienteum,

Alterius lacrymas mox facit esse suas.

<sup>c</sup> Codd. item duo Vat. et Edit. Paris., *stemma deducit, fulget*, etc.

<sup>d</sup> Edit. Ven. et Paris., *fulgens ab origine.*

<sup>e</sup> Codd. duo Vat., *si externus propriis properavit*, etc.

<sup>f</sup> Edit. Ven., *hic habitasse volens.*

Partitus cum ventre vices a pietate magistra,  
 Unde tulit luctus, mox ibi vota dedit.  
 Pauperibus dives, censum transfudit egenis,  
 Ante bonus tribuit, quam paterentur b opem.  
 Semina jactavit centeno pinguis fructu,  
 Cui modo de reditu messis adulta placet.  
 Unica cura fuit cunctos ut viseret agros,  
 Ipse quibus medicus, vixit et ipse cibus.  
 Extulit ecclesiae culmen, quod reddidit c unum,  
 Venit ad heredem, quod [qui] cumularet d opus.  
 Felix ille abiit, Felicem in sede reliquit,  
 Haereditis meritis vivit in orbe Pater.

## CAPUT II.

*Epitaphium domni Gregori o episcopi civitatis  
 Lingonicæ.*

[Gregorium, episcopum Lingonensem, laudat ob vestatam familiaritatem, ac generis, ob charitatem ac pietatem in exercendo pastoralis munere, ejusque memoriam, jam celebrem miraculis, vel hoc carmine consecrat.]

Postquam sidereus diripit Tartara Princeps,  
 Sub pedibus justis, mors inimica, jaces.  
 Hoc veneranda sacri testatur vita Gregori,  
 Qui modo post tumulos iurat honore polos.  
 Nobilis antiqua decurrens prole parentum,  
 Nobilior gestis nunc super astra manet.  
 Arbitrante ante ferox, dehinc f pins ipse sacerdos;  
 Quos domuit e iudex, fovit h amore patris.  
 Triginta i et geminos pie rexit ovile per annos,  
 Et grege de Christi gaudia pastor habet.  
 Si quaeras meritum, produnt miracula rerum,  
 Per quem debilibus fertur amica salus.

a Cod. unus Vat., cum ventre vicem.

b Tres Codd. Vat. et Ven. Edit., quam peteretur opem; quam lectionem sequendam pu. o.

c Ibid., quod restitit unum.

d De hujusce templi dedicatione vide c. 6, l. III.

e Sanctus Gregorius episcopus Lingonensis obiit an. 539, ut ostendit Cointius ad hunc annum. Interfuerat is Concil. Epoenensi an. 517, concil. Arvernensi i, habito anno 555 (ut censet idem Cointius), et per Evantium presb. Aurelianensi III, quod celebratum fuit an. 538. Erat Gregorius e familia senatoria; qui cum Augustoduni comitatum ambivisset (ut narrat Gregor. Turon., in ejus Vita, cap. 7, lib. de Vitis Patrum) ac obtinisset, ea religione et severitate justitiam exercuit, ut nemo reorum poenas debitas effugeret. Is postea creatus episcopus Lingonensis, egregia pietate ac diligentia illam rexit Ecclesiam, ac obiit miraculis clarus. Haec, quae retulimus de Gregor. Lingonensi, confirmat Fortunatus hisce duobus versibus:

Arbitrante ante ferox, dehinc plus ipse sacerdos.  
 Quos domuit iudex, fovit amore patris.

f Edit. Paris., et hinc

g Cod. unus Vat., quos minuit iudex.

h Tres Vat. Codd., fovet amore.

i Gregor. Turon., loco supra citato, refert Greg. Lingonensem obiisse anno trigesimo tertio episcopatus sui, nonagenarium. Quadraginta scilicet annos exegerat in comitatu Augustodunensi, ex eodem Gregor. Tur., triginta tres in episcopatu, ut dixerat, reliquos antequam comes Augustoduni crearetur. Gregorius Turon. cum Fortunato facile conciliari potest quoad annorum numerum quibus Gregorius Lingou. episcopus sedit, si dicamus a Gregor. Turon. numerari annum inceptum pro completo.

## A

## CAPUT III.

*Epitaphium domni Tetrici i episcopi civitatis  
 Lingonicæ.*

[Tetricum, episcopum Lingonensem, jam vita functum, commendat ob diligentiam in tuendo grege, ob doctrinam, ob misericordiam in egenos et imbecilles; tum regum ac populi benevolentiam in ipsum, commemorat.]

Palma sacerdotii venerando, Tetrice, cultu t,  
 Te patriæ sedes, nos peregrina tenet [tenent].  
 Te custode pio, nunquam lupus abstulit agnum,  
 Nec de fure timens pascua carpsit ovis.  
 Sex quasi i lustra gerens, et per tres insuper m annos,  
 Rexisti placido pastor amore gregem.  
 Nam ut condirentur divino corda sapore,  
 Fadisti dulcem jugiter ore salem.

Summus amor regum, populi decus, arma paren-  
 [tum Ms., potentum],

Ecclesiae cultor, nobilitatis honor,  
 Esca inopum, tutor viduarum, cura minorum,  
 Omnibus officiis omnia pastor eras.  
 Sed cui præbebat varie [variam] tua cura medelam,  
 Funere rectoris, plebs modo triste gemit.  
 Hoc tamen, alma Pater, speramus, dignus in astra,  
 Qualis honore nites, hic pietate probes a.

## CAPUT IV.

*Epitaphium domni Galli o episcopi civitatis Arvernæ.*

[Sancti Galli, episcopi Arvernensis, in domo sua, ac propinquis relinquendus, ut Christum sequeretur, jam inde a puero strenuitatem, ejusque apud Theodoricum regem gratiam, tum in pastoralis munere

i Sanctus Tetricus Gregorii Lingonensis (de quo in superiore capite) filius, et in ipsa Lingonensi sede successor fuit. Ut enim de illo (nempe Gregor. Lingon.) narrat Gregor. Turon. in libro de Vitis PP., cap. 7: *Conjugem habuit Armentariam nomine, quam ad propagandam generationem tantum dicitur cognovisse; de qua et filios, Domino largiente, suscepit... post mortem autem uxoris id Dominum convertitur, et electus a populo Lingonicæ urbis episcopus ordinatur.* Tetricus vero ibidem commemoratur Gregorii Lingonensis filius, et successor, a quo et basilicam, in qua sanctus Greg., ejusdem pater, inhumatus fuerat, ampliorem redditam et ornatam refert Greg. Tur., quin et loculum in absidam, recens erectam miro opere, narrat ab eodem fuisse translatum. Ipse deinde Tetricus eadem, in Basilica prope Patrem suum humatus fuit, ut habet cl. Ruinart., in notis ad Greg. Tur., lib. de Vitis PP., cap. 7, et Coint., ad an. 539.

k Codex unus Vat., Tetricæ, vultu.

l Codd. du: Vat. et Edit. Paris., sex qui lustra.

m Hinc intelligitur sanctum Tetricum obiisse anno 572, circiter, triginta tribus annis post obitum sancti Gregor. patris sui. Browerius refert ejusdem mortem ad an. 574, quippe qui obitum sancti Gregorii Lingonensis conjiciat in an. 541. Sed inde satis refellitur, quod Papulus, Tetrici successor, subscripserit synodo Parisiensi, habitæ an. 573, ut ostendit Cointius ad hunc annum, num. 12.

n Duo Codd. Vat., hic pietate probes.

o Sanctus Gallus creatus est episcopus Arvernensis anno circiter 527; obiit vero anno 554, ut ostendit Cointius ad hunc annum, num. 3. Ejus genus nobilissimum commemorat Gregor. Turon., in lib. de Vitis Patrum, cap. 6. his verbis: *Pater ejus, nomine Georgius, mater vero Leocadia, a stirpe Vectii Epa-*

grando comitatem, doctrinam, vigilantiam com- A  
mendat.]  
Hostis inique \*, Adam paradiso fraude repellis,  
Ecce Deus famulos præstat adire polos.  
Invide, sic tua mors homini meliora paravit,  
Tu expellis terris, hic dat et astra suis.  
Testis et antistes Gallus probat iste <sup>b</sup> beatus,  
Nobilis in terris, dives eundo polos <sup>c</sup>.  
Qui Christi auxilio fultus, nec adultus in annis,  
Se majora petens, odit amare <sup>d</sup> lares  
Effugit amplexus <sup>e</sup> patrios, matremque relinquit <sup>f</sup>.  
Qui monachum regeret, quæritur abba parens.  
Illic tiro rudis generoso cœpit ab ævo,  
Militiæ domini belliger arma pati.  
Quintiano <sup>g</sup> demum sancto erudiente magistro,  
Pulchrius <sup>h</sup> est auro, corde probatus homo.  
Inde palatinam <sup>i</sup> regis translatus in aulam,  
Theodorice <sup>j</sup>, tuo vixit amore pio.  
Mox ubi destituens terras petit astra magister,  
Cessit discipulo <sup>k</sup> cura tuenda gregis <sup>l</sup>.  
Pontificatus enim moderans ita rexit habenas,  
Pastor ut officiis esset amore pater  
Mansuetus <sup>m</sup>, patiens, bonus, æquus, amator, aman-  
[dus,

Non erat offensæ, sed locus hic veniæ.  
Si qua supervenit, facta est injuria virtus,

*gati descendens, quem Lugduni passum Eusebii testa-  
tur historia; qui ita de primoribus senatoribus fuerunt,  
ut in Gallis nihil inveniatur esse generosius atque  
nobilius. Porro sanctus Gallus patruus fuit sancti  
Gregorii Turonensis, cum Florentius, senator, pater  
Greg. Turon. esset frater germanus sancti Galli.* G  
Vide Greg. Turon., lib. de Vitis PP., c. 14, num. 3.

\* Edit. Paris., *iniquus*.

<sup>b</sup> Ed. Ven. et duo Codd. Vat., *probat ista*.

<sup>c</sup> Ed. Ven. et duo Codd. Vat., *eundo polis*.

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., *amore*. Edit. Paris., *odia amore*.

<sup>e</sup> Narrat Gregor. Turon., lib. de Vitis PP., cap. 6, quod cum Pater sancti Galli puellam ex senatoria familia eidem, adhuc puero, quæreret ad nuptias, is ad monasterium, Cromonense appellatum, ab Arvernensis distans sex millibus passuum, confugit: ibique ab abbate monasterii exceptus, monachus et clericus factus est, jam assentiente patre.

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., *matremque reliquit*.

<sup>g</sup> Quintianus episcopus Arvernensis, et decessor sancti Galli, cum ad monasterium Cromonense venisset, audissetque sanctum Gallum mira vocis suavitate, et in ea modulanda incredibili gratia, canentem, adduxit eum secum in civitatem, ac quasi filium habuit, et dilexit. Greg. Turon., loco supra citatio.

<sup>h</sup> Edit. Ven., *Pulchrior est auro*.

<sup>i</sup> Unus Cod. Vat., *palatina... aula*.

<sup>j</sup> Cum ad Theodoricum regem fama delatum faisset, quod sanctus Gallus mira vocis suavitate, cantusque dulcedine præstaret, eundem in regiam domum accessit, atque ita dilexit, ut, quemadmodum refert Gregor. Turon., *eum proprio filio plus amaret*. Item a regina, Theodorici uxore, impease dilectus est, non solum pro ea qua excelleret canendi suavitate, ac scientia, sed etiam pro ea qua cæteris prælucebat, morum integritate ac castimonia.

<sup>k</sup> Quomodo sanctus Gallus suffectus fuerit in Quintiani demortui locum, narrat Greg. Tur., loco sæpius citato.

<sup>l</sup> Cod. unus Vat. tuenda gregem. Ed. Ven. tenenda gregem.

<sup>m</sup> Gregor. Turonensis mirabilem. S. Galli mansuetudinem, ac patientiam in tolerandis injuriis refert his

Unde furor poterat, inde triumphus erat.  
Plehem voce fovens, quasi natos ubere nutrix,  
Dulcia condito cum sale mella rigans [dabat].  
Illoc opus exercens præcivit dona futuri,  
Se pastore, nihil posse perire gregi.  
Sic Pater Ecclesiam regit in quinquennia quinque,  
Bis terdena <sup>n</sup> tamen lustra superstes agens.  
Ilinc meliore via sanctum ad coelestia vectum,  
Non premit urna rogi, sed tenet ulna [aula] Dei <sup>o</sup>.

## CAPUT V.

*Epitaphium Ruriciorum, episcoporum civitatis Lemovicinæ P.*

[Ruricios avum et nepotem, ambos episcopos Lemo-  
vicinos, viros genere nobilissimos, vita functos,  
laudat ob liberalitatem in templa, beneficentiam  
in pauperes, eosque non dubitat inter sanctos, ob  
præclara merita, numerare.] B  
Invida mors rapido quamvis miuiteris hiatu,  
Non tamen in sanctos <sup>q</sup> jura tenere vales.  
Nam, postquam remeans domuit fera Tartara Chri-  
[stus,  
Justorum meritis sub pede victa jaces.  
Illic sacra pontificum toto radiantia mundo,  
Membra sepulcra tegunt; spiritus astra colit.  
Ruricii <sup>r</sup> gemini flores, quibus Anniciorum <sup>s</sup>  
Juncta parentali culmine Roma fuit.

verbis: *jam vero assumpto episcopatu, tanta humilitate, tantaque charitate cum omnibus usus est, ut ab omnibus diligeretur; patientiam vero ultra hominum morem habens, ita ut, si dici fas est, Moysi compararetur ad diversus injurias sustinendas.*

<sup>n</sup> Idem Greg. Turon. narrat Gallum obiisse ætatis suæ an. 65, episcopatum vero 27. Fortunatus, forte ut metri legibus obsequeretur, minorem posuit annorum numerum: ubi *lustra* pro *annis* accipit; quomodo ab aliis quoque accipi, licet raro, legere est in Gloss. Cangii novæ Edit. S. Gallus interfuit Concil. Arvernensis an. 535, Aurelianensi IV, an. 541., et V, anno 549. Ejus mors refertur a Cointio ad an. 554. Certe is obiit post Concil. Aurelianense V, cui, ut mox diximus, interfuit, et ante decessum Theodebaldi regis, qui temporis spatium aliquod S. Gallo superstes fuit, ut apparet ex Gregor. Turon. lib. 4. Hist. Franc., cap. 6. Unde ejusdem obitus locandus est inter an. 549, quo synodus Aurel. celebrata est, et an. 555, quo Theodebaldus decessit. Vide Ruin. in notis ad cap. VI de Vitis Patrum.

Browerus in notis ad hoc carmen. ait, an. 65 ætatis S. Galli fuisse annum Christi 573, cum Theodebaldus rex tanto ante esset mortuus: quo adhuc superstite S. Gallus obiit diem suum, ut aperte asserit Greg. Tur. loco citato.

<sup>o</sup> Edit. Paris., *urna*, in marg., *ulna*.

<sup>p</sup> Lemovicum, hodie *Limoze*, est provincialis civitas archiep. Bituricensis, in Aquitania I, haud longe a Vigenæ rivi fontibus, ut habet Brow. ad hunc locum.

<sup>q</sup> Edit. Ven. et duo Codd. Vat., *in sanctis*.

<sup>r</sup> Ruricius senior sedebat episcopus Lemovici quo tempore

<sup>s</sup> Nobilissima Aniciorum familia a pluribus illustrata est quam ut egeat hisce litteris nostris commendari. Unus tamen pro omnibus sit sanctus Hieronym., epistola 97, Edit. Parisiensis, in qua, ad Demetriadum scribens: *Nunc mihi Proborum et Otibriorum clara repetenda sunt nomina, et illustre Avitii sanguinis genus, in quo aut nullus aut rarus esse qui non meruerit consulatum.*

Actu, mente, gradu, prænominæ <sup>a</sup>, sanguine nexi,  
 Exsultant pariter, hinc avus, inde nepos.  
 Tempore quisque suo fondans pia templa patroni,  
 Iste Augustini, condidit ille Petri.  
 Hic probas, ille pius; hic serius, ille serenus,  
 Certautes pariter, quis cui major erit.  
 Plurima pauperibus tribuentes divite censu,  
 Misere ad cætos, quas sequerentur, opes.  
 Quos <sup>b</sup> spargente manu, redimentes crismina mundi,  
 Inter apostolicos credimus esse choros,  
 Felices qui, sic de nobilitate <sup>c</sup> fugaci  
 Mercati, in cælis jura senatus habent.

## CAPUT VI.

*Epitaphium Exotii [Ms., Exocii] episcopi civitatis Lemovicinæ.*

[Exotium, item episcopum Lemovicinum, laudat ob egregiam pudicitiam, patientiam, lenitatem, religionem in templa, beneficentiam in cives. Plebis in illum desiderium ac memoriam commemorat.]

tempore Clodoveus, bellum Wisigothicum gessit, ut refert Cointius ad annum 508. Ipse Sidonii Apollinaris æqualis fuit, ac summa eidem benevolentiae necessitudine conjunctus, ut satis fidem faciunt epistolæ Ruricii ad eundem scriptæ, lib. 1, num. 8, 9 et 16, ut exstant in Bibl. Veter. Eccl. Patrum edita Lugdun., tom. VIII, pag. 559. Ipse vero Sidonius, carm. 2, celebrat nuptias Ruricii cum Iberia, Ommatii filia, ex quo is suscepit Ommatium, qui postea Turonensi Ecclesiæ præfuit, de quo Gregor. Tur., lib. 1 Histor. Franc., cap. 31.

Alter vero Ruricius, junior appellatus, nepos superioris, creatus Lemovicinus episcopus, interfuit concil. Arvernensi 1, an. 535, Aurelianensi 4, an. 544, misitque ad Aurel. v, qui præisset suo nomine, Bantaredum, archidiaconum. Auctor Vitæ sancti Juniani eremitæ, quæ exstat lib. 4 Vit. Patrum occidentalium, narrat hunc Ruricius, a malo spiritu vexatum, precibus ac jejuniis sancti Juniani liberatum fuisse. Ipsum deinde, accepti beneficii memo-rem, creatum episcopum Lemovicinum, basilicam in memoriam sancti Juniani ædificasse in quæ ejusdem corpus illatum est.

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., *gradu, spe, nomine*. In Edit. Ven., *accumulante gradu de nomine*.

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., *quas spargente*.

<sup>c</sup> Ibid., *debilitate fugaci*.

<sup>d</sup> *Consulat pro consoleretur*, etsi id rari exempli, ut notat Brow. Idem in Epitaph. Vuilthutæ *consultum pro solatio* accipit.

<sup>e</sup> Duo Codd. Vat., *quod hunc pro*.

<sup>f</sup> Edit. Paris., *Ocius hic meruit*; in marg. *Exocius*.

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., *ille carens animo*, scilicet, *francandia*. Edit. Paris. :

Ille gerens animum placida dulcedine pastum,  
 Nescit in offensis jure referre vices.

<sup>h</sup> Edit. Paris., *moderamine*; et in marg., *modulamine*.

<sup>i</sup> Videtur hic aperte Fortunatus quasdam Lemovicinæ urbis calamitates ac turbas innuere, in quibus tolerandis mira enituerit Exotii patientia. Cum autem scilicet illa vexata et afflictata fuerit, præstat expendere quænam ex iis turbis et infortuniis congruat cum temporibus Exotii. Narrat Greg. Turon., lib. 4 Hist. Franc., cap. 48, quod Chilpericus rex, cum Siguberti urbes pervasisset, ac devastasset, inter cæteras, inquit, *comamoto exercitu Lemovicinum, Cadurcinum, vel reliquas illorum provincias pervadit,*

A *Quarvis postillam premeret tremebunda senectus,*

Attamen hæc voluit plebs superesse patrem.

Aut si natura mutari debita possent,

Pro pastore suo grex properasset iter,

Sed quia non licuit, populum spes consulat <sup>d</sup> illa,

Huic <sup>e</sup> quod pro meritis vexit ad astra fides.

Immaculata Deo conservans membra pudore,

Exotius meruit <sup>f</sup> jam sine fine diem.

Pectore sub ejus regnans patientia victrix,

Fluctibus in tantis anchora, sensus erat.

Felle <sup>g</sup> carens, animo placidus, dulcedine pastus,

Nescit offensis ira referre vices.

Temporum cultor, recreans modulamine <sup>h</sup> cives,

Vulneribus <sup>i</sup> patriæ fida medela fuit.

B *Qui tria lustra gerens in pontificatus honore,*

Pergit ad antiquos, plebe gementem, patres.

Non decet hunc igitur vacuis deslere querelis,

Post tenebras mundi quem tenet aula poli 1.

*vastat, evertit. Ecclesias incendit, ministeria detrahit, clericos interficit, monasteria virorum dejicit, puellarum deludit, et cuncta devastat; sicut illo in tempore pejor in Ecclesiis gemitus, quam tempora persecutionis Diocletiani.* Hæc acta circiter an. 573, quo tempore Gunthramus rex episcopos dittonis suæ ad hæc dissidia dirimenda Parisios convocaverat. Videsis notas cl. Ruin., in lib. 4 Histor. Franc., cap. 48, et annales præfix. Oper. Greg. Tur., ad an. 573.

Magna præterea seditio facta est Lemovici ad an. 579, cum Chilpericus novas et graves descriptiones in regno suo indixit, ita ut Lemovicinus populus, tributis oppressus, ministrum regium, seditione concitata, opprimeret. Cujus facinoris causa gravissimæ calamitates miserimam urbem consecutæ sunt. De hac seditione loquitur Greg. Tur., l. v, c. 29.

Postremo tunc etiam videtur hæc civitas mali aliquid perpessa fuisse, cum Chilpericus, Gunthramni, fratris sui, urbibus occupatis, novos iisdem commites præfecit, ac nova ipsis tributa imperavit : quas inter urbes et Lemovicina, forte numeratur a Greg. Tur., lib. 6 Histor. Franc., c. 22. Hæc an. 582.

P. Browerus in notis suis diserte asserit Fortunatum hoc in poemate loqui de illis turbis quæ excitatæ sunt inter Chilpericum et Gunthramnum regem, quas tertio loco posuimus, cum quidem Nonnichius, comes Lemovici, a Chilperico præpositus, in Charterium, Petrogoricum antistitem, iniquus et improbus exstisset.

Sed non animadvertit Brow. hæc, quæ ipse putat in Exotii ætatem incidisse, evenisse circa an. 582, ut patet ex Greg. Turon., cum quidem Lemovicinæ urbi præisset Ferreolus, qui interfuit concil. Matiscon. 11, an. 585, ille ipse qui urbem Lemovicinam ab extrema calamitate et exitio servavit ad annum 579, deprecator veniens ad Chilpericum post excitatam seditionem, quam secundo loco posuimus, ut legere est apud Greg. Turon., lib. 5 Hist. Franc., cap. 29.

Restat itaque ut Fortunatus de illa calamitate sermonem habeat, quam primo loco retulimus, quæque magis Exotii temporibus convenit, cum Exotium Ruricio successisse in sede Lemovicina Browerus ipse aperte fateatur.

<sup>1</sup> Ed., in marg. :

Quem lætum summi nunc tenet aula poli.

## CAPUT VII.

*Epitaphium Calacterici* <sup>a</sup> *episcopi civitatis Carnotens* <sup>b</sup>.

[Calactericum, episcopum Carnotensem, amicum suum, immatura morte extinctum, desset hoc carmine. Celebrat viri facundiam, animi benignitatem, misericordiam in egenos, tum vocis cantusque in psallendo suavitatem, in Ecclesia sua regenda sollicitudinem, et curam in grege pascendo.]

Illacrymant oculi, quatiuntur viscera fletu,

Nec tremuli digiti scribere dura valent.

Dum modo, quæ <sup>c</sup> volui vivo, dabo verba sepulto,

Carmine vel dulci cogor amara loqui.

Digne tuis meritis, Calacterice sacerdos,

Tarde note mihi, quam cito, chare, fugis!

Tu patriam repetis, nos triste sub orbe <sup>d</sup> relinquis,

Te tenet aula nitens, nos lacrymosa [tenebrosa] dies.

Ecce sub hoc tumulo pietatis membra quiescunt,

Dulcior ac [et] melli <sup>e</sup> lingua sepulta jacet.

Forma venusta, decens animus, sine fine benignus,

Vox suavis, legem præmeditata Dei.

Spes cleri, tuor viduarum, panis egentum,

Cura propinquorum, promptus <sup>f</sup> ad omne bonum.

Organa psalterii cecinit modulamine dulci,

Et tetigit laudans [laudis] <sup>g</sup> plectra beata Dei.

Cautere <sup>h</sup> eloquii bene purgans <sup>i</sup> vulnera morbi,

Quo pascente, fuit fida medella regi.

Sex <sup>j</sup> qui lustra gerens, octo bonus insuper annos,

Ereptus terræ justus ad astra redis.

<sup>a</sup> Calactericus, seu Caletricus, successit sancto Leobino in sede Carnotensi circa annum 556, ut ostendit Coitius ad hunc annum. Is interfuit concilio Parisiensi III, an. 557, et illi subscripsit; tum concilio Turonensi an. 566. De hoc Caletrico in Vita sancti Leobini (quæ exstat sæc. I Bened., pag. 123, et quam nos Operibus Fortunati attexuimus, quæque exstat in parte hujusce Editionis), quædam narrantur, quæ haud erit abs re hic referre ad viri illius memoriam magis illustrandam. Hæc itaque leguntur, num. 25: *Quidam beatus vir, nomine Caletricus, nobilis genere, sed nobilitate meritis, post excessum beati Leobini Carnotensis constitutus episcopus, dum in presbyterii gradu, se tam in conspectu Dei, quam in oculis hominum sancta conversatione redderet gratum, tanta infirmitatis angustia est correptus, ut vix ultimo palpitarer ahehita. Cujus venerabilis germana, nomine Mallegundis, directis velociter missis ad sanctum episcopum ut ad levandam fratris sui infirmitatem benedictum dirigeret oleum; ipse vero cum oleo præsentialiter veniens, silentium ab omnibus postulavit dicens: Domine, qui omnia nosti, si hunc famulum tuum Ecclesie tuæ, vel populo judicas necessarium, tua opitulante virtute, restitue sanum. Tunc ille æger, statim ut sacræ unctionis oleo est perunctus, tantæ sanitatis gratiæ est restitutus, ut nullius infirmitatis molestia unquam ejus membra fuissent tacta. Ad comprobandam autem sancti viri virtutem, reliqua pars in tantam constat pulchritudinis claritate conversa, ut cuculis qui aderant, non olei nitor, sed crystalli videretur clarescere splendor. Nimirum illud præfigurans, ut qui futurus erat episcopus, per ministerium episcopale oleum consecrationis sanctificaret, et divinis virtutibus per caelestem gratiam splenderet. Mallegundem, quæ germana Caletrici in testimonio allato nominata est, putant eruditii nonnulli eandem esse ac Monegundem, de qua Greg. Turon., lib. de Vitis Patrum, cap. 49. Sed de his fusius in notis ad Vitam sancti Leobini.*

<sup>b</sup> Carnotum, vulgo CHARTRES, Ligerim inter et Sequanam, clarum est oppidum ad Auduram, metropoli subjectum Senonensi: ejus ditio, olim pagus vocata

A Ad paradisiacas epulas, te eive reducto.

Unde gemit mundus, gaudet honore polus.

Et quia non dubito quanta est tibi gloria laudum,

Nec debes fieri talis, amice Dei.

Hæc qui, sancte Pater, pro magnis parva susurro,

Pro Fortunato, quæso, precare tuo.

## CAPUT VIII.

*Epitaphium Chronopii* <sup>k</sup> *episcopi Petrocoricæ.*

[Chronopium episcopum Petrocoricensem, mortuum laudat ob innocentiam, nobilitatem generis, comitatem, sinceritatem, eloquentiam, ac suavitatem sermonis, misericordiam in pauperes, in civis munificentiam, tum ob diligentiam in grege tuendo, et liberalitatem in templo.]

Si terrena, sacer, quondam tibi cura fuisset,

Carmine plus lacrymas quam modo verba darem.

B Sed quia tu mundus, nec sunt tibi crimina mundi,

Nos gaudere mones, qui sine morte manes.

Antistes pietate calens, venerande Cronopi,

Membra sepulera tegunt, spiritus astra tenet.

Ordo sacerdotum cui fluxit utroque <sup>l</sup> parente,

Venit ad hærodem pontificalis apex.

Hunc tibi jure gradum successio sancta paravit.

Ut quasi jam merito debitus esset honor.

Nobilis antiquo veniens de germine patrum,

Sed magis in Christo nobilior merito.

Sic vultu semper placidus, seu mente serenus,

Pectore sincero, frons sine nube fuit.

*Carnotenus, ut in exemplo fœderis inter Childebertum et Gunthramnum ut reges legitur, apud Greg. I. IX, c. 20. Hæc Brow.*

<sup>c</sup> Codd. Vat. duo, et Ven. Edit., dummodo qui volui.

<sup>d</sup> Edit. Ven., sub orbe.

<sup>e</sup> Ibid., Dulcior e tumulo lingua.

<sup>f</sup> Edit. Ven. et tres Codd. Vat., totus ad omne.

<sup>g</sup> Edit. Ven., et duo Codd. Vat. et tetigit laudi.

<sup>h</sup> Unus Cod. Vat., claster in eloquio, corr.

<sup>i</sup> Edit. Ven., purgando vulnera.

<sup>j</sup> Browerus inavult hic a Fortunato numerum annorum quibus Calactericus sedit episcopus, quam quibus vixit, indicari. Sed id nullo modo esse potest. Cum enim circa an. 556 mortuus sit Leobinus, episcopus Carnotensis, qui an. 551 interfuerat concilio Parisiensi (de quo vide el. Mabill., sæc. I Bened., in notis ad Vitam sancti Leob., p. 128, Ed. Paris.), adeoque Caletricus non ante illum annum episcopus Carnotensis creatus fuisse dicendus sit; cumque Pappolus, successor Caletrici in illa sede, anno 573, adversus Promotum, qui locum suæ diocesis invaserat, ad Patres concilii Parisiensis graviter conquestus fuisset, inter Leobini obitum et Pappolum non interjacet certe illa summa annorum xxxviii, quam hic ponit Fortunatus. Restat igitur ut hi sint anni ætatis Calacterici, qui proinde juvenis creatus episcopus, juvenis et decesserit.

<sup>k</sup> Hic Chronopius Petrocorii sedebat episcopus an. 544, quo interfuit conc. Aurelianensi I, idemque superstes erat ad an. 553, quo conc. Aurelianensi II interfuit ac subscripsit.

<sup>l</sup> Hoc ex loco conjicit Browerus, Pegasium illum, Petragoricum antistitem, qui laudatur a Paulino apud Greg. Tur., lib. II, cap. 43, Histor. Franc., patrem hujusce Chronopii, aut avum fuisse. Sed in re obscurissima nihil lubet definire, nisi aliquid luminis aliunde accesserit, cum nihilo magis Pegasius, quam alter sive Petragoricus, sive alterius sedis antistes, a Fortunato necessarius Chronopii hic designari poterit.



Cujus ab eloquio nectar per verba fluebat,  
 Viuccres ut dulces ore rigante favos.  
 Nudorum tu vestis eras, argentis amictus,  
 Qui ad tua tecta fugit<sup>a</sup>, tectus et ipse redit.  
 Divitias omnes inopum sub ventre locasti.  
 Unde tibi semper viva talenta manent.  
 Esuriens epulum, sitiens te sumere potum,  
 Cernere te meruit tristis, et exsul open.  
 Implesti propriis viduatam<sup>b</sup> civibus urbem,  
 Videruntque suos, te redimente, larcs.  
 Quam<sup>c</sup> lupus a stabulis tulerat, frendente<sup>d</sup> rapina,  
 Te pastora gregi<sup>e</sup> reddita plaudit ovis.  
 Tempia exusta celer revocasti<sup>f</sup> in culmine pisco,  
 Hinc tua sed cœlis stat sine labe domus.  
 Ipse his octono vixisti in corpore lustro,  
 Nunc tibi pro meritis stet<sup>g</sup> sine fine dies.

## CAPUT IX.

*Epitaphium Leontii<sup>h</sup> episcopi anterioris civitatis  
 Burdegaleusis.*

[Leontium seniore, Burdigalæ episcopum, jam  
 vita functum, laudat hoc carmine, in quo et ple-  
 bis erga Leontium amorem, desiderium, memo-  
 riam, una cum egregis ipsius Leontii virtutibus,  
 commendat.]

Ultima<sup>i</sup> sors avido graviter properavit hiatu,  
 Pastorem rapiens, qui fuit arma<sup>j</sup> gregis.  
 Hoc recubant tumulo venerandi membra Leonti,  
 Quo stetit eximium pontificale caput.  
 Quam plebs cuncta gemens confusa voce requirit,  
 Hinc puer, hinc juvenis deslet, et inde senes.  
 Defensoris opem hic omnis perdidit ætas,  
 Et quantum coluit, nunc lacrymando docet.  
 Nemo valet siccis oculis memorare sepultum,  
 Qui tamen in populo vivit amore pio.  
 Egregius nulli de nobilitate secundus,  
 Moribus excellens culmine primus erat.

<sup>a</sup> Cod. Unus Vat., et Ven. Edit., qui ad tua tecta  
 fuit.

<sup>b</sup> Videtur hic indicare Fortunatus Petrocoricenses  
 cives in aliqua belli offensione et calamitate captivos  
 ab hostibus adductos, per Chronopium redemptos,  
 ac patrie suæ redditos fuisse. Id refert Browerus ad  
 Gothorum irruptiones in Gallias, qui Aquitaniam  
 vicinamque loca deprædantes vexabant. Atque sen-  
 tentiam suam confirmat testimonio Sidonii lib. VII,  
 epist. 6, ubi inter cæteras urbes, a Gothis afflictas,  
 Petrocorium quoque recenset.

<sup>c</sup> Edit. Ven., quem lupus.

<sup>d</sup> Ibid., pendente rapina.

<sup>e</sup> Ibid., te pastore gregis.

<sup>f</sup> Chronopius, ut legitur apud Cointium ad an.  
 550, basilicam sancti Frontonis absolvit, ac ejus cor-  
 pus ex vetere ædificulo transtulit in locum ornatiorem.  
 Quæ translatio celebratur pridie Idus Octobres. Hic  
 tamen exusta templa, quæ renovata a Chronopio  
 canit Fortunatus, videntur indicare hostilem ignem,  
 forte a Gothis sacris delubris injectum.

<sup>g</sup> Edit. Ven., et duo Codd. Vat., est sine fine.

<sup>h</sup> Leontius, de quo hic Fortunatus, Leontii junio-  
 ris de quo supra sæpius, et in seq. carmine erit ser-  
 mo, decessor fuit, ut ostendit Cointius ad an. 544,  
 n. 53 et seq. Eum concil. Aurelianensi IV interfuisse,  
 ac subscripsisse, quod celebratum est an. 541, evin-  
 citur eodem in loco a Cointio. Browerus asserit hunc  
 fuisse Leontium ad quem scribit Sidonius epist. 3  
 lib. VI, et de quo loquitur epist. 6 lib. VII; sed  
 errore fallitur, cum ille ad quem Sidonius scribit  
 esset Arclatensis, non Burdegaleusis episcopus, ut

A Illic pietate nova cunctis minor esse volebat,  
 Sed magis his meritis et sibi major erat.  
 Quo præsentem viro, meruit discordia pacem,  
 Expulsa rabie, corda ligabat amor.  
 Ecclesie totum concessit in ordine censum,  
 Et tribuit Christo, quod fuit ante suum.  
 Ad quem pauper opem, pretium captivus habebat,  
 Hoc proprium reputans quod capiebat egenus.  
 Cujus de terris migravit ad astra facultas,  
 Et plus iste Deo quam sibi vixit homo.  
 Cordis in amplexu retinens, et pectore plebem,  
 Diceret ut populum se generasse patrem.  
 Namque suos cives placida sic voce monebat,  
 Constereris<sup>k</sup> ut hunc ad sua membra loqui.  
 Ingenio vigilans, dives quoque doginate Christi,  
 B Et meruit studio multiplicare gradum.  
 Largior in donis absens sibi junxit amantes  
 Et quo non fuerat, munere notus erat:  
 Principibus charus, hujusque amor unicus urbis,  
 Festinans animis, omnibus esse parens.  
 Lustra decem pollens, septemquoque vixit in annos<sup>l</sup>,  
 Mox urgente die, raptus ab orbe fuit.  
 Sed quis cuncta canat, cum tot bona solus habebat?  
 Nunc uno in tumulto plurima vota jacent.  
 Hæc tibi parva nimis, cum tu merearis optans,  
 Carmina Theodosius<sup>m</sup> præbet amore tuus.

## CAPUT X.

*Epitaphium Leontii<sup>n</sup> sequentis civitatis Burdega-  
 lensis.*

C [Leontii junioris, Burdigalensis antistitis, funus pro-  
 sequitur hoc carmine; ejusque cum nobilitatem,  
 tum animi virtutes, et in pauperes munificentiam,  
 extollit.]

Omne bonum velox, fugiivaque gaudia mundi,  
 Prosperitas hominum quam cito rapta volat:

ostendit Cointius ad an. 541, et Sirmondus in notis  
 ad epist. 3 lib. VI Sidonii.

<sup>i</sup> Carmen hoc, et duo conseq. desunt in Ven.  
 Edit. Item desunt in uno Cod. Vat.

<sup>j</sup> In uno Cod. Vat. arca gregis.

<sup>k</sup> Edit. Paris., testareris.

<sup>l</sup> In uno Cod. Vat., vixit in annis.

<sup>m</sup> Videtur Fortunatus non suo nomine hoc poema  
 scripsisse, sed alterius, qui Theodosius appellare ur,  
 cum aliunde non constet id nominis habuisse For-  
 tunatum, præsertim cum hic Leontius ne de facie  
 quidem notus esse Fortunato potuerit, ante morte  
 extinctus quam is veniret in Gallias, cum tamen  
 huic Theodosio notum fuisse Leontium subindice-  
 rit versus:

Carmina Theodosius præbet, amore tuus.

Vide quæ diximus num. I Vitæ Fortunati. Porro  
 Leontii festum colitur apud Burdegalenses XII Ka-  
 lendas Septembris.

<sup>n</sup> De hoc Leontio plura diximus, cap. 15, lib. I,  
 quæ vide. Mortem Leontii refert Cointius ad an. 567,  
 hoc ductus momento, quod is annos fere natos octo-  
 decim profectus sit ad bellum Hispaniense. Juvenis  
 quippe erat, ac nec dum uxorem duxerat. Illud au-  
 tem bellum referendum est ad an. 551. Cum igitur  
 is ex testimonio Fortunati vixerit annos LIV, ejusdem  
 obitus in an. 567 incurrit. Hæc Cointius. Præerat  
 Leontius Ecclesie Burdigalensi ad an. 549, quo per  
 legatum subscripsit synodo Aurelianensi V, et sy-  
 nodo Santonensi præfuit, sub Chariberto rege ad an.  
 552, ut putat Cointius. Colitur hic Leontius apud  
 Burdigalenses XVII Kalend. Dec.

Malueram potius cui \* carmina ferre salutis,  
 Perverso voto flere sepulcra vocor,  
 Ille recubant tumulo venerandi membra Leonti,  
 Quem sua pontificem fama sub astra levat,  
 Nobilitas altum ducens ab origine nomen,  
 Quale genus Romæ forte senatus habet.  
 Et quamvis celso fueret de sanguine patrum,  
 Hic propriis meritis crescere fecit avos.  
 Regum summus amor, patriæ caput, arma paren-

[tum,

Tutor amicorum, plebis et urbis honor.  
 Templorum cultor, tacitus largitor egentum,  
 Susceptor peregrum, distribuendo cibum.  
 Longius extremo si quis properasset ab orbe,  
 Advena mox vidit, hunc ait esse patrem;  
 Ingenio vivax, animo probus, ore serenus,  
 Et mihi qualis erat, pectore fleente loquor,  
 Hunc habuit clarum, qualem modo Gallia nullum,  
 Nunc humili tumulo culmina celsa jacent.  
 Placabat reges, recreans moderamine cives,  
 Gaudia tot populis, heu! tulit una dies.  
 Lustra decem felix et quatuor insuper annos,  
 Vixit, et auroræ <sup>b</sup> lumine raptus obit.  
 Funeris officium magni solamen amoris,  
 Dulcis adhuc cineri dat Placidina tibi.

## CAPUT XI.

*Epitaphium Victoriani abbatis monasterii \* Agaunensis d.*

[Victorianum abbatem laudat ob religionem, et in multiplicando monachorum numero adhibitam sedulitatem; ob doctrinam et assiduitatem in precibus Deo fundendis, ejusque virtutem signorum splendore ac multitudine inclaruisse, significat.]

Quisquis ab occasu properas huc, quisquis ab ortu,  
 Muus in hoc tumulo, quod venereris, habes.  
 Respice ditatum cœlesti dote talentum,  
 Cujus semper habet pectoris arca Deum.  
 Religionis apex, vitæ decus, arma salutis,  
 Eximius meritis Victorianus adest.  
 Dignum opus exercens, qui fructificante labore,  
 Cunctis, non soli vixit in orbe sibi.  
 Plurima per patriam monachorum examina fundens,  
 Floribus æternis mellificavit apes,

\* Edit. Paris., *matrem cui potius.*

<sup>b</sup> Duo Codd. Vat., *et a nostro lumine.* Edit. Paris., *D* *et a nostro lumine*; sed in marg., *auroræ.*

<sup>c</sup> Monasterium Agaunense a Sigismundo rege, Gundobadi filio, exadignatum fuit, sive restauratum, ut legitur apud Greg. Turon., lib. iii, Hist. Franc., cap. 5. Situm illud erat in diocesi Sedunensi ad radices montis sancti Bernardi, ut habet Ruin. in notis ad præf. locum.

At cl. Mabillonius, sæc. i Bened., pag. 189, ostendit hoc poema non de Victoriano ab. Agaunensi (ut ab omnibus fere creditum est, indicante titulo), sed de Victoriano abbate Asanensi esse scriptum. Nam primo in mss. Codicibus, ait, Victorianum abbatem Asanensem legimus cum hac epigraphe: *Epitaphium abbatis de monasterio Asanæ*; est vero Asana, seu Asanio, vicus Aragoniæ juxta flumen Cinga, quod per montium angustias delabens, rivisque auctum rapide in Iberum influit. <sup>2</sup> Nulla Victoriani abbatis mentio occurrit in Agaunensium abbatum indice,

A Lingua potens, pietas præsens, oratio jugis.

Sic fuit, ut jam tum totas ad astra foret.

Plura salutiferis tribuens oracula rebus,

Sæpe dedit signis vita beata fidem.

Bissenis rexit patrio moderamine lustris,

Rite Deo placitas pastor opimus oves.

Calle sequens recto sacra per vestigia Christum,

Nunc fruitur vultu, quem cupiebat amor

## CAPUT XII.

*Epitaphium Hilarii \* presbyteri.*

[Hilarium presbyterum, mortuum, laudat ob nobilitatem, ob castimoniam, ob scientiam, et accuratam in judicando diligentiam, ac fidem. Socrus Eventiæ officia in mortui memoriam commemorat.]

B Omnes una manet sors irreparabilis horæ,

Cum venit extremus, lege trahente, dies.

Sic furit ira necis, neque nos fugit orbita mortis,

Pulvere facta caro nonnisi pulvis erit.

Hæc tamen insignes animas spes optima <sup>f</sup> pascit,

Quod qui digna gerit, de nece nulla timet.

Hoc jacet in tumulo venerandus Hilarius actu,

Corpore qui terras et tenet astra fide.

Vir bonus, egregia de nobilitate refulgens,

Inter honoratos germinis altus apex.

Connubio junctus simili, sed conjuge rapti,

Stans in amore Dei, non fuit alter amor.

Utilis in propriis, doctus moderamine legis,

Cujus judicium pondere libra fuit.

Justitiam tribuens populis examine recto,

C Vendita res pretio non fuit ulla suo.

Funeris officio lacrymans Eventia charo,

Contulit hæc genero membra sepulta <sup>g</sup> suo.

## CAPUT XIII.

*Epitaphium <sup>h</sup> Servilionis.*

[Servilionem lugubri hoc poemate celebrat, qui aulicus fuerat, atque regias opes rite administraverat: tum factus presbyter in viduas præcipue, ac pupillos diligens, ac munificus exstiterat.]

Quamvis longa dies, brevis hic, et hospita lux est,

Sola tamen nescit vita beata mori.

Hoc igitur tumulo Servilio clausus habetur,

Nobilis, et merito nobilior potens.

quem ex tabulis Agaunensibus Sammarthani descriperunt. Hæc Mabillonius, qui propterea vult, citra dubium, Victorianum Asanensem pro Agaunensi esse reponendum, quique Fortunato saltem fama, ac nomine notus esse potuerit, quemadmodum idem ipse Fort. sanctum Martinum Dumiensem in Gallæcia episcopum, magis adhuc distantem, epistola et elogio convenire potuit.

<sup>d</sup> In uno Cod. Vat. legitur *monasterii Asanæ*, in altero *Agahenens*, corrupte.

<sup>e</sup> An hic Hilarius est, de quo idem Fortun., cap. 35, lib. iii, scribit:

Hilarium pariter nobis in amore tenacem,  
 Insero carminibus, quem mea corda colunt?

<sup>f</sup> Tres Codd. Vatic., *spes non vacua pascit.* Edit. Paris., *spes non vaga.*

<sup>g</sup> Duo Codd. Vat., *sepulcra suo.*

<sup>h</sup> Deest hoc poema in Ven. Edit. et in uno Cod. Vat.

Ipse Palatinam rexit moderatus aulam,  
 Commissæque domus crescere fecit opes.  
 Presbyter inde sacer mansit venerabilis orbi <sup>a</sup>.  
 Servitioque Dei, libera vita fuit.  
 Orphanus hic patrem, viduæ solatia desent,  
 Unde magis cœlis gaudia vera tenet.  
 Pontificem <sup>b</sup> genitum videt hinc de munere Christi,  
 Raptus ab orbe quidem, Letus ad astra redit.

## CAPUT XIV.

*Epitaphium c Præsidii d.*

[Præsidium abbatem, ob doctrinæ sanctitatem, et in grege suo curando diligentiam ac sollicitudinem jam mortuum commendat.]

Vita brevis hominum, sed non brevis illa piorum,  
 Dum migrante die prosperiora tenent.  
 Qui meruere magis de carcere carnis evntes,  
 Post tenebras mundi, luce perenne frui.  
 Ex quibus hic recubans meritis Præsidium almîs,  
 Caræ tenet tumulum, spiritus <sup>e</sup> igne potum.  
 Pectore de proprio Christi responsa rigando,  
 Multorum exstinxit fonte fluente sitim.  
 Invitans instanter oves ad pascua Regis,  
 Distribuit dulcem fratribus ore salem.  
 Nam quoties monachus peccati est vulnere fixus,  
 Missus ad artificem <sup>f</sup> certâ medela fuit.  
 Ibat ad abbatem simulans, sanctumque magistrum,  
 Discipulus humilis, qui fuit ante tumens.  
 Talibus officiis intentus amore Tonantis,  
 Inter et Angelicos <sup>g</sup> fulget honore choros.

## CAPUT XV.

*Epitaphium Boboleni diaconi.*

[Bobolenum diaconum, dum somno indulget, a sicario icta securis occisum, deslet hoc carmine.]  
 Innumeris hominum subjecta est vita periculis,  
 Casibus et variis sors inimica premit.  
 Nam recubando thoro Bobolenus <sup>h</sup> honore diaconi,  
 Dum fruitur somno, mors rapit atra virum.  
 Hostis in insidiis securo, cæde securis,  
 Percutias cerebrum, fecit obire dolo.  
 Dic, tibi quid prodest scelus hoc peragendo nefande?  
 Ille Deo vivit, tu moriture peris.  
 Martyris <sup>i</sup> ille decus meruit, tu damna latronis;  
 Hinc sibi palma placet, sed tibi pœna manet.

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., *venerabilis orbe.*

<sup>b</sup> Licet hinc coniecere poema istud conscriptum fuisse suasu vel occasione episcopi alicujus, recens Ecclesiæ regendæ præfecti, cujus forte clero Servitio ascriptus olim fuerat.

<sup>c</sup> Deest hoc carmen in Ven. Edit. et uno Cod. Vat.

<sup>d</sup> In uno Cod. Vat. c. sic legitur epigraph.: *Epitaphium domus Præsidii.*

<sup>e</sup> Edit. Paris., *suminis*; in marg., *spiritus.*

<sup>f</sup> Hinc intelligitur Præsidium abbatem fuisse; cuiusnam vero monasterio præset, incertum est, cum hoc nomen minime occurrat in Catalogis Abbatum Regni Galliæ: quod ego quidem scire potui.

<sup>g</sup> Edit. Paris., *angelicos inter.*

<sup>h</sup> Edit. Ven., *Bobolinus dignus honore.*

<sup>i</sup> Hinc licet suspicari Bobolenum propter justitiam secundam sic percussum interisse.

A

## CAPUT XVI.

*Epitaphium Attici.*

[Attici, qui jam senio confectus obierat, funus prosequitur hoc carmine, et ejus eloquentiam prudentiamque, tota Gallia illustrem, tum generis nobilitatem, doctrinam, sapientiam, pietatem, in sacras artes et pauperes munificentiam, extollit.]

Quamvis longa seni ducatur in ordine vita,  
 Cum venit extremum, nil valet esse diu.  
 Sed quia nemo fugit, nisi terram terra recondat,  
 Lege sub hac, cunctos sors rapit una viros.  
 Celsus in hoc humili tumulo jacet Atticus ille,  
 Qui dabat eloquio dulcia mella suo.  
 Impendens placidam suavi modulamine linguam,  
 Pacificusque suus sermo medella fuit.  
 Cujus abundantem venerata est Gallia sensum,  
 Excoluitque senem semper honore patrem.  
 Clarus ab antiquis, spes nobilitatis opinæ,  
 Sufficiens propriis, nulla rapina fuit.  
 Dogmata corde tenens, plenus velut arca libellis,  
 Quisquis, quod voluit, fonte fluente bibit.  
 Consilio sapiens, animo pius, ore serenus,  
 Omnibus ut populis esset amore parens.  
 Sic venerabilibus templis, sic favit i egenis,  
 Mitteret ut cœlis, quas sequeretur opes.

B

## CAPUT XVII.

*Epitaphium Arcadii h juvenis.*

[Arcadium, adhuc juvenem, immatura morte, occupatum, funebri carmine cohonestat.]

C

Omne <sup>l</sup> bonum velox fugitivo tempore transit,  
 Quæ placitura videt, mors magis illa rapit.  
 Illic puer Arcadius veniens de prole senatus,  
 Festinante die raptus ab orbe jacet.  
 Parvula cujus adhuc freno se vinxerat ætas,  
 Ut tener <sup>m</sup> et annis surg, ret ipse senex.  
 Eloquio torrens, specie radiante venustus,  
 Vincens artifices, et puer arte rudis.  
 Quo me forma rapis laudes memorare sepulti?  
 Singula si memores, plus lacrymanda mones.  
 Sed quoniam nulla maculatus sorde recessit,  
 Nulli <sup>n</sup> stendus erit, quem paradus habet.

D

<sup>l</sup> Duo Codd. Vat., *sic fudit.* Edit. Ven., *sic fulget egenis.*

<sup>h</sup> Opinatur Browerus hunc Arcadii Arvernensis senatoris (de quo sæpe Gregor. Turon. in Histor. Franc.) filium fuisse. Sed cum ille Arcadius pater Placidinæ fuerit, olim uxoris Leontii, episcopi Burdegalensis, ab ipso vero dimissæ ad an. 549, minus verisimile videtur, fratris ejus, adhuc pueri, funus deseri potuisse a Fortunato, qui ad annum 565, ut sæpe diximus, venerat in Gallias, nisi forte multo post ejus obitum hoc poema in gratiam Placidinæ a Fortunato elucubratum fuisse credendum est. Malim itaque illum ex Arcadii ortum familia, quam ejusdem filium dicere.

<sup>l</sup> Deest hoc poema in Ven. Edit. et uno Cod. Vat.

<sup>m</sup> Duo Codd. Vat., *ut teneris annis*

<sup>n</sup> In uno Cod. Vat., *nullis stendus.*

## CAPUT XVIII.

*Epitaphium Basilii.*

[Basilium demortuum laudat funebri carmine, ob eloquentiam ac doctrinam, ob sapientiam ac pacis studium; ob liberalitatem in pauperes et templa. Susceptas ab eodem in Hispaniam legationes et innocentiam in publicis gerendis muneribus commendat quaque populo et regibus charus esset ostendit.]

Impedior lacrymis prorumpere nomen amantis,  
Vixque dolenda potest scribere verba manus.  
Conjugis affectu, cogor dare pauca sepulto,  
Si loquor, affligor, si nego, durus ero.  
Qui cupis hoc tumulo cognoscere lector humatum,  
Basilium a illustrem mœsta sepulcra tegunt.  
Cujus blanda pio recreabat lingua relatu,  
Et dabat eloquio verba benigna suo.  
Hinc doctrina rigans, illinc dulcedo redundans,  
Ornavit radio lux geminata virum.  
Regis amor, charus populis b, ita pectore dulcis,  
Ut fieret cunctis in bonitate parens.  
Tranquillus, sapiens, jucundus, pacis amicus,  
Nullaque c, quo stabat, semina litis erant.  
Hunc consultantem legati sorte frequenter,  
Misit ad Hispanos Gallica cura viros.  
Sufficienter habens, nunquam fuit arma rapinæ,  
Non propriis eguit, non aliena tulit.  
Ecclesias ditans, loca sancta decenter honorans,  
Pauperibus tribuens, dives ad astra subit.  
Annis bis denis cum Baudegunde jugali  
Junxit in orbe d duos unus amore torus.  
Qui tamen undecimo lustro cito raptus e ab ævo.  
Post finem terræ regna superna petit.  
Non jam flendus eris humana sorte recedens,  
Dum patriam cœli, dulcis amice, tenes.

## CAPUT XIX.

*Epitaphium Aracharii.*

[Aracharium, qui regia in aula clarus fuerat, regique charus et jucundus, adhuc florente ætate hinc morte ereptum, deflet hoc carmine.]

Partu f terra suo fraudem non sustinet ullam,  
Quæ dedit, hæc g recipit, debita membra luto.  
a Vide quæ de Basilio et Baudegunde, ejusdem uxore, diximus in notis ad carm. 7, lib. 1.  
b Unus Cod. Vatic. charus populi sic pectore.  
c Unus ex Codd. Vat., multaque quo s:abat, semina lactis erant.  
d Unus ex Codd. Vat., junxit in urbe.

e Dubitat Brow. an hic idem Basilius sit de quo Gregor. Turon., lib. iv Hist. Franc., cap. 46, quod dispar utriusque mors videatur fuisse. Ille scilicet, de quo Gregor., videtur oppressus a Mummulo interisse; hic de quo Fortun., nullo ejusmodi casu et calamitate. Verum nec ex illo Gregorii loco satis aperte confici potest Basilium potius quam collectam ab ipso et Sigario multitudinem Mummoli armis superatam interisse; neque hic declarat Fortunatus quo mortis genere Basilius decesserit: solum indicat non admodum senem hinc raptum obiisse. (Prima curæ nota.) — Mommolus Eunius fuit qui a Guntramno rege donatus patricii loco et gradu, clarissimis postea partis victoriis, illum quo auctus fuerat honorem multum reddidit quam acceperat illustriorem. Nam Langobardos et Saxonas, in Galliam irrupentes magnis præliis profligavit. Idem deinde,

A Hic vergente suo situs est Aracharius ævo.

Sex qui lustra gerens, raptus ab orbe fuit.  
Ipse Palatina refulsit b clarus in aula,  
Et placito i meruit regis amore coli.  
Omnia restituit mundo, quæ sumpsit ab ipso;  
Sola tamen pro se, quæ bene gessit, habet.

## CAPUT XX.

*Epitaphium Brumachii.*

[Brumachium, potentem virum, dum a legatione, qua perfunctus fuerat, revertitur in Gallias, morte in itinere oppressum, prosequitur lugubri carmine, illum laudans ob eloquentiam ac prudentiam, unaque Frigix uxoris in curando funere conjugis diligentiam commendat.]

Quisquis in hoc tumulo cineres vis nosse sepulti,  
Brumachius quondam fulsit in orbe potens.  
B Quem sensu, eloquio, legati nomine functum,  
Dum remeat patriæ, sors inimica tulit.  
Finibus Italiæ raptus, sed Frigia [Fragia, Phrygia?]  
[i] conjux,  
Detulit huc chari funus amore k viri,  
Ceu vivum coluit, cui grata est umbra mariti.  
Conjugibus castis ipsa favilla placet.  
Ipse quaterdenos permausit in orbe per annos,  
Mox obiit, et magnum parva sepulcra tegunt.

## CAPUT XXI.

*Epitaphium Avoli 1.*

[Laudat Avolum ob pietatem ac religionem in sacras ædes, ob liberalitatem in pauperes, munificentiam in cives.]  
C Irriguis Avolum lacrymis ne flete sepultum,  
Qui propriis meritis gaudia lucis habet.  
Nam si pensentur morum pia gesta suorum,  
Felix post tumulos possidet ille polos.  
Templa Dei coluit, latitans satiavit egentem,  
Plenius illa metit, quæ sine teste dedit.  
Nobilitate potens, animo probus, ore serenus,  
Plebis amore placens, fundere promptus opes m.  
Non usuræ avidus, licet esset munere largus,  
Plus nihil expetiit, quam numerando dedit.  
Nil mercedis egens, merces fuit una salutis,  
Quod minus est pretio, proficit hoc merito.

cum a Guntramno defecisset, et Gundevaldum fuisset secutus (quem tamen ipsum deseruit postea ac prouidit) jussu Guntramni occisus est, uti narrat Gregor. Tur. lib. vii Hist. c. 39.

D f Unus Cod. Vat., pastu terra suo.  
g Ibid., quæ dedit, ac recipit.  
h Edit. Ven., fulsit præclarus in aula.  
i Ibid., et placido.  
j Edit. Ven. Frisia conjux.  
k Edit. Ven. et duo Codd. Vat. funus amando viri.

l Brow. opinatur hunc esse Avolum presbyterum, qui interfuit, ac subscripsit concil. Aurelian. iii, nomine Agricolaë Cabillonensis episcopi. Sed mirum, si Avolus, de quo nunc agitur, presbyter fuit, nihil de isto honoris gradu hic esse a Fortunato commemoratum, atque alia potius ab eodem commendari, quæ laico magis conveniant, quod niuicrum munificus esset, et ab usuris exigendis alienus.

m Edit., in marg. :

Promptus opes miseris sat tribuendo dedit.

Luce perenne fruens, felix cui mortua mors est,  
Quem non pœna premit, vita superna manet.

## CAPUT XXII.

*Epitaphium \* innocentum.*

[Infantium puerorum tumulum, qui uno, ut videtur, pariu editi, alter maturius, quinquennis alter decesserat, et in idem sepulcrum, in quod et Mater eorum, fuerant illati, fœnebrî carminè cohonestat.]

Hoc jacet in tumulo non fienda infantia fratrum,  
Quos tulit innocuos vita beata viros.

Uno utero geniti, simili sunt sorte sepulti,  
Et pariter natos lux tenet una duos.

Lotus fonte sacro prius ille recessit in albis <sup>b</sup>,  
Iste gerens lustrum ducitur ante Deum.

Nomine sed primus vocitatus <sup>c</sup> rite Joannis,  
Alter Patricius munere major erat.

De cujus merito sic <sup>d</sup> plurima signa dederunt,  
Felicis animæ, quæ pia vota colunt.

Hic etiam felix genitrix requiescit eorum,  
Quæ meruit partu lumina ferre suo.

## CAPUT XXIII.

*Epitaphium Juliani.*

[Julii nom., qui mercaturam quondam exercuerat, deinde partas opes effuderat in hospites et egenos, jam mortuum, laudat hoc carmine. Joannis filii in patrem demortuum charitatem et diligentiam commendat.]

Condita <sup>e</sup> sunt tumulo Juliani membra sub isto,  
Cujas in æternum vivere novit honor.

Mercator quondam, conversus sine beato,  
Raptus ab hoc mundo crimine liber homo.

Collegit nimium, sed sparsit egentibus aurum,  
Præmisit cunctas, quas sequeretur, opes.

Sollicitus, quemcunque novum conspexit <sup>f</sup> in urbe,  
Hunc meruit veniens exsul habere patrem.

Pascere se credens Christum sub paupere forma,  
Ante omnes apud hunc sumpsit egenus opem.

<sup>a</sup> In Ven. Edit. hic habetur titulus: *Epitaphium Orientiorum*. Quo vocabulo videtur designari nomen proprium familiæ ac generis e quo erant infantes pœni hic defletæ a Fortunato. Nec vero Orientiorum nomen erat ignotum in Galliis. Vide infra, c. 21.

<sup>b</sup> Antea legebatur *prior ille recessit in alvo*; ex Mss. antiquis uti nunc legitur restituit Brow. Favent huic lectioni et mss. Codices Vat. quorum unus habet: *Pius ille recessit*.

<sup>c</sup> In uno Cod. Vat., *vocitatur*.

<sup>d</sup> Ibid., *se plurima*.

<sup>e</sup> In Ven. Edit. et uno Cod. Vatic. deest hoc carmen.

<sup>f</sup> Duo Codd. Vat., *prospexit in urbe*.

<sup>g</sup> Greg. Turon., lib. de Vitæ PP., c. 8, num. 6, mentionem facit de quodam Joanne presbytero Turon., qui olim mercaturam, ut ibidem narrat, exercuerat, assorens eundem ab urbe *Massiliensi cum commercio negotiationis suæ olim rediisse*. Admodum credibile est hunc eundem esse de quo hic Fortunatus, qui scilicet a pueritia secutus Juliani Patris institutum, postea conversus cum Patre, Turonensi clero ascriptus fuerit.

<sup>h</sup> In uno Cod. Vat.: *Epitaphium Morientii*.

<sup>i</sup> In Ven. Edit. *quod bene gessit humi*.

<sup>j</sup> Edit. Ven., *Theodechildæ*. — Theodechildis, de qua hic loquitur Fortunatus, minime confundenda est cum Theodechilde, uxore Chariberti regis, de qua Greg. Turon. lib. iv Hist. Franc., c. 20. *Habuit*, inquit (Charibertus) *et aliam puellam opi-*

A Nec solum refovens, sed dona latendo ministrans,  
Amplius inde placet, quod sine teste dedit.

Felicem sensum, qui fratris migrat in alvum [alvo],  
Et vivos lapides ædificare potest.

Extulit hunc tumulum genitoris honore Joannis <sup>g</sup>,  
Qui modo divinis fungitur officii

Qualiter hic vivo serviret amore parenti,  
Cum nati pietas ipsa sepulcra colit?

## CAPUT XXIV.

*Epitaphium Orientii <sup>h</sup>*

[Orientium, qui in regia aula principem locum obtinuerat dignitatis et gratiæ, vita functum laudat ob prudentiam, justitiam ac moderationem. Tam Nicasiæ uxoris in curando Mariti funere, et in ejus memoria colenda, sollicitudinem ostendit.]

B Non hic nostra diu est fugienti tempore vita,  
Quæ sub sine brevi vix venit, inde redit,

Ecce caduca volant præsentia sæcula mundi,  
Sola fides meriti nascit honore mori.

Clauditur hic pollens Orientius ille sepultus,  
Cui Palatina prius mansit aperta domus.

Consiliis habilis, regalique intus aulæ,  
Obtinuit celsum dignus in arce locum.

Vir sapiens, justus, moderatus, honestus, amatus.  
Hoc rapuit mundo, quod bene gessit homo <sup>i</sup>.

Sexaginta annis vix implens tempora lucis,  
Conjuge Nicasia qua tumulante, cubat.

Cujus castus amor colit ipsa sepulcra mariti,  
Nec placitura homini, sed dedit esse Dei.

## CAPUT XXV.

*Epitaphium Theodechildis i reginæ.*

[Theodechildem reginam, vita functam, egregie laudat ob regiam stirpem et affinitatem, ob liberalitatem in pauperes et in templa munificentiam.]

Quamvis ætatis senio <sup>k</sup> jam flecteret annos,  
Multorumque tamen spes cito rapta fuit.

*tionis, id est pastoris ovium filiam, nomine Theodechildem*, cui proinde nullo modo ea congruunt quæ de stirpe ac nobilitate Theodechildis hic prædicantur a Fortunato.

Cointius, ad an. 504, n. 5 et seqq., censet duas esse Theodechildas ex regio genere distinguendas, quarum senior Clodovei regis, junior vero Theoderici filia fuerit, ac proinde Clodovei neptis. De prima hoc fœnebre poema elucubratur fuisse a Fortunato.

Haud erit abs re ac proposito nostro, paucis examinare momenta quibus utitur Cointius. Is ergo primum conatur Procopio Adem derogare, qui, lib. iv de Bello Goth., c. 20, scripsit sororem Theodeberti, filiam propterea Theoderici, nupsisse Hermegisælo, Varnorum regi. Plura quippe a veritate aliena in suam historiam narrat illum intexuisse, ac, inter cætera, quod Clotildem, Clodovei Magni filiam, (quam sanctus Gregor. Turon., lib. iii Hist. Franc., c. 4, disertis verbis refert nupsisse Amalarico, Wisigothorum regi) item Theodeberti sororem appellet, lib. 1, c. 15, ut mirum proinde non sit eundem errore deceptum vel Theodechildem Theodeberti sororem dixisse, quæ amita fuerit.

Deinde opinionem suam ex eo Cointius nititur confirmare, quod Theodechildis, si fuit Theodeberti soror, filia Theoderici, eadem Greg. Tur. superstes fuisse dicenda est. Qui vero id potuit, cum Fortunatus

<sup>k</sup> Unus Cod. Vat., *ætatis senium*.

Si <sup>a</sup> precibus possent <sup>b</sup> naturæ debita flecti,  
 Plebs ageret lacrymis, hanc <sup>c</sup> superesse sibi.  
 Gaudia quanta inopum tumulo <sup>d</sup> sunt clausa sub isto?  
 Votaque quot populis abstulit una dies?  
 Inclyta nobilitas genitili luce coruscans,  
 Illic properante die Theodechilda jacet.  
 Cui frater, genitor, conjux, avus, atque priores,  
 Culmine succiduo regius ordo fuit  
 Orphanus, exsul, egens, viduæ <sup>e</sup> jacentes,  
 Matrem, escam, tegmen hic sepelisse dolent.  
 Unica res placuit, cumulo mercedis opimæ,  
 Antea cuncta dedit, quam peteretur opem.  
 Occultans sua dona suis, neu <sup>f</sup> forte vetarent,  
 Sed quæ clausa dedit, iudice teste, docet.  
 Templorum Domini cultrix, pia munera <sup>g</sup> præbens,  
 Hoc proprium reputans, quidquid habebat inops.

natus epitaphium ejus scripserit, et inseruerit operi quod Greg. Tur. adhuc vivo nuncupavit?

Sed hoc quod a Cointio affertur non magni momenti est. Potuit quippe Fortunatus scriptum a se poema in Theodechildis funus, post mortem Gregorii, Operi suo attestare: potuerunt et alii, qui dispersa Fortunati carmina unum in volumen collecta redegere.

Quod vero Theodechildis non Clodovei filia, sed Theoderici fuerit, ac propterea soror Theodeberti, ut omittam scriptorum constans silentium, qui nullam Clodovei regis filiam, nomine Theodechildem, referunt, ac unam commemorant Clotildem, quæ nupsit Amalarico, certe Fortunatus hoc ipso in carmine ea de Theodechilde memorat quæ Theodeberti sorori, non vero Clodovei filia quadrare comperiuntur. Ejus quippe regiam stirpem recensens, inquit:

Cui frater, genitor, conjux, avus, atque priores,  
 Culmine succiduo regius ordo fuit.

Hæc, inquam, magis in eam conveniunt, quæ Theoderici filia fuerat, quam quæ Clodovei, in quo primum regii nominis ac seminis successio a Gallis confirmata fuit, a quo scilicet regnum ad ejusdem posterum perpetuo maneret, ut narrat Greg. Turon., lib. II Histor. Franc., cap. 9. Deinde qua ratione Fortunatus regium potius Theodechildis fratrem, quam fratres nominasset, si eadem Clodovei filia, ac proinde quatuor ejus filiorum, eorundemque regum soror, ac non filia Theoderici, et soror Theodeberti existisset? At id præclare concinit alteri testimonio Fortunati, quod de Theodechilde, sorore Theodeberti scriptum, vel ipse fatetur Cointius. En vero illud ex lib. VI, cap. 5:

Inclyta progenies, regali stirpe coruscans,  
 Cui celsum a proavis nomen origo dedit.  
 Currit in orbe volans generis nova gloria vestri,  
 Et simul hinc frater personat, inde pater.

Quod vero respondet Cointius, idcirco unum ejus fratrem commemorari a Fortunato, cum quatuor haberet, ut innueret ex his solum Theodericum eodem ex thoro quo Theodechildem fuisse procreatum, id cum nullo certo indicio asseritur, tum ob eam causam a poeta, nullo modo fuisset præternissum (præsertim non invito metro) quod tantopere ad Theodechildis laudem augendam pertinebat, eandem nimirum quatuor reges fratres habuisse, qui licet nati diversis ex nuptiis, vere tamen ejus fratres fuissent. Quod si illa valeret causa silentii a Cointio allata, non erat cur Fortun., l. VI, c. 5, de alterius, ut ipse putat, Theodechildis rege fratre mentionem faceret, cum Theodebertus non eodem ex thoro natus fuerit Theoderico, quo Theodechildis; hanc enim ex Suavegotta, cui multo post natum Theodebertum nupsit, suscepit. Vel ipse tamen Cointius fatetur illo in poemate Theodebertum ad laudem Theode-

A Una mori sors est, et terræ reddere terram:  
 Felix, cui meritis stat sine fine dies.  
 Actibus his instans, terrena <sup>h</sup> in luce relata,  
 Ter quino <sup>i</sup> lustro vixit in orbe <sup>l</sup> decus.

#### CAPUT XXVI.

Epitaphium <sup>k</sup> Vilithutæ [Vilitrutæ].

[Vilithutam, nobilem mulierem, e gente tamen æ stirpe Barbarorum, in pariendo una cum prole extinctam, lamentatur; illiusque cum egregiam formam corporis, tum animi et ingenii ornamenta commendat. Data occasione de supremo judicio, deque dispare futura bonorum et malorum sorte fuse disserit; tum, ex præsentē Vilithutæ felicitate, superstitem conjugem ex mœrore quem amantissimæ uxoris ex funere conceperat, conatur abluere.]

Omne bonum velox, fugitivaque gaudia mundi,  
 B Monstrantur terris, et cito lapsa ruant.

childis commemorari. Videsis Pagium, ad an. 572, num. 4, ubi hanc quæstionem instituit, et Cointium refellit.

<sup>a</sup> Ibid., sic precibus.

<sup>b</sup> Alter Cod. Vat., possint.

<sup>c</sup> Edit. Ven., huc superesse.

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., cumulo sunt clausa. Edit. Paris., clausa sub uro.

<sup>e</sup> Edit. Ven. et duo Cod. Vat., nudæque jacentes.

<sup>f</sup> Edit. Ven., ne forte.

<sup>g</sup> De Theodechilde scripsit Flodoardus: *hujus [nempe Mapini, episcopi Rhemensis] temporibus Suavegotta regina Rhemensi Ecclesiæ tertiam partem villæ Viristaci per testamenti paginam delegasse reperitur. Quam partem villæ ipse quoque præsul Theodechildi, præfatæ reginæ filia, usufructuario, per precarium, salvo Ecclesiæ jure, concessit, ita duntaxat, ut post ejus obitum, absque ullo præjudicio, sicut ab ea meliorata fuisset, ad ditionem Rhemensis revocaretur Ecclesiæ. Quare scilicet Theodechildis regina post modum nonnulla, per testamenti sui auctoritatem, tempore domni Egidii Rhemensi contulit ecclesiæ prædia.*

Cointius vero censet Fortunatum, dum is celebrat Theodechildis in templa munificentiam, spectare monasterium quod ipsa ante Senonensem urbem, regia liberalitate, construendum curaverat, illius ad instar quod Clodoveus prope Parisios exædificaverat, cuique monasterio eadem fundos, quos sive citra Ligerim in Francia, sive trans Ligerim in Aquitania, aut de possesso, aut de acquisito, habere potuit, locaverat, in quo assidue monachi Deo deservirent, ibique et suum post obitum corpus ut sepulturæ daretur mandaverat. Vide Cointium, ad an. 564, num. 56 et seqq.

<sup>h</sup> Edit. Ven., æterna in luce. Cod. un. Vat. in luce renata. Edit. Paris., in luce redacta; in marg., relata.

<sup>i</sup> Theodechildis non ante an. 522 nata est, quo circiter tempore Theodericus nupsit Suavegottæ, Sigismundi regis filia, e qua suscepit Theodechildem, ut supra innuimus. Si itaque addas annos LXXV, quos eandem vixisse hic refert Fortunatus, reperies ipsam extremo fere vitæ Fortunati tempore diem suum obiisse. Vide quæ diximus in Vita Fortun., num. 90.

<sup>j</sup> Unus Cod. Vat. in urbe decus.

<sup>k</sup> Unus Cod. Vat. habet Vilithylæ. Edit. Ven., Uttrogothæ; tum desunt duo versus Vilithuta decens, etc., et sequens. Item in uno Cod. Vat. — Browerus putat Vilithutam de gente Gothorum fuisse: quam *torram* appellat Fortunatus, spectans bellicosos illius populi animos et spiritus, sive ut truculentam eorum indolem immanemque vitæ consuetudinæ

Ut dolor acquirat vires, cum perdit amantem,  
 Ante placere facit, durius inde premit.  
 Heu lacrymæ rerum, heu sors inimica virorum,  
 Cur placitura facis, quæ dolitura rapis?  
 Vilitiuta decens, Dagaulfi chara jugalis,  
 Conjugis amplexu dissociata jacet.  
 Corpore juncta toro, plus pectore nexa marito,  
 Læcis in occasu vincula rupit amor.  
 Tempora cui poterant <sup>a</sup> adhuc in flore manere,  
 Principio <sup>b</sup> vitæ finis acerbus habet.  
 Sanguinæ nobilium generata Parisius <sup>c</sup> urbe,  
 Romana studio, barbara prole fuit.  
 Ingenium mite intorva <sup>d</sup> de gente trahebat,  
 Vincere naturam, gloria major erat.  
 Nunquam mœsta manens, vultu nova gaudia portans,  
 Nubila fronte fugans, corde serena fuit.  
 Fudit ab ore jubar species redimita decore,  
 Protulit et radios forma venusta suos.  
 Stirpe sua reliquas superavit pulchra puellas,  
 Et crocea <sup>e</sup> facie lactea colla tulit.  
 Splendida conspectu, meliori pectore fulsit,  
 Digna micans animo, nec pietate minor.  
 Cui quamvis nullus hac in regione propinquus,  
 Obsequio facta est omnibus una parens.  
 Divinis intenta bonis, alimenta ministrans,  
 Quæ mercede magis se satiasset videt.  
 Hæc data post obitum faciunt quoque vivere fun-  
 [ctam,

Forma perit hominum, nam benefacta manent.  
 Corpora pulvis erunt, et mens pia floret in ævo,  
 Omnia prætereunt, præter amare Deum.  
 Orphana tunc aviæ <sup>f</sup> studiis adolevit optimæ,  
 Inque loco natæ neptis adulta fuit.  
 Tertius a decimo ut hanc <sup>g</sup> primum acceperat annus,  
 Traditur optato consociata viro.  
 Nobilitas in gente sua cui celsa refulsit,  
 Atque suis meritis additur alter honor.  
 Dulcis ovans, alacris studiis ornata juvenus,  
 Quod natura nequit, littera prompta dedit.  
 Tres meruere tamen juncti superesse per annos,  
 Conjugioque suo, corde ligante frui.  
 Ambo pares animo, voto, spe, moribus, actu,  
 Certantesque sibi, mente, decore, fide,  
 Tempore jam certo est enixa puerpera prolem,  
 Damno feta suo, quæ pariendo perit.

consuetudinem significet. Quam feritatem Hyperboreis  
 omnibus communem ac bene nativam fuisse asserit  
 Sidon. Apollinaris in Anth. inquitur :

.....Jacet axe sub ursæ

Gens animis, membrisque minax, ita vultibus ipsis  
 Infantum suus horror inest.

Quod autem Vilitiuta, quamvis nata Parisiis, non  
 esset e gente Francorum, satis ostendit versus ille  
 qui paulo post consequitur in hoc poemate :

Cui quamvis nullus hac in regione propinquus,  
 Obsequio facta est omnibus una parens :

<sup>a</sup> Edit. Ven., poterant et adhuc, quod sequendum.

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat. et Edit. Paris., principium  
 vitæ.

<sup>c</sup> Edit. Ven., Parisiis in urbe.

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., torva de gente.

A Abripuit teneram subito mors invida formam,  
 Annos quippe <sup>b</sup> duos, lustra gerendo tria.  
 Sic animam generans, anima spoliatur et ipsa,  
 Spem peperit luci, luce negante sibi.  
 Exemplum sed triste dedit securæ <sup>i</sup> parenti,  
 Unde redire solet, deficit inde genus,  
 Tertius esse pater cupiens, heu solus habetur,  
 Crescere quo numerus debuit, ipse <sup>j</sup> cadit.  
 Nam partus [parvus] cum matre perit, nascendo se-  
 [pultus,

Nil vitale trahens, natus in ore necis.

Plus fuerant soli, si tunc sine prole fuissent,

Addita posteritas abstulit id quod erat.

Infaustis votis genitus de fœcere matris,

Et genitrix nato mortis origo fuit.

B Alter in alterius lethali sorte pependit ;

Inque vicem sibi mox ambo dedere necem.

Sed sensit graviora dolens pater, atque maritus,

Qui gemit, uno obitu se sepelisse duos.

Pro vix dum genito lacrymas jam solvit humato,

Vidit quod feret, non quod haberet amor.

Tristitiæ amulum tribuit cui rapta jugalis,

Dans longas lacrymas tempore nupta brevi.

Consultum tamen illud habet de conjuge conjux,

Huic quia mercedis non vacatur opus.

Nam quod ad ornatum potuit mullebre videri,

Ecclesiis prompte pauperibusque dedit.

Hic nulla ex illis rebus peritura reliquit,

Ut modo præmissas dives haberet opes.

Quam bene distribuens, sine se sua notuit esse,

C Nam quæ larga <sup>k</sup> dedit, hæc modo plena merit.

Condidit ergo sibi quidquid porrexit egenti,

Et quos sumpsit inops, hos habet illa cibus.

Felices quos nulla gravant de morte secunda,

Nec faciunt pœnis subdita membra feris.

Dulcibus illecebris qui non sibi condidit Avernam <sup>l</sup>,

Nec per carnem animam vult sepelire suam.

Sed casta pietate manens, sine crimine vitæ,

Illius in luce hæc <sup>m</sup> præmia lucis emit.

Tempore quam parvo lacrymas aut colligit amplas ?

Aut cui vita nitet <sup>n</sup>, gaudia longa capit.

Hic <sup>o</sup> de morte levis dolor est ; nam durius illud,

Hic quem viventem Tartara nigra tenent.

Infelix quisquis, maculosis actibus usus,

Ante [arte] redemptorem se laqueasse videt.

D

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., rosea

<sup>f</sup> Edit. Ven., Orfana tunc aviæ est, mendose.

<sup>g</sup> Ibid., hæc ut primum.

<sup>h</sup> Cum dixerit supra Fortunatus Vilitiutam annos  
 terdecim natam nupsisse, et annos tres vixisse cum  
 conjuge superstitem, sequeretur eandem sextum  
 decimum annum vivendo explesse. Cur ergo hic  
 decem et septem annos refert ipsam vixisse? forte  
 menses in superioribus summis prætermisissos hic  
 refert in numerum.

<sup>i</sup> Ibid., dedit fetura parenti.

<sup>j</sup> Edit. Ven. et tres Codd. Vat., esse cadit.

<sup>k</sup> Unus Cod. Vat., nam quæ lingua dedit.

<sup>l</sup> Edit. Ven. et tres Codd. Vat., condidit amarum.

<sup>m</sup> Edit. Ven., illius in luce hæc præmia.

<sup>n</sup> Unus Cod. Vat., aut cui vita tenet.

<sup>o</sup> Duo Codd. Vat. et Ven. Edit., hæc de morte.

Nubibus invecus cum venerit arbiter orbis,  
 Et tuba terribilis moverit <sup>a</sup> arma polis.  
 His venit Elias, illis in curribus Enoch,  
 Anteviendo suos; hinc Petrus; hinc Stephanus.  
 Flore puellarum rosea stipante corona,  
 Inter virgineos prima Maria choros.  
 Hinc Martha <sup>b</sup>, hinc sponsa Agnes, Tecla dulcis,  
 [Agatha <sup>c</sup>,

Et quæcunque Deo virginitate placet.  
 Tunc ibi quis terror, cœli assistente senatu  
 Quid dicturæ animæ iudicis in facie?  
 Mox aut pœna manet miseris, aut palma beatos.  
 Sunt disque suæ vitæ semina jacta metit.  
 Sunt dicturi alii: Cade, mons, et comprime corpus;  
 Sed jussi colles ferre sepulcræ negant.  
 Cogentur minimi quadrantem solvere nummi,  
 Nemo pedem removet quo sua culpa trahit,  
 Spe vacui, palææ similes mittentur in ignes,  
 Pascendis flammis fit <sup>d</sup> caro nostra cibus.  
 Vivunt ad pœnas, æterno ardente camino,  
 Ut cruciet gravius, mors mala non moritur.  
 Ne fessi recreent animas longo igne crematas,  
 Porriget <sup>e</sup> heu, nullas flammiger amaris aquas.  
 Parte alia, meritis felicibus acta <sup>f</sup> tenentes  
 Fulgebunt justis, sol velut arce poli.  
 Digni lumen habent, damnati incendia deflent,  
 Illos splendor alit, hos vapor igne coquit.  
 Res est una quidem, duplici sed fuditur actu,  
 Nam cremat indignos, quo probat igne pios.  
 Æterna radiant paradisi in luce beati,  
 Cum facie Christi regna tenendo sui.  
 Gratia quanta manet, vultus qui aspexerit illos!  
 Quantus honor hominum, posse videre Deum!  
 Si nimis erigitur fragilem qui cernit amicum,  
 Qualiter exsulet qui videt ora Dei?  
 Lilia, narcissus, violæ, rosa, nardus, amomum <sup>g</sup>.  
 Quidquid, odorifero germine, mittit Arabs.  
 Iudicis in vultu florentia lumina vernant,  
 Sed super hæc, Domini suavior efflat odor.  
 Nam quantum obscæno melior lux aurea plumbo,  
 Tantum thura Deo, cedit et omnis odor.  
 Quantum nocte dies distat, sol lampade lunæ,  
 Factori cedunt sic sua facta suo.  
 Cum vero justis tanto splendore fruuntur,  
 Congaudent nimium se caruisse mori.  
 De tenebris migrasse favent in luce perenni,  
 Et magis ad bona tot tardius isse dolent.

<sup>a</sup> Duo Codd. Vat. et Ven. Edit., *commovet arma*.

<sup>b</sup> Tres Codd. Vat., *hinc Mater*.

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat., *Agathe*.

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., *sic caro*.

<sup>e</sup> Edit. Ven., *porrigit*.

<sup>f</sup> Edit. Ven. et duo Codd. Vat., *alta tenentes*.

<sup>g</sup> Ibid., *amomus*.

<sup>h</sup> Duo Codd. Vat., *huc meliora*. Edit. Ven., *hæc meliora*.

<sup>i</sup> Edit. Ven. et unus Cod. Vat., *juncta*.

<sup>j</sup> Edit. Ven. et tres Cod. Vat., *revocare gradum*.

<sup>k</sup> Edit. Ven. et unus Cod. Vat., *ne grave senus*.

<sup>l</sup> In Cod. ms. sæculi xv quo usus est vir cl. Jacobus Morellius, bibliothecæ S. Marci Venetiis

A Tu quoque nec lacrymis uras pia facta jugalis  
 Cui modo creduntur hic <sup>h</sup> meliora dari.  
 Nam si deplores meritis quæ vivit opinis,  
 Conjugis ipse bonis invidiosus eris.  
 Præsertim quam sensu, animo, tibi corpore junctam  
 [junctas <sup>i</sup>,]

Cum Christo semper corde fuisse refers.  
 Post Domini vultus, ad te si jussa rediret,  
 Fleret in hunc mundum se revocasse <sup>j</sup> gradum.  
 Charius illa diem retinet, quem perdere nescit,  
 Quam hunc, quem timuit, sine sequente sibi.  
 Ne grave funus <sup>k</sup> agas, cunctis natura quod offert,  
 Quod cum principibus participatur inops.  
 Nullum paupertas, non eripit ampla facultas,  
 Hoc commune simul dives, egenus habet.  
 B Nam puer atque senex, niger, albus, turpis, honestus,  
 Debilis, et fortis, mitis, et asper obit.

<sup>l</sup> Huc sapiens stolidus, probus,.... improbus  
 [omnis,

Plenior, exiguus, parvus, et altus adit.  
 Tardius aut citius currit sors ista per omnes,  
 Dissimili merito, mors trahit una viros.  
 Non decet ergo graves pro conjugis fundere fletus,  
 De cujus meritis te dubitare negas.  
 Felices nimium hic qui sine crimine præsent,  
 Qui melius discunt vivere post obitum.

#### CAPUT XXVII.

##### *Epitaphium Euphrasæ.*

Euphrasiam, nobilissimam feminam, bonis actibus  
 cumulatam, et illustrem virtutibus, mortalem  
 C hæc vitam cum immortalitate commutasse gra-  
 tulatur. Ejusdem munificentiam in pauperes, castimoniam, generis quoque nobilitatem, com-  
 mendat.]  
 Si <sup>m</sup> pietatis opus nunquam morietur in ævo [ævum],  
 Vivis pro merito, femina sancta, tuo.  
 Inclyta sidereo radians, Euphrasia, regno,  
 Nec mihi flenda manes <sup>n</sup>, cum tibi læta places,  
 Terræ <sup>o</sup> terra dedit, sed spiritus astra recepit,  
 Pars jacet hæc tumulo, pars tenet illa potum.  
 Corpore deposito, leviori vecta volatu,  
 Stas melior cœlo, quam prius esses humo.  
 Carnis iniqua domans, det e tibi, sacra, <sup>p</sup> triumphans,  
 Ad patriæ sedes civis opima redis.  
 Ardua nobilitas proavorum luce coruscans,  
 Plus tamen es meritis glorificanda tuis.  
 D Vir cui Namatius <sup>q</sup>, datus inde Vienna sacerdos:  
 Conjuge defuncto, consociata Deo,

custos, hic versus, qui in Brow. edit. et ms. Codd. quibus usi sumus mancus reperitur, sic suppletur: Huc sapiens, stolidus, probus, improbus, atque superbus; et infra:

Dissimili merito sic trahit unanimes.

(*Secunda curæ nota.*)

<sup>m</sup> Hoc poema et sequens desunt in uno Cod. Vat. et Ven. Edit.

<sup>n</sup> Unus Cod. Vat., *nec mihi flenda manens*.

<sup>o</sup> Unus Cod. Vatic., *terra edit*; alter, *terræ terra hæret*.

<sup>p</sup> Duo Codd. Vat., *facta triumphans*.

<sup>q</sup> Ille Nammatius episcopus Viennensis fuit, ac



Exsultibus, viduis, captivis omnia fundens,  
 Paupertate pia dives ad astra subis.  
 Æternum mercata diem sub tempore parvo [pravo],  
 Misisti ad cœlos quas sequereris opes.  
 Sed rogo per regem, paradisi gaudia dantem,  
 Pro Fortunato supplice funde precem.  
 Obvinea votis, hæc qui tibi carmina misi,  
 Ut merear claudi quandoque clave Petri.

## CAPUT XXVIII.

*Epitaphium Eusebiæ.*

[Eusebiam, quæ decennis, jam viro desponsa, immature obierat, lugubri hoc carmine mortuam lamentatur.]

Scribere per lacrymas si possint dura parentes,  
 Hic pro pictura littera fletus erat.

successit Eesychio, seu Isicio, in sede Vien., ad annum 558. Vir *nobilis stemmate*, sed *nobilior vita et eloquio* nominatur in Adonis Chronico, ad sextam ætatem. Incertum an hic idem ipse Nammatus fuerit ad quem scripta est epistola Sidonii Apol. sexta lib. viii, cum et alius Nammatus fuerit, consocer Ruricii, ad quem et ejus conjugem Cerauniam existant quædam ipsius Ruricii epistolæ.

Browerus, in notis ad hunc locum, ait Euphrasiam post se reliquisse superstitem Nammatum, futurum aliquando Viennensem antistitem, cum tam aperte Fortunatus hic narret Euphrasiam, conjugem jam defuncto, religioni pietatique exercendæ se totam dedisse.

A Sed quia lumen aquis non signat <sup>a</sup> nomen amantis,  
 Tracta manus sequitur qua jubet ire dolor.  
 Nobilis Eusebiæ, furibundi sorte sepulcri,  
 Illic, obscure lapis, fulgida membra legis.  
 Cujus in ingenio, seu formæ corpore pulchro,  
 Arte Minerva fuit, victa decore Venus.  
 Docta tenens calamos, apices quoque agere filo,  
 Quo tibi charta valet, hoc tibi tela fuit.  
 Dulcis in Eusebii jam desponsata cubile,  
 Vivere sed teneræ vix duo lustra licet.  
 Ut stapeas juvenem, sensum superabat anilem,  
 Se quoque vincebat, non habitura diu.  
 Conteriturque socer, cui nata, generque recedit,  
 Hæc lethalis obit, ille superstes abit <sup>b</sup>.  
 Sit tamen auxilium, quia non es mortua Christo,  
 B Vives post tumulum, virgo recepta Deo.

In eo quoque Browerus errat, quod Nammatum Pantagatho successisse opinetur in sede Viennensi: qui Pantagathus interfuit ac subscripsit concil. Aurelianensi iii, habito an. 538, cum huic successerit Eesychius, qui item nonnullis interfuit ac subscripsit conciliis, quæ inter Parisiensi in celebrato an. 551, ut videre est apud Coitium. Eesychio itaque successit Nammatus, ac decessit an. 558, cum annos septem sedisset, vixisset 73, ut patet ex ejus Epitaphio, quod in Antiquit. Vien. legitur. Videsis Coit., ad an. 558.

<sup>a</sup> Id est, oculus per lacrymas nequit signare amantis nomen.

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., *ille superstes habet*.

## LIBER QUINTUS.

## CAPUT PRIMUM.

*Ad Martinum <sup>a</sup> episcopum Galliciarum.*

[Martini, episcopi Galliciarum, virtutes cum deliciis paradisi comparat; cuius acceptis litteris, qua se lætitia perfusum senserit declarat, ac data occasione eloquentiam ipsius et doctrinam effert pluribus; tum ejusdem se precibus humillime, nec non Agnetem et Radegundem commendat.]

Domno sancto atque apostolico in Christi regis

<sup>a</sup> Sanctus Martinus, episcopus Galliciarum, decessit anno circiter 580. Sic de ipso scribit Greg. Tur., lib. v Hist. Franc., cap. 38: *Hoc tempore et B. Martinus, Gallicienais episcopus, obiit magnum populo illi faciente planctum. Nam hic Pannonia ortus fuit, et exinde ad visitanda loca sancta in Orientem properans, in tantum se litteris imbuit, ut nulli secundus suis temporibus haberetur. Exinde Galliciam venit, ubi cum beati Martini reliquiæ portarentur, episcopus ordinatur; in quo sacerdotio, impletis plus minus triginta annis, plenus virtutibus, migravit ad Dominum. Versiculos, qui super ostium sunt a parte meridiana in basilica sancti Martini ipse composuit. Sancti Martini, Galliciarum episcopi, elogium exstat apud Isodorum, in l. de script. Eccles. cap. 22, his verbis: *Martinus Damiensis monasterii sanctissimus pontifex, ex Orientis partibus navigans in Gallias venit, ibique conversis ab Ariana impietate ad fidem catholicam Suevorum populis regulam fidei et sanctæ religionis constituit, ecclesiasticos informavit, monasteria condidit, capiosaque præcepta piæ institutionis composuit; qui et refert Martinum floruisse, regnante Theodemiro, rege Sue-**

C exercitu, post duceum Paulum primipilo Martino episcopo, Fortunatus.

Felici <sup>b</sup> propulsa flatu recreabilis opinionis nostræ nostras aures aura demulsit, et molli blandita lapsu, sibilo crepitante, paradisiaci horti odoramenta saburrans <sup>c</sup>, suavium florum nuntia nares ipsas aromate <sup>d</sup> respirante sufflavit, admodulanter indicans, quod <sup>e</sup> sicut ad orientem Edon a principio, ita de-

varum, temporibus illis quibus Justinianus in Rep. Rom., et Athanagildus in Hispaniæ imperium tenuere: quod de initiis Martini in Hispania intelligendum est.

D Fortunatus autem (ut animadvertit Brow.) sui temporis receptam apud plerosque opinionem sequitur, quæ ferebat Paulum apostolum in Hispanias Evangelii lucem intulisse: quam opinionem examinat Baronius, ad an. 61, nihil tamen definiens. Cum igitur sanctus Martinus plurimum opera sua et sedulitate contulisset quo Suevi qui Galliciam ab inito sæculi v tenebant, Ariam hæresim ejurarent (ut videre est apud Gregor. Turon., lib. i de Mir. S. Martini, caput 11), propterea a Fortunato post Paulum primipilus, appellatur. Erat quippe primipilus apud Romanos princeps primæ cohortis, isque erat in legione alter post tribuum.

<sup>b</sup> Deest hæc epistola in Edit. Ven. et uno Cod. Vat.

<sup>c</sup> Gloss. ms.: *id est, spirans, odorans.*

<sup>d</sup> In uno Cod. Vat., *aromata respirante.*

<sup>e</sup> Ibid., deest: quod.

curso sæculo, alterum ad occasum Deus plantasset Elysi-um, in quo fortior Adam, id est, Martius Mar-tinius inexpugnabilis accola Christi, fide ditior vive-ret, perpetuo servante mandato, <sup>a</sup> ad quem non tam ad auram Dominus revien-dum post meridiem per-geret, quam ipse vir factus paradisi, inter perspicui cordis smaragdinas plateas et vernantis operis inum-bratos <sup>b</sup> corymbos, non quod ficus tege-et, sed fruc-tus ornaret, inambulantis in se beati Redemptoris, adhæsura vestigia coerceret, fide figente; unde nec ad momentum pii conditoris laboretur præsentia, quia nec in atomo plasma notaretur in culpa, sed per illas beatitudines, velut odori nemoris illectus deli-cia, et Vernulam Domiaus et verna Dominum posi-deret; utpote cum alternante sibi concatenate dulcedine nec iste fugaretur admisu <sup>c</sup>, nec ille frau-daretur amplexu, hinc inbiantibus animis, medullis æstantibus, oculis suspectis, palmis extensis, ser-vens magis quam sitiens præstolabar epistolæ vestræ magna, si vel parva nubecula madidanti vellere bi-bulus liumectarer: desiderii conscius vota voto præ-veniens, si quid de vobis certissime vel per undas mobiles fixa mihi littera nuntiaret, ita ut ariditatem meam colloquii vestri temperaturus imber sic irri-garet, paginam <sup>d</sup> nec deleteret, quo tamen providentia divina consulto per filium vestrum, venerandum mihi domnum, sanctam charitatem relectam suscepi cernens epistolam quæ, ut vos nostis, arte compacta, ut ego sensi, flore conferta <sup>e</sup>, bibentem se potius quam legentem ferret, per singulos apices pigmenta-to:ffamine inebriatura. Dives pauperi propinavit, et, ut ita dixerim, quasi Falerni nobilis ipso me prius odore pincernante, supplevit: gemina dicendi fruge congesta, condita sale, melle perfusa, permista blandi-tie, cum vigore mæ peregrini poculi, quantum de-fœctum, plus avidum, dum pars illicet, pars deter-ret; in accipiti posito conviva rusticulo <sup>f</sup>, nec sus-tinente magna bibere <sup>g</sup>, consentio dulcedini, qui certo <sup>h</sup> virtuti. Hoc igitur fluente dono, venit ad me, fateor, per cana ponti fons poculi, venit, pater opti-me, per salsum mare, quod sitim restingneret; et venit oceaniude miscente fluctu <sup>i</sup> mera dulcedo; cu-jus liquor non fauce tenus saperet, si arcana mul-ceret, quippe quod non carnem foveris tali potu, sed spiritum. Unde, ut vere prosequar, hujus uva pal-mitis nobis sitim prorogat, dum propinat. Hac <sup>j</sup> in-opina fruge delapsa per gurgitem, primus iste mihi-

A met venit fructus e fluctibus; detulit puppis illa re-liquis forsitan alumen, mihi vestri colloquii certe lumen; commercium, tali discrepante mercatu, quod aliis illud ad pretium, hoc nobis inemptum [ine-ptum]. Illine restinguitur, hinc purgatur, illud inficit, hinc nivescit. Quid loquar de periodis, Epichere-mati <sup>k</sup> us, enthymematis <sup>l</sup>, syllogismis:que perplexis, quo laborat quadrus Maro, quo rotundus Cicero; quod apud illos est profundum; hic profuum, quod il-line difficillimum, hinc in promptu. Comperi paucis punctis, quoniam quo volueris cola <sup>m</sup> pampinosæ dif-fundis propagines, quod vero liberit, acuti commatis falce succidis, ut cauti veritatis studio moderan-te, nec in hoc luxurians germinet umbra fastidiosa, et illuc tensa placeat propago cum fructu. Nam quod <sup>n</sup> refertis in litteris, post Stoicam Peripateticamque censuram, me theologiæ ac theoriæ tirocinio man-cipatum, agnosco quid amor faciat, cum et immo-reates <sup>o</sup> exornat. Cur tamen, bone Pater, in me reflectis quod tuum est, ac de me publica profers quod tibi privatam est? cum prima sint vobis nota, et secunda domestica; nam Plato, Aristoteles, Chry-sippus, vel Pittacus, cum mihi vix opinione noti sint, nec legenti Hilarius, Gregorius, Ambrosius, Augu-stinus, quos, si vel in visione <sup>p</sup> noti fierent dormi-tanti, nec ego vere sentirem <sup>q</sup>, eo quod copiæ ar-tium apud vos velut in commune diversorium con-venirent, ipsa vobis [hærent] tenacius quæ suat co-lo propinquus, quia non oblectamini tam pompa dogmatum quam norma virtutum. Unde procul da-bio celestium clientela [cliens, cliens] factus es clientelarum <sup>r</sup>. Sed quid ego hæc ad te, o dulcissime Pater, et vere Christi discipule, qui ad instar Samari-tani vinum miscens, et oleum ægroto decubanti, blandum mihi malagma porrexisti: mercedem pii operis relaturus, cum venerit qui se stabulario æra pensare debere <sup>s</sup> reprobavit, custodias in vobis, pontifex summe, quod contulit; sciens suis oculis hoc placere dignissime, quod ipsam apud te vincit dignatio dignitatem. Quapropter sacratissimæ, since-rissimæ, atque amantissimæ <sup>t</sup> apostolicæ coronæ vestræ plantas supra meum pectus stratus imponens; et ultimus ego membra subdita vel pedum vestrorum recubatorium faciens, ita vestræ pietati avido deside-rio me commendans, depono in Domino ut inter peccatorem et Redemptorem mundi alter quodammodo mediator accedens, levigato delicto, probe Pa-

<sup>a</sup> To ad drest in aliq. Mss.

<sup>b</sup> Duo Codd. Vat., *inumbrentes corymbos*.

<sup>c</sup> In uno Cod. Vat., *fugaretur admissio*.

<sup>d</sup> *Ibid.*, *paginam nec deleteret*.

<sup>e</sup> In altero Cod. Vat., *flore confecta*.

<sup>f</sup> In duobus Codd. Vat., *conviva rusticula*.

<sup>g</sup> In uno Cod. Vat., *libente consentio*, l., *bibente*.

<sup>h</sup> In altero Cod. Vat., *qui cedo virtuti*.

<sup>i</sup> *Ibid.*, *miscente fluctum mare dulcedo*.

<sup>j</sup> In uno Cod. Vat., *huc inopina*.

<sup>k</sup> In uno Cod. Vat., *enthymematis*.

<sup>l</sup> In altero Cod. Vat., *quomodo volueris cola dif-fundis propagines*. Trevir. Gloss., subdit Brow., ha-bet COLÆ, id est CRESCENTIS. Est et apud Varronem

*de re rustica*, lib. 1, cap. 31, COLIS pro tenero in vite ramusculo. Hæc Brow. Hic porro cola usurpatur a Fortunato pro media in scribendo distinctione, quo in sensu ab ipso adhibetur lib. 1, cap. 1. Cui sensui respondet quod hic paulo post addit: *quod vero li-burrit, acuti commatis falce succidis*; ut sensus sit: qua latius diffusis orationem, luxuriantis vitis ad instar, qua restringis atque concidis.

<sup>m</sup> In uno Cod. Vat., *non merentes exornat*.

<sup>n</sup> *Ibid.*, *quos si vel visioni noti fierent*.

<sup>o</sup> Vere senserim.

<sup>p</sup> In uno Cod. Vatic., *factus es clientelarum*.

<sup>q</sup> *Ibid.*, *pensare debiti*.

<sup>r</sup> In 2 Codd. Vat., *atque clamantissime apostolice*.

ter, reprobum reconcilies post reatum. Et quia vestrae fiducia pignus accepi, pietatis vestrae filias et famulas, Agnem et Radegundem una mecum devote earum desiderium mandato commendo, communiter supplicantes ut, apud dominum Martinum pro vobis verba faciens, tam fidus intercessor accedas, qualis apud Dominum ipse tum promptus exstitit, cum cadaver exanimium non prius dimitteret quam mors mortuum dimisisset. Est enim ratio consequens ut per vos illinc nobis redeat spes patrocinii, quia ad vos hinc prodiit pars patroni. Coram Domino supplicans, pie Pater, ut in gratiam vestram [gratia vestra] receptus, vel apud eos qui vestri sunt commendati, sentiam tam oratione quam carmine te doctore regi, genitore diligi, duce progredi, tutore muniri. Praesentium vero portitorem famulum vestrum, vere mihi bonum Bonosum, pietati vestrae supplex accedens, nec prius relaxans pedes quam, dulcis Pater, promiseris, qua valeo prece, supplex commendo; qui interventu sanctorum cum vobis sospes occurrerit, absentis vota praesens exsolvens, illud prius obtineam, ut quis cum primum huc commeat, me celebris verbi vestri gaudia festina respersant.

Martini meritis cum nomine nobilis haeres,

Pro Fortunato, quasso, precare Deum.

## CAPUT II.

Item ad eundem.

[Quemadmodum apostolis varias orbis terrarum partes assignatas ac distributas fuisse narrat, quibus Evangelii lucem inferrent, ita Martino Gallaciam divinitus datam fuisse dicit, in qua Catholici dogmatis veritatem sereret ac disseminaret. Ad extremum se eidem, nec non Radegundem et Agnetem, commendat.]

Lumen apostolicum cum spargeret una Triades<sup>a</sup>

Exciperetque novum mundus honore diem,

Ut tenebras animae lux sementiva fugaret,

Et claram hauriret mens oculata fidem,

<sup>a</sup> Olim legebatur *Triados*, quemadmodum et in Ven. Edit. legitur. Browerus se correxisse vocem illam ac reposuisse *Triades*, tanquam aptiorem consuetudini Fortunati in flectendis eiusmodi vocibus, affirmat. In uno quoque Vat. Cod. legitur *Triades*.

<sup>b</sup> Observat Brow. <sup>c</sup> Fortunato vocem *Persidis* semper fuisse productam. Sed haec, et id genus alia, quae ille forte licentius, poetarum more, usurpavit, semel indicasse sufficiat.

<sup>d</sup> Ven. Edit., *juncta tiara Deo*.

<sup>e</sup> Unus Cod. Vat., *Gallia sancti*.

<sup>f</sup> Refert Gregor. Tur., lib. 1 de Mirac. sancti Martini, cap. 11, quod cum Charrarici, seu Theodemiri (quem et Ariamirum appellant), regis Gallaciae, filius gravi morbo laboraret, audissetque rex sancti Martini sepulcrum in Gallia clarere virtutibus, misit illic qui de sacris ejus lipsanis in Galliciam deferendum curarent. Quae cum in Galliciae portum invehentur, factum est divino consilio ut Martinus quoque (de quo hoc carmen scriptum est), e longinqua regione eadem ad littora appelleret, ac sedis illius episcopus crearetur. Suevi itaque, qui Gallaciam habitabant, Ariana haeresi ejurata, catholicum dogma sub Theodemiro amplexi sunt, magnam ad eam rem operam conferente Martine, ut hic narrat Fortunatus.

A Redditur, avulsis spinis, urbs Romula princeps,

Principis egregii vomere culta Petri.

Paulus ad Illyricos, Scythicas penetrando pruinas.

Dogmate ferventi frigora solvit humi.

Matthæus Æthiopes attemperat ore vapores,

Vivaque in exusto flumina fudit agro.

Bellica Persidis<sup>b</sup> Thomæ subjecta vigori,

Fortior efficitur victa<sup>c</sup> tiara Deo.

Lurida perspicuo datur India Bartholomæo,

Andrææ monitis exstat Achaia seges.

Ne morer accelerans, Martini Gallia prisca<sup>d</sup>

Excellenti fide luminis arma<sup>e</sup> capit.

Martino servata novo, Gallicia, plaude,

Sortis apostolicæ vir tuus iste fuit.

Qui virtute Petrum, præbet tibi dogmate Paulum,

B hinc Jacobi tribuens, inde Joannis opem.

Pannoniæ, ut perhibent, veniens e parte Quiritis<sup>f</sup>,

Est magis effectus Gallisueba<sup>g</sup> salus,

In sulcum sterilem vitæ plantaria sevit,

Quo natura seges fertilitate placet.

Helicæ meritis alter redit imber aristas,

Munera roris habens, ne premat arva sitiis.

Neu jaceant stupidis arentia jugera sulcis,

Influit irriguæ fonte perennis aquæ.

In ramis hæresis fidei pia germina fixit;

Quodque oleaster erat, piagnis oliva viret.

Quæ stetit exilis viduatis frondibus arbor,

Jam paritura cibum, floret honore novo.

Imponenda focus sine spe siculnea tristis,

Præparat ad fructum stercore culta sinum.

C Palmitis uva tumens, avium laceranda rapinis,

Hoc custode bono non perit uva lacu.

Rebus apostolicis direxit vinitor<sup>h</sup> antes;

Arva ligone movens, falce flagella premens.

Ex agro Domini labrucam excidit inertem,

Atque racemus adest, quo fuit ante frutex.

De satione Dei zizania vulsit amara,

Surgit et æqualis lætificata seges.

<sup>f</sup> Animadvertit Browerus quod etsi Pannoniæ pars maxima oppressa a Barbaris teneretur, adhuc tamen non pauca regionis illius loca sub Romani imperii ditione perstiterunt. Quocirca censet ob eam causam, Pannoniam, unde ortus erat Martinus, partem Quiritem nominari a Fortunato.

<sup>g</sup> Duo Codd. Vat., *Gallis vera salus*. Edit. Ven., *Gallia vera salus*. Ms. vero Trevirensis habet *Gallisueba*, ut refert Brow., quæ vox concinnata videtur a Fortunato, ut indicaret Martinum Suevis qui Gallaciam incolabant admodum salutarem fuisse.

<sup>h</sup> Corrupte ante legebatur, ut refert Brow. :

Rebus apostolicis orantes vivere monstrat.

Item in Ven. Edit. mendosissime legitur :

Rebus apostolicis juvat orantes.

Cætera desunt in versu. Unus Cod. Vat. pro *antes* habet *escas*. Porro antes sunt ordines vitium, de quibus Virgil. lib. 11 Georg. :

Jam vincet vites, jam falcem arbusta reponat,  
Jam canit extremos effectus vinitor antes.

In superiore item versu, ubi corrupte legebatur *non peritura lacu*, vel *patet*, redditum est a Brow. *non perit uva lacu* : cui tamen lectioni anteposendum censeo lectionem Ven. Edit., *non peritura lacu*, ne vox *uva* sine causa bis repetatur.

Martino <sup>a</sup> servata novo, Gallicia, plaude,  
Sortis apostolica: vir tuus iste fuit.  
Pastoris studio circum sua septa recurrens,  
Ne lupus intret oves, servat amore gregis.  
Supportante manu trahit ipse ad pabula Christi,  
Mentibus instabilem ne voret error ovem.  
Cujus vox refluens, plebi de fonte salubri,  
Ut bibat aure fidem, porrigit ore salem.  
Hosti damna quidem, Domino pia vota paravit,  
Et commissa sibi dupla talenta referit.  
Vocem evangelicam exspectans operarius almus,  
Ut sibi dicatur, Servule perge bone,  
Quando fidelis enim mihi supra pauca fuisti,  
Supra multa nimis constituendus <sup>b</sup> eris.  
Ecce tui Domini modo gaudia lætior intra,  
Proque labore brevi, magna parata tibi.  
Auditurus eris vocem, Martine, beatam  
Sed Fortunati sis memor ipse tui.  
Quæso, precare, Pater, videam tua gaudia tecum,  
Sic placeas regi, poste <sup>c</sup> patente Petri.  
Cum Radegunde humili, supplex, pia postulat Agnes,  
Ut commendatae sint tibi, sancte Pater;  
Et crescente choro per carmina sancta sororum,  
Complaceant Domino, te duce mite, suo  
Atque ascita sibi sorvetur ab urbe Genesi [Genesii]  
Regula Cæsarii <sup>d</sup>, præsulis alma pii

<sup>a</sup> Distichon hoc utrobi in Mss. lægebatur.

<sup>b</sup> In uno Cod. Vat. *custodiendus eris*, corruptum.

<sup>c</sup> Sic Mss. Colon. et Trevir., cum in vulg. legeretur: *Postulet ante Petrus*. Ex Brow. In Ed. autem Ven. adhuc corruptius: *Post præparante Petro*.

<sup>d</sup> Sanctus Cæsarius, natus in agro Cabillonensi, ac in Liriniense monasterium, jam tum doctrinæ, et sanctitatis fama conspicuum, profectus a puero, ibi monachus aliquandiu vixit sub disciplina Porcarii abbatit. Tum ipse suburbanum in Arelatensi agro monasterium regendum suscepit. Postremo, Eonio, Arelatensi episcopo, vita functo, Cæsarius ejus in locum, quamvis invitus, sufficitur. Ipse deinde monasterium sanctimonialium exadificandum curavit, eique Cæsariam, sororem suam (quam eam ob causam in monasterio Massiliensi educandam et instituendam providerat), abbatissam præfecit, ac regulam qua uterentur conscripsit. Quæ deinde vel in alia monasteria Galliæ acita est, ac in primis a B. Radegunde in Pictaviense suum monasterium inducitur, cum quidem ad eam obtinendam legationem consulto Arelatem ad Cæsariam abbatissam misisset, quæ in locum sanctæ Cæsariæ, sororis, uti diximus, sancti Cæsarii, Arelatensis episcopi, successerat. *Urbs itaque Genesi*, hic indicata a Fortunato, est Arelatensis civitas, in qua sancti Genesii memoria celebris erat et insignis. Videsis ejus passionem inter Acta sincera martyrum, pag. 63 Edit. Paris.

<sup>e</sup> Sanctus Cæsarius, scilicet, quamvis episcopalem gradum adeptus, non desiit monachorum officia, ac munera, quantum ferebat ejus dignitatis cura, et sollicitudo, usurpare: de quo jam, ut scribitur in ejusdem Vita, p. 1, num. 8, *illico diaconus, dehinc presbyter ordinatur: nunquam tamen canonicam modulationem monachi, nunquam institutæ Liriniensis vel modicum subrelinquens. Ordine et officio clericus, humilitate, charitate, obsequio, cruce monachus permanebat*. Vide ejus Vitam sæc. i Bened., p. 659.

<sup>f</sup> In uno Cod. Vat., unde *illarum caput*.

<sup>g</sup> Edit. Paris., *felicis... tenentis*.

<sup>h</sup> Quo anno Gregorius episcopus Turonensis inauguratus sit, ipse de se prodit lib. ii de Miraculis sancti Martini, cap. 1, inquit: *anno centesimo*

A Qui fuit antistes Arelas, de sorte Lirini [Lerini],  
Et mansit <sup>e</sup> monachus, pontificale decus.  
Sedulitate patris, proprias tuearis alumnos,  
Ut tibi proficiant hæc bona si qua gerant.  
Unde illustre <sup>f</sup> caput cingas diademate pulchro,  
Et grates d'gnas pro grege pastor agas.

### CAPUT III.

*Ad cives Turonicos de Gregorio episcopo Turonensi.*

[Gregorii, antistitis Turonensis creati, in Ecclesiam suam adventum prosequitur hoc carmine, illiusque ex præsentia, doctrina, vigilantia, bona omnia Turonensi populo auguratur.]  
Paudite, felices populi, nova vota tenentes <sup>g</sup>,  
Præsulis <sup>h</sup> adventu, reddite vota Deo.  
Hoc puer exortus <sup>i</sup> celebret, hoc curva senectus,  
B Hoc commune bonum prædicet omnis homo.  
Spes gregis ecce venit, plebis pater, urbis amator,  
Munere pastoris lætificentur oves.  
Sollicitus oculis, quem prospera vota petebant <sup>j</sup>,  
Venisse aspiciant, gaudia festa colant.  
Jura sacerdotii merito reverenter adeptus  
Nomine Gregorius, pastor in urbe gregis.  
Martino proprium mittit Julianus <sup>k</sup> alumnum,  
Et fratri præbet quod sibi dulce fuit.  
Quem patris Egidii <sup>l</sup> Domino manus alma sacravit,  
Ut populum recreet, quem Radegundes <sup>m</sup> amet.

*septuagesimo secundo, post transitum beati Martini antistitis, Sigiberto, gloriosissimo rege, duodecimo anno regnante, post excessum sancti Euphronii episcopi... onus episcopatus indignus accepti*. Porro annus duodecimus regni Sigiberti congruit cum anno æræ vulgaris 573, quo proinde anno istud poema scriptum fuit a Fortunato.

Browerus, qui dat Gregorium episcopum Turonensem creatum fuisse anno duodecimo regni Sigiberti, refert il tamen ad an. 575 æræ vulgaris: in quo facile redargui potest, cum Clotarius obierit an. 561, post cujus obitum Sigibertus, cum cæteris fratribus diviso paterno imperio, regnum adeptus est. Lege Greg. Tur., lib. iv Hist. Franc., cap. 22.

<sup>i</sup> Tres Codd. Vat., *hoc puer exortus*.

<sup>j</sup> In Vita Gregorii (quæ exstat præfixa Operibus ipsius Gregor., ab Odone ab. conscripta) quo studio, quantaque civium omnium consensione ac lætitia, idem declaratus fuerit episcopus Turonensis, narratur.

<sup>k</sup> Hic Julianus est sanctus Julianus martyr Arvernenis, qui ad vicum Brivatensem passus est: ejusque caput Viennam delatum ac reliquum corpus Brivate inhumatum fuit, quod etiam nunc apud Novam Brivatem asservatur, et colitur in basilica insigni canonicorum, qui *Canites* appellantur, ut narrat cl. Ruin., in notis ad l. ii Greg. Turon. de Miraculis martyrum., c. 1. Gregorius, c. 2 ejusdem libri, ob singularem religionem qua martyrem prosequeretur, quemque de se et de fratre suo olim benemeritum senserat (ut refert cap. 24 et 25 ejusdem libri), non dubitat Juliani alumnum se nominare his verbis: *Insuperat menti propter antiquam dilectionem eorum (sanctorum Ferruoli et Juliani) me sic esse ejus alumnum, ut Juliani*.

<sup>l</sup> Hic Egidius episcopus Rhemensis fuit de quo plura jam diximus in notis ad c. 20 l. iii. Cur autem ab Egidio

<sup>m</sup> Sancta Radegundes, postquam a Clotarii toro abcesserat, aliquandiu substitit apud Turones, ut S. Martini sepulcrum præsens veneretur. Præterea monasterium virorum apud Turones jam exadificandum curaverat, uti diximus in Vita Fort., n. 85.

Huic Sigebertus ovans favet, et Brunichildis honori, **A** Conciliis sacris sis norma, et vita piorum <sup>b</sup>,  
 Judicio regis, nobile culmen adest.  
 Quo pascente greges per pascua sancta reguntur,  
 Et Paradisiaco germine dona melant.  
 Immaculata pii qui servet ovilia Christi,  
 Ne pateant rapidis dilaceranda lupis.  
 Pervigili cura, stabulum sine labe gubernet,  
 Commissumque gregem nulla rapina gravet.  
 Munit inclusos pretiosi velleris agnos,  
 Et quos <sup>a</sup> servatos protegat ipse vigil.  
 Florea divino pinguescat vinea cultu,  
 Et matura suo sit speciosa botro.  
 Fructibus æternis ut compleat borrea cœli,  
 Unde animæ vivo fonte fluenta <sup>b</sup> bibant.  
 Ne sitis excruciet, digito quam Lazarus udo,  
 Ignem ut leniret, tunc petebatur <sup>c</sup> opem.  
 Sed magis in gremio Abrahæ vernante locandas,  
 Pastor oves placido ducat ad astra sinu,  
 Ut bene commisso sese duplicante talento,  
 Introeant <sup>d</sup> Domini gaudia vera sui.  
 Lætus agat sub clave Petri, per dogmata Pauli,  
 Inter sidereos luce micante choros.  
 Fortis Athanasius, qua clarus Hilarius astant,  
 Dives Martinus, suavis et Ambrosius.  
 Gregorius radlat, sacer Augustinus inuadat,  
 Basilium <sup>e</sup> rutilat, Cæsariusque micat.  
 Quorum gesta sequens, et dicta fideliter implens  
 Perpetuæ vitæ participatus ovet.  
 Atque coronatus digna mercede laborum,  
 Obtineat miles regis in arce locum.

## CAPUT IV.

In natalitio <sup>f</sup> Gregorii episcopi, cum antiphona <sup>g</sup> dicere  
 rogaretur.

In missa dictum.

Martini meritis per tempora longa, Gregori,  
 Toronicum foveas pastor in urbe gregem.

ab Egidio episcopus consecratus fuerit Gregorius, qui Egidius erat in Belgica Secunda, procul dissitus a Turonensi diocesi, ex Vita ipsius Greg. discimus, in qua hæc leguntur, c. 11: *Legatio ad regem dirigitur (a Turonensi scilicet civitate post obitum sancti Euphronii), cum quidem, Deo dispensante, Gregorius coram reperitur. De hac igitur causa conventus quanta humilitate se excusare tentavit, quibus modis se subducere nisus est? Sed quia velle Domini est, huc cætera spectantur. Hunc rex auctoritate cogit, hunc Brunichildis regina perurget. Sed quoniam discreta humilitas obedientiam non recusat, tandem aliquando ascensus est. Quem, ut credo, ne qualibet occasione ablati profugeret, statim Egidius, Rhemensis archiepiscopus, ordinavit.*

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., atque soporantes. Alius, a que soporatos. Edit. Ven., atque favore suo.

<sup>b</sup> Edit. Ven., vivo fonte fluente.

<sup>c</sup> Hic a Fortunato, metro obsequendi causa, quæ in voce petebatur longa est, corripitur. Sic tamen legitur in Ms. Trevirensi et antiquis exempl., teste Browero. Vulgo, nonne petebat opem? In Ven. Edit., petiebat opem. Edit. Paris:

Digiti quo Lazarus udo,

Leniat ut flamma ferre petatur opem.

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., introeat Domini.

<sup>e</sup> Alius Cod. Vat., Blasius rutilat.

<sup>f</sup> Antiquus mos fuit natalitium episcoporum diem solemniter celebrare, ut ex veteribus Sacramentariis et ex homiliis summ. Pontificum intelligi po-

test. Erat autem dies natalitius in quo sedis suæ et Ecclesiæ episcopi fuerant consecrati, quomodo et nunc temporis anniversaria Rom. pontificis consecrationis dies celebratur.

## CAPUT V.

Ad eundem, de Judæis conversis per Avitum episcopum Arvernuni.

[Respondet Gregorio Turonensi, qui a se magno-pere contenderat ut egregium Aviti, Arvernensis episcopi, factum in convertendis ad Christum Jesum plusquam quingentis Judæis, carmine celebraret, atque eidem se satisfacisse scribit, misso, quod huic epistolæ subnexum est, poemate, quod a se sine diligentia ac studio, propter portitoris importunitatem, narrat effusum fuisse.]

Domno sancto et meritis apostolicis præconando <sup>h</sup>  
**B** domno, et in Christo Patri Gregorio papæ, Fortunatus.

Instigas, Pater optime, seria curiositate, siacra tamen dulcedine, carmine elinguem proloqui, et currere pigrum versu pedestri, atque de laude laudabilis et apostolici viri domni Aviti <sup>i</sup> pontificis, ex eventu occasionis illatæ, et si non aliqua compte, saltem <sup>k</sup> comiter prælibare, cum in me inveneris quod dictionis luculentia [non] diligeres, sed delectes <sup>l</sup>, et ut ipse mei <sup>m</sup> sum conscius, habeas apud nos non tam quod probes quam quod reprobes, præsertim cum instans portitor <sup>n</sup> per verba sigillatim bianti fauce cadentia quasi gravis exactor non <sup>o</sup> in me tam fenera solvere cogeret quam pensaret <sup>p</sup>. Sub quo, licet illum præceps iter impingeret, **C** mihi inter <sup>q</sup> anbelanti vix licuerit respirare, tamen præceptis vestris, licet impliciter <sup>r</sup> expeditis <sup>s</sup>, paremus, devoti potius, quam placemus <sup>t</sup>; vobis reputari nescio magis, an tempori, quod illi hoc injungitur, qui non habebat apud se nec modum, nec spatium. Sed obsequii <sup>u</sup> illa morigeri servitute de-

test. Erat autem dies natalitius in quo sedis suæ et Ecclesiæ episcopi fuerant consecrati, quomodo et nunc temporis anniversaria Rom. pontificis consecrationis dies celebratur.

<sup>h</sup> Browerus, in notis ad hunc locum, veterem in Ecclesia morem antiphonas canendi commendat, ac pluribus antiquitatis monumentis illustrat, ab Ambrosio primum in Latinam Ecclesiam consuetudinem illam, quæ apud Orientales erat vetustissima, ostendens invecnam fuisse.

<sup>i</sup> Tres Codd. Vat., et Ven. Edit., vita priorum.

<sup>j</sup> Unus Cod. Vat., præconando. Edit. Ven., prædicando.

<sup>k</sup> De sancto Avito lege quæ adnotavimus ad carmen. 26, l. III.

<sup>l</sup> Edit. Ven., comiter decet saltem.

<sup>m</sup> Edit. Paris., diligeres, sed deligeres.

<sup>n</sup> Unus Cod. Vat., et ut ipse me ipsum conscius habeas, etc.

<sup>o</sup> Edit. Ven., cum instans petitor.

<sup>p</sup> Hic Browerus monet esse delendum in, secus atque ipse ediderat in utraque editione. Hujusce tamen mutationis nullum occurrit vestigium in Codd. Vat.

<sup>q</sup> Ibid., quam impensaret.

<sup>r</sup> Edit. Paris., interim.

<sup>s</sup> Edit. Ven., licet simplicior.

<sup>t</sup> Edit. Paris., simpliciter expediti.

<sup>u</sup> Edit. Ven., quam placeamus.

<sup>v</sup> Ibid., sed obsequia morigera servitute, mendose. Edit. Paris.: sed obsequi ita morigera servitute opto, ut

voti, quod a vobis in laude prædicti pontificis A  
 amore præcipitur, honore cantetur.  
 In venerabilibus famulis, operator opime,  
 Condecet ut semper laus tua, Christe, sonet.  
 Inspirans animum, votam, effectumque ministrans,  
 Et sine quo nullum prævalet esse bonum.  
 Lumine perspicuo fecundans pectora vatam  
 Ut populis generent viscera sancta fidem.  
 Supra eandembram positi, quorum ore corusco,  
 Dogmatis igne micans, luceat alma domus.  
 Et velut est oculus, capitis qui dirigit artus<sup>a</sup>,  
 Sic pia pastoris cura gubernet oves.  
 Pectora pontificum ditans virtute superna,  
 Tu Deus omnipotens, summe, perennis apex.  
 Spiritus alme, sacri labiis infusus Aviti,  
 Per famulum loqueris, crescat ut ordo gregi.  
 Qui non<sup>b</sup> contentus numero, quem accepit ab illo,  
 Villicus<sup>c</sup> hic domini dupla talenta refert.  
 Plebs Arverna etenim bis illo discissa tumultu,  
 Urbe manens una, non erat una fide.  
 Christicolis Judæus odor resilebat<sup>d</sup> amarum,  
 Obstabatque piis impia turba sacris.  
 Extollens cervix, Domini iuga<sup>e</sup> ferre recusans,  
 Sic tumidis animis turget inane cutis.  
 Quos in amore Dei monitabat sæpe sacerdos,  
 Ut de conversis iret ad astra seges.  
 Sed caligosi<sup>f</sup> recubans velaminis umbra,  
 Pectora tetra premens, cernere clara vetat.  
 Venerat ergo dies Dominus qua est redditus astris,  
 Ac homo sidereum pendulus ivit<sup>g</sup> iter.  
 Plebs, animante<sup>h</sup> fide, Judaica templa revellit,  
 Et campus patuit quo Synagoga fuit.  
 Tempore quo Christil repedavit ad alta potestas,  
 Ille quod ascendit, gens<sup>i</sup> inimica ruit.  
 Hic tamen antistes Moysei lege rebelles  
 Alloquitur blande, quos dabat ira truces.  
 Quid facis, o Judæa cohors, nec docta vetustas?  
 Ut vitam<sup>j</sup> renoues, credere disce senex<sup>k</sup>.

<sup>a</sup> Edit. Paris., *arcus*; sed in margine, *artus*.

<sup>b</sup> Præstat ad illustrandum hoc poema nonnulla hic referre ex sancto Greg. Tur., lib. v Hist. Franc., cap. 11, quæque is fusius edisserit, brevitatis causa, paucis complecti. Cum itaque Judæus quidam, Aviti opera, et documentis Christianam religionem amplexus fuisset, atque ipse albis vestibus indutus, ut is qui recens baptismo fuerat ablutus, civitatis portam una cum cæteris Christianis ingrederetur, unus e Judæis, cum indignatione ac contemptu, fetentis olei vas ejusdem capituli diffudit. Quem propterea cum ulcisci vellet populus, et obruere lapidibus, obstitit Avitus, et ab illo conatu homines compescuit. Cum vero sacro Ascensionis dominicæ die Avitus de Ecclesia ad basilicam sancti Martini procederet, multa plebe comitante, hæc, repente exorta, in domicilia Judæorum irrupit, atque illa, cum ædificiis cæteris quæ ad ipsos spectabant, ita diruit ac prostravit, ut campi planitiem solo prorsus æquata relinquere. Alio die Avitus legavit ad Judæos qui edicerent ut seirent aut Christianam sibi religionem amplectendam esse, aut inde in regionem aliam excedendum. Qui cum diu hæsitassent, post tres dies plusquam quingenti, concordibus studiis, miserunt ad pontificem, qui nuntiarent se paratos esse ad baptismum recipiendum. Quo nuntio incredibiliter gavisus pon-

A Lactea canities sapiat majora juventæ,  
 Sensus pone gravem, quo puerile fuit.  
 Non pudeat meliora sequi vel tarda, veterinus  
 Corpore deficiens, crescat honore senex.  
 Est Deus, alta fides, unus triinus, et trinus unus<sup>l</sup>,  
 Personis propriis stat tribus unus apex.  
 Nam pater, et genitus, quoque sanctus spiritus idem,  
 Sic tribus est unum jus, opus, ordo, thronus.  
 Legifer hoc reboat, patriarcha hoc reddit [Ms., credi-  
 dit] [Abraham,  
 Hinc pater est nobis, est quia nostra fides,  
 Tres videt æquales, unum veneratus adorat,  
 Unum voce rogat, tres quoque pelve lavat.  
 Sic patruo<sup>m</sup> similis, Loth suscipit hospes cunctas,  
 Quos cibant in Sodomis, hi rapuere Segor<sup>n</sup>.  
 B Cum a Domino Dominus pluit igni triste Gomorrhæ  
 Filius et Pater est a Domino Dominus.  
 Qui tuus, ipse meus, stat conditor atque creator;  
 Hæc plasma sumus, qui est Trinitate Deus.  
 Unius estis oves, heu cur non uniter<sup>o</sup> itis?  
 Sit, rogo, grex unus, pastor et unus adest.  
 Rennis? an recolis quod canna Davidica pangit,  
 Quodque prophetali virgine fetus agit?  
 In cruce transfusus palmis, pedibusque pependit,  
 Sed corrupta caro non fuit ex tumulto.  
 Post triduum remeans, sanat nos vulnere longo,  
 Quod rediit cœlis, testis et ista dies,  
 Crede meis, aut crede tuis convicta senectus,  
 Si fugis, ac trepidus<sup>r</sup>, negligis [Ms., nec legis  
 [ista legens].  
 C Protrahimus verbum brevitatis tempore longum,  
 Aut admitte preces, aut rogo cede loco  
 Vis hic nulla premit, quovis te collige liber,  
 Aut meus esto sequax, aut tuus esto<sup>s</sup> fugax.  
 Redde, colone, locum, tua duc contagia tecum;  
 Aut ea sit sedes, si tenet una fides.  
 Hæc pia verba viris mihi dedit ore sacerdos,  
 Ut sibi quo libeat, semita cordis eat.

tifex, sacra Pentecostes nocte, celebratis vigiliis, eosdem baptizat, ac sacro ungit chrismate, tota civitate cum cereis et lampadibus accurrente, et in gaudia, pro novo candidatorum grege, effusa. Hæc ad an. 576 contigerunt, quo anno et hoc poema elucubratum fuisse dicendum est.

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat., *Villicus in Domini*.

<sup>d</sup> Edit. Ven., *resilibat*. Edit. Paris., *residebat*.

<sup>e</sup> Ibid.: *Domini ferre jura recusans*.

<sup>f</sup> Edit. Paris., *caliginosi*.

<sup>g</sup> *Pendulus ibat*.

<sup>h</sup> Duo Codd. Vat., *plebs armante*. Ed. Ven., *armata*.

<sup>i</sup> Duo Codd. Vat., *res inimica*.

<sup>j</sup> Edit. Paris., *veterem*; in marg., *vitam*.

<sup>k</sup> Edit. Ven., *disce seni*.

<sup>l</sup> Edit. Paris., *unus tria trinus, et unus*.

<sup>m</sup> Edit. Ven., *sic patruus*.

<sup>n</sup> Segor nota civitas, in quam confugit Loth, veniam angelis dantibus.

<sup>o</sup> Edit. Ven., *heu! cur non unicus actus*.

<sup>p</sup> Ed. Ven. et unus Cod. Vat., *non ruit ex tumulto*.

<sup>q</sup> Ibid., *ac crede*. Edit. Paris., *crede meis, ac*, in marg., *ut*.

<sup>r</sup> Edit. Ven., *si fugis, ac trepidus*.

<sup>s</sup> Ibid., *aut tuus ito fugax*.

Ast Judæa manus, stimulante furore, rebellis,  
 Colligitur, rapitor, conditur inde domo.  
 Christicolæ ut cernunt tunc agmina Manzara<sup>a</sup>  
 Protinus insilium, qua latet ille dolus. [jungi.  
 Si fremere gladiis, sentirent justa cadentes,  
 Vivere<sup>b</sup> quo possint aut daret alma fides.  
 Legali occurrunt vati mandata ferentes:  
 Nos Judæa manus jam tua caula sumus.  
 Ne pereant, acquire Deo, qui vivere possunt,  
 Si mora sit, morimur, et tua lucra cadunt.  
 Teade celer gressum, properes nisi præpete cursu,  
 Funera natorum sunt tibi flenda, Pater.  
 Fletibus hic<sup>c</sup> victus, rapitur miserando sacerdos,  
 Ut ferat afflictis rite salutis opem.  
 Perveniant quo clausa loco fera turba latebat;  
 Quæ occurrens, lacrymis ingerit<sup>d</sup> ore preces.  
 Mens est tarda bono<sup>e</sup> Judaica jura tenenti.  
 Lucem sero videt, prætereunte die.  
 Sic oculis cordis velum est ab origine tensum.  
 Cæcus ut ignoret quo via recta vocet<sup>f</sup>.  
 Sed tandem sequimur, pastor, quo sæpe monebas,  
 Qui sale tam dulci currere cogis oves.  
 Credentes jam crede<sup>g</sup> tuos, nec fallere falsis<sup>h</sup>,  
 Nos lavacrum petimus, sit tibi præsto lacus<sup>i</sup>  
 Sensimus effectu<sup>j</sup> quod agebas rite precando,  
 Quod per te hominem nos Deus ipse monet.  
 Sic trahit ad lucem quos texerat umbra negantes.  
 Militiæque novæ rex<sup>k</sup> aperibat iter.  
 Agmina conveniunt, quondam diversa sub uno<sup>l</sup>,  
 Partibus et geminis sit Deus unus amor.  
 Hinc oleari ovium perfunditur unguine vellus,  
 Aspersoque sacro sit gregis alter odor<sup>m</sup>.  
 Ecce dies aderat qua spiritus almus, ab alto  
 Missus, apostolicis fluxit in ora viris.  
 Res sacra rusticolas, urbanos excitat omnes,  
 Certatimque aditus ad pia festa ferunt<sup>n</sup>.  
 Abiitit Judæus odor baptismate divo,  
 Et nova progenies reddita surgit aquis,  
 Vincens Ambrosios<sup>o</sup> suavi spiramine rores,  
 Vertice perfuso chrismatis efflat odor.

<sup>a</sup> Ibid.: tunc agmina inania jungi. Codd. Vat. retinent *Manzara*. Vox autem isthæc orta videtur ex Hebr. vocabulo מַנְזָרָה, quod idem sonat ac *spurius*, *notus*, etc., unde Græce ἐκ πύργου redditur. Hinc et Sedulius, a Browero laudatus, habet, lib. v:

Manseribus populis in detiora volutis...

<sup>b</sup> Edit. Paris., *vincere*.

<sup>c</sup> Unus Cod. Vatic., *fletibus his victus*.

<sup>d</sup> Edit. Paris., *ingemit*.

<sup>e</sup> Duo Codd. Vat., *mens est tarda boni*. Edit. Ven., *mens est tarda homini*.

<sup>f</sup> Unus Cod. Vatic., *quo via recta ducat*. Edit. Paris., *recta meat*.

<sup>g</sup> Edit. Ven. *credentes jam credere vos nec*.

<sup>h</sup> Edit. Paris., *credas*; in marg., *falsis*.

<sup>i</sup> Edit. Ven., *sit tibi præsto, laves*. Edit. Paris.,

*locus*.

<sup>j</sup> Edit. Paris., *aspectu*.

<sup>k</sup> Edit. Paris., *nos*.

<sup>l</sup> Unus Cod. Vatic. et Ven. Edit. Paris., *dirersa sub unum*; Ed. Paris., in marg., *uno*.

<sup>m</sup> Plura de hoc odore Hebræorum quaerit, et edisserit Brow., quæ quod ad propositum nostrum non

A lugenti numero celebratur pascha novellum,  
 Ac de stirpe lupi progengerantur oves.  
 Excepit populus populum, plebs altera plebem;  
 Germine qui non est, sit tibi fonte parens.  
 Undique rapta manu lux cerea provocat astra,  
 Credas ut stellas ire trabendo comas.  
 Lacteus hinc vesti<sup>p</sup> color est, hinc lampade fulgor  
 Ducitur et vario lumine picta dies.  
 Nec festiva minus quam tunc fuit illa cornucans,  
 Diversis linguis, quæ dedit una loqui.  
 Quis rogo pontificis fuit illic sensus Aviti?  
 Quam validus fervor, cum daret ista Deo?  
 Inter candelabros radiabat et ipse sacerdos,  
 Diffuso interius spiritus igne micans.  
 Dum<sup>q</sup> sibi, qualis erat, tam vera holocausta ferendo,  
 B Cum libat<sup>r</sup> vivo hostia viva Deo.  
 Si patriarcha placet, quoniam natum obtulit unum,  
 Qui tantos offert, quam placiturus erit?  
 Moses non valuit fidei quos subdere nostræ,  
 Qui Christo acquirit quod sibi minus erit?  
 Fudit aromaticum Domini libamen ad arani,  
 Incensumque novum misit ad astra Deo.  
 Obtinuit votum, quia junxit ovile sub uno<sup>s</sup>,  
 Et grege de niveo gaudia pastor habet.  
 Hæc inculca tibi repeti, Pater almae Gregori,  
 Qui Fortunato non vultura jebes.  
 Adde quod oxiguum me portitor impulit instans,  
 Et datur in spatiiis vix geminata dies.  
 Novimus affectu potius quod<sup>t</sup> diligis illum,  
 C Hunc<sup>u</sup>, quem corde vides, semper et ore tenes.  
 Hoc tibi nec satis est, hujus quod es<sup>v</sup> ipse relator,  
 Compellis reliquos plaudere voce sibi.  
 Non fuit in vacuum, quod te prorexit alumnus,  
 Si<sup>x</sup> cui mente, fide, reddis amore vicem.  
 Annuat omnipotens, longo memoratit<sup>y</sup> ævo,  
 Ut tu laus illi, laus sit et ille tibi.  
 Me quoque vos humilem pariter memoratis<sup>z</sup> utrin-  
 Et pro spe veniæ voce feratis opem. [que.

faciant, libenter omisimus. Potuit hic a Fortunato non odor corporis, sed animi indicari, quo sonat aiebat Apostolus: *Christi bonus odor sumus in omni loco*, etc.

<sup>a</sup> Tres Codd. Vat., et Ven. Edit., *ad pia festa terunt*.

<sup>o</sup> Edit. Paris., *Ambrosius*.

<sup>p</sup> Unus Cod. Vatic., *lacteus hinc vestis*.

<sup>q</sup> Edit. Ven. et Paris., *tum sibi*.

<sup>r</sup> In uno Cod. Vat.:

Cam libeat vino hostia viva Deum.

Edit. Paris.:

Dum libat vino hostia viva Deum.

in marg., *Deo*.

<sup>s</sup> Edit. Paris.:

Obtinuit votum, quia veræ junxit olive.

<sup>t</sup> In uno Cod. Vat., *potius quo diligis*.

<sup>u</sup> In uno Cod. Vat., *Hinc quem*.

<sup>v</sup> Edit. Ven., *hujus quod ipse relator*.

<sup>x</sup> Ibid., *sic cui mente fidem*, quod seq. Edit. Paris quoque, *mente fidem*.

<sup>y</sup> Edit. Ven., *longo ut memoratur in ævo*.

<sup>z</sup> Ibid. et in uno Cod. Vat., *memoretis utriusque*.

## CAPUT VI.

*Ad Syagrium* <sup>a</sup> *episcopum Augustodunensem.*

[Narrat Fortunatus, cum ipse, longo jam spatio, desinerisset ab elucubrandis carminibus, atque a reliquis curis et negotiis distractus viveret, sibi repente patrem astitisse, graviter laborantem pro captivo filio, ab eoque inertiam suam ac desidiā fuisse excusam. Hujus itaque adventum ad sese, et quem is conceperat pro calamitate filii dolorem acerbissimum, miserabiliter describit, atque ejusdem causam Syagrius rogatus commendat. Hinc, oblata occasione, acrostichum carmen, studiose a se de humani generis Redemptore elaboratum, pro pretio, mittit ad eundem, et ejus artificiosam texturam et ordinem complectitur pluribus.]

Domno sancto et apostolica sede dignissimo domno Syagrio papæ Fortunatus.

Torpore <sup>b</sup> vecordis otii, quo mens ebria desipit diutina tabe morbescente brutiscentis, et velut ignavi seporis hebetante marcere suffectus, negotii indulgentis nulla mordente cura dormitans, cum videretur scilicet tam lectio negligi, quam usus abuti, neque nancisceretur quidquam occasionis ex themate quod digereretur <sup>c</sup> in poesi, et ut ita dictum sit, nihil vel' eretur ex vellere quod carminaretur in carmine, intra me quodammodo meipsam silentio sarcophagante sepellens, et cum nulla canens <sup>d</sup> obsoleto linguæ plectro æruginavissem, tandem nec inopinato <sup>e</sup> conceptivo meo, sed tamen, ut arbitror, vestræ felicitatis ad me sorte delato, quis? unde? quidve referat? <sup>f</sup> dum percontor, de filii calamitate, suæ necessitatis, meæ compassionis, vestræ mercedis causas indice, singultus <sup>g</sup> vix laxante, prorumpit. Quo voce intercepta, tam viscerum mœrore, quam luminum flumine, dum loqui non permittitur, ipso silentio patrem lacrymæ futebantur, quia dum anxius in verbo genitor pendet, nec exprimit, ta-

<sup>a</sup> Syagrius episcopus Augustodunensis creatus est circa extrema Clotarii tempora, ac successit illa in sede Remigio, sive, quemadmodum appellant alii, Benigno, qui post Eupardum sederat. Browerus Syagrii genus nobilissimum, et familiam refert ad Syagriorum gentem illam, in qua Sidonius, epistola 8 lib. viii, deductum nomen a trabeis, atque eboratas curules, et gestatorias bracteatas et fastos purpurisatos agnoscit. In qua idem ipse epistola Syagrium juniorem, quem *Gallicanæ florem juventutis* appellat, a ruris otio ac studio rei familiaris ad domesticæ laudis et gloriæ cursum nititur revocare. Eundem Afranii Syagrii, olim coauctis, per virilem successionem pronepotem nominat epist. 5 lib. v. Atque hæc ad illustrandam Syagrii stirpem ac genus a me dicta sint: quem falso nonnulli existimarunt Brunichildis reginæ fratrem fuisse; quorum errorem retellit Cointius, ad an. 560, n. 5, atque ipsius erroris causam et originem ostendit. Interfuit autem Syagrius conc. Lugdun. 11, an. 567, et Parisiensi 14 an. 573, et Matisconensi 1, habito an. 583, ut ostendit Cointius, et 11 an. 585. Idem Syagrius (qui, ut docet idem Cointius, pervenit ad an. 600) a sancto Gregorio papa pallio est decoratus, agente Brunichilde, cui erat Syagrius acceptissimus, ut constat ex epistola sancti Greg. M., ad Brunichildem scripta, quæ est 11 lib. ix, indict. 2, alias 5, l. vii, ind. 1.

Deest hæc epistola in uno Cod. Vat. et Ven. Edit.

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., quod dignaretur in poesi. Edit. Paris., ex schemate quod eligeretur

<sup>c</sup> Edit. Paris., canerem.

A cente faucis organo, pupillâ fletibus loquebatur.

Tanta [tantum] est in charitate natura, quod prævalet ut parens ante se prodat <sup>b</sup> affectu quam labio. Fluebant igitur lumina, ac suggestionem suam blandito ploratu compunctam, ut etiam quamvis crudelem redderent lamenta clementem, irrigabant lacrymæ tam semen miseræ, quam frugem misericordiæ; uno fonte manabant resinæ roris [res mœroris] et muneris. Unde et luctus, et merces, et unus rigans oculis, alter bibens auribus, quod iste torculari in fletu, ille apothecari in fructu. Itaque signo singultu fecit se intelligi mens captivi; et quasi speculariter traxit mœror in facie, qui videbatur angor in corde. Unde inter tacentes, causa rerum cognita, dum apud me voluit <sup>i</sup> hoc fari, quod fieri <sup>j</sup>, videbatur affectus mire sine lingua sic loqui. Igitur cum me moveret lamentabilis concivis <sup>k</sup> tam factura quam patria, cum cernerentur vultus patris pietatis imbre perfundi, ut pene totus et ipse in alieno affectu migrarem, lacrymantes oculi querelas mihi sinxerunt <sup>l</sup> ad vicem encausti, et admirabili modo <sup>m</sup> aqua, quæ delere solet, per fletus scripsit. Quis enim fienti non crederet, quem lupus <sup>n</sup> non genuit? quem non humanitas flecteret, quem partus tigridis non effudit? cum lentescat [lentiscat] blanditiis cursus pardis, virtus apri, dens leonis, et moles <sup>o</sup> elephantis. Qui tandem, sedato querelarum strepitu, doloris sui properum <sup>p</sup> te designat antidotum, scilicet dum æger mente sibi poscit medelam; si se dignante impendat, vestra lingua sit malagma <sup>q</sup>, quo loquente, media per verba me miscens mihi, de vobis credulis <sup>r</sup> fidem feci homini, ex hoc per me te consuli. Non flere restabat, tamen conjici <sup>s</sup> utrumne pro redemptione divigerem quo soboles valeret, an quo duobus profice-

<sup>b</sup> Alter Cod. Vat., nec opinato, quod ten.

<sup>c</sup> Duo Codd. Vat., quidve deserat. Edit. Paris., Quidve deserat, consulens, dum per concordem filii calamitatem, etc.

<sup>d</sup> In uno Cod. Vat., indice singultu... prorupit.

<sup>e</sup> Edit. Paris., probet.

<sup>f</sup> Duo Codd. Vat., valuit hoc fari.

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., quod fieri.

<sup>h</sup> Hiuc licet conjicere hominem illum, quem concivem suum Fortunatus esse fatetur, Pictaviensem fuisse, cum jam Fortunatus domicilium suum Pictavis collocasset, atque urbis illius clero esset ascriptus. Patria vero non ea solum nominatur, in qua nati sumus, sed etiam in qua certam aliquis ac stabilem sedem diu habuit, cum animo ad extremum usque illuc commorandi. Sæpius vero Pictavi bellis, cædibus, descriptionibus, vexati fuere, quamobrem, pluribus abductis captivis, Fortunatus pro illa qua erat apud reges ac principes viros gratia, suam operam in concivibus suis liberandis interponere poterit.

<sup>i</sup> Edit. Paris., fixerunt.

<sup>m</sup> Unus Cod. Vat., et admirabili pariter modo.

<sup>n</sup> Duo Codd. Vat., quem lapis non genuit.

<sup>o</sup> Edit. Paris., blanditus... et malæ.

<sup>p</sup> Unus Cod. Vat., prosperum te designat; alter: prosperum de te designat.

<sup>q</sup> Edit. Paris., dignantem... malagina.

<sup>r</sup> Unus Cod. Vatic., de vobis credulus, quod seq. Edit. Paris., credulus de vobis.

<sup>s</sup> Unus Cod. Vat., sed non flere. Edit. Paris.: Consului, sed non flere restabat; tamen conjeci.



ret, de compendio cogitans, ne vilitate pretii <sup>a</sup> de-  
pretiaretur tibi merces captivi, illud certe metuens,  
si caperetur in nummo, respiceret <sup>b</sup> in talento, præ-  
sertim cum desiderem thesauros ex æquo te <sup>c</sup> tuo  
frui cum martyre <sup>d</sup>. Quid vero pro munere modicitas  
proferret, et cum in electione cunctarer, venit in  
mentem lethargico dictum Flacci Pindarici :

Pictoribus, atque poetis,

Quælibet audendi semper fuit æqua potestas,  
considerans versiculum, si quæ vult artifex, permi-  
sacet uterque, cur et si non ab artifice misceantur  
utraque, ut ordiretur una tela simul poesis et pictu-  
ra? Dehinc cum pro captivo velim versu <sup>e</sup> suggerere,  
attendens quæ fuerint tempora Redemptoris, quo  
tonos suæ ætatis anno [quotenos... annos] Christus  
absolverit, totidem versiculis texerem carmen, quot  
litteris; hæc <sup>f</sup> protinus operis difficultate repulsus,  
aut magis inclusus, tam metri necessitate quam lit-  
terarum epitome, quid facerem? quo [ubi] prodito-  
rem nova calculatione angustus mihi numerus an-  
gustius dilatavit <sup>g</sup>, quia præfixo <sup>h</sup> termino non erat,  
nec ubi prolixitas se excuteret, aut brevitatis angula-  
ret, nec evagari propter descendentes versus fre-  
nante repagulo, orditura [ordienda] permisit. In quo  
quippe exordio, supererascens apice, non licuit vel  
solvere, vel fila laxare, ne numerum transiliens er-  
ratica se tela turbaret. Hinc cura commoveor, ut  
duo per capita, duo ex obliquo, unus vero per me-  
dium descendentes integri versiculi legerentur. Altera  
pars restiterat, quam inter omnes litteram medullio  
collocarem, quæ sic reciperet omnem, ut offenderet  
neminem. Igitur hujus telæ cum licia numero colle-  
gissem, ut texere <sup>i</sup> cœperam, et se, et me fila <sup>l</sup>

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., quod soboles... an quod vobis  
proficeret. Edit. Paris.: Quod vobis proficeret... ne  
militatem pretii.

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., respiraret. Edit. Paris., respirare  
tibi talento.

<sup>c</sup> Ibid., ex æquo frui.

<sup>d</sup> Illic videtur indicari sanctus Symphorianus, qui  
apud Augustodunum martyrio coronatus est, ac ibi-  
dem magno cum honore ac religione ejus memoria  
celebatur, ut refert Greg. Tur., l. i de Gloria mar-  
tyrum, cap. 52.

<sup>e</sup> In uno Cod. Vat., velim versus suggerere.

<sup>f</sup> In altero Cod. Vat.: Hactenus operis difficultate,  
aut magis difficultate inclusus necessitate.

<sup>g</sup> In uno Cod. Vat., quo proditore... angustias dila-  
tavit. Edit. Paris.: Litterarum epitomate quid face-  
rem, quod proditor angustias... mihi numeri angustias  
dilatavit.

<sup>h</sup> Edit. Paris., pro fixo.

<sup>i</sup> In altero Cod. Vat., collegissem, ut tenerem.  
Edit. Paris., ut texerem inter se.

<sup>j</sup> Animadvertit Browerus acrosticha a veteribus  
eodem mesosticha, vel telosticha, et stachos appellata  
fuisse, atque idcirco his congruere, quod ait Fortu-  
natus dum opus suum modo telæ comparat, in eaque  
texenda artificio, modo aviculæ, quæ aucupio falit-  
ur, imprudentiæ et errori.

<sup>k</sup> Edit. Paris., refugis.

<sup>l</sup> Dum ait Fortunatus: Ego incautus passer, quasi  
mentita per nubila incurri pantheram, non hic notissi-  
mam belluam ab ipso indicari existimo, sed genus  
aucupii aliquod, quod ex prædæ copia Græco voca-  
bulo *ταχιπτε* nominaretur. Quin id genus aucupii vel  
apud homines nostri temporis in usu esse, et panthe-

rumpebant, incipiens ego, opere prope absoluto,  
ligari, atque mutata vice, dum captivi solvere lora  
cupio, me catena constringo. Nam hujus opusculi  
quæ sit, hinc conjicitur difficultas, ubi cum volueris,  
si addis, crescit linea; subtrahis, perit gratia; mutas,  
non consonant capita; figis, nec fugis <sup>k</sup> litteram.  
Itaque cum ponderet hæc tela versibus laqueata, ut  
si duo transirem, adhuc tria non fugerem, ego in-  
cautus passer, quasi mentita per nubila incurri pan-  
theram <sup>l</sup>, quia quod cavere volebam, hic [hæc] pinna  
ligabar, aut magis, ut dictum sit, velut plumis illitis  
quinquifida viscata tendebat <sup>m</sup>. Inter hæc illud me  
commovet, quod tale non solum feceram, sed nec  
exemplo simili trahente <sup>n</sup> ducebar. His incertus et  
trepidus, ipsa novitate suspensus, utrumne tentarem  
quæ nunquam aggressus sim, an cautius respuerem  
quam incaute proferrem, tandem, licet invitus, lo-  
quor pene quæ nescio, et tu me vincis amore, ne vin-  
car ab opere. Ecce exigis a me, et quod in me vix <sup>o</sup>  
invenis, violentiam facis ei, qui tuus, non rebellis <sup>p</sup>  
est: extorques, nec repelleris. Amor, Islandus tyran-  
nus est. Ut hoc pararem commercii, per incertum  
<sup>q</sup> pelagi rudis nauta vela suspendi, affectu  
raptus; deferor per fluctus et scopulos; urges me  
præcipitem per ignota transire. Quid est quod non  
obtimeas? sicut amas, sic imperas. Habes igitur opus  
sic uno textu quadratum, ut sit legendo quinquifi-  
dum; et cum sint triginta tres tam versus quam lit-  
teræ, ad similitudinem Christi carnalis ætatis, qua  
nos absolvit unus resurgens, adhuc duo per capita,  
duo ex obliquo, unus quoque per medium legitur in  
descensu; unde fit ut se finito versu littera non fini-  
ret, quia et si indirecto <sup>r</sup> pervenit ad terminum,

ram nominari, haud ita pridem audiivi.

<sup>m</sup> *Quinquifida viscata* refertur ad formam sequen-  
tis acrostichi, in quinque partes (ut mox asserit  
Fortun.) distributam ac veluti fissam legentibus, in  
quo elaborando præ molestia ac labore visco prope  
inhæserit. Edit. Paris., versando tendebam.

<sup>n</sup> Edit. Paris.: Quod tale quid non solum face-  
rem, sed nec exemplo simili traherem.

Addit Browerus in emend. aliam lectionem in mar-  
gine apponendam, vindicer, ad illud, ne vincar in  
opere.

(Secundæ curæ nota.)

Observat P. Browerus, vel ante Fortunatum inu-  
sitata non fuisse ejusmodi acrosticha, ac Publum  
Optatianum Porphyrium litteris ad eundem modum  
constructis et nexis, quædam poemata Constantino  
Augusto obtulisse, quæ idem Browerus, in notis ad  
c. 3 l. II Operum Fortun. narrat, suo tempore, Au-  
gustæ Vindellicorum typis excusa fuisse. Quocirca di-  
cendum ejusmodi exempla, si tunc exstabant, ignota  
fuisse Fortun., aut certe præ oculis illa habere non  
potuisse.

Quod vero idem Brow. affirmat, Lampridium quo-  
que laudari a Sidonio epist. II l. VIII, quo *stachos*  
fecerit, malo ibidem cum cl. Sirmondo elegos *echoicos*,  
quam *stachos* legere, de quibus jam echoicis elegis  
diximus in notis ad c. 37 l. III.

Hinc item intelligitur hoc primum hujusce formæ  
et artificii acrostichum elaboratum fuisse a Fortun.  
ac propterea tempore antecedere illa quæ de sancta  
cruce ab eodem inscripta supra retulimus, l. II.

<sup>o</sup> In uno Cod. Vat., vix vix invenis.

<sup>p</sup> Edit. Paris.: qui non sum rebellis.

<sup>q</sup> Edit. Paris., per incertum iter.

<sup>r</sup> Edit. Paris., et sine directo.

tamen cursu illi superest in descensu, quia adhuc **A** conjungitur in finali versiculo. In medietate autem parvi hujus opusculi illam fiximus litteram quæ inter viginti tres numeratur permedia; ac tantas ante se respicit, quantas et post se transiit, quia concurrentibus versibus, et dividitur tota, et manet integra res divisa. Littera vero quæ tangitur in descendenti versiculo, et tenetur in uno, et currit in altero, et ut ita dicatur, et stat pro stamine, et pro trama currit in tramite, ut esse possit in pagina, licia litterata.

Ne [nec] tamen causa nos oneret, quod velut ara-

<sup>a</sup> Ibid., aragne arte.

<sup>b</sup> In altero Cod. Vat., confidente vicaria atate.

neæ<sup>a</sup> arte videamur picta illa miscere, quod voluit compertum est in Moysi prophetæ libris, po'ymitarius artifex vestes texuit sacerdotum. Unde, cum desit hic coccinum, res est texta de minio. Versus autem ex obliquo descendentes ab angulis, ratione stant, et si positione succinant. Qualiter autem connexi sint singuli, vel quid contineant, satis est prudentiæ sine indice rem probare. In summa commendato me piæ beatitati, et exuberanti vestræ dulcedini tribuentes petita, cum fidenti vicarietate<sup>b</sup> servitii. Si placet, hoc opere parieti conscripto, pro me ostiario pictura servet vestibulum: ora pro me.

Th. Pul., ad marg., vicarietas.

**B**

### CAPUT VII.

#### AVGVSTIDVNENSIS OPVS TIBI SOLVO STAGRI.

DIUSAPEXADAMVTFECITDATSOMNIADONEG  
 AVULSACOSTAPLASHMATAESTEVANECIMP  
 FELICESPARITERDUPLOIDELUCISOPEPTI  
 OREGORUSCANTESINTERPIARURAJUGALES  
 RIPAEIOCUNDAENARIIGRATAAURAREDBAT  
 TURISDELICIAESATVRABANTUBEREFLATV  
 VNAFOVENSAMBOSFLOSROBASEVOLUPTAS  
 NOTABONISREGIOPASCEBATNEMPREBEATOS  
 ATCUMTAMMAGNOPOLLERENTMAMUSHONORE  
 TOTAHOMINVMIREPARREBATTERRADUORUM  
 OCCULTUSMENDAXMOXEXERITARMAVENENI  
 SERPENSELATVSZELATORLARVEUSHOSTIS  
 ATROXINNOCUOSEVINCENTSFELLENOCENTI  
 CONLISITSUASUQUOSGRATIADIVABEARAT  
 ETHOMODETERRATVMDENUODECIDITILLUC  
 REPTANTISQ; DOLOREOISEXCLUDITURORTV  
 HAGNATIMORIMURDAMNATILEGEPARENTUM  
 ATDEUSEXCELLENSAIESTDELUMINELUMEN  
 ECOELISOLIODUMMUNERAPROVIDETULTRO  
 CASTAEACARNERUDIVIVAINTROITAGNUS  
 PRODIITINDESA LUSMATUTINIVELUCERNA  
 INTACTAEPARTULUXERUITEXCITAMUNDUM  
 APATREIUREDSHONODEHINGARNEUSALVO  
 VTNOSERIPERETVILISEDETRAHITAUCTIONE  
 OREGISVENALECAPUTQUODDEBRUCEFIXIT  
 TELOVOCMANUSOLFACUSVERBEREFELLE  
 ACTUHAESOLVISCAPTIVOSSORTECREATOR  
 SEROVERADATAESTVITALISEMPTIOMORTE  
 YMNOSUNDEDKOLOQUORABSOLVENTERBATV  
 ATVOSARTERNAESUFFULTILAUDECORONAE  
 GALLORUMRADIIVOBISQUOFULGEATETNOX  
 RVMPITELORAJUGISBTSUMITISARMADIHI  
 IPSAVELIBERTASVOSLIBERATATQ; BEABIT

[Acrostichum hoc carmen, quod ab omnibus fere **C** exemplaribus aberat (nec vero usquam occurrit in ms. Codd. Vat.) quodque cl. Baronius, ad an. 587, n. 28, periisse affirmat, eruit P. Brow. e Manuscripto monasterii sancti Galli, et primus in lucem edidit. Habe illud hic resolutum:]

Dius apex Adam ut fecit, dat somnia, donec

Avulsa costa plasmata est Eva nec impar:

Felices pariter, duploide lucis operi,

Ore coruscantes, inter pia rura, jugales.

Ripæ jocundæ nari grata aura redibat.

Turis deliciæ satarabant ubere flatu:

Una fovens ambos florosa sede voluptas

Nota bonis regio pascebat nempe beatos.

At cum tam magno pollerent majus honore,

Tota hominum mire parebat terra duorum,

Occultus mendax mox exerit arma veneni,

Serpens elatus, zelator, larveus hostis,

Atrox, innocuos evincens felle nocenti,

Conlisit suasu, quos gratia diva bearat.

Et homo de terra, tum denuo decidit illuc,

Reptantisq; dolo Eoois excluditur ortu.

Hac nati morimur damnati lege parentum.

At Deus excellens aie et de lumine lumen,

E cœli solio dum munera providet ultro,

Castæ carne rudi, vivax introit agnus.

D Prodiit iude salus, Matu:inive lucerna,

Intactæ partu lux eruit excita mundum :  
 A Patre jure D<sup>2</sup>, homo dehinc carneus alvo,  
 Ut nos eriperet, vili se detrahit auctor,  
 O regis venale caput, quod de cruce fixit.  
 Telo, voce, manus, olfactus verbere, felle.  
 Actu hac solvis captivos sorte, Creator :  
 Sero vera data est vitalis emptio morte ;  
 Ymnos unde Deo loquor, absolvente reatu.  
 At vos æternæ suffulti laude coronæ,  
 Gallorum radii, vobis quo fulgeat et nox  
 Rumpite lora jugis et sumitis arma diei,  
 Ipsave libertas vos liberat, atque beabit.  
 Versus a lateribus positi.

Da Fortunato sacer hæc pia vota Syagri :  
 Crisius se misit, cum nos a morte revexit :

Medii, qui crucem describunt.  
 Captivos laxans, Domini meditatio fies :  
 Dulce Dei munus, quo merx te, care, coronat :  
 Cara Deo pietas animam dat de nece solvi.

Vox posita prope in meditullio acrostichi, Aie,  
 quem sensum referat, plane non assequor : eandem  
 tamen tenendam esse versiculorum series ac sensus  
 satis ostendit.

#### CAPUT VI.

Ad Felicem <sup>a</sup> episcopum Nanneticum [Nanneticum].

[Respondet Felici, qui se rus invitaverat. Describit  
 villam illius situm et amoenitatem, ei tamen Felicis  
 ipsius præsentiam et aspectum multo anteposit.]

Sentio, summe Pater, lamen venerabile cunctis,  
 Orbis dulce caput, mihi nomen amabile, Felix,  
 Amplectens quem corde gero pietatis in ulnis.  
 Pondus suave meum nec onus gravat istud aman-  
 [tem,  
 Cur humilem me, summe, vocas loca visere <sup>b</sup> blanda,  
 Quæ te, chære, tenent, tecum <sup>c</sup> modularer in illis  
 Qua tua rura lavat vitrea Liger algidus unda,  
 Cariaci <sup>d</sup> speciosus ager devexus in amæm,  
 Hinc ubi flumen aquis recreat, hinc pampinus em-  
 [bris,  
 Et crepitans Boreas tot prata <sup>e</sup> comata flagellat :  
 Uber nempe solem, piscoso <sup>f</sup> litore pulchrum  
 Sed Fortunatum facies tua reddit amœnum

<sup>a</sup> De Felice Nannet. et villarum ejus magnificentia, vide c. 8 et 10 l. III, eaque confer cum his quæ isthic referuntur.

<sup>b</sup> In vulg. loca cæta subire. Brow.

<sup>c</sup> Edit. Ven., locum modularer.

<sup>d</sup> Cariacum idem videtur ac fluvius Carus, sive Caris, qui paulo infra Turones in Ligerim labitur aut ab illo denominatus ager.

<sup>e</sup> Ven. Edit., Boreas depicta comata. Tres Codd. Vat., tot picta.

<sup>f</sup> Edit. Ven., pretioso litore pulchrum. A quibusdam positum erat, pulchram saliente colono, teste Brow.

<sup>g</sup> In Edit. Ven., post itinera.

<sup>h</sup> Ibid. et duo Codd. Vatic., optantes longe.

<sup>i</sup> Edit. Ven., salve salutem, quod placet.

<sup>j</sup> Perobscurum est hujusce epistolæ argumentum ;

#### CAPUT IX.

A

Ad Gregorium episcopum Turonensem pro itinere.  
 'Gregorium, ab itinere reversum Turones, hoc carmine gratulatur : ad extremum eidem se et epistolæ portitorem commendat.]  
 Culmen honoratum, decus alnum, lumen opimum,  
 Pastor, apostolicæ sedis amore placens.  
 Amplectende mihi semper, sacer arce, Gregori,  
 Nec divulse auimo, vir venerande, meo.  
 Gaudeo quod rediit Turonis antistes honore,  
 Lætificorque mihi, te remeasse patrem.  
 Plaudimus instanter, communia vota tenere,  
 Civibus et patriæ te revocasse diem.  
 Præsentem famulum mecum commendo, sacerdos,  
 Optando <sup>h</sup> longe vos moderare gregem.

B

#### CAPUT X.

Ad eundem.

[Gregorium salutat misso carmine, et ejusdem laudat virtutem ac doctrinam ; epistolæ brevitate excusat, ac eandem amoris magnitudine compensari affirmat.]  
 Officiis generose piis, Pater alme Gregori,  
 Mente salutifera qui petis astra palam.  
 Et quicumque tuis monitis animatur inermis,  
 Militiæ sacræ victor habebit opem.  
 Commendans humilem famulum me, solvo <sup>i</sup> salutem,  
 Semper amore pio, vir benedictæ, Deo.  
 Pagina si brevis est, non est brevis ardor amantis,  
 Nam plus corda colunt quam mea verba canunt.

#### CAPUT XI.

Ad eundem, pro libro præstito.

C

[Gratias agit pro carminibus quibusdam, scriptis, ut videtur, a Gregorio, ac sibi commodatis ; portitorem epistolæ ad extremum commendat.]  
 Carmina i diva legens, proprioque e pectore condens,  
 Participaus aliis, sit tibi palma parens.  
 Hæc quoque, quæ pridem tribuisti pastor ovili.  
 Grates persolvens debita <sup>k</sup> laudo libens.  
 Vos tamen hinc maneant donaria celsa tonantis,  
 Qui sacras inopi distribuistis opes <sup>l</sup>.  
 Quæ cum percunctare <sup>m</sup> queam, pro munere tanto,  
 Tunc <sup>n</sup> magis ore meo gratia vestra sonet.  
 Præsentem famulum pro munere <sup>o</sup>, summe sacerdos,  
 Commendo supplex, dulcis amore Pater.  
 Cui sus concedas <sup>p</sup> justæ moderamina <sup>q</sup> libræ,  
 D Crescat honore Dei palma futura tibi.

si licet tamen conjicere, videtur poema aliquod, sive hymnum, a Gregorio elucubratum fuisse, atque missum Fortunato ; illud autem ad Turonensis populi usum fuisse concinnatum. Quocirca Fortunatus gratias agit Gregorio, et una ejusdem in gregem suum diligentiam commendat.

<sup>k</sup> Duo Codd. Vat., debite laudo.

<sup>l</sup> Edit. Paris., das bene largus opes.

<sup>m</sup> Edit. Ven., quæ per cunctas nequeam, pro munere tanto, corrupte. Duo Codd. Vat., percunctare. Edit. Paris., quem cum. In marg., pro cunctis nequeam.

<sup>n</sup> Ed. Ven., hic magis ore suo.

<sup>o</sup> Unus Cod. Vat., præsentem famulum Prodorem ; alius, Prodorem ; tertius, probomore.

<sup>p</sup> Ed. Ven. et duo Codd. Vat., cui sus concedens.

<sup>q</sup> Edit. Paris., justæ moderamine.

## CAPUT XII.

*Ad eundem pro invitatione a mulierum.*

[Gregorio, qui se Turones invitaverat, excusationem præterit, quod ab alio, item episcopo, quominus iret retineretur; tum rogat ut ob pacis studium, veniam non eunti indulgeat.]

Irmitans pietate patris sacer ire Gregori,  
Qua domini Turonis pascis honore <sup>b</sup> greges.  
Quo sacer antistes meritis Martinus opimis,  
Quas prius obtinuit, has tibi credit <sup>c</sup> oves.  
Nunc quoque per caulas et florida <sup>d</sup> pascua Christi,  
Rite gubernantes ducitis ambo greges.  
Sed mihi vim faciens vester <sup>e</sup> modo frater honore,  
Ad vos ne properem, nempe retorsit iter.  
Sæpe rogans voto, mandato, et missile verbo,  
Et conjuratus sum tibi <sup>f</sup> pollicitus.  
Vir bonitate placens, et pastor pacis amator,  
Fœderis ob studium, sit veniale <sup>g</sup> precor.  
Vos quoque sed genitæ propriæ venerando <sup>h</sup> salutant,  
Ast ego commender, quæso, beate pater.

## CAPUT XIII.

*Ad eundem pro commendatione mulieris.*

[Gregorii virtutem laudat, ac mulierem, quam a Gregorio commendatam acceperat, ad illum revertentem pariter commendat.]

Summe Pater patris, specimen pietatis opime,  
Dulce caput Turonis, religionis apex.  
Jugiter alta sequens, clementi corde Gregori,  
Unde animæ decus est, huc <sup>i</sup> ratione petens.  
Quam commendasti venientem, celse sacerdos,  
Hanc redeuntem ad te, suscipe more patris.  
Sis quoque longævus cunctorum care <sup>j</sup> recursus,  
Et mihi vel reliquis sit tua vita seges <sup>k</sup>

## CAPUT XIV.

*Ad eundem, de itinere suo.*

[Suam in Gregorium charitatem ac singulare desiderium declarat, atque eidem Pictavum incolumem se pervenisse nuntiat, cum quidem, a Turonensi urbe digressus, per vias glacie constrictas difficilis ac periculoso itinere usus fuisset.]

Jugiter opto libens, sacer amplectende Gregori,  
Cernere vos oculis, quærere litterulis.

<sup>a</sup> In Ven. Edit. et uno Cod. Vat. abest *mulierum*, nec sane hæc vox quidquam videtur cum poemate habere commune.

<sup>b</sup> Ed. Ven. et tres Codd. Vat., *pascis amore*.

<sup>c</sup> Ed. Ven. et tres Codd. Vat., *has tibi cessit*.

<sup>d</sup> Ibid., *per florea*.

<sup>e</sup> Ed. Ven. *veteri modo*. Vix dubito episcopum, a quo se retentum narrat Fortunatus, quominus ad Gregorium Turones proficisceretur, fuisse Maroveum, episcopum Pictaviensem, cujus e nutu ipse pendebat, Pictaviensis Ecclesiæ clero ascriptus. Videtur certe Fortunatus, cum hæc scribebat, Pictavis fuisse, cum Gregorium Agnelis et Radegundis nomine salutet; quas *genitas proprias* Gregorii appellat; sicut infra scribens ad Aredium, cap. 22, eodem nomine easdem designat. Rogat vero, ob pacis studium, ut veniam non eunti indulgeat: forte quod simultatis aliquid Gregorium inter et Maroveum intercederet; sicut inter sanctum Euphronium, Gregorii decessorem, et Maroveum ipsum interfuisse narrat Greg., lib. 12, cap. 40, Hist. Franc.

<sup>f</sup> Duo Codd. Vat., *sive pollicitus*. Videtur innuere hoc loco Fortunatus veniam non impetrasse ab epi-

A Dulce videre mihi <sup>1</sup>, ac si desit copia cerni,

Spes erit oranti vel dare verba Patri.

Nuper ab aspectu decedens concite vestro.

Per glaciem vitreas me loquor isse vias.

Sed crucis auxilio, Martino operante patrono,

Perveni ad matres salvus, opime Pater.

Quæ vos multiplici veneranter <sup>m</sup> honore salutant.

Ast ego pro reditu vota salutis ago.

## CAPUT XV.

*Ad eundem, salutatoria.*

[Effert virtutem Gregorii, atque ejus pietatem et doctrinam commemorat, nec non suam in ipsum benevolentiam contestatur.]

Summe sacerdotum, bonitatis <sup>n</sup> opima facultas,

Culmen honore tuo, lumen amore meo.

B Officiis venerande sacris, pietatis alumne,

Pignore amicitie corde tenende meæ.

Florens in studiis, et sacra in lege fidelis,

Semper agens animæ dona futura tuæ.

Te, Pater, ergo precans, terram, freta, sidera testor,

Ut velis ore sacro me meminisse <sup>o</sup> tuum.

## CAPUT XVI.

*Ad eundem, pro pomis et graffiolis p [graphiolis].*

[Gratias agit Gregorio, quod poma, suis cum surculis, sibi dono misisset.]

Officiis generose piis, sacer arce, Gregori,

Absens, sis præsens munere, summe Pater.

Qui mihi transmittis propria cum prole parentes,

Inlata cum fructu surcula, poma simul.

Det Deus omnipotens, meritorum fruge repletus,

C Mala legas avide, quæ paradisi habet.

## CAPUT XVII.

*Ad eundem, pro commendatione puellæ.*

[Fortunatus cum venisset ad eum locum in quo arbor illa stabat quæ, radicibus quondam avulsa, ex S. Martini precibus et virtute refloruerat, et a qua medela ægris petebatur, constitit, parentum quorundam lacrymis percussus, qui puellam filiam sibi raptam miserabiliter lamentabantur. Rem itaque narrat Gregorio, ac, ut abducta filia parentibus suis restitueretur, ejusdem operam et auctoritatem implorat.]

Cum graderer festinus iter, Pater alme Gregori,

Qua præcessoris sunt pia signa tui.

scopo suo proficiscendi ad Gregorium, quamvis æpius postulasset, ac prætendisset promisso se obstructum ad id teneri.

<sup>g</sup> Edit. Ven., *sic, venerande, precor*. Unus Cod.

D Vat., *sit venerale precor*.

<sup>h</sup> Edit. Ven., et unus Cod. Vat., *venerande salutant*.

<sup>i</sup> Unus Cod. Vatic., *hæc ratione petens*. Edit. Paris., *hac*.

<sup>j</sup> In alio Cod. Vatic., *currere cursus*.

<sup>k</sup> Edit. Ven., *sit tua vita sepes, corrupte*.

<sup>l</sup> Unus Cod. Vat., *at si desit*.

<sup>m</sup> Edit. Ven. et unus Cod. Vat., *venerantur honore*.

<sup>n</sup> Edit. Paris., *bonitas et*.

<sup>o</sup> Edit. Ven., *me memorem esse tuum*. Unus Cod. Vat., *me memor esse*.

<sup>p</sup> Graffiola, surculum, taleola, ramus arboris, graffiolo alteri insitus, inditus; unde nostri *graffe* dicunt, Occitani *graffon*. Dufresne, in Gloss. ad hanc vocem. Addit Brow. in Calar. pro *graffolis* scriptum reperiri *fercula*, corrupte, ut videtur, pro *surcula*.

Quo fertur convulsa jacens radicitus arbor <sup>a</sup>,  
 Martini ante preces exiluisse comis.  
 Quæ fidei merito nunc stat spargendo medelas,  
 Corpora multa medens, cortice nuda manens.  
 Fletibus adfuit hic <sup>b</sup> genitor, genitrixque puella,  
 Voce implendo auras, et lacrymando genas.  
 Figo pedem, suspendo aurem, mihi panditur ore  
 Vix per singulus vendita nata suos.  
 Quæro <sup>c</sup> adhuc, questus perhibet, nullo indicæ furto,  
 Furti <sup>d</sup> ex objectu hanc pater [patet] ire jugo.  
 Se voluisse dare et jurantes ordiue testes,  
 Nomine quemque tenens, nec potuisset egens.  
 Non aderat iudex, erat accusator adurgens,  
 Illic ego quid facerem, posse vetante sacro <sup>e</sup>.  
 Si pius hic, dixi, præsens Martinus adesset,  
 Nou <sup>f</sup> permisisset perdere pastor ovem.  
 Sed tamen invalui recolens te, summe sacerdos,  
 Spem præcessoris qui pietate refers.  
 Discute, dstringe, ac si sit secus, eripe dulcis,  
 Et pater adde gregi, hanc quoque redde patri.  
 Me simul officio famulum tibi, chare, subactum,  
 Protege perfugio, pastor opime, pio.

## CAPUT XVIII.

*Ad eundem pro commendatione peregrini.*

[Laudat pietatem Gregorii, atque illi se et peregrinum hominem commendat.]

Vir bone, pro meritis adipiscens culmen honoris.  
 Nobile præsidium, pontificale caput.  
 Quem gradus et genium fructu pietatis opimo  
 Dignius attollunt, amplificante Deo.  
 Ut tibi sit famulans <sup>g</sup> memoratus amore benigno,  
 Fortunati humilis te, Pater, orat apex.  
 Hic peregrinus item lætetur, summe sacerdos,  
 Pastorem, et patriam te meruisse suam.

## CAPUT XIX.

*Ad eundem saluatorium.*

[Gregorii dotes laudat, et ejus se precibus commendat.]

Pastor honoris apex, venerabilis arce <sup>h</sup> sacerdos,  
 Et decus alme Patrum, religionis amor.

<sup>a</sup> Mirum de hac arbore nec a Severo Sulpicio, nec a S. Gregor. Turon., in libris de Mir. S. Martini, ullam mentionem (quod ego noverim) esse factam.

<sup>b</sup> Edit. Ven. :

Fletibus huc genitor magnis genitrixque puella.

<sup>c</sup> Ed. Ven., *quæro, et adhuc, quod placet.* Edit.

Paris., *Quæ vero questus.*

<sup>d</sup> Ed. Ven., *furtivo ex obitu hanc.* Unus Cod. Vat., *furti ex obitu.* Edit. Paris. :

Furto ex objecto hanc pater ire jubet.

<sup>e</sup> Dno Codd. Vat., *vetante, sacer, quod tenend.*

<sup>f</sup> Edit. Ven. et duo Codd. Vat., *nil permisisset.*

<sup>g</sup> Edit. Ven., *ut tibi sit famulus.*

<sup>h</sup> Edit. Paris., *ore ; in marg., arce.*

<sup>i</sup> Edit. Paris., *quam.*

<sup>j</sup> Edit. Paris., *aridus captans.*

<sup>k</sup> Browerus censet ad episcopos, ulla in synodo convocatos, hoc poema dirigi, atque ipsis peregrinum, in Italiam pergentem, a Fortunato commendari. Sed multo verisimilius mihi videtur ad illos episcopos idem scriptum esse quorum sedes in ipsa via erant positæ, qua tritum in Italiam iter patebat, quosque Fortunatus, ex Italia veniens in Galliam, adire et agnoscere potuerat, atque ulla sibi amoris et observantiæ necessitudine conjungere. Certe, cum

A Gloria pontificum, meriti pia palma, Gregori,  
 Assurgente gradu nobile jure, caput.  
 Fortunatus opem tribui qui <sup>i</sup> poscit Olympi,  
 Per te, chare Pater, quo mereatur, age.

## CAPUT XX.

*Ad eundem saluatorium.*

[Acceptis Gregorii litteris, quæ bona eundem valedudine frui nuntiabant, quanta inde lætitia affectus fuerit ostendit, atque orat ut sit in scribendo prolixior.]

Visitat a vobis dignanter epistola currens  
 Me, sacer antistes, vir pietate, Pater.  
 Illic avidus capiens <sup>j</sup> oculis, animoque recurro,  
 Sospite te gaudens, quod referebat apex.  
 Longius hinc [huc] vestro sub nomine, papa Gregori,  
 P'agina me recreet missa, salutis ope.

B

## CAPUT XXI.

*Domnis sanctis <sup>k</sup> atque apostolicis in Christo patribus Ecclesiæ pontificibus, pro <sup>l</sup> commendatione peregrini, Fortunatus.*

[Peregrinum hominem, natione Italum, in Italiam revertentem, episcopis commendat, quo necessarium eidem viaticum, aliaque ad iter illud contiendendum opportuna adjuventa, suppeditat.]

Gloria pontificum, veneratio Christicolarum,  
 Norma sacerdotum, culmen, et orbis honor,  
 Qui loca perspicitis, propriæ mercedis honore [amore],  
 Succurrendo viris, vester ut exstet apex :

Ecce venit præsens Italus, peregrinus et hospes,  
 Cernens pastores, ne, precor, erret ovis.

Qualiter ad patriam properet, solatia poscit :

C

Inveniat munus vos vagus exsul, inops.

Me Fortunatum proprium, pietate parentum

Conciliate polo, quæso, precando Deum

## CAPUT XXII.

*Ad Aredium <sup>m</sup> abbatem.*

[Aredium abbatem, quem præsentia non poterat, litteris se dicit conseruire, ejusque se precibus studiose commendat.]

Opto, benigne Pater, verbo tibi ferre salutem,  
 Si minus hinc oculo ceruere te valeo.

idem postulet ut homini, in patriam suam properanti, necessaria subsidia conferant, videntur idem eo in loco fuisse, unde opportunas copias commode suppeditare possent, pro ejus qui commendatus fuerat indigentia et usu. Jam vero id difficile hominibus fuisset qui a suis domibus abessent, et ulla in synodo consedisent. Hoc autem vel illud confirmat, quod ait Fort. : *Qui loca perspicitis.... succurrendo viris ; id est, qui urbibus et terris præsidetis, una hospitalitatem exercendo.*

<sup>l</sup> Abest in Ven. Edit., et uno Cod. *pro commendatione peregrini.*

<sup>m</sup> Sanctus Aredius, nobilissima e familia Lemo-vici natus, in aula Theodeberti regis vixit adolescens, primi apud eum cancellarii munere cohonestatus ; tum suasu ac monitis Nicetii, episcopi Trevirensis, qui egregiam adolescentis indolem fuerat admiratus, ex aula se proripiens, monachus fit ; ac non multo post prope Lemovicum exstructo monasterio, ibi ad extremum usque vitæ tempus vixit sanctissime, et obiit clarus miraculis anno 591, ut refert Greg. Turon., lib. x Histor. Franc., cap. 29. Ejusdem vita, a Gregorio conscripta, exstat ad calcem Operum ejusdem Greg. Turon.

Est etenim vestri tantus mihi cultus honoris,  
 Ut pro me occurrat hinc tibi missus apex.  
 Quæso, beate, tamen per dulcia pabula Christi,  
 Me quoque commemorares, cum dabis ore preces.  
 Munera credo Dei tribui mihi, pastor Aredi,  
 Si Fortunati sis memor, alme, tui.

<sup>a</sup> Aredii mater fuit Pelagia, sanctissima, ac religiosissima femina, quæ post obitum Jocundi, conjugis sui, Deo se devovit, et Aredio filio adjuncta, dum is divinis rebus vacabat, per agros victum quæ-

A Pro metiam sanctam genitricem<sup>a</sup>, chære, salutans<sup>b</sup>,  
 Cum redit iste puer, redde loquentis opem.  
 Vos itidem genitæ propriæ, Pater ample, salutant,  
 Agnos amore pio cum Radegunde simul.

rebat, unde alimoniam et sibi et filio suppeditaret. Laudat eandem egregie Greg. Tur. pluribus in locis, ac præcipue in libro de Gloria Confess., c. 104.  
<sup>b</sup> Edit. Paris., *saluta*.

## LIBER SEXTUS.

### CAPUT PRIMUM.

*De domno<sup>a</sup> Sigiberto rege.*

[Sigiberti regis cum Brunichilde, Athanagildi, Gothorum regis in Hispania, filia, nuptias celebrat hoc carmine, quod a veris amoenitate ac naturæ renovatione quadam auspicatur. Totius regni ortam ex hisce nuptiis lætitiã ac regiam in iisdem celebrandis magnificentiam declarat.]

Vere novo, tellus fuerit dum exuta pruinis,  
 Se picturato gramine vestit ager.  
 Longius extendunt frondosa cacumina montes,  
 Et renovat virides arbor opaca comas.  
 Promittens gravidas ramis genitalibus avas,  
 Palmite gemmato vitis amœna tumet.  
 Præmittens flores, gracili blandita susurro,  
 Deliciosa favis mella recondit apes,  
 Progeniem reparans casto secunda cubili  
 Artificis natos gignere flore<sup>b</sup> cupit.  
 Nexibus apta suis pro posteritatis amore  
 Ad fetus properans garrula currit avis.  
 Semine quisque suo senio juvenescit in ipso,  
 Omnis dum redeunt, gaudia mundus habet.  
 Sic modo cuncta favent, dum prosperitate superna,  
 Regia Cæsareo<sup>c</sup>, proficit aula jugo.  
 Ordine multiplici felicem in sæcula regem,  
 Undique cinxerunt lumina tanta ducum.  
 Culmina tot procerum concurrunt culmen ad unum,  
 Mars habet ecce duces, pax habet ecce decus.  
 Cunctorum adventu festiva palatia fervent,  
 Conjugio regis gens sua vota videt.  
 Vos quorum irriguis<sup>d</sup> fontis meat unda, favete,  
 Iudicio vestro crescere parva solent.

<sup>a</sup> Videtis quæ de initis cum Brunichilde Sigiberti nuptiis diximus in Vita Fortunati, num., 44. Certe cum illæ referantur ad an. 566, hoc quoque poema a Fortunato eodem anno elucubratum fuisse censendum est, sicuti et sequens, scriptum in eadem ream.

<sup>b</sup> Edit. Paris., *caula*.

<sup>c</sup> Browerus hinc conjicit legatos a Justiniano, vel Justino, imper. in Austrasiam missos gratulatum isto loco indicari: *Nisi*, inquit, *quis in Athanagildi gente Cæsareum stemma, ceu laurum in mustaceo, quereret*. At ego non video qua mente poeta post veris descriptionem, cujus hilaritatem, tanquam bonum omen, sumit ad celebrandas Sigiberti nuptias, continuo subtexeret hunc distichum:

Sic modo cuncta favent, dum prosperitate superna,  
 Regia Cæsareo proficit aula jugo,

si jugi Cæsareo nomine par legatorum, ab imperatore missum, non conjunctio Sigiberti cum Brunichilde indicaretur. Certe poematis ὑπόθεσις non ad-

### CAPUT II.

*De nuptiis Sigiberti regis, Brunichildis reginæ.*

[Item epithalamium canit in Sigiberti et Brunichildis nuptias; laudatque primum Sigiberti continentia, dein inducit Cupidinem, et Venerem, illum Sigiberti, hanc Brunichildis, in laudibus prædicandis inter se certantes. Postremo fausta utrisque ac læta ominatur.]

Felicem, sol, pande diem, radiisque serenis  
 Sparge comas, thalamos sincero lumine complens:  
 Sigibertus ovans ad gaudia nostra creatus  
 Vota facit, qui nunc alieno liber amore,  
 Vincula chara subit, cujus moderante juvenis,  
 Connubium mens casta petit, lasciva retundens,  
 Ad juga confugit, cui nil sua surripit ætas:  
 Corde<sup>e</sup> pudicus agens, rector tot gentibus unus,  
 Et sibi frena dedit, sed quod natura requirit,  
 Lege maritali, amplexu est contentus in uno.  
 Quo non peccat amor, sed casta cubilia servans  
 Instaurat de prole lares, ubi luserit<sup>f</sup> hæres:  
 Torait amoriferas arcu stridente sagittas  
 Forte Cupido volans, terris genus omne perurit,  
 Nec pelagus defendit aquas<sup>g</sup>, mox vilia corda  
 Subdit, vulgus iners, tandem dehinc sensus opinii<sup>h</sup>,  
 Regis anhelantem placidis bibit ossibus ignem,  
 Molliter incumbens, et inhæsit flamma medullis.  
 Regalis fervebat apex, nec nocte sopora  
 Cordis erat requies, oculis, animoque recurrens  
 Ad vultus quos pinxit [finxit] amor, mentemque fa-

[tigans,

Sæpe per amplexum falsa sub imagine lusit.

ventus legatorum Cæsaris, ac præsentia, sed regales nuptiæ esse videntur. Quid autem absurdi est Cæsareum jugum pro regio usurpari, ab homine Latino præsertim, cui ex patrio idiomate et consuetudine hoc idem erat regium quod Cæsareum? neque vero augustius nomen adhiberi poterat ad regiam ipsam magnificentiam, ac dignitatem, in illa totius regni gratulatione, exprimentam, unde vel illius a regibus gratia ipsi Fortunato, homini in Galliis novo, conciliari posset, præsertim cum ipse Browerus fateatur Francos a Fortunato semper Romanos, nunquam Barbaros nominari, ut alibi adnotavimus.

<sup>d</sup> Ven. Edit., *vos quorum irrigui, quod tenendum*. Edit. Paris., *irrigui fontis metet*; in marg., *meat*.

<sup>e</sup> Ven. Edit. et unus Cod. Vat., *corda pudicus*.

<sup>f</sup> Edit. Ven., *lux erit hæres*.

<sup>g</sup> Ibid., et unus Cod. Vat. et Edit. Paris., *defendit aquis*, quod placet.

<sup>h</sup> Edit. Ven. et Paris., *dehinc sensus optimus*.

Mox ubi conspexit telo <sup>a</sup> superante Cupido,  
 Virginea mitem terreri lampade regem,  
 Lætus sit Veneri : Mater <sup>b</sup>, mea bella peregi,  
 Pectore flagranti mihi vincitur alter Achilles,  
 Sigibertus amans Brunichildæ carpitur ignæ,  
 Quæ placet apta thoro, maturis nubilis <sup>c</sup> annis,  
 Virginitas in flore tumens, complexa marito <sup>d</sup>,  
 Priuitiis placitura suis, nec damna pudoris  
 Sæstinet, unde magis polleas regina vocatur ;  
 Hoc quoque virgo cupit, quamvis verecundia sexus  
 Obstet, amata viri, dextra leviore, repellit,  
 Ignoscitque sibi culpas quas intulit ignis.  
 Sed modo <sup>e</sup> læta veni, quoniam te vota requirunt.  
 Mox Venus ambrosio violas admiscet amomo :  
 Demetit ungue rosas, gremioque recondit avaro ;  
 Et pariter levibus fregerunt nubila pennis <sup>f</sup>,  
 Et venere simul thalamos ornare superbos.  
 Hinc Venus egregiam præponere cœpit alumnam,  
 Inde Cupido virum, nubentibus ambo faventes,  
 Et litem fecere piam : sic deinde Cupido

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., *cælo superante.*

<sup>b</sup> Edit. Paris., *jam* ; in marg., *mea.*

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat., *nobilis annis.*

<sup>d</sup> Edit. Ven., *complexa maritum.*

<sup>e</sup> Ibid :

Sed modo læta venit, ambo tua vota requirunt.

<sup>f</sup> Ibid., *nubila pennis.*

<sup>g</sup> Edit. Paris., *hac melior.... formamque priorum* ; in marg., *famamque.*

<sup>h</sup> Post hunc versum Edit. Paris. interserit :

Quamvis parva tamen, nullum major impedit ætas.

<sup>1</sup> Unus Cod. Vat., *Nabilis, alter Nabilis. Nabilis aemul, sex Nabus* (ut refert Browerus) *non procul a Mæni, Salæ, et Ægræ fontibus exoritur. Saxoniæ veteris confini agro, laudans haud præcul Ratisbona Danubium ingreditur.* Victoriæ itaque relatas in Saxonia a Clotario, patre Sigiberti (quas commemorat Greg. r. Turon., lib. iv Hist. Franc., c. 10 et 14) indicat hoc loco Fortunatus ut et Browerus advertit. Idem Clotarius Thoringiam sæpe bello petiit, ac tandem subiecit, ac redegit suam in potestatem. Quin imo Thoringos una, et Saxones a Clotario eadem expeditione vexatos fuisse, refert idem Greg., lib. iv Hist. Franc., cap. 10, his verbis : *Eo anno rebellantibus Saxonibus Clotarius rex, commoto contra eos exercitu, maximam eorum partem delevit, pervagans totam Thoringiam, ac devastans, pro eo quod Saxonibus solatium præbuissent.*

<sup>i</sup> Edit. Ven. sic habet hosce duos versus :

Non Bertholini pietas veniale retundens,  
 Perdidit iste duos, pro ambobus sufficit unus.

<sup>h</sup> Edit. Paris., *iste duos reddit, pro ambobus* ; in marg., *reddidit iste duos.* Edit., in marg., *sed dedit iste duos pro.* Unus Cod. Vat. corruptissime legit : *Domnum perdit Heuberto pietas veniale, reddit iste duos pro ambobus.* Alter : *de gente trium domum perdit, Heuberto pietas veniale reddit iste duos pro ambobus sufficit unus.* Tertius : *Domnum perdit Heuberto pietas veniale, sed dedit iste duos pro ambobus sufficit unus.* Statuerat Browerus duos hosce versus, ut notos, expungere, vel obelo configere, quippe qui in exemplari Trevirensi non reperirentur, et obscurum atque corruptum sensum præ se ferant. Retinuit tamen trium librorum, ut ait, auctoritate commotus. Ac pro Diethelberto in probatoriis Mss. Theobertum legi affirmat, cujus nominis vestigia apparent vel in Codd. Vatic. mox allatis. Censet itaque hoc

A Matri pauca refert : Tibi quem promisimus hic est.  
 Sigibertus, amor populi, lux nata parentum,  
 Qui genus a proavis longo tenet ordine regum,  
 Et reges geniturus erit, spes gentis optima,  
 Quo crevit natale decus, generosa propago :  
 Ac mellor de stirpe redit <sup>e</sup>, famamque priorum  
 Posteritas excelsa fovet ; hic nomen avorum  
 Extendit bellantè manu, cui de patre virtus <sup>h</sup>  
 Quam Nabis <sup>1</sup> ecce probat, Thoringia vieta fatetur,  
 Perficiens unum gemina de gente triumphum.  
 Nec Diethelberto <sup>i</sup> pietas venialia pendit.  
 Perdidit <sup>k</sup> iste duos, ambobus sufficit unus.  
 Cardinis occidit dominans, in flore juventæ,  
 Jam gravitate senes <sup>l</sup>, tenerosque supervenit annis.  
 Legem naturæ meruit præcedere factis.

B Quamvis parva tamen, nullum minor impedit ætas,  
 Qui sensum <sup>n</sup> mature regit, generosior hic est,  
 Quisquis in angusto fuerit moderatior ævo :  
 Sic fovet hic populos, ipsis intrantibus annis,  
 Ut pater, et rex sit, nullum <sup>o</sup> graviter regit, omni

in loco indicari Theodebertum, Theodorici regis filium, quem Thoringico prælio, una cum patre, interfuisse refert Gregor. Turon., lib. iii, cap. 7. ut sensus sit, hujus pietate impetratum esse, ut duos Thuringia reges Badericum, et Hermensfredum amitteret, ipseque successor demum Theoderici patris, unus, *is jam victis, rex parta faceret.* Ac idem animadvertens in aliis exemplaribus pro eo quod vulgaverat, *perdidit iste duos, scriptum reperiri, sed dedit iste duos, mavult hunc locum esse accipiendum de triumpho quo reges ambo cessere victori Franco.*

C Sed planior mihi, atque is quæ consequuntur magis consentaneus, sensus videtur, si dicamus Fortunatum, postquam Clotarium, ob virtutem bellicam, et superiore versu Theodeberti pietatem, vel testimonio Greg. Turon., l. iii Hist. Franc., c. 25, commendatam, laudasset, illud subjicere, unum Sigibertum et virtutem Clotarii bellicam et pietatem Theodeberti in se expressisse, ac duos sui temporis clarissimos reges, quorum alterum parentem nactus fuerat, alterius vero in regnum successerat (Theodebertus quippe Austrasiæ rex fuerat, Theoderici patris sui, regnum adeptus), in persona sua exhibuisse. Quo circa vel ita legendus est versus : *sed dedit iste duos, id est, in se expressit, ac prætulit ; vel legendum est : perdidit iste duos, id est, morientes amisit, ut pro ambobus unus sufficiat.* Cætera quæ sequuntur de persona Sigiberti dicta cum superioribus præclare concordant.

<sup>1</sup> Unus Cod. Vat. :

D Jam gravitate senos, tenerosque supervenit annos,  
 Item alter, tenerosque supervenit annos. Edit. Ven. :  
 Tam graviter senos, tenerosque supervenit annos.

Edit. Paris :

Tam gravitate senum tenerosque supervenit annos.

<sup>m</sup> Edit. Ven., *nullum minor impedit ætas.* Unus Cod. Vat., *nullum major impedit ætas ; multa in hoc Cod. mendosissima.*

<sup>n</sup> Corrup. locus. Unus Cod. Vat. :

Quis insumatur regit generosius, hic est.

Edit. Ven. :

Quisquis sumatur regis, generosior hic est ;

et de uceps :

Quisquis in angusto fuerit moderatior, hic est.

<sup>o</sup> Edit. Ven. :

Ut Pater, et Rex sit, nulli gravis, et regit omnes.

Recte Browerus opiatur poema istud, in quo op-

Nulla dies sine fruge venit, nisi congrua<sup>a</sup> præstet. A Nobilitas excelsa nitet, genus Athanagildi,  
 Perdere plura putat, si non concesserit ampla ;  
 Gaudia diffundit radianti lumine vultus ;  
 Nubila nulla gravant populum sub rege sereno,  
 Pectore maturo culpas indulget acerbis.  
 Unde alii peccant, ignoscendo iste triumphat.  
 Doctus enim, quoniam prima est in principe virtus,  
 Esse pium, quia semper habet, qui parcere novit.  
 Corrigit in<sup>b</sup> se prius, quod poscit ut alter emendet.  
 Qui sibi censura est, reliquos bene lege coerces ;  
 In quo digna manent, quidquid de rege requiras,  
 Solus amat cunctos, et amatur ab omnibus unus.  
 Incipit inde Venus laudes memorare puellæ :  
 O virgo miranda mihi<sup>c</sup> placitura jugali,  
 Clarior ætherea Brunichildes lampade fulgens,  
 Lumina gemmarum superasti lumine vultus,  
 Altera nata Venus, regno dotata decoris,  
 Nullaque Nereidum de gurgite talis Hiberno  
 Oceani sub fonte natat, non ulla Napea  
 Pulchrrior, ipsa suas subdunt tibi flumina nymphas.  
 Lactea cui facies, incocta rubore coruscat.  
 Lilia mista rosis, aurum si intermicet ostro,  
 Decertata tuis nunquam se vultibus æquant.  
 Sapphirus, alba adamas, crystallæ, smaragdus, iaspis,  
 Cedant cuncta, novam genuit Hispania gemmam,  
 Digna fuit species, potuit quoque flectere regem.  
 Per hiemes<sup>d</sup> validas nivibus, Alpemque Pyrenem,  
 Perque truces populos vecta est, duce rege<sup>e</sup> sereno,  
 Terrenis<sup>f</sup> regina thoris super ardua montis,  
 Planum carpis iter ; nihil obstat amantibus unquam  
 Quos jungi divina volunt ; quis crederet autem<sup>g</sup>  
 Hispanam tibi met domnam, Germania<sup>h</sup>, nasci,  
 Quæ duo regna jugo pretio<sup>i</sup> connexuit uno ?  
 Non labor humanus potuit tam mira parare,  
 Nam res difficilis divinis utitur armis.  
 Longa retro series regi hoc<sup>j</sup> vix contulit ulli.  
 Difficili nisu<sup>k</sup> peraguntur maxima rerum.

tini regis partes ac virtutes traduntur, non esse aliud quam quod creditur vulgo scriptum fuisse a Fortunato opusculum *De regno administrando*, quod nonnulli perisse existimant.

<sup>a</sup> Edit. Ven., nisi congrua præsit, perdere lucra putat.

<sup>b</sup> Ibid. :

Corrigit ipse prius, quod vult emendet ut alter.

<sup>c</sup> Ibid., miranda meo.

<sup>d</sup> Ibid. :

Pergentes validasque nives, Alpem atque Pyrenem.

trum ne hinc conjici possit Brunichildem extrema hieme, aut vere ineunte, hoc itineris in Galliam contendisse, non facile est statuere, cum ipse Fortunatus alio in loco Pyrenæos julio mense nivosos appellet. Cum tamen illud adverto, et superiore in carmine veris amœnitatem induci, unde argumentum sumitur ad regias illas nuptias celebrandas, et hic hiemes validas, et nives commemorari, per quas Brunichildis, ex Hispania in Galliam veniens, iter fecisse dicitur, facile adducor ut credam nuptias illas in veris initium incidisse. Nupsit autem Sigibertus Brunichildi anno 566, uti adnotavimus in Vita Fortunati, num. 27, ad quem proinde annum, aut verisinitius ad superiorem, referendæ est adventus ipsius Fortunati in Gallias.

Hispanum sub jure suo, pietate canenda.  
 Cur tamen egregii genitoris regna renarrem,  
 Quando tuis meritis video crevisse parentes ?  
 Tantum virgo mirans turbas superare videris  
 Femineas, quantum tu, Sigeberte, maritus.  
 Ite duo juncti membris et corde jugati,  
 Ambo pares genio, meritis et moribus ambo,  
 Sexum quisque suum pretiosis actibus ornans,  
 Cujus amplexu sint<sup>m</sup> colla conexa sub uno,  
 Et totos placidis<sup>n</sup> peragatis lusibus annos.  
 Hoc velit alterutrum [alteruter], quidquid dilexerit

B Æqua salus ambobus eat, duo pectora servet, [alter ;  
 Unus amor, vivo solidamine junctus<sup>o</sup>, alescat ;  
 Auspiciis vestris cunctorum gaudia surgant.  
 Pacem mundus amet, victrix concordia regnet,  
 Sic iterum natis celebretis vota, parentes P,  
 Et de natorum teneatis prole nepotes.

### CAPUT III.

#### De Sigiberto rege et Brunichilde regina.

[Sigiberti virtutes ac laudes bellicas effert pluribus, ac Brunichildem conjugem ab Ariano errore ad catholici dogmatis veritatem conversam gratulatur. I

Victor ab occasu, quem laus extendit in ortum,

Et facit egregium principis esse caput,

C Quis tibi digna ferat ? nam me vel dicere pauca,

Non trahit<sup>q</sup> ingenium, sed tuus urget amor.

Si nunc Virgilius, si forsitan esset Homerus,

Nomine de vestro jam legeretur opus.

Sigeberte potens, generosis clare triumphis,

Hinc nova te virtus prædicat, inde genus.

Cujus rapta semel sumpsit Victoria pennas,

Et tua vulgando prospera facta, volat.

<sup>e</sup> Gogo, Sigiberti nomine, Brunichildem ex Hispania deduxit in Galliam : ut constat ex c. 1, l. vii, in quo Fortunatus sic Gogonem alloquitur :

Nuper ab Hispanis, per multa pericula, terris  
 Egregio regi gaudia summa vehis.

Hoc itaque in loco Gogonem significari puto.

<sup>f</sup> Edit. Ven., perennis regina toris.

<sup>g</sup> Ibid., quis crederet hanc rem.

D <sup>h</sup> Animadvertimus jam in Vita Fort., num. 43, reges Austrasiæ vel in Germaniam imperium porrexisse.

<sup>i</sup> Duo Codd. Vat., pretiosa connexuit. Edit. Ven., pretioso nexuit. Edit. Paris., pretiosa annexuit.

<sup>j</sup> Edit. Ven., regi nec contulit.

<sup>k</sup> Edit. Paris., superantur ardua.

<sup>l</sup> Edit. Ven., qui corrigit orbem.

<sup>m</sup> Ibid. :

Cujus in amplexu colli conexa sub uno.

Edit. Paris. :

Amplexu cujus sint colla revincta sub una

<sup>n</sup> Edit. Paris., et multos placidis.

<sup>o</sup> Edit. Ven., vincit alescat.

<sup>p</sup> Ibid., vota parentum.

<sup>q</sup> Edit. Ven., non trahit hic iterum.



Saxone Thuringi ⁂ resonant, sua damna moventes, A

Unius ad laudes tot cecidisse viros.

Quod tunc ᵇ ante aciem pedibus prior omnibus isti,

Hinc modo te reges unde sequantur habent ⁂.

Prosperitate nova pacem tua bella dederunt,

Et peperit gladius gaudia certa tuus.

Plus tamen ut placeas, cum sit victoria jactans ᵈ,

Tu magis unde subis, mitior inde manes.

Est tibi summus honor, sed mens præcessit honorem ⁂,

Moribus et ᶠ vestris debitus extet [exstat] apex.

Justitiæ cultor, pietatis amore coruscas,

Quod te ⁂ plus habeat, certat utrumque bonum.

Lingua, decus, virtus, bonitas, mens, gratia pollent,

Ornarent cunctos singula vestra viros.

Conctorum causas intra tua pectora condis,

Pro populi requie te pia cura tenet.

Omnibus una ᵇ salus datus es, quali ordine sacro,

Tempore præsentis gaudia prisca refers.

Ca helico ᵇ cultu decorata est optima conjux,

Ecclesiæ crevit, te faciente, domus.

Reginam meritis Brunichildem Christus amore

Tunc sibi conjunxit, hanc tibi quando dedit.

Altera vota coles ᵇ melius, quia, munere Christi,

Pectora ᵇ juncta prius, plus modo lege placent.

Rex pie, reginæ tanto de lumine gaude :

Acquisita his est, quæ tibi nupta semel.

Pulchra, modesta, decens, solers, grata, ᵇ atque

ingenio, vultu, nobilitate potens. [benigna,

Sed quamvis tantum meruisset sola decorem,

Ante tamen homini, nunc placet ecce Deo.

Sæcula longa micans, chara cum conjuge ducas,

Quant tibi divinus consociavit amor.

⁂ Duo Codd. Vat., *Saxone Thoringo*. Edit., in marg., *Turingo resonat*.

Hujusce victoriæ, quam hic narrat Fortunatus relatum a Sigiberto de Saxonibus ac Thoringis, nullum indicium, quantum eisdem investigare potui, existat apud veteres scriptores. Quamobrem in eam facile sententiam adducor, hanc eandem ipsam victoriam esse quam de Saxonibus et Thoringis Clotarium Sigiberti patrem retulisse, ad an. 555: auctor est Gregor. Turon., Hist. Franc. lib. iv, cap. 10, cui prælio admodum verisimile est interfuisse Sigibertum, remque præclare gessisse. Quod vero Saxones parerent Sigiberto, vel inde intelligi potest, quod Saxonum manus, ex Italia reversa, ad Sigibertum venerit, a quo in locum suum et sedem restituerant, ut refert Gregor. Tur., l. iv, Hist. Franc., c. 43.

ᵇ Edit. Ven :

Quod nunc antevolat pedibus prior omnibus iste.

Cod. unus Vat. *retinet iste*.

⁂ Ibid. et tres Codd. Vat., *unde sequantur habes*.

ᵈ Edit. Ven., *cum sit victoria constans*.

⁂ Unus Cod. Vat., *præcessit honore*.

ᶠ Edit. Ven., *moribus ut vestris*.

⁂ Ibid., *quod tu plus habcas*.

ᵇ Edit. Paris., *salus qualis datus ordine*.

ᵇ De Brunichilde et ejus conversione hæc habet Greg. Tur., lib. iv, Hist. Franc., cap. 27 : *Erat puella elegans opere, venusta aspectu, honesta moribus, atque decora, prudens consilio, et blanda colloquio.... et quia Arianæ legi subjecta erat, per prædicationem sacerdotum, atque ipsius regis (Sigiberti) commotionem, conversa, beatam in unitate confessa Trinitatem, credidit, atque chrisinata est, quæ in*

## CAPUT IV.

### De Chariberto ⁂ rege.

[Laudat Charibertum ob nominis famam, ob nobilitatem generis, ob virtutes in regno administrando, ob pacis studium, pietatem, ingenium, mentis tranquillitatem et constantiam, ob prudentiam rerum gerendarum, ob æquitatem, ac facilitatem in expediendis privatorum litibus, ob fidelitatem in servandis promissis, ob doctrinam, et in cives munificentiam.]

Inclyta magnarum ⁂ processit gloria rerum,

Et de rege pio spargit ubique decus.

Quem gravitate, animo, sensu, moderamine legum,

Prædicat occiduus sol, oriensque virum.

Qui quadripartitis mundi sub partibus ampli,

Fructificante fide ⁂ semina laudis [lucis] habet.

Hinc cui barbaries, illinc Romania ᵇ plaudit,

B Diversis linguis laus sonat una viri.

Dilige regnantem, celsa Parisius ⁂ arce,

Et cole tutorem, qui tibi præbet opem.

Hunc modo læta, favens avidis amplectere palmis.

Qui jure est dominus, sed pietate pater.

De Childeberto veteres compece dolores,

Rex placidus rediit, qui tua vota fovet.

Ille fuit mitis ⁂, sapiens, bonus omnibus æquus,

Non cecidit patruus, dum stat in urbe nepos.

Dignus erat hæres ejus sibi sumere regnum,

Qui non est illo, laude loquente, minor.

Charibertus adest, qui, publica jura gubernans,

Tempore præsentis gaudia prisca refert.

In tantum patri se prodidit esse sequacem;

Ut modo sit tutor conjugis ⁂ iste nepos.

C Qui Childeberti retinens dulcedine nomen,

Ejus natarum est frater, et ipse pater.

nomine Christi catholica perseverat.

ᵇ Unus Cod. Vat., *altera vota colis*.

ᵈ Edit. Ven. :

Pectore victa prius, plus modo lege placet.

ᵇ Ibid., *solers, et grata, benigna*. Edit. Paris., *pia, grata, benigna*.

⁂ Charibertus Clotarii filius fuit, et frater germanus Sigiberti. Sæpe de ipso loquitur Greg. Turon., et ejusdem vitia passim notat ac perstringit. Is, cum Marcovesam *mulierem religiosam* (uti narrat ipse Greg. Tur., lib. iv Hist. Franc., cap. 26) duxisset uxorem, propterea a sancto Germaino, episcopo Parisiensi, excommunicatus, paulo post interiit, ad an. 567, vel 570. Quocirca hoc poema non multo post conscriptum est quam Fortunatus in Galliam venerat.

⁂ Edit. Ven. :

Inclyta magnorum processit gloria regum.

⁂ Unus Cod. Vat., *fructificante die*.

ᵇ Edit. Ven., *illinc Germania plaudit*.

ᶠ Childebertus, filius Clodovei, frater Clotarii, regno cum fratribus æquo lance diviso, sedem Parisiis sortitus fuerat, ac in ejus partem successit postea ejusdem nepos, Charibertus, de quo hoc poema scriptum est. Vide quæ diximus in Vita Fort., n. 43.

ᵇ Childeberti regis pietatem, et in templis munificentiam, egregie commendavit Greg. Turon. passim in Hist. Franc., et nos alias mentionem de ipso fecimus in notis ad cap. 14, lib. II.

⁂ Hæc fuit Ultragottha, et ejus filix, Chroteberga et Chrotesinda, quas Clotaricus, mortuo Childeberto, et ejus regno occupato, in exilium miserat. Hæc itaque Charibertus in tutelam recepit.

Quæ bene defensæ placido moderamine regis,  
 In consobrino spem genitoris habent.  
 Maxima progenies, generosa luce coruscans,  
 Cujus ab excelsis gloria currit avis.  
 Nam quoscunque velim veterum memorare parentum,  
 Stirpis honorificæ regius ordo fuit <sup>a</sup>.  
 Cujus celsa fides eduxit ad astra cacumen,  
 Atque super gentes intulit illa pedes.  
 Calcavit tumidos <sup>b</sup> hostes, erexit amicos,  
 Fovit subjectos, conteruitque <sup>c</sup> feros.  
 Cur tamen hic repetam præconia celsa priorum,  
 Cum potius tua laus ornet honore genus?  
 Illi auxere armis patriam, sed sanguine fuso:  
 Tu plus acquiris, qui sine clade regis.  
 Quos prius infestis lassarunt bella periculis,  
 Hos modo securos pacis amore foves.  
 Omnia læta canunt felicia tempora regis,  
 Cujus in auspiciis floret optima quies.  
 Per quem tranquilla <sup>d</sup> terrarum frugis abundat,  
 Devotis <sup>e</sup> populis est tua vita seges.  
 Cum te nascentem meruerunt sæcula regem,  
 Lumine majori fulsit in orbe dies.  
 Posteritate nova tandem sua gaudia cernens,  
 Crescere se dixit prolis honore pater.  
 Qui quamvis esset sublimi vertice rector,  
 Altius erexit, te veniente, caput.  
 Lætus in hæredis gremio sua vota reclinans,  
 Floruit inde magis, spe meliore, senex <sup>f</sup>,  
 Ante alios fratres regali germine natus,  
 Ordine <sup>g</sup> qui senior, sic pietate prior:  
 Prædicat hinc bonitas, illinc sapientia plaudit,  
 Inter utrumque decus te sibi quisque rapit.  
 De patruo <sup>h</sup> pietas, et de patre fulget acumen,  
 Uaius in vultu vivit uterque parens.  
 Quas habuere ambo laudes, tu colligis omnes,  
 Et reparas solus, lege favente, duos.  
 Semita justitiæ, gravitatis norma refulges,  
 Et speculum vitæ dat pretiosa fides.

<sup>a</sup> Edit. Ven. et Paris., *regius ordo fuit.*

<sup>b</sup> Tres Codd. Vat., *calcavit hostes tumidos.* Edit. Ven., *hostes calcavit tumidos.*

<sup>c</sup> Edit. Ven. et Paris., *terruit atque feros.*

<sup>d</sup> Ibid., *per quem tranquille terrarum.*

<sup>e</sup> Ibid., *de totis populis.*

<sup>f</sup> Tres Codd. Vat., *meliore senis.*

<sup>g</sup> Charibertus, quem ex linguæ Clotarius suscepit, tertius natu a Gregor. Turon. numeratur, lib. IV Histor. Franc., cap. 3. Is tamen primus fratrum dicitur, quod Guntharius et Childericus, ante Charibertum geniti, obierant adhuc superstite Clotario.

<sup>h</sup> Edit. Ven., *dum patrum pietas.* Mirum a Fortunato hic pietatem Chariberti laudari, et virtutes alias extolli, qui a Gregorio Turon. terribilissimè sæpe vitii notatus inducitur. Suum autem in clericos et ecclesias odium satis declaravit, cum, missum a Leontio, episc. Burdegalensi, et ejus synodo, Nuncupatum presbyterum, qui Emerium, episc. Santonensem, ab episcopatu remotum fuisse nuntiaret, comprehendi jussit, et plaustro, spinis oppleto, impositum in exilium deportari. De quo proinde Chariberto hæc habet Greg. Tur., lib. I de Mir. sancti Martini, cap. 20. *Charibertus rex, cum, exosis clericis, ecclesiis dei negligeret, despectique sacerdotibus, magis in vitia declinasset,* etc. Videtur itaque hæc scripsisse Fortunatus, vel antequam Charibertus

A Tranquillis animis moderatio fixa tenetur,  
 Qui <sup>i</sup> portum in proprio pectore semper habes.  
 Tempestas nullo penetrat tua corda tumultu,  
 Ne sensu titubes, anchora mentis adest.  
 Constantes animos non ventilat aura susurrans,  
 Nec leviter facili mobilitate trahit.  
 Hinc bene disposito comitatur gloria cursu,  
 Quod se mature mens moderata <sup>j</sup> gerit.  
 Consilium vigilans <sup>k</sup> alta radice retractas,  
 Et res clausa aliis est manifesta tibi.  
 Publica cura movens <sup>l</sup> proceres si congreget omnes,  
 Spes est consilii, te monitore, sequi.  
 Hinc quoties felix legatio denique pergit;  
 Ingreditur caute, quam tua lingua regit.  
 Quod tam mirifico floret patientia cultu,  
 B Est tibi Davidicæ mansuetudo lyræ <sup>m</sup>.  
 Justitiæ rector, venerandi juris amator.  
 Judicium sapiens de Salomone trahis.  
 Tu melior fidei merito, nam principis ampli,  
 Trajani ingenium de pietate refers.  
 Quid repetam maturum animum, qui tempore nostro,  
 Antiqui Fabii [Favii] <sup>n</sup> de gravitate places?  
 Si veniant aliquæ variato murmure causæ,  
 Pondera innox legum regis ab ore fluunt.  
 Quamvis confusas referant certamina <sup>o</sup> voces,  
 Nodosæ litis solvere illa potes.  
 Obtinet adveniens fructum, cui justa petuntur,  
 Quem sua causa fovet, præmia victor habet.  
 Cujus clara fides valida radice tenetur,  
 Antea mons migrat, quam tua verba cadant.  
 D Spes <sup>p</sup> promissa stat nullo mutabilis ætu,  
 Pollicitata <sup>q</sup> semel, perpetuata manent.  
 Illa domus proprio <sup>r</sup> pondere tuta tenetur,  
 Quæ fundamentum stat bene fixa suo.  
 Cum sis progenitus clara de gente Sygamber <sup>s</sup>,  
 Floret in eloquio lingua Latine tuo.  
 Qualis es in propria docto sermone loquela,  
 Qui nos Romanos vincis in eloquio?

præceptis delaberetur in vitia; vel cum ipse novus in Gallia vitam Chariberti et studia non plane perspecta haberet.

<sup>i</sup> Edit. Ven., *quo portum.*

<sup>j</sup> Edit. Paris., *regit.*

<sup>k</sup> Ibid.:

Consilium sapiens alterne dicere tractas.

<sup>l</sup> Edit. Paris., *proceres tecum regis omnes.*

<sup>m</sup> Tres Codd. Vat., *mansuetudo vitæ.* Edit. Ver., *viæ.* Edit. Paris., sic legit hunc versum:

Magna quies, vitæ sunt tibi divitiæ.

<sup>n</sup> Edit. Ven., *antiqui facti de gravitate.* Edit. Paris.:  
 Antiquis avide gratia vita placeat.

<sup>o</sup> Edit. Ven., *certamine voces.*

<sup>p</sup> Ibid. *Res promissa adstat.*

<sup>q</sup> Ibid. *pollicitaque semel.* Edit. Paris. sic legit:

Cui sit pacta semel, perpetuata manet.

Edit. Ven. *Illam domum proprio se pondere tuta tenetur f. tuetur.* Edit. Paris. Ibid. *proprio sub pondere.*

<sup>r</sup> Clara de stirpe Giberti Sycambri Germaniæ populi: unde exortus Chlodovus, Childerici filius, pater Chlotarii: cui ingresso ad Baptismum [uti narrat Greg. Turon., l. II, c. 31]. Sanctus Dei (B. Remigius, episcopus Rhemensis) sic inquit ore facundo: *Milia depono*

Splendet in ore dies detera fronte serenus,  
Sinceros animos nubila nulla premunt.  
Blanda serenatum circumdat gratiâ vulum,  
Lætitiam populus regis ab ore capit,  
Muneribus largis replet tua gratia cunctos,  
Ut mea dicta probes, plebs mihi testis adest.  
O bonitas immensa Dei, quæ divite censu,  
Quod famulis tribuit, hoc putat esse suum,  
Erigis subjectos, erectos lege tueris,  
Omnibus in totum factus es omne bonum.  
Protegit Omnipotens pietatis munere regem,  
Et dominum servet, quem dedit esse patrem.  
Cives te cupiant, tu gaudia civibus addas,  
Plebs placeat famulans, rex pietate regat.

## CAPUT V.

De [ad] Theodechilde <sup>a</sup> Regina.

[Theodechidem reginam egregie laudat ob regii generis nobilitatem, ob comitatem, ac liberalitatem in egenos, et in sacras ædes munificentiam.]

Inelyta progenies regali stirpe coruscans,  
Cui celsum a proavis nomen origo dedit.  
Currâ in orbe <sup>b</sup> volans generis nova gloria <sup>c</sup> vestri;  
Et simul hinc frater personat, inde pater.  
Sed quamvis niteat generosa propago parentum,  
Moribus ex vestris multiplicatur honor.  
Cernimus in vobis, quidquid laudatur in illis,  
Ornasti [ornas] <sup>d</sup> antiquum, Theodechilde <sup>e</sup>, genus.  
Mens veneranda, decens, solers, pia, chara, benigna,  
Cum sis prole potens, gratia major adest.  
Evitans <sup>f</sup> odii causas; micat ampla potestas,  
Quæ terrore minus, plus in amore venit.

*colla, Sycamber. Plura habet Browerus de origine, regionis situ, et vicissitudinibus Sycamborum: quæ vide, si lubet. Nobis hic referre sat fuerit, quæ de Francorum origine habet Greg. Tur. lib. II. Histor. cap. 9, e quibus licet et Sycamborum in Germania regionis situm conjicere. Tradunt multî, inquit, eosdem (nempe Francos) de Pannonia fuisse digressos: et primum quidem littora Rheni omnis incoluisse, dehinc transacto Rheno Thoringiam transmeasse: ibique juxta pagos, vel civitates, Reges crinitos super se creavisse de prima, et ut ita dicam, de nobiliori suorum familia. Quod postea probatum Chlodovechi victoria tradidere: sive Chlodoveo, ob ejus probatam in rebus bellicis virtutem, concesserunt, ut in ipso, ejusque perpetuo familia regis honos, et gradus permaneret: uti narrat idem Gregor. Tur., et ipsi alias adnotavimus.*

<sup>a</sup> Hæc eadem fuit Theodechildis, cujus epitaphium postea scripsit: quod vide relatam supra lib. IV, cap. 25. Legesis quæ ad illud carmen adnotavimus.

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., *currit in urbe.*

<sup>c</sup> Edit. Ven., *generis nova gratia vestri.*

<sup>d</sup> Ibid., *Ornat et antiquum.*

<sup>e</sup> Unus Cod. Vat., *Theodechilde ænus; alius, vel Theodechilde.*

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., *et titans odii.* Videtur hoc loco Fortunatus non obscure causam indicare ob quam Theodechildis a Radigere, regis Hermegisli filio, cui nupserat, discesserat: quam causam refert Procopius lib. IV de Belle Gothico, cap. 20, quamque hic paucis lubet perstringere, ut huic loco lux affundatur. Cum itaque Hermegisclus, trans Rhenum Varnorum rex, Theodechildi, filia Theodorici, nupsisset, quo regnum suum ex inita cum Francis affini-

<sup>A</sup> Mitis ab ore sonus suavissima dicta resultant,  
Verbaque colloquii sunt quasi mella favæ.  
Femineum sexum quantum præcedis honore,  
Tantum alias superas et pietatis ope.  
Si novus adveniat, recipis sic mente benigna,  
Ac si servitilis jam placuisset avis.  
Pauperibus fessis tua dextera seminat escas,  
Ut segetes fructu fertiliorè metas.  
Unde foves inopes, semper satiata manebis,  
Et quem sumit egens sit tuus ille cibus.  
Pervenit ad Christum, quidquid largiris egeno,  
Etsi nemo videt, non peritura manent.  
Cum venit extremus finis concludere mundum,  
Omnia dum pereunt, tu meliora petis.  
Ecclesiæ særæ, te dispensante, novantur,  
<sup>B</sup> Ipsa domum Christi condis, et ille tuam s.  
Tu fabricas <sup>h</sup> illi terris, dabit ille supernis,  
Commutas melius, sic habitura potos.  
Stat sine fraude tuum, quod mittis ad æstra, talentum,  
Quas bene dispergis, has tibi condis opes.  
Quæ Domino <sup>i</sup> vivis, summos non perdis honores,  
Regna tenes terris, regna <sup>j</sup> tenendo possis.  
Sit modo longa salus pro munere plebis in urbe,  
Felix, quæ meritis luce perennis eris.

## CAPUT VI.

De <sup>k</sup> Berthechilde [Ms., Berthide].

[Berthechildem, sive Berthildem, sanctimoniam feminam, ob pudicitiam commendat laude, ob liberalitatem in egenos et captivos, ob despicientiam rerum caducarum.]

<sup>C</sup> Mens devota Deo, Berthilde corde coruscans  
Pectore sub cujus Christus amore manet,

tate magis firmaret, cumque ex eadem nullum filium suscepisset, jussit moriens ut Radiger, ejusdem filius, quem ex superiore uxore susceperat, relictam a se Theodechildem uxorem duceret, puella virgini, natione Britanniæ, Anglorum regis sorori, nuntio remisso, quem desponderat. Quæ regis voluntas vel a proceribus regni confirmata est. At virgo desponsa, ejusmodi injuriam baud ferens, magnum in Varnos classem comparat, victoque Radigeri et capto, perfidiam ac sui deserendæ contra datam fidem consilium exprobrat; qui cum necessitate se ad id adactum fuisse dixisset, ac cæteroquin se paratum affirmaret qui Theodechildem repudiaret, ac ipsi, ut sponderat, nuberet, ac posterioribus officiis priorem injuriam emendaret, in gratiam a puella receptus est. Hæc itaque causa fuit cur Theodechildis a Radigere conjuge discederet, et ad suos in Galliam remearet, quam hic causam indicari a Fortunato minime dubito.

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., *tendit et ille tua.*

<sup>h</sup> Edit. Ven., *tu fabricans illam terris.*

<sup>i</sup> Edit. Paris., *viri summa.*

<sup>j</sup> Edit. Paris., *tenenda polis.*

<sup>k</sup> Vix dubito quin hæc Berthechildis, clara, ut videtur, stirpe nata, in monasterio Pictaviensi sub beata Radegunde cum cæteris sanctimonialibus viveret: de quibus narrat Greg. Tur., lib. de Gloria confess. cap. 106, quod *stabat circa feretrum (mortuæ scilicet Radegundis) multitudo immensa sanctimonialium, ad numerum circiter ducentarum: quæ, per illius prædicationem conversæ, vitam sanctam agebant; quæ secundum sæculi dignitatem, non modo de senatoribus, verum etiam nonnullæ de ipsa regali stirpe, hac religionis forma florebat.*

Despiciens mortale malum, vitalia servans  
Unde fugis terras, hinc petis astra magis.  
Immaculata micans, nescis contagia mundi,  
Sordibus humanis libera membra geris.  
Digna pudicitiae debentur praemia sacrae,  
Virgo dicata Deo, hinc rapienda a polo.  
Ille tenet caelos, cui tu complexa videris,  
Quo tuus est sponsus, hic b eris ipsa simul.  
Non cupis auro humeros, nec collum pingere gem-

[mis],

Sed melius casto pectore dura micas.  
Mutasti vestem, mutasti gentis honorem,  
Cum thalamis Domini sponsa juganda venis.  
Quaenam meliore via, meruisti vota tenere,  
Quando Creatori forma creata places.  
Pauperibus largas das esurientibus escas,  
Nescit habere famem, qui tua tecta petit.  
Qui sine veste jacet, tegmen pietate ministras,  
Unde calet nudus, frigora nulla c timens.  
Te redimente pia captivi vincula laxant,  
Quae solvis vinctos, libera semper eris.  
Distribuis censum, nulli sua vota negando,  
Divitiasque tuas omnibus esse facis.  
Colligis in caelis quidquid dispergis in arvis,  
Semina nunc fundens, post meliora metes.  
Quidquid habet mundus, fugitivo tramite transit;  
Tempore tu modico semper habenda facis.  
Illic tibi longaevis sit vita superstes in annis,  
Rurus in aeternum sit tibi vera salus.

## CAPUT VII.

## De Gelesuintha d.

[Gelesuinthae, Athanagildi Gothorum in Hispania regis filiae, quae Chilperico nupserat, necem peracerbam prosequitur lugubri hoc carmine, in quo et Goisuinthae, matris ejus, lacrymas, et aliorum

a Edit. Ven., hinc rapiente polo.

b Unus Cod. Vat., huc eria.

c Edit. Paris., times.

d De Gelesuintha (quae ab aliis Galsonta, et Galasuentha nominata est) ejusdemque nece aliqua diximus in Vita Fortunati, num 45. Nec vero alienum sit ejus mortis causam ex Greg. Turon., lib. iv Hist. Franc., cap. 28, hic paucis referre. Cum itaque eadem magnis precibus, ac votis a Chilperico ad nuptias exposita et impetrata fuisset, nec vero minimum a conjuge diligeretur, idque non tam fortasse conjugali ex charitate, et necessitudine, quam quod magnos thesauros ex Hispania secum detulisset, non multo post gravi inter se discordia dissensere. Nam cum rex in Fredegundis (quam se dimisurum pollicitus fuerat) impediret anoribus volutaretur, idque illa indigne ferens in Hispaniam regredi vellet, Chilpericus, insidias subdole tegens, in strato suo jugulandam curavit; ac paulo post Fredegundem recepit, quae deinde eju- dem exitii causa fuit, uti narrat Aimoinus, c. 57 Hist. Franc. et Ado, in Chron., sexta aetate.

e Unus Cod. Vat., secum in ambiguo. Item Edit. Ven.

f Unus Cod. Vat., nulli sua.

g Edit. Ven. et Paris., quo putat esse viam.

h Edit. Ven. et in uno Cod. Vat., an vitae mors, quod placet. Edit. Paris., an vita est. Hujusce poematis praemium optime convenit fortunae Gelesuinthae, quae

A in Gelesuinthae funere dolorem ac questus acerbissimos describit.]

Casibus incertis rerum fortuna rotatur,  
Nec figit stabilem pendula vita pedem.  
Semper a in ambiguo saeculum rota lubrica volvit,  
Et fragili glacie lapsibus itur iter.  
Nulli certa dies, nulli est f sua certior hora,  
Sic sumus in statu debiliore vitro.  
Dum gressu ancipiti trahit ignorantia fallens,  
Huc latet ars foveae, quo putat esse viam s.  
Nescia mens hominum quid sit necis atque salutis,  
Lucifer an vita h, mors sibi vesper erit.  
Iis premimur tenebris ignari sorte futuri,  
Et vaga tam fragile haec tempora tempus ha-

[bent.

B Toletus geminas i misit tibi, Gallia, turres.  
Prima stante quidem, fracta secunda jacet.  
Alta super colles, speciosa cacumine pulchro,  
Flatibus infestis culmine lapsa ruit.  
Sedibus in patriae sua fundamenta relinquens,  
Cardine mota suo, non stetit una diu.  
De proprio migrata solo nova mersit [mors sit]

[arena,

Exsul et his terris, heu! peregrina jacet.  
Quis valet ordiri tanti praesagia luctus,  
Stamine quo coepit texere stenda dolor?  
Cum primum algentes jungi peteretur ad arctos i,  
Regia regali Gelesuintha toro.  
Fixa Cupidineis caperet k ut frigora flammis,  
Viveret et gelida sub regione calens.

C Illic ubi virgo metu, audituque exterrita sensit,  
Currit ad amplexus, Goisuinta, l tuos;  
Tunc matris collecta sinu, male sana reclinans,  
Ne divellatur, se tenet m, ungue, manu.  
Brachia constringens neclit sine fune n catenam,  
Et matrem amplexu per sua membra ligat.

ad regias nuptias, magno cum honore, ducta in Gallias, illic jussa est a conjuge occidi.

i Unus Cod. Vat., Toletus geminans. Duarum turrium nomine indicantur Brunichildes et Gelesuintha ipsa, germanae sorores, Athanagildi, Gothorum in Hispania regis, filiae: quarum altera nupserat Sigiberto superiore anno, quam Gelesuintham Chilpericus duceret, ut notavimus in Vita Fort., n. 45. Gothorum vero reges in Hispania Toleti regiam sedem habebant.

D i Gallia indicatur ad Arctum posita, si Hispaniam respicias, unde Gelesuintha discesserat.

k Edit. Ven. et duo Codd. Vatic., cuperet huc frigora. Edit. Paris., fixa cupido reis cuperet huc.

l Goisuinta, sive, ut scribunt alii, Gunthesuentha, Athanagildi primum uxor fuit, mater Brunichildis et Gelesuinthae. Athanagildo autem vita functo, nupsit Leuvichildi, qui regnum post Athanagildum fuerat adeptus; quo item mortuo, a Reccharedo, Leuvichildis filio, tanquam mater suscepta et habita est, cum esset noverca. In Reccharedum postea cum Uldila, Arianus episcopo, conjuravit, ut narrat Joan. Biclari., abbas., ad an. 3 Reccharedi. Haec mulier Arianarum partium studiosissima fuit, ac plures saepe turbas in Hispania, adversus Catholicos movit. Lege Greg. Tur., lib. v, cap. 59, item lib. iv, c. 38, lib. ix, c. 1 Hist. Franc.

m Edit. Paris., ungue manus.

n Edit. Ven. et Paris., sine fine catenam.

Illis visceribus retineri stia poscens,  
 Ex quibus ante sibi lucis origo fuit.  
 Committens secura ejus se fasce levare,  
 Cujus clausa uteri pignora tuta fuit.  
 Tum gemitu sit mœsta domus, strepit aula tumultu,  
 Reginae fletu plorat et omnis homo.  
 In populi facie lacrymarum flumina sordent,  
 Infans, qui affectum nescit, et ipse gemit.  
 Instant legati, Germanica b regna requiri,  
 Narrantes longæ tempora tarda viæ.  
 Sed matris moti gemitu sua viscera solvunt,  
 Et qui compellunt, dissimulare volunt.  
 Dum natæ amplexu genitrix nodata c tenetur,  
 Prætereunt d duplices, tertia, quarta dies.  
 Instant legati nota regione reverti :  
 Quos his alloquitur Goisuintha gemens :  
 Si feritate trucid e premeret captiva Geloni f,  
 Forsan ad has lacrymas et plus hostis erat.  
 Si nec corde pius, cupidus mihi g cederet hostis,  
 h Ut natam ad pretium barbara præda daret:  
 Si neque sic animum velit inclinare cruentum,  
 Matri præstaret, quo simul iret iter.  
 Nunc mora nulla datur, pretio neque sœctimus ullo.  
 Qui nihil indulget, sævius hoste nocet.  
 Post uteri gemitus, post multa pericula partus,  
 Postque laboris onus, quod grave feta tuli.  
 Quæ genui, natæ matrem me non licet esse ?  
 Ipsaque naturæ lex mihi tota perit ?  
 Affectu jejuna meo, lacrymosa repellor :  
 Nec pietas aditum, nec dat origo locum ?  
 Quid rapitis ? differte dies, cum i disco dolores,  
 Solamenque mali sit mora sola mei.  
 Quando iterum videam, quando hæc mihi lumina j  
 ludant,  
 Quando iterum natæ per pia colla cadam ?  
 Unde precor teneræ gressum spectabo puellæ,  
 Oblectetve animos matris et ipse jocus ?  
 Post causas, quas regna gerunt, ubi mœsta reclii-  
 nem ?  
 Quis colat affectu, lambat k et ore caput ?

a Duo Codd. Vat., omnis honor.

b Francorum regnum, uti alias jam diximus, vel in Germaniam procurrebat.

c Unus Cod. Vat., nudata tenetur, corrupte.

d Edit. Paris., duplex.

e Ven. Edit., si feritate truct :

f Geloni feri ac barbari Scythiæ populi, iidem ac Getæ, qui in bellis falce armati pugnabant : de quibus Sidonius, epistola 1, lib. iv, quæ mandata ( quibus Sidonius ab adolescentia sub Eusebio fuerat institutus ) si quis deportare philosphaturus aut ad pulchricolas Sicambros, aut ad Caucasigenas Alanos, aut ad equimulgas Gelonos, bestialium rigidarumque nationum corda cornea, fibræque glaciales procul dubio emollirentur, egelidarenturque.

g Edit. Paris., crederet.

h Edit. Paris., ut nec tum ad... daret.

i In Edit. Ven. uuo Cod. Vat., dum disco labores.

j Edit. Paris., claudent.

k Unus Cod. Vat., lambat ore.

l Edit. Ven., quaque petisset iter.

m Videtur hoc referri ad regnum Gothorum in Hispania, quod sæculo antecedente iis in regionibus

A Extensis palmis quis currat ad oscula, vel quæ  
 Cervici insiliant pendula membra meæ ?  
 Quem teneam gremio, blando sub fasce laborans,  
 Aut levioere manu verberer ipsa joco ?  
 Nec te ferre sinu, quanquam sis adulta, gravarer,  
 Quæ mihi dulce nimis, et leve pondus eras.  
 Cur nova rura petas, illic ubi non ero mater ?  
 An regio forsitan non capit una duas ?  
 Quæ genuere ergo, lacerentur viscera luctu,  
 Gaudia cui pereunt, tempora fletus erunt.  
 Plorans perdam oculos, ducens mea lumina te-  
 cum,

Si tota ire vetor, pars mea te sequitur.

Tum proceres, famuli, domus, urbs, rex ipse re-  
 mugit,

B Quaque petisses l iter, vox gravis una genuit.  
 Progrediere foras tandem, sed turba morosa,  
 Solvere dum properat, se properandum ligat.  
 Hinc tenet affectus, rapit inde tumultus euntes,  
 Sic per utrasque vices flebile servet opus.  
 Alter abire monet, rogat alter amore redire,  
 Sic variante fide, hic trahit, ille tenet.  
 Dividitur populus, per regna novella m vetustus,  
 Stat n pater, it genitus, stat socer, itque gener.  
 o Qui vidit strepitum, patriam migrare putaret,  
 Et quasi captivum crederet ire solvunt.  
 Procedunt portis, serraco p in ponte retento,  
 Protulit hoc fletu Gelesuintha caput :  
 Sic gremio, Tolete, tuo nutribar, ut ægra,  
 Excludar portis tristis alumna tuis ?

C Quoque q magis crucier, prodens mea vulnera  
 Stas felix r regio, cur ego præda trahor ? [ luctu,  
 Antea clausa s sui, modo te considero totam,  
 Nunc mihi nota prius, quando recedo serox.  
 Hinc te dinumero currens per culmina visu,  
 En ego de numero non ero sola tuo.  
 Crudeles portæ, quæ me laxastis euntem,  
 Clavibus oppositis nec vetuistis iter,  
 Antea vos geminas adamas petra una ligasset  
 Quam daret huc ullam janua pansa viam.

constitutum fuerat sub Ataulpho, Gothorum rege. Vide cl. Murat., Annal. Ital., ad an. 414 æræ Vulg.

a Edit. Ven. stat pater, et genitor, stat socer, atque gener.

o Edit. Paris., astans qui trepidam.

D p Edit. Paris., serrato.... retenti. Serracum vehiculi genus erat in Gallia. Idem vocabulum usurpat Fortun., lib. viii, c. 1, sic loquens de Radegunda :

Splendida serraco quondam subvecta superbo,  
 Nunc terit obsequio planta modesta lotum

Vel apud profanos auctores occurrit mentio ejusmodi vehiculorum, quæ serraca nominabantur, licet illa videantur ad viliores usus fuisse adhibita. Juvenalis, satyr. 5, usurpat hanc vocem, iniquens :

Frigida circumagunt pigri sarcasa Bootes.

In Vulg. legebatur terra cum ponte retenta, adversantibus omnibus Mss., ut narrat Brow.

q Edit. Ven., quodque magis.

r Ibid., Infelix regio.

s Hic indicari puto custodiam ac diligentiam qua Gelesuintha, adhuc virgo, paterna in domo servabatur, ab urbis aspectu et civium oculis remota.

Urbs pia plus sceras, si murus tota fuisses,  
 Me ire <sup>a</sup> et ne sineres, cingeret alta silex.  
 Pergo ignota locis, trepidans, quidam antea discam  
 Gentem <sup>b</sup>, animos, mores, oppida, rura, nemos;  
 Quem precor inveniam peregrinis advena terris,  
 Quo mihi nemo venis, civis <sup>c</sup>, amice, parens?  
 Dic, si blanda potest nutrix aliena placere,  
 Quæ lavet ora manna, vel caput ornet acu?  
 Nulla puella choro, neque collaetanea ludat:  
 Illic mea blandities, hic mea cura jaces.  
 Si me non aliter, vel nuda sepulcra tenerent,  
 Non licet hic vivi <sup>d</sup>, hic mihi dulce mori.  
 Non fruor amplexu, neque <sup>e</sup> visu plena recedo,  
 Quæ me dimittis, dura Tolete, vale.  
 Sic accensi animi lacrymarum flumina rumpunt,  
 Fixus et irriguas parturit ignis aquas.  
 Ilinc iter arripiunt genitrix, nata, agmina flentum,  
 Nec piget obsequium <sup>f</sup> mater anhela sequi.  
 Deducit dulcem per amara viatica natam,  
 Implentur valles flotibus, alta tremunt.  
 Frangitur et densus vacuis ululatus aer,  
 Ipsa repercusso murmure silva gemit.  
 Dat causas spatii <sup>g</sup> genitrix, ut longius iret,  
 Sed sicut optanti tempus, iterque breve.  
 Pervenit, quo mater ait, sese inde reverti  
 Sed quod velle prius, postea nolle fuit.  
 Rursus adire cupit via qua <sup>h</sup> fert in via matrem  
 Quam proceres retinent, ne teneretur iter.  
 Hærebant in se amplexæ, pariterque <sup>i</sup> replexæ,  
 Incipit hic gemitu Goisuintha fero:  
 Civibus ampla tuis, angusta Hispania matri,  
 Et regio solis <sup>j</sup>, tam cito clausa mihi.  
 Quæ licet <sup>k</sup> a Zephyro calidum percurris in Eurum.  
 Et de Thyrræno <sup>l</sup> tendis ad Oceanum.  
 Sufficiens populis quamvis regionibus amplis,  
 Quo est mea nata absens, terra mihi brevis es  
 Nec minus hic sine te errans et peregrina videbor,  
 Inque loco proprio civis, et exsul ero.  
 Quæso quid inspiciant oculi, quem, nata, requirant  
 Quæ mea nunc tecum lumina ducis, amor?  
 Tu dolor unus eris, quisquis mihi luserit infans,  
 Amplexu alterius tu mihi pondus eris.  
 Currat, stet, sedeat, fleat, intret, et exeat alter,  
 Sola meis oculis dulcis imago redis.

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., *me ire at ne.*

<sup>b</sup> Edit. Ven., *mores, gentem, animos.* Tres Codd. Vat., *gentem, mores, animos,* invito metro, Ms., *gentes.*

<sup>c</sup> Edit. Ven., *dulcis, amice, parens.*

<sup>d</sup> Edit. Ven., *non licet hic vivas.* Unus Cod. Vat., *vivere.* Edit. Paris., *vivere non licet hic.*

<sup>e</sup> Edit. Ven., *amplexu, quæ visu.*

<sup>f</sup> Duo Codd. Vat., *nec piget obsequii.* Edit. Ven., *nec placet obsequii.* Edit. Paris., *nec pudet obsequiis.*

<sup>g</sup> Edit. Ven. et unus Cod. Vat., *causas spatii.*

<sup>h</sup> Unus Cod. Vat., *via, quæ fert.*

<sup>i</sup> Ms., *reflexæ.*

<sup>j</sup> Edit. Ven. et unus Cod. Vat. et Edit. Paris., et regio soli tam cito, quod placet.

<sup>k</sup> Edit. Ven., et de stirpe nothi tendis.

<sup>l</sup> Ms., *etiam.*

<sup>m</sup> Edit., *aut plorata avidæ.*

<sup>n</sup> Edit. Ven., *lambet et ore genas.*

A Te fugiente errans aliena per oscula curram,  
 Et super ora gemens ubera sicca premeam.  
 De facie infantum plorantia lumina lambam;  
 Et teneras lacrymas insatiata bibam.  
 Tali potu <sup>1</sup> utinam vel parte refrigerer ulla,  
 Aut plorata avidæ <sup>m</sup> mitiget unda sitim.  
 Quidquid erit, crucior, nulla hic medicamina prosunt,  
 Vulnere distillo, Gelesuintha, tuo  
 Qua rogo, nata, manu chara hæc coma pexa nitebit?  
 Quis sine me placidas lambiat <sup>n</sup> ore genas?  
 Quis gremio foveat, genibus vehat, ambiat ulva?  
 Sed tibi præter me non ibi mater erit.  
 Quod superest, gemebundus <sup>o</sup> amor hoc mandat eunti:  
 Sis precor o felix, sed cave valde p, vale.  
 Mitte avidæ matri, vel per vaga flabra, salutem,  
 B Si venit, ipsa mihi nuntiet aura boni [bonum].  
 Filia tum validis genitricis onusta querelis,  
 Tristia, inops animi, nec valitura loqui;  
 Clausa voce diu, vix fauce solubile fandi,  
 Pauca refert, cordis vulnere lingua gravis:  
 Majestas si celsa Dei mihi tempora vellet q  
 Nunc dare plus vitæ, non daret ista vitæ.  
 Ultima sed quoniam sors irrevocabilis instat,  
 Si jam nemo vetat, qua trahit ira sequar.  
 Hæc extrema <sup>r</sup> tamen loquar, et memoranda dolori.  
 Illic tua non tua <sup>s</sup> sunt, Goisuintha, vale.  
 Oscula sic rumpunt, et fixa ori <sup>t</sup> ora repellunt,  
 Dum se non possunt, aera lambit amor.  
 Illic pilente <sup>v</sup> petens loca Gallica <sup>v</sup>, Gelesuintha  
 Stabat fixa oculis, tristis, eunte rota.  
 C Et contra genitrix post natam lumina tendens,  
 Uno stante loco, pergit et ipsa simul.  
 Tota tremens, agiles raperet ne mula quadrigas,  
 Aut equus impatiens verteret axe rotas.  
 Sollicitis oculis circumvolitabat amantem,  
 Illuc mente sequens qua via flectit iter.  
 Sæpe loquebatur quasi secum nata sederet,  
 Absentemque manu <sup>x</sup> visa tenere, sinu.  
 Prendere se credens, in ventum <sup>y</sup> brachia jactat,  
 Nec natam recipit, sed vaga flabra ferit.  
 Inter tot comites unam spectabat euntem,  
 Sola videbatur qua suus ibat amor.  
 Plus genitrix suspensa animo quam filia curru,  
 Hæc titubans votis iba, et illa rotis.

D <sup>\*</sup> In Edit. Ven. et tribus Codd. Vat., *timebundus amor.*

<sup>1</sup> Duo Codd. Vat., *vade, vale.*

<sup>q</sup> Unus Cod. Vat., *tempora velit.*

<sup>r</sup> Unus Cod. Vat., *extrema hæc tamen.* Edit. Ven., *extrema hæc tandem.*

<sup>s</sup> Edit. Paris., *sum.*

<sup>t</sup> Edit. Ven., *fixa priora repellunt, corrupte.*

<sup>v</sup> Pilens, seu pilentum, genus vehiculi est, quo matronæ uti consueverant. Ab Hispanis inventum illud est, sicut petoritam a Gallis. Illud duabus rotis, hoc quatuor constabat. Horat., lib. II, epist. 1:

Esseda festinant, pilenta, petorrita, navos.

<sup>y</sup> Unus Cod. Vatic., *loca Galliarum Gelesuintha.*

<sup>x</sup> Edit. Ven., *absentemque manum.*

<sup>z</sup> Duo Codd. Vat., *in ventos brachia.* Item Ven. Edit.

Donec longe octavo, spatioque evanuit amp'o,  
 Nec visum attingit, dum tegit umbra dieni.  
 Ipsa putat dubios natæ se cernere vultus,  
 Et cum forma fugit, dulcis imago redit.  
 O nomen pietate calens, o cura fidelis,  
 Quamvis absentem quid nisi mater eras?  
 Fletibus ora rigens, lamentis sidera pulsans,  
 Singula commemorans dulcia, dura, pia,  
 Mobilis, impatiens, metuens, flens, anxia mater,  
 Quod a sequeris lacrymis, augurat b altus amor.  
 Illa tamen pergit qua trita viam orbita sulcat,  
 Quisque suis vacuos fletibus implet agros.  
 Inde Pyrenæas per nubes transiit Alpes,  
 Quaque pruinosis Julius c alget aquis.  
 Qua nive d canentes fugiunt ad sidera montes,  
 Atque super pluvias exit acutus apex.  
 Excipit hinc Narbo e, qua sitora plana remordens,  
 Mitis Atax f Rhodani molliter intrat aquas.  
 Post aliquas urbes, Pictavas attingit arces,  
 Regali pompa prætereundo viam.  
 Incluyis ille quibus vere amplius hilaris oris,  
 Et satus, et situs est ore tonante loquax.

a Ibid., quid sequeris.

b Edit. Paris., alter.

c Miror hic Browerum opinatum fuisse Fortunatum errore lapsam, extremis Pyrenæis jugis, versus mare Mediterraneum ora Gallicæ, Juliorum nomen indere, cum tam aperte mensis Julius hic a Fortunato indicetur, quo tempore, etsi mediis ætatis in ardoribus, in Pyrenæis Alpibus pruinae ac nives concrecere solitas alibi tradidit ipse Fortunatus. Ita lib. 1, cap. 1, de suo loquens itinere, ait se Pyrenæis occurrisse, julio mense nivosis; et supra scribens de Brunichildis itinere ex Hispania in Galliam, lib. vi, cap. 1, Pyrenæarum Alpium perpetuas nives satis declarat his verbis:

Per hiemes validas nivibus, Alpemque Pyrenem  
 Perque truces populos vecta est.

Perperam itaque Browerus putat Fortunatum Julii nomen, quod, ait, Alpibus in Italia tribuendum est, ad Pyrenæa juga transtulisse.

d Edit. Paris., candentes.

e Narbo civitas, unde Gallia Narbonensis, quæ olim Bracata dicebatur, postea Narbonensis et Viennensis dicta, pars meridionalis Galliæ regionis ad mare Mediterraneum posita, ut refert Tillemontius, Gothi, Ataulpho duce, Galliam ingressi, hanc urbem occuparunt et tenuere; sed inde a Constantio comite expulsi, in Hispaniam secesserunt an. 414. Ilac deinde urbe positus est Theodoricus Junior, Gothorum ac Visigothorum rex, magni Theodorici filius, ad an. 462. Vide Sirmund., in annotat. ad carmen 23, Sidon. Apoll., et Murat., in Ann. Ital., ad an. 463. Laudat Narbonem Sidonius, ac Martium appellat, urbis illius robur ac vim adversus Gothorum impetus declarans, ut patet Sirmundus eodem loco. (Primæ curæ nota.) — Adverte, Narbonem non a Sidonio solum, sed a vetustioribus etiam Scripturis Martium appellari, et inter hos a Marco Tul. in Oratione pro Marco Fontejo: quod nomen Urbi illi attributum alii volunt, quod Caius Cæsar colonos eo ex Martia legione deduxerit: alii vero (inter quos Vellejus Paterculus) quod illæ Colonia deducta sit sub Porcio et Martio Consulibus: a quo postremo Narbo Martius cognominatus fuerit: quod ejus forte opera in ea Colonia deducenda præstitit. Quocirca Sidonius veterem ejus appellationem ad temporum suorum rationem, et fortunam accommodavit; id, quod hæc ejus verba indicant: Dum apud Narbonem, quondam Martius dictum, sed nuper factum mo-

A Thrax s, Italus, Scythæ, Persæ, Indus, Geta, Dacia,  
 Hujus in eloquio spes bibit, arma capit. [Britannus  
 Sol radio, hic verbo genitalia h lumina fudit,  
 Montibus ille diem, mentibus iste fidem.  
 Hanc ego nempe i novas l conspexi prætereuntem,  
 Molliter argenti turre rotante vehi.  
 Materno voluit pia quam Radegundis amore  
 Cernere h ferventer, si daret ultus opem.  
 Sæpe tamen missis l, dulci sibi dulcis adhaesit,  
 Et placide coluit, quod modo triste dolet.  
 Turonicas terras Martini, ad sidera noti,  
 Inde petit, lente continuante gradu.  
 Vigennæ m volucer transmittitur alveus alno n,  
 Turba o comis rapidis alveus p exit aquis.  
 Excipit inde repens vitrea Liger atgidus unda,  
 B Quo neque vel piscem levis q arena legit.  
 Pervenit, qua se piscoso Sequana fluctu  
 In mare fert, juncto Rothomagense r sinu.  
 Jungitur ergo tæro regali culmine virgo,  
 Et magno meruit plebis amore colli.  
 Hos quoque muneribus permulcens, vocibus illos,  
 Et licet ignotos sic facit esse suos.

ras necto, etc. (Secundæ curæ nota.)

i Atax fluvius est vulgo l'Aude, qui Narbonem alluit, et iisdem postea, quibus Rhodanus fluit, aquis immiscetur, ut animadvertit Sirmundus: ex hoc Fortunati loco in annot. ad epist. 15 lib. ix Sidonii. Videtis et Fredeg. Scholast. Chron. continuat., p. 3, c. 109. Browerus pro Arari se Atacem ex Sidonio restituisse refert. Favet huic lectioni Ven. Edit. et duo Codd. Vat., qui habent: Mitis, Atax, Rhodanus, etc.

l Edit. Ven. corrupte habet:

Traxit recta aliis Indus, Geta, Persæ, Britannus.

m Tres Codd. Vat., generalitè luminis fundunt. Item Edit. Ven.

n Edit. Paris., urbem.

o Vide quæ diximus in Vita Fortun., num 34.

p Edit. Paris., ferventem.

q Prave in Vulg., ut animadvertit Browerus, sicuti et in Edit. Ven., missis legitur pro missis. Missa quippe pro litteris seu nuntiis usurpantur a Fortunato. Ita ipse scribens ad Artachin, sub nomine ac persona Radegundis, ait:

Meque monasterio missis, rogo, sæpe requiras.

r Vigennæ vocem retinuit Brow. quam et Aimoinus profert lib. 1, cap. 21, narrans Clodoveum in expeditione adversus Alaricum flumen hoc trajecisse haud procul a Turonis et Pictavo. Deest illa vox in Ven. Edit., ac versus mancus relinquatur. Est autem Vigenna, seu Vienna, ut ibidem notat. Brow., rivus haud procul a Lemovicibus exorrens, qui aliis auctus aquis mox Ligerim subit.

s Alnus pro navi, seu portorio, accipitur, ex alnis arboribus confecto. Fridegodus, in Vita sancti Wilfridi episcopi, quæ exstat sæculo iii Bened. part. 1, pag. 188, eadem voce sub eodem sensu utitur, inquit: s:

Nil metueas ergo pertransit graminata tuto,  
 Securusque cavas intrat velociter amos.

t Edit. Paris., Comes.

u Edit. Ven. et tres Codd. Vat., alacris exit aquis.

v Ven. Edit., lenis arena.

w Nuptias Gelesuinthæ cum Chilperico Rothomagi celebratas fuisse conjicit ex hoc loco Browerus.

Utque fidelis ei sit genus, armata per arma,  
 Jurat, jure suo se quoque lege ligat.  
 Regnabat placido componens tramite vitam,  
 Pauperibus tribuens advena mater erat.  
 Quoque magis possit regno superesse perenni,  
 Catholicæ fidei conciliata placet.  
 O dolor, insignis quid differs tempora stetus,  
 Lugubresque vices, plura loquendo <sup>b</sup> taces?  
 Improbata sors hominum, improvisa condita <sup>c</sup> lapsu,  
 Tot bona tam subito sorte volante <sup>d</sup> voras.  
 Nam breve tempus habens, consorti <sup>e</sup> nexa jugalis,  
 Principio vitæ funere raptâ fuit.  
 Præcipiti casu, volucris præventa sub ictu,  
 Deficit, et verso lumine lumen obit.  
 Infelix nutrix audito funere alumna,  
 Exanimum ad corpus vix animata volat.  
 Ipsa inter famulas incumbens prima fidelis,  
 Hæc tandem potuit, clausa dolore, loqui:  
 Sic placidæ matri promissi pessima nutrix,  
 Te longe incolumem, Gelesuintha, fore.  
 Sic extincta meum mea cernunt lumina lumen,  
 Pallida sic facies, qua rubor ante fuit?  
 Dic aliquid miserans, miseræ mihi redde loquelas,  
 Quid referam ad matrem, si remeare licet?  
 Hoc supra tantos peregrina secuta labores,  
 Pro vice tale mihi munus alumna refert?  
 Optabas pariter nobis vitam, atque sepulcra,  
 Quæ tecum vixi, me sine passa mori?  
 Ordo utinam vitæ juvenique, senique fuisset.  
 Te stante incolumi me prius ire neci.  
 Vix paucas <sup>f</sup> profert, vocem rapit alter ab ore,  
 Nec valet una loqui, quod videt aula gemit <sup>h</sup>.  
 Interea vehitur irisi lacrymosa <sup>i</sup> feretro,  
 Soluit et exsequias obsequialis amor.  
 Ducitur <sup>j</sup>, ornatur, deponitur, undique stetur,  
 Conditur et tumulo sic peregrina suo.  
 Nascitur hic subito rerum mirabile signum,  
 Dum pendens lychnus lucet <sup>k</sup> ad obsequium.  
 Decidit in lapidem, nec vergit, et integer arsit.  
 Nec vitrum saxis, nec perit ignis aquis.  
 Fama recens resides germanæ percussit aures.  
 Affectuque pio sic movet ora soror <sup>l</sup>:

<sup>a</sup> Ms., *quaque*.

<sup>b</sup> Edit. Ven., *plura loquenda taces*.

<sup>c</sup> Edit. Ven. et duo Codd. Vat., *quæ improviso abdita lapsu*.

<sup>d</sup> Edit. Paris., *fugas*.

<sup>e</sup> Edit. Ven. et duo Codd. Vat., *consortia nexa jugalis*.

<sup>f</sup> Edit. Paris., *hæc propter*.

<sup>g</sup> Edit. Ven., *vix paucis profert vocem*.

<sup>h</sup> Duo Codd. Vat., *aula gemit*.

<sup>i</sup> Tres Codd. Vat., *lachrymata feretro*. Item Edit. Ven.

<sup>j</sup> Post hunc versum: *Ducitur, ornatur, etc.*, in Ven. Edit. subtexitur versus, qui pertinent ad cap. 5 lib. vii, ac ii quibus absolvitur præsens poema, transferuntur ad c. 4 l. viii. Ita et in uno Cod. Vat. Brow. ipse fatetur se carmen istud recollegisse ex pluribus partibus, in aliis carminibus Fortunati dispersis.

A Hanc rogo germanæ mandasti, chara, salutem,  
 Scripta tuis digitis hoc mihi chara refert?  
 Sollicitis oculis expectabam, unde venires,  
 Non agis <sup>m</sup> illud iter, quale precata fui.  
 Optavi Gallis te ut huc Hispania ferret,  
 Non te hic chara soror, non ibi mater habet.  
 Extremo obsequio non huc Brunichildis adivi,  
 Si tibi nil vivæ, mortis honore darem.  
 Cur peregrina tuos non clausi dulcis ocellos?  
 Auribus aut avidis ultima verba libi?  
 Officium tristi nihil impendi ipsa sorori,  
 Membra, manus, faciem nec manus ista legit.  
 Non licuit fundi lacrymas, nec ab ore resorbi,  
 Frigida nec tepido viscera fonte lavo.  
 Nutritas pariter, junctas regionibus isdem,  
 B Cur ad mortis iter dividis alte dolor?  
 Sicque relicta soror casu laceratur adempta,  
 Hæc vocat, illa jacet, nec repetita redit.  
 Germanæ validos audit Germania stetus,  
 Quaque recurrit iter, questibus astra ferit.  
 Nomine sæpe vocans te, Gelesuintha, sororem;  
 Hæc fontes, silvæ, flumina, rura sonant.  
 Gelesuintha taces? responde ut muta sorori:  
 Respondent lapides, mons, nemus, unda, polus.  
 Anxia, sollicitans ipsas interrogat auras,  
 Sed de germanæ cuncta salute silent.  
 Nuntius hic subito fluvios transcendit et Alpes,  
 Mœrorisque gravis tam cito penna <sup>n</sup> volat.  
 Optandum fuerat, postquam loca cuncta replisset,  
 C Tardius ad matrem hic dolor iret iter.  
 Sed quod fama refert, qui plus amat, et prius audit,  
 Ac dubium credit, dante timore fidem.  
 Mox igitur matris jaculans dolor attingit aures,  
 Anxia succiso poplite lapsa fuit [ruit].  
 Audita de morte una mors altera pulsat,  
 Et pene incolumi corpore <sup>o</sup> funus erat.  
 Pallida suffuso tunc Gelesuintha rubore,  
 Molliter hæc anima vix redeunte refert:  
 Siccine me tenero natæ solabar amore,  
 Ut mea nunc gravius viscera vulnus <sup>p</sup> aret?  
 Si nostrum jam lumen obit <sup>q</sup>, si nata recessit,  
 r Quid me ad has lacrymas invida vita tenes?

D <sup>k</sup> Edit. Ven., *lychnus venit ad obsequium*. Sarrctus Greg. Turon., l. iv Hist. Franc., c. 28, refert ostentum, quod hic memoratur a Fortunato, et addit lychnum e sublimi delapsum, non modo contractura non fuisse, sed etiam ita a pavimento fuisse excoptum, ut, cedente hujus duriæ, medius jam defosus fuerit.

<sup>l</sup> Edit. Ven., *ora sono*.

<sup>m</sup> Edit. Ven. et duo Codd. Vat.:

Quale precata fui, non magis illud iter.

Videtur Brunichildis scripsisse ad sororem, quo ad se veniret, de reditu in Hispaniam collatura.

<sup>n</sup> Unus Cod. Vat., *pinna volat*.

<sup>o</sup> Edit. Ven., *incolumi funere, funus erat, corrupte*.

<sup>p</sup> Edit. Paris., *aliti*.

<sup>q</sup> Edit. Ven., *lumen obit*.

<sup>r</sup> Edit. Paris., sic legit hunc versum:

Has ad quid lacrymas invida me vocitas.



Errasti, mors dura nimis, cum tollere matrem  
 Funere debueris, sors tibi nata fuit.  
 O utinam mersis crevissent flumina ripis,  
 Naufraga seu fuis terra natasset aquis,  
 Alta Pyrenæi tetigissent sidera montes,  
 Aut vitrea glaciæ se solidasset iter,  
 Quando relaxavi te Gelesuintha, sub Arcto,  
 Ut nec rheda rotis, non equus isset aquis!  
 Ille ergo illud erat, quod mens præsaça timebat,  
 Non posse amplexu vellere, nata, meo.  
 Parimus votis alienis, jussa sequentes,  
 Promissa existi, non reditura mihi.  
 Ille erat altus: amor placida dulcedine natæ,  
 Quod teneris labiis ubera pressa dedi.  
 Cur hinc lactis opem produxit vena mamillæ?  
 Cur alimenta dedi, nec habitura fui?  
 Sæpe soporantem furtiva per oscula suxi,  
 Ut leve dormires, viscera supposui.  
 Optasse extremum de te quid profuit illud,  
 Luderet ut in gremio parvula neptis avi  
 Nec felix vota, aut infelix funera vidi,  
 Perdidit heu! nimius hoc labor, illud amor.  
 Partitis lacrymis soror hinc, inde anxia mater,  
 Vocibus hæc Rhenum pulsat, et illa Tagum.  
 Condolet hinc Batavus, gemit illinc Bethicus axis,  
 Perstrept hoc Vachalis, illud Hiberus aquis,  
 Tot lacrymis et stillasse sat est, sed ab imbre vaporis,  
 Non relevanda sitim, gutta ministrat opem.  
 Affectus si forte potest mitescere, dicam:  
 Non ea stenda jacet: quæ loca læta tenet.  
 Dicite si quid ei nocuit, quam tempore lapsu,  
 Mortis iter rapuit, vita perennis alit.  
 Quæ modo cum Stephano, cælesti consule, pergit,  
 Fulget apostolico principe clara Petro.  
 Matre simul Domini plaudens radiante Maria,  
 Rege sub æterno militat illa Deo.  
 Conciliata placet, pretiosus funere fulget:  
 Deposita veteri, nunc stola pulchra tegit.  
 Atque utinam nobis illos accedere vultus  
 Cæcat amore Deus per mare, per gladio.

\* Edit. Paris. sic legit hunc versum:

Vitrea vel glaciæ consolidasset iter.

<sup>b</sup> Ms., gremiis. . . . avis. Edit. Vers., neptis avæ.

<sup>c</sup> Tagus Lusitanæ fluvius est, uti Rhenus Galliarum, qua Germaniarum contermina est. Rite ad indicandam regionem in qua erat Goisuintha Tagus usurpatur. Toletum enim (ut advertit Brow.), in qua sedes erat regum Gothorum, Tagus fluvio assidet.

<sup>d</sup> Batavi Germaniarum populi, sicut Bethici Hispaniarum. Bethica quippe regio, Hispaniarum provincia est, quæ ab accolis Tudertana nominatur; imo accipitur pro tota Hispania, quod Bethys fluvius eandem medietatem interfuit. Batavi Sigiberto parebant, Bethici Athanagildo.

\* Edit. Ven., Rheticus axis.

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., Vachalus. Porro Vachalis, fluvius Germaniarum est, de quo Sid., car. 43:

Sic ripæ duplîcis tumore fracto  
 Detonsus Vachalim bibat Sicamber.

Vachalis (subdit Browerus ad hunc locum) alter est Rhenus, alveo diverso, ad caput Bataviæ discretus,

A Vitæ signa tenet, vitreo cum vase cadente,  
 Non aqua restinxit, nec petra fregit humi.  
 Tu quoque, mater, habes consultum voce<sup>h</sup> Tonantis,  
 De nata et genere, nepte, nepote, viro.  
 Credite, Christicolæ, Vivam, quia credidit illa;  
 Non hanc flere decet, quam paradisos habet.

#### CAPUT VIII.

*De horto Ultrogothonis reginæ.*

[Horti a Childeberto rege olim consiti, quique tunc ab Ultrogotha, ejus conjuge, tenebatur, amœnitatem describit; inde occasionem sumit ad Childeberti ipsius laudes celebrandas.]

Hic ver purpureum viridantia gramina gignit,  
 Et paradisiacas spargit odore rosas.  
 Illic tener æstivas defendit pampinus umbras,  
 Præbet et uviferis frondea tecta comis.  
 Pinxeruntque locum variato germine flores,  
 Pomaque vestivit caudor, et inde rubor.  
 Mitior hic æstas<sup>i</sup>, ubi molli blanda susurro,  
 Aura levis semper pendula mala quatit.  
 Illic magno inseruit rex Childebertus amore;  
 Clarius ista placent, quæ manus illa dedit.  
 De cultore trahit mellitum planta saporem,  
 Forsan et hic tacitos miscuit ille favos.  
 Regis honore novi duplicata est gratia pomis,  
 Nare suavis odor, dulcis<sup>k</sup> in ore sapor.  
 Qualiter ille hominum potuit prodesse saluti,  
 Cujus et in pomis tactus odore placet?  
 Felix perpetua generetur ab arbore fructus,  
 Ut de rege pio sit memor omnis homo.  
 C Hinc iter ejus erat, cum limina sancta petebat,  
 Quæ modo pro meritis incolit ille magis.  
 Antea nam vicibus loca sacra petebat<sup>l</sup> amatus,  
 Nunc tamen assidue templum beata tenet.  
 Possideas felix hæc, Ultrogotho, per ævum,  
 Cum geminis<sup>m</sup> natis tertia mater ovans.

#### CAPUT IX.

*Ad Cantum blandum villam; de pomis dictum.*

[Cum Fortunatus ad villam Cantum venisset,

lapsusque in occasum, Belgicam Galliam Neomago tenuis appetit, quam urbem, Francorum regum palatio olim insignem, latior etiam et placidior alluit; ac inde digressus demum cum Mosa auxiliare undas jungit.]

<sup>g</sup> Edit. Ven. et unus Cod. Vat., tot lacrymas.

<sup>h</sup> Tres Codd. Vat., consultum dote tonantis.

<sup>i</sup> De Ultrogotha videsis quæ diximus superius ad cap. 4 hujusce libri. Ejusdem pietas egregie laudatur a Gregor. Tur., lib. 1 de Mir. sancti Martini, cap. 42, de qua, ut scribit auctor, seu potius interpolator Vitæ sanctæ Balthildis, quæ exstat sæc. 11 Benedict., pag. 775: *De Ultrogotha fertur regina, Childeberti videlicet, Christianissimi regis conjuge, eo quod nutrix esset orphanorum, consolatrix pupillorum, sustentatrix pauperum, et Dei servorum, atque adjuvrix fidelium monachorum.*

<sup>j</sup> Edit. Ven., mitior hic æstu sub molli.

<sup>k</sup> Edit. Paris., amore cibus.

<sup>l</sup> Duo Codd. Vat., terebat amatus.

<sup>m</sup> Childebertus duas post se filias moriens reliquerat, Chrothbergam, et Chrotesindam, quas ex Ultrogotha susceperat.

<sup>n</sup> Varius hujusce poematis titulus, ut refert Brow-

suam in pomis comedendis voracitatem lepide A Res indigna nimis, gravis est injuria facti, describit.]

Venimus ad Cantum felici tramite blandum,

Aredium <sup>a</sup> lætor quo reperisse patrem.

Quod petit instigans avido gula nostra barathro,

Excipiunt oculos aurea poma meos.

Undique concurrunt variato mala colore,

Credas ut pictas me tetigisse <sup>b</sup> dapes.

Vix digitis tetigi, fauce <sup>c</sup> hausi, dente rotavi,

Migravitque alio præda citata loco.

Nam sapor ante placet, quam traxit naris odorem

Sit vivente gula, naris honore caret.

#### CAPUT X.

*De Coco, qui ipsam navem tulerat, et injuriam fecerat.*

[Fortunatus, cum Mettin venisset, illic lintrem, quo vehebatur, per injuriam sibi ablatam a regio coquo narrat fuisse, cujus formam et munus sane lepide describit. Tum Sigiberti et ministrorum ejus, Gogonis et Papuli, humanitatem et munificentiam erga se commemorat.]

Cur mihi tam validas innectis cura querelas?

Heu! mea vel tandem desere corda, dolor.

Quid revocas casus! jam me mea sarcina lassat

Quod jactare puto, cur duplicatur onus;

Tristius erro nimis, patriis vagus exsul ab oris,

Quam sit Apolloniis <sup>d</sup> naufragus hospes aquis.

Venimus ut Mettin <sup>e</sup>, cocus illic regius instans,

Absenti vantas abstulit, atque ratem.

De flammis ardente manu qui diripit escas,

Ille rati nescit parcere, tutus aquis.

Corde niger, fumo pastus <sup>f</sup> fuligine tinctus,

Et cujus facies cacabus alter adest.

Cui sua sordentem pinxerunt arma colorem,

Fixuræ <sup>g</sup> cucumæ, scafa, patella, tripes.

Indignus versu, potius carbone notetur,

Et picem referat turpis imago virum.

Nam Vulg. *de Roma dictum præ se ferebant*. Colon. Cod., *de bonis*. Codex sancti Galli, *de poma*, cui et Ven. Edit. consonat.

<sup>a</sup> Aredius idem esse videtur ac is de quo supra, l. v, c. 22.

<sup>b</sup> Tres Codd. Vat., *me mersisse dapes*.

<sup>c</sup> Hanc lectionem prætulit Browerus alteri quam antehac ediderat: *fauce assurgente voravi*. Edit. Ven., *fauce assidente*. Tres Codd. Vat. habent ut hic editum est.

<sup>d</sup> Duo Codd. Vat. *Apollonius*, *Apollonia* (ut notat Brow. in *insulis reperitur Epiri. Trevir. Ms. Apollonius habebat, ut quadret in Tyanæum, qui inter Bettienses longe primus, aut in Rhodium, qui Argonautarum errores decipit*. Nisi forte (ut conjecturæ aliquid et ipse subjuciam) ab Ulyssis errorem respexit poeta, quicum ab insula, Apollini sacra, solvisset, ob mactatas ibi a sociis boves Solis, gravi jactatus tempestate, vix naufragus evasit uti narat Homerus, *Odys.* l. xii.

<sup>e</sup> Mettæ, urbs Galliæ celeberrima, in qua reges Austrasiæ sedebant, cum iidem et Rhemis interea regiam sedem haberent, ut allis adnotavimus. Porro ubi legebatur in Vulg. *venimus ut mesti locus*, restituit Brow. *venimus ut Mettin, cocus*, cui lectioni etiam Ven. Edit. et Codd. Vat. concordant.

<sup>f</sup> Unus Cod. Vatic., *fumo partus*. Edit. Paris., *sparsus*.

<sup>g</sup> Edit. Ven., *Frixuræ*. Vulg. habebant *Luxuriæ cucumen*.

Plus juscella coci, quam mea jura valent.

Nec tantum Codex, quantum se cacabus effert,

Ut mea nec mihi sit participata ratis [Ms., rates].

Sed tamen auxilium solito porrexit amore,

Qui Domini pascens Villicus <sup>h</sup> auget oves.

Præstitit, et gracili pavidus [Ms. placidus] cum lintre [cucurrit.

Imbre, Euro, fluvio sed <sup>i</sup> madefactus ego.

Jactavi <sup>j</sup> reliquos, sequerentur ut inde pedestres,

Nam si nemo <sup>k</sup> foris, nemo nec intus erat.

Mergere nox habuit cubctos rapiente periclo,

Naufragii testis nemo superstes erat.

Sic vicinus eram, postquam jactavimus omnes,

Ictibus ut crebris lamberet unda pedes.

B Obsequium, dixi, remove, modo nolo lavari,

Sed tamen instabat lymphæ <sup>l</sup> rigare pedes

Nauciacum <sup>m</sup> veniens refero mea triatia regi:

Risit, et ore pio jussit adesse ratem.

Querunt, nec poterant aliquam reperire earinam,

Donec cuncta cohors regia fluxit aquis.

Restitit hic solus præstans solatia Gogo <sup>n</sup>,

Quod tribuit cunctis, non negat ille suis.

Dulcius alloquitur comitem qui Papulus astat <sup>o</sup>,

Ut quamcumque mihi redderet ipse ratem;

Omnia perlustrans vidit sub littore lintrem,

Nec tamen hic poterat sarcina nostra capi.

Navita cum interea fecit mæ stare parumper,

Ordinat et sumptus, quos locus ipse dedit.

Quamvis parva ferat, satis est <sup>p</sup> sibi sola voluntas,

C Est nec parva quidem, quam dat amator operem.

Addidit et comes mihi pocula, grætos amicus,

In quantum poterant <sup>q</sup> rara parare merum.

Sic mihi jucundam direxisti, Pappule, proraia

Felix vive, vale, dulcis amice, comes <sup>r</sup>.

<sup>h</sup> Villicus, episcopus Mettensis fuit, idem ipse ad quem scriptum exstat carmen 14 lib. iii. Vide quæ in notis ad illud diximus. Cointius refert mortem Villici ad an. 566, vel 565, ante quod proinde tempus hoc poema scriptum fuit a Fortunato.

<sup>i</sup> Unus Cod. Vat., *si madefactus*.

<sup>j</sup> Unus Cod. Vat. *lactavi reliquos*.

<sup>k</sup> Id est, si cæteri e lintre, quem gracilem advexerat Villicus, non excessissent, pressus ovare, nudis fuisset obrutus, ac nemo evasisset.

<sup>l</sup> Edit. Paris., *ligare*.

D <sup>m</sup> In Veter. Exempl. legebatur *navita cum veniens*, sicuti et in Ven. Edit. legitur. Brow. restituit *Nauciacum*; imo suspicatur *Nantiacum* legendum esse, quo, ut vicinum in locum, rex Sigibertus cum aula digressus esset. Nanceium quippe, vel Nantiacum oppidum hodieque florere refert, ducum Lotharingæ perpetua sede, quod sub Rom. imperio *Nassii* vocabulum ferebat. Hæc Brow. At el. Ruinart., in notis ad Chron. Frelegarii Schol. cap. 38, Nassium castrum in ducatu Barrensi situm ait ad Ornam flumen, *Naz* vulgo appellatum, eumque locum male a nonnullis pro Nanceio, Lotharingiæ capite, accipi. In tribus Codd. Vat. *Nauriacum* bis legitur.

<sup>n</sup> De Gogone et Pappulo plura infra dicenda sunt.

<sup>o</sup> Edit. Ven. et duo Codd. Vat., *Pappulus exstat*.

<sup>p</sup> Duo Codd. Vat. et Edit. Paris., *michi sola voluntas*.

<sup>q</sup> Edit. Paris., *rure*.

<sup>r</sup> Edit. Ven. et duo Codd. Vat., *amice, comia*.

## CAPUT XI

*Ad Dynamium a Massiliensem.*

[Suam in Dynamium absentem benevolentiam ac desiderium declarat, atque parem de se memoriam, amicitiae nomine ac jure, ab eodem efflagitat; postremo, ut ad se redeat hortatur.]

Especto te, noster amor, venerande Dynamii,  
 Quamvis absentem, quam [quem] mea cura videt.  
 Quae loca te teneant, venientia sabra requiro,  
 Si fugias oculos, non fugis hinc animos.  
 Massiliae tibi regna placent, Germania b nobis,  
 Vultus ab aspectu, pectore junctus ades.  
 Quod c sine te tua pars bucusque oblita remansit,  
 Nec revocas animo membra relicta tuo?  
 Si sopor d obrepit, tibi me vel somnia narrent,  
 Nam solet unanimes ipsa videre quies.  
 Si vigilas, fateor, veniam tibi culpa negabit,  
 Nil unde excuses desidiosus habes.  
 Altera signiferi revolutis mensibus anni,  
 Solis aubelantes orbita lassat equos,  
 Cum mea discordans rapuisti lumina tecum;  
 Et modo nil sine te cerno, patente die.  
 Vel mihi verba dares, de fonte refusa loquaci,  
 Ut faceret tecum pagina missa loqui.  
 Sed tamen ut tandem venias huc, charius hortor,  
 Et revoces oculis lumen, amice, meis.

## CAPUT XII.

*Ad Dynamium [Ms. ad eundem].*

[Mediis aestivis in ardoribus Fortunatus venam sibi incidendam curaverat. Manu itaque impediri quominus poemata conscribat, ad Dynamium conquiratur. Suam in eundem benevolentiam ac desiderium testatur pluribus.]

Tempora, praecipiti quos invidistis amori e?  
 Officium voti quae vetuistis agi,

a Hic Dynamius Massiliensem provinciam regebat, de quo plura apud Greg. Turon. lib. vi Hist. Franc., c. 14.

b Hinc conjici posse videtur aliquandiu in Germania versatum fuisse Fortunatum, nisi forte Germaniae nominis indicat Sigiberti regnum, quod, ut alias diximus, in Germaniam excurrebat.

c Ven. Edit., quos inter tua pars.

d Unus Cod. Vat., si sopor oppressit.

e Unus Cod. Vat., invidistis amore.

f Edit. Ven., egerit astrum.

g Edit. Paris., ne me jacularer. Forte, jacularet.

h Edit. Ven., abiit unde cruor, modo. Item legitur D in uno Cod. Vat., modo.

i Edit. Paris., inde vocat, quo retinere.

j Edit. Paris., ne.

k Edit. Ven., et studia studiis retraho.

l Ibid., latices hinc agit, unde. Unus Cod. Vat., hic gdat.

m Ed. Ven., quam gravet iste labor.

n Edit. Paris. :

Quoque frigus penetrat, nec vapor ustus adest.

o Edit. Ven., nec vapor ustus erat. Unus Cod. Vat. Idem habet.

p Unus Cod. Vat., neq. stabilis. Edit. Ven., ne flabilis.

q Unus Cod. Vat., terga tenet. Hunc ego verum sic totum legendum duco :

Cura tui faciem, non mea terga tenet,  
 et sensus sit se curam Dynamii ante faciem proposi-

A Per lyricos modulos, et fila loquacia plectris,

Qua cytharis Erato dulce relidit ebur.

Ecce vaporiferum sitiens canis exerit f. astrum

Et per hiulcatos fervor anhelat agros.

Hinc metuens saniem, s ne quo jacularer ah igne,

Sanguine laxato branchia nexa gero.

Labitur inde h cruor, nodo manus inde tenetur,

Et dextram innocuam vena soluta ligat.

Ut sine temperie validi sitis urat amoris,

Causa meis votis obstitit ista gravis.

Nescio quam prosit ratio perfuncta medelae,

Me tamen i inde nocet, quod reticere facit.

Scribere j si digitis sinerer, satis illa fuisset,

Nunc mihi prima tui cura, secunda mei,

Ex studio k studiis retrahar, silet unda camoenae :

B Carne fluit sanies, ne riget ore latex.

Musicus ignis abest, algent in fonte sorores,

Nam sanguis latices hinc gelat l unde rigat.

Si qua calens animo recitanda poemata pangam,

Scis ipse hoc studio quam gravet arte m labor.

Nam error ablatus magis otia lenta requirit,

n Quo neque frigus hiat, nec vapor ustus o eat.

Secretumque patit, ne p stabilis aura flagellet,

Quo recreans animum, stat viror, halat odor.

Ast ego posthabeo affectu mea seria vestro,

Cura tui faciem, nam mea terga tenent q.

Post sudorem habui modo r, nam dare membra quieti

Ordine postposito tempora rumpit amor.

Dico parum, propriam tibi dum volo ferre salutem,

Sed s mea prospicio, cum tua vota colo.

C Nunc cape parva, cate l, et pollens clue clance, Dy-

Clare decore tuo, chare favore meo [nami,

Partibus Italiae advecto mihi Rheus, et Ister u

Quem cocinere prius quam daret ipse locus,

tam non rejectam post terga tenere. Nihil tamen ausus sum immutare, quod in Mss. non satis clara luce mutationis vestigia occurrant.

r Edit. Paris., non.

s Unus Cod. Vat., si mea.

t Edit. Ven. :

Nunc cape parva manu, tu pollens laude Dynamii,

Unus Cod. Vat., clue lance; alter, et pollens clave,

lance Dynamii. Edit., in marg. : clave lance, die clance.

Edit. Paris., pollens in lance. Glossa vero Trevirensis exemplaris, teste Browero, ita explicat hanc

vocem clue clance, ut eadem composita sit ex cluo,

quod est pollere, excellere, et ex vocabulo Germanico

klang, quod sonum, sive clangorem, significat. Ma'im

ego legere, quomodo habetur in secundo Cod. Vat.

pollens clave, lance Dynamii, quibus vocibus et potestas in regendo, et in judicando aequitas indi-

catur.

u Istrum fluvium unum esse cum Danubio, testis

est Appianus Alex., in lib. de Bell. Illyr., ubi haec

habet : Caesarem, omnia ubique vastando, in Sege-

stanorum et Paenonum regionem usque ad Savum

fluvium esse profectum ac invasisse munitissimam

illic urbem, quod eam : vultu horreum belli in Dacos,

Bastarnasque, qui ultra Istrum incolunt, esse habitu-

rus; tum addit : Idem fluvius Danubius dicitur; nec

multo post inferius delapsus, uberioribus aquis, pro

Danubio Istri nomen assumit. Hinc pro Istro accipi

Germaniam a Fortunato, et Galliam pro Rheo,

quibus in regionibus clarum erat Dynamii nomen,

nemo non videt.

Insignem specie, celsum lare, lege sagacem,  
 Omnibus æqualem spe, sale, pace, fide.  
 Incidit <sup>a</sup> unde mihi, fateor, te forte <sup>b</sup> videndi,  
 Arctoi gelida sub regione calor.  
 Plusque libens vultus <sup>c</sup> efferveo totus in illos,  
 Ad patriæ reditus quam peregrina cohors.  
 Visibus atque tuis issem vel ocuis, ac si  
 Ad patris amplexus de Thelamone <sup>d</sup> satus.  
 Vix quoque tam cupidus vario sinuamine sulcat  
 Rusticus arte solum, navita <sup>e</sup> plustre fretum.  
 Ex illo, celebrande cliens, stat pars mea tecum;  
 Et venis huc animæ pars mediata meæ.  
 Antea corde mihi notus, quam lumine visus,  
 Quem mente astringo, sineque tango manu.  
 Brachia qui nec dum circum tua colla cateno,  
 Quod digiti nequeunt, alligat illud amor.  
 Longius inde absens, ibi sed pertingo, quod opto,  
 Quo <sup>f</sup> pede non venio, pectore totus <sup>g</sup> eo.

<sup>a</sup> Recte animadvertit Brow. hoc poema antea scriptum quam superius fuisse. In superiori quippe scribit ad Dynamium, ut sibi jam notum, et quem ad se reverti cupiebat; in isto vero ejusdem cognoscendi desiderium ostendit: quin illum ne de facie quidem sibi fuisse cognitum, satis declarat hoc versu:

Antea corde mihi notus quam lumine visus.

Crediderim itaque hoc poema scriptum fuisse a Fortunato, cum adhuc in Germania esset, aut nondum in Galliam longius penetrasset, quod forte indicant seqq. versus:

Incidit unde mihi, fateor, te sorte videndi  
 Arctoi gelida sub regione calor.

<sup>b</sup> Edit. Paris., *viandi*.

<sup>c</sup> Edit. Paris., *effervet totus in illis*.

<sup>d</sup> Ajax, Telamonis filius, Græcorum fortissimus fuit, ut notum omnibus est. Fortunatus videtur Græcorum, qui diu aberant a patria, desiderium ad suos redeundi hic significare, atque illud a voto suo ac desiderio Dynamium videndi multo superari affirmat.

<sup>e</sup> Edit. Paris., *classe fretum*.

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., *quod pede*.

<sup>g</sup> Alius Cod. Vat., *pectore tuis eo*.

<sup>h</sup> Araris, Galliæ fluvius, *Saoconna* vel *Sagonna*, cognominatus, ut est in Chron. Fredeg. Schol., cap. 90.

<sup>i</sup> In vulg., *fonte tamen aliquo tranato*. Porro orbis quadratus dicitur a quatuor mundi plagis notissimis, ut notat Brow. ad hunc locum, cujus lectioni favet Ven. Edit. et Mss. Vatic.

<sup>j</sup> Hic Dynamius scripsit Vitam sancti Marii, abbatis Bodanensis, nec non sancti Maximi Reiorum episcopi, vir proinde ingenio et litteris clarus. Idem

A Nos licet obstet Arar <sup>h</sup>, Rhodanusque, natamus amore,  
 Nec vetat ire animum, qui vetat ire gradum.  
 Legi etiam missos alieno nomine versus,  
 Quo quasi per speculum reddit imago virum.  
 Fonte Camœnali <sup>i</sup> quadrato spargeris orbi,  
 Ad loca, quæ nescis, duceres oris <sup>j</sup> aquis.  
 Ilinc quoque non aliquo nobis abolende recedis,  
 Quo fixus scriptis nosceris esse tuis.  
 Interiora mei penetrans possessor agelli,  
 Felix perpetuo <sup>k</sup>, dulcis amice, vale.  
 Spectans oris opem, melioraque syderis optans,  
 Currat ut affectus <sup>l</sup>, stet tibi longa salus;  
 Sacris Theodori <sup>m</sup> primo lare sedis aplaudo,  
 Felici egregio, quem dedit orbis honor  
 Albino <sup>n</sup> eximio, Helix, claroque Jovino <sup>o</sup>  
 B Pro Fortunato redde salutis opus.  
 Hæc tibi elisi <sup>p</sup> modulatus simplice cantu,  
 Sed <sup>q</sup> tonat architypho barbitos <sup>r</sup> inde sopho.

Gregorio Magno notus fuit, a quo litteras cum minusculis accepit. Vide notas cl. Ruinart ad Greg. Turon., l. vi, c. 7.

<sup>k</sup> Unus Cod. Vat., *felix perpetue*. Edit. Ven., *perpetue vite ducta*.

<sup>l</sup> Ibid., *currat ut affatus*, corrupte.

<sup>m</sup> Theodorus erat episcopus Massiliensis, male deinde acceptus, ac vexatus a Dynamio, ut refert Greg. Tur., lib. vi, cap. 11.

<sup>n</sup> Albinus is est qui ex præfecto per Dynamium episcopus Uccensis creatus fuit, inconsulto rege. Sed is paulo post obiit, cum quidem de eodem ab episcopatu removendo ageretur. Videtis Greg. Tur., lib. vi, cap. 7.

C <sup>o</sup> Jovinus item, quondam rector Provinciæ, episcopus renuntiatus est ex regio mandato; sed Marcellus, Felicis senatoris filius, Dynamii opera inauguratus est pro illo. Hæc gesta ad an. 581.

<sup>p</sup> *Elisi* accipitur hic a Browero pro *leusa*, sive *lisa*, quod genus erat rythmi, seu cantilenæ apud Francos et Alemannos, quemadmodum *leudi*, sive *liedi*; quæ nomina alias usurpantur a Fortunato. Verum præter quam quod magna vis voci infertur, si to *elisi* pro *leusa* propositum dicatur, certe vel totus ipsius versiculi sensus inde claudicat. Haud itaque dubitem to *elisi* primam esse personam perfecti verbi *elido*, ut idem sonet ac *exclusi*, *extuli*. Ven. Edit. habet:

Hæc tibi nostra Chelys modulatur simplice cantu,  
 Sed tonat archetypo barbitus iude sopho.

Porro architypum pro *inflato* et *grandioso* hic usurpari opinatur Brow.

<sup>q</sup> Unus Cod. Vat., *si tonat*.

<sup>r</sup> Alius, *barbitus*.

## LIBER SEPTIMUS.

### CAPUT PRIMUM.

Ad Gogonem <sup>a</sup>.

[Gogonem laudat, ob ejus eloquentiam, munificentiam in peregrinos, prudentiam, æquabilitatem animi, pietatem ac formæ venustatem. Sigiberti regis in eo-

<sup>a</sup> Hic Gogo regis Sigiberti nutritius nominatur a Gregor. Turon., lib. v, cap. 47. Idem adduxerat Brunichildem ex Hispania, ut legitur in Epitome Histor. Franc., cap. 59, et hæc Fortunati verba

dem sibi ministro seligendo judicium commendat.]  
 Orpheus orditas moveret dum pollice chordas,  
 Verbaque percusso pectine fila darent,  
 Mox resonante lyra tetigit dulcedine silvas,  
 Ad cithæræ cantus traxit amore seras,  
 ostendunt:

Nuper ab Hispanis per multa pericula terris,  
 Egregio regi gaudia summa vehis.  
 Ibidem in Epitome narratur a Brunichilde Gogo

Undique miserunt vacuata cubilia damas,  
 Deposita rabie tigris et ipsa <sup>a</sup> venit.  
 Sollicitante melo nimio philomela volatu,  
 Pignora contemnens, fessa cucurrit avis.  
 Sed quamvis longo spatio lassaverat alas,  
 Ad votum veniens se recreavit avis.  
 Sic stimulante tua captus dulcedine Gogo,  
 Longa peregrinus regna viator adit.  
 Undique festini <sup>b</sup> veniunt ut promptius omnes,  
 Sic tua lingua trahit, sicut et ille lyra.  
 Ipse fatigatus huc postquam venerit exsul,  
 Antea quo doluit, te <sup>c</sup> medicante, caret.  
 Eruis afflictis gemitus, et gaudia plantas;  
 Ne tamen arescant, oris ab imbre foves.  
 Edificas sermone favos, nova mella ministras <sup>d</sup>,  
 Dulcis et eloquii <sup>e</sup> nectare vincis apes.  
 Utere fonte rigat labiorum gratia pollens,  
 Cujus ab arcano vox epulanda fluit.  
 Pervigili sensu dives prudentia regnat,  
 Fomite condito cui salis unda natat.  
 Qui fulgore animi radios a pectore vibras,  
 Et micat interior lux imitata diem.  
 Sed vicibus mundum modo sol, modo nubila complent,  
 At tua semper habent corda serena diem.  
 Visceribus promptis templum pietatis haberis,  
 Muneribusque sacris es <sup>f</sup> fabricata domus.  
 Forma venusta tibi proprio splendore coruscat,  
 Ut mentis habitum vultus et ipse probet.  
 Omne genus laudum specie cuncludis in una,  
 Nec plus est aliquid quam tua forma gerit,  
 Principis arbitrio Sigiberti magnus haberis,  
 Judicium regis fallere nemo potest.  
 Elegit sapiens sapientem, et amator amantem,  
 Ac veluti flores docta sequestrat apes.  
 Illius ex <sup>g</sup> merito didicisti talis haberi,  
 Et domini mores, serve benigne, refers.  
 Nuper ab Hispanis per multa pericula terris,  
 Egregio regi gaudia summa vehis.  
 Diligis hunc tantum, quantum meliora parasti,  
 Nemo armis potuit quod tua lingua dedit.

nem adductum fuisse in odium Sigiberti, a quo et interfectus est. Idem confirmat Aimoinus, lib. III Hist. Franc., c. 4, sed videtur dissentire Greg. Turon., referens Gogonis mortem ad an. 581, Sigiberto, Fredegundis opera, jam occiso, ad an. 575.

<sup>a</sup> Edit. Ven., et ipse venit.

<sup>b</sup> Ibid., undique festivi.

<sup>c</sup> Edit. Paris., mediantes.

<sup>d</sup> Edit. Ven. et tres Codd. Vat., nova mella ministrans.

<sup>e</sup> Gogonem litterarum studii perpolitum fuisse, ac præstitisse facundiam et eloquio, ex epistola ejusdem ad Trasericum scripta potest perspicui, itemque ex aliis ejusdem epistolis, quas Chesnius edidit t. I script. Hist. Franc. Vide cl. Ruin., in notis ad Gregor. Tur., lib. VI Hist. Franc., cap. 1.

<sup>f</sup> Edit. Ven., eum fabricata.

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., Illius et merito.

<sup>h</sup> Nec voces spectes, etc. Illic pentameter cum sequente hexametro suppletus est a Brow. ex Ms. Trevir., cum decisset ex Vulg. et Codd. Mss. Deest vel in Ven. Edit.

<sup>i</sup> Unus Cod. Vat., cum erogaret.

<sup>j</sup> Apicius belluonum ac nepotum princeps fuit:

PATR. LXXXVIII.

A Hæc bona si taceam, te nostra silentia laudant,  
 Nec <sup>h</sup> voces spectes, qui mea corda tenes.  
 Vera favendo cano, neque nie fallacia damnat,  
 Teste loquor populo, crimine liber ero.  
 Hæc tibi longinquos laus ardua surgat in annos,  
 Hæc te vita diu servet, et illa colat.

## CAPUT II.

Ad eundem, cum rogaretur <sup>i</sup> ad cœnam.

[Gogonis in se beneficia commemorat; eidem sè excusat quod ad cœnam invitatus non veniret.]

Nectar, vina, cibus, vestis, doctrina, facultas,  
 Muneribus largis, tu mihi Gogo sat es.  
 Tu refluxus Cicero, tu poster Apicius <sup>j</sup> exstas,  
 B Hinc satias verbis, pascis <sup>k</sup> et inde cibus.  
 Sed modo da veniam bubula <sup>l</sup> turgente quiesco,  
 Nam sit lis uteri, si caro mista fremat.  
 Illic ubi bos recubat, fugiet, puto, pullus, et anser,  
 Cornibus et <sup>m</sup> pennis non furor æquus erit <sup>n</sup>.  
 Et modo jam somno languentia lumina claudio,  
 Nam dormire meum carmina læta probant.

## CAPUT III.

Item ad eundem.

[Gogoni se purgat Fortunatus, ac culpam quam sibi is ascribebat in eundem rejicit, nihilo tamen minus incolumem et integram amicitia gratiam manere ostendens.]

Quas mihi porrexit modo pagina missa querelas,  
 C Immunem culpæ me loquor esse tuæ.  
 • Nam causam remur, tua plus præsentia læsit,  
 Quo vos peccastis crimine, culpor ego.  
 Non tamen ex tali titulo dulcedo peribit,  
 Fructus amicitia, corde colente <sup>p</sup>, manet:

## CAPUT IV.

Ad eundem.

[Nubes ac ventos rogat poeta quid agat Gogo et

cui cum parum fuisset principum congiaria et publicum vectigal trivisse comessionibus, vel libris aliquot, de gulæ incitamentis conscriptis, Ingluviem suam seris posteris notam esse voluit. De hoc mentionem facit Seneca, in lib. de Cons. ad Helviam, hisce verbis: Apicius nostra memoria vixit, qui in ea urbe, ex qua aliquando philosophi velut corruptores juventutis abire jussi sunt, scientiam popinæ professus, disciplina sua sæculum infecti: cujus exitum nosse operæ pretium est. Cum sestertium nullius in culinam congressisset, cum tot congiaria principum et ingens Capitolii vectigal singulis comessionibus exorbuisset, ære alieno oppressus rationes suas tunc primum coactus inspexit, superfuturam sibi sestertium centies computavit, et velut in ultima fame victurus, si sestertio centies vixisset, veneno vitam finivit. Sidonius, epist. 7, lib. III, epulones Apicios nominat.

<sup>h</sup> Unus Cod. Vat., nec tua ruma cibus.

<sup>i</sup> Edit. Ven., bulia turgente.

<sup>m</sup> Edit. Ven., pinnis.

<sup>n</sup> Unus Cod. Vat., æquus erat.

<sup>o</sup> Edit. Paris., cur causaremus.

<sup>p</sup> Unus Cod. Vat., corde colende.

ubinam locorum commoretur. Tum ipsi per eosdem mittit salutem.]

Nubila, quæ, rapido <sup>a</sup> perfante Aquilone, venitis,  
Pendula sidereo quæ movet axe rotam <sup>b</sup>,  
Dicite qua <sup>c</sup> vegetet charus mihi Gogo salutem <sup>d</sup>,  
Quid placidis rebus mente serenus agat <sup>e</sup>.  
Si prope fluctivagi remoratur <sup>f</sup> littora Rheni,  
Ut salmonis adeps rete <sup>g</sup> trahatur aquis.  
Aut <sup>h</sup> super uviferæ <sup>i</sup> Musellæ obambulat amnem,  
Quod <sup>j</sup> levis ardentem temperet aura diem.  
Pampinus, et fluvius medius <sup>k</sup> ubi mitigat æstus;  
Vitis umbra <sup>l</sup> rigens, fluctibus unda recens.

<sup>a</sup> dit. Paris., *profante*.

<sup>b</sup> Ed. Ven., *axe rota*. Unus at., *quæ movet axe rotæ*

<sup>c</sup> Edit. Ven., *quam vegetet*.

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., *salut*.

<sup>e</sup> Edit. Ven., *mente serenæ agit*. Idem duo Codd. Vat., unus vero, *serenus ait*, corrupte.

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., *moratur littora*.

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., *reste trahatur*. Edit. in marg., *hinc retrahatur*.

<sup>h</sup> Ibid., *an super*. Edit. Paris., *insuper*.

<sup>i</sup> Edit. Ven., corrupte, et *super uviferi Alus elle*. Sed Mss. habent *Musellæ*, cuius fluvii descriptionem, et riparum amoenitatem ac fertilitatem, vide, infra, lib. x, cap. 9.

<sup>j</sup> Unus Cod. Vat., *quo levis*.

<sup>k</sup> Edit. Ven., *medios ubi mitigat*.

<sup>l</sup> Ibid.:

Vitis unda rigens, fluctibus unda regens,  
mendose.

<sup>m</sup> In aliis habetur *dulcisonans*.

<sup>n</sup> Edit. Ven., *quo grus juncta anser*: in vulg., *grus tanta*. Mss. Vat. Broweri lectionem referunt. Est vero *ganta* anser silvestris, de qua Adso, in Vita sancti Walberti, c. 5: *Anseres agrestes*, inquit, *quæ a candore, vel sonitu vocis, more rustico, gantas vocant*, etc. Dufresne, in Glossario, notat vocem illam esse veterem Gallicam, etiamquam a Germanis retentam, a quibus aves illæ *Gansæ* appellantur.

<sup>o</sup> *Arona*, Marliani descriptione, in extremis Rhemorum finibus hic fluvius est, eorum divicesim a Laudunensi dirimens, a Gallis *Avaix* hodie nuncupatus. Luciano, *accolæ hujus fluvii*,

Longisque leves Axones in armis.

Hæc Brow. De Axona, ut notissimo flumine, loquitur Greg. Tur., lib. vi, cap. 37, et alibi.

<sup>p</sup> In Edit. Ven., *prata, greges*.

<sup>q</sup> In Vulg. hic versus antea legebatur hoc modo, teste Brow.:

Esara, seu Rachares, Scaldes, Sates, Ormens, Sura

la Edit. Ven. sic legitur:

Esara, an Oscarus, Scaldis, Satis, Ormens, Sura.

Duo Codd. Vat. *Sate, Sœnena*; unus, *Sata*. Isara parvo est fluvius Gallicæ Narbonensis, vulgo *l'Oise*: Oritur, ut narrat Brow., in *Subaustria* regione, Salasiorum monte, cui Senis nomen, aut Cemenus, teste eodem Strabone, Plinio, l. iii, c. 4, tandemque se Rhodano mictæ.

<sup>r</sup> Sara item, fluvius: cuius ortus (teste eodem Brow.) in *Vogesi* montis jugo in *Alsatia* atque *Lotharingiæ* confinio monstratur... Julii Cæsaris inscriptione dicitur *Sarra*, Ausonio *Saravus*, iv passuum millibus ab urbe Trevirorum *Mosellæ* se miscet: rivus sane piscosus, frequentissima olim nobilitate; et antiqui generis stemmata habitatus.

<sup>s</sup> Chares, seu Caris, fluvius, vulgo *le Cher*, Bitu-

Aut Mosa <sup>m</sup> dulce sonans, quo grus, ganta <sup>n</sup> anser, olordem mittit salutem.] [que est,

Triplice merces ferax, alite, pisce, rate.

An tenet herbosis qua frangitur Axona <sup>o</sup> ripis.

Cujus aluntur aquis pascua, prata, seges <sup>p</sup>;

Isara <sup>q</sup>, Sara <sup>r</sup>, Chares <sup>s</sup>, Schaldis <sup>t</sup>, Saba <sup>u</sup>, So-  
[mena <sup>v</sup>, Sura <sup>x</sup>,

Seu qui Mettin <sup>y</sup> adit, de <sup>z</sup> sale [Ms., Salia] no-  
[men habens?]

Aut æstiva magis nemorum, saltusque pererrans,

Cuspide, rete feras hinc <sup>aa</sup> ligat, inde necat?

rigum provinciam secat mediam, atque aliis auctis fluvialis in Ligerim delabitur paulo infra Turones: ut est in notis cl. Ruinart ad Chron. Fredeg. Sch., p. 4, c. 129. Ast Browerus mavult Chares, de quo hic Fortunatus, esse in Mosana regione *Chair* fluvium, qui Ivodium, clarum oppidum, subit, et Mosæ miscetur. Nam, *Nulla sors*, ait, *regibus Mediomatricum extra ordinem contigit, præterquam in Provincia et Arvernus*, ut proinde nec Gogo extra fines regni Sigiberti diversari potuerit. Sed non video cur is studio venandi vel longius excurrere non potuerit, quam Sigiberti ditio tenderetur. Quanquam haud difficile Broweri sententiæ subscribam, quod *Chair*, de quo ipse, situ et propinquitate cæteris qui item hoc loco commemorantur a Fortunato fluvii conveniat.

<sup>t</sup> *Schaldis*, *Cæsari*, Plinio, aliisque bonis auctoribus haud incogniti fluvii, fontes in Veromandis, supra Chasteletum, ad Martinianam abbatiam ostenduntur. Ipse vero per Crevecuriam, Cameracum, Bachainum, Valencenas lapsus, auctusque Troulia Cordati, et recepto ad Martaignum Scarpo per Antoignicum ingreditur Tornacum; inde per Aldenardum prolapsus Candavo irruit tanto robore et aviditate, ut ibi Lizam, Liviamque absorbeat, *Dextramondæ Dendram*, Ruplæmondæ *Ruplam*, *Netha*, *Diliaque*, tumidus in dominatum familiarique suam transcribit, et demum ad Anduerpiam latissimum sese diffusumque ripis ostentat, dum Oceanum ingreditur. Hæc Brow. ex Jacobo Marchantio, Flandricarum rerum scriptore.

<sup>u</sup> Indicio veteris Ms. Browerus se restituisse refert *Saba*, cum quidem Calar., et Mss. nonnulla pro *Saba Satam* præ se ferebant. Porro *Saba* fluvius est, quem (idem ait) *Arduenna* vulgus hodie *Sambram* vocat, istiusque nemoris olim secessu, haud procul ab *Hannoniæ* et *Veromanduorum* finibus, exoritur, denique *Namurci* civitatis haud obscuris primis manibus a que inde Mosa recipitur.

<sup>v</sup> *Somena*, alias *Sumina*, et *Sumena*, haud procul a *Scaldis* fonte oriens in Veromandis convalescit. Inde *S. Quintium*, *Peronam*, ipsorumque visit *Ambianos*, donec abbatibus villam, et sancti *Valerii* oppidum præterfluens, tandem impetu in Oceanum se volvit. *Somme* vulgo dicitur, non tam Romanis quam *Francicis* scriptoribus clarus. Brow.

<sup>x</sup> *Sura* nascitur in *Arduenna*, ditione *Lutzelburgiorum*; *Alisoniam*, *Atartum*, *Uram* rivos secum trahens, longe lateque per fines eorum serpsit, donec, *Prœnæ* et *Nemesi*, Ausonio vocis, secundior, et *Salmonum* fertilibus evadit, et lemborum patiens. Inde *Epternacum*, nobile sancti *Willebrodi* olim domicilium, petens ostia sua pandit apud *Aquæpillicum* vicum, qua in *Mosellam* se condit, octo circiter millibus passuum a *Treviris*. Idem Brow.

<sup>y</sup> Edit. Ven., *seu qui metis adit*. Tres Codd. Vat., seu qui *Metis* adit.

<sup>z</sup> De *Salia* fluvio vide quæ notavimus ad c. 14, l. iii,

<sup>aa</sup> Edit. Paris., *hinc capi*.

Ardenne<sup>a</sup>, an Vosagi, cervi, capræ, helicis<sup>b</sup> ursi A  
 Cæde sagittifera silva fragore tonat?  
 Seu validi bufali ferit inter cornua campum,  
 Nec mortem d. Mort ursus, onager, sper?  
 An sua rura colens, exusta novalis sulcat,  
 Et rude cerviei<sup>c</sup> taurus aratra gemit?  
 Sive palatina residet modo lætas in aula,  
 Cui schola congregiens<sup>d</sup> plaudit amore sequat?  
 An, cum dulco Lu. pietatis jura retractat,  
 Consilioque pari mitia creant?  
 Quo pascatur inops, viduæ solatia præsent,  
 Parvus tutorem sumat, egenus opem.  
 Quidquid agunt pariter, felicia vota secundent;  
 Et valeant Christi regis amore frui.  
 Vos precor, o venti, qui currltis, atque reditis,  
 Pro Fortunato nuntia ferte suo.

## CAPUT V.

De Bodegisilo<sup>e</sup> duce.

[Bodegisilum ducem laudat ob eloquii suavitatem et gratiam, ob morum et indolis comitatem, ob administratas fide, justitia, innocentia, provincias; tum alias ejusdem virtutes commendat.]

Pectore de sterili si flumina largi rigarem,  
 Non te sufficerem, dux Bodegisile<sup>f</sup>, loqui.

<sup>a</sup> Edit. Ven. et duo Codd. Vat.: *Ardena, an Vosagus. Arduennæ nemus, immensosque saltus nemo veterum, qui quidem aliqua scriptorum in classe, silet. Ejus maximæ pars h. die interlucata crebris habitatur oppidis, pagis, monasteriis, a Trevis in Mosam pertinens, atque inde a Condrusorum, Leodici et Namurci agris in Nerviorum, Atrebatum et Veromandorum, fines ad Schaldin excurrit, sparsis adhuc ubi ubi ramorum veteris Arduennæ vestigiis. Atque ut Ardena hic amissa littera, sic Vosagus inversione plurium legitur, utramque illius ævi moribus. Vosegus autem, seu Vosugus mons inter Alisacium et Lotharingiam medius est; amplissimo excursu a Trevis in Lingonas, Sequanosque dorsum exporrigens, magna convallium et perennium aquarum amoenitate, silvisque et opacis jugis, tanta alibi celsitudine assurgens, ut cacumine nubes attingere et vel cum Alpibus ipsis velle certare appareat. Hæc Brow., qui et illud addit, nemora illa regum Francorum venationibus et aucupiiis satis (celebria olim fuisse. Silvarum earundem veterem descriptionem ac situm vide apud Cluverium German. Antiq. l. II, c. 38 et 39.*

<sup>b</sup> Caput Brow. hunc locum, nec dubitat quin Fortunatus, errore, *Ursæ signum arctici poli, seu sidus, quod Helicis antiqui vocarunt, hic usurpet, et genere ipso, et prosodia longe deceptus. Haud scio an dici posset Fortunatum hic vocabulum Helicis usurpare, quomodo et Græci eo utuntur, qui boves Helicas appellant; vel quod susce sunt, vel quod Helilibus sint pedibus. Edit. Paris., *ilicis. (Primæ curæ nota.)**

Lubet adnotare quod didici ex monitu viri clarissimi et eruditissimi Jacobi Morellii, bibliothecæ S. Marci Venetiæ custodis, Scilicet in Miscellaneis Observationibus criticis in auctores veteres et recentiores, editis Amstelodami an. 1732, 1731, vol. v, tom. I, pag. 246, anonymus auctor opiuatur sic esse legendum hunc versum Fortunati:

Ardenne an Vosagi, cervi, capræ, elicis, uri;

Nam *elicis* pro *alicis* (quem *alcem* alii nominant, *deck* apud Germanos) a Fortunato scriptum existimat, et una additum urum, ut dux simul bestiarum quæ in Germaniæ saltibus reperiuntur, et de quibus Cæsar ac vetera diplomata quædam, simul junctæ ab ipso memorentur. Sed juvat ipsa verba Anonymi

Invasit nostram subito tua gratia mentem,  
 Ut modo plus vester quam meus esse velim.  
 Quo primum placidos merui cognoscere vultus,  
 Oris ab unguento membra reflecta gero  
 Colloquio dulci satiasti pectus amantis,  
 Nam mihi devoto dant tua verba cibum.  
 Distribuunt epulas alii, quæ corpora suppleant,  
 Unde animum saties, das magis ille dapes.  
 Non sic inficiunt placidissima melle falernum,  
 Ceu tuus obdulcat pectora nostra sapor.  
 Qualiter oblectas, quos semper amare videris,  
 Horæ qui spatio me facis esse tuum?  
 Quæ tibi sit virtus, si possem, prodere vellem,  
 Sed parvo ingenio magna referre vector.  
 Exiguus titubo tantarum pondere laudum,  
 Sed melius gradior, quem tua facta regunt;  
 Massiliæ ductor felicia vota dedisti,  
 Rectoremque suum laude perenne refert.  
 Hic tibi consimili merito Gerinania plaudit,  
 Cujus ad laudem certat uterque locus.  
 De bonitate tua lis est regionis utraq; hæ,  
 Te petit illa sibi, hæc retinere i caput.  
 Justitiam pauper nunquam, te iudice, perdit,  
 Nec poturit pretio vertere vera potens.

referre: *Vides, loquit, hic alcem et urum conjunctos, quos et Cæsar conjunxit, et diplomata .. imo vero eadem seræ quas diplomata memorant existisse in Drenia, a Venatio, Vosago, monti Gallicæ, tribuuntur. Diploma alterum has nominat cervas, ursos, aut dicem potius uros, capreas, apros, bestiasque insuper quæ Teutonice lingua elo aut schelo appellantur (Secundæ curæ nota.)*

<sup>c</sup> Edit Paris., *taurus ad arva.*

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat. Cui schola egrediens. Scholæ appellabantur catervæ, aut cœtus: quo in sensu scholæ vocabulum a Greg. Turon. usurpatur lib. x Hist. Franc., c. 15. Hinc scholæ Palatinæ dicuntur cohortes variæ ad Palatii et principis custodiam destinatæ, quæ singulæ in suis scholis excubabant, quarum dignitas varia fuit pro modo stipendiorum quæ merebant, ac gradus quem eas obtinebant, ut habet Dufres. in Gloss. Unde Procopius, l. iv de Bello Goth., c. 27, loquens de Edigiale Longobardo, quem imp. Justinianus uni catervæ militum præfecerat, ait: *Ἀρχοντὰ τε καταστήσατο ἐνὸς τῶν ἐπὶ τοῦ παλατίου φυλακῆς τε ταγμίων λόχων, οὐσπερ σχολὰς ἐνομήζουσι.*

<sup>e</sup> Bodegisili mentionem facit Gregor. Turon. lib. viii Hist. Franc., cap. 22, his verbis: *Obiit his diebus Bodegisilus dux, plenus diemum, sed nihil de facultate ejus filis minutum est: quæ postrema verba singularem ejus innocentiam in provinciis regendis declarant, eam de morali facultatibus nihil fuscus sibi vindicaverit, ut male partis ex publicis, quibus perfunctus fuerat, muneribus. Hic utique Bodegisilus diversus ab eo dicendus, quem ideim Greg. Tur., lib. x, cap. 2, appellat filium Mummulenti Suesionici; qui, cum ad imp. Mauritium legatus missus fuisset, Carthagine, facta plebis seditione, oppressus est, ut ibidem narrat Greg. Tur. Edit. Ven. habet titulum: *de Godegisilo.**

<sup>f</sup> Ibid., *Godegisile loqui. De Godegisilo duce plures Gregor. Turon. in Hist. Franc.*

<sup>g</sup> Edit. Ven., *ad cujus laudem. Edit. Paris., ad laudem cujus.*

<sup>h</sup> *Utraq; sicut et utriusque a veteribus pro utriusque usurpari solita, ad hunc locum notat Brow.*

<sup>i</sup> Hinc intelligitur carmen scriptum fuisse a Fortunato, cum Bodegisilus in Germania esset rector provincie. Bodegisili mors a Greg. Tur. refertur ad 545.

Non ligat immunem, non solvit pœna nocentem,  
 Nil persona capit, si sua causa neget.  
 Lumina cordis habes, animi radiante lucerna,  
 Et tuus æterna luce coruscat apex.  
 Ingenio torrente loquax de fonte salubri,  
 Divitiisque pijs ore fluente rigas.  
 Si videas aliquem defectum forte labore \*  
 Nilus ut Ægyptum, sic tua lingua fovet.  
 Qui patrias leges intra tua pectora condens,  
 † Implicitæ causæ solvere fila potes.  
 Assidujs epulis saturas, venerande, catervas,  
 Et repletus abit, qui tua tecta petit.  
 Si venis in campos, ibi plebs pascenda recurrit,  
 Consequiturque suas, te comitando, dapes.  
 Vota feris cunctis per sæcula longa superstes;  
 Et mæneas populi semper in ore potens.

## CAPUT VI.

*De Palatina c filia Gallimagni, uxore Godegisili ducis.*

[Palatinam, filiam Gallomagni, uxorem Godegisili, laudat Fortunatus hoc poemate, et ejus egregiam formam, pari cum ingenio et eloquii suavitate conjunctam, commendat.]

Lucifer ut nitidos producit in æthere <sup>a</sup> vultus,  
 Clarior et læto nuntiat ore diem,  
 Ornat euodo polum, terris quoque lampada mittit <sup>b</sup>,  
 Atque inter stellas lumine regna tenet:  
 † Sic tua diffundens radiantia lumina vultu,  
 Femineos vincis pulchrior ore <sup>c</sup> choros.  
 Et <sup>d</sup> tibi sic cedit muliebris turba decore,  
 Ut solis radiis lumine luna minor.  
 Clara serenatos permutat forma colores,  
 Lilia nunc reparans, nunc verecunda rosas.  
 Credite, nam si quis vultus conspexerit illos,  
 Illic relegit <sup>e</sup> flores, quos dare verna solent.

\* Edit. Ven., forte labore.

<sup>b</sup> Edit. Paris., simpliciter.

<sup>c</sup> In Ven. Edit. iste est hujusce poematis titulus: *de Palatina, filia Galli Magni episcopi, uxore Bosonis.* Item in tribus Codd. Vat. legitur: *filia Galli Magni episcopi.* At Browerus vocabulum episcopi, tanquam additum glossema, putat rejiciendum esse, quod Gallo, Arvernorum præsul, qui tali titulo designari posset, nulla proles fuisse legatur. Addi et illud potest, Galli episcopi Arvernensis, moriæ ad an. 554, quo anno nondum in Galliam advenerat Fortunatus, cum hic videatur de Gallo Magno, ut adhuc superstite, loqui.

Quanquam alius fuit Gallomagnus, Trecentis episc., de quo Greg. Tur., l. de Vitæ Patrum, c. 8, n. 8, qui reperitur subscripsisse conc. Paris. iv, an. 573, et Matisc. i, an. 581, vel 583, ut putat Coint. An hic fuerit de quo Fortunatus hoc loco agit, delinire non audeo. Browerus opinatur hunc fuisse potius Gallomagnum referendarium, de quo Greg. Tur., l. ix hist. Franc., c. 38, qui apud regem Childebertum magna præditus potentia, varia deinceps fortuna usus est, ut ibidem refert Greg. Turon.

Quod vero Godigisilus Palatinam, Gallimagni filiam, uxorem habuerit, non levem ea res habet difficultatem, cum idem Godigisilus *gener Lupi* appelletur a Greg. Tur., lib. ix Hist. Franc., cap. 12. Aut ergo Godigisilus secundas nuptias contraxisset dicendus est, aut hic alius Godigisilus fui-se, cui Palatina nupserrat. Utrum vero ipse non Godigisilus, sed Boso

A Pingere non possunt pretiosam verba figuram.  
 Nec valet eloquium mira referre mentem.  
 Gravior incessu, i sensu reverenda pudico,  
 Talis in ingenio, qualis in ore nitor.  
 Blandior alloquio, placidius suavissima verbis,  
 Despiciamque lyram, si tua lingua sonat.  
 Pectore perspicuo sapientia provida fulget,  
 Ornatur sexus, te radiante, tuus.  
 Conjuge pervigili nituit magis aula mariti,  
 Floret et egregia <sup>b</sup> dispositrice domus.  
 Jure quidem magna est, quæ est Galli filia magni,  
 Sed merito natæ crevit honore pater.  
 Non aliter poterat, nisi munere clarior esse,  
 Quæ meruit celso digna placere viro.  
 Elegit e multis, quam charus amaret amantem.

B Et judex patriæ iudicat <sup>1</sup> ipse sibi.  
 Ambo pares juncti longos maneatis in annos <sup>m</sup>,  
 Et quæcunque volunt gaudia vestra, ferant.

## CAPUT VII.

*De Lupo <sup>n</sup> duce.*

[Laudat Lupum duce[m] ob animi gravitatem, ob facundiam, ob tolerantiam in publicis muneribus ac negotijs sustinendis, ob fortitudinem animi et eloquii in responsis dandis, et fungendis legationibus gravitatem, ob justitiam in causis ponderandis, ob adeptos honores et in iis gerendis felicitatem ac virtutem, ob partas victorias ac militarem laborem et industriam, ob præclaram in Sigiberto regem merita, ob suavitatem morum et orationis. Ad extremum singulare in illum regis Sigiberti studium et benevolentiam declarat.]

C Antiqui proceres, et nomina celsa priorum  
 Cedant cuncta, Lupi munere victa ducis.  
 Scipio quod sapiens, Cato quod maturus habebat <sup>o</sup>,  
 Pompeius felix, omnia solus habes.

dux fuerit, quemadmodum refert Ven. Edit., statui nequit, cum nonnisi conjecturis locus esse possit. Nemo tamen inficiabitur, quæ de Godigisilo hic prædicantur æque de Bosone, potentissimo olim in Gallijs viro, prædicari posse.

<sup>a</sup> Edit. Ven. et unus Cod. Vat. in æthera.

<sup>b</sup> Tres Codd. Vat., lampade micat. Edit. Paris., terras lampade lustrat.

<sup>c</sup> Edit. Paris. sic legit hunc versum:

Sic perpulchra tuos diffundens lumina vultu.

<sup>d</sup> Edit. Paris., toras.

<sup>e</sup> Tres Codd. Vat., aut tibi.

<sup>f</sup> Edit. Ven., hic relegit flores.

<sup>g</sup> Edit. Paris., mitis, reverenda, pudica.

<sup>h</sup> Edit. Paris., disposita arce domus.

<sup>i</sup> Edit. Ven., Patriæ jus dat et ipse tibi. Unus Cod. Vat. et Edit. Paris., vindicat ipse sibi.

<sup>m</sup> Unus Cod. Vatic., longis maneatis in annis.

<sup>n</sup> Lupus, ad quem hoc poema scriptum est, magna apud regem Sigibertum præditus auctoritate, et gratia, Campaniæ Rhemensi præfuit. Is, occiso Sigiberto, gravia venit in discrimina cum vitæ, tum fortunarum, propter potentissimorum hominum inimicitias; sed inde, Brunichildis reginæ favore, et opera, ereptus, atque a Gunthramno rege, Sigiberti fratre, benigne exceptus, tandiu apud eum vixit, quoad Childebertus, Sigiberti filius, advenisset, ut legere est apud Greg. Tur., l. vi, cap. 4.

<sup>o</sup> Edit. Ven. et tres Codd. Vat., maturus agebat



illis consulibus Romana potentia fulsit :  
 Te duce sed nobis hic modo Roma redit.  
 Te tribuente aditum , cunctis fiducia surgit,  
 Libertatis opem libera lingua dedit.  
 Nœstitiam si quis confuso in pectore gessit,  
 Postquam te vidit, spe meliore manet.  
 Fundatas gravitate animi, quoque corde profundus \*,  
 Tranquilli pelagi fundis ab ore salem.  
 Sed <sup>b</sup> facunda magis plebi tua munera prosunt,  
 Tu condis sensus ; nam salis unda cibos.  
 Consilii radix, secundi vena saporis,  
 Ingenio vivax, ore rotante loquax.  
 Qui geminis rebus fulges, in utroque paratus,  
 Quidquid corde capis, prodero lingua potest.  
 Pectore sub cuius firmantur pondera regis,  
 Pollet et auxilio publica cura tuo.  
 Sædis amore novo tua membra laboribus amplis,  
 Pro requie regis, dulce putatur onus.  
 O felix animus, patriæ qui consulit actus \*,  
 Et vivit cunctis mens generosa viris.  
 Legati adveniunt, te respondente, ligantur,  
 Et jaculo verbi mox jacuere tui.  
 Lancea sermo fuit, quoque vox armata loquentis,  
 Auspicium palmæ te Sigebertus habet.  
 Responsum gentis sensu profertur ab illo,  
 Et votum populi vox valet una loqui.  
 Cujus ab ingenio sortita est causa triumphum ;  
 Assertoris ope, justior illa fuit.  
 Nullus enī poterit proprias ita pandere causas,  
 Ceu tua pro cunctis inclyta lingua tonat.  
 Nilus ut Ægyptum recreat, dum plenus inundat,  
 Sic tu colloqui flumina <sup>d</sup> cuncta foves.  
 Justitia florente, favent \*, te iudice, leges ;  
 Causarumque æquo pondere libra manes.  
 Ad te confugiunt, te cingula celsa requirunt,  
 Nec petis ut habeas, te petit omnis honor.

\* Unus Cod. Vat., quoque corde profundens.

<sup>b</sup> Edit. Paris., faciendo.

<sup>c</sup> Edit. Ven., consulit actis.

<sup>d</sup> Ibid., sic tu colloqui flumine, quod placet.

<sup>e</sup> Ibid., fovente et iudice leges.

<sup>f</sup> Edit. Paris., animis.

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., quem bene fit firmus. Ed. Paris., quam bene fit firmus.

<sup>h</sup> Saxonum, et Dani. Vulgo Saxonis et Rhodani ; quam lectionem tenet quoque Ven. Edit. Codicis Sanguinensis glossa (ut refert Brow.) Dani gentem interpretatur Boiarios, ita dictos a fluvio Danubio, cui pars illa assidebat. Cum hisce populis finitimis regno Francorum, et illi imminuentibus, sæpius Franci bella gesserunt, ut videre est apud Greg. Turon. passim in Historia.

<sup>i</sup> Edit. Ven., Borda. Unus Cod. Vat. Borda quoque fluvius. Neceps ac dubius Browerus est in definiendo situ huiusce fluvii, præsertim cum Odera flumen, ex confini Silesia delabens, quemque a Fort. sub nomine Bordaë usurpari suspicatur, nimis longo regionis tractu a Laugona distet, nec verisimile sit Lupi victoriam ab Odera ad Laugonam usque continuatam fuisse. Sed haud mirandum, quos alias dixi, tam longa ætate unius vel alterius fluvii aut nomina mutata esse, aut eorum alveos, cursu in aliam partem deflexo, suis-æ alio translatos, unde error ac negotium posteris pareretur.

A In cuius gremio nutritur adepta potestas,  
 Quo rectore datus crescere novit apex.  
 Quam merito retinet concessos semper honores,  
 Per quem digna magis culmina culmen habent.  
 Antiquos animos Romanæ stirpis adeptus,  
 Bella moves <sup>f</sup> armis, jura quiete regis.  
 Fultus utrisque bonis, hinc armis, legibus illinc,  
 Quam bene sit primus <sup>g</sup>, cui favet omne decus.  
 Quæ tibi sit virtus cum prosperitate superna,  
 Saxonis <sup>h</sup> et Dani gens cito victa probat.  
 Borda a <sup>i</sup> qua fluvius sinuoso gurgite currit,  
 Hic adversa acies, te duce, cæsa ruit.  
 Dimidium vestris jussis tunc paruit agmen,  
 Quam merito vincit, qui tua jussa facit.  
 Ferratæ <sup>j</sup> tunicæ sudasti [sudas sub] pondere victor,  
 B Et sub pulvereâ nube coruscus eras.  
 Tamque <sup>k</sup> diu pugnas, acie fugiente, secutus,  
 Laugona <sup>l</sup> dum vitreis terminus esset aquis.  
 Qui fugiebat iners, amnis dedit ille sepulcrum,  
 Pro duce felici flumina bella gerunt.  
 Inter concives meruit te Gallia lumen,  
 Lampade qui cordis splendor ubique micat.  
 Sunt quos forma potens, sunt quos sapientia præfert <sup>m</sup>,  
 Singula sunt aliis, sed bona plura tibi.  
 Occurrens dominis veneranda palatia complex <sup>n</sup>,  
 Et tecum ingrediens multiplicatur honor.  
 Te veniente novo domus emicat alma sereno,  
 Et reparant genium regia terta suum.  
 Nempe oculos recipit, cum te videt aula redire,  
 C Quem commune ducum lumina lumen habent.  
 Principis auxilium, patriæ decus, arma parentum,  
 Consultum reliquis, omnibus unus amor.  
 Admiranda etiam quid de dulcedine dicam ?  
 Nectare qui plenus construis ore favos.  
 Chara serenatum comitatur gratia vultum,  
 Fulget et interius perpetuata dies.

<sup>j</sup> Edit. Ven., ferrato tunicæ.

<sup>k</sup> Ibid., tanta diu pugnas.

<sup>l</sup> Ibid., Lingona dum vitreis. Laugona porro, seu Logana (ut in vetustis libris et diplomatis legitur) est fluvius qui oritur (ut ibidem describit Brow.) in Comitum Witgensteiniorem ditione, haud procul ab Hario monte, atque hinc WITGENETINIUM, quod a WITTEKINDO, duce apud Saxonum celeberrimi nominis, derivant, allabitur, aditque Matpurgum... mox oppidum WETZFLARIAM... alluens, serpit inde pulchrior, in Trevirorum se ditonem insinuans, ubi vorticosus, et rupe creberrima vexatus, utrinque veteres nobilium ducum, comitumque ac dynastarum, qui trans Rhenum olim frequentes eum accollere, sedes ostentat. cæterum Logana paulo supra confluentem, prop. ab oppido cui Logana et sæpius indidere nomen LON-TEIN, Rheno miscetur. Fluvius iste ab accolis Lon appellatur.

<sup>m</sup> Edit. Ven., sapientia profert.

<sup>n</sup> Ibid., complex. Quam bene de regno Sigiberti totaque regia familia ac domo Lupus meritis esset, satis declaravit Brunichildis in eodem servando studium ac sedulitas, de qua, ut narrat Greg. Tur., l. vi, cap. 4 : Candolens Brunichildis fidelis sui (Lupi) insecutiones injustas, præcingens se viriliter, irrupit medios hostium cuneos, dicens : Nolite, o viri, nolite presequi innocentem ; nolite pro uno homine committere prælium, quo solatium regionis intereat.

Qui satias escis, reficis a sermone benignus,  
 Sepsitis epulis, sunt tua verba dapes.  
 Quis tibi digna loqui valeat, quem voce patente b,  
 Rex pius ornatum prædicat esse suum?  
 Sit tibi summus apex illo regnante per ævum,  
 Vitaque sit præsens, atque futura colat.

CAPUT VIII.

Ad eundem.

[Lætitiam, quam ex allato sibi nuntio de integra Lupi salute perceperat, hoc carmine Fortunatus declarat; tum ejusdem Lupi virtutes et egregias laudes ad extremum complectitur.]

Æstifer ignitas cum Julius urit arenas,  
 Siccaque pulvereo margine terra sitit,  
 Languidior placidis vix pampinus explicat umbras,  
 Mellior et glaucas contrahit herba comas,  
 Submissis foliis Phœbi regnante vapore,  
 Vix sua defendit frigida tecta nemus.  
 Pabula fastidibus fugit æstu bucula saltus,  
 Ipse nec afflicti c pascitur herbis equus.  
 Longius d expositam linguam canis ore flagellat,  
 Illa laasa trahens, tristis anhelat ovis.  
 Forte viator iter, gradiens ferventibus horis,  
 Uritur accensus, sole premente, comis.  
 Qui arescente solo, modico recreetur ut haustu,  
 Sæpius irriguas anxius optat aquas.  
 Arboris aut tremulæ viridante cacumine fuso,  
 Frondibus oppositis temperat e umbra sitim.  
 Prosperitate nova si jam prope lucus opacet,  
 Et vitrei fontis sibilat unda recens :  
 Illic properans placidis homo lætus sternitur arvis,  
 Volvit in herbosos et sua membra toros.  
 Volta secunda f tenens gemino refovetur amœno,  
 Hinc levat umbra diem, hinc fugat unda sitim.  
 Carmina si qua tenet, cantu modulante, recurrit,  
 Provocat et placidos blandior aura sonos.  
 † Si sibi forte fuit bene notus Homerus Athenis,  
 Aut Maro Trajano h lectus in orbe foro,

a Edit. Ven., *refoves sermone benignus.*

b Ibid. et tres Codd. Vat., *voce potente.*

c Edit. Paris., *gramina sumit equus.* In Vulg., *pascitur orbis aquis.* In Ven. Ed. adhuc corruptius, *pascitur hermus aquis.* Unus Cod. Vat., *herbus equis;* ex Mss. se restituisse refert Brow. ut modo legitur; sed mendum in prosodia est.

d Edit. Ven. et Paris., *exposita lingua canis ore* [f. ora] *flagellat.*

e Edit. Paris., *ora siti.*

f Unus Cod. Vat. *vota secuta.*

† Edit. Paris. sic legit hunc versum :

Si sibi forte fait sapiens bene notus Homerus.

h Edit. Ven. et unus Cod. Vat. *Trojano,* corrupte. Vide quæ diximus in notis ad car. 25 lib. III.

i Fortunatus, qui pro Lupo gravi curarum pondere se defessum narrat fuisse, et eas deposuisse læto allato nuntio de ejusdem salute, videtur indicare gravia illa discrimina in quæ Lupus a malevolis vocatus fuerat, et, Brunichildis opera et precibus inde ereptus, ad Guntramnum regem confugerat, ut supra diximus, apud quem vel locum suum et honorem, tutus ab inimicorum insidiis, facere tueri poterat. Si id est, hæc epistola scripta fuit ad an. 581. Certe non videur scripta fuisse Sigiberto adhuc super-

A Vel si Davidico didicit sacra dogmata plectro,  
 Prællit honorificum, fance rotante, meliow,  
 Tangitur aut digito lyra, tibia, fistula, canna,  
 Quisque suis Musis carmine mulcet aves,  
 Sic ego curarum i valido defessus ab æstu,  
 Noscens te salvum, fonte refectus agor.  
 O nomen mihi dulce Lupi, replicabile semper,  
 Quodque mei scriptum pagina cordis habet,  
 Quem semel inclusum tabulis dulcedinis intus,  
 Non obolenda virum pectoris arca tenet.  
 Thesauros pietatis habens, pretiosa voluptas,  
 Producing animo i pura talenta suo.  
 Divitias quas mundus habet mens aurea vincit,  
 Gemmarumque decus, corde micante, refert.  
 Sensus aromaticus suaves diffundit odores,  
 B Hoc tribuens animæ quod bene thura solent,  
 Melle saporatum reduens a pectore verbum,  
 Et sale conditum reddis ab ore sophum.  
 Post tenebras noctis, stellarum lumina subdeas,  
 Lucifer ut radius, sic mihi mente nites.  
 Ut recreat mundum veniens lux solis ab ortu,  
 Illustrant animum sic tua verba meum.  
 Cum peregrina meos tenuit Germania visus,  
 Tu Pater et patriæ consuliturus eras.  
 Quando merebar ovans placidos intendere vultus,  
 Mox geminata mihi fulsit in orbe dies.  
 Conserui quoties vestro sermone loquelas,  
 Credidi in Ambrosiis me recubare rosis.  
 Omnibus k una manens, sed plus tua gratia nobis,  
 Vinxit in affectu, me properante, suo.  
 C Nunc quoque pro magnis quis digna rependat honoris?  
 Materia vincor, est quia lingua minor.  
 Sicque per ascensum l culmen supereminet altum,  
 Illic meus urget amor, hinc tuus obstat honor.  
 Sed pro me reliqui laudes tibi reddere cæsent,  
 Et qua quisque valet, te præce, voce sonet.  
 Romanusque lyra, plaudat tibi barbarus harpa m,  
 Græcus Achilliaca, chrotta n Britannia canat.

stite, apud quem opibus semper et gratia floruisse Lupus videtur, adeoque non erat cur pro illo Fortunatus se sollicitum ostenderet.

i Edit. Paris., *plura.*

k Edit. Paris., *unica mens.*

l Edit. Ven., *sic per inaccessum culmen.*

m De harpa, musico instrumento, quo in Germania maxime barbari in conviviis uti consueverant, mentionem alias fecit Fortun., nempe lib. I, cap. 1, inquit: *Sola sæpe bombicans barbaros læudes harpa retidebat.* Brow., in notis ad hunc locum, opinatur harpæ etymon originem habere a Græcis vocibus *χορδὰς ἀπράζεν.* Verum quidni quispiam alius a Græca item voce *ἀπρη* illius originem derivet, quæ *falce*, seu ense m falcatum, sonat? cujus imaginem quamdam harpa præfert, in arcuato et angustum desinens?

n Unus Cod. Vatic., *rotta Britannia canat.* Calar., ex Browero :

Græcus et Iliaca tota Britannia placet

Edit. Ven. et reliqui Codd. Vat. consentiunt lectioni Broweri. Est vero Achilliaca (s. Brow. addimus) cithara Achillis, a veteribus celebrata et narrata apud Græcos, ea scilicet qua Homerus, lib. 1 Iliad., eundem Achillem mœrorem suum, quædam et

Hi te fortem referant, hi jure potentem,  
 Ille armis agilem, prædicet iste libris.  
 Et quia rite regis quod pax est, bella requirunt;  
 Judicis ille decus concinat, iste duois.  
 Nos tibi versiculos, dent barbara carmina \* leudos,  
 Sic variante tropo laus cohæc una viro.  
 Hi celebrem memorent, illi te lege sagacem,  
 Ast ego te dulcem semper habebō, Lupo.

## CAPUT IX.

Ad Lupum ducem.

[Lupo gratias agit pro missis ad se litteris ac muneribus. Suam ad Italia discessum commemorat, ac conquisitus nullas interea a propinquis missas litteras ad se pervenisse, quorum in charitatem Lupum sibi successisse dicit.]

Officiis intente piis, memorator <sup>b</sup> amantis,  
 Prompte per affectam consuliture tuam,  
 Charias absentis nimium miseratus amici,  
 Quando, latentis loco, signa requirit amor.  
 Unde meis meritis datur hoc, ut protinus esset  
 Spes Fortunati cura benigna Lupi?  
 Exsul ap' Italia nono <sup>d</sup>, puto, volvor in anno:  
 Littoris Oceani contingente \* sale.  
 Tempora tot fugiunt, et adhuc per scripta parentum,  
 Nullus ab exclusis <sup>f</sup> me recreavit apex.

Agamemnonis injuria adversus se conceperat, solantem inducit. Ea vero a Fortunato hic apte invitatur ad Lupum celebrandum, quod et Achilles eandem ad res gestas fortissimorum virorum canendas adhiberet, & hæc versaleas expimit Homerus:

Τὸν δ' εὐρον φρένα τροπόμανος φόρμγγι λεγίη.  
 Τὰν ἀρετ' ἔξ ἰνάρων, πρότερον ἠετιανὸς ὀλέσσας.  
 Τῆ ὄγῃ θυμὸν ἔτερπεν, αἰεὶ δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν.

Chrotta vero tibix genus est, a Cambris, et Anglis *Crotte* appellata. Duffr., in Gloss. Brow., mavult a testudine, quam Francico et Germanico sermone *crotte* nominari dicit, illud nomen esse ductum. Quæ vero ipse addit deinde de Græca voce κρυπτή, vel κρυπτή, unde illud nomen *crotte* ortum, ex alterius sententia affirmat, hæc mihi placent, cum isthæc nimium contorta et invita ad vocem illam *crotte* illustrandam adhibeantur. Malim a *κρυπτή* istius vocis originem ducere, si modo ea *testudinem* sonat, cum utique *κρυπτήν καθάρων* a bonis scriptoribus usurpatum legamus.

\* Pro *Leudis* Vulg. et F.dit. Paris. referunt *ludos*, teste Brow. Item Ven. Ed. Unus Cod. Vat., corrupte, *ledos*. Brow. præclare *leudos*, seu *liedos*, restituit. D

<sup>b</sup> Edit. Ven., *memoreris amantis*.

<sup>c</sup> Edit. Paris., *unde datur meritis illud quo*.

<sup>d</sup> Cum Fortunatus in Gallias venerit ad an. 565, circiter, ut in ejusdem Vita ostendimus, patet hoc poema scriptum fuisse ad annum 574, adeoque ante videtur conscriptum fuisse quam superius carmen.

\* Edit. Ven. et Paris., *continuante salo*.

<sup>f</sup> Hinc licet conjicere non propinquorum memoriam et charitatem in Fortunatum defuisse, sed ipse potius bellorum tumultibus interclusus, quæ tunc in Italia Longobardorum armis gerebantur, nullas litteras misisse Fortunato, vel missas deperditas vel interceptas fuisse

<sup>e</sup> Hæc erat Titiana, de qua infra, cap. 6, lib. xi.

<sup>b</sup> Sunt qui conjecturam hinc faciunt Fortunatum ex nobilissima aliqua familia ortum fuisse, idque ipse perobscure indicare, *ordinem nepotum* commemorando. Quamvis autem ille mihi videatur non

A Quod pater, ac genitrix, frater, soror s, ordo <sup>b</sup> nepos  
 Quod poterat regio, solvis amore pio. [tum,  
 Pagina blanda tui sub nemine missa benigno,  
 Nectaræi fontis me recreavit <sup>i</sup> aquis.  
 Nec solum a vobis me dulcis epistola fovit,  
 Missus adhuc in rem portitor inde venit.  
 Munera quis poterit, rogo, tot memor ore referre?  
 Affectum dulcem pandere lingua nequit.  
 Sed tibi restitvat rex cuncta supernus ab alto,  
 Quæ minimo <sup>j</sup> sunt, qui docet esse suum.

## CAPUT X.

Ad Magnulphum <sup>k</sup> fratrem Lupi.

[Magnulphum, Lupi fratrem, laudat ob juris prudentiam et in populis regendis æquitatem. Ad extremum, litterarum brevitate excusat.]

Quam cito fama volat <sup>l</sup> pernicious excita pennis.  
 Et loca cuncta suis actibus aucta replet?  
 Nam tibi cum Rhenus, mihi sit Liger ecce propinquus,  
 Illic, Mangulfe decens, magnus honore places.  
 Sic tuba præconis Siginundi <sup>m</sup> missa cucurrit,  
 Ut tua diffuso sint bona nota loco.  
 Quod tamen in brevis vix signat epistola verbis,  
 Non quia cuncta canit, nec reticere <sup>n</sup> cupit.  
 Juridico in primis pollens torrente relatu,  
 Sic regis, ut revoces facta vetusta novus \*.

plane ignobilis atque vulgaris vir fuisse, idque ex eo conjicio, quod et Ravennam, studiorum causa, profectus sit, et ibi aliquandiu habitavit, cum Felice (qui postea Tarvisinus episcopus fuit) arctissima amicitia conjunctus, et inde in Galliam, sepulcrum sancti Martini veneraturus, iter suscepit, quæ vulgaribus hominibus haud fere solent esse communia, idem tamen ordinem nepotum non hic ad ullam familiæ prærogativam indicandam, sed ad eorum numerum et ætatis gradum significandum arbitror usurpari.

<sup>l</sup> Tres Codd. Vat., *me renovavit aquis*.

<sup>j</sup> Edit. Ven.:

Quæ minimis sunt, qui docet esse suos;

Unus Cod. Vat., *quem minimis sunt*, corrupte. Edit. Paris., *quem minimum*.

<sup>k</sup> Dubitat Browerus an hic idem Magnulfus sit, qui sedit Tolosæ episcopus, quique ad concil. Matisconense ii, celebratum an. 515, misit qui suo nomine eidem interesset ac subscriberet: ille nimirum qui, anno superiore, a Mumolo et Desiderio cæsus, et gravi affectus injuria, in exilium pulsus fuerat, ut refert Gregor. Turon., lib. vii Histor. Franc., cap. 27. Sed difficile est rem hanc conjecturis definire. Certe Magnulfus, Tolosæ episcopus, nec provinciam rexisset unquam, nec Lupi frater fuisse legitur; nec rursus Magnulfus, Lupi frater, usquam Tolosæ episcopus creatus (quod ego noverim) comperitur, ut unus, atque idem cum superiore dici possit: solum nominibus et temporibus conveniunt.

<sup>l</sup> Edit. Paris., *velocibus*.

<sup>m</sup> Non alius hic Siginundus esse videtur quam is ad quem scripta existant poemata 20 et 21 Ju Jusce libri; quem, uti Magnulfum, habitasse ad Rhenum indicat hic versus, car. 21:

Post Italas terras mitis mihi, Rhene, parentes,

Siginundum videlicet, et ejus fratrem Aregisilam,

<sup>n</sup> Edit. Ven., *nec retinere capis*.

\* Ibid. et Edit. Paris., *novis*.

Cujus in officiis aequi cultoris aratrum,  
 Semine justitiae plebs sua vota metit.  
 Nemo caret propriis, alienis nemo recumbit,  
 Sic facis, ut populum non vacet esse reum.  
 Sollicitudo tua reliquis fert dona salutis,  
 Et labor unius sit populosa quies.  
 Aequalis, concors, ut ab omnibus alma voceris,  
 Legibus hinc iudex, hinc bonitate parens.  
 Da paucis veniam, quoniam mihi portitor instat,  
 Nam de fratre Lupi res monet <sup>a</sup> ampla loqui.  
 Sic tribuat Dominus, meritis reparetis ut illum,  
 Quem pariter tecum cordis amore colo.

## CAPUT XI.

Ad Jovinum <sup>b</sup> rectorem provinciae.

[Jovinum, provinciae rectorem, arguit diuturni silentii ac in rescribendo tarditatis. Rogat ut cum minus sibi liceat ejus frui praesentia et aspectu, hoc sui desiderium, missis saltem litteris, leveat ac soletur.]

Prosaico quoties direxi scripta relatu,  
 Nullaque de vestro pocula fonte bibo,  
 Quem <sup>c</sup> prius irrigua recrearas ditior unda,  
 Nec modo Castaliis redditur haustus aquis.  
 Si me cura minor vestri tenuisset amoris,  
 Jam fuerat lucrum <sup>d</sup> stringere colla manu.  
 Nunc magis, inde minus capio, quia diligo major <sup>e</sup>,  
 Et cum plus cupiam, vota negata [nugata] gero <sup>f</sup>.  
 Qui <sup>g</sup> tibi transfudit mea pectora pectore tuto,  
 Cur rogo non pariter lumina lumen habent?  
 Vel quod, amice, licet scriptis fero, chare, salutem,  
 Sed mihi qua relever pagina reddat opem.

## CAPUT XII.

Ad eundem <sup>b</sup>.

[Vitae humanae brevitatem et inanitatem describit: unam pietatem omnibus mortalibus rebus superstitem esse, ac multo praestare, affirmans. Inde Jovinum veterum Latin. poet. Christ. citatur sub hoc titulo: *De incertitudine vitae et gloriae hominis*.

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., *res movet ampla*.  
<sup>b</sup> Vide quae de Jovino diximus in notis ad c. 12, lib. VII.  
<sup>c</sup> Edit. Ven., *qui prius irrigua recreabar*.  
<sup>d</sup> Ibid. et duo Codd. Vat. et edit. Paris., *jam fuerat licitum*.  
<sup>e</sup> Unus Cod. Vat., *quia diligo magis*.  
<sup>f</sup> Edit. Ven. et duo Codd. Vat., *vota negata geram*.  
<sup>g</sup> Edit. Ven., *quis sibi transfudit*, etc. Unus Cod. Vat., *qui sibi transfudit*, quod seq.  
<sup>h</sup> Hujusce poematis pars a Georg. Fabricio in collectione veterum Latin. poet. Christ. citatur sub hoc titulo: *De incertitudine vitae et gloriae hominis*.  
<sup>i</sup> Edit. Paris., *fine*.  
<sup>j</sup> Unus Cod. Vatic., *trahit arque senatum*, etc.  
<sup>k</sup> Edit. Ven. *murus ahenuus obit*. Edit. Paris., *murus Agivus*.

<sup>l</sup> Edit. Ven., *quod condit avarus*.  
<sup>m</sup> Ibid. *Deliciis refluens*. Edit. Paris., *deliciis solitis*.  
<sup>n</sup> Edit. Ven., *recubat in fine supremo*.  
<sup>o</sup> Invenit hoc loco Fortunatus nullam esse artem qua suprema fata ab hominibus depelli possint, eum vel ipsa Ulyssis calliditas, de Palamede caeteroquin potens, ac diu victrix, nihil valuerit in morte a se avertenda; sed vel in vita excesserit. Ulysses nimium, cum a Palamede sollicitaretur, ut una cum reliquis Graeciae praeribus in Asiam trajiceret, bellum Trojani illaturus, se amentem esse simulavit; ac

A brevi vita, nihil ad se litterarum mitteret, quas ab eo avidissime expectare significat.]

Tempora lapsa volant, fugitivis fallimur horis,  
 Ducit et in senium lubrica vita viros.  
 Fine trahit celeri sine <sup>i</sup> fune velubilis axis,  
 Nec retinet rapidas ad sua frema rotas.  
 Cuncta movens secum momenta, et pondera rerum,  
 Donec nota avidos sistere cogat equos.  
 Sic quoque dissimiles ad finem tendimus omnes,  
 Nemo pedem retrahit, quo sibi limes erit.  
 Imperiale caput, regnum trahit, atque <sup>i</sup> senatum,  
 Nec spectante die, cum venit hora, rapit.  
 Quid sunt arma viris? cadit Hector, et ultor Achil.,  
 Ajax in clypeo [Ms., Ajacis clypeo], murus  
 [Achaeus <sup>k</sup>, obit.

B Quid satis est cupido, gremio quod condit avaro? <sup>l</sup>  
 Deliciis solvis [refluis] <sup>m</sup>, Attalus auctus abest.  
 Quis non versutus recubet <sup>n</sup>, dum sine supremo,  
 De Palamede <sup>o</sup>, potens, ars in Ulysse perit?  
 Forma venusta fuit, cecidit pulcherrimus Astur  
 [Astris <sup>p</sup>,  
 Occubat Hyppolitus, nec superexstat Adon.  
 Non agiles fugiunt quo terminus instat <sup>q</sup> eundum,  
 Nam cum fratre, celer sorte, Quirinus abit.  
 Quid rogo cantus agit? modulis blanditus <sup>r</sup> acutis,  
 Orpheus, et cythrae vox animata jacet.  
 Docta recessuris quid prodest lingua sophistis,  
 Qui <sup>s</sup> voluere loqui curva, rotunda poli?  
 Archita <sup>t</sup>, Pythagoras, Aratus, Cato, Plato, Chry-

[sippus,  
 C Turba Cleantharum <sup>u</sup> stulta favilla, cybat.  
 Quidve poeta <sup>v</sup> potest Maro, Lysa <sup>x</sup>, Menander, Ho-  
 [merus,  
 Quorum nuda <sup>y</sup> tabo membra sepulcra tegunt?  
 Cum venit extremum, neque Musis carmina pro-unt,  
 Nec juvat eloquio detinuisse melos.

Quorum nuda <sup>y</sup> tabo membra sepulcra tegunt?  
 Cum venit extremum, neque Musis carmina pro-unt,  
 Nec juvat eloquio detinuisse melos.

ut id persuaderet, junctis disparis generis pecudibus, salem serere coepit, idque genus alia praestare, quae nemo sana mente et consilio ageret. Sed felicius ad extremum Palamedes fuit. Namque arant Patri Telemachus filium plane aratro concidendum, objecit; cumque is confestim aratrum suspendisset, ne quid filio noceret, inde compertum est quod ipse revera aevens non esset, sed de industria id simularet.

<sup>p</sup> Unus Cod. Vat., *pulcherrimus Astur*.  
<sup>q</sup> Unus Cod. Vat., *quo terminus exstat*,  
<sup>r</sup> Ibid., *blanditur acutis*.  
<sup>s</sup> Ibid. et Edit. Paris., *quid voluere loqui*.  
<sup>t</sup> Edit. Ven. habet:

Architaque, Cato, atque Plato, Chysippus, Aratus.

<sup>u</sup> Cleanthes Zenonis Citiensis nobilissimus auditor fuit, ipse deinde sectae auctor et magister.

<sup>v</sup> Tres Codd. Vat., *quidve poema potest*. Edit. Ven.:

Quidve poema potest, Maro, sive Menander, Homerus?

<sup>x</sup> Lysa videtur positus esse pro Lysis, qui Pythagorae discipulus fuit: ejus meminit Cicero lib. I de Offic., et lib. III, de Orat. Fuit et Lysias disertus et acutissimus orator Athenis, de quo idem Tullius in Bruto mentionem facit.

<sup>y</sup> Edit. Ven., et unus Cod. Vat., *quorum nudata membra*. Caspar Barth. putat legendum *quorum nudata tapho*; nam secus, ait, nullus esset sensus.

Sic dum puncta cadunt, fugiunt præsentia rerum,  
 Et vitæ tabulam tessera rapta levat.  
 Est tamen una salus, pia, maxima, dulcis, et ampla,  
 Perpetuo trino posse placere Deo.  
 Ille valet, atque viget, manet, et neque sine peribit,  
 Hinc quoque post tumulum nascitur almus honor.  
 Quod superest, habitu <sup>a</sup> meritorum, flore beato,  
 Suavis justorum fragrat [fragat] odor tumulo.  
 Gratius <sup>b</sup> aura fluens, quam spiret <sup>c</sup> aroma Sabæum,  
<sup>d</sup> Vincens, quæ pinguis balsama silva refat.  
 Cinnama, caltha, crocus, violæ, rosa, lilia cedunt  
 Ut similis nullus <sup>e</sup> nare bibatur odor.  
 Quid? quod morte magis virtus generatur in illis,  
 Dumque sepulcra tenent, languida membra <sup>f</sup> fovent.  
 Multorum dubiam solidant pia funera vitam,  
 Et redit ex tumulo vivificatus homo.  
 Nobilis urna tegit pretiosa talenta tonantis,  
 Ac terris recubat quod super astrâ volat.  
 Qui sub amore Dei, sacro moderamine viveas,  
 Fit peregrinus humi, civis, eundo, poli.  
 Denique post illos qui fundamenta coruscant,  
 Postque Petri ac Pauli limina <sup>g</sup> prima fide,  
 Quis numerus radiet sanctorum sparsus in orbe,  
 Quanta columnarum gratia fusa viget?  
 Per loca, per populos mundo sua sidera præsunt,  
 Quidquid ab Oceani circulus ambit aquis.  
 Arctos, meridies, oriens, occasus honorat <sup>h</sup>,  
 Lumina [limina], muneribus clarificata suis.  
 De reliquo nihil est, quodcunque videtur in orbe,  
 Nam tumor hic totus, fumus et umbra sumus.  
 Cur igitur metu <sup>i</sup> trahitur data vita susurro,  
 Nec Fortunato pauca, Jovine, refers?  
 Tempora lapsa vides, neque longa silentia rumpis,  
 Me quoque ne recrees, ad mea damna taces.  
 Non ita rebar ovans, postquam Germania nostros,  
 Contulerat visus, ut resiliiret amor.  
 Credideram potius quantum se tenderet ætas,  
 Ut vestri affectus se duplicaret opus.  
 Non magis, ut video, vota in contraria currunt,  
 Tempora longantur, sed brevitur amor.  
 An quantum ex oculo, tantum tibi corde recedo?  
 Et tam longe animo, quam sumus ambo loco?  
 Non ego sic refero, quoniam tibi pectore nector,  
 Prædicat hoc aliter, mens ubi dulce sonat <sup>j</sup>.  
 Nam cui chara fides animum sociavit amice <sup>k</sup>,  
 Quod minus est oculis, flagrat amore magis.  
 Et licet absentem paries, locus, aula retentet,  
 Corde suo illic est, est ubi forma placens.

<sup>a</sup> Edit. Ven., quod superest, habito.

<sup>b</sup> Ibid., Gratius aura fluens.

<sup>c</sup> Edit. Paris., amoma.

<sup>d</sup> Edit. Paris., thuraque devincens balsama.

<sup>e</sup> Edit. Ven., ut similis nulla.

<sup>f</sup> Edit. Paris., jacenti.

<sup>g</sup> Duo Codd. Vat., lumina prima fide.

<sup>h</sup> Edit. Ven., occasus honorant.

<sup>i</sup> Edit. Ven., cur igitur metuo. Unus Cod. Vat., quid igitur.

<sup>j</sup> Duo Codd. Vatic., ubi dulce fovet. Edit. Ven., ubi dulcis inest.

<sup>k</sup> Edit. Ven., animum sociabat amici. Unus Cod. Vat. sociabat amice. Edit. Paris., nam cum chara

A Prospicit affectu, quem vultu non videt ipso,  
 Et vox longinqua de regione sonat.  
 Quid gerit, aut ubi sit, tacito dare verba videtur,  
 Intra se loquitur pectore clausus amor.  
 Si volat aura levis, putat inde venire salutes,  
<sup>1</sup> Hoc fragor aure refert, quod homo mente gerit.  
 Hinc tuus ergo cliens ego, chare, colende requiro,  
 Absentem faciunt quem loca, non animus.  
 Qui semper nostro <sup>m</sup> memoraris, haberis in ore,  
 Scribimus et <sup>n</sup> hæc dum, non sine te loquimur.  
 Affectu, studio, voto, tua brachia cingo,  
 Atque per amplexum pectora, colla ligo.  
 Ingredieris mecum, pariterque moveris amator,  
 Et quasi blanda loquens, oscula libo labris.  
 Ante oculos habeo, sed chara refugit imago,  
 B Hic quoque quem <sup>o</sup> habeo, non retinere queo.  
 Alternis vicibus modo vadis, et inde recurris,  
 Vix fugis ex oculis, ecce figura redis.  
 Et cum terga dabis, facies mihi cernitur insons,  
 Si pede conversus, fronte regressus ades.  
 Sæpe etiam videor dare te pia dicta relatu,  
 Illic forte taces, hic mihi verba refers.  
 Hoc de te minus est, quia prendi non potes absens;  
 Nam velut illic es totus, et hic meus es.  
 Qualiter ambo simul paucis halitavimus horis,  
 Non fugit ex oculis, dum manet ista dies.  
 Misimus <sup>p</sup> quoties timidus epigrammata chartis,  
 Et tua, ne recreer <sup>q</sup>, pagina muta silet?  
 Quis, rogo, reddat eas, taciti quas perdimus, ooras?  
 Tempora non revocat lux levis, atque fugax.  
 C Dic homo, note meus: quid agis? quid amice recurris?  
 Si tua rura colis, cur mea vota neges?  
 Scribe vacans animo, refer alta poemata versu,  
 Et quasi ruris agrum, me cole voce, melo.  
 Per thoraca meum ducas, precor, oris <sup>r</sup> aratrum;  
 Ut linguæ sulcus sint sata nostra tua <sup>r</sup>.  
 Pectoris unde seges gravidis animetur aristas,  
 Pullulet et nostro farre novale ferax.  
 Nam mihi si loqueris, bone vir, pietatis opime,  
 Exsuperas labiis dulcia mella favis.  
 Plusque liquore placet, quam fert oleagina succa,  
 Suavius et recreat, quam quod aroma refat.  
 Cum Aspasio pariter charis patre, fratre, Leone,  
 Longa stante die, dulcis amice, vale.

### CAPUT XIII.

Ad Felicem, <sup>s</sup> socerum ejus.

[Timide ac repugnanter se ad Felicem poeseos laude præstantem, ait accedere. Sodalitatis tamen,

fides... satiavit.

<sup>1</sup> Edit. Paris., auræ fert fragor hoc, quod.

<sup>m</sup> Edit. Paris., memorandus.

<sup>n</sup> Edit. Ven., scribimus hæc et dum.

<sup>o</sup> Edit. Ven., hic quoque, quando habeo. Edit. Paris., quem video.

<sup>p</sup> Unus Cod. Vat., ne recrees pagina.

<sup>q</sup> Ven. Edit., precor istud aratrum.

<sup>r</sup> Ibid. et unus Cod. Vat., sint sata nostra tuus.

<sup>s</sup> Quamvis Ven. Edit., et Mss. omnia referant hunc titulum: Ad Felicem, socerum ejus, et unus ex Ms. Vat. habeat soceram Jovini, ego tamen opinor hunc titulum corruptum, ac depravatatum fuisse, ac esse legendum: ad Felicem, socium ejus, vel suum. Hic

que interfuerat, conjunctione ac communis patriæ A  
necessitudine fretus, eundem sequenti poemate  
interpellat.]

Ardus Pierio cui constant culmina fastu,  
Vix humili valeo tangere claustra manu.  
Sed quoniam patriæ fuit aula sodalibus una,  
Affectu a fidens, pulso, benigne, fores.

## CAPUT XIV.

De Mummuleno b.

[Se a Mummuleno in itinere hospitio exceptum ac  
liberaliter tractatum fuisse narrat: stomachi cru-  
ditatem quam ex ciborum copia, et præcipue Per-  
sicorum pomorum esu, contraxerat, eleganter ac  
lepide describit. Mummulenum ipsum egregie  
commendat.]

Dum mihi fessus iter gradior prope noctis in umbra,  
Solis in occasu, jam fugiente die:

Cum super undarum c viridantes gramine ripas,  
Pascua conspexi, pastus et ipse fui.

Hic oculis captus, voto ducente, trahebar,  
Deflectensque viam, prosperiora peto.

Mummulenus enim, qui celsa palatia regis  
Altis consiliis crescere rite facit,

Inter concives merito qui clarior exstat,  
Quemque super proceres unica palma levat,  
Nobilitate d potens, animo bonus, ore serenus,  
Ingenio solers, et probitate sagax,

Cui genus a proavis radiantis luce coruscat,  
Meritis ipse tamen vicit honore patres.

Huc ergo adveniens, epulis expletus opimis,  
Quem vidisse, mihi constitit esse cibum.

Fercula magna quidem, dapibus cumulata benignis, C  
Ac si colle tumens, discus onustus erat.

Undique montis opus medium quasi vallis habebat,

enim videtur esse Felix ille, qui Fortunati sodalis,  
et in studiis Ravennæ socius, postea creatus Tarvi-  
pensis episcopus est, ut diximus in Vita. Fortun., n.  
23 et 24. Ac sane hinc apte convenit hic versus:

Sed quoniam patriæ fuit aula sodalibus una,

qui haud scio an Felici, Jovini socero, ullo modo  
convenire possit. Bene vero Felici et Fortunato  
Tarvisius communis patriæ fuit, ut ostendimus in  
eadem Fort. Vita, num. 10.

a Unus Cod. Vat., affectuque fidens.

b Hic videtur esse Mummulenus qui *Suessonicus*  
appellatur a Greg. Tur., lib. x Hist. Franc., cap. 9,  
cujus filius Bobo Rigunthem, Chilperici filiam, de-  
duxit in Hispaniam, Reccaredo nupturam, uti nar-  
rat idem Greg., l. vi, c. 45; alter vero ejus filius  
Bodegisilus, cum ad Mauricium imp. profectus esset,  
legatus Childeberti regis, Carthagine in seditione  
populari occisus est injuria.

c Edit. Paris., viridant.

d Mummuleni genus nobilissimum fuisse et clarum  
in Gallia hinc intelligere possumus, quod Gregor.  
Turon., loquens de Bobone, Mummuleni filio qui  
comes itineris datus fuerat Rigunthi, de qua supra:  
*Erant autem, inquit, cum ea viri magnifici, Bobo  
dux filius Mummuleni cum uxore, quasi parany-  
phus, etc.*

e Edit. Parisiensis Bibliothecæ PP. an. 1544 sic  
legit hunc versum:

locus enim varie ventorum more fremebat.

f Ibid., mutabat mole.

g Et sine te.

h Unus Cod. Vat., sit tibi larga salus.

Quo meliore via piscis agebat iter.

Ille natans oleum, pro undis; pro cespite, discum  
Incoluit, cui pro gurgite mensa fuit.

Attamen ante aliud data sunt mihi mitia poma,  
Persica quæ vulgi nomine dieta sonant.

Lassavit dando, sed non ego lassor edendo,  
Vocibus hinc cogens, hinc tribuendo dapes.

Mox quasi parturiens subite me ventre tetendi,  
Admirans uterum sic tumuisse meum.

Intus enim tentrus vario rumore e fremebat,  
Viscera conturbans Eurus et Auster erant.

Non sic Æoliis turbatur arena procellis,  
Nec vaga per pelagus puppis adacta tremit.

Nec sic infantur ventorum turbine folles,  
Malleolis famulos quos faber ustus habet.

B Alter in alterius ructabat f mole surrutos,  
Et sine e me necum pugna superba fuit.

Sit tibi longa h aclus, celsa cum conjuge, rector,  
Et de natorum prole voceris avus.

Laudis honore potens, felicia tempora cernas,  
Et valeas dulces concelebrare jocos.

## CAPUT XV.

De Berulfo i comite k.

[Cum exspectaret Fortunatus ut a Berulfo ad pran-  
dium invitaretur, duplici interea se fame narrat  
laborasse. Ad extremum fausta pro ipso ac læta  
omina facit.]

Delicias, Berulfo, tuas spectando l libenter,  
Me fateor duplicem sustinuisse famem;

Sic ego credëbam, quarta l satiarer ut hora,  
Me nec ad octavam mensa benigna vocat.

Per vestras epulas didici jejunia gestans m,  
Litania n fuit prandia vestra magis.

i Hic Berulfus Turonum ac Pictavorum dux fuit,  
ut refert Gregor. Turon. lib. viii Hist. Franc., cap. 26.  
Is post Sigiberti mortem, cum ejusdem thesauros  
clam abstulisset, comprehensus a Childeberto rege,  
una cum Arnegisilo, ejusdem sceleris socio, in car-  
cerem conjectus est, ac nisi episcopi intercessis-  
sent, ferro vitam amisisset. Hæc ad an. 585.

Porro animadvertit Brow. ad hunc locum cum  
Sirmondo in notis ad Sidonium, hæc ætate, qua For-  
tunatus florebat, et inferiore in more fuisse, ut ex  
comitis honore et loco ad altiorem ducis palatini  
gradum ascenderetur; Illud vero utrumque gradum  
diserimen interfuisse, quod comes uni solum civitati  
præsideret, dux vero pluribus, sive integram provin-  
ciam administraret, in qua plures essent civitates,  
ac singule suos comitatus haberent. Videtur Sirm-  
mond., in notis ad epist. 17 lib. vii; Sædonii Apoll.,  
ubi pluribus exemplis res illustrat.

D J Hinc intelligi potest hoc carmen scriptum a For-  
tunato fuisse cum Berulfus adhuc esset comes, ac  
nondum Pictaviæ ac Turonicæ urbis ducatum fuisset  
adeptus. At is jam dux appellatur a Gregor. Turon.  
in Hist. Franc. ad an. 580, quo tempore Gregorius  
Berulfum in se iniquiorem expertus est, ut idem  
narrat lib. v, cap. 50. Quinimo verisimile est sub  
Sigiberto eo ducatu fuis et potitum, apud quem vale-  
bat auctoritate et gratia. Jam vero Sigibertus oc-  
cusus est an. 375, et ante quem annum proinde hoc  
poema elucubratum fuisse credendum est.

k Edit. Ven., exspecto libenter.

l Edit. Paris., satiarer hora.

m Unus Cod. Vat., jejunia gustans.

n Ibid., letania. Browerus pro li-anis jejuniur  
ipsum autumat hic indicari, quod illa, pro veteri

Det tibi vota Deus, per quem modo laeta notamus <sup>a</sup> : A Actibus eximii sic publica jura lovebat <sup>b</sup>,  
Hæc quoque dum scribo, plus satiatu agor. Ut juvenem regem redderes esse senem.

## CAPUT XVI.

De Condone <sup>b</sup> domestico.

[Condorem domesticum laudat ob honores quos virtute promeruerat, et in administranda regia domo singulari fide, quosque ille gradatim sub diversis Austrasie regibus fuerat consecutus.]

Temporibus longis regalis <sup>a</sup> dives in aula,  
Exitu meritum gloria, Condo <sup>d</sup>, tuis.  
Nam semel ut juvenem vigili te pectore vidit,  
Elegit tecum semper habere senem.  
Quis fuit ille animus? vel quæ moderatio sensus,  
Cum fueris tantis regibus unus amor?  
Mens generosa tibi pretioso lumine fulget,  
Quæ meri is propriis amplificavit avos.  
Floreo posteritas, per quam sua crescit origo,  
Et facit antiquos surgere laude patres.  
Nam si præfertur generis qui servat honorem,  
Quanta magis laus est nobilitare genus?  
Qui cupit ergo suam gestis attollere nomen,  
Ille tuum velox præmeditetur opus.  
A parvo incipias existi semper in altum,  
Perque gradus omnes culmina celsa tenes.  
Theodericus <sup>a</sup> ovans ornavit honore tribunum <sup>f</sup>  
Surgendi auspiciam jam fuit inde tuum.  
Theodebertus <sup>e</sup> enim comitivæ <sup>b</sup> præmia cessit,  
Anxit et obsequiis cingula digna tuis.  
Vidit ut egregios animos meliora mereri;  
Mox voluit meritis <sup>i</sup> amplificare gradus.  
Insultat cupiens, ut deinde domesticus esses,  
Crevisti subito, crevit et aula simul.  
Florebant pariter veneranda palatia locum,  
Plaudebat vigili disponente domus,  
Theodevaldi <sup>j</sup> etiam cum parva infantia vixit,  
Hujus in auxilium maxima cura fuit.

Ecclesiæ consuetudine jejunium semper haberent adjunctum.

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., *laeta notatur*.

<sup>b</sup> Edit. Ven. *Condane*. Domestici nominabantur ii qui in regia aula excubabant, et procurabant illa quæ ad necessarias pro regio apparatu et victu impensas pertinebant, ut legere est apud Greg. Tur., lib. I Hist. Franc., cap. 28. Hi numerabantur inter optimates regni, ac regi, cum cæteris palatii proceribus, in *placitiis* assidebant. Vide cl. Ruinart, in notis ad lib. VI Hist. Franc., c. 11, et lib. VII, c. 24, ubi refert eosdem vel *cubicularios* appellatos fuisse. Plura habet Dufresne in Gloss., ubi fusius de munere et gradibus *domesticorum* edisserit.

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat., *regali*, quod seq.

<sup>d</sup> Ven. Edit., *gloria, Conda, tuis*.

<sup>e</sup> Ibid. et duo Codd. Vat., *Theodericus*. Is fuit Clotarii frater, Clo-lovei filius.

<sup>f</sup> *Tribunus* erat exactor tributorum. Penes tribunos fuisse vel carcerum atque castrorum custodiam, apparet ex Vita sancti Germani Parisiensis episcopi, c. 62 et 68, a Fortunato conscripta, et ex Vita sanctæ Radegundis, c. 38, ubi etiam *tribuni fisci* nominantur.

<sup>g</sup> Theodebertus filius Theodorici fuit, cui successit in regno.

<sup>h</sup> *Comitiva* dicebatur dignitas comitis, ad quam videtur gradus fuisse honoris tribuni et locus. Videtur quæ de *comitivis* adnotavimus ad superius carmen.

B Et quod majus habet, hoc tua causa docet.  
Sic tuus ordo fuit, semper majora mereri,  
Vitaque quam senior, tam tibi crevit honor.  
Quæ fuerit virtus, tristis Saxona <sup>m</sup> cantat,  
Laus est arma truci non timuisse soni.  
Pro patriæ votis, et magno regis amore,  
Quo duo natorum funera clara <sup>o</sup> jacent.  
Nec graviter doleas cecidisse viriliter ambos,  
Nam pro laude mori, vivere semper erit.  
Lætitiam vultus hilari diffundit ab ora,  
Et sine nube animi gaudia fida <sup>p</sup> gerit.  
Munificus cunctis, largiis multa benignus,  
Et facis astrictos per tua dona viros.  
Sit tibi longa salus placidis felicior <sup>q</sup> annis,  
Atque suum reparat <sup>r</sup> proles optima patrem.

## CAPUT XVII.

Ad Gunduarium [M., Guntharium] <sup>s</sup>.

[Excusat litterarum brevitate Fortunatus, ac suæ in Gunduarium benevolentiam vix ullam paginam esse parem affirmat. Laudat deinde Gunduarium ob suavitate morum atque sermonis, ac reliquas ejusdem virtutes, præcipue vero in administranda

<sup>i</sup> Edit. Ven., *mox voluit meritis*.

<sup>j</sup> Ibidem et in tribus Mss. Vatic., *Theodebaldi*. Porro Theodebaldus Theodeberti filius fuit, qui patrem, vita functum, ipse immatura adhuc ætate, excepit in regno an. 518. Mortuo autem vel Theodebaldo, an. 555, Clotarius relictum ab illo regnum suo adjunxit, ut narrat Greg. Turon., lib. IV Hist. Franc., c. 9, sub quo Condo (ut hic refert Fortunatus) honorem suum ac locum retinuit, quemadmodum et sub Sigiberto Clotarii filio, cui Theodorici regnum obtigit, uti narravimus in Vita Fortun., n. 43.

<sup>k</sup> Ed. Ven., *publica jura forebas*. Unus Cod. Vat., *publica cura forebat; duo, forebas, quod placet*.

<sup>l</sup> Edit. Paris., *magno Sigiberti*.

<sup>m</sup> Illic præclive est intelligere, *convivas* regis præstitisse honorem gradu illis qui domestici nominabantur. In concil. Tolet. XII, can. 3, *convivæ* regis ii appellantur, quos *regia potestas participes mensæ suæ efficit*.

<sup>n</sup> Quod Sigibertus in Saxonas arma moverit, constat ex car. 5 lib. VI.

<sup>o</sup> Edit. Ven., *quod de natorum funere cura jacet*.

<sup>p</sup> Edit. Paris., *gerit*.

<sup>q</sup> Edit. Ven., et unus Cod. Vatic. et Edit. Paris. *felicibus annis*.

<sup>r</sup> Duo Codd. Vat., *proles optima*.

<sup>s</sup> Edit. Ven., *ad Gunduarium*.

regio patrimonio fidem ac diligentiam commen-  
dat.]

Si prodi verbis affectus posset amantis,  
Carmina plura tibi pagina nostra daret.  
Sed quod ab ore loqui nequeo, quod pectore gesto,  
Sit satis ex multis vel modo pauca dari.  
Nam si respicias votum per verba canentis,  
Malueram majus, qui tibi parva sero.  
Aspicimus sensum totum in dulcedine fusum,  
Quo sine nube doli, corde serena micant.  
Puro fonte rigans, nectar de fauce redundat,  
Cujus verba libens pectore, corde bibo.  
Providus, exertus, viligans, moderatus, honestus,  
Condimentum animæ mens tua semper habet.  
Reginæ egregiæ patr. monia celsa gubernas,  
Quæ tibi commisit, sensit ubique fidem.  
Nemo piæ poterat reginæ charior esse,  
Quam qui pro meritis talis et ipse foret.  
Gundari, longo vigeas placiturus in ævo,  
Conjuge cum propria luce perenne manens.

## CAPUT XVIII.

Ad Flavum.

[Suam in Flavum sedulitatem ac in mittendis ad  
ipsum literis diligentiam commemorat; tum eum  
amicè incusat, quod nihil ad sese litterarum re-  
mittat, rogatque ut quovis demum lubuerit modo,  
ad se rescribat.]

Ad charum toties mea pergit epistola Flavum,  
Sic monet officii sedula cura loqui.  
Nunc quoque prosaico, modo mittens carmina verso,  
Blandior afflatu debita solvit amor.  
Quin tibi pauca ferat, qui vult iter ire viator,  
Nemo mihi tacite prætereundus abit.  
Fœtus amicitiae te, ut pagina, sæpe requirit,  
Et si vir desit portitor, aura placet.

<sup>a</sup> Edit. Ven., et unus Cod. Vat., *corda serena micant*,  
quod placet.

<sup>b</sup> An hæc Theodechildis regina suis censenda  
est, cujus pietatem egregie laudat Fortunatus, l. b.  
vi, cap. 5, cujus forte negotia gerebat Gundarinus?

<sup>c</sup> Edit. Ven., *blandior effectu*; fortasse, *affectu*.  
Unus Cod. Vat., *blandior afflatu*.

<sup>d</sup> Tres Codd. Vat., *totus amicitiae*.

<sup>e</sup> Edit. Ven. et unus Cod. Vat., *pagina requirat*.

<sup>f</sup> In Ven. Edit. *interpungitur ante portitor*.

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., *potior aura placet*.

<sup>h</sup> Edit. Ven., *nubila pendo*.

<sup>i</sup> Hujusmodi loci hic videtur esse sensus: an  
ideirco non scribis quod chartæ inopia laboras? Char-  
ta vero solebat rotari, unde et *rotulus* videtur appel-  
lari, charta videlicet in orbis, seu rotæ, figuram  
convoluta. At si, inquit, res ita se habet, corticem  
e fago, quo fasciæ instar cingitur, excindas, et in  
cortice, tanquam in charta, scribas. Edit. Paris.,  
*fascia sagum*.

<sup>j</sup> *Achæmenis* (ait Brow.) habet, cum veteribus  
libris, Ms. Trevir. Favent huic lectioni Edit. Ven.  
et tres Codd. Vatic. *Signa vero Achæmenia* (subdit  
idem Brow.) *accipit Persica aut Parthica*. Colon Ms.  
refert et *Ammonis*, ut idem sit (opinatur idem Bro-  
werus) ac *obscuris et involutis*. A Jove quippe Am-  
mone eam vocem putat derivatam, cujus oracula  
erant in primis obscura. Sangallensis Ms. Glossa re-  
fert: *Achæmenis, id est Chaldaicis*. Addit Browerus,  
si signa Achæmenia pro Persicis signis sumuntur,  
nullum dubium remanere, cum et Sidon. in Panegyrr.,

A Attonitis animis ego per vaga nubila prendo,  
Nullaque suscipio signa relata manu.  
An tibi charta parum peregrina merce rotatur?  
Non amor extorquet quod neque tempus habet?  
Scribere quo possis, discingat fascia sagum,  
Cortice dicta legi sit mihi dulce tui.  
An tua Romuleum fastidit lingua susurrum?  
Quæso vel Hebraicis reddito verba notis.  
Doctus Achæmenis quævis perscribit signis,  
Aut magis Argolico pange canora soplio.  
Barbara fraxineis pingatur runa tabellis,  
Quodque papyrus agit, virgula plana valet.  
Pagina vel redeat perscripta dolatilis charta,  
Quod relegi poterit, fructus amantis erit.

## CAPUT XIX.

Ad Flavum et Evodium.

[Flavi et Evodii fratrum germanam in eadem cor-  
porum similitudine charitatem et concordiam com-  
mendat, quibus se tertium additum esse affirmat,  
ac poscit ut ad hunc amorem arctius vincendum  
vel litterarum colloquia accedant.]

Quam bene conveniunt genitor quos sustulit unus,  
Si simul hos unum pectus utrosque tenet?  
Visceribus in eisdem genitos Flavum Evodiumque,  
Prorsus amore uno viscera nostra tegunt.  
Alter in alterius mihi visu visus habetur,  
Et fratris speciem fratris imago dedit.  
Unius ex facie facies mihi nota secundi,  
Sic speculo similem forma repressa refert.  
C Ergo pari voto paribus dans vota salutis,  
Ambos inter ego tertius alter ero.  
Hoc cupiens, ut quos charis amplexibus idem  
Tres amor unus habet, nos quoque charta liget.

quem Anthemio recitavit, dicat:

Interea te, Susa, tremunt, ac supplicè cultu  
Flectit Achæmenius lunatam Persa thalam.

Cum autem tam apertum Sidonii testimonium ha-  
beramus, quid opus est ut conjecturas aucupemur?  
Certe Herodotus, lib. iii, principem generis Cyri,  
Achæmenem appellat, et Persas Achæmenidas, ut  
inde vel litteras Achæmenias pro Persicis usurpatis  
sit existimandum.

<sup>k</sup> Dani litteras suas *runas* appellabant: quarum  
quibusdam utebantur ad res gestas scripto consi-  
gnandas, alias magicis in præstigiis adhibebant. Eas-  
dem solebat oblongis baculis inscribere. Brynol-  
phus in notis ad Sax. Mss.: *Antiqui, ait, suas runas*,  
*hoc est litteras tabellis ligneis commiserunt*, etc. Plura  
habet ad hanc vocem Brow.; quæ lege, si lubet.  
At cl. Scipio Maffei in opere cui titulus *Verona*  
*illustrata*, contendit ex Salmasio, de Hellen., et Joan.  
Petro Ludovig, in introduct. ad monetas Græcas,  
easdem esse litteras runicas, ac Græcas et Lat. Car-  
te hic a Fortunato, a quo primum eas vult usurpatis  
fuisse, aperte distinguuntur, præsertim cum *runas*  
*barbaras* appellet. Unus Cod. Vat., habet *rhuna*, cum  
aspiratione. Idem Cod. Ms. sancti Germani Parisien-  
sis. Item in veteribus libris aliis hanc vocem legi  
cum aspiratione, animadvertit Brow. In Calar. si-  
cui et in Ven. Edit. *ran*: pro *runa* mendose legitur.

<sup>l</sup> Dolatilis chartæ nomine nil aliud videtur signifi-  
ficari quam tabula ad usum scribendi edolata.

<sup>m</sup> Edit. Ven., *visceribus genitos isdem*.



## CAPUT XX.

*Charissimo et omni gratia praedicando Sigismundo  
Fortunatus salutem.*

[Seam in Sigismundum sollicitudinem ac diligentiam declarat, petitque ut se de Italiae ac Germaniae rebus, cujusmodi erant tunc faciat certiore.]

Fixas amore tuo, votis inhiantibus adstans,  
Quae tibi, chare, salus, saepe requiro viros.  
Quisque viator adest, properans Aquilonis a ab axe,  
Quamvis festinum b, sollicitando, moror,  
Seu privata virum, seu publica cura citabit,  
Hunc nisi perconter, nullus abibit iter.  
Quam vegetus membris, quae te loca c chare, co-  
ercent  
Ordine disposito cuncta requirit amor.  
Si gravis arma tenens Italas terit hospes arenas,  
d Aut quae Francus habet, pagina pandat, age.  
Quid geris, oro, refer, tamen, ut queo, longius opto,  
Vivas pars animae dimidiata meae.

## CAPUT XXI.

*Ad Sigismundum et Aregisilum* \* [Ms., *Alagisum*].

[Acceptis Sigismundi et Aregisili fratrum litteris, qua fuerit laetitia affectus declarat, atque ex eorum in Gallias adventu fausta sibi omnia et tranquilla ominatur.]

Nomina amicorum mihi dulcis epistola pandit,  
Hinc Sigimunde nitens, hinc Aregisle decens.  
Prosperitas felix ventorum flamina fudit,  
Quando mihi charos nuntiat aura viros.  
Testor utrumque caput, tantum mea vota juvantur,  
Quantum sit florens lata sub imbre seges.  
Nesciam rapidis aestivo tempore flammis,  
Nectarei fontis me recreastis aquis.  
Post Italas terras mittis mihi, f Rhene, parentes,  
Adventu fratrum non peregrinus ero.  
Tempore belligero pacis nova gaudia surgunt,  
Hic quia venerunt quos meus optat amor.  
Qui mihi e festiva diei duplicatis honorem,  
Sic vester crescat, munere regis h, honor.

<sup>a</sup> Sigismundus, videlicet, ad quem scribit, videtur in Germania degisse, ut magis apparet ex seq. carmine.

<sup>b</sup> Edit. Ven. :

Quamvis forte nimis sollicitando moror.

<sup>c</sup> Edit. Paris., *rite coercent.*

<sup>d</sup> Edit. Paris., *Francos aut quis habet.*

<sup>e</sup> Duo Codd. Vat. *Alagisum* habent : atque ita deinceps.

<sup>f</sup> Edit. Paris., *quippe parentes.*

<sup>g</sup> Edit. Ven. :

Qui me festiva diei duplicatis honore.

Edit. Paris., *qui fortiva die mihi.*

<sup>h</sup> Hinc licet intelligere Sigismundum et Aregisilum, in regno Sigiberti (quod ut alias diximus vel in Germaniam procurrebat) publicum aliquod munus gessisse.

<sup>i</sup> Referendarii apud reges Francorum erant ii quibus regii annuli custodia fuerat demandata, ac ipsi diplomata obsignabant, ut patet ex Greg. Tur., lib. v Hist. Franc., c. 3. Cl. Mabillon., de Re diplo., l. n. c. 11, fusius edisserit de officio ac prerogativis referendarii. Utrum vero hic idem Boso fuerit qui

## A

## CAPUT XXII.

*Ad Bosonem referendarium* <sup>1</sup>.

[Regi et ejus ministris (inter quos erat Boso) incolunitatem ac faustitatem a Numine precatur, e florentis regni regisque fortuna augurans, Bosonem quoque ipsum diu felicem et incolunem futurum. Postremo quemdam se anxie expectare ostendit.]

Sic regat i omnipotens radiantia culinina regis,  
Atque ejus causas arma superna regant.  
Sic dominum ac servos divina potentia servet,  
Et patriae maneat, hoc dominante, salus.  
Sic placido regi summus, prius auctor ab alto,  
Qui dedit ante Petro, porrigit ipse manum.

Sic te longavi comitetur gratia regis,  
Et florente illo, gaudia fixa metas.

Hoc rogo quam citius veniat, quicumque jubetur,

B Ne gravet ultra animos hic mora tarda meus.  
Nam qui k festinat statuit quod certa voluntas,  
Si votum acceleret, dulcius esse solet.

Illud enim nimium per verba precantia posco,

Commender domino, te memorante, meo.

Actibus excellens maneat per saecula felix,

Et memor ipse mei, dulcis amice, vale.

## CAPUT XXIII.

*Ad Paternum.*

[Paternum laudat ex nominis etymologia, et ejus in se liberalitatem commemorat.]

Nominis auspicio fulgent tua facta, Paterne <sup>1</sup>,

Munere qui proprio te facis esse patrem,

Servitii nostri non immemor omnia praestas

Et tibi devotis das pia vota libens.

C Ut bona distribuas, modo qui tam promptus haberi,

Unde magis praestes, amplificentur opes.

## CAPUT XXIV.

*Versus in m Gavata* <sup>2</sup>.

[Occasione quarumdam paropsidum argentearum, ac verborum iisdem inscriptorum, Fortunatus integritatem ac puritatem animi ex illo opere ac materia legenti commendat.]

Qui legis in pulchro circumdata verba metallo,

Si venias o purus, hoc imitaris opus.

*Guntramnus Boso dux a Greg. Tur. appellatur passim in Hist. Franc., cum is Guntramni regis copias duceret, haud lubet definire. Si ergo is fuit, antea referendarius fuisse dicendus est, postea vero dux creatus.*

<sup>1</sup> Edit. Ven., *sic legat Omnipotens.*

D <sup>k</sup> Ibid., *nam si festinet*

<sup>1</sup> Hic idem Paternus esse videtur ad quem exstat supra scriptum car. 32 lib. III.

<sup>m</sup> *Gavata* dicebantur lanceae, sive paropsides, epulis continendis aptae, quasi *cavatae*. Hinc Isidor., lib. xx Orig., cap. 4 : *Lancis gavata, quasi cavata, g pro c littera posita. Hinc et concha; sed illa cavata, ista concavus*; et in Gloss. Dufres. *Paropsis gavata, vel catinus*, Fortunatus eodem vocabulo usus est, ad Agnetem scribens, c. 10, l. xi, iniquens :

Carnea dona tumens argentea gavata perfert.

Browerus censet hoc nomen manasse a *coucha*, cuius figuram *gavata*, sive *gabata*, pra se ferret, quae a Gallis, ait, *cavette* dicitur. Hoc nomen vel ab ethnicis scriptoribus usurpatur, ut animadverit idem Brow.

<sup>n</sup> Edit. Ven., *in cavatis.*

<sup>o</sup> Ibid., *si venies purus.*

Nam velut argentum calida fornace probatur,  
Sic se purgato pectore prodit homo.

## CAPUT XXV.

Ad convivam

[Convivam, ad domesticas, ac vulgares epulas invitatum, amore laute exceptum fuisse ostendit.]

Qui venis ad charos conviva fidelis amicos,  
Quod minus est epulis, plus in amore capis.  
Non a hæc per pelagus peregrinus detulit hospes,  
Sume libens patrii quod genuere lares.

## CAPUT XXVI.

Ad eundem.

[Poetam quemdam a seriis curis ad convivii festivitatem, invitat, ita tamen, ut, miscens jocos, honestatem tueatur.]

Quamvis doctiloquax te seria cura fatiget,  
Huc veniens festos misce, poeta, jocos.  
Sic tamen, ut propriam rationem servet honestas,  
Nam solet incautus sermo movere manus.

## CAPUT XXVII.

De brevitate vitæ.

[Ex vitæ brevitate et infirmitate virtutes animi ac celestes delicias commendat.]

Vita brevis hominum, fugiunt præsentia rerum,  
Tu cole quæ potius non moritura manent.  
Erige justitiam, cole pacem, dilige Christum.  
Expete delicias, quas sine fine geras.

## CAPUT XXVIII.

Ad eundem.

[A strepitu ac negotiis forensibus quemdam ad convivii jucunditatem ac securitatem invitat.]

Pelle Palatinas post multa negotia rixas,  
Vivere juctunde mensa benigna monet.  
Causæ, iræ, strepitus sileant, fora, jurgia, leges,  
Illic placeat requies, quam dat amica dies.

## CAPUT XXIX.

Ad convivam.

[Rogat convivam ut, litium ac jurgiorum depositis studiis, liberum ac tranquillum animum ad convivium afferat.]

<sup>a</sup> Ven. Edit., non te per pelagus.

<sup>b</sup> Edit. Ven., te semper cura fatiget.

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat., servet honestus. Ven. Edit., honesti.

<sup>d</sup> Edit. Ven., tene pacem.

<sup>e</sup> Edit. Paris., reptant fora.

<sup>f</sup> Ed. Ven. hæc rogo; duo Codd. Vat., quem rogo.

<sup>g</sup> Edit. Ven., et unus Cod. Vatic., ad prandia refer.

<sup>h</sup> Edit. Ven.,

Qui venit huc nostras epulas cognoscere mensæ.

<sup>i</sup> Edit. Paris., redigi virtute.

<sup>j</sup> Ad hunc eundem Galactorum scribit Fortunatus, lib. x, cap. 23, quo in carmine gratulatur quod is o defensor judex renuntiatos fuisset, atque eidem amplioris dignitatis accessionem auguratur. Itidem indicat quod is jam comes Burdigalensis esset, hisce versibus:

Venisti tandem, quod debebaris, amice,

A Te rogo, pacificos animos ad prandia defer:  
Hostem quære alibi, si tibi pugna placet.  
Deliciis mediis lites agitare recuses;  
Arma tibi campus, mensa ministret olus.

## CAPUT XXX.

Ad eundem.

[Invitat quemdam, ac flagitat, ut quam magnanimitatem habet in rebus bellicis, eandem ad civiles afferat. Convivium suum non tam ex cibis quam ex benevolentia commendat.]

Si tibi magnanimus rigida virtute videtur,  
Secure ad calices fortia bella refer.  
Qui venit huc nostræ dapes cognoscere mensæ,  
Commendet positos gratia sola cibos.

B

## CAPUT XXXI.

Ad Galactorium i comitem.

[Sæpius se optasse narrat Fortunatus ut nauta fieret, quo, secundis ventis ac fluctibus, Burdegalam quamocissime perveniret, ac Galactorium comitem inviseret. Sed inde se deterritum fuisse narrat ex periculose navigationis metu. Quod tamen egisset præsens, per literas se dicit præstare. Ad extremum toti Galactorii domui bona ac facta precatur, et rogat ut se pontifici Burdegalensi commendet.]

Sæpius optaram fieri me remige nautam,  
Cursibus undifragis ut ratis iret aquis.  
Flatibus aut rapidis per dorsa Garunnica ferret,  
Burdegalense petens ut celer actus iter,  
Velaque fluctivagum traherent, Aquilone secundo,  
Me quoque littore redderet aura sinu,  
Qua pius antistes sacra Gundegisilus offert,  
Culmine pro populi qua micat ara Dei,  
Tu quoque, quo resides, meritis comes ample serenus.  
Chare, Galactori, sedula cura mihi.  
Cui rite excellens rex Gunthe amicus honores  
Majus adhuc debet, qui tibi magna dedit.  
Cum tamen hoc vellem, timor obstitit, et Ilunus ille  
Qui cumulo rapidæ mons fremit albus aquæ.  
Dulcedo invitat civilis, et unda repugnat,  
Sic vocat, atque vetat hinc amor, inde pavor.  
Plane hoc, quod superest, solvat vel epitola currens,  
Littera, quod facerem, reddat amore vivens.

Ante comes merito, quam datus esset honor, Burdigalensis eras, et cui defensor, amator.

D

<sup>k</sup> Edit. Paris., Garonna.

<sup>l</sup> Gundegisilus successit Berichramno in sede Burdigalensi an. 585, antea comes Santonicus, cognomento Dodo, ut refert Greg. Turon., Hist. Franc. lib. viii, cap. 22. Is deinde operam suam interposuit in sedandis gravibus turbis ac dissidiis ortis in monasterio Pictaviensi post obitum sanctæ Radegundis.

<sup>m</sup> Edit. Ven., qui micat aula Dei. Duo Codd. Vat., qui micat.

<sup>n</sup> Edit. Ven., tu quoque qui resides.

<sup>o</sup> Ibid., currit et excellens, corrupte.

<sup>p</sup> Ibid., obstitit ultimus ille. Edit., Paris., extimus ille. Sed pleraque Mss. Hunus ille, sicuti et Codd. Vat. in Trev. et Colon., Ethimus, ut refert Brow. Porro Ilunus, mons, sive scopulus, videtur esse ad Garunnam fluvium positus, qui periculum navigationibus crearet.

<sup>q</sup> Edit. Ven., quod facilem reddat.

Maxime uocare igitur te, dulcis amico, saluto,  
Speraus a Domino te superesse dia.  
Cumque domo, sociis, antistite, conuge, natis,  
Vive comes, cui sint iura regenda ducis:

• Edit. Ven., quod forte.

• Unus Codd. Vat., *redundent*.

• Videtur hoc loco jocari Fortunatus, ac muneris aliquod a Galactorio, pro scripto poemate, efflagitare.

A Pontifici summo commender, opime, precatu,  
Sic tua pars meritis sit data dextra polis.  
Si superest aliquid, hoc a forte tributa redundant,<sup>b</sup>  
Qui modo mitto apices, te rogo mille pices •.

Ambigit Browerus utrum picis nomine tæda, vel liquore pinu collectus, an monetæ genus, indicetur, atque propensior est ut hoc postremum significari putet.

## LIBER OCTAVUS.

### CAPUT PRIMUM.

De a nomine suo ad diversos.

[Fortunatus scribit ad poetas et oratores universim, et nominatim ad Christianos, de fortuna sua et conditione; tum, occasione data, Radegundem egregie laudat, cujus votis ac precibus in Gallia se uarrat remansisse; singulos inuitat ad extremum quo pia carmina ac literas mittant ad eandem Radegundem.]

Aonias avido qui lambitis oro camœnas.  
Castalibusque<sup>b</sup> quibus sumitur arte liquor,  
Quos bene<sup>c</sup> fruge sua Demosthenis horrea ditant,  
Largus et irriguis implet Homerus aquis,  
Fercula sive quibus fert<sup>d</sup> dives uterque minister,  
Tullius ore cibum, pocula fonte Maro;  
Vos quoque, qui nunquam morturas carpitis escas,  
Quas paradisiaco germine Christus habet<sup>e</sup>,  
Facundo tonitru penetrati, qui retinentur  
Nunc monitis Pauli, postea clauē Petri,  
Fortunatus ego hinc humilis prece, uocē salato.  
Italæ genitum Gallica rura tenent.  
Pictavis residens, qua sanctus Hilarius olim,  
Natus in urbe fuit, notus in orbe pater.  
Eloquii currente rota, penetravit ad Indos,<sup>f</sup>  
Ingeniumque potens ultima Thetis<sup>g</sup> colit.  
Perfundens cunctas, uice solis, lumine terras,  
Cajus dona Sacæ<sup>h</sup>, Persæ, Britannus habet.

<sup>a</sup> Unus Codd. Vat., *ex nomine suo*.

<sup>b</sup> Ibid., *Castalibusque quibus*.

<sup>c</sup> Edit. Paris., *farre suo*.

<sup>d</sup> Unus Codd. Vat., *quibus fere diues*.

<sup>e</sup> Edit. Ven., *Christus alit*. Tres Codd. Vat., *Christi adit*.

<sup>f</sup> Edit. Ven. et duo Codd. Vatis., *Thyē colit*.

<sup>g</sup> Edit. Ven. et tres Codd. Vat., *cujus dona favens*. Brow. ex Mss. se restituisse dicit *Sacæ*; additque *Sacæ* a Persis appellatos Scythas, ut constat ex Plinio, l. vii, c. 37, et Strabone, l. xi.

<sup>h</sup> Unus Codd. Vat. et Edit. Paris., *laxavit honore pruinas*. Animadvertit Brow. Fortunatum hoc in loco uisitantem Prudentium, qui in Apotheosi sic ait:

Laxavit Scythicas, uerbo penetrantē, pruinas  
Vox evangelica.

<sup>i</sup> Vide Fortunati Vitam, n. 51.

<sup>j</sup> Hermenefridus Radegundis patruus fuit, is qui Radegundis ipsius patrem necandum curauit. Ipse postea magno prælio victus a Theodorico et Clotario, Francorum regibus, iussu Theodorici (ut creditum est), e muro præcipitatus interit. Leges Greg. Tur., l. iii, cap. 8.

<sup>k</sup> De Hamalfredo, Radegundis patruelo, atque bejusque in illum singulari charitate, lege poema quod De Thoringæ excidio inscribitur, quod habes infra positum in suppl. ad Op. Fortunati.

Christicola Scythicas laxavit amore<sup>b</sup> pruinas,  
Dogmate ferventi frigida corda calent.  
Martinum<sup>c</sup> cupiens, voto Radegundis adhæsi,  
Quam genuit cælo terra Thoringa sacro.  
Germine regali pia neptis Hermenefredi<sup>d</sup>,  
Cui de fratre patris Hamalfredus<sup>e</sup> adest.  
Mens ornata bonis fugitivos spernit<sup>f</sup> hondros,  
Sciens<sup>g</sup> in solo firma manere Deo.  
Regia lactineo<sup>h</sup> commutans palfia cultu,  
Villior ancillæ vestis amata tegit.  
Splendida serraco<sup>i</sup> quondam subvecta superbo,  
Nunc terit obsequio planta modesta lutum.  
Quæ prius insertis onerata est dextra smaragdis,  
Servit inops famulis sedulitate suis.  
Aulæ celsa regens quondam, modo jussa mini-

[strat,

Quæ dominando prius, nunc famulando placet.  
Paupertate potens, et solo libera voto,  
Clarius abjecto stat radiata loco.  
Aurea fulera tenens<sup>j</sup> jam tum sibi vilis honore,  
C Effugit exstructum, pulvere fusa, torum.  
Si contemnatur, tunc nobilis esse fatetur,  
Et putat esse minor, si datur ullus honor.  
Parca cibo Eustochium superans, abstemia Paulam,  
Vulnera quo curet, dux Fabiola monet<sup>k</sup>:

<sup>l</sup> Edit. Ven. et duo Codd. Vat. et Edit. Paris., *spreuit honores*.

<sup>m</sup> Edit. Ven., *mallens in solo*. Edit. Paris., *noscens in*.

<sup>n</sup> Hic adnotari potest, hæc optime conuenire cum iis, quæ leguntur in Regula S. Cæsarii (quæm Radegundis sequebatur) n. 42: *Tinctura in monasterio nulla alia fiat, nisi laja, et lactina: quia aliud humilitati Virginum non oportet*. In iisdem observat., de quibus supra, Petrus Seruierius in epistola ad Rosveidum, uult nomine *uestis Catacliste*, de qua Fortunatus lib. iii de Vita S. Martini pag. 447, indicari genus vestis *stragulæ nivæ, ac lotæ*, inquit: *stragulæ vestis genus Casacthon est, ut ad Afrum illum jam pridem viri docti adnotarunt*. Unus scilicet antea fuerat testimonio Apuleii Milesiæ narrantis: *vestis nivea, et Cataclista prænitens sequebatur choræ*. Idem uocem *effera*, qua utitur Fortunatus eodem in loco, interpretatur *extantem, sive prominentem*, dicens: *Empocephora proprie apud architectos projectura est multorum quos hodierni architecti corvus uocant*. Confer hæc cum iis quæ nos adnotauimus ad eandem locum Fortunati, ac utra uidentur esse meliora. lector sibi deligat. Edit. Venet., *Regia lactifero*. Edit. Paris., *Regia lauifico* [forte *lanifico*].

<sup>o</sup> Vide, supra, notas in carmen septimum lib. vii. Edit. Paris., *splendida ferrato*.

<sup>p</sup> Edit. Paris., *tantum sibi*.

<sup>q</sup> Radegundis hic cum Fabiola, matrona Romana,

Melaniam studio reprensans, pietate Blesillam,  
 Marcellam votis <sup>a</sup> æquiparare valens,  
 Obsequio Martham renovat, lacrymisque Mariam,  
 Pervigil Eugeniam, vult patiendo Teclam.  
 Sensibus ista gerit quidquid laudatur in illis,  
 Signa recognosco quæ prius acta lego.  
 O. uia despiciens, et adhuc in corpore constans,  
 Spiritus hic vivit, sed caro functa jacet.  
 Terram habitans, cœlo intrat, bene libera sensu,  
 Atque homines inter jam super astra petit.  
 Cujus sunt epulæ, quidquid pia regula <sup>b</sup> pangit,  
 Quidquid Gregorius Basilisque docent,  
 Acer Athanasius, quod lenis Hilarius edunt,  
 Quos causæ socios lux tenet una duos,  
 Quod tonat Ambrosius, Hieronymus atque coruscant,  
 Sive Augustinus fonte fluente rigat,  
 Sedulius dulcis, quod Orosius edit acutus,  
 Regula Cæsarii <sup>c</sup> linea nata <sup>d</sup> sibi est.  
 His alitur jejuna cibus, palpata nec unquam  
 Fit caro, sit nisi jam spiritus ante satur.  
 Cætera nunc taceam, melius quæ <sup>e</sup> teste Tonante,  
 Judicioque Dei glorificata manent.  
 Cui sua, quisque potest, sanctorum carmina vatum  
 Mittat in exiguis munera larga libris.  
 Se putet inde Dei <sup>f</sup> dotare manentia templa,  
 Quisquis ei votis scripta beata ferat.  
 Hæc quoque qui legitis, rogo, reddite verba salutis,  
 Nam mihi charta levis, pondus amoris erit.

## CAPUT II.

*De itinere suo, cum ad dominum Germanum <sup>g</sup> ire deberet, et a domna Rhadegunde teneretur.*

[Fortunatus, instante die quo ad Germanum, Parisiensem antistitem, sibi erat proficiendum, Rhadegundæ amore retentus se retineri: quorum uterque sibi erat charissimus; sed alter episcopali loco et gradu anteibat, altera vero sibi ob majorem charitatem erat conjunctior. Quamvis itaque a Rhadegunde corporis præsentia erat abfuturus, animo semper tamen se præsentem futurum affirmat.]

Emicat ecce dies, nobis iter instat agendum,  
 Debita persolvens, emicat <sup>h</sup> ecce dies.  
 Me vocat inde Pater radians Germanus in orbe,  
 Hinc retinet Mater, me vocat inde Pater.  
 Dulcis uterque mihi, voto amplectente, cohesit,  
 Plenus amore Dei, dulcis uterque mihi.

penitentia laude, comparatur: quæ postrema cum D  
 maritum repudiasset, ac novas, eo superstite, nuptias  
 iniisset, usa civilis legis indulgentia, hujusce noxæ  
 expiandæ causa, gravi ac diuturna penitentia per-  
 functa est. De ipsa encomium texit Hieron. epist. 84.

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., *vobis æquiparare*. Edit. Paris.,  
*æquiparare volens*.

<sup>b</sup> Edit. Paris., *pandit*.

<sup>c</sup> Vide quæ in Vita Fortunatii diximus, num. 82.

<sup>d</sup> *Linea lata sibi est*.

<sup>e</sup> Edit. Ven., *melius quia teste*.

<sup>f</sup> Edit., Paris, *ædificare*.

<sup>g</sup> Titulus in Edit. Ven. sic habet: *Cum ad dom-  
 num Germanum rediret*. Obiit sanctus Germanus Pa-  
 risiensis an. 576, ante quod tempus proi de hoc  
 poemate elucubratum fuit.

<sup>h</sup> Vide quæ de hoc poem. genere diximus in notis  
 ad carmen 3, lib. 1.1.

A <sup>1</sup> Charior hæc animo quanquam sit, et ille beato,  
 Charior <sup>1</sup> ille gradu, charior hæc animo.  
 Mens tenet una duos æquali calce viantes,  
 Ad pia tendentes mens tenet una duos.  
 Proficit alterutrum quidquid bene gesserit alter,  
 Unius omne bonum proficit alterutrum.  
 Sunt quia corde pares, jussus non ire recuso,  
 Obsequar ambobus, sunt quia corde pares.  
 Nec tamen hinc abeo, quamvis nova tecta videbo,  
 Corpore discedo, nec tamen hinc abeo  
 Hic ego totus <sup>2</sup> ero, nec corde, ac mente revellor,  
 Sic quoque dum redeo <sup>3</sup>, hic ego totus ero.  
 Porrigat arma mihi cœlestia Mater eunti,  
 Ut sibi plus habeat, porrigat arma mihi.

## CAPUT III.

B *Hymnus <sup>m</sup> de nativitate Domini.*

Agnoscat omne sæculum

Venisse vitæ præmium:

Post hostis asperi jugum,

Apparuit redemptio.

Isaias <sup>n</sup> quæ concinit,

Completa sunt in Virgine,

Annuntiavit angelus,

Sanctus replevit Spiritus.

Maria ventre concipit

Verbi fideli <sup>o</sup> semine,

Quem totus mundus <sup>p</sup> non capit,

Portant puellæ viscera.

Radix Jesse floruit,

Et virga <sup>q</sup> fructum edidit.

Fecunda partum protulit,

Et virgo mater permanet.

Præsepe poni pertulit,

Qui lucis auctor exstitit,

Cum Patre cœlos condidit,

Sub matre pannos induit.

Legem dedit qui sæculo,

Cujus decem præcepta sunt

Dignando factus est homo,

Sub legis esse vinculo.

Adam vetus quod polluit,

Adam novus hoc abluit,

Tumens quod ille dejecit,

Humillimus hic erigit.

<sup>1</sup> Edit. Paris. habet:

Charior hæc animo, sacer ille et honore beato.

<sup>2</sup> Duo Codd. Vat., *clarior*.

<sup>3</sup> In uno Cod. Vat., *hic ego totus ero, idque bis*.

<sup>m</sup> Unus Cod. Vatic., *sic quoque dum redeo, cor-  
 rupte*.

<sup>n</sup> Hic hymnus deest in Ven. edit., et tribus Mss.  
 Codd. Vat. Deerat item in Mss. quæ Brow. præ ma-  
 nibus habuit. At Morbachensis Cod., quo usus Fabricius  
 est, eum exhibebat, e quo duo cola *Præsepe*, etc.,  
*Legem dedit*, etc., quaternis iambis constantia, se  
 desumpsisse Br. werns profitetur. Legitur quoque in  
 Hymnario cl. Tomasi sub hoc titulo: *Venantii, Ho-  
 norii, Clementianii, Fortunatii, episcopi Pictaviensis*.

<sup>o</sup> In hymn. supra laudato, *Esaiqs quæ cecinit*.

<sup>p</sup> Ibid., *verbi fidelis*. Ita et Fabricius.

<sup>q</sup> Ibid., *quem totus orbis*. Ita et Fabricius.

<sup>r</sup> Ibid., *et virgo fructum Fabric., fructus*.

Jam nata lux est, et salus,  
Fugata nox, et vita a mors.  
Venite, gentes, credite,  
Deam Maria protulit.

CAPUT IV.

*De sancta Maria.*

Quem b terra, pontus, æthera  
Colunt, adorant, prædicant,  
Trinam regentem machinam :  
Clastrum Mariæ bajulat.  
Cui luna, sol et omnia  
Deserviunt per tempora,  
Perfusa cœli gratia,  
Gestant puellæ viscera.

Mirantur ergo sæcula,  
Quod angelus fert semina,  
Quod autem Virgo concipit,  
Et corde credens accipit.

Beata Mater munere,  
Cujus supernus artifex,  
Mundum pugillo continens,  
Ventris sub arca clausus est.

Beata cœli nuntio,  
Fecunda sancto Spiritu,  
Desideratus gentibus  
Cujus per alvum fusus est.

*Divisio.*

O Gloriosa Domina,  
Excelsa super sidera,  
Qui te creavit provide,  
Lactasti sacro ubere.

Quod Eva tristis abstulit  
Tu reddis almo germine ;  
Intrent ut astra stebiles,  
Cœli fenestra facta est.

Tu Regis alti janua,  
Et porta lucis fulgida :  
Vitam datam per virginem,  
Gentes redemptæ, plaudite.

Gloria tibi, Domine, etc.

CAPUT V.

*De sancta Maria.*

Ave, maris stella,  
Dei Mater alma,  
Atque semper virgo,  
Felix cœli porta.

Sumens illud ave  
Gabrielis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Evæ nomen.

<sup>a</sup> Fabric., *victa mors*, quod placet.

<sup>b</sup> Iste quoque hymnus, sicut et sequens, in honorem sanctissimæ Deiparæ scripti, quos Ecclesia usu suo jam consecravit, leguntur sub hac epigraphe in dicto Hymn. cl. Tomasi : *V. II. Fortunati, episcopi Pictaviensis*, quos proinde hymnos hic attexere visum est.

<sup>c</sup> Hoc Poema, quod in vulgatis mancum ac discriptam reperiebatur, Mss. ope Browerus restituit. In Ven. quoque edit. et in mss. Vat. dissipatum reperitur hoc carmen, laceris ejusdem partibus qua in carmine 7, lib. vi, de Gelesuintha inscripto, qua in

A

Solve vincla reis,  
Profer lumen cæcis,  
Mala nostra pella,  
Bona cuncta posce.  
Monstra te esse matrem.

Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus  
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos,  
Mites fac, et castos.

Vitam præsta puram,  
Iter para tutum,  
Ut videntes Jesum,  
Semper collætémur.

B

Sit laus, etc.

CAPUT VI.

*In nomine c Domini nostri Jesu Christi, et dominiur  
mæ Mariæ, matris ejus. De virginitate.*

[In hoc poemate de virginitate, quod scriptum est Agneti abbatissæ, celestium spirituum chori, aliorumque sanctorum, cœtus ac festa describuntur. In eodem Radegundis egregie laudatur, atque ejus exemplum ad virtutis studium et imitationem Agneti proponitur. Postremo celestis triumphus, et Christus, in concione sanctorum, arduos virginitatis labores ejusque laudes et fructus prædicans inducitur, ac quanto illa anteat conjugio, cum ex propriis ejus laudibus, tum ex æruum ac laboribus nuptiarum, declaratur.]

C

Culmina multa polos radiant<sup>d</sup> lumine complent.

Lætanturque piis agmina sancta choris.

Carmine Davidico plaudentia brachia texunt,

<sup>e</sup> Creditur et sacro tripudiare gradu.

Cœtibus angelicis hominum sociata propago,

Reddit honorificum laudis amore sonum,

<sup>f</sup> Alternis vicibus divina poemata psallunt,

Atque Creatori mystica verba canunt.

Lucida sidereo cœli strepit aula tumultu,

Laudibus et Domini concutit astra fragor.

Hinc patriarcharum resonant modulamina vocum,

Inter quos Abrahamæ est maxima <sup>g</sup> cura fide.

A quo acceperunt, reddunt dehinc verba prophetæ,

Moses ante alios dux, mare teste, viros.

Jude favent fratres, et celsa caterva piorum,

D

Lumen apostolicum, præmeditante Petro.

Qui valet ex meritis cineres <sup>h</sup> animare sepultos

Et revocare diem, voce jubente, potest.

Hinc mercede pari sequitur prius ordo senatum,

In quibus est Stephanus, victor honore prior.

eo poemate quod est de Godegisilo duce, l. v, c. 7, dispersis. Georgius Fabricius etiam hoc poema (ut notat jam Brow.) dilaceravit ac dispersit, de ingenio suo titulum eidem imponens : *De gaudiis et spe vitæ æternæ*; cui forte minus ille placuit, uti viro heterodoxo, *De virginitate.*

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., *culmans complent.*

<sup>e</sup> Ms., *credunturque.*

<sup>f</sup> Ibid., *alternis vocibus.* Ed. Paris., *vicibus alternis.*

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat. et Ed. Paris., *palma fide.*

<sup>h</sup> Cod. Vat., *animare sepultus.*

Quos saxis, gladiisque, fame, a site, frigore, flammis. A Quamque suis genibus <sup>1</sup> charam nutritiv alumnam,  
 Ereptos terris jungit in astra fides.  
 Casibus heu! variis, quos sic tulit ira furentis,  
 Etsi mors dispar, lux tamen una tenet.  
 Inde Dei genitrix, quia Virgo Maria coruscet,  
 b Virgineasque Agni de grege ducit oves.  
 c Ipsa puellari medio circumdata cœtu,  
 Luce pudicitia splendida castra trahit.  
 Per paradisiacas epulas sua vota canentes,  
 d Ista legit violas, carpit et illa rosas.  
 Pratorum gemmas ac lilia pollice rumpunt,  
 Et quod odoratum est, flore comante, metunt.  
 e Euphemia illic, pariter quoque plaudit Agathe,  
 Et Justina simul, consociate Tecla.  
 Hic Paulina, Agnes, f Basilissa, Eugenia regnant,  
 Et quascunque sacer vexit ad astra pudor.  
 Felices quarum Christi contingit amore  
 Vivere perpetuo nomina fixa libro.  
 Has inter conites conjuncta s Cesaria fulget,  
 Temporibus nostris Arelatense decus.  
 Cæsarii monitis luci sociata perenni,  
 Si non martyrii, virginitatis ope.  
 Quos h Liliola refert, æquatis moribus, ambo,  
 Et claram hæredem proxima palma manet.  
 Et quæcunque suos vigilans meditabitur actus,  
 His erit egregio participanda gradu.  
 Concipiente fide Christi Radegundes amore  
 Cæsarii lambit regula quidquid habet.  
 Cujus pontificis refluentia pectore mella  
 Colligit, et rivos insatiata bibit.  
 i Quantum fonte trahit, tantum sitis addita crescit,  
 Et de rore Di plus madefacta calet.  
 j Nec sibi, sed cunctis generaliter unica vivens,  
 Felix augustam pandit ad astra viam.  
 Sed tibi præ reliquis, mater pia, charior instat,  
 k Eligit excelso consociare choro.  
 Res probat ipsa tamen, quoniam quæ filia constas,  
 Te matrem volis optat habere suam.

<sup>a</sup> Ms., siti.

<sup>b</sup> Edit. Ven., *Virgineique agni*: duo Codd. Vat. et Ms., *Virgineoque agni*.

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat., *ista puellari*.

<sup>d</sup> Ibid. et Ed. Paris., *ista dedit violas*.

<sup>e</sup> Edit. Ven., *Euphemia, ac illi pariter*. Ed. Par., *Christina, Euphemia hic pariter*.

<sup>f</sup> Nonnulli, ait Brow., pro *Basilissa* legunt *Blesilla*. Sed manuscriptis favet Ven. Beda, qui integrum hunc versiculum in Arte metrica citavit. Item Ven. edit. et mss. Codd. Vat. habent *Basilissa*.

<sup>g</sup> Cæsaria, cujus hic meminit Fortunatus, illa fuit quæ post Cæsariam, S. Cæsarii, episcopi Arelatensis, sororem, præfuit monasterio sanctimonialium ab eodem S. Cæsario Arelate constructo: cujus Cæsaria in gratiam scripsit idem S. Cæsarius Regulam, quæ deinde vel monasteriis aliis atque etiam Pictaviensi illi S. Radegundis monasterio communis facta est, ut alibi indicavimus. Hujusce Cæsariæ mors refertur ad an. 559, cujus in locum successit Liliola, de qua in sequenti versu mentio fit. Videsis *l'Histoire Littér. de la France*, tom. III, pag. 274. In ms. Col. et uno Vat. et Ven. edit., *Cæsaria* legitur pro Cæsaria, diphthongo resoluta, et una littera subiecta, metri gratia.

<sup>h</sup> Edit. Ven., *Favillola* refert, forte pro *Fabiola*. Sed mss. Codd., *Liliola*. *Liliolæ* autem mors a Coin-

tionem refertur ad an. 574: ante quod tempus proinde hoc a Fortunato de virginitate poemata elucubratum fuisse dicendum est, cum hic de Liliola, ut jam superstitite adhuc, loquatur.  
 B Sed labor iste brevis fruge replendus erit.  
 Servitio Domini subdenda est ad juga cervix,  
 Nec grave, sed leve sit, quidquid amore feres.  
 Non aliunde petas, in matre exempla require;  
 Aspicias ante oculos quod mediteris opus;  
 Cum qua festinas simul esse in luce perenni,  
 Condecet hic simili currere lege viam.  
 Sit tibi dulce decus, veneranda Cæsaria præsens,  
 Præsule Cæsario non caritura tuo.  
 Illos corde sequens, mandataque q corpore complens,  
 Ut teneas flores, has initeris apes.  
 Respice qui r voluit nasci se ventre puellar,  
 Et Domini summi qua caro carne venit.  
 Spiritus intactam venerabilis attingit alvum,  
 Virgineam cupiens inhabitare domum.  
 C Hanc Deus ingrediens, hominis quæ nesciit usum,  
 Sola suo nato conscia virgo viro.  
 Concipiente fide, nullo se semine s lusit  
 Et quo factus homo est, non fuit alter homo.  
 Virginitas felix, quæ partu est digna Tonantis,  
 Quæ meruit Domini progenerare suam.  
 Templâ Creatoris sunt membra pudica puellæ,  
 Et habitat proprius tale cubile Deus,

tionem refertur ad an. 574: ante quod tempus proinde hoc a Fortunato de virginitate poemata elucubratum fuisse dicendum est, cum hic de Liliola, ut jam superstitite adhuc, loquatur.

<sup>1</sup> Ed. Paris., *quos dum fonte*.

<sup>2</sup> Unus Cod. Vat., *Nec tibi, sed cunctis*.

<sup>k</sup> Videsis quæ diximus in notis ad Vitam Fortunati, num. 53.

<sup>1</sup> Ed. Par., *cura nutritiv*, et vers. seq., *Perficit*.

<sup>2</sup> Edit. Ven. et duo Codd. Vat., *illa subit voto*.

<sup>3</sup> Quinam hic dies festus fuerit quem indicat hoc loco Fort., haud facile est statuere. Ex ipsius tamen poematis argumento, quod totum in virginitatis laudem conscriptum est, et ex his quæ de Radegunde et Agnete fusius loquitur, conjicio hic diem natalem Agnetis significari, sive potius illum quo Agnes a B. Radegunde Pictaviensi monasterio præposita fuerat, et abbatissa constituta: quem diem solemnem et anniversaria celebrata agi solitum, cum ex veteribus aliis monumentis, tum ex ipsius Fortunati carminibus aliis, in eandem rem scriptis, possumus intelligere. Vide, inter cætera, capp. 3 et 5 lib. xi.

<sup>4</sup> Duo Codd. Vat. et Ms., *quam precibus*.

<sup>5</sup> Edit. Ven., *angustosque animos*.

<sup>6</sup> Ibidem, *corpore complens*.

<sup>7</sup> Ibidem, *nasci voluit de ventre*.

<sup>8</sup> Ibid. et Ms., *semine læsit*.

Quantum sponsa potest de virginitate placere,  
 Ipsa ° Dei genitrix nonnisi virgo placet.  
 Sara, ° Rebecca, Rachel, Esther, Judith, Anna, Noemi,  
 Quamvis præcipue culmen ad astra leven',  
 Nulla tamen meruit mundi generare parentem.  
 Quæ Dominum peperit, clausa Maria manet.  
 Intemerata Deum suspendit ° ab ubere natum,  
 Et panem cœli munere lactis alit.  
 Hoc ergo in sponsæ nunc ° viscere diligit ipse,  
 Quod prius in ° matre legit honore sacer.  
 Pectora liberius penetrat sibi cognita soli,  
 Et quo nemo fuit, lætior intrat iter.  
 Hæc sua membra putans, quæ nulla injuria fuscet,  
 Quæ neque sunt alio participata viro,  
 Nilis in affectu, pectus complectitur illud,  
 Promptus amore ° colens, quo alter amator abest. B  
 Cum sua regna Deus pariter velit omnibus esse,  
 Hoc commune tamen Christus habere fugit.  
 Per paradisiacas epulas cupit esse coheres,  
 Virgineam solus vult habitare domum.  
 Castra pudicitæ melius rex ipse tuetur,  
 Si sibi non violet turba dicata fidem.  
 Ipse voluntatem si viderit esse fidelem,  
 Proque suis famulis et Deus arma tenet.  
 ° Lorica, galea, clypeo præmunit amantem,  
 ° Et stabilis solidum mentis in arce gradum.  
 ° Ballistam jaculans pro te mox exit in hostem,  
 Perdat ut adversos, qui tibi bella movent,  
 Currit ad amplexus post prælia gesta triumphans,  
 Infgens labiis oscula casta sacris.  
 Blanditur, refovet, veneratur, honorat, obumbrat,  
 Et locat in thalamo membra pudica suo.  
 Siderei proceres ad regia vota frequentes,  
 Certatim veniunt, agglomerando chorum.

° Tres Codd. Vat. sicut et nost., ipsa cui genitrix.  
 ° Unus Cod. Vat., Sara recta, Rachel, corrupto.  
 ° Edit. Ven. et duo Codd. Vatic., ad ubera natam. Sic quoque Ed. Paris.

° Edit. Ven., viscera diligit.

° Ibid., in matrem legit.

° Ms. meum, calens.

° Duo Codd. Vat., Lorica, clypeo, galea. (Præparata nota.) — Emendat Brow., quomodo adnotavi legi in duob. Codd. Vat., Lorica, clypeo, galea : secus atque ediderat in utraque edit. (Secundæ curæ nota.)

° Edit. Ven., et solidum munit mentis.

° Unus Cod. Vat., Ballistam jaculans. Sic quoque Edit. Paris.

° Ms., Angelicos.

° Alii, Naddaver atha, ut refert Brow. Edit. Ven., Naddaver apta. Est vero Naddaver Ethiopæ civitas regia, in quam primum Matthæus lucem Evangelii intulit. In seq. carmine idem repetit Fortunatus, inquitens :

Quos Patra, quos Ephesus, Naddaver arce tenet.

Ac paulo post :

Matthæus Ethiopes, Ephesinos valva Joannis,  
 Et quem quisque amat, hunc sua porta rogat.

At Nicephorus lib. II, cap. 41, mavult urbem in qua Math. passus est esse Myrmenau, in terra anthropophagorum; et Dorotheus in Synopsi, Hieropolim Parthiæ : Quo in casu (ait Brow.) existiman-

A Quo præter cherubin, seraphim, reliquosque beatos,  
 ° Aligeros comites, quos tegit umbra Dei,  
 Bis duodena senum concursat gloria vatum  
 Attonitæ, sensu plaudere, voce, manu.  
 His venit Elias, illis in curribus Enoch,  
 Et nati dono, virgo Maria prior.  
 Jurisconsulti Pauli comitante volatu,  
 Princeps Romana currit ab arce Petrus.  
 Conveniunt ad festa simul sua dona ferentes,  
 Hi quorum cineres Urbs, caput orbis, habet,  
 Culmen apostolicum, radianti luce coruscum.  
 Nobilis Andream mittit Achaia suum.  
 Præcipuum meritis Ephesus veneranda Joannem,  
 Dirigit et Jacobos terra beata sacros  
 Læta suis votis Hierapolis alma Philippum,  
 Producent Thomam munus Edessa pium.  
 Inde triumphantem fert India Bartholomæum,  
 Matthæum eximium ° Naddaver alta virum.  
 Hinc Simonem ac Judam lumen Persida gemellum,  
 ° Læta relaxato mittit ad astra sinu.  
 Et sine rore ferax Ægyptus torrida Marcum.  
 Lucæ evangelica participante tuba.  
 Africa Cyprianum, dat ° Siscia clara Quirinum.  
 Vincenti Hispana surgit ab arce decus.  
 Egregium Albanum secunda Britannia profert,  
 Massilia Victor martyr ab urbe venit.  
 Porrigit ipsa decens Arelas pia dona Genesi,  
 Astris Casario concomitante suo.  
 Ipse Parisiaca properat Dionysius urbe,  
 Augustoduno, Symphoriane, venis.  
 C ° Privatum Gabalus, Julianum ° Arvernus abundans,  
 Ferreolum pariter pulchra Vienna gerit.  
 Hinc simul Hilarium, Martinum Gallia miuit,  
 Te quoque, Laurenti, ° Roma, beate, tulit.

dum portionem corporis ejus aliquotam eas in urbes olim fuisse translata.

° Edit. Ven., Lætaque laxato.

° Mendose vulgo, Siscia. Lectioni Brow. favent edit. Ven. et duo Codd. Vat. Unus habet Scytia. Sciscia vero urbs erat in Pannonia superiore, in qua passus est sanctus Quirinus, de quo Prudentius Hymn. 7. de Coronis. Ejus acta reperiuntur inter Acta sincera martyrum, pag. 552, ad an. 309. De Martyrio S. Quirini vide et Gregor. Turon. lib. I. Histor. Franc., cap. 35.

° Privatus in Gavelitano seu Gabalitano territorio passus sub Valeriano et Gallieno imp. refertur in Martyrol. Rom. die 21 Augusti. Alii malunt ad initium sæculi v. ejus mortem esse referendam : de quo legendus Tillem. Hist. Eccl. tom. IV. Greg. Tur., lib. I Hist., cap. 32, narrat eum passum sub Alemannis in Gallias irrupentibus.

° Isthæc lectio, ait Brow., veterum exemplarium fide probatur; quibus et Vatic. Codd. omnes accedunt. Joan. Savaro corrigat eam, reddens : Julianum Arvernus abundat; quærens emendationi suæ præsidium ac patrocinium ex illo Claudiani Mamerti loco : Qui multa scientiarum abundat talenta, ut refert Brow. in notis ad hunc locum. Ven. Edit. habet, Julianum Arvernus Abundum : corrupte. De SS. Juliano et Ferreolo plura Greg. Tur. I. II de Gloria martyr.

° Unus Cod. Vat., Roma, beata, mihi. Edit. Ven., Roma beata mihi. Item unus Cod. Vat. Ed. Paris., Roma beata tibi.

Felicem meritis <sup>a</sup> Vicetia læta refundit,  
 Et Fortunatum fert Aquileia suum.  
 Vitalem, ac reliquos, quos chara Ravenna sepultat,  
 Gervasium, Ambrosium, Mediolane, meum.  
<sup>b</sup> Justinam Patavum, Euphemiam huc Chalcedon  
 [offert,  
 Eulalia <sup>c</sup> Emerita tollit ab urbe caput.  
<sup>d</sup> Cæciliam Sicula profert, Seleucia Teclam,  
 • Et legio felix Agaunensis adest.  
 Europæ atque Asiæ quis lumina tanta recurrat?  
 Vel tua quis possit pignora, Roma, loqui?  
 Undique collectos diversis partibus orbis,  
 Agminibus junctis, regia pompa trahit.  
 Intrant, sidereo vernantes lumine, portas:  
 Excipit hos proceres urbs patefacta poli.  
 Incedit sensim tunc prætextata potestas,  
 Ordine patricio sic potitura loco.  
 Nobilitas cœli, dives cruce, sanguine Christi,  
 Festinat festos <sup>f</sup> concelebrare choros.  
 Paupertas terræ, censu cœlesti redudans,  
 Consulibus tantis regia vota colit.  
 Undique distinctæ <sup>g</sup> numerosa sedilia complent,  
 Attonitique silent, rege loquente, Patres.  
 Majestas arcana Dei tum pondere fixo,  
 Alloquitur proceres, quos sua dextra regit.  
 Hæc mihi pollicitum servavit virgo pudorem,  
 Nec voluit placitam dilacerare fidem:  
 Sollicitis animis, sponsi vestigia sectans,  
 Et mea vota petens, inviolata venit.  
<sup>b</sup> Per tribulos gradiens, spinæ cavefecit acumen.  
 Sentibus in mediis nescia ferre vepres.  
<sup>d</sup> Vipera, seps, jaculus, basiliscus, I hermorris, aspis.  
 Faucibus horrificis sibila torsit iners,  
 Inde sagitta volans, hinc terruit arcus euntem,  
 Docta sed insidiis cautius ire suis,  
 Inter tot hostes nulli se subdidit insons,  
 Vulnera susceperit, sed tolerando fugit

<sup>a</sup> *Vicetia*. Alii, *Vincentia*, sicuti et Ven. edit. Ut tamen animadvertit Brow., cujus hic verba subscribimus, prior lectio antiquis usitatior. Nam *Æliano Buxaria*: *Plinio Vicetia*; et v. 1 *Manutio teste*, *Veicetia*, *mediterranea civitas Venetorum*. SS. Felicis et Fortunati corporum partes insignes *Vicentia* asservantur in monasterio O. N., quod S. Felicis nomine insignitum est.

<sup>b</sup> *Calar.*, *Justinam Patavum*, ut refert Brow. At duo Codd. Vat. et Ven. edit., *Justinam Patavi*. Porro *Patavum* pro *Patavium* metri causa positum est. D. Justinæ sacri cineres in augusta basilica Patavii asservantur, positi sub ara majori, apud monasterium O. N., tota Europa jam celeberrimum. Ed. Paris., *Justinam Patavi*.

<sup>c</sup> Emerita olim Lusitanæ metropolis, qua excisa sedes episcopalis Compostellam translata est. De S. Eulalia et miraculo quod anniversaria die festivitatis ejus ad basilicam ipsius memoria consecratam contingebat, vide Græg. Tur., lib. II de Gloria marty., c. 91.

<sup>d</sup> Forte in Sicilia, ætate Fortunati, sanctæ Cecilie memoria præcipuo honore colebatur, quam cæterokin Romanam matronam fuisse proditum est. Scite animadvertit ad hunc locum Brow., item a Fortunato, cum de Ravenn. Ecclesia, et illic conditis sanctorum reliquiis loqueretur, divis Ecclesie

A Per tela, et gladios, tenuit mora nulla sequentem,  
 Sed tam dura nimis nonnisi ferret amor.  
 Ad me aures, oculos, animos suspensa tetendit,  
 Cum terris jacuit, jam super astra fuit.  
 Singultus, gemitus, curas, suspiria, fletus  
 Sæpius audivi, non abolenda mihi.  
 Abscondens aliis, nulli confessa dolores,  
 Intellecta mihi murmura clausa dedit.  
 Vidit forte meum quoties in imagine vultum,  
 Oscula dans labiis, lumine fudit aquas,  
 Pervigil incubuit, si forte aliunde venirem,  
 Marmore jam tepido frigida membra premens,  
 Hæc gefe facta meum servavit in ossibus ignem,  
 Visceribus rigidis pectus amore calet.  
 Corpore despecto, recubabat in aggere nudo,  
 B Seque oblita, jacens <sup>k</sup> immemor ipsa fuit.  
 Fletibus assiduus exhausto humore genarum,  
 Siccatis oculis, terra natabat aquis.  
 Et quia me vivens carnati lumine quondam  
 Cernere non potuit, misit amata precem.  
 Nam mihi sollicito nocturnis sæpius horis,  
 Scripta suis lacrymis pagina lecta fuit.  
 Plena quidem variis tremulo sermone querelis,  
 Quod <sup>l</sup> sine me sola mœsta jaceret humo.  
 Cujus ab ore fluens nativo gutta liquore,  
 Hæc dedit in tremulis signa relata notis:  
 Strata solo recubo, lacrymans neque cerno, quod opto,  
 Tristis in amplexu, pectore saxa premo.  
 Sponso absente manens tam dura cubilia servo;  
<sup>m</sup> Nec mea, quem cupiunt, membra tenere queunt.  
 C Dic ubi sis, quem exspecto gemens • qua te urbe re-  
 [quiram?  
 Quave sequar, nullis <sup>n</sup> semita nota locis.  
 Ipsa venire velim, properans si possit in astris  
 Pendula sideream planta tenere viam.  
 Nunc sine te fuscis graviter nox occupat alis,  
 Ipsaque sole micans, est mihi cæca dies.

illius vel S. Cæciliam accenseri, his versibus:

Sanctus Alexander, felixque Cecilia pollent,  
 Quos meritis omnes una corona manet.

<sup>e</sup> De legione Agaunensi vide quæ diximus in notis ad cap. 18, lib. II. Illic versus corruptissime in vulg. legitur: *Felicitium regio.... Cauninensis*. In Ven. edit. item corrupte:

Et legi Felix Acannensis adest.

D <sup>f</sup> Edit. Ven. et duo Codd. Vat., *concelebrare toros*. Ms., *thoros*.

<sup>g</sup> Ms., *memorosa*.

<sup>b</sup> Ed. Paris., *Per tribulos gradiens multos cave-*  
*scit*.

<sup>i</sup> Unus Cod. Vat., *vipera, serps*. Alius Cod. Vat.,  
*seps jaculis*.

<sup>j</sup> Ms., *emacro*.

<sup>k</sup> Edit. Ven., *me memor ipsa*. Item unus Cod. Vat.  
 Sic quoque Edit. Paris.

<sup>l</sup> Unus Cod. Vat., *sine me solo*.

<sup>m</sup> In Ven. edit. desinit poema ad hunc versum:  
*nec mea quem cupiunt*, etc., et reliqua quæ subse-  
 quuntur desunt omnia, usque ad cap. 18 lib. 2.  
 Item in uno Cod. Vat. præsens poema desinit ad  
 versum eundem inclusive.

<sup>n</sup> Ed. Paris., *semina nota*.



Lilla, narcissus, violæ, rosa, nardus, amomum,  
 Oblectant animos genuina nulla meos.  
 Ut te conspiciam, per singula <sup>a</sup> nubila prendo,  
 Et vaga per nebulas lumina ducit amor.  
 Ecce procellosos suspecta interrogo ventos,  
 Quod mihi de Domino nuntiet aura meo?  
 Proque tuis pedibus cupio cæmenta lavare,  
 Et tua templa mihi tergere crine libet.  
<sup>b</sup> Quidquid erit, tolerem; sunt omnia dulcia, dura,  
 Donec te videam, hæc mihi pœna placet.  
 Tu tamen esto memor, <sup>c</sup> quoniam tua vota requiro;  
 Est mihi cura tui, sit tibi cura mei.  
 Hæc referens avidis jactabat brachia palmis,  
 Si <sup>d</sup> possit plantas forte tenere meas:  
 Cum decepta sibi sine me sua dextra rediret,  
 Luminis instillans ora lavabat aquis.  
 Cum recubaret humo, neque victa sopore quievit,  
 Consuliturus ei sæpe simul jacui.  
 Condolui pariter, lacrymarum flumina tersi,  
 Oscula dans rutilis <sup>e</sup> mellificata favis.  
 Nunc igitur regnet, <sup>f</sup> placidoque fruatur amore,  
 Quæ mihi jampridem pectore juncta fuit.  
 Ascensu fremit aula poli, residente senatu,  
 Nomen perpetuo scribitur inde libro.  
 Traditur æternum mansura in sæcula censum,  
 Virginis in thalamos fundit Olympus opes.  
 Ineritur capiti radians diadema beryllis,  
 Ordinibus variis alba smaragdus inest.  
 Alligat et nitidos amethystina vitta capillos,  
 Margaritato flexilis arte sinu.  
 Sardonyche impressum per colla monile coruscat,  
<sup>g</sup> Sardia purpurea luce metalla micant.  
 Dextræ armilla datur chalcedone jaspide, niista,  
 Aut hyacintheo sudat honore manus.  
 Bractea gemmatam <sup>h</sup> cycladem fila catenant;  
 Sidereis donis <sup>i</sup> arta sigilla tument.  
 Pulchra topaziacis oneratur zona lapillis,  
 Chry-oliitha auratam <sup>j</sup> fibula claudit acum.  
 Veste superposita, bis <sup>k</sup> torta purpura bysso,  
 Qualem nupta Dei ferre puella potest,  
 His cumulata bonis thalamo regina sedebit,  
 Atque polis sobolem sub pede virgo premet.

A Cui tamen hoc opus est cum virginitatis honore,  
 Ut placeat sponse mens moderata suo.  
 Inconcuſsa gravem teneat patientia vultum,  
 Viribus ire suis, ne labefacta ruat.  
 Neu faciles animos ventosa procella fatiget,  
 Fluctibus in mediis anchora cordis agat.  
 Virtutum speciale decus patientia fulget,  
 Qua gradiaris iter, Job tibi signa dabit.  
 Quidve loquar humilem, quem gratia celsa decorat?  
 Et quantum ima petit, surgit ad alta magis.  
 Quod diversa nimis divisa est causa duobus,  
 Qui jacet, ille subit; qui tumet, ipse cadit.  
 Hæc exempla quidem Joseph Pharaoque dederunt:  
 Tollitur ille lacu, mergitur iste freto.  
 Est etiam laudis, stipendia poscere tantum,  
 B Ne premat ipsa suum pestis avara sinum.  
 Contentus minimis, si non majora requirat,  
 Pauper in angusto regnat, habendo Deum.  
<sup>1</sup> Saphira vel mulier geminos largita minutos,  
 Illa tenendo perit, hæc sua dando manet.  
 O nimium felix quem non modo molli frangunt,  
 Judice qui sese membra labore terit!  
 Spernit opum laqueos, unguenta, torcumata <sup>m</sup> fluxa  
 Ut custos animæ sit rigor ipse suæ.  
 Hoc etiam recolens, quid possit parcior usus,  
 Sobrietas Judith vincere sola facit.  
 Quidve animum dulcem memorem, quem gratia pa-  
 Cum intra se populos viscera clara ferant. [scit!  
 Pacificus, gaudens, unus complectitur omnes,  
 C Stringit in affectu pectora cuncta suo.  
 O nimium felix, florens bonitate voluntas,  
 Qua sine nil populo, nec placet ara Deo!  
 Hoc opus, ut quotiens aliquo mens fertur amaro,  
 Firmet in adversis spes <sup>n</sup> comitata fidem.  
 Aspera ne frangant, tumidos neque prospera reddant,  
 Sic mediocre tenens, cautius itur iter.  
 Hæc bona sumit homo, tribuat si gratia Christi,  
 Inspirante illo, vel moderante gradem.  
 Illis ornata bonis radiantia lumina fundis,  
 His retinens gemmas, tu quoque gemina micas.  
 Virginitas felix nullis æquanda loquelis,  
 Nec si <sup>o</sup> centenos suppleat ore sonos.

<sup>a</sup> Duo Codd. Vat. et Ed. Paris., nubila pendo.

<sup>b</sup> Ed. Paris., Quid per te tolerem.

<sup>c</sup> Ms., quando.

<sup>d</sup> Ms., posset.

<sup>e</sup> Ms., melle rigata.

<sup>f</sup> Unus Cod. Vatic., placitoque fruatur amore.

<sup>g</sup> Ms., sardi.

<sup>h</sup> *Cyclas* (ait Dufresne, in Glossario) erat vestis undique clausa per extremum ambitum, sinuosa; et dum terram verberat, circumlum quemdam efficiens, etc.: unde *cyclas* a Græco vocabulo κύκλος cognominata videtur. Hinc Papias ibidem a Dufresne citatus: *Cyclas*, ait, genus vestis, a rotunditate dicta, sursum stricta, deorsum ampla. Hæc seminarum proprium erat indumentum; illudque sponsis maxime ac nubibus commune. Unde Sidonius, lib. 1, epist. 5: *Jam corona sponsus, jam palmata consularis, jam cyclade pronuba, jam toga senator honoratur.*

<sup>i</sup> Sigilla erant figuræ quibus vestes pingebantur,

D quæ proinde dicebantur sigillatæ. Exstat Theodosii lex, qua cavebatur ne vestibus ejusmodi mimæ abuterentur hisce verbis: *Nulla mimæ gemmis, nulla sigillatis sericis, aut textis utatur auratis; tit. 7 de scenicis.* Pollux, lib. XIII, cap. 7, ita describit vestes sigillatas: *Κατάστικτος χιτών, ὃ ἔχων ζῶα, ἢ ἀνθη ἑννοασμένα, καὶ ζῶατος δὲ χιτών ἰκαλιέτο, ἢ ζωδιωτός.* Legesis Dufr. in Gloss. Ms. habet arte.

<sup>j</sup> Acus proprie dicebatur pars fibulæ qua isthæc clauditur et astringitur. Unde Trebellius Pollio in D. Claud. ait, *fibulam auream cum acu Cypria unam*, etc. Ea proprie adhibebatur in vestimentis conjungendis et astringendis.

<sup>k</sup> Unus Cod. Vat., bis octo purpura, forte, tortio. Ed. Paris., bis cocto.

<sup>1</sup> Saphira, aliis Sappyræ et Sapira. *Leges Act. c. v.*

<sup>m</sup> Ed. Par., luxus.

<sup>n</sup> Ed. Par., imitata.

<sup>o</sup> Ed. Par., cen

Quod prius est, sine sorde nitet, venerabilis orbi,  
 Naturæ proprium non vitiando bonum.  
 Corporis illæsum servans pretiosa talentum,  
 Perpetuas retinens, nescia furis, opes.  
 Non premit incluso \* torpentia viscera fetu,  
 Aut grave facta jacet pignore mœsta suo,  
 Inter anhelantes animæ seu corporis æstus,  
 In dubio pendens stamine fessa salus.  
 Quando suis jaculis uteri læsura tumescit,  
 Atque voluptatis morbida crescit Hydrus.  
 Ultra hominis habitum <sup>b</sup> tantum cutis efferat turget,  
 Ut pudeat matrem hoc, quod amore gerit.  
 Se fugit, et propriis verecunda parentibus aufert,  
 Donec depositum sarcina solvat onus.  
 Quis gemitum partus verbis æquare valebit?  
 Aut cui tot lacrymas carmine flere vacet?  
 Cum sua secretum compago relaxat <sup>c</sup> honestum;  
 Atque dolore gravi viscera fascis agit.  
 Victa puerperio, membrorum porta <sup>d</sup> patescit,  
 Exit et ad lucem fors sine luce puer.  
 Sin vivat genitus genitrix, se oblita, requirit,  
 Tristis et ad natum lumina <sup>e</sup> lassa trahit.  
 Respicit expositum, nec jam sua mater, alumnum,  
 Quæ vit dum peperit, hæc modo funus habet.  
 Nec mater <sup>f</sup> meruit modo hæc, nec virgo vocari,  
 Hæc duo damna dolens, se mala nupta gemit.  
<sup>g</sup> Nam valido fuerat matris spes raptâ dolore.  
 Nec fletu nati se fovet illa sui.  
 Non charas lacrymas infantis ab ore resorbet,  
 Aut teneras voces, lacte fluente, rapit.  
 Tristis decrepito damnat sua viscera <sup>h</sup> luctu.,  
<sup>i</sup> Quod jecit natus, heu! dolet ille sinus.  
 Quod si vita manet pueri, nec semper habenda,  
 Incipiat teneros ut dare voce sonos:  
 Imperfecta rudis collidens murmura linguæ,  
 Cum matrem dulci fauce susurrus alit.  
 Contingatque nefas, rapiatur pectore matris,  
 Aetas ad damnum crevit adulta suum.  
 Triste flagellatis genitrix orbata capillis,  
 Defluat in labiis ubera sicca premit.  
 Infundens lacrymas, lamenta resuscitat ardens,  
 Et gelidum corpus, fonte tepente, lavat.  
 Dilacerat faciem, crinem aufert, pectora tundit,  
 Heu dolor armatus, sic sua membra ferit <sup>j</sup>  
 Si videt alterius natum, sua pignora deflet,  
 Æqualemque suum tristis obisse gemit.

\* Unus Cod. Vat., *torpentia viscera fletu.*

<sup>b</sup> Ed. Par., *vitiatio cutis.*

<sup>c</sup> Ed. Par., *onustum.*

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., *porta facescit.* Ed. Par., *fatiscit.*

<sup>e</sup> Ed. Par., *fessa mihi.*

<sup>f</sup> Eadem, *meruit demum, nec.*

<sup>g</sup> Hic versus mancus legebatur in omnibus mss. quibus primo usus Browerus fuit. In iis quippe sic jacebat:  
 Non validus spes raptâ dolore.

Et in uno Vat. sic legitur:

Invalidus spes raptâ dolores.

Sed posteriorum beneficio, suæ illum integritati restituisse, refert idem Brow.

<sup>h</sup> Ed. Par., *jactu.*

<sup>i</sup> Ms., *quo.*

<sup>j</sup> Hoc poema sub libri nomine primus edidit G.

A Alter si ploret, currat, stet, gaudeat: infans,  
 Ante oculos nati ludit imago sui.  
 Quem semel effudit, per cuncta momenta requirit,  
 Nec miseræ matris pendet ad ora puer.  
 Quid si aliud gravius, moriatur et ipse jugalis;  
 Quæ nova nupta fuit, jam viduata jacet,  
 De thalamo ad tumulum, modo candida, tam cito  
 [nigra;

Ante quibus caluit frigida membra tenet.  
 Construit exsequias, perversaque vota celebrans  
 Exornat tumulum, heu! spoliando torum.  
 Sæpe maritale repetit miserando sepulcrum,  
 Contemptaque domo, funus amara colit.  
 Incumbit tumulo, solatia cassa requirens,  
 Cujus membra prius, nunc super ossa premit,  
 B Fletibus irriguis, perituro carmine, luget:  
 Funeris obsequio lumina perdit amor.  
 Quot mala plebeæ veniant quis pandere possit?  
 Vix bene reginæ, quæ viduata manet.  
 Non veto conjugium, sed præfero virginis alvum  
 Quod dat apostolica Paulus ab ore tuba.  
 Inelyta virginitas, cœlos quæ dote moreris,  
 Cum thalamis Christi consocianda places.  
 Funera nulla gemis, sine limite gaudia sumis:  
 Vivit amor semper, nec tibi Christus obit.  
 Illie regna tenes, hic vincis, et integra fulges,  
 Omni tuta loco, sanctificata Deo.  
 Hæc tibi, chara Deo, meritis venerabilis Agnes.  
 Offero; quo placeant, tu faciendo colas.  
 Judicis ut jussu munus tribuatur utrisque,  
 C Quando corona tibi, tunc mihi vel venia.  
 Opto per hos fluctus animas tu, Christe, gubernes  
 Arbore, et antenna velificante crucis.  
 Ut post emensos mundani gurgitis æstus,  
 In portum vitæ nos tua dextra locet.

#### CAPUT VII.

##### i In laudem sanctæ Mariæ Virginis et matris Domini.

[Vaticinia de Virginis partu edita percenset: atque alia item refert oracula ad Christum, fructum ventris ejus, spectantia. Fusius deinde persequitur ejusdem Virginis Deiparæ laudes, ac cœlestis in illam militiæ, ac totius naturæ obsequium describit. Ad extremum illius in cœlo triumphum et gloriam complectitur.]

Lingua prophetarum cecinit de virgine partum,

D Nuntia fert terris angelus ista poli.

Fabricius cum titulo *De partu Virginis*, Morbachensis abbatæ celebris Ms. Codicem Basilicæ nactus. Licet porro ab omnibus antiquis libris, quos quidem Brow. in manibus habuerat, abesset hoc carmen, ex indicio tamen libri scripti monasterii sancti Galli, et ex styli ac dicendi similitudine non dubitavit inter Fortunati Opera hoc quoque poema reponere. Nos illud integrum invenimus in uno eoque perantiquo Cod. Vat., olim bibliothecæ Palatinæ, in quo, post Vitam sancti Martini, a Fort. versibus elucubratam, continuo hoc in laudem sanctæ Mariæ virginis, etc., scriptum carmen subtextitur. In tribus vero reliquis, quibus huc usque uti sumus, desideratur. Adnotavimus varias lectiones tum ex Cod. Vat., tum ex Fabr. Edit. Basil., per Joan. Oporinum an. 1564 elaborata, desumptas.

Consona vox hominum memorat, hoc ferre puellam : A  
 Quod daret absque viri germine virgo v. rum.  
 Huc Evangelio concordans pandit <sup>a</sup> Isaias ;  
 Quæ Deus inspirat, hæc canit ipse tuba :  
 Eloquio torrens, et rite profunda locutus  
 Emanuel nostrum, virgine dante, canens,  
 Prædicens olim, ut de matre Tonantis honore,  
 Radicis florem Jessea <sup>b</sup> virgo daret  
 Virgo hæc virga fuit, <sup>c</sup> de qua flos Christus abortus  
 Cujus odor vivax membra sepulta levat.  
 Laxus morte jacens, de cujus aromate tactus,  
 Postque diem quartum Lazarus ore reflat,  
 Hanc Jeremias utero ipso sanctificatus,  
 Monstrans voce pari, sic quoque vatis ait :  
 Ecce dies venient et David suscito germen,  
 Et regnabit Rex, atque erit hic sapiens.  
 Hoc germen justum virgo est, et Rex suus infans,  
 Judicium faciens, arbiter, orbis herus.  
 Psalmographi plectro cantata est ista virago,  
 Cum daret arte melos vox, lyra, chorda, chorus.  
 Mater Sion, dicit, homo, et homo factus in illa est,  
 Ipse hanc fundavit, factus in ipsa et <sup>d</sup> homo est.  
 Sic quoque qui fundavit eam, est altissimus ipse,  
 Hæc Sion mater, virgo Maria fuit.  
 • Qui tanquam sponsus thalamo procedit ab alto,  
 Exsultatque gigas Christus, eundo viam,  
 O uteri thalamus, nova junctio facta salutis,  
 Qua Deus, atque caro nupsit honore novo!  
 Quo Deus amplexus carnem est, caro juncta cobæsit,  
 Stat Deus, atque homo fit, Christus utrumque genus :  
 Non Deus in carnem est versus, Deus accipit artus ;  
 Non se permutans, sed sibi membra levans,  
 Cujus non poterat deitas per aperta videri,  
 Velamen sumpsit, carne videndus homo.  
 Unus in ambabus naturis, verus in ipsa,  
 Æqualis matri hinc, par deitate Patri.  
 Non sua confundens, sibi nostra sed omnia neclens,  
 Quem sine peccato gignit uterque virum.  
 De Patre natus habens divina, humanaque matris,  
 De Patre sublimis, de genitrice humilis.  
 Quando incorporeus <sup>e</sup> pie corporis induit artus,  
 Æqualis matri fit, minor inde Patri. [mur, ungues :  
 Carnem, animam, ossa, cutem, nervos, venas, <sup>f</sup> se-  
 Formam servi assumens, minor inde Patri.  
 Sed redeo, qua virgo trahit mihi laude canenda,  
 Qualis nulla fuit, nulla futura venit.  
 Quemque pluunt nubes justum de rore superno,  
 Hæc Salvatorem germine terra dedit.  
 Hæc porta est clausa, in quam intrat vir, nemo nec exit ;  
 Ni Dominus solus, cui quoque clausa patent.  
 Cujus in adventu exsiluit de ventre Joannes,  
<sup>g</sup> Infans personuit munere præco novus.

<sup>a</sup> In Cod. Vat., *Esaias*. Ita et Fabr.

<sup>b</sup> Fabr., *virga daret*.

<sup>c</sup> In Cod. Vat., *de qua est flos Christus*.

<sup>d</sup> Ibid., *in ipsa homo hic*.

<sup>e</sup> Fabr., *hic tanquam*. Et post, Ms. habet *thalami* *avo*.

<sup>f</sup> Ibid., *incorporeus sibi corporis*.

<sup>g</sup> Ibid., *nervos, ventrem, femur*.

<sup>h</sup> In Cod. Vatic., *infans nec sanatur munere*.

Trans uterum matris, quasi per specularia cerueus,  
 Materna et puero membra fenes:ra fuit.  
 Quando exsultavit, ventrem de ventre salutans,  
 Dum pede non potuit motibus <sup>i</sup> ivit iter.  
 Credo, et prostratus jacuit, palmasque tetendit,  
 Ante Redemptorem parvula membra movens  
 Corrigiamque pedum quoniam est non solvere dignus,  
 Pronus adoravit, credo, tremente genu.  
 Nobilis Elizabeth, de qua canit alta prophetans,  
 Hæc, operante Deo, germina læta refert :  
 O benedicta inter mulieres, unde mihi hoc.  
 Me ut inater Domini visitet alma mei?  
 Hanc Gabriel vocitat benedictam laude puellam,  
 Et merito extollit, quæ nova dona gerit.  
 Quæ genitura foret benedictum germine fructum,  
 B Quem Hieremias voce tonante refert :  
 Hic Deus est noster, non absque illo alter habetur,  
 Post hæc in terris visus homo est habitus,  
 Quem Daniel sanctum sanctorum prædicat unum,  
 De monte excisus qui angelus et lapis est.  
 De quo <sup>j</sup> Moyses : Deus excitat ecce prophetam,  
 Vobis, ex vestris fratribus, orbis opem.  
 Si qua anima hunc non audierit, qui exterminat illum.  
 De populo vindex ipse propheta suo est.  
 David dixit : Adorabunt hunc munere reges,  
 Servibunt gentes, et Saba dona dabit.  
 Accipiens Simeon manibus quem justus utrisque,  
<sup>k</sup> Decreptus senio hæc pia verba dedit :  
 Nunc dimitte in pace tuum servum, auctor ab alto,  
 Viderunt oculi jam quia vota mei.  
 C Quando salutare hoc merui, tua verba secundum,  
 Ferre manu, et vi-u cernere jure Deum.  
 O sacra virgo Dei, talem generando Maria,  
 Per quem lumen habet plebs tenebrosa prius,  
 In regione umbræ mortis <sup>l</sup> lux orta refulsit,  
<sup>m</sup> Admirabilis est consiliarius hic.  
 Qui Deus est fortis, Pater, atque in sæcula princeps,  
 Imperii cuius pax sine fine manet.  
 Rorarunt cœli nubes, justumque pluerunt,  
 Quem Salvatorem germine virgo dedit.  
<sup>n</sup> Ægyptus, labor Æthiopum, <sup>o</sup> Sabaimque sublimes  
 Ad quem transibunt, mente sequendo Deum :  
 Est in quo tantum Deus, et non est Deus absque hoc,  
 Hic Deus absconsus, qui Deus Israel est.  
 D Cujus justitia est lumborum cingulum, et idem  
 Ejus renis adest cinctoriumque fides.  
 Reguli, et aspidis ausa manus penetrare foramen,  
 Ablactatus agens, nec nocet ullus ei.  
 Astans in signum populorum, ejusque sepulcrum.  
 Nobile, adorandum gloria quanta tegit?  
 Quem dominatorem terræ misit Moabitis,  
 Petra ex deserti qui pius agnus adest.

<sup>i</sup> Fabric., *exit iter*.

<sup>j</sup> Ibid., *de quo Moses ait, Deus*.

<sup>k</sup> Ibid., *Annis decreptus hæc*.

<sup>l</sup> Ibid., *Lux ipsa*.

<sup>m</sup> In Cod. Vat., *admirabilis, consiliarius est hæc* ; male transposito τῶ est.

<sup>n</sup> Ibid., *Ægypti labor Æthiopum*.

<sup>o</sup> Fabric., *ditesque Sabæi*. Sic quoque Ms. nostrum.

De quo Zacharias : Exsulta, filia Sion,  
 Justus, Salvator, Rex tuus ecce venit.  
 Ascendens asinam super, aut asinæ quoque pullum,  
 \* Quadrigas perdens ex Efraim, et equum,  
 Unde et Micheas : Et tu, inquit, Bethleem Ephrata,  
 Parvulus in Juda millibus ipse manes.  
 Egre dicitur qui dominatur in Israel ex te,  
 Egressusque potens ejus ab initio.  
 Lumen sanctorum in splendoribus, ex utero quem  
 Ante et Luciferum progenitque pater.  
 † Livores sanans nostros livore beato,  
 Et veteres maculas sanguinis † amne lavans.  
 O virgo insignis, nobisque medela † monades  
 Quam Deus implevit totius orbis ope.  
 Quæque creatorem meruisti ventre tenere,  
 † Et generare Deum concipiente fide.  
 Mundatura novo partu de crimine mundum,  
 Atque sacro fetu progenitura Deum.  
 Humano generi genuit quos Eva dolores,  
 Curavit genitus, virgo Maria, tuus.  
 Peccati jaculo delixa in stirpe cicatrix  
 Ulcera nulla gerit, nec sua signa patent.  
 Succus amarus enim vetiti de cortice ligni,  
 Stante Redemptoris de cruce dulce sapit.  
 Sub pomi specie mors tunc de fronde pependit,  
 Nunc tuus est uterus, hinc cibus, inde salus.  
 Fructu sancta pio renovasti tempora rerum,  
 Lucidiorque dies, te generante, nitet.  
 Post tenebras solem † revocat tuus alvus in orbem,  
 Cum Domini jubaris irradiavit apex.  
 In te habitans mundi lumen statione corusca,  
 Floruit interius per tua membra Deus,  
 † Nunc vivax fulgor penetrans et ad ima profundi,  
 Orbem alit, æstra regit, tartara luce replet.  
 Cujus mundi uno est hæc machina tecta pugillo,  
 Clauditur in fibris, casta puella, tuis.  
 Supportans fabricata fabricum, atque humana Tonantem,  
 Virgula radicem, facta creantis opem.  
 Qualiter illa novum tenuerunt viscera lumen,  
 Quod decus intus erat, quisve honor inde foras?  
 Gaudia quanta sinus hilaris tuus ille vehebat,  
 Cum tua membra premens, plus relevabat onus?  
 Tum genitrix, de fasce levis, de prole salubris,  
 Rem splendoris habens, lux neque pondus erat.

A Auxilium de flore gerens, de fruge levamen,  
 Spem et cæli panem spica † novella gerens.  
 Cujus erat stella, et sol matutinus in a'vo.  
 Infra arcam abscondens fulgida luna jubar.  
 Anniculum portans agnum antiquumque gigantem  
 Deque tribu Juda qui leo fortis erat.  
 Cornua producens vitulus ceu rhinocerotis,  
 Arduus, elatis naribus, alta fremens.  
 Regulus, atque aspis, cedunt cui cuncta venena,  
 Vipera, † seu dipsas, seps, draco, cenchris, i hydra.  
 Parvulus ipse puer, persona vetusta dierum,  
 Egredius cujus stat sine principio.  
 Cujus diffusa in labiis est gratia florens :  
 † Insignis forma præ genitis hominum.  
 Cujusque est oriens ex alto nomen honoris.  
 B Qui nos, lumen agens, visitat in tenebris.  
 Qui venit de Edom, de Bosra veste cruenta,  
 Pulcher, sanguineus, candidus, atque ruber.  
 Calcaturus erat qui † solus torcular altum,  
 † In cruce pensandus, membra cruore levans.  
 Unde sibi mista est stola candida, tincta rubore,  
 † Quem post, anteve quem non Deus ullus erit.  
 Cujus transcendit sacra magnificentia † cœlum,  
 Cuncta regens palma, sidera, rura, freta.  
 Quis te tunc sensus, Domini pia mater, habebat,  
 Cum tibi talis erat fetus, honore novus?  
 Præmia quanta uterum implebant, et gaudia pectus,  
 Cœlorum artificem cum tua ferret humus?  
 O meritis † radians, dic, virgo, putasne videbas  
 Angelicos cursus ire, redire novos?  
 C Militiam cœli cum te servare vicissim  
 Sentires animo, sæpe levata manu.  
 Quæ circa te acies, vel quando iter ire parares,  
 Millia prægressus concomitando tuos?  
 Quid Michael faceret ductor, sub principe celso,  
 Quid gereret Gabriel, nuntius ille sacer?  
 Qualiter aut Raphael occursum impenderet almæ,  
 Te portante, Dei dum putat esse thronum?  
 Credo alter cuperet plantis substernere palmas;  
 Ille excussa ala † subnitidare viam.  
 Duceret iste auras ne te gravis ureret æstus,  
 Ille levans pinnas vertat ut imber aquas.  
 Iste ad frena manum retinens, ne sarcina lapsset,  
 Neu pes offendat pendula † turba vetat.

\* Fabric., *currus perdens Ephraimos. Al., Et currus perdens ex Efraimo.*

† In Cod. Vat., *livores nostros sanans.*

† Ibid., *amne lavat.*

† Hujus ætatis scriptoribus in more fuit Hevæ *Monadem* (ut animadvertit Brow.) appellare, quod mater fuerit omnium viventium. *Monas* quippe, sive unitas, est elementum simplex ac primum, quod pro causa principe usurpatur; quod ipsa omnem numerum gignat, a nullo numero genita. Unde Mercurius Trismegistus in Pimandro : *Monas, ait, omnium principium, radix et origo*, etc. Hoc itaque in sensu *monas* vel de S. Maria hic a Fortunato prædicatur : quod ab ipsa quodammodo vita incœpit hominibus, a qua, ceu flos ex virga Jesse, ortus est Christus. Georg. Fabric. sic legit hunc versum :

O virgo insignis, mater pia, nobile semen.

\* Fabric., *et generare diem*. Sic etiam Browerus, licet in Ed. Patr. Lugd. legatur *et generare Deum*, quod haud displicet.

† Ibid., *tu revocat alvus.*

† In Vat. Cod., *Tunc vivax.*

† Ibidem, *novella ferens*. Ita et Fabric.

† Fabric., *Chesydros, seps.*

† Ibid., *hybris; forte, hydrys.*

† In Cod. Vat., *speciosus forma; Fabric., O forma radians.*

† Fabric., *torcularia solus.*

† Ibid., *in cruce pendendus.*

† In Cod. Vat., *quem ante, et vel post quem non Deus ullus erit.*

† Fabric., *cœlos.*

† Ibid., *O forma radians.*

† Ibid., *solveret ipse diem.*

† Cod. Vat., *tu ba volat*. Item Fabric.

Quot vigiles turmæ, cum te sopor altus haberet,  
 Solaque dormitans tot vigilare dæres?  
 Siderem obsequio, meritis dignissima virgo,  
 Cum te divinis cingeret ala choris.  
 Lujus honore mero <sup>a</sup> sol ipse tremisceret ortum,  
 Lunaque sub pedibus quæreret esse tuis.  
 Artificique suo se machina subderet orbis,  
 Ac miraretur per tua membra Deum.  
 O virgo excellens, vincens super omnia matres,  
 Quam genus erexit, cui Deus alta dedit!  
 Cujus fructus adest, et flos non perdit honores,  
 Quæ nato es genitrix, et tibi virgo manes.  
 Felix quæ generi humano sub Tartara lapsa,  
 Ad cælos facta es sors, via, porta, rota.  
 Aula Dei, ornatus paradisi, gloria regni,  
 Hospitium vitæ, pons penetrando polos.  
 Arca nites, et theca potens gladii bis acuti,  
 Ara Dei assurgens, luminis alta pharos.  
 Celsa super cedros, et vasta cacumina montis,  
 Subque tuis plantis et rota solis adest.  
 Virgineo cœtu, dux sexu prima secundo,  
 Præolata astrigeris sola puella choris.  
 Figmentum figuli, super omnia vasa decorum,  
 Atque creaturæ fulgida massa novæ.  
 Candelabrum pulchrum, verbi capiendæ lucernam,  
 Quam formam sculpsit tam super astra faber.  
 Ornans Jerusalem sanctam, speciosa venustas,  
 A facie templi vas in honore Dei.  
 Exsuperans portas Sion splendore corusco,  
 Stans merito fidei, gemma superba throni.  
 Ora diem jaculans, radios a fronte <sup>b</sup> sagittans,  
 Luminibus rutulis, lumen honore rotans.  
 Siderum speculum, illustris domus Omnipotentis,  
 Vultibus ex illis fulgura clara ferens.  
 Nomen honoratum, benedicta Maria per ævum,  
 Ad laudem artificis nobilis artis opus.  
 Dulcis et angelico pretioso puella relatu,  
 Omnes ultra <sup>c</sup> homines dona decoris habens.  
 Inde rubore rosas, candore hinc lilia vincens,  
 Flos novus e terra, quem polus arce colat.  
 Crystallum, electrum, aurum, ostrum, concha alba,  
 [smaragdus,  
 Quo tua forma nitet, cuncta metalla jacent.  
 Nix premitur candore tuo, sol crinis honore,  
 Pallescunt radii, virgo, decore tui.  
 Lychnites hebes est, cedit tibi Lucifer ardens,  
 Omnibus officiis lampade major ades.  
 Occulti in terris sacramenti conscia summi,  
 Et secreta poli sunt patefacta tibi.  
 Dignus ager Domini, generans sine semine frugem,  
 Et no cassa <sup>d</sup> seges, messe repleta places.  
 Sola sine exemplo secunda, et libera nexu,  
 Ignota amplexus, mater opima sinu.

**A** Virgo intacta manens, fidei ubertate marita,  
 Inscia conjugio, feta negante viro.  
 Accipis, ut nescis: sic reddis ut integra constes,  
 Nec violata paris, nec pariendo doles.  
 Et tamen est genitus Deus et homo, verus, et unus,  
 Spiritus atque caro Christus, utrumque genus.  
 In deitate Patri æqualis, <sup>e</sup> vel corpore matri,  
 Et sine peccato de genitricis caro.  
 Factor dans legem, factus sub lege minister:  
 Ipse pater mundi, filius ipse tibi.  
 Unde tuum, mater, generas natum atque parentem:  
 Hinc prolem, inde patrem: hoc, Deus, illud  
 [humus.  
 Cujus honore sacro, genitrix, transcendis Olympum.  
 Et super astrigeros erigis ora polos.  
**B** Conderis in solio felix regina superbo,  
 Cingeris et niveis lactea virgo choris.  
 Nobile nobilior c'rcumsistente venatu,  
 Consulibus celsis celsior ipsa sedes.  
 Sic juxta genitum regem regina perennem,  
 Ornata ex partu, mater opima, tuo.  
 Occurrunt proceres, et gloria magna Joannes,  
 Notus et ante Deum, quam <sup>f</sup> pateretur homo.  
 Fratribus ascitis, <sup>g</sup> Paulus, reliquisque beatis,  
 Doctor apostolicus, fulgida palma Petrus.  
 Diligit has portas Sion super omnia Jacob,  
 Pro patribus genitos quos in amore Deus.  
 Qui omnes <sup>h</sup> ore suo ornati, super astra coruscant,  
 Si sic discipuli, quid pia mater erit?  
 Hinc patriarcharum numero sociante, prophetæ  
**C** Conveniunt celso munera ferre throno  
 Martyrii <sup>i</sup> hinc inde cohors redimita coronis,  
 Principe cum Stephano civica turba poli.  
 Primitiæ florum, Bethlemtica passio lactans,  
 Quæ meruit nascens vivere morte magis.  
 Italiæ mundique caput quos Roma retentat,  
 Urbs vel Alexandri, aut Antiochenus ager.  
 Quos Hierosolymis, aut quos Byzantion oris:  
 Quos Patra, quos Ephesus, Naddaver arce tenet.  
 Quos Oriens, Occasus habet, quos Africa, et Arctos,  
 Quosque sepultat humus, cingit et Oceanus,  
 Natio, gens, populus, regiones, agmina, reges,  
 Undique currentes ad nova dona patris.  
 Æthiopes, Thraces, Arabes, Dacus, Indus, Alanus,  
 Aurora, et ve-per, Persæ, Britannus adest.  
**D** Intrantes in regna Dei pietate redempti,  
 Gaudia visuri regis in arce poli.  
 Quos recipit sacra porta Petri, quos janua Pauli,  
 Postis ad Andrææ limen Achaia <sup>j</sup> petit.  
 Mattheus Ætiopes, Ephesinos valva Joannis,  
 Et quem quisquis amat, hunc sua porta rogat.  
 Horum ante adventum te qualiter ornat amator,  
 Portavit quem uterus, virgo beata, tuus?

<sup>a</sup> Cod. Vat., *cujus honore sacro.*

<sup>b</sup> Fabric., *sagittas.*

<sup>c</sup> Ita et Fabr.; male alii, *hominem.*

<sup>d</sup> In Cod. Vat., *et nec arta seges.* Ita et Fabric.

<sup>e</sup> Fabric., *sed.* Sic quoque Ms.

<sup>f</sup> Ibid. *pareretur homo.*

<sup>g</sup> Ibid., *Paulo.*

<sup>h</sup> Ibid., *obrizo ornati.*

<sup>i</sup> Ib., *Hinc atque inde cohors.* Ms. *choros.*

<sup>j</sup> Ms., *patet.*

Dans tibi larga poli, cui tu domus arcta fuisti,  
 Ventris pro hospitio restituendo throaum.  
 Componendo caput niveum diademate fulvo,  
 Et gemmis rutilam comit honore comam:  
 Auctens niveo pretiosa monilia collo,  
 Fulgore<sup>a</sup> et vario pectora pura tegens.  
 Quam speciosum humeris imponit honoris auctum,  
 Splendore ardescens purpura tincta nitet!  
 O quoties coctum zonæ micat aura per aurum,  
 Pallida nec pallæ est simbria luce nitens!  
 Quis tibi digna canat, quantum decus exeat ore,  
 Aut de veste tui gemma virore micet?  
 Quando strata jacet pedibus pretiosa smaragdus,  
 Quando pavementis alba<sup>b</sup> topazus adest.  
 Quodque oculus non vidit agens, non audit auris,  
 Ornamenta tibi hæc, pia virgo, nitent.

**B**  
 Cum regio ergo poli, totusque exercitus astri,  
 Te ornatam inspiciet, laudibus ora movent.  
 Incipiens Michael præconia ferre beatæ,  
 Cumque suis turmis, hæc tibi, virgo, refert:  
 O decus excellens, o femina<sup>c</sup> forma salutis,  
 Partus fruge potens, virginitate placens!  
 Per quam est se nasci dignata redemptio mundi,  
 Et reparare genus quod tulit Eva ferox.  
 Hanc tibi, mater, opem legionum millia mille,  
 Per classes resonant carmine, voce, lyra.  
 Angelus inde tuos repetit paranympus honores,  
 Qui tibi de cælis nuntia sancta vehit.  
 Dicens: O felix, imitari nescia virgo,  
 Cujus et agnus ovis, conerit ora lupi.  
 Tartara disrumpens, patriæ captiva reduceas,  
 Et libertati post juga pressa refers.  
 Excipit hæc iterum ingeminans pars altera laudez,  
 Perstrepet et cunctis vox revoluta choris.  
 Incipit inde alios producere terra favores,  
 Zachariæ genitus, vox, tuba, præco, sonus,  
 Cum Petro et Stephano, ducibusque in millibus am-  
 Agminibus, mistis plausibus alta canens: [plis]  
 O virgo insignis, benedicta ad gaudia nata,  
 Auxilium terræ, fulgor honorque poli.  
 Ecce tuus florens uterus quæ præstitit orbi,  
 Te<sup>d</sup> generante fide nos paradus habet.  
 Quid sumus, aut fuimus? quos merserat Eva pro-  
 De limo in cælum nos facit ire sinu. [fundum].  
 Laudibus his, Domini genitrix, fragor intonat astris.  
 Militiæque poli hæc tibi clangor agit.

**D**  
 Ast ego ferre volens, videor subducere laudes,  
 Nam tibi quisque cupit voce favere sacræ.  
 Mens oret genitum, sic matri digna loquatur,  
 Cujus amore pio, vivis honore novo.

<sup>a</sup> In Cod. Vatic., *Fulgoribus variis pectora.*

<sup>b</sup> Ibid., *topazus inest.* Ita et Fabric.

<sup>c</sup> Fabric., *fama salutis.*

<sup>d</sup> Ibid., *pariente.*

<sup>e</sup> Idem extremos hos versus sic mutat:

Omnes jam fines terræ meruere salutem,  
 Per Christum genitum, Virgo Maria, tuum.  
 A Patre perpetuo, certo tibi tempore natum:  
 Qui mihi spes veniæ, causa salutis. Amen.

<sup>f</sup> Hoc mihi carmen conscriptum videtur a Fortunato, Agnetis ac Radegundis nomine, quo virgines

**A** Pulchra super gemmas, splendorem solis obumbrans,  
 Alta super cælos, et super astra nitens.  
 Vellere candidior niveo, rutilantior aura,  
 Fulgidior radio, dulcior ore favo,  
 Suavior, et roseo nimum rubicundior æstro,  
 Vincis aromaticas mentis odore comas.  
 Chara, benigna, micans, pia, sancta, verenda, ve-  
 [nusta,]  
 Flos, decus, ara, nitor, palma, corona, pudor.  
 Per quem<sup>e</sup> omnes fines terræ meruere salutem,  
 Gaudet et orbs totus, pontus, arena, polus.  
 Hæc tibi qui indignus quamvis corde, ore susurro,  
 Spes mihi sis veniæ, quæ vehis orbis opem.

### CAPUT VIII.

#### <sup>f</sup> Ad Virgines.

[Virginitatem laudat, ac virginum in cælo felicitatem et gloriam describit. Hinc virgines hortatur ad tuendam castimoniam sive animi, sive corporis.]

**Inter** apostolicas acies sacrosque prophetas,  
 Proxima martyribus præmia virgo tenet.  
 Splendida sidereo circumdata lumine pergens,  
 Jungitur angelicis casta puella choris.  
 Fruge pudicitæ, cæli dotanda talento,  
 Æterni regis ducitur in thalamos.  
 Pulchra corona caput triplici diademate cingit,  
<sup>h</sup> Et gemmæ exornant pectora, colla, comam.  
 Induitur teneris superaddita purpura membris,  
 Et candore nivis fulgida palla tegit.

**C** Floribus æternis oculos rosa, lilia pascent,  
 Et paradisiacus naribus intrat odor.  
 Unde magis, dulcis, hortamur, ut ista requiras,  
 Quæ dedit Eugenæ Christus et alma Teclæ  
 Virgo Dei, fructus cæli, victoria mundi,  
 Ut semper regnes, has pete regis opes.  
 Sunt tibi chrysolithis fabricata palatia gemmis,  
 Atque smaragdineo janua poste viret.  
 Limina<sup>i</sup> sardonichæ variato lumine florent,  
 Et hiacynthæus circuit ordo domum.  
 Aurea tecta micant, plebs aurea fulget in aula,  
 Et cum rege pio turba corusca nitet.  
 Ille puellarum locus est, quæ, lucis amore,  
 Hic servant Domino, corpore, mente, fidem.  
 Despice quod terræ est, et clara sedebis in astris,  
 Christi ut sponsa placens regna superna colas.  
 Præsens vita nimis fugitivo tempore transit,  
 Virginis integritas glorificanda manet.  
 Paupertas te parva rogat cum divite Christo,  
 Ut venias nostro, dulcis alumna, sinu,

hortaretur et invitaret ad Pictaviense monasterium, ac proflendum in illo monasticæ vitæ institutæ sub regula sancti Cæsarii, quod aperte declarare videtur sequens distichus:

Paupertas te parva rogat cum divite Christo,  
 Ut venias nostro, dulcis alumna, sinu.

<sup>e</sup> Hoc carmen, sicuti et reliqua quæ sequuntur desiderantur in uno Cod. Vat.

<sup>h</sup> Unus Cod. Vat., *et gemma exornat.*

<sup>i</sup> Alter, *limina sardonica.*

Quo patris auxilium Domino obtentura preceris,  
 Atque tibi felix regna<sup>a</sup> beata pares,  
 Ut pariter sanctæ merearis juncta Mariæ,  
 Gaudia perpetuo concelebrare choro.  
 Has quæcunque pils manibus susceperis arrhas,  
 Non nuptura homini, sed sis amata Dei.

## CAPUT IX.

[Sanctorum in cælo gloriam commemorat, ac eorum, et in primis sanctissimæ Deiparæ suffragia adversus communis hostis insidias sibi precatur. Postremo Numinis magnificentiam et amplitudinem commendat.]

Metrica<sup>b</sup> Tirones nunc promant carmina castos,  
 Et laudem capiat<sup>c</sup> quadrato carmine virgo.  
 Trinus in arce Deus qui<sup>d</sup> pollet, sæcla creavit,  
 Regnator mundi regnans in sedibus altis  
 Indigno conferre mihi dignatur in ævum  
 Cum sanctis requiem, quos laudo versibus istis.  
 Arbitrè altitronus, qui servat scepra superna,  
 Tradidit his cœli per sudum scandere limen,  
 Inter sanctorum cuneos qui laude perenni  
 Rite glorificant moderantem regna Tonantem.  
 Omnipotens Dominus, mundi formator, et auctor,  
 Nobis pauperibus confer suffragia certa,  
 Et ne concedas<sup>e</sup> tradendos hostibus isthinc,  
 Sed magis exiguos defendens dextera tangat,  
 Ne prædo pellax cœlorum claudere limen,  
 Vel sanctos valeat nozarum fallere scæna,  
 Ne sur<sup>f</sup> strophosus loveam detrudat in atram,  
 Conditor a summo quod Christus servat olympo,  
 Pastor ovile tuens, neque possit<sup>g</sup> nebula raptor,  
 Regales vastans caulas, h<sup>h</sup> bis dicere puppup,  
 Omnia sed custos defendat ovilia jam nunc  
 Maxima, præcipuum quæ gestat nomine nomen;  
 Addere præsidium, mater, dignare precatu;  
 Nam tu perpetuum prompsisti lumine lumen,  
 I<sup>i</sup> nantque, clamante sacro spiramine, euntes,  
 Cujus per multum jubar alto splendet ab axe,  
 Ac populos pariter replet vibramine flumen,  
 Rex regum, et princeps populorum dictus ab ævo,  
 Magnus de magno<sup>j</sup> rerum regimine rector.  
 Illum nectere<sup>k</sup> non possunt, nec cingere cœli,

<sup>a</sup> Edit. Paris., *beata petas*.

<sup>b</sup> Hoc poema legitur in uno Codic. Vat. ex tribus iis quibus usi hactenus sumus, ad calcem Oper. Fortunati. Visum est illud exscribere, quod a Fortunati stylo alienum non videatur. Acrostichum est, ac tot versibus constat, quot sunt litteræ primi versiculi, quod poematum genus fuit, ut alias vidimus, familiare. Fortunatio: illud autem in causa est cur sententiæ carminis, litteris astrictæ, non inter se accurate necti interdum videantur. Admodum vero depravatam, corruptamque amanuensis, ut videtur, inscitia, in ms. Codice illud reperitur; ac loca quidem alia emendavimus, mendosis lectionibus in notis rejectis: alia, quomodo legenda sint, coniecimus, et conjecturas nostras eadem in loco indicavimus: alia, quod nihil in mentem veniret quod dignum esset Fortunato, nihil attigimus, ac, ut in Cod. ms. leguntur, reliquimus corrupta.

<sup>c</sup> Quadratum carmen illud dicebatur, ut arbitrator, quod tot versibus constabat, quot erant litteræ primi versus, et singuli versus paribus numero litteris coalescebant. Primum, non posterius, in hoc poemate servatum videmus.

A Nec mare navigerum spumoso gurgite vallas,  
 Aut zonæ mundi, quæ stipant æthera celsa.  
 Clarorum vitam, qui castis moribus isthic,  
 Auxiliante Deo,<sup>l</sup> vernabant flore perenni,  
 Sancis aggrediar studiis edicere pauper.  
<sup>m</sup> Tanta tam digne si pauper præmia perdat,  
 Omnia cum nullis verbis explanet,<sup>n</sup> et apte  
 • Sat. . . . .

## CAPUT X.

## Ad domnam Radegundem.

[Radegundem laudat ob despectum mundum ac regnum, atque ejus pietati et laboribus parem in cælo mercedem futuram augurat.]

Regali de stirpe potens Radegundes in orbe,  
 Altera cui cœlis regna tenenda manent,  
 B Despiciens mundum meruisti acquirere Christum,  
 Et dum clausa lates, hinc super astra vides.  
 Gaudia terreni conculcas noxia regni,  
 Ut placeas regi læta, favente polo.  
 Nunc angusta tenes, quo cœlos largior intres,  
 P Diffundens lacrymas, gaudia vera metes.  
 Q Et corpus crucias, animam jejunia pascunt  
 Salve, quam Dominus servat amore suus.

## CAPUT XI.

## Ad eandem de violis.

[Excusat se Radegundi, quod violas potius quam lilia ac rosas ad eandem muneri mitat. Ipsas violas commendat ex coloris odorisque præstantia, atque inde eandem, nec non Agnetem, ad virtutem excolendam hortatur.]

Tempora si solito mihi candida lilia ferrent,  
 C Aut speciosa foret suave rubore rosa,  
 Hæc ego rure legens, aut cœpite pauperis horti,  
 P Missesem magna munera parva libens.  
 Sed quia prima mihi desunt, vel solvo secunda,  
 Profert qui violas, Q fert et amore rosas;  
 Inter odoriferas tamen has, quas misimus, herbas,  
 Purpureæ violæ nobile germen habeat.  
 Respirant pariter<sup>t</sup> regali murice tinctæ,  
 Et saturat foliis hinc odor, inde color.  
 Hæc, quod utrumque gerit pariter, habeatis utraque  
 Et sit mercis odor flore perenne decus.

<sup>d</sup> Forte *pollens*.

<sup>e</sup> Ms., *tradendos*.

<sup>f</sup> *Strophosus* videtur esse positum pro *tortuosus*. *στροφος* Græce flexus dicitur. Ms., *strososus*; et mox, *detrudet*.

<sup>g</sup> Forte, *ab ubere raptos*.

<sup>h</sup> Locus corruptissimus, cui emendando vix conjecturæ aliquid afferre potui. Forte, *abducere luppus*.

<sup>i</sup> Forte, *Te laudant*.

<sup>j</sup> De superabat, invito metro.

<sup>k</sup> Non a me additum est.

<sup>l</sup> Ms., *vernebat*.

<sup>m</sup> Forte, *Tantaque*.

<sup>n</sup> Et additum a me.

<sup>o</sup> Ultimus versus sic habetur in Codice. *Sot sac anim nec tæx mor ponum se noririta cirtem*, ex quibus verbis nihil excerpere potui.

<sup>p</sup> Edit. Paris., *Effundens*.

<sup>q</sup> Edit. Paris., *Dum corpus*; et ad versus finem, unus Cod. Vat., *jejunia pascia*.

<sup>r</sup> Unus Cod. Vat., *mississem magis*.

<sup>s</sup> Ibid., *ferret amore*.

<sup>t</sup> Edit. Paris., *regali more nitentes*.

## CAPUT XII.

*Ad eandem de floribus super altare.*

[Post hiemale frigus ac pruinas, florigerum ver ait adventasse, et inde Radegundis et Agnetis in altaribus exornandis sertis ac floribus studium et diligentiam commendat, quorum speciem ac multiplicem varietatem festivo et eleganter describit.]

Frigoris hiberni glacie constringitur orbis,  
Totaque lux agri, flore a cadente, perit.  
Tempore vernali, Dominus quo Tartara vicit,  
Surgit b perfectis lætior herba comis.  
Inde viri postes et pulpita floribus ornant,  
Hinc mulier roseo complet odore sinum.  
At vos non vobis, sed Christo fertis odores,  
Has quoque primitias ad pia templa datis.  
Textistis variis altaria festa coronis,  
Pingitur, ut filiis, floribus ara novis.  
Aureus ordo crocis violis, c hinc blatteus exit,  
Cocchius hinc rubicat, lacteus inde nivet.  
Stat prasiuo venetus, pugnans et flore colores,  
Inque loco pacis herbida bella putes.  
Hæc candore placet, rutilo micat illa decore;  
Suavius hæc redolet, pulchrius illa rubet,  
Sic specie varia florum sibi germina certant,  
Ut color hinc gemmas, thura revincat odor.  
Vos quoque, quæ struitis hæc, Agnes cum Radegunde,  
Floribus æternis vester anhelet odor.

## CAPUT XIII.

*Ad eandem pro floribus transmissis.*

[Flores mittit ad Radegundem, muneris parvitatem excusans; quorum occasione ad cœlestium rerum spem ac cogitationem eandem erigit.]

O regina potens, cui aurum et purpura vile est,  
Floribus ex parvis te veneratur amans.  
Et si non res est color, d attamen ipse per herbas,  
Purpura per violas, aurea forma crocus.  
Dives amore Dei, vastati præmia mundi,  
Illas contemnens, has retinebis opes.  
Suscipe missa tibi variorum e munera florum,  
Ad quos te potius vita beata vocat.  
Quæ modo te crucias, recreanda in luce futura,  
Aspicias, hinc qualis te retinebit ager.  
Per ramos fragiles, quos nunc præbemus olentes,  
Perpende hinc, quantus te refovebit odor,  
Hæc cui debentur, precor, ut cum veneris illuc,  
Meque tuis meritis dextera blanda trahat.  
Quamvis te spectet paradisi gratia florum,  
Istæ vos cupiunt jam f revidere fores.  
Et licet egregio videantur odore placere,  
Plus ornant proprias, te redeunte, comas.

a Duo Codd. Vat., flore carente.

b Ibid., surgit perfecta.

c Ed. Paris., lacteus.

d Unus Cod. Vat., est tamen ipse.

e Ed. Paris., gloria florum.

f Hinc apparet carmen istud fuisse conscriptum quo tempore Radegundes se jam reclusam tenebat: quod ei solemne erat quotannis, sacro Quadragesimæ tempore, uti notavimus in Vita Fortun., num. 82, et ex seqq. carminibus apparet.

## A

## CAPUT XIV.

*Ad eandem, cum se recluderet.*

[Radegundem, cum in eo esset ut sese concluderet, prosequitur hoc carmine Fortunatus, ac suum in illam desiderium declarat.]

Mens secunda Deo, Radegundis, vita sororum,  
Quæ ut foveas animam, niembra e domando cremas.  
Annua vota colens, h hodie claudenda recurris,  
Errabunt animi, te repetendo, mei.  
Lumina quam citius nostris abscondis ocellis,  
Nam sine te nimium nocte premente gravor;  
Omnibus exclusis, uno retineberis antro,  
Nos magis includis, quos facis esse foris.  
Et licet hic lateas, brevibus fugitiva diebus,  
i Longior hic mensis, quam celer annus erit;  
Tempora subducis, ceu non videaris amanti,  
B Cum vos dum cerno, hoc mihi credo parum.  
Sed tamen ex voto tecum veniemus in unum,  
Et sequor huc animo, quo velat ire locus.  
Hoc precor, incolumem referant te gaudia Paschæ,  
Et nobis pariter lux geminata redit.

## CAPUT XV.

*Ad eandem, cum rediit.*

[Radegundem, a suo recessu jam reversam, hoc carmine gratulatur. Eadem reduce, sibi omnia restituisse profiteretur, totiusque anni ubertatem in ejusdem reditu sibi repræsentatam fuisse.]

Unde mihi rediit radiantî lumine vultus?  
Quæ nimis absentem te tenuere moræ?  
Abstuleras tecum, revocas mea gaudia tecum,  
Paschalemque facis bis celebrare diem.  
C Quamvis incipiant modo surgere semina sulcis,  
Illic egomet hodie, te revidendo, meto.  
Colligo jam fruges, placidos compono maniplos,  
Quod solet Augustus mensis, Aprilis agit.  
Et licet in primis modo gemma et pampinus exit,  
Jam meus autumnus venit, et uva simul.  
Malus, et alta pirus gratos modo fundit odores,  
Sed cum flore nova jam mihi poma ferunt.  
Quamvis nudus ager nullis ornetur aristis,  
Omnia plena tamen, te redeunte, nitent.

## CAPUT XVI.

*Ad Gregorium episcopum, pro infirmitate sua.*

[Cum Fortunatus rure febri laboraret, Leonem presbyterum a Greg. Turon. ad se narrat visum fuisse, a quo ad sacra Martini festa celebranda invitaretur, valetudinis suæ statum et ægritudinam indolem describit: eamque refert, sudore oborto, cessisse.]

D Venit ad ægrotum medici vox alma Gregori,  
Urbe ex Toronica, dum cubo rure thoro,  
Concite presbytero recitante i Leone sereno,  
Irem ut Martini sunt ubi festa pii.

e Edit. Paris., domando premis.

h Lege Fortun., in Vita sanctæ Radegundis, n. 11.

i Unus Cod. Vat., largior hic mensis.

j Hic Leo non alius videtur esse quam is de quo loquitur Greg. Tur. lib. iv de Mirac. sancti Martini, cap. 25, his verbis: Leonis, presbyteri nostri, vernacula, etc., cujus precibus, et sancti Martini patrocinio, puellam a febre et instantis mortis periculo narrat fuisse liberatam.



Tum fateor, morbi grave debilitate laborans,  
 \* Febre calens summo, jam rigor intus eram.  
 Nunc fragili nimium, forti languore, redacto,  
 Illa lassa levans, halitus æger erat.  
 Ibat anhelanti vapor æridus, ora perurens,  
 Ibat ab arcænis <sup>b</sup> statillis aura coquens.  
 Fervor eram totus, tristis rogos igne caminus,  
 Febris et in sifbris stabat <sup>c</sup> aperta, patens.  
 Donec Christus opem, sudore undante, refudit,  
 Fervidus et gelidas ignis abegit aquas.  
<sup>d</sup> Redditur ipsa salus, pater alme, saluto salutem,  
 Auxilium exsili sis rogo pastor ovi.

## CAPUT XVII.

*Ad eundem pro causa abbatissæ.*

[Fortunatus hoc in carmine Gregorii opem adversus  
 grave incommodum, quod in monasterium, ut vi-  
 detur, Pictaviense irrepserat, implorat.]  
 \* Repsit quale nefas intra pia septa synaxis?  
 Inconsulte dolor, rumpere verba vetas.  
 Quale nec ante oculos, patulas neque polluit aureis,  
 Nec facerent vitio qui sua sana colunt,  
 Tu tamen, alme Pater, pietatis amore labora,  
 Ut sacer antistes, culmina cujus habes,  
 Unde repræsentes Martinum in tempore sacrum,  
 Cursibus atque fide dando salutis opem.

## CAPUT XVIII.

*Epistola pro eadem re.*

[Fortunatus eandem rem quam superiore carmine  
 Gregorio commendat, misso ad eundem compre-  
 bytero suo, ac rogat per beatæ Radegundis vota  
 ac memoriam, ut monasterii ejus afflictis rebus  
 succurrat.]

Commendans humilitatem meam copiosissimæ ve-  
 stræ dulcedini et mitissimæ dominationi, suggero ut  
 causa universalis Ecclesiæ talem vos <sup>f</sup> habens basi-  
 dem, ut nullus ventorum turbo succlinans, nulla  
 procellarum propellens congeries possit illic inve-

\* Unus Cod. Vat., *febre calens summa*. Ms. Trevir.,  
 et alii libri habent :

Febre calens summa, jam rigor intus, eram

Col. Ms., *non rigor intus eram*. Pulmannus corrige-  
 bat : *jam rigor unus eram*. Hæc ex Brow. Edit. Pa-  
 ris., *intus erant*.

<sup>b</sup> Edit. Paris., *statibus aura*.

\* Unus Cod. Vat., *operta patens*. Sic quoque Edit.  
 Paris.

<sup>d</sup> Hic versus correctus fuit a Brow., qui in libris  
 mendose legebatur sic :

Reddit iste, Pater alme, saluto saluti.

vel :

Salus atque sit, alme, saluti.

Unus Cod. Vat. mendose :

Redditur isti, Pater alme, saluto salutem.

Ed. Par., *reddita sicque salus*.

\* Non obscure videtur hoc in poemate Fortunatus  
 loqui de gravibus turbis, ac dissidiis, quæ post ob-  
 itum beatæ Radegundis in Pictaviense monasterium  
 invasere : quorum flammam Chrothildis, sanctimo-  
 nialis, Chariberti regis (ut ipsa de se prædicabat)  
 filia, excitavit; ejusque furis confosæ discordiæ eo  
 processerunt, ut ad sacrilegas et immanes cædes, ac  
 facinora alia, res perveniret. De his vide Greg. Tur.,  
 lib. ix. Hist. Franc., cap. 39, et seq. Ed. Paris.,  
*Repsit tale nefas*; et in versu seq., *verba putas*.

A nire, quod quatit <sup>e</sup>, aut quod labefaciet, reperiat,  
 in causa, qua conservus meus presbyter, præsen-  
 tium portitor, ac vos pro singulari præsidio confi-  
 dens occurrit, sicut ipse singulari poterit explicare.  
 Memor sis commendationis beatæ domnæ meæ filia,  
 vel jam matris vestræ, domnæ Radegundæ pro loci  
 sui, vel personæ, totinsque regulæ stabilitate, quod  
 petiit, et verborum vel viscerum <sup>h</sup> supplicatione  
 commisit, ita præcipiatis infatigabiliter laborare,  
 qualiter ipse vobis in retributione sempiterna resti-  
 tuat <sup>i</sup>, qui providet auxilium indigentibus. In causa  
 Justinæ vester apostolatus pastoraliter <sup>k</sup> desudet.

## CAPUT XIX.

<sup>l</sup> *Ad eundem ex nomine Justinæ.*

[Scribit hoc poema Fortunatus sub Justinæ persona  
 ac nomine, eaque rogat Gregorium ut per ipsum  
 patri commendetur, et aviæ gratias referat, quod  
 ea ad se advenisset.]

Antistes Domini, bone pastor, et auctor honoris,  
 Rite decus generis, quo est generosa fides,  
<sup>m</sup> Justinam famulam pietate, memento, beate,  
 Per te et commender stirpe, vel arce patri.  
 Illic referens grates aviæ, quia reddita tandem,  
 Ad vultus neptis dulcis imago venit.  
 Ista diu nostris votis dans gaudia, rector,  
 Inter avam et neptem tu mediator agas.

## CAPUT XX.

*Ad eundem saluatoria.*

[Acceptis litteris a Gregorio, deque bona ejusdem vale-  
 tudine certior factus, se inprimis lætatum declarat  
 Fortunatus; ad extremum se eidem commendat.]

Alme, beate Pater, lumen generale, Gregori,  
 Jure sacerdotum culminis arce caput.  
 Reddo Deo grates, de vobis prospera noscens,  
 Vestris nunc scriptis lætificatus agens.  
 Me quoque commendans humili prece, voce saluto,  
 Jugiter officio quem mea corda colunt.

<sup>f</sup> Ed. Paris., *habeat basidem*; et mox, *turbo vacillans*.  
<sup>e</sup> Unus Cod. Vat., *quod labefaciet*, reperiat. Ed. t.  
 Paris., *aut quod lubefaciatum*.

<sup>h</sup> Edit. Paris., *supplicatio*.

<sup>i</sup> Edit. Paris., *quod videt per auxilium*.

<sup>j</sup> Unus Cod. Vat., *in causa justitiæ*. Item in alio  
 Cod. Vat. Hæc Justinæ (pro qua male in præfatos  
 Codd. irrepit *justitia*) erat præposita monasterii Pic-  
 taviensis, cum grave illæ seditiones, de quibus su-  
 pra, exortæ sunt. Eadem abbatissam suam, cum a  
 sicariis quæreretur ad necem, altaris palla contexit;  
 ipsa deinde se pro abbatissa abduci passa est, quin  
 proderet quæ esset; ac postea recognita, dimissa,  
 ac reddita est monasterio. Hæc acciderunt ad an. 589,  
 de quibus Greg. Tur. lib. x, cap. 15.

<sup>k</sup> Unus Cod. Vatic., *pastoraliter quod desudet*. In  
 alio, *quod se subdat*. Edit. Paris., *desudet*.

<sup>l</sup> Putat cl. Ruinart. in add. et emend. ad notas  
 in sanctum Greg. Tur., hanc Justinam filiam fuisse  
 Justinæ, qui vir sororis sancto Greg. appellatur  
 lib. ii, de Mirac. sancti Martini, cap. 2. Certe lib. ix,  
 cap. 7, Fortunatus alloquens libellum suum, eique  
 mandans ut Gregorium Justinæ nomine salutaret,  
 sic de ea loquitur :

Adde Justinam, pariter precantem,  
 Nempe commendans famulam, propinquam,  
 Et refer quantum sibi chara profert  
 Neptis honorem.

<sup>m</sup> Edit. Paris., *Justinæ famulæ*.

## CAPUT XXI.

*Ad eundem saluatoria.*

[Gregorii virtutem, celebritatem et pastorem in grege tuendo sollicitudinem, laudat.]  
 Summe Pater patriæ, celsum et generale cacumen,  
 Forte decus, generis <sup>a</sup> Turonicensis apex.  
 Lumen ab Arvernus veniens feliciter arvis :  
 Qui illustrans populos, spargeris ore pharus.  
 Alpibus ex illis properans <sup>b</sup>, mens altior ipsis,  
 Vir per plana sedens, qui pia castra tegis.  
 Ne noceant hostes, qui sunt in ovile fideles,  
 Unicus in campis publica turris ades.  
 Vir date, dulce caput, regioni chare Gregori,  
 Martini retinet quem sacra sella Patrem.  
 Me Fortunatum humilem commendo patrono,  
 Sic tua vita diu hoc sit in orbe Deo.

## CAPUT XXII.

*Ad eundem saluatoria.*

[Suam in Gregorium sedulitatem ac studium declarat, et ejus se precibus ad extremum commendat].  
 Si qua mihi veniet quoties occasio dulcis.  
 Opto, sacer, calamo solvere vota meo.  
 Summe Pater patriæ, toto venerabilis orbe,  
 Undique chare mihi, <sup>c</sup> fulgida cura Dei.  
 Commendas humilem tibi me, sacer arce Gregori.  
 Pro famulo proprio, quæso, precare Deum.

## CAPUT XXIII.

*Ad eundem.*

Si cessent homines velociter ire per Austros,  
 Ad te, chare pater, carmina missa velim.  
 Nunc tamen est quoniam gerulus mihi, porrigo verbum,  
 Sed minus eloquio, quam quod amore colo.  
 Dulcis optine, decus nostrum, pie papa, Gregori,  
 Versiculis brevibus solvo salutis opus.  
 Sed memor ipse mei commenda, quæso, Tonanti,  
 Sic te consocium reddat honore throno [throni].

## CAPUT XXIV.

*Ad eundem.*

[Nullam facundiam tantam esse dicit qua pares Gregorio pro ejus in se munificentis gratias agere possit.]  
 Gurgillis in morem si lingua fluente rigaret,  
 Turbine torrentis vel raperetur aquis,  
 Ad tua præcipue præconia summa, Gregori,  
 Dum non explerem flumine, gutta forem.  
 Munificamque Patrem æquaret nec Musa Maronis,  
 Fers bone, quanta mihi, quis valet ore loqui?

<sup>a</sup> De patria et genere Gregorii Turonicensis lege Vitam ejusdem, ab Oddone abbate conscriptam, et præfixam Gregorii Operibus, Edit. Paris., a cl. Ruyuart. editis.

<sup>b</sup> Edit. Paris., *mons altior*.

<sup>c</sup> Edit. Paris., *fulgide, chare Dei*.

<sup>d</sup> Vigenna, sive Vingenna, Galliarum fluvius est, hodie *la Vienne*; in Lemovicino fontes habet, et in Ligerim se evolvit.

<sup>e</sup> Unus Cod. Vat., *fruge repleto*.

<sup>f</sup> Ms., *abit et quem pro quod*.

A Ac brevitate, sacer, famulum commendo subactum,  
 Me Fortunatum, sit veniale, precor.

## CAPUT XXV.

*Ad eundem pro villa præstita.*

[Gratias agit Gregorio pro agro ad privatas sibi impensas et usus beneficentissime collato; tum ipsius agri situm et æmulationem describit.]  
 Tramite munifico celebravit pagina cursum,  
 Carmine dulcissimo, quam tuus edit amor.  
 In qua sorte loci facta est collatio doni,  
 Qua <sup>d</sup> Vigenna procaz litore frangit aquas.  
 Lapsibus et tumidis dum fertur nauta carinis,  
 Jugera culta videt, quando celeuma canit.  
 Grates, chare, gero pietatis fruge <sup>e</sup> reportata,  
 Qui facis unde decens multiplicetur apex.  
 B Et sine his mea sunt, a te quæcumque tenentur,  
 Grex <sup>f</sup> habet omnis agris quod bone pastor habes.

## CAPUT XXVI.

*Ad eundem precatoria pro ipso agro.*

[Gratias item agit pro impensa sibi agelli parte; Gregorii in se munificentiam sancti Martini liberalitati in pauperes exaquant. Præstitum sibi agellum ad omnem nutum reversurum ad Dominum suum affirmat.]  
 Munifici reparans Martini gesta, Gregori,  
 Textit ut ille habitu, nos alis ipse cibo.  
 Discipulus placidum sapiens imitando magistrum;  
 Ille ubi dux residet, miles habebis opem.  
 Ut chlamydem ille prius, sic tu partiris agellum;  
 Ille tegendo potens, tuque fovendo <sup>g</sup> decens.  
 Ille ope me antiquum <sup>h</sup> relevans, tu, chare, novellum,  
 C Fit dives merito paupere quisque suo.  
 Quando reposcetur, vestris redit usibus agrum,  
 Et Domino <sup>i</sup> proprio restituemus agrum.  
 Unde amplas refero grates, dulcissime rector,  
 Et repeto <sup>j</sup> pandens hæc tua, pastor, ovis.  
 Nec tantum reddo, quantum tibi debeo, præsul:  
 Pro Fortunato sed, rogo, flecte Deum.

## CAPUT XXVII.

*Ad eundem pro pellibus sibi transmissis.*

[Suam in accipiendis Gregorii litteris lætitiâ declarat. Item laudes Gregorii complectitur; et ei se commendat. Postremo missas ad se niveas pelles, quibus pro caligis uteretur, commemorat, et gratias agit.]  
 Egregio compacta situ, phalerata rotatu,  
 D Atque Sophocleo pagina fulta sopho,  
 Me arentem vestro madefecit opima rigatu,  
 Fecit et eloquio, quod loquor, esse tuo.  
 Dulcis, chare, decens, facunde, benigne Gregori,  
 Atque Pater patriæ hinc sacer, inde cate.

<sup>g</sup> Edit. Paris., *decus*.

<sup>h</sup> Videtur hoc in loco Fortunatus eam erga se sancti Martini beneficentiam indicare qua, cum Ravennæ graviter oculis laboraret, ejusdem ex patrocinio, ægritudine illa est liberatus. Itaque se antiquum nominare dicendus est, spectans præteritum tempus, quo in se beatum Martinum beneficium expertus est; novellum autem, præsentem Gregorii in semet liberalitatem significans.

<sup>i</sup> Ms., *proprium*.

<sup>j</sup> Unus Cod. Vat., *pangens hæc*.

Muneribus, meritis, animis et moribus æquis.  
 Omnibus officiis, unde colaris, habens.  
 Me Fortunatum tibi celso sterno pusillum,  
 Commendo et voto supplice rite tuum.

A Cui das unde sibi talaria missa ligentur,  
 Pellibus et niveis sint sola tecta pedis.  
 Pro quibus a Domino detur stola candida vobis,  
 Qui datis hoc minimis, unde feratis opes.

## LIBER NONUS.

### CAPUT PRIMUM.

Ad Chilpericum regem, quando a synodo Brinnaco habitata est.

[Brinnacensis synodi Patres alloquitur hoc poemate Fortunatus, postquam ab eis veniam, ut sibi liceat de Chilperici laudibus dicere : quem a generis nobilitate commendat, et a famæ celebritate, tum ab ejus virtute in præliis, ac rerum gestarum gloria ; quem post varias rerum vicissitudines, tandem pristinam, imo etiam ampliorem, dignitatem, per adversos rerum casus, ait recuperasse. Eundem patriæ præsidium adversus barbaras nationes esse prædicat, ac laudat ejus justitiam et doctrinam, qua suis illum majoribus narrat præstitisse. Postremo Fredegundis reginæ encomium subtextit.]

Ordo sacerdotum, venerandaque culmina Christi,  
 Quos dedit alma fides religione Patres.  
 Parvulus opto loqui regis præconia celsi,  
 Sublevet exigui carmina vester amor.  
 Inelyte rex armis, et regibus edite celsis,  
 Primus et antiquis culmina prima regens.  
 Rector habes nascendo decus, moderando sed auges,  
 De radice patris flos generate potens.  
 Equali serie vos nobilitando vicissim,  
 Tu genus ornasti, te genus ornat avi.  
 Excepisti etenim fulgorem ab origine gentis,  
 Sed per te proavis splendor honore redit.  
 Te nascente patri, lux altera nascitur orbi,  
 Nominis et radios spargis ubique novos ;  
 Quem præfert oriens Libyæ, occasus, et æ arctus,  
 Quo pede non graderis, notus honore venis.  
 Quidquid habet mundus, peragrasti, nomine princeps,  
 Carris et illud iter, quod rota solis agit.  
 Cognito jam ponto et Rubro, pelagoque sub Indo,  
 Transit et Oceanum fulgida fama d sopho.

Nomen ut hoc resonet, non impedit aura, nec unda,  
 Sic tibi cuncta simul, terra vel astra favent.  
 Rex bonitate placens, decus altum, et nobile geruen,  
 In quo tot procerum culmina culmen habeat.  
 Auxilium patriæ, spes et tu tamen in armis,  
 Fida tuis virtus, inclytus atque vigor.  
 Chilperice potens, si interpret barbarus exstet,  
 Adjutor fortis, hoc quoque nomen habes.  
 Non fuit in vanum, sic te vocitare parentes,  
 Præsagium hoc totum, laudis et omen erat.  
 Jam tunc judicium præbebant tempora nato,  
 Dicta priora tamen dona secuta probant.  
 In te, dulce caput, patris omnis cura pependit,  
 Inter tot fratres sic amor unus eras.  
 Agnoscebat enim, te jam meliora mereri,  
 Unde magis coluit, prætulit inde pater,  
 Præposuit genitor, cum plus dilexit alumnus,  
 Judicium regis frangere nemo potest.  
 Auspiciis magnis crevisti, maxime princeps,  
 Hinc in amore manens plebis, et inde patriæ.  
 Sed meritis tantis subito sors invida rerum,  
 Perturbare parans regna quieta tibi,  
 Concutiens animos populorum, fœdera fratrum,  
 Lædere dum voluit, prosperitate favet.  
 Denique jam capiti valido pendente periclo,  
 Quando ferire habuit, reppulit hora nerem.  
 Cum retinereris mortis circumdatus armis,  
 Eripuit tæ gladius sors, operante Deo.  
 Ductus ad extremum, remeas de funere vitæ,  
 Ultima quæ fuerat, sit tibi prima dies.  
 Noxia dum cuperent hostem tibi bella parare,  
 Pro te pugnavit fortis in arma fides.

\* Quænam hujusce Brinnacensis synodi convocanda causa fuerit, docet nos pluribus Gregor. Turon. lib. v. Histor. Franc. cap. 50 : quæ paucis licet perstringere. Riculfus scilicet clericus in Fredegundem reginam, uxorem Chilperici, grave crimen confixerat, cujus objicendi ac divulgandi auctorem fuisse Gregorium Turonensem commentus fuerat, multa adversus eum fingens, quibus in invidiam apud reges vocaretur, ut illo nimirum de sede Turonensi amoto, et alio, qui sibi faveret, in ejusdem locum successo, ipse deinde Turonensis Ecclesiæ archidiaconus crearetur. Quocirca ut in illud criminis quæreretur, Chilpericus Brinnaci synodum episcoporum coegit, in qua et Riculfi fraus detecta est, et Gregorii probata innocentia. Synodus isthæc habitata est anno 580, quo anno proinde hoc poema scriptum est a Fortunato. Brennacum, autem, sive Brinnacum vulgo *Braine*, villa erat regia, ut videtur, in qua Chilperici filii, Dagobertus et Chlodobertus graviter ægrotasse referuntur a Greg. Turon., lib. v, cap. 35, cum quidem Dagobertus ibidem morbo oppressus interierit, Chlodobertus vero Suesionas feretro in basilicam Sancti Medardi delatus,

ibi extremam exhalaverit spiritum. Brennacum porro non nisi tribus leucis distat ab Augusta Suesionum, versus Rhemos, ut habet cl. Ruin. in notis ad Gregor. Turon., lib. iv, cap. 22. In eadem villa Brinnacensi Clotarii thesauri servabantur, uti refert Greg. Tur., loco mox citato.

<sup>b</sup> Unus Cod., Vat. *primus ab antiquis*.

<sup>c</sup> Forte, *arctos*.

<sup>d</sup> Edit. Paris., *tui*.

<sup>e</sup> Eadem edit., *Sit tibi et unda simul*.

<sup>f</sup> Elymon *Chilperici*, Germanico ex idiomate ductum ostendit Brow. in notis ad hunc locum ; quem lege, si lubet.

<sup>g</sup> Duo Codd. Vatic., *eripuit gladio*. Chilpericus sæpe cum fratribus suis bella gessit, ac cladibus sæpe fractus, semper tamen emeruit. Postremo victus plane, profligatusque a Sigiberto fuisse, nisi victor jam hic, Fredegundis reginæ fraude, ac dolo, de medio repente fuisse sublatus. Vide Greg. Turon., lib. iv, cap. 52. Ad hujusce postremi belli exitum et Chilperici felicitatem videtur hoc loco respexisse Fortunatus.

Prospera iudicium, <sup>a</sup> sine te, tua causa peregit.  
 Et rediit proprio celsa <sup>b</sup>, cathedra loco.  
 Rex bone, ne doleas nam te fortuna querelis,  
 Unde fatigavit, hinc meliora dedit.  
 Aspera tot tolerando diu, modo læta sequuntur,  
 Et per mœrores gaudia nata metis.  
 Multimodas per opes seminans, tua regna resumis,  
 Namque labore gravi crescere magna solent.  
 Aspera non nocuit, <sup>c</sup> sed te sors dura probavit,  
 Unde gravabaris, celsior inde redis.  
 Altior assiduus crescis, non frangeris armis,  
 Et belli artificem te labor ipse facit,  
 Fortior efficeris per multa pericula princeps,  
 Ac per sudores dona quietis abes.  
 Nil dolet amissum, te rege superstitute, mundus,  
<sup>d</sup> Qui se servarunt debita regna gradu.  
 Consuluit domui, patriæ populoque Creator,  
 Quem gentes metuunt te superesse virum.  
 Ne ruat armatus per Gallica rura rebellis,  
 Nomine victoris hic es, et ampla <sup>e</sup> regis.  
 Quem Geta, <sup>f</sup> Wasco tremunt, <sup>g</sup> Danus, <sup>h</sup> Estio, Saxo, Bri-  
 Cum patre <sup>i</sup> quos acie te domitasse patet. [annus,  
 Terror et extremis Frisonibus, atque Suevis,  
 Qui neque bella parant, sed tua frena rogant.  
 Omnibus his datus es timor, illo iudice campo,  
 Et terrore novo factus es altus amor.  
 In te, rector, habet regio circumdata murum,  
 Ac levat excelsum ferrea porta caput.  
 Tu patriæ radias adamantina turris ab Austro,  
 Et scuto stabili publica vota tegis.

<sup>a</sup> Videtur idem hoc loco Chilpericum purgare, quod nullum Chilperici consilium, aut opera in occidendo Sigiberto interfuerit.

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., *ca'hedra suo*.

<sup>c</sup> Ibid., *si sors te dura*.

<sup>d</sup> Ibid., *cui se servarunt*, quod seq.

<sup>e</sup> Ms., *Tegis*.

<sup>f</sup> Vascones populi, qui in Pyrenæis jugis habitabant, suis sæpe incursionibus Galliam infestarunt. A Theuderico et Thodoberto victi et edomiti fuisse referuntur in Chron. Fredeg. Scolastici.

<sup>g</sup> Edit. Paris., *Danus Scythæ*.

<sup>h</sup> Unus Cod. Vat. *Euthio*: *Suspiciabar* (subdit Browerus) *Estio legi posse, obruta Euthionum, si quæ gens ejus nominis, memoria, Estiones autem, vel Estiones, hodieque inter Sazonum reliquias numerantur apud Livoniæ fines, Suecis, Moschis, Danisque parum abjuncti.*

<sup>i</sup> Edit. Paris., *quos pridem te*.

<sup>j</sup> Duo Cod. Vat., *cujus in orbe prono*. Non videntur hæc laudes, quas hoc loco Fortunatus percenset, congruere personæ Chilperici, viri impuris Fredegundis in amoribus diu volutati, cujus desiderio vel Gelesintham, legitimam uxorem, in lecto suo necandam curavit, quique in reges fratres omni tempore iniquus et infestus exstitit. Etsi vero duobus filiis orbatus, immatura morte extinctis, videatur aliquid ad pœnitentiam commotus fuisse, idem tamen ad mentem suam ac pristinam vitæ consuetudinem reversus, postremo occisus est, ejusdem Fredegundis, quam perditissime amabat, cujusque suasu tot scelera commiserat, opera et consilio, uti narrat Aimoinus, in *Histor. Franc.*, lib. iii, cap. 57. Hunc Greg. Tur. non dubitat *Nerone* sui temporis, et *Herodem* nominare, cujus vitia ac scelera late describit lib. vi *Hist. Franc.*, cap. 46. Quo circa dicendum Fortunatum, poetarum more, hunc regem

A Neu gravet hæc aliquis, pia propugnacula tendis,  
 Ac regionis opes limite forte foves.

Quid de justitiæ referam moderamine, princeps?

Quo male nemo redit, si bene justa petit:

Cujus <sup>l</sup> in ore probo mensuræ libra tenetur,

Rectaque causarum linea currit iter.

Nec mora sit, vero falsus nihil explicat error,

Judiciisque tuis fraus fugit, ordo redit.

Quid? quosunque etiam regni ditione gubernas,

<sup>k</sup> Doctor ingenio vincis, et ore loquax.

Discernens varias <sup>l</sup> sub nullo interprete vocis,

Et generum linguas unica lingua refert.

Erigit exiguos tua munificencia cunctos,

Et quod das famulo, credis id esse tuum.

Qualiter hinc itidem tua se præconia tendunt,

B Laudis et hoc cumulo concutit astra fragor.

Cui simul arma favent, et littera constat amore,

Hinc virtute potens, doctus et inde places.

Inter utrumque sagax, armis et jure probatus,

Belliger hinc radias, legifer inde micas.

De virtute pater, reparatur avunculus ore,

Doctrinæ studio vincis et omne genus.

Regibus æquali, de carmine major haberis,

Dogmate vel qualis non fuit ante parens.

Te arma ferunt <sup>m</sup> generi similem, sed littera præfert,

Sic veterum regum per simul, atque prior.

Admirande mihi nimium rex, cujus opinæ

<sup>n</sup> Prælia robor agit, carmina lima polit.

Legibus arma regis, et leges dirigit armis,

Artis diversæ sic simul itur iter.

C

laudasse, ejus vitia reticendo, ac, si quid erat laudis, amplificando. Difficile quippe, vel turpi in homine, non elucere virtutis aliquid quod laudari possit.

<sup>k</sup> Chilpericus, etsi minus præstitit doctrina, eandem tamen affectavit, cum, ut refert Greg. Tur., lib. v, c. 45, vel theologicus in rebus scientiam male sibi vindicaverit: *asserens ipsum esse Patrem, qui est Filius, idemque ipsum esse Spiritum sanctum, qui Pater et Filius*, ac volens ut et Gregor. ipse Turo-nensis et reliqui Ecclesiarum doctores id quod ipse sentirent ac crederent. Quanquam ab hæc æmentia postea destitit. Idem (ut refert ibidem Gregorius) *Scriptis alios libros versibus, quasi Sedulium secutus: sed versiculi illi nulli penitus metricæ conveniunt rationi. Addidit autem et litteras litteris nostris, id est ω, sicut Græci habent, æ, the, uvi, quarum characteres subscripsimus. Hi sunt ω ψ Z Δ. Et misit epistolas in universas civitates regni sui, ut sic pueri docerentur, ac libri antiquitus scripti, planati pumice, rescriberentur.* Narrat eandem rem Aimoinus, lib. iii *Hist. Franc.*, cap. 41. Litteras vero alphabeto additas a Chilperico esse ait χ, ch, θ th, φ ph. Sed de illis litteris, et ipsarum varietate, in *Mss.* videsis notas cl. Ruin. in *Greg. Tur.* lib. v, cap. 45, *Hist. Franc.*

<sup>l</sup> Edit. Paris., *sed*.  
<sup>m</sup> Unus Cod. Vat., *generis similem*.  
<sup>n</sup> Aimoinus, lib. iii de *Gestis Franc.*, cap. 16, refert sequens Epigramma, tanquam a Chilperico rege, in laudem sancti Germani, episcopi Parisiensis, elucubratum, quod sic habet:

Ecclesiæ speculum, patriæ vigor, ara roorum,  
 Et pater, et medicus, pastor, amorque gregis.  
 Germanus virtute, fide, corde, ore, beatus,  
 Carne tenet tumulum, mentis honore potam,  
 Vir, cui dura nihil nocuerunt fata sepulcri,  
 Vixit enim, nam mo. s quem tulit ipsa timet.

Discere si possit, rector, tua singula quisquis, **A**  
 Ornarent plures, quæ bona solus agis.  
 Sed tamen hæc maneant, et crescant prospera vobis,  
 Et liceat solio multiplicante frui,  
 Conjuge tum propria, quæ regnum moribus ornat,  
 Principis et culmen participata regit.  
 • Provida consiliis, solers cauta, utilis aulæ,  
 Ingenio pollens, munere larga placens.  
 Omnibus excellens meritis, Fredegundis opima  
 Atque serena suo fulget ab ore dies.  
 Regia magna nimis, curarum pondera portans,  
 Te bonitate colens, utilitate juvans.  
 Qua pariter tecum moderante palatia crescunt,  
 Cujus et auxilio floret honore domus.  
 Quærens unde viro duplicentur vota salutis,  
 Et tibi mercedem <sup>b</sup> de Radegunde facit.  
 Quæ meritis propriis effulget gloria regis,  
 Et regina suo facta corona viro.  
 Tempore sub longo hæc te fructu <sup>c</sup> prolis honoret,  
 Surgat et inde nepos, ut renoveris avus.  
 Ergo Creatori referatur gratia digne,  
 Et cole, rex, regem qui tibi præbet opem.  
 • Ut servet, cumuletque bonum; nam rector ab alto  
 Omnia solus habet, qui tibi multa dedit.  
 Da veniam, victor, tua me præconia vincunt,  
 Hoc quoque, quod superor, fit tibi major honor.  
 Parvulus opto tamen, sic <sup>e</sup> prospera vota secundet.  
 Ut veniant terris hæc pia dona polis.  
 Aera temperie faveant tibi, tempora pace  
 Frugibus arva micent, fœdera regna ligent.  
 • Edomites omnes, tuearis amore fideles,  
 Sis quoque catholicis religionis apex.  
 Summus honor regis, per quem donantur honores,  
 Cui longæva dies constet, et alma fides.  
 Regibus aurum alii, aut geminarum munera solvant,  
 De Fortunato paupere verba cape.

Crevit adhuc potius Justus post funera, nam qui  
 Fictile vas fuerat gemma superba micat.  
 Hujus opem ac meritum mutis dare verba loquuntur,  
 Redditus et cæcis prædicat ore dies.  
 Nunc vir apostolicus rapiens de carne tropæum,  
 Jure triumphali considet arce poli.

Cl. Mabillon., in notis ad Vitam sancti Germani  
 sæc. I Bened., hujusce poematis versus elegantiores  
 et ornatiore videns, quam ut a Chilperico elucubrari  
 possent, opinatur ab Aimoino eisdem expolitos  
 fuisse. At Browerus non dubitat illos Chilperico ad-  
 judicare, et attribuere Fortunato ejus quippe sty-  
 lum et ingenium sapere existimat. Browero facile  
 vel ipse assentior, præsertim cum Fortunatus alia  
 etiam carmina, alterius nomine ac rogatu, scripserit,  
 ut alibi inuimus.

<sup>a</sup> An hæc laudes apte Fredegundi convenient, ju-  
 dicent qui illius vitam et facinora noverer. Ea vero  
 ejusmodi sint, et nos sæpe indicavimus, et videre  
 est apud Greg. Turon. passim, in Hist. Franc., apud  
 Aimoinum, et alios rerum Francie. scriptores. Hæc  
 itaque Fortunatus ad tempus scripsisse magis quam  
 ad rerum veritatem videtur, ac forte, quo Fredegun-  
 dis animum, in Gregorium Turonensem vehementius  
 incensum, leniret, ac mitigaret, idcirco eam laudasse  
 impensius quam voluisset.

<sup>b</sup> Videtur hoc loco indicare Fortunatus Frede-  
 gundem conjugis sui res ac salutem Radegundis præ-  
 cibus commensasse.

<sup>c</sup> Chilpericus duos jam superstites habebat libe-

## CAPUT II.

• Ad Chilpericum regem et Fredegundem  
 reginam.

[Poenam Adæ et Hevæ, a quibus peccandi origo ex-  
 stitit, inflictam commemorat, et inde in mise-  
 ram prolem mortem ait fuisse propagatam; tum  
 mortis ipsius necessitatem ex patrum qui ante de-  
 cesserunt exemplo confirmat. Hinc vero Chilpe-  
 rici dolorem, quem ex ærbo filiorum funere con-  
 ceperat, consolatur, nihil prodesse lacrymas affir-  
 mans ad charos ab inferis revocandos. Addit fines  
 cujusque vitæ rite constitutos a Deo fuisse, atque  
 eundem homines, tanquam vasa, effringere, cum  
 lubuerit. Eundem hortatur ad hunc dolorem for-  
 titer ferendum, ac solandam Fredegundem regi-  
 nam, filiorum necem acriter desilentem. Exempli  
 Job, Davidis, et matris Machabæorum suadet, ut  
 gratiæ potius supremo Deo agantur, quod inson-  
 tes pueros immatura morte præripuerit; atque  
 inde etiam parentes consolandi occasionem sumit,  
 quod illi a sacro baptismi lavacro puri ad Deum  
 migraverint, superna infelicitate locandi. Postre-  
 mo novam iisdem sobolem in locum demortuæ  
 auguratur.]

Aspera conditio, et sors irrevocabilis hora,  
 Quod generi humano <sup>b</sup> tristis origo dedit:  
 Cum suadens coluber projecit ab ore venenum,  
 Morsu et serpentis mors fuit Eva nocens.  
 Sumpsit ab ipso ex tunc Adam patre terra dolorem,  
 Et de matre gemens, mundus amara capit.  
 Prævaricando duo probro damnantur acerbo,  
 Ille labore dolet, hæc generando gemit.  
**C** Mors venit inde vorax, transmissa nepotibus ipsis,  
 Hæredesque suos tollit origo nocens.  
 Ecce hoc triste nefas nobis genere parentes:  
 Ceperat unde prius, hinc ruit omne genus.  
 Primus Abel cecidit, miserando vulnere cæsus,  
 Ac fraterna sibi sarcula <sup>i</sup> membra fodent.

ros, quos e Fredegunde susceperat, Dagobertum et  
 Clodobertum, quibus paulo post Briinnacensem syn-  
 nodum orbatus est, non sine vindice Numine, ut  
 legi potest apud Greg. Tur., lib. v, c. 51, et ex seq.  
 carmine patebit.

<sup>d</sup> Edit. Paris., Hoc.

<sup>e</sup> Brow. corrigat *pia vota secundent*; sed hujusce  
 emendationis nihil apparet in Mss. Vat.

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat. *Et domites omaes*.

<sup>g</sup> Huic poemati Fabricius nomen indidit: *De  
 communi omnium mortalitate*. Legitur illud in duob.  
 Codd. Vat., quibus huc usque usi sumus, et in per-  
 antiquo alio, seorsim a cæteris Fortunati Operibus,  
 cum hac inscriptione: *Incipiunt versus Fortun. epi-  
 scopi in consolatione defunctorum*. Nee illic integrum  
 habetur hoc poema, sed desinit ad versum illum  
 inclusive: *Candida ceu rubeis*, etc.

<sup>h</sup> Tertius Cod. Vat. *tollit origo necis*.

<sup>i</sup> *Membra fodent*. Sic Ms. Trevir. et Colon. Quibus  
 accedunt et Vat., nisi quod ultimus habet *membra  
 fodit*. Fabricius correxit:

Ac fraterna illi sarcula membra trahunt.

Rite Brow. censet vocem illam *fodent* esse retinen-  
 dam, tum quod ea ætate homines pluribus jam lati-  
 nis vocibus, vulgari sermone depravatis, abuterentur,  
 id quod constat in primis ex testimonio divi  
 Aug., lib. II de Doctr. Christ., cap. 13, et Cassiodori,  
 Instit. Div. I, c. 15, tum quod Fortunatus  
 sæpe rerum vocabula depravasse ac corrupisse de

Post quoque Seth obiit, sub Abel <sup>a</sup> vice redditus A Brachia non retrahunt fortes, neque purpura  
[idem, [reges,

Et quamvis <sup>b</sup> rediit <sup>c</sup>, non sine fine fuit.  
Quid Noe memorem, laudatum voce Tonantis,  
Quem levis arca tulit, nunc gravis arca premit?  
Sic quoque Sem, et Japheth, patrum justissima  
[proles.

Sancta et progenies tale cucurrit iter.  
Quid <sup>d</sup> patriarcham Abraham, vel Isaac, Jacob quo-  
[que dignos,

Cum de lege necis nemo solutus adest?  
Melchisedech etiam, Domini sacer ore sacerdos,  
Job quoque, ceu geniti sic abiere sui  
Legifer ipse jacet Moses, Aaronque sacerdos,  
Alloquiusque Dei dignus, amicus obit.  
Successorque suus, populi dux inclytus, Jesus

<sup>e</sup> Qui legis libris, occubere patres.  
Quid Gedeon, Samson, vel quisquis in ordine iudex?  
Mortem sub Domino iudice nemo fugit.

Israelita potens David rex, atque <sup>f</sup> propheta,  
Est situs in tumulo cum Salomone suo.

Esaïas, Daniel, Samuel, Jonasque beatus,  
Vivens sub pelago, stat modo pressus humo.  
Princeps clave, Petrus, primus quoque dogmate  
[Paulus,

Quamvis celsæ animæ, corpora terra legit.  
Semine ab humano <sup>h</sup> cui nullus major habetur  
Vir baptista potens ipse Joannes obit.  
Enoch, Heliasque <sup>i</sup> hoc adhuc spectat uterque,  
Qui satus ex homine est, et moriturus erit.  
Ipse creator ovans, surgens cito Christus ab umbris,  
Hic quia natus homo est, carne sepultus humo.  
Quis rogo non moritur, mortem gustante salute?  
Dum pro me voluit hic mea vita mori?  
Dic mihi quid poterunt Augusti, <sup>j</sup> et culmina regum,  
Membra creatoris cum jacuere petris?

prehendatur, quo illa ad metricas leges exigeret.  
Quod et hic fecisse, minime mirum est. Idem Brow.  
hujusce loci sensum ita explicat, ut Cain sarculo  
Abelis corpus fodisse vel perrupisse dicatur, aut  
postea, occultandi causa, in terram infodisse. Sed  
is primum probat magis: *Posteaquam*, ait, in *Aure-  
lii Prudentii Hamartigeniam paulo fixius intendi*,  
cujus videtur imitator in primis existisse Fortunatus.  
Ita vero de Cain scribit Prudentius:

Armât deinde parricidalem manum  
Frater, probatæ sanctitatis æmulus,  
Germana curvo colla frangit sarculo.

Ubi a poeta nomine *sarculi* accipitur quodcumque  
instrumentum, quo Cain usus est in occidendo fra-  
tre. Sarculum vero idcirco nominatum præcipue est,  
quod Cain agricola easet; unde verisimile est iis  
instrumentis ad facinus suum usum fuisse quæ ma-  
nis ad manum haberet, nempe rusticis, cujusmodi  
tandem illa essent instrumenta. Adnotandum et il-  
lud videtur, rō *fodent* usurpari a Fortunato non pro  
voce *fodient*, ut putat Browerus; cæteroquin vis sen-  
sui inferretur, sed pro *fodiunt*, ut integra sit senten-  
tia. Edit Paris., *fraterna etiam sarcula... fodunt*.

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., *videtur iisdem*. Tertius, *reddi-  
tus iisdem*. Ita et Fabric. Ed. Paris., *iisdem*.

<sup>b</sup> Ed. Paris., *En quamvis*.

<sup>c</sup> Seth *rediisse* dicitur, hoc est redditus parentibus  
pro Abel occiso, ut quamvis mortui in locum suc-  
cesserit, mori tamen et ipse non desierit. Eodem

<sup>k</sup> Vir quicumque venit pulvere, pulvis erit.  
Nascimur æquales, morimurque æqualiter omnes,  
Una ex Adam est mors, Christus et una salus.  
Diversa est merces, fumus tamen omnibus unum,  
Infantes, juvenes, <sup>l</sup> sic moriere senex.  
<sup>m</sup> Ergo quid hinc facimus, nunc te rogo, celsa pote-  
[stas,

Cum nihil auxilii possumus esse rei?  
Ploramus, gemimus, sed nec prodesse valemus,  
Luctus adest oculis, est neque fructus opis.  
Viscera torquentur, lacerantur corda tumultu,  
Sunt chari extincti, flendo cadunt oculi:  
Ecce vocatur amor, neque jam revocatur amator,

<sup>n</sup> Nos neque jam repetit, quem petra mersa legit.  
Quamvis clamantem refugit mors surda, nec audit:  
Nescit in affectum dura redire piū.

Sed nolo, atque volo, migrabo cum omnibus illuc,  
Ibimus <sup>o</sup> hinc omnes, nemo nec inde redit:

<sup>p</sup> Donec adventu Domini caro mortua vivat,  
Surgat et ex proprio pulvere rursus homo,  
Cœperit ut tegere <sup>q</sup> arentes cutis uda favillas,  
Et vivi cineres de tumulis salient.

Ibimus ergo omnes, alta regione locandi,  
Ibimus ad patriam, quos peregrina tenent.  
<sup>r</sup> Ne cruciari igitur, pie rex, fortissime princeps,

Quod geniti pergunt, quo petit omnis homo.  
Quale placet figulo vas fictile, tale paratur,  
Quando placet figulo, vasa soluta ruunt.

<sup>s</sup> Quod jubet Omnipotens, non possumus esse rebelles,  
<sup>t</sup> Cujus ad intuitum sidera, terra tremunt.  
Ipse creat hominem, quid dicere <sup>u</sup> possumus? idem  
Qui dedit, et recipi, erimina nulla gerit.  
Illius ecce sumus figmentum, et spiritus inde est,  
Cum jubet, hinc imus, qui sumus ejus opus.

nunc modo loquitur Fortunatus de Salomone dicens:  
Pro vice germani cum redit ipse patri.

<sup>d</sup> Hic versus sic legitur in uno Cod. Vat.

Sic quoque Sem, et Japheth, hi justissima proles.

<sup>e</sup> Fabr., *patriarcha... dignus*.

<sup>f</sup> Duo Codd. Vatic. *quos legitis libris*. Ita et Fabric.,  
quæ lectio sequenda. Ed. Paris. *Quos scitis*.

<sup>g</sup> Ed. Paris. *poeta*.

<sup>h</sup> Tertius Cod. Vat., *aut culmina regum*. Ita et  
D Cod., *cum nullus, mendose*.

<sup>i</sup> Fabric., *et adhuc hoc*.

<sup>j</sup> Duo Codd. Vat., *aut culmina regum*. Ita et  
Fabric.

<sup>k</sup> Tertius Cod. Vat., *vir quocumque venit*. Fabric.,  
*Nam quicumque*.

<sup>l</sup> Duo Codd. Vat. *sic moriere senes*. Ed. Paris.,  
*abiere senes*.

<sup>m</sup> Fabricius sic effert hunc versum:

Ergo quid hic facimus dubiæ sub funere vitæ?

<sup>n</sup> Fabric., *huc... nemo sed inde*.

<sup>o</sup> Ed. Paris., *Donec in adv*.

<sup>p</sup> Fabric., *ardentes*.

<sup>q</sup> Hic versus, *Ne cruciari*, etc., cum seqq. deest  
in tertio Cod. Vat. Sic etiam plures aliæ lacunæ ita  
ipso inveniuntur.

<sup>r</sup> Ibid., *cujus et ad nutum*.

<sup>s</sup> Fabr., *possumus illi*.

• Si libet, in hora montes, freta, sidera mutat,  
Cui sua facta favent, quid homo fumus agit?  
Rex, precor, ergo potens, age quod tibi maxime prosit,  
Quod prodest animæ cum Deitatis ope,  
Esto virile decus, patienter vince dolores,  
Quod non vitatur, vel toleretur onus.  
Quod trahimus nascendo, <sup>b</sup> sine hoc non transiit ullus,  
Quod nemo inmutat, vel ratione ferat.  
Consul eas domnæ reginæ et amantis amatæ,  
Quæ bona cuncta capit, te sociante sibi.  
Materno affectu placare iubeto dolentem.  
Nec simul ipse fleas, nec lacrymare sinas.  
Te regnante viro, tristem illum non decet esse,  
Sed magis ex vestro <sup>c</sup> gaudeat alta throno.  
Deprecor hoc etiam, vitam amplam conjugis optans,  
Consul eas <sup>d</sup> genitæ, consul eas patriæ.  
Talis erit populus, <sup>e</sup> qualem te viderit omnis,  
Deque tua facie plebs <sup>f</sup> sua vota metit.  
Denique Job natos septem uno triste sub ictu,  
Amittens, laudes retulit ore Deo.  
David psalmographus, genitum cum amisit amatum,  
Mox tumulo posuit, prandia festa dedit.  
<sup>g</sup> Femina bis felix, pia mater Machabeorum,  
Natos septem uno funere læta tulit.  
Prompta <sup>h</sup> adiens Domino, semper tibi gloria, Rector,  
Cum vis, summe pater, pignora mater habet.

• In tertio Cod. Vat., *si libet, hora una, montes. Fabr., una hora. Idem Fabric. Poema hoc mutilum exhibet, omisso disticho. Ne cruciari, etc., et de-inens ad seq. distichum: Rex, precor, etc. Edit. Paris. Hunc versum habet ita*

Si libeat, montes, freta, sidera mutat in hora.

<sup>b</sup> Duo Codd. Vat., *sine quo non transigit ullus. Ed. Paris., sine hoc non transigit ullus.*

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat., *gaudeat alta throno. Sic quoque Ed. Paris.*

<sup>d</sup> Hæc, scilicet, Rigunthis erat, quam ex Fredegundæ susceperat Chilpericus, quæ postea desponsa Reccaredo, Leuvicildis, regis Hispaniarum, filio, in Hispaniam cum the-auri ingentibus, et copiis missa est, sed infelici exitu. Namque, allato paternæ cordis nuntio, antequam nuberet Reccaredo, ab his qui illum deducebant deserta ac prodita est, ipso Reccaredo jam alias nuptias appetente. Hinc regressa in Gallias est, magno cum dedecore, et contumelia, ac non multo post rixata cum matre, parum absit quin ab illa necaretur. Lege Greg. Tur., lib. ix Hist. Franc., cap. 34, et lib. vii, cap. 9.

<sup>e</sup> Duo Codd. Vat., *quem te viderit, invito metro.*

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., *tua vota metit.*

<sup>g</sup> In tertio Cod. Vat., *Germina bis felix.*

<sup>h</sup> Unus Cod. Vatic., *prompta addens Domino. Sic quoque Ed. Paris.*

<sup>1</sup> In ultimo Cod. Vat. *referatur gratia nostro. Sic quoque Ed. Paris.*

<sup>1</sup> Chilperici filii, Dagobertus, et Clodobertus obierunt, ut diximus, paulo post Brinnacensem synodum, an. 580, quo anno dira lues Grassata in Gallias est, quam describit Greg. Tur., lib. v, cap. 35, hisce verbis: *Dysentericus morbus pene Gallias totus pre-occupavit. Erat enim his qui patiebantur valida cum vomitu febris, renunquæ nimius dolor, caput grave, vel cervix. Ea vero quæ ex ore projiciebantur colore croceo, aut certe viridia, erant, a multis autem asse- rebatur venenum occultum esse. . . Igitur in his diebus Chilpericus rex graviter ægrotavit, quo coalescente,*

A Unde Deo potius <sup>1</sup> referatur gratia nostro,  
i Germine de vestro qui facit ire polo.  
Eligit et gemmas de mundi stercore pulchras,  
De medioque luto <sup>2</sup> ducit ad astra throno.  
M-ssis vestra Deo placuit, quam in horrea condit,  
Dum spicis teneris dulcia grana metit.  
Non paleas generas, frumenta sed integra gignis;  
Nec recreanda <sup>1</sup> foris, sed recreanda polis.  
Præsertim qui sic sancto baptismate puri,  
Hinc meruere rapi, fonte lavante novi.  
Sistentes ante Deum, velut aurea vasa decoris,  
Aut quasi candelabris pulchra lucerna nitens.  
Immaculatæ animæ, radiantes semper honore,  
Vivorum retinent in regione locum.  
Inque domo Domini plantati lumine vernant,  
B <sup>3</sup> Candida ceu rubeis lilia mista rosis.  
Jusserit et Dominus cum membra redire sepulta,  
Vestibit genitos tunc stola pulchra tuos.  
<sup>4</sup> Aut palmata chlamys, rutilo contexta sub auro,  
Et variis gemmis frons diadema geret.  
Utentes niveam per candida pectora pallam,  
Purpureamque togam <sup>5</sup> fulgida zona ligat.  
Tunc pater et genitrix mediis gaudebiti illis,  
Cum inter sidereos cernitis esse viros.  
Est tamen omnipotens, Abrahæ qui semen adauxit,  
Vobis atque dabit, Job quod amore dedit.

*filii ejus junior, nec dum ex aqua et Spiritu sancto renatus, ægrotare cœpti, quem in extremis videntes, baptismo abluerunt. Quo parumper melius agente, frater ejus senior, nomine Clodobertus ab hoc morbo corripitur, ipsumque in discrimine mortis Fredegundis mater cernens, etc. . . post hæc infantulus junior, dum nimio languore tabescit, exstinguitur. . . Clodobertum vero componentes feretro, Svesionas ad basilicam sancti Medardi duxerunt, projectentesque eum ad sanctum sepulcrum, everserunt vota pro eo; sed media nocte, anhelus jam, et tenuis, spiritum exhalavit. Neque dubitat Greg. Tur. dicere hanc filiorum Chilperici necem, divino judicio, ut supplicium de Chilperico et ejus domo sumeretur, accidisse; quin imo narrat, c. 51 ejusdem libri, quod cum adhuc esset Brinnaci post synodum Brinnacensem, atque cum beato Salvio, episcopo Albigeni, seorsim colloqueretur, ille repente ad se dixit: *Vides-ne super hoc tectum quæ ego suspicio? Cui ego (verba sunt Gregorij) video super tegulam, quod super res poni præcepit. Et ille: Aliud, inquit, non aspicias? cui ego: Nihil aliud, inquam, video. Suspicietur enim, quod joculariter loqueretur. Et adjeci: Si tu aliquid magis cernis, enarra.**

<sup>1</sup> *At ille alta trahens suspiria, ait: Video ego eraginatam iræ divinæ gladium, super domum hanc dependentem. Veruntamen non sefellu dicitio sacerdotem. Nam post dies viginti, duo filii regis, quos superius mortuos scripsimus, obierunt. Adit Aimolius, lib. iii Hist. Franc., cap. 24, quod ipse archipræsul Gregorius una nocturnum post matutinos hymnos, strato recubans, vidit angelum Dei, super ecclesiam volantem, qui clara voce dicebat: *Hæu! hæu! percussit Deus Chilpericum, et cunctos filios ejus, nec erit ex his qui nunc virunt ullus in regno ejus successor.**

<sup>2</sup> Cod. ultimus Vat., *ducit ad astra poli. In hoc Cod. carmen desinit ad illum versum inclusive: Candida ceu rubeis, etc.*

<sup>3</sup> Unus Cod. Vat., *nee cremanda foris. Ed. Paris., nec perdenda foris.*

<sup>4</sup> Ibid., *candida caruleis.*

<sup>5</sup> Ed. Paris., *Aut candem; palma rutilo.*

<sup>6</sup> Ed. Paris., *lucidu.*

• Restituens numerum natorum germine digno,  
 Progeniemque refert nobilitante fide.  
 Qui in solium David Salomonis contulit ortum,  
 Pro <sup>b</sup> vice germani cum redit ipse patri.  
 Ille tibi poterit de conjugē reddere natum,  
 Cui pater alludat, ubere mater alat.  
 Qui medius vestri reptans per colla parentum,  
 Regibus et patriæ gaudia longa paret.

## CAPUT III.

• *Ad eosdem.*

A specie veris ineuntis ac festorum Paschaliū  
 gaudiis Chilpericum et Fredegundem hortatur, ut  
 omni mœrore ac tristitia deposita, cum regia tota  
 ad lætitiā et alacritatem revertantur. ]  
 Post <sup>d</sup> tempestates et turbida nubila cœli,  
 Quo solet infesto terra rigere gelu,  
 Post validas hiemes ac tristia frigora brumæ,  
 Flamine seu rapidi rura gravante Noti,  
 Succedunt iterum vernalia tempora mundo,  
 Grataque post glaciem provocat aura diem.  
 Rursus odoriferis renovantur floribus arva,  
 Frondibus arboreis et viret omne nemus.  
 Dulce saporētis curvantur robora pomis,  
 Et, redeunte sibi gramine, ridet ager.  
 Sic quoque jam Domini post tristia damna dolentes,  
 Vos meliore animo lætificatē, precor.  
 Ecce dies placidi revocant paschalia Christi,  
 Orbs <sup>e</sup> quoque totus item per nova vota fremit.  
 Gaudia plus faveant per celsa palatia regum,  
 Et per vœs famuli festa beata colant.  
 Omnipotens <sup>f</sup> vobis nostra addat morte salutem,  
 Atque diu patriam culmina vestra regant.

## CAPUT IV.

• *Epitaphium Clodoberti.*

[ Scribit Fortunatus epitaphium Clodoberti, filii  
 Chilperici regis et Fredegundis. Quindecim annos  
 natum refert illum obiisse. Laudat regale ejus  
 genus, ac spem quam de se toti regno, si vixisset,

<sup>a</sup> Isthæc vota Fortunati non inania et irrita fuere.  
 Nam revera Chilperico, post obitum Clodoberti, et  
 Dagoberti, alius filius natus est e Fredegunde; isque  
 appellatus est Theodoricus: qui cum non diu super-  
 stes fuisset (anno quippe post extinctus est) ut nar-  
 rat Greg. Tur. l. vi, c. 34), alium item ex Frede-  
 gunde filium suscepit Chilpericus, ac Clotarium no-  
 minavit. Is paternum regnum adeptus est, post obitum  
 Chilperici patris sui.

<sup>b</sup> Ms. *nece.*

<sup>c</sup> Hoc carmen eodem ipso anno, quo superius  
 conscriptum fuisse dicendum est, ac non multo post  
 filiorum Chilperici obitum. Ad Chilpericum ipsum  
 quippe et Fredegundem consolandos pertinet: quo-  
 rum dolorem ac mœstitiam pro filiorum interitu  
 acerbiorē fuisse, discere possumus ex Greg. Tur.,  
 l. v, c. 40, qui ait: *Igitur post mortem filiorum  
 Chilperici, rex mense Octobri, in Cotia silva, plenus  
 luctu, cum conjugē residebat, etc.*

<sup>d</sup> In uno Cod. Vat. hoc poema cum superidre  
 conjungitur.

<sup>e</sup> Mss. etiam Vat. habent: *Orbs quoque, etc.* Sic  
 enim prisce (ait Brow.), cum urbs, et orbs, omoge-  
 nia sint.

<sup>f</sup> Advertit Brow. id ea ratione loquendi dictum  
 esse, quo a veteribus dictum fuit:

A præbuerat; commemorat. Ejus tamen mortem  
 negat desendam esse qui parvus hinc et innocens  
 decesserat.]

Flere monent populum erndelia funera regum,  
 Cum caput orbis humo mœsta sepulcra tegunt.  
 Hoc igitur tumulo recubans <sup>b</sup> Clodobertus habetur,  
 Qui tria Iustra gerens raptus ab orbe fuit.  
 De proavo veniens Clodovecho celsa propago,  
 Clotariique nepos, Chilpericique genus,  
 Quem de regina sumpsit Fredegunde <sup>i</sup> jugali  
 Auxerat et nascens Francica vota puer.  
 Quem <sup>j</sup>, patris et patriæ dum spes adolesceret ampla,  
 Accelerante die sors inimica tulit.  
 Sed cui <sup>k</sup> nulla nocent queruli contagia mundi,  
 Non fleat ullus amor quem modo cingit honor,  
 B Nam puer innocuus, vivens sine crimine lapsus,  
 Perpetui regni se favet arca frui.

## CAPUT V.

*Epitaphium Dagoberti.*

[ Superiori poemati attexit epitaphium Dagoberti,  
 item Chilperici, et Fredegundis filii, eodem ferme  
 tempore, et ejusdem mortis genere, quo Clodo-  
 bertus, ejus frater, extincti. Regiam ejusdem  
 genus ac stirpem commemorat. Felicem eundem  
 ac beatum deprædicat, quod vix sacro ablutus  
 lavacro obierat.]  
 Dulce caput populi, <sup>l</sup> Dagoberte, perennis amore,  
 Auxilium patriæ, spes puerilis orbis.  
 Germine regali nascens generosus, et infans,  
 Ostensus terris, mox quoque raptē polis.  
 C Belligeri veniens Clodovechi gente potenti,  
 Egregii proavi germen, honore pari.  
<sup>m</sup> Regibus antiquis respondens nobilis infans,  
 Chilpericique patris vel Fredegunde genus.  
 Te veneranda tamen mox abluit unda lavacri,  
 Hinc licet abreptum lux tenet <sup>n</sup> alma throno.  
 Vivis honore ergo, et cum judex venerit orbis,  
 Surrecturus eris fulgidus, ore nitens.

De nostris annis tibi Jupiter augeat annos.

Quo et ille distichus referri potest, quo conjux, im-  
 matura morte extincta, sic loquitur ad superstitem  
 virum, diuturnam eidem vitam precans:

Immatura peri; sed tu felicior annos  
 Vive tuos, conjux optime, vive meos.

A Ast unus Cod. Vat. habet:

Omnipotens nobis vestram addat in orbe salutem,  
 quam lectionem tenendam arbitror; et quidem eam-  
 dem habet Edit. Paris.

<sup>g</sup> Vide, quæ supra diximus in notis ad carmen 2  
 libri hujus.

<sup>h</sup> Clodobertum Snessionis in basilica sanctorum  
 Crispini et Crispiniani martyri, humanum fuisse,  
 narrat Greg. Tur., lib. v, cap. 35, et Aimoinus, de  
 Gestis Franc., lib. III, cap. 32.

<sup>i</sup> Ed. Paris., *venusta.*<sup>j</sup> Unus Cod. Vat., *quo patris.*<sup>k</sup> Alter, *sed cum nulla.*

<sup>l</sup> Dagobertum (ait Greg. Tur., lib. v, cap. 35).  
 cum maximo mœrore deducentes a villa Brennacœ  
 Parisius, ad basilicam sancti Dionysii sepeliri manda-  
 verunt.

<sup>m</sup> Edit. Paris., *Legibus.*Eadem edit., *alia.*



## CAPUT VI.

*Ad Gregorium episcopum pro metris Sapphicis.*

[Gregorii litteras, quamvis seras, narrat se recepisse, assumi in eodem studio et benevolentiam declarat. Idem, quæ postulatæ fuerat, carmina ait se mittere. Ad Sapphicos tamen, quos posebatur, versus pangendos spatium requirit, cum tunc messis faciendæ instaret; quæ si copiose processisset, paratior ad versus concinnandos se dicit futurum.]

Pollente eloquio pervenit epistola <sup>a</sup> cursu,

Sed voluit voto tarda venire meo.

Nec tamen offendit, quamvis remorata requirit,  
Quem tenet astrictum mente ligante virum.

Cum cupiam talem, qualis fuit ille Nazanzo,  
Gregorium ut repares dogmate, sede <sup>b</sup> parens,  
Quæque injunxisti, pater, ecce poemata misi,  
Et mihi proficient, si tibi, chære, placent.

Hæc maudas etiam, quo Sapphica metra remittam,  
Da veniam, modici dum seges urget agri.

Dum <sup>c</sup> meto, da spatium, tibi mox parere parabo;  
Si saturer fructu, fors meliora cano.

Cedere si valeo, cum metro mitto libellum,  
Quæ cape tu voto, <sup>d</sup> quo tibi <sup>e</sup> dicat amor.

## CAPUT VII.

*Ad eundem in ipso metro.*

[Mittit ad Gregorium Fortunatus carmen, Sapphico metro conscriptum, quod a se postulaverat Gregorius, ut superiore carmine indicatur. Se ergo primum excusat, ac impar suis humeris negotium narrat sibi imponi; quod tamen non recusat, amore in Gregorium adductus. Missum ab eodem ad se libellum commemorat, tumido refertum cothurno, quem propter ingenii sui imbecillitatem vix attigisse affirmat, præsertim curis aliis et negotiis distentus. Postremo ipse libellum suum alloquitur, et eidem mandat ut ad Gregorium pergat, atque ipsum salutet, suo et Radegundis, nec non Agnetis et Justinæ, nomine.]

Corde jucundo, calamo venusto,  
Litteras mittis, cupiente voto,  
Blanda conscribens <sup>f</sup> sericæ salutis,  
Chære Gregori.

Exigens nuper nova me movere  
Metra, quæ Sappho cecinit decenter,  
Sic Dioneos <sup>g</sup> memorans amores  
Docta puella.

Pindarus Graius, meus inde Flaccus  
Sapphico metro, modulante plectro,  
<sup>h</sup> Molliter pangens citharista, blando  
Carmine lusit.

<sup>a</sup> Edit. Paris., *cursus*.

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., *sede parans*.

<sup>c</sup> Edit. Paris., *meta dat spatium*.

<sup>d</sup> Ms., *quod*.

<sup>e</sup> Edit. Paris., *dicat amor*.

<sup>f</sup> Edit. Paris., *famina salutis*.

<sup>g</sup> Dioneos, nempe Venereos amores. Dione quippe Veneris uater fuisse traditur.

<sup>h</sup> Edit. Paris., *Molliter clangens*.

<sup>i</sup> Unus Cod. Vat., *Lyricos melodes*. Sic quoque Ms. noster.

<sup>j</sup> Ibid., *deest qui, incipiente versu sic: vel hæc*.  
<sup>k</sup> In duobus Codd. Vatic., *rapienter*, quam vocem vel alia Mss. retinent, teste Browero.

<sup>l</sup> Edit. Paris., *et satis constat*.

<sup>m</sup> Edit. Paris., *tua jam voluntas*.

<sup>n</sup> Mopsi personæ celebris in Eclog. Virgilii

A

Cur mihi infungis <sup>l</sup> Lyricas melodas,  
Voce qui rauca modo vix susurro,  
Eloqui chordis mea dextra nescit  
Pollice dulci.

<sup>i</sup> Qui vel hæc olim mihi si fuissent  
Nota, prudentum docili Camœna,  
Per tot oblitus fueram benignam  
Tempora Musam.

Cum labor doctis sit, ut ista pangant,  
Dogma nec quisquam <sup>k</sup> sapienter intrat,

<sup>l</sup> Et satis constat resonare paucis  
Metra poetis.

Non leve est nautæ rate transfretare.  
Vincere aut vastum pelagus natatu;  
Vix procelloso repetunt sub Austro  
Carbasa portum.

Arduum nobis iter, et profundum,  
Quo jubes pergi, tamen ibo votis,  
Si minus possum pedibus viare,  
Ducor amore.

Præstitit, pastor, <sup>m</sup> tua mi voluntas  
Codicem farsum tumido cothurno,  
Quemque paupertas mea vix valebat  
Tangere sensu.

Regiis verbis humili repugnat,  
Divites versus inopi recusans,  
Et mihi <sup>n</sup> Mopso reserare nolens  
Docta sophistis.

Disputans multum variante <sup>o</sup> miltho,  
Quæque sunt rhythmis, vel amica metris,  
<sup>p</sup> Sapphicum quantum tua me aræ adorant,  
Dulcis Epodus.

Mltus auctorum numerus habetur,  
Plura dicentum modulo canoro,  
Quæ volens isto memorare metro,  
<sup>q</sup> Nomina frango.

Maxime qui nunc <sup>r</sup> resolutus a te,  
Postque bis denos loquor <sup>s</sup> istud annos,  
Clara quod scripsit, citharam terendo,  
Lesbia virgo.

Scire qui vult hæc, Libycas arenas  
Ante per littus numerare <sup>t</sup> tentet,  
Cuncta quam metris ratione cauta  
Carmine ciuat.

D

<sup>o</sup> Glossa Trevirensis exempli, habet ad hunc locum: *habitus, vel amictus eo genere, ex Brow. Mavult tamen idem Brow. milthum hic pro rubrica accipiendum esse, quæ μέτρος a Græcis appellatur, Broweri sententiæ et ipse assentior, cum minium vel a Fortunato interdum adhiberi solitum ad versus poematum discriminandos satis possit intelligi ex cap. 6 lib. v, ubi ait: Unde cum desit hic coccinum, res est texta de minio. Unus Cod. Vat. corrupte habet variante nuto. Edit. Paris., *melo*.*

<sup>p</sup> Edit. Paris., *Sapphici quantum thomi adornet*.

<sup>q</sup> Edit. Paris., *Nomina, frango*.

<sup>r</sup> Edit. Paris., *resolutus arte*.

<sup>s</sup> Illic intelligi potest, alia simili metro poemata scripta olim fuisse a Fortunato, quæ perierunt.

<sup>t</sup> Edit. Paris., *tendit*.

Nam moras feci, remoratus ipse,  
Pluribus causis modo hinc, et inde  
Nec vacans legi placida quiete  
Pulce sobhistæ.  
Scito nam, pastor, nec adhuc cucurri  
Ordinem totum relegens libelli,  
Sed satis, crede, est, satis est amanti  
Sola voluntas.

Ergo laxatus celeri volatu,  
Ad patrem sacrum, comitante voto,  
• Et sibi nostrum renovans amorem,  
Perge libelle.

Forte non possum piger <sup>b</sup> ire gressu,  
Quo vocat blandus meus ille vultus,  
Invicem nostram, rogo te, libelle,  
Redde salutem.

Si memor filii Pater, ore dulci  
Hunc precans, qui nos, mare et astra, fecit,  
Ac piis votis bene se colentem  
Pectore servet.

Feminæ charæ, sibi mente nexæ,  
Quem colunt Agnes, Rhadegundes idem,  
Sicut exposcunt, vica filiarum,  
Solve salutem.

Adde • Justinam pariter precantem,  
Nempe commendans famulam propinquam.  
Et refer, quantum sibi chara profert  
Neptis honorem.

Hæc tibi promptus prece, voce, mente,  
Solve vix implens, ego <sup>d</sup> pauper arte,  
Sed tamen largo refluens amore,  
Chare Gregori.

## CAPUT VIII.

• Ad Baudowaldum episcopum.

[Baudowaldum episcopum, clarum dignitatis gradum  
et studiorum cultura ac scientia, nec non pietate

<sup>a</sup> Edit. Paris., *et nunc nostrum*.

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., *ire gressum*.

<sup>c</sup> De Justina vide quæ diximus ad c. 16 libri superioris.

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., *ego paupertate*. Sic quoque Edit. Paris.

<sup>e</sup> Censet Browerus Baudowaldum Meldensium episcopum fuisse, cum is apud Antonium Monchiacenum in Meldensium episcoporum catalogo expressus reperitur ac sedisse referatur circa hæc tempora, in aliis vero ecclesiis vix reperiantur sedisse hujus nominis episcopi. — Cointius Baudowaldo in sede Meldensi refert successisse Gundoaldum, vel Gundoaldum, qui sedebat an. 614, cum quidem Baudowaldus successisset in eadem sede Edeno. Edenus autem exceperat Medovechum, qui interfuit concil. Parisiensi II, ad an. 551. Ita fit ut Baudowaldi tempus congruat temporibus Fortunati. In uno Cod. Vat. deest hujusce poematis titulus.

<sup>f</sup> Edit. Paris., *memorasse*.

<sup>g</sup> Sidonius, ut legere est apud Cointium, successit Ruthardo in sede Moguntina: Sidonium vero exceperit Willebertus, cum Wiliberti successor Leonisius, seu Ludegastus, eandem sedem teneret ad an. 612, uti refert idem Cointius ad hunc an., n. 5. Ex quibus conjici potest quo tempore Sidonius præluisset Ecclesie Moguntinæ; nihil quippe certi præterea

A florentem, salutatur hoc carmine, et ejus se precibus commendat.]

Summe sacerdotum, bonitatis optima facultas,

Culmen honore tuo, lumen amore meo,

Officiis venerande sacris, pietatis alumne,

Pignore amicitiae, corde tenende meo.

Florens in studiis, et sacra in lege fidelis,

Semper agens animæ dona futura tuæ.

Te pater ergo precans, terram, freta, sidera testor,

Ut velis ore sacro me <sup>f</sup> memor esse tuum.

## CAPUT IX.

• Ad Sidonium Moguntiacensem Episcopum.

[Sidonium episcopum, Moguntinæ Ecclesie, suo jam pastore orbatæ, præfectum, gratulatur. Laudat Sidonium ob Pastoralem gradum, ac munus, et in eo exercendo sollicitudinem ac diligentiam, ob liberalitatem in pauperes, beneficentiam in exules ac victos, ob doctrinam et eloquii suavitatem. Ejusdem in templis restaurandis munificentiam ac liberalitatem commemorat.]

<sup>b</sup> Reddita ne doleas, felix Maguntia, casus,  
Antistes rediit, qui tibi ferret openi.

Ne mœrore gravi lacrymans orbatâ jaceres,  
Te meruisse fame <sup>i</sup>.....

Porrigit ecce manum genitor Sidonius urbi:  
Quo renovante loco prisca ruina perit.

Jura sacerdotii sacro moderamine servans,  
Per cujus studium crevit et ipse gradus.

Parturit assidue gravidus Ecclesia fructus,  
Quamvis Apostolico <sup>i</sup> vincetus amore regis.

C Suscipit <sup>k</sup> hæredes, cœlesti germine natus,  
Tali nupta viro, quando marita placet.

Te vigili custode, lupus non diripit agnos,  
Te pascente gregem, non ovis ulla perit.

Cautius in toto per mitia pascua ducis;

Toxica ne noceant, florea <sup>l</sup> rura paras.

Sis cibus ut populi, placide <sup>m</sup> jejunia servas,  
Et satias alios, subtrahis unde tibi.

(quantum equidem scio) potest proferri. Quo circa miror a Browero narrari quod is Theodorico et Theoderico, Francorum regibus, et Clodoveo ætate proximus fuerit: *cujus, inquit, novo surgente in Belgis imperio, insignis fuit vastitas Germaniæ I et II urbibus illata, eaque Maguntiaco hoc gravior, quo repetita crevit. Certe quo tempore venit in Gallias Fortunatus, non solum Clodoveus, sed etiam ejus Filius Clotarius, post diuturnum ac florens imperium, vivere jam desierat.*

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., *reddita nec doleas*.

<sup>i</sup> Hujusce Pentametri pars, mirabili consensu, deest in omnibus Mss., sive Vat., sive quibus usus est Browerus. (*Primæ curæ nota*.) — In Edit. Paris. Bibliothecæ veterum PP. ita supplentur:

Hunc gaude pulsa te meruisse fame.

In eadem consequens Pentameter sic legitur:

Quem renovare locum prisca ruina petit.

(*Secundæ curæ nota*.)

<sup>j</sup> Unus Cod. Vat., *amore regum, alter junctus, amore regnum; l., regum*. Edit. Paris., *junctus amore*.

<sup>k</sup> Edit. Paris., *hæredem... natum*. Forte legendum *natos*.

<sup>l</sup> In uno Cod. Vat., *rura parans*.

<sup>m</sup> Ibid., *jejunia servas*.

Nudos veste tegis, <sup>a</sup> captivis vincula solvens,

Deposito reddens libera colla jugo.

Excubibus domus es, et esurientibus esca,

Felix, cui Christus debitor inde manet.

Te doctrinae probum, providentia sacra modestum,

<sup>b</sup> Fecit et eloquio vincere mella tuo.

Templa vetusta novans <sup>c</sup>, specioso sulca decore,

Inseris hinc populis plus in amore Deum.

Ut plebem <sup>d</sup> foveas, et Rheni congruis amnes,

Quid referat terris, qui bona præbet aquis?

<sup>e</sup> Illic quod sana micant, et instaurata quod exstant,

Vivis in æterno, laude fluente tibi.

<sup>f</sup> Hæc crescas longos meritorum fruge per annos,

Et crescente diu de grege vota feras.

### CAPUT X.

<sup>g</sup> Ad Rhagnemundum <sup>h</sup> episcopum.

[Suam in Rhagnemundum, sive Ragnemodum, episcopum benevolentiam declarat, quam nulla oblivione delendam affirmat. Diuturnam eidem vitam precatur, et gratias agit, Radegundis et Agnetis nomine, pro missa paropside de Pario marmore, proque gemmis quas ad ornandam sanctam crucem monasterii Pictaviensis munere miserat.]

Sæpe pater patriæ <sup>i</sup>, dulce mihi lumine Rucco,

Interiora mei cordis amore tenens,

Quidquid amicitia veteris collegimus ambo,

Crescit in affectum semper, opimo, meum.

Nam mihi nulla meos oblivio tollit amantes;

Ante sit extremum, quam mihi desit amor.

Ude, beate pater, properans dependo salutem,

Optans longinquo te superesse gradu.

Ille etiam genitæ reddunt tibi pectore grates,

Munere pro niveo <sup>k</sup> marmore de Pario:

Quæ quotiens epulæ disco tribuuntur in illo,

In doni specie te pietate vident.

Nam pro gemmarum serie tibi reddat honorem,

Cui data proficiunt, crux veneranda throno.

<sup>a</sup> Ibid., *captivorum vincula, mendose. F., captorum-*

<sup>b</sup> Edit. Paris., *Et facit eloquio.*

<sup>c</sup> Ibid., *spatioso sulca decore.*

<sup>d</sup> Ibid., *et Rheni congruis amnis.* At Trevir. Cod. habet ut edidit Browerus. Videtur nimirum Sidonius, ut advertit idem Brow., *munisse ripas, et annuum duorum violentiam, Rheni et Mæni, qui, nivibus et imbribus inflati, conjunctique validiore cum impetu ripis Maguntiacis proximitas inferri solent, coercuisse operibus, aut molitione aggerum.* Edit. Paris., *foveas, Rheni tibi convenit amnis.*

<sup>e</sup> Vulgo antea legebatur: *Hic, quos fama micat;* D correxit Brow.: *Hic, quod sana micant.* Edit. Paris.:

Hæc quoque fama micat, tu instauras omne quod exstat.

<sup>f</sup> Ms., *Hic.* Edit. Paris., *hæc vivas longos.*

<sup>g</sup> Hic Ragnemundus episcopus Parisiensis fuit, excepitque in illa sede sanctum Germanum vita functum an. 576. Idem an. 585 interfuit synodo Matisconensi ii, et obiit an. 591. De eo pluries loquitur Gregor. Turon., ac lib. ii de Mirac. sancti Martini, cap. 13, narrat eum, cum adhuc esset diaconus, et sanctum Germanum episcopum Turones secutus fuisset, *accepta portione de pulvere sepulcri sancti Martini, o gravi, quo laborabat dysenteria morbo convalescere.* Eundem jam presbyterum, cum quartana febris affligeretur, atque ad tumulum sancti Marcelli, olim episcopi Paris, obdormisset, sanum et incolumem inde surrexisse refert in lib. de Glor. confess., c. 89.

<sup>h</sup> In uno Cod. Variè deest titulus hujusce carminis.

<sup>i</sup> Edit. Paris., *dulci mihi fame fulges.* In marg.

### CAPUT XI.

Ad Droctoveum <sup>l</sup> abbatem.

[Droctoveum abbatem, discipulum sancti Germani, episcopi Parisiensis, et ejusdem imitationem studiosissimum, laudat hoc carmine, et ei se commendat.]

Vir venerande, sacer meritis et honore colende,

Droctovee, mihi semper amore pater.

Qui de discipulis Germani jure beati,

Norma magisterii factus es ipse sui.

Cujus pontificis sacra per vestigia currens,

Despicis hunc <sup>m</sup> mundum, dum cupis ire polo.

Perge libenter iter cœli, mansurus in orbem,

Et pro me famulo, quæso <sup>n</sup>, precare Deum.

### CAPUT XII.

Ad <sup>o</sup> Faramundum referendarium.

[Ad Faramundum scribens, litteris se illum convenire dicit, quem presentia non poterat; rogat ut se regibus commendet, tum ut litteris rescribat.]

Dulcis amice mihi, memorabile nomen amantis,

Promptus in officiis, vir <sup>p</sup> Faramunde, bonis.

Si non ipse adii, te pagina missa salutet,

Solvat et obsequium, quod minus ipse gero.

Commendesque libens dominis me regibus, oro,

Et referas grates pro pietatis ope.

Impenso affectu me pagina vestra requirat,

Hoc remeante tamen, reddere benigne vicem.

### CAPUT XIII.

Ad Lupum et Waldonem <sup>q</sup> diaconum.

C [Suam in Lupum et Waldonem diaconos benevolentiam declarat, ac litteris (quod unum jam absentis solatium reliquum esse dicit) se illos convenire affirmat, quos oculis tenere haud poterat. Orat ut se pontifici ac regibus aliisque commendent.]

Corde parentali, jugi pietate colendi,

Hinc Lupe <sup>r</sup> blande mihi, Waldo vel inde sacer.

uti Brow.

<sup>l</sup> Edit. Paris., *tollit amores.*

<sup>m</sup> Eadem edit., *marmore cum Pario*

<sup>n</sup> Droctoveus discipulus fuit sancti Germani, in monasterio sancti Symphoriani *Æduensis*: cui monasterio præerat ipse Germanus, antequam episcopus Parisiensis crearetur. Ipse deinde Droctoveus abbas illi monachorum gregi a sancto Germano, jam episcopo Parisiensi creato, præpositus est, quem rex Childbertus in æde sancti Vincentii, a se constructa, collocandum curavit: quod postea monasterium sancti Germani a Pratis nominatum est. Obiit sanctus Droctoveus circa an. 580: cujus vitam scripsit monachus anonymus sæculi ix, quem vide sæc. i Ben., pag. 253, cujus ad calcem subtexitur hoc poema de Droctoveo abb. scriptum a Fortunato.

<sup>o</sup> Duo Codd. Vat., *despicis hic mundum.*

<sup>p</sup> Unus Cod. Vat., *precato Deum.*

<sup>q</sup> Ms., *Pharamundum.*

<sup>r</sup> Unus Cod. Vat., *Faramode bonis.*

<sup>s</sup> Hic Waldo non alius esse videtur quam is de quo loquitur Gregor. Turon. lib. viii Histor. Franc., cap. 92, quem scribit, jam diaconum, a Boetramno, episcopo Burdigalensi, paulo antequam moreretur, suum in sede Burdigalensi successorem designatum fuisse; sed illum nihil a rege potuisse obtinere, ad Gundeisilum, cognomento Dodonem, comitem Santonicum, illo honoris gradu delato. Waldo in baptismo Berthramnus fuerat appellatus.

<sup>t</sup> Unus Cod. Vat., *Blando, corrupte.*

Ut bonitate pari simul estis honore ministri,  
 Sic mihi consimili <sup>a</sup> semper amore rati.  
 Quod valeo, facio <sup>b</sup>, absens dependo salutem.  
 Si non præssum oculis, vos peto litterulis.  
 Pontifici summo nos commendare precamur,  
 Regibus et dominis forte salutis opes.  
 Droctoveo, dulci clero, et concivibus oro,  
 Quod præsens facerem, vos adhibete vicem.  
 Mummulus <sup>c</sup> egregius veneretur, Cæsareusque,  
 Et Constantino <sup>d</sup> me memorate meo.

## CAPUT XIV.

<sup>e</sup> De basilica sancti Laurentii.

[Martyrem Laurentium, qui vivus prodigiis et virtutibus inclaruerat, vel mortuum, præsentem virtute, narrat populis optulari: cujus in basilica exstruenda excisam jam trabem ait excrevisse, indeque dempta frustra cæcorum oculis lumen reddidisse.]

Laurenti, merito flammis vitalibus uste,  
 Qui fervente fide, victor ab igne redis.  
 Vir dilecte Deo, terreno in corpore quondam,  
 Tunc quoque siderens jam tibi sensus erat.  
 Qui potuisti oculos tactu revocare sepultos,  
 Rursus et in vacua fronte referre dieni.  
 Luminis extinctas iterum accendisse lucernas,  
 Credimus hæc signo te faciente crucis.  
 Addita nunc etiam populis miracula præstas,  
 Et fidei tribuis indubitanter opem.  
 Dum tua templa novat breviori robore plebes,  
<sup>f</sup> Creveruntque trabes, crevit et alma fides.  
 Stipite contracto tua <sup>g</sup> se mercede tendit,  
 Quantum parva prius, postea cæsa fuit,  
 Crescere plus meruit succisa securibus arbor,  
 Et didicit sicca longior esse coma.

<sup>f</sup> Edit. Paris., *semper amore pari*.

<sup>b</sup> Ibid., *absens vel dependo*, quod tenendum metri causa. Sic quoque Edit. Paris.

<sup>c</sup> Browerus hunc opinatur fuisse Mummulum abbatem, cognomento *Bonum*, postea creatum episcopum Lingonensem, de quo Gregor. Turon., l. v, c. 5, Histor., et addit: *Si conjecturis locus est*. Verum cum Mummulus, cognomento *Bonus*, primo abbas sancti Joannis Reomansis fuerit in agro Tornodoronsi, ac deinde creatus fuerit episcopus Lingonensis, minus verisimile est inter eos numerari a Fortunato qui Parisiis vivebant. E contra Eunius Mummulus, qui et Mummulenus appellatus aut certe is Mummulus fuit qui *præfectus* nominatur a Greg. Tur. l. vii Hist., c. 45, quem habitasse Parisiis indicat sæpe idem Gregorius (*Secundæ curæ nota*.) jam Parisiis esse poterat, cum sub Guntramno rege viveret: a quo et patriatium promeruit, uti narrat Greg. Turon. lib. iv Hist. Franc., cap. 42.

<sup>d</sup> Legimus in Vita sancti Aredii abbatis, cap. 26, quæ exstat ad calcem Operum sancti Gregor. Turon., de quodam Constantino, qui erat Parisiis, collega sancti Aredii abbatis: quem iste gravissimo, et extremo morbo laborantem cum invisisset, morte deinde extinctum ad vitam revocavit. Au hic ipse est de quo loquitur Fortunatus?

<sup>e</sup> Ms., De basilica S. Laurentii trabe.

<sup>f</sup> Narrat Gregor. Turon., lib. i de Gloria martyrum, cap. 42, cum basilica in memoriã sancti Laurentii apud Brionas, Italiæ castrum, exstrueretur, et excisa fuisset trabs brevior, quam opus esset, sancti Laurentii implorato auxilio, ita crevisse

A Unde recisa fuit, populis fert inde salutem  
 Si venit intrepidus, lumina cæcus habet.  
 Tu levita sacer pœna purgate fideli,  
 Unde prius flammæ, hinc modo lumen habes.  
<sup>h</sup> Visa ita temporibus venerandi antistitis acta,  
 Sed tamen æterno sunt memoranda die.

## CAPUT XV.

De domo lignea.

[Ligneum quoddam ædificium, ob artificis, a quo constructum fuerat, præstantiam, multo se æneis ac lapideis ædibus narrat anteferre. Eiusdem ædificii ornatum et descriptionem commemorat.]

Cede parum paries, <sup>i</sup> lapidoso structe metallo,  
 Artificis merito præfero ligna tibi.  
 Æthera mole sua tabulata palatia pulsant,  
 Quo neque rima patet consolidante manu.  
 B Quidquid saxa i sablo, calces, argilla tuentur,  
 Singula silva favens ædificavit opus.  
 Altiori <sup>k</sup> innititur, quadrataque porticus ambit,  
 Et sculpturata ludit in arte faber.

## CAPUT XVI.

<sup>l</sup> Ad Chrodinum ducem.

[Famam de Chrodino duce, tota Italia Germanique percelebren, commemorat; tum ejusdem nobilitatem et in omnes liberalitatem ac beneficentiam extollit. Laudat præterea ejusdem justitiam, modestiam, assabilitatem, ob quæ eundem clarum omnibus et admirabilem esse affirmat.]

Inclyte dux, meritis totum vulgate per orbem,  
 Quem nimis egregium splendida fama refert.  
 Non ego præteream præconia celsa, Chrodine,  
 Ne videar solus magna silere bonis.  
 C Itala terra tibi, pariter Germania plaudunt,  
 Laus tua cunctorum semper in ore sonat.  
 Clarus ab antiquis, digno generosior ortu,  
 Regibus et patriæ qui placiturus eras.

trabem, ut vel secundum aliquid de eadem fuerit, quo apta præsentis usui redderetur. Ex illius ligni frustis vel morbis remedia deinde quæsita fuisse refert, cui Historiæ attestat idem Gregor. aliquot versuculos, sumptos ex hoc poemate Fortunati.

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., *se cæde tetendit*.

<sup>h</sup> In uno Cod. Vatic. *visita temporibus*, memore. Edit. Paris., *His ita temporibus*. Ms., *Visita*.

Edit. Paris., *lapidoso constructe*.

Edit. Paris., *sabulum calcaique*.

<sup>k</sup> In uno Cod. Vat., *laticior* in altero, *altior immitior*. In Th. Pulmanni Codice Brow. se reperisse affirmat *innititur*, cum tamen et ipse fateatur in variis Mss. Codicibus legi *immitior*, quæ vox pro *vasta et ingens* videtur hic usurpari a Fortunato. Edit. Paris., *Altior et mitis*.

<sup>l</sup> De Chrodino leges Gregor. Turon. lib. vi Histor., cap. 20, ubi ejus pietatem, beneficentiam in pauperes, in Ecclesiis munificentiam, aliaque piissimæ ac religiosissimæ viri præclara merita, enarrat. Obiisse ait ætate septuagenaria an. 552. Porro hunc eundem esse puto qui ab Aimoino, lib. iii Histor. Franc., cap. 40. Rodinus dux appellatur: quem refert *verum eleemosynarium fuisse: bonitatis plenum, juste se in cunctis agentem, ac pauperes Christi diligentem*. Idem narrat quod cum ipse pueris suis mandasset ut quoddam monumentum aperirent, in quo demortuum hominem sepeliret, illi, eo aperto, *immensis ponderis thesaurum, solidorumque non continentium numerum repereunt*; quem detulerunt ad Dominiuum, usque continuo in pauperes illum erogavit.

Totoremque alii, nutrioremque fatentur,

Et sit certamen de pietate tua.

Ut habeant alii, nulli tua dona recusas,

Tu tibi plus auges quas bene fundis opes.

Cui possis præstare, lubens exquiris, et optas,

Ut sis apud cunctos, <sup>a</sup> hoc facis esse tuos.

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., *hos facis*.

<sup>b</sup> *Ibid. gradus, atque, corrupte. Edit. Paris., gratulusque modestus.*

A. Es generale bonum, nulli gravis, omnibus æquus,

Justitiæ socium nulla rapina tenet.

Mitis in alloquio, placidus, <sup>b</sup> gratus, atque modestus.

Omnia cui data sunt, ut decus omne geras.

Gentibus astrictus, Romanis charus liberis,

Felix, qui populis semper in ore manes.

## LIBER DECIMUS.

### CAPUT PRIMUM.

#### *Expositio Orationis a Domini.*

Tanta pietatis profunda misericordia, filii dilectissimi, circa genus humanum nostri patuit Salvatoris, qua nos ereptos de concatenatis mundi naufragiis ad portum perpetuæ detulit libertatis, ut nec verbis exsequi, neque lingua patefieri, neque ipsa valeant cogitatione pulsari, cui parum videbatur, de limbo <sup>b</sup> quem condidit, quem cruore redemit, quem baptismo renovavit, nisi ad salutis cumulum, mens nostra, ne lapsus ignoranter incurreret, <sup>c</sup> instrueretur etiam, qualiter exoraret. Ne si non docuisset, quemadmodum deberemus justas voti preces offerre, essemus aut certe temerarii, aut erroris nube confusi, et nesciendo quæ petere oporteret, magis admitteremus peccatum, quam <sup>d</sup> purgaremus admissum, et unde <sup>e</sup> sperabamus posse venire suffragium, videremur incurrere detrimentum, cum de oratione incondita fieret periculum plus causa quam voti. Inde retinentes ejus mysteria, et quam <sup>f</sup> multa sint in brevitate collata, propter ædificationem Ecclesiæ pacis docemur explicare, quia tunc nobis melius placebunt audito, cum patuerint intellectu. Itaque ad ipsum veniamus sanctæ orationis sermonem.

#### *Pater noster qui es in cælis.*

Ecce vox Domini prædicantis; de quo propheta dicit: *Nubes pluant justum* (Isa. XLV, 8): arcana scientiæ lumen effudit; et ut nostram ariditatem sermonis imbre reficeret, veluti fons aquæ salientis erupit. Quis enim tantum secretum mysterii cælestis hominibus revelaret, aut hoc doceret, vel præsumeret, vel sciret? Nunquid Abraham, Moses, propheta, et vel angelus? imo nullus nisi Unigenitus, cui soli in majestatis plenitudine Pater est notus; nam reliqui tantum meruerunt de Deo in terra cognoscere, quantum ipse de cælo voluit ministrare. Filius enim, in quo Pater est totus unitate substantiæ, non confusione personæ, subjectum habebat hoc

<sup>a</sup> Ms., *Dominica. Expositio Fortunati in Or. Dominicam, in duobus Mss. Vat. corruptissime scripta reperitur ex Amanuensium vitio; quocirca his prætermisissis ac neglectis quæ aut minimi erant momenti, aut aperte errorem ac mendam præ se ferebant, ea selegimus quæ erant præcipua, et lectionis discrimen indicabant.*

<sup>b</sup> In duobus Mss. Vat., *quod condidit, et sic deinceps ponitur quod pro quem, quod tenendum.*

nosse, non alterius munere, sed potestate naturæ.

B. Ergo dicendo Patrem nostrum esse in cælis, peregrinationem nobis significat, dum sumus in terris, juxta illud: *Incola sum ego in terra* (Psal. cxviii). Unde videtur instruere, ut ad excelsa jugiter animum elevantes, ea, Deo tribuente, festinemus peragere, quæ nos in æternæ vitæ beatitudinem, placato patre, Christo duce, faciant introire, et promissa præmia sic filii valeant obtinere: <sup>h</sup> verumtamen audito Deo Patre, nullus tam crudelis sit filius, ut non festinet ad veri genitoris amplexus. Item congrue *Pater noster*, quia homo renascendo per baptismum effectus est Dei filius, qui per prævaricationem factus fuerat inimicus, et perditus; ergo cujus gratia fruitur jam patrem libere constitetur. Sed licet non simus de eo patre sic filii, quo modo persona Domini nostri Jesu Christi, quia ille de ipsis natus est substantia, nos autem dignatus est creare de terra, attamen per gratiam Unigeniti nos effici meruimus adoptivi, et ideo qui in Ecclesia catholica ex aqua et Spiritu sancto nascitur, inter Dei filios computatur. Item *Pater noster qui est in cælis*, in hac confessione et Deum veneramur et mandata sequimur, et fidem nostram exponimus, et eos qui patrem in cælis denegant refutamus. Item dicendo *Pater noster* habemus quod in ipso diligere, et agnoscendo Deum habemus pariter <sup>i</sup> quem timere debeamus. Timeamus ergo, quoniam justus est; amemus quoniam plus est, ne quod ille sollicitè contulit, nos velimus perdere negligenter, et divina beneficia nostro sint excessu calcata. Quisquis ergo Patrem illum appellat, sicut decet filium, <sup>d</sup> sic vitam suam immaculate dispenset, quia ipse est filius qui non contribulat genitorem, non exasperat cohæredem, fratris charitatem non violat, testamentum conditoris non dissipat, sequitur monita, festinat implere mandata; quod si recalcitraverit, projectus contumaciter de possessione discedit, nec aliqua jam fronte hæreditatem repetit, quem admissi

<sup>c</sup> Ms., *instrueret.*

<sup>d</sup> In uno Cod. Vat., *quam purgare deberemus.*

<sup>e</sup> In altero, *et unde expectabamus posse venire.*

<sup>f</sup> In uno Cod., *et quod multa sint.*

<sup>g</sup> In altero, *angelus nisi unigenitus; verbum imo deest in Mss. quibusdam.*

<sup>h</sup> In duobus Codd. Vat., *unde audito.*

<sup>i</sup> In uno Cod., *quod timere.*

culpa damnavit. Unde, qui ad Deum patrem venimus, Christi fratres dicimur, si in peccati crimine non versemur: nam amittit nomen filii, qui fuerit servus peccati. Quod autem non singulariter *Pater meus*, sed *Pater noster*, dicimus, ad hoc pertinere cognoscitur, ut nullus pro se tantum, sed generaliter pro omnibus misericordem Dominum deprecetur, quatenus ab hoste perfido cuncti pariter liberentur. Omnes enim qui in Ecclesia conveniunt eodem se muro concludunt, quoniam, etsi multa membra sunt, tamen in uno Christi corpore continentur (1 Cor. xii, 21), et ideo qui simul junguntur in templo, separari non debent nec in voto <sup>a</sup> quia sicut in membris nostris aspicimus qualiter humerus humero, manus manui, pes pedibus subveniunt, ita congruum creditur ut monitis, orationibus, lacrymis nobis ipsis a nobis invicem succurratur, propter illud: *Invicem onera vestra* <sup>b</sup> *portate* (Gal. vi, 2). Denique frequenter alter pro alterius crimine confidenter obinet, qui pro se suggerere, confunditur ex pudore, quia in suo facinore verecundia nihil praesumat. Ergo unusquisque supplicet pro omnibus in commune, quoniam sicut in se divisa domus non stabit, sic unita ruinæ non subjacet. Et bene auctor Dominus pacis sic docuit, ut quidquid unus peteret, omnibus videretur proficere. Item bene *Pater noster* additur, quia nisi quis recte credat in Christo, non potest habere patrem in cælo; non est enim ipse pater Ariano, Judæo, Photino, Manichæo, Sabellio, et reliquis pestibus, veneno pravi cordis infectis, et pessimæ confessionis falce succisis, qui de filio, quem <sup>c</sup> injuste Deo Patri nostro conati sunt inæqualem facere, cæcati recesserunt, ex patre suo diabolo <sup>d</sup> fructum carnis recipiunt. Et ideo nobis Pater in cælis est, qui recte Filium constemur in terris.

*Sanctificetur nomen tuum.*

Vigilanter considerandum est quid in hoc vocabulo admonitio divina significet, dicendo *sanctificetur nomen tuum*, <sup>e</sup> non quod aliquid inveniat superior quod Deus Pater sanctificari valeat, aut quasi nos videamur aliquid illi orando præstare, cum <sup>f</sup> magis ipse sanctificet, sed sanctificetur, id est, benedicitur nomen tuum incessanter omnibus linguis, universis in locis ut pote ejus dona sunt hoc ipsum, quod respiramus et vivimus. *Sanctificetur nomen tuum*. Deus cum omnium sit elementorum concentu laudandus, et sanctus, ut in nobis nomen ejus sanctificetur, id est, firmiter teneatur, optamus, et in ea qua nos abluit baptismi sanctitate vivamus.

Ergo in hoc tempore non novam <sup>g</sup> sanctificationem requirimus, sed quam incontaminatam percepimus, hanc ut sine vitii macula conservemus. Nam in homine fructus bonæ conversationis sanctificatio Dei est. Hoc quoque ordine nomen ejus recte sanctificari dicimus, ut si quis dono divinitatis vitam videat nobis esse sinceram, gratias largitori referat, et in nostris operibus sanctum nomen ejus extollat, quoniam recte omnis laus illi redditur, a quo vota complentur. Item *Sanctificetur nomen tuum*, quia ipsa oratione non continetur expressum. In nobis *sanctificetur nomen tuum*, videmur non tantum modo pro nobis optare ut *sanctificetur nomen ejus*, sed et pro illis qui nec dum meruerunt ad baptismi gratiam pervenire; nam in Christi plenissima claritate doceamur etiam pro inimicis orare, quia ipse non amicos et fideles, sed adversarios suos et culpabiles de mortis carcere liberavit.

*Adveniat regnum tuum.*

Dubitari non licet Deum semper et hic et ubique regnare, nec aliquando de regni sorte sanctam Trinitatem sumpsisse principium, nec <sup>h</sup> habere fine claudendum, <sup>i</sup> cum revera apud Deum stabilitate sua tempora non mutantur, cui nec sol occidit, nec nox in vicem succedit; sed cum dicimus: *Adveniat regnum tuum*, non ut illi aliunde obveniat, id est, ut ei regnum <sup>j</sup> præstet superior persona, <sup>k</sup> sed ut illud nobis adveniat per mediatorem Christum poscimus repromissum, ut cum illo regnemus liberi, qui in mundo semper <sup>l</sup> vivimus sub lege peccati. Ipse enim postulavit a Patre dicens: <sup>m</sup> *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, et isti sint mecum* (Joan. xvii, 24); et alibi: *tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum* (Matth. xiii, 43). Denique ob hoc evacuavit Tartaros, ut repleat cælos. Ergo hoc ratione precamur ut *regnum ejus adveniat*, non ut ipse quod possidet, hoc acquirat, sed quod est nobis pollicitus, ut persolvat. Potest et sic intelligi: *Adveniat regnum tuum*, id est, adveniat in corde nostro regni tui sincerum desiderium, ut possimus diaboli vincere blandimentum; tunc enim in nobis serpentina falsitate subdolos hostis non prævalet, quando nos constanter respicit divini regni desideria concepisse. Item, regnante Christo <sup>n</sup> non potest in nostris corporibus regnare peccatum. Item cum dicimus *Adveniat regnum tuum*, <sup>o</sup> admonemur ut nil de terreni regni divitiis expectemus, qui omnem spem in futuri regni facultate plantamus. Item *Adveniat regnum tuum*: agnoscitur his verbis

<sup>a</sup> Ibid., nam sicut.

<sup>b</sup> In duobus Codd., *onera vestra portantes*.

<sup>c</sup> Obscurior quæ in Mss. sententia, in Parisiensi Editione auctacter illustrata sic legitur: *Qui de Filio quam injuste sentiunt, tam a Deo Patre nostro recisi sunt, et ex patre suo diabolo fructum carnis recipiunt; et quia in Cod. Pulmanni postrema periodi clausula posita erat, eam nos jam recepimus, in margineque rejecta veteri. Bæow.*

<sup>d</sup> Ms., *furere carnali*.

<sup>e</sup> Ms., *num quid invenitur superior?*

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., *magis ipse cuncta sanctificet*.

<sup>g</sup> Ibid., *sanctificationem requiremus*.

<sup>h</sup> Ms., *haberi*.

<sup>i</sup> Ibid., *revera cum apud*.

<sup>j</sup> Ibid., *prestitunt superiora personæ; in altero præstitura superiore persona*.

<sup>k</sup> In uno Cod., *sed ut bis scilicet ut illud adveniat*.

<sup>l</sup> Ibid., *qui in mundo servivimus*.

<sup>m</sup> Ibid., *Pater ubi ego sum, et isti sint mecum*. In altero, *Pater, et isti sint mecum*.

<sup>n</sup> In al ero, *non possit in nostris*

<sup>o</sup> In uno Cod., *agnoscitur, ut*.

eos increpare personas quæ sæculi istam vitam diutius volunt protrahere, <sup>a</sup> cum omnes justi petant illud, ut festinanter veniat. Vel certe *Adveniat regnum tuum*, hoc est Christus Dominus nobis adveniat, quem quotidie sanctorum chorus veneranter expectat, in cuius promissione se confidunt justi regnare, de cuius adventu Apostolus ait: *Tunc rapiemur simul in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus* (I Thess. iv, 16). Sed videamus qui rapiemur cum beato Paulo in nubibus? numquid homicidæ, luxuriosi, fallaces, ebriosi, adulteri, <sup>b</sup> rapaces, maledici? Tales enim nisi corrupti sint, non solum non possunt in illo <sup>c</sup> genere participari cum sancto Apostolo, cuius modo monita non sequuntur, aut occurrere Christo, <sup>d</sup> cuius paterna præsumunt; sed imo magis, si se a facie Dei in fissuris petrarum valerent abscondere, super se <sup>e</sup> cadere montes optarent. Ergo advertamus quibus illud regnum promittitur. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum* (Matth. v, 3). In principio beatitudinum humiles corde præposuit, ac per hoc exclusit superbos ac tumidos, ubi dicit pauperes spiritu regnatos. Deinde beati mites, beati qui lugent, beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam; beati misericordes, beati pacifici, beati mundo corde, et reliqua. Ecce illi <sup>f</sup> invitantur ad talem requiem, qui taliter desudaverunt temporaliter in labore. Vere hoc est indeficienter regnare coronam beatitudinis istis ornatam floribus possidere, Deum sine confusione mereri conspiceri, quo præsentem, inveniat anima quod amavit. Nam si in hoc sæculo <sup>g</sup>, et ad præsens regnare dicitur humana fragilitas et paupertas quædam, si illi blandiatur de falsa prosperitate fugitiva felicitas, quanto magis illud regnum quærendum est, ubi semper liliorum rosarumque blandior <sup>h</sup> lux arridet, ubi pictura floris odoriferi non marcescit, ubi loci secunditas neque nube premitur, neque sole siccatur, ubi non finitur cum possessore possessio, <sup>i</sup> ubi quæcunque desiderat animus, dat aspectus, ubi justus gemmas calcabit in plateis, quas modo reges non habent in coronis, ubi mortalitas translata in immortalitatem cum angelis sorte simili gloriatur, ubi hominibus et Deo sit una possessio! Ibi desideretur consortium, ubi tantæ felicitatis gratia possidetur.

*Fiat voluntas tua sicut in cælo et in terra.*

¶ Quod quidem sic petitur, ut fiat voluntas Dei non id fit quia aliquis potuit resistere ejus voluntati.

<sup>a</sup> In duobus Codd. Vatic., cum omnes justi regnum illud ut festinanter veniat, videntur optare.

<sup>b</sup> In uno Cod. Vat., rapaces maledicti.

<sup>c</sup> In altero, in illo itinere participari.

<sup>d</sup> Ibid., vel paterna præsumunt.

<sup>e</sup> In altero, cadere tunc montes.

<sup>f</sup> Ibid., invitantur ad æternam requiem.

<sup>g</sup> Ibid., dicit se ad præsens... et paupertas, si quædam illi, etc.

<sup>h</sup> Ms., luxus.

<sup>i</sup> Ibid., ubi quidquid desiderat.

¶ Brow. refert in quibusdam libris hujusce petitionis initium sic efferi: *Quid est, quod sic petitur, etc.; nunquid aliquis potuit, etc.* Eadem lectio est in

ti, ut non faceret aliquando quod voluit omnipotens, nec ob id, quia illum potest, aliquid impedire, sed ut in nobis impleatur ejus voluntas et operetur, quoniam, adversario resistente, nos voluntatem ejus implere non possumus, nisi <sup>a</sup> patrocínio ejus uniamur. Si vero quaeritur quæ sit Dei voluntas, habes decem præcepta, quæ per Moysen Dei sunt voluntate vulgata. Habes Dei Filium, qui Patr's voluntatem sciens, quæ erant abscondita reseravit, et quæ obumbrabantur in lucem transfudit. Itaque voluntas Dei est agnita, excusatio non erit succursura; nam qui de cælo descendit ad terras, quid aliud suæ voluntatis esse <sup>b</sup> voluit credi, nisi salvare? per redemptionem nos doceret charitatis et humilitatis ornamenta sequi, quoniam <sup>c</sup> et ipse hoc dignatus est <sup>d</sup> facere ea charitate, nimia humilitate sincera [Ms., sincera]. Deinde qui templum sibi elegit in virgine, quid docet, nisi dona pudicitiae custodire? qui iustitiam coluit, dolum in ore non habuit, misericordiam præbuit, culpas indulgentia laxavit, mundo corde semper incessit, quid aliud fecit, nisi quo nos post sua vestigia traheret verbis et exemplis? ideoque <sup>e</sup> orandum ut, si perire nolumus, ipsius voluntas operetur in nobis, juxta apostolum dicentem: *Qui in vobis operatur velle et perficere pro bona voluntate* (Philip. ii, 2, 13), sicut alibi Dominus noster locutus est: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos* (Joan. xv, 16); alioquin homo Christum per se inveniret. Beatus Paulus voluntatem habebat, sed non ad Christum revera, cuius per Ecclesiam populum devastabat; sed quia Redemptor dignatus est in persecutore suo magis pius esse, quam justus, ut ad meliora accederet, eum per cæcitate amaritudinem castigavit, et corporale lumen obduxit, ut ei spirituales oculos aperiret, de quo dixit: *Ego illi ostendam quanta eum pro me pati oporteat* (Act. ix, 16). Unde ipsam bonam voluntatem pietas Christi contulit, non fragilitas humana possidet [Ms., possidet]. Audiamus ipsum Dominum Jesum Christum in infirmitate carnis positum, quid dixerit: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu* (Matth. xxvi). <sup>f</sup> Filius Dei dicit *Non sicut ego volo, sed sicut tu, Pater.* Et homo quare tam superbus est, ut voluntatem sibi ex se esse dicat ad bonum, et non potius Dei munus esse testetur? Quod si bona voluntas ex homine est sine Dei inspiratione, dicat ergo Christianus in oratione. *Fiat voluntas mea, quoniam bona est; sed absit ut*

duobus Codd. Vatic.

<sup>a</sup> Ms., nunquid aliquis.

<sup>b</sup> Ms., erga ne quia illum.

Unus Cod. Vat., Omnipotens ergo neque illi non potest aliquid impedire, sed ut in nobis impleatur, cuius voluntas impleatur, mendose.

<sup>c</sup> Ms., ipsius patrocínio.

<sup>d</sup> Ibid., vult credi, nisi quod sua redemptione nos, etc.

<sup>e</sup> Alter Cod. Vat., sed quando redemptor dignatus, etc.

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., orandum est.

<sup>g</sup> Ibid., Filius Dei dicit: Verum non. Alter Cod. Vatic., Filius Dei Verum dicit, verumtamen non, etc.

hoc aliquis confiteri præsumat; imo magis deprece-  
 tur, ut fiat voluntas Dei in homine; non hominis  
 voluntas, quæ bonum velle non habet, nisi Dominus  
 inspiret juxta illud: *Deus meus, misericordia ejus  
 præveniet me (Psal. LVIII)*. Ergo non hominis volun-  
 tas prævenit Deum, sed Dei misericordia prævenit  
 hominem, non volentem, quoniam, sicut scriptum  
 est: *Deus est, qui justificat impium (Rom. IV, 5)*.  
 Item: *Spiritus ubi vult spirat (Joan. III, 8)*. Igitur,  
 quare non unusquisque recognoscit tenebras suas,  
 ne illuminatus, tanquam lampas, quæ aliunde suc-  
 cenditur, per ventositatem suæ superbix exstingua-  
 tur, et soliducto splendore maneat in cæcitatibus ca-  
 gine, dum, si quid bonum velle habet, sui esse  
 putet arbitrii, <sup>a</sup> et non inde gratias ferat collatori,  
 et ne audiat tandem quod dicitur: *Qui autem non  
 habet, et quod habet auferetur ab eo (Marc. IV, 25)*;  
 hoc est, in quo [*Ms.*, quod] per gratiam prævenitur,  
 nisi Deo illud ascripserit, per superbiam hoc amittet.  
 Quoniam juxta scripturam, *ipsa voluntas a Domino  
 præparatur*. Audiamus in hac parte doctorem, ubi  
 dixit: *Qui loquitur mendacium, de suo loquitur (Joan.  
 VIII)*. Quare non addidit et qui loquitur veritatem  
 de suo loquitur, nisi ut hoc exemplo constet quo-  
 niam cum veritatem aliquis loquitur, de Dei gratia,  
 non de suo habuisse hoc bonum specialiter agnosca-  
 tur? Quoniam de nostro solum habemus mendacium;  
 nam cum ipsa Veritas Deus sit, qui loquitur de Deo,  
 unde in homine mendace causa veritatis sit, nisi  
 ipsa Veritas se ministret, hoc est, nisi in homine  
 ipsam bonam voluntatem Deus veritatis inspiret, qui  
 et velle tribuit, et posse complevit? Sed si quis ob-  
 jiciat quod Apostolus ait: *Velle adjacet mihi (Rom.  
 VII, 18)*, cum ipse dicit: *Deus qui in vobis operatur  
 et velle <sup>b</sup> et perficere pro bona voluntate (Phil. II, 13)*;  
 ergo si quis dicat quia ipsam voluntatem Deus non  
 inspirat, quantum ad hanc intelligentiam beatus  
 Paulus <sup>c</sup> non discrepat sentiendo diversa; absit  
 enim ut ille vir pacificus, qui uno eodemque locutus  
 est spiritu, in his dictis Ecclesiæ generasset scan-  
 dalum. Unde doctor gentium velle sibi adjacere di-  
 cebat, quoniam non solum inspiratus, sed etiam vas  
 electionis fulgebat, qui docuit dicens: *Deus est, qui  
 in vobis operatur et velle*. Deinde, quid habes, quod  
 non accepisti? ac si diceret, quid boni est in te,  
 nisi det ille qui fecit te? Nam si bonam voluntatem  
 Deus non confert, sed ex te est quod tu habes, iste  
 mentitus est, qui dixit: *Quid habes, quod non acce-  
 peris (I Cor. LXIV, 7)?* Unde tolle Dei voluntatem,  
 mox agnosco si tu per te ad bonum habes aliquam  
 voluntatem, cum nisi a Christo velut lucerna illumi-  
 neris, quotidie, nesciendo quid eligeret divina pote-  
 stas, excedis. Dicamus humiliter quia nihil boni velle

A habemus, nisi singulis diebus, Domino largiente,  
 sumamus <sup>d</sup> juxta quod legitur: *Omne datum bonum  
 et omne donum perfectum desursum est (Jac. I, 17)*;  
 ut domini Pauli teneant dicta concordiam, et nos, si  
 omne bonum ad Dei referentes gratiam, fidelem  
<sup>e</sup> consequimur doctrinam. Nam quicumque apostolo  
 Paulo, id est, oculo Ecclesiæ, cum beato Augustino,  
 ejus sequace, consonat, in eo ignorantix caligo non  
 regnat. Quod autem de duabus viis, id est, spatiosa  
 et angusta dicitur, ut quis per quam elegerit gradi-  
 tur, per spatiosam quidem laxatis frenis <sup>f</sup> liber in-  
 cedis, peccatis famulando. In angusta vero conside-  
 remus Apostolum dicentem: *Ut digne ambuletis vo-  
 catione qua vocati estis, per Dominum Jesum Christum  
 (Eph. IV, 1)*. Et ideo non eligit aliquis, nec ad viam  
 B pervenit, nisi <sup>g</sup> vocatus fuerit ab eo, qui via est, vita  
 et veritas. Sed in hac via cum Apostoli verbis et  
 præceptis evangelicis excurramus, dicentes ad eos  
 qui jam ex Judæis in Christo erant fide conversi: *si  
 vos Filius liberaverit, tunc liberi eritis <sup>h</sup> (Joan. VIII, 36)*.  
 Et quidnam istud attendite, ipso Domino prædicante:  
*Si manseritis in meo verbo, vere discipuli mei eritis, et  
 cognoscetis veritatem, et veritas liberavit vos (Ibid. XXXI,  
 32)*; ac per hoc hortatur ut sequendo illud quod  
 dedit per gratiam, nos ad veram liberationem per-  
 ducat. Unde tunc homo perfecte in bonum liberum  
 possidebit arbitrium, quando omnino non poterit  
 servire peccato. Item: *Fiat voluntas tua sicut in cælo  
 et in terra*, id est, sicut in cælis angeli, ita te homi-  
 nes <sup>i</sup> venerunt in terris. Et quemadmodum illi  
 C concordia inculpabili, charitate devoti, in laude Dei  
 videntur jugiter inhærerere, ita nos in suo timore et  
 amore jubeat sine labe purgare. Item: *Fiat voluntas  
 tua*; id est, sicut spiritus, qui de cælis et cælestia  
 cogitat, et ita et caro, quæ de terra est, terrena  
 non cupiat; sed quæ sunt spiritus, hæc intendat, et  
 quasi facta concordia pariter ad cælos ascendat.  
 Ergo *sicut in cælo*, id est, in spiritu, *ita et in terra*,  
 id est, in carne fiat Dei voluntas, ut jam post adven-  
 tum Christi non caro, quæ mater est criminis, spi-  
 ritum festinet, sicut Eva, decipere, sed Adam, qui  
 est in typo spiritus, carnem habeat famulantem, nec  
 dominus ancillæ, sed ancilla serviat dominantis. *Sicut  
 in cælo et in terra*. Homo ante baptismum carnalis  
 esse describitur, post baptismum spiritualis efficitur;  
 D ideoque pro illis qui adhuc sine lavacro loti non  
 sunt a nobis oratur, ut sicut nos videmur facti esse  
 cælestes per baptismum, ita et illi qui adhuc ab Ec-  
 lesia peregrini sunt tanto beneficio non fraudentur,  
 sed per munificentiam Domini nobiscum dona simi-  
 lia consequantur. Quia et cum illi consortes facti  
 fuerint, nos facultatem non amittimus, sed augebi-  
 mus. Qualis [*Ms.*, quare] sit autem invidia, ut homo

<sup>a</sup> *Ms.*, exinde. Mox, unus Cod. Vat., *conferat col-  
 latori*.

<sup>b</sup> In uno Cod. Vat., *et velle et operari*.

<sup>c</sup> *Ibid.*, ante *discrepat*, deest non, ac si per inter-  
 rogationem sententia efferatur. Postea subditur:  
*Sed absit, etc.*

<sup>d</sup> *Ibid.*, juxta illud, quod legitur.

<sup>e</sup> In altero Cod. Vat., *consequamur doctrinam*.

<sup>f</sup> Duo Codd. Vat., *liber redis*.

<sup>g</sup> In uno Cod. Vat., *vocatus fuerit ab ipso*.

<sup>h</sup> *Ibid.*, *et quando sit justum attendite*. In altero  
 Cod., *et quando sit istud attendite*.

<sup>i</sup> In uno Cod. Vat., *venerunt in terris*.



non oret pro homine, sicut Christus, ut nos acquireret, suo sanguini non pepercit? Item fiat voluntas tua. Voluntas Patris erat quod Filius prædicavit quod operatus est, quod passus et mortuus est, et resurrexit, sicut ait: *Non veni voluntatem meam facere, sed voluntatem ejus qui misit me, Patris (Joan. vi, 38)*. Ergo orandum est ut nos <sup>b</sup> similiter mereamur ducere, agere, sustinere, et in ipso resurgere, ut possimus cum ipso regnare. Item: *fiat voluntas tua*. Deus incommutabiliter bonus, qui aliud nihil, nisi semper vult bonum, quamvis nos moles impediatur peccatorum. Ergo bene videmur optare ut nobis ea contingant quæ Deus vult, cum sciamus eum bonæ voluntatis habere perfectionem, etc.

*Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.*

Considerandum est quam mirabiliter orationis hujus ornatus sit textus, ut, nominatis æternis, temporalibus peteretur. Nam tria ista quæ [Ms., quod] poscimus, id est: *Sanctificetur nomen tuum, Adveniat regnum tuum, Fiat voluntas tua, etc.*, propter æterna consequenda hic sunt necessaria. Et hic incipiunt, sed perfecta in futura vita possideri credenda sunt, et perpetua manebunt. Ergo *Panem nostrum da nobis*, quantum animæ et carni est necessarius, spiritualiter, vel corporaliter. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, Et ne nos inducas in tentationem, Sed libera nos a malo*; quæ ad præsentis vitæ opportunitates pertinere videntur. Denique nominis ejus sanctificatio et regnum ejus in spiritu et corpore nostro post resurrectionem perfecta manebunt. Item *panem nostrum* quisquis ad veram salutem pervenire meruit, Christum esse panem vitæ perpetuæ non ignoret, quia dixit: *Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi (Joan. vi, 41)*. Unde iste panis non est communis cum reliquo, quia ille corpora protegit, iste novit animas enutrire; et qui illum manducat, esurit; qui autem isto fruitur, nulla fame torquetur. Et ideo tanto magis iste cibus quærentus est, quanto plus reficit epulatus. Quod vero panem quotidianum petimus, hoc insinuare videtur, ut communionem ejus corporis, si est possibile, omnibus diebus reverenter sumamus, quia cum ipse vita nostra sit, nutrimento nostro peregrinos nos facimus si ad Eucharistiam tardi accedamus. Item dum dicimus: *Panem nostrum da nobis hodie*, cognoscimus non nobis sufficere quod præterito die Deum rogavimus, nisi et ei in præsentis oratione vacemus, propter illud, *sine intermissione orantes (1 Thess. v, 17)*. Item hic advertendum est quod postquam ad Christum pervenimus, et mundum cum pompis suis rejecimus, non nobis necesse sit ad escam amplius

quam quotidianus usus exigit, ut quæramus re veram, et adventum Domini jugiter exspectemus, nam impedimenta mundi faciunt homines miseros. Et sciamus ei panem sufficere, cui Deus non deficit, quod Helizæ habitanti in Eremo ministravit.

*Et dimitte nobis debita.*

Bene post escam quæsitam postulatam veniam peccatorum, ut qui Dei cibo pascitur, Deo vivat, si ei dimittantur peccata; et congrue, ne se humana extollat superbia, quæ petendo veniam, videtur confiteri delicta, cum tamen si purgari desiderat, sæpius ad orationem recurat. Convenienter autem debita, peccata dicuntur, quia ei debentur, et requirenda sunt. Nam sicut debitum a creditore requiritur, ita peccatum a Deo in die judicii e necessario exigitur, nisi hic, dum vivimus, per pietatem ejus et indulgentiam ista nobis exactio condonetur. Et merito remitti cuncta hic rogamus, ubi delicta committimus, quoniam in futuro, sicut precari non licet, i a non vacat pœnitere; sed addendo:

*Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.*

Qui pius se ostendit, et legem imposuit ut nisi qui peccanti culpas indulserit, sibi indulgeri a Deo non exspectet, propter illud: *Qua mansura mensi [Ms. mensurati] fueritis, remetietur et vobis (Matth. vii, 2)*. Item: *Misericordiam et judicium cantabo tibi (Psal. c)*, quoniam qui in nobis pius est, vult nos esse aliis miserantes. Unde merito de culpa vapulat, qui magistri verba declinat. Summa est eleemosyna, alteri remittere, quod tibi videatur peccasse. Item: *dimitte nobis debita*; quid ergo de baptismi fonte surgentes et corpore Christi communicantes, nos nobis dimitti peccata petimus? quia fragilitas nostra conservare puritatem lavacri non potest, quod de fonte percepit, nisi dignetur Dei gratia custodire. Et bene *sicut nos dimittimus debitoribus nostris*, ut ostenderetur quia Deus pacis cum omnibus vult nos concordare esse.

*Ne nos inducas in tentationem.*

Nunquid Deus aliquem in laqueum tentationis inducit? aut ab inimico cupiat supplantari? qui monet ne incidamus.

CAPUT II.

*Ad salutarem virum et illustrem h Mummulenum consolatoria in morte filiz decennalis.*

[Mummulenum consolator pro morte filiz decennis; ac primum hanc pœnam in universum humanum genus ex Adæ et Hevæ peccato ait fluxisse, nec quemquam ex legem esse, vel immunem, ut minus dolendum propterea sit, hinc quemquam morte decessisse. Multas feminas narrat, post initas nuptias, a primis sponsi amplexibus morte divulsas fuisse, in quibus duplex exstitit jactura et

<sup>a</sup> Ibid., cum Christus ut nos.

<sup>b</sup> Ibid., mereamur dicere, agere.

<sup>c</sup> Ms. hic habet necesse est exigatur.

<sup>d</sup> Ibid., quod in te videatur peccasse.

<sup>e</sup> Duo Codd. Vat., non valet.

<sup>f</sup> In uno Cod., qui monet ne incidatur.

<sup>g</sup> Inscriptam Mummuleno, clarissimo viro, tertia, quæ hinc sequitur, epistola docere videatur; et index Vaticanus approbata, id nominis exprimens. Sed

quia mss. exemplaribus id præteritum, et in sancti Galli Codice reperi scriptum: *Ad virum illustrem, salutarem, nil affirmatissime ponere ausim*. Hæc Brow. In duobus Mss. Palatinis B:bi. Vat., quæ in manibus habuimus, et in quibus solis hæc epistola reperitur, eadem invenitur inscriptio, quæ in Codice sancti Galli: *Ad virum illustrem et salutarem*.

<sup>h</sup> Vide quæ de Mummuleno diximus in notis ad cap. 14, lib. vii.

vitz amissæ et pudoris. Postremo exemplo Job et Davidis docet, casum hunc fortiter ac patienter tolerandum esse, præsertim cum puella a terrestribus nuptiis ad cœlestes, quibus forte inhiabat, raptâ fuerit et assumpta, cum Christo in resurrectione mortuorum reguaturâ.]

Inter humanæ conditionis subrepentia [Ms., subripentia] vulnera, quæ semper incerto tramite nutantium animorum ac labentium temporum reddunt vota suspecta, nihil est in aliquo magis, quod cruciet, quam quemquam aut non videre quod cupiat, aut videre quod perdat. Nam [Ms., Cum] trepidans animum in utroque, non modico sub facie succumbit, dum pendulus spectat diurne <sup>a</sup> quod habeat, et, ut habere cœperit, mox amittat; scilicet afflictus donec impetret, elisus si perdat, sed gravius hoc jaculo res illa percillitur <sup>b</sup>, cum inter spem vel sperata debet amittere; atque ita illic spes tenditur [Ms., tenetur] hic damnatur; illic dubius mœror an habeat, hic certus dolor est, si relinquat. Habet hoc insitum natura, prævaricatione protoplasti parentis, ad nos decursa morte multata, ut sæpe quod vix acquiritor mox linquatur, et serpentis inveterati dente radicem sic percudit, ut nec arbor steterit, nisi in mortis stirpe fixa vivat. Misit hoc posteris hæreditas parentalis, ut subjacentes morti, quæramus vivere morituri: vulnificavit cunctos infelicis arboris acquisita possessio, quæ blandientibus pomis proli prius nocuit quam nutrit. <sup>c</sup> Quod certe sub epuli specie mors intravit, et hoc ferali tactu læsit parentas, et posteros illos <sup>d</sup> gustus, nos succus, quoniam virulentæ suasionis poculum, quod pater male sorbuit in proleam transfudit, et, ut ita dictum sit quod a fonte manavit, in rivo <sup>e</sup> defluxit. Intulit hoc igitur illa mater de genere, sed neverca de crimine, infelix cunctis Eva monades, quod certe sola sic exstruxit, ut universa destrueret, quo veterata machinatione decipulæ, rudem virum perderet, et ipsa periret. Sed proles quid boni faciet, si se in calumniam vel mala parentis extendat? aut ut illum iterum <sup>f</sup> detrahendo remordeat, qui semel morsu perierat, cum ipse sibi sufficeret suis lapsus, noster occasus? Itaque puto incongruum, si illum <sup>g</sup> remordero, per quem gratis invenit gratiam, cujus <sup>h</sup> casu vitalis alimoniz mors coepit depasci: cui dum oculorum apertio promittitur, lux fugatur, et divinitate promissa, homo lapsus redit in terram; hinc est quod prolem genitum nocens esca traxit in prædam. Fecit illa captivitas nos prosperis exsules, adversis consortes, et tantum peregrinatio gravior, quantum mors dura notior. Nascitur ab Adam vetere usque ad novum hominem vita nostra cum morte. Hinc se nec Abel exiit, nec Enoch effugit, nec Noe se subtrahit, qui diluvio

A mortem distulit, non mutavit: hoc patriarcha non renuit, hanc legem legifer non avertit, propheta sustinuit, et plus quam propheta succubuit. Sara quoque, Rebecca, Rachel, Anna, Elisabeth, licetæ sexus inferior, tamen hoc simul bibit amarum. Quis conqueratur de reliquis, cum ipse triumphator mortis pro parte, qua caro factus est, et morti subjectus est? Nec fuerat plenus homo, si non sensisset et tumulum; nec Deus crederetur, nisi surgeret de sepulcro; hinc est quod loquor, charissime, et fideli [Ms., fide] delictionis mihi voto connexe, eo quod tuos per aspices natæ sanctæ transitum conqueraris, vix singultu rumpente indicans calamo tristi decennialis ætatis irruente funere, pubertatis teneræ <sup>i</sup> flosculum marcuissæ, cum pene nuptiali retracta de limine, non ad patris votum thalamo datur, sed tumulo, et diverso cantico non toro traditur, sed sepulcro: ad cujus forte vota jam festinans familia fervebat, sedule parentela excitabatur et patria. Mater erat prece suspensa, ipsa asurgebat cura nutricis, juncta pubertati rosea modestia, et festiva arte sui sexus ornata; sed quo me rapit formæ decor, se prodere tam cito fugax, quam caro mendax, cum defunctæ si prædicetur gloria, accrescant lamenta? Habuisti igitur istud pater, sed non tuum; <sup>j</sup> reddidisti potius commodatum: ploratur velut amissum, sed consideretur non perditum, quod ad Christum redit intactum. An certe conquereris, quasi solus ista perpessus sis, cum casus hic vincat et reges? An felicior Augusto? fortior Alexandro? favorabilior Trajano? sanctior es Theodoro? cum hoc habeat obitu æquale tam miles quam princeps. Patienter dolendum est quod habes commune cum mundo. Quantas autem feminas ab ipso primo complexu retraxit ad tumulum? et pertulerunt dispendium, agnito vero, non habito: quæ bis lamentandæ sunt, antea pudorem perdere, et post sic periisse. Unde licet conqueraris, talem te tali casu amississe sobolem, nulli tamen novum est, ut non potuisset hoc vitare puella, quod venit per feminam. Illud potius inspicere, ut ista res funeris sit virtutis, et ad illorum exempla te coarctata, qui, dolore victo, surgunt ad palmam. Habes itaque inter ista patientiæ culmina, primum, velut in specula, Job censuram et normam, <sup>k</sup> qui pro filiis Domino sic gratias retulit, tanquam ai tunc acceperit, cum amisit. Qui vir experientiz, voluntati divinæ tradidit totum, ne caderet. Quid vero David? fortis licet Goliath subdidit, non se velut fenum nutui cœlesti substravit, cum filio amisso, lavit, epulatus est, ne repugnaret, intelligens qui cedere qui cuncta formavit? Servus fidelis timuit offensam boni Domini provocare vel murmure, <sup>l</sup> cui

<sup>a</sup> In uno Cod. Vat., *et ut habeat, et ut habere.*

<sup>b</sup> In altero, *quod inter spectare vel spectatu amittere.*

<sup>c</sup> Ibid., *Quo certe. Ms., Qua.*

<sup>d</sup> Ms., *gustu... succo.*

<sup>e</sup> In uno Cod. Vat., *de fonte manavit irrigua, defluxit. Ms., in rivo.*

<sup>f</sup> Ibid., *detrahendo demordeat.*

<sup>g</sup> In duobus Codd. Vat., *remordero*; et postea *pro gratis invenit gratiam. Ms. habet grates venit ingratum.*

<sup>h</sup> In uno Cod. Vat., *cujus occasione.*

<sup>i</sup> In altero, *floscula marcuissæ.*

<sup>j</sup> In uno Cod. Vat., *credidisti potius commendatum.*

<sup>k</sup> Ms., *quem ut jungeret.*

ut jungeretur divinas ad nuptias, jugiter diffuebat A  
 plus pater per lacrymas. Potestis autem conjicere,  
 quod tale non tolleret, nisi suis thalamis placuis-  
 set? unde nostri abyssum divini consilii? vel tuæ natæ  
 qualis in corde concupiscentia latitavit? Fortassis  
 hoc antea elegit, quod meruit, et illud prodiit, quod  
 optavit. Qua de re, vir optime, esto tibi iudex, et  
 pater. Nam si per charitatem te temperes, et te ju-  
 dices, non offendis, præsertim cum te mitiget  
 promissio Redemptoris, et præconis Pauli vox, simi-  
 lata a tonitru, quia in ictu oculi resurgere matu-  
 rabunt sepulti, et vivent sub umbra Christi, de  
 virginitate securi.

## CAPUT III.

Item alia.

[Se excusat Fortunatus quod rudibus litteris ac  
 rustico et impolito scribendi genere eorum ad quos  
 scribit gustum, sive sensum, exquisitis ac delicatis  
 assuetum epulis, sive omnigenæ eloquentiæ ac  
 doctrinæ deliciis, audeat offendere; illud tamen  
 affirmans, quod rurales etiam vulgaresque cibi vel  
 lautissimum hominem interdum delectent. Tum  
 iislem salutem, quibus potest, verbis, amantissimi  
 desiderii plenissimis, dicit, atque una toti regię  
 familiæ diuturnam vitam et immortalam post fata  
 felicitatem precatur. Orat ad extremum, ut se re-  
 gibus ac regiis ministris commendent, ac in pri-  
 mis, ut harum portitorem litterarum, missum a  
 Radegunde, et ipsius Radegundis, quæ erant per  
 illum transigenda, negotia commendata habeant,  
 cum suo, tum Radegundis, nomine, efflagitat.]

<sup>b</sup> Dominis illustribus, cunctisque <sup>c</sup> magnificis, omni  
 desiderio complectendis, servientibus dominorum.  
 Si humanæ consuetudinis isthuc se generaliter per  
 omnes unus usus extendit, et ab antiquis atavis,  
 ipso tradente genere, ad nos usque naturali quo-  
 dammodo lege pervenit, quod triticeæ panis oble-  
 ctante candore, vel suavitate pascente <sup>d</sup> post ad hor-  
 deaceæ frugis aristosa cibaria, fastidioso nimium  
 donec, nare, fauce, transitur, cum delectabilis escæ  
 dulcedine permutante, ad convivium pergere, ni  
 fames urgeat, austeritas epuli non invitat, <sup>e</sup> hinc  
 est quod illustris, ac magnifica celsitudinis vest-  
 stræ gratia copiosa quotidianæ disciplinæ doctri-  
 næ superinundante refecta, et ferventis ingenii stu-  
 dio lucubrante polita, post illum, ut dixerim, deter-  
 sum eloquentiæ vestræ nitorem, et perspicue cla-  
 rum [Ms., clara] exercitatione purgante, ad linguæ  
 nostræ rubiginosam facundiam fastidiose vestri sen-  
 sus felgida lux inclinat, cum tale sit, quod sermonis  
 nostri rumores vacillantes auditis, ac si post epulas  
 contempnicis, aut Phasidis viris delicatissimis, cibos  
 ingeram pecuales. Sed inter hæc ana spe præsum-  
 ptionis videor animari, eo quod aliquatenus post re-

<sup>a</sup> Ibid., Pauli vox, simulata tonitrua.

<sup>b</sup> Quinam hi sint proprie, ad quos has litteras  
 scribit Fortun., nulla indicant Mss. Si is Mummule-  
 nus Secessionicus fuit, et ejus uxor, ac familia, reges,  
 qui postea commemorantur, fuisse Chilpericus, aut  
 Childebertus, et regia ipsius domus, sub quibus  
 vixisse Mummuleam colligere est ex Greg., Turon.  
 in Hist. Franc.

<sup>c</sup> In uno Cod. Vat., cunctaque magnificis.

ales delicias, esca desideretur ruralis, et sæpe  
 rusticus offerat, quod animum potentis oblectat. Nam  
 quamvis regum conviviis, auro intermicante, pur-  
 purata palla coruscet, sæpe tamen jocunditate placere  
 mensa plus assolet, vel adumbrata foliis ordihatis et  
 palmite, vel superjecto hederæ corymbo crispante.

<sup>f</sup> Itaque habet et de silva reductus pastor, quod pro-  
 fert, cui si desint reliqua, tamen dignantem convi-  
 vum vel de lacte dives invitat. Quapropter domina-  
 tioni et celsitudini tuæ, teste domino loquor, pro-  
 fusæ dulcedini vestræ salutem venerabiliter ac  
 desiderantissime persolventes, æterni Regis elemen-  
 tiam deprecamur, ut dominis præcellentissimis feli-  
 citer regnantibus, <sup>g</sup> ac universæ potestatis officii  
 crescentibus ita fugitivæ hujus vitæ spatia producan-  
 tur, ut illi piissimo tramite gubernando, et vos sine

macula fidelissime serviendo, Creatoris ac Redempto-  
 ris nostri <sup>h</sup> desideratum pariter intretis in regnum,  
 sperantes in Christo de vestræ charitatis affectu,  
 humilitatem nostram peculiariter omnibus sanctis,  
 et Domini famulis, sed etiam dominis regnantibus,  
 vel eorum fidelibus, profusa dulcedine commendatis,  
 hoc fiducialiter deprecantes, ut veneratorem vestrum,  
 portitorem præsentium, hominem domnæ Radegun-  
 dis, matris vestræ, animæ sanctæ, vel ea, quæ pro  
 utilitate ac necessitate prædictæ Domine suggerit,  
 coram Christo et ejus angelis, tam <sup>i</sup> pro sui reve-  
 rentia quam prece nostra proprium habere dignemini,  
 indebitabiliter intimamus. Ut quod pro causa  
 illius apud præsentis Dominos reges impenditis, ab  
 æterno rege, centuplicato munere, suis rationibus  
 acquiratis.

## CAPUT IV.

Item alia.

[Item pro morte filix consolatur eundem, forte  
 Mummuleam, sive potius ejus uxorem. Porro in  
 eadem amittenda dolorem æteroremque sibi quo-  
 que communem fuisse ostendit. Addit ea quibus  
 dolor mederi nequit mitius esse perferenda, præ-  
 sertim cum demortua jam puella iis esset ornata  
 bonis quæ mors una cum corpore exstinguere non  
 potuit propter quæ et cara apud homines erat, et  
 Numini grata, et amica.]

Celsitudinis vestræ legatis transcurrentibus, omni  
 charitate refertas nos insaturabili voto suscepisse  
 gratificamur epistolas: in quibus et quod erat no-  
 stræ <sup>j</sup> revelationis, consultum de vestri culminis  
 incolumitate relegimus, inserendo commemoratio-  
 nem dulcissimæ filix, quod est de uerore, parti-  
 mur. Denique quibus fuit in vivente participata latti-  
 tia iis sint communes lacrymæ necesse est in de-  
 functa. Nec ratio suadet ut sola tibi privilegium de-  
 fendas in fletu, quæ habuisti in cujus nos non pari  
 ligemur affectu, quoniam licet formata vestris ex

<sup>d</sup> Ibid. drest post.

<sup>e</sup> Ibid. Hoc est, quod postquam i' lustris, etc.

<sup>f</sup> Ibid., igitur habet.

<sup>g</sup> Ibid., ac vestræ potestatis officii.

<sup>h</sup> Ms., desiderato in regno.

<sup>i</sup> In altero Cod. Vat., pro sui necessaria, quam  
 prece mea.

<sup>j</sup> Brow. emendat revelationis pro revelationis, quod  
 sequendum est. (Sec. curæ nota.)

visceribus processisset, tamen non minus adulta nostris in pectoribus habitavit quippe quæ producens partum ex utero transmiseras quasi in nostrum gremium [*Ms.*, nostro gremio] recepturum, ut cum a vobis esset, etsi non corde, tamen corpore recessura, nobis velut in vestra charitate fieret amplectendi [*Fort.*, amplectenda]. Hinc est <sup>a</sup> quod mater de illa genitilis causa contulerat, mihi totum velut adoptivus amor explebat, quia cum vobis genita, nobis tamen erat renata. Equidem optaveram, <sup>b</sup> pro meritis diutius illa superstita, vobiscum loqui de gaudio magis, <sup>c</sup> quam tristes collatio nasceretur ex fletu; sed invida rerum series, quæ [*Ms.*, quia] illud celerius subripit quod magis placere cognoverit, rem mihi desiderabilem pene uno momento et offerre voluit, et auferre. Vel quare nobis rem attulit, quam subducere festinavit? Cum nil sit in humana conditione crudelius, quam aut non videre quod habeat, aut videre quod perdat. Sed quousque suum <sup>d</sup> inceroreni dolor importunus exacuit, ac præceps sine freno moderatæ consolationis excurrit? cum intelligat hoc temperari debere, quod emendare nequiverit, et æquanimitè toleret, quod infectum <sup>e</sup> facere non valet, præsertim cum in illa tot admiranda refulerint, ut nec apud homines in sermone defecerit, et apud Deum de opere præmia viventis expectet. Nam præter reliqua bona quæ cum illa laudanda sunt, nec tamen clausa jacent in tumultu <sup>f</sup> tum voluntur per ora cunctorum, hoc unum brevissero assero: si fides et persecutio Christi martyrem facit, non habes in tali filia quod deslere possis, quia illi et recte credere contigit, et perferre, <sup>g</sup> et licet festina sit in juventute sors, debet <sup>h</sup> tamen esse securæ innocentia de palma.

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., quod Matri, quod seq.

<sup>b</sup> Ibid., pro meritis ejus.

<sup>c</sup> Ibid., quam tristis consolatio nasceretur.

<sup>d</sup> In altero Mss. Cod., suo mærore dolor importunus exacuit, aut præceps, etc.

<sup>e</sup> Duo Codd. Vat., facere non valetit.

<sup>f</sup> In uno Cod. Vat., dum voluntur.

<sup>g</sup> Ibid., et licet festinasset.

<sup>h</sup> In altero, sors, debita tamen est, innocentia securæ de palma.

<sup>i</sup> Arthona, seu Architona vicus erat Arvernensis, de quo mentionem facit Gregor. Turon. lib. de Gl. confess., c. 5. Erat jam tunc temporis vicus celebris memoria, et miraculis sancti Martini Tur. Hic Artanensis pro Artonensi positum animadvertit cl. Ruinart. in notis ad cap. 4. lib. de Gl. confess.

<sup>j</sup> Unus Cod. Vat., lumina templi.

<sup>k</sup> Alter Cod., quæ agit, ut terris.

<sup>l</sup> Unus Cod., nova templa Gregorius.

<sup>m</sup> Hoc templum, a Briccio, sancti Martini in sede Turonensi successore, exstructum, tum a Perpetuo, item Turon. pontifice, miro opere restitutum, vetere diruto, quod Briccius exædificaverat, idem postremo a se restauratum narrat Gregor. Turon. (*L. x Histor. Franc.*, cap. 51, num. 19) his verbis: *Nonus decimus Gregorius ego indignus Ecclesiam urbis Turonicæ, in qua beatus Martinus et cæteri sacerdotes Domini ad pontificalis officium consecrati sunt, a incendiis dissolutam diruptamque nactus sum, quam reædificatam in ampliori altiorique fastigio, septimo decimo orinationis meæ anno, dedicavi.* Hic vero fuit an. 590, quo anac scriptum videtur hoc poema Fortuna-

## CAPUT V.

*Incipiunt versus de Oratorio <sup>1</sup> Artanensi.*

[Templum in honorem sancti Gabrielis archangeli, Arthonæ a Greg. Tur. ædificatum, commemorat, ac ipsius sancti Gabrielis laudes complectitur.]

Quisquis ad hæc properas venerandi <sup>1</sup> limina templi,

Dona precaturus, quæ dat amore Deus,

Hæc in honore sacri Gabrielis cuncta coruscant,

Qui pia jussa Dei rite minister agit.

Zachariæ veniens qui nuntia detulit aistris.

Elisabeth datus est quando propheta potens.

Quique redemptorem e cælo regem omnipotentem,

<sup>k</sup> Post ait, ut terris ventre Maria daret.

Qua sacer antistes <sup>l</sup> nova tecta Gregorius effert,

Ut sibi cælestes restituantur opes.

## CAPUT VI.

*Ad <sup>m</sup> Ecclesiam Turonicam, quæ per episcopum Gregorium renovata est.*

[Novam ædem id honorem sancti Martini, in veteris locum, quæ ruebat vetustate, a Gregorio Turonensi ædificatam commemorat. Data occasione, plura de virtute sancti Martini et ejusdem gestis enarrat.]

Emicat altithroni cultu venerabile templum,

Egregium meritis, nobilis arcis apex.

Quo propria tunica dum operit Martinus egentem

Gestorum serie fulgida signa dedit.

Namque idem antistes sacra dum mysteria tractat,

Lumina gemmarum est visus habere manu.

Ac de veste fuit quantum sna dextera nuda,

Tantum membra sibi gemma corusca tegit.

<sup>C</sup> Sanctus item Domini <sup>n</sup> alium dum benediceret aram,

De capite est visus flammeus ire globus.

Quæ modo templa sacer renovata Gregorius effert,

Et rediit priscus cultus, honorque suus.

ti. Hujusce vero templi descriptio ita refertur apud Gregor. Tur., l. ii Hist. Franc., c. 14: *Basilica sancti Martini abest a civitate passus DL.; habet in ongum ped. s. CLX, in latum LX; habet in altum usque ad cameram pedes XLV, fenestras in altario XXXII, in capso. XX, columnas XII, in toto ædificio fenestras LXII, columnas CXX, ostia VIII, tria in altario, quinque in capso.* Hanc descriptionem basilicæ sancti Martini Victor Giselinus, in notis ad Sev. Sulpic., refert ad opus Briccii, vel Perpetui, episcoporum Turon. Broverus mavult ad opus Gregorii esse referendam. Sed quod mox allata basilicæ Turonensis structura ac descriptio ad opus Briccii nequeat pertinere, non videtur ambigi posse, cum templum a Briccio exstructum satis arcum et angustum fuisse narretur a Gregorio loco supra citato, et illud a Perpetuo ut suum ædificaret, fuisse subnotum. Quocirca descriptio illa convenire basilicæ dicenda est, quam primum Perpetuus exædificavit, ac postea restauravit Gregorius: qui etsi eandem *ampliori et altiori fastigio* a se narret restitutam, forma tamen et amplitudine non multum ab illa Perpetui discrepasse, hinc quisque intelligere potest, quod lib. i de Mirac. sancti Mart., cap. 6, de eadem basilica loquens, quam Perpetuus exstructaverat, addit: *De qua fabrica multum quod loqueremur erat, sed quia præsens est, conticere exinde melius putavimus.* Et in Hist. Franc. de ipsa ut adhuc superstita sæpe loquitur. Videtes appendicem ad notas Oper. sancti Gregorii Turon., ubi de basilica sancti Martini fusius pag. 4390 Edit. Paris. an. 1699.

<sup>n</sup> Edit. Paris., alium dum benediceret altar.

Fulgida præcipue nituerunt culmina templi,  
 Postque usus veteres præmicat aula rudis.  
 \* In senium veniens, melius revirescere discens,  
 Diruta post casum, firmius acta situ.  
 Martini auxiliis operando Gregorius idem,  
 Reddidit iste novus, <sup>b</sup> quo fuit ille vetus.  
 Clara supercilio domini delubra nitescunt,  
 Alma licet merito, sunt quoque celsa jugo.  
 Iavida subruerat quam funditus ipsa vetustas,  
 Ut paries liquidis forte solutus aquis :  
 Quam pastor studuit renovare Gregorius ædem,  
 Nec cecidisse dolet, quæ magis aucta favet.  
 Ambianis tremulum cernens Martinus egenum,  
 Dimidiæ chlamydis mox ope membra legit,  
 Sed coram angelicis turmis, <sup>c</sup> se hanc nocte silenti,  
 Pauperis in specie, Christus habere refert.  
 Osacer antistes, meritis referende sub astris,  
 Unde tegis nudum, hinc tua palla Deum.  
 Iater opima Deus figulus quæ vascula fecit,  
 Martinus meritis vas in honore nitet.  
 L prosi maculas pretiosa per oscula purgans,  
 Cui quod ab ore dedit, pax, medicina fuit.  
<sup>d</sup> Ulcera morborum curans sic fauce beatus,  
 Quod Jordanis agit. <sup>e</sup> tacta saliva facit.  
 Quam generosa fides Martini in sæcula civis,  
 Qui quocumque fuit, mors ibi perdit iter !  
<sup>f</sup> Denique cum extincto catechumenus ore jaceret,  
 Se superextendens, effugat arma necis :  
 Sic viduæ genito <sup>g</sup> laqueato, deinde reducto,  
 Est vir ubi iste Dei, non licet ire mori.  
 Fanaticam pinum sanctus succidere cogens,  
 Justum ibi supposuit rustica turba premi.  
 Cassa secure arbor, cum jam daret alta ruinam,  
 Ad crucis imperium est ire coacta retro.  
 Quis vigor hic fidei ? validæ dum pondera pini  
 Quo natura negat crux facit ire viam ?  
 Serpentis morsu tumidum, suprema regentem,  
 Illic digitum ut posuit, pestis iniqua fuit.  
 Collecto morbo huc, et ab ulcere pollice tracto  
 Dumque venena cadunt, erigit ille caput :  
 Unguentumque novum, digitis traxisse venenum,  
 Et tacta artificis sic superasse neces,

\* Duo Cod. Vat., in senium ruens. Ms., In senium-  
 que ruens. Edit. Paris., In senium vergens.

<sup>b</sup> In uno Cod. Vat., quo fuit ille vetus ; f., illa.

<sup>c</sup> In altero Cod. Vat., se hac nocte silenti.

<sup>d</sup> Ibid., risera morborum.

<sup>e</sup> Ibid., tracta saliva. Sic quoque Ed. Paris.

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., denique exten'o.

<sup>g</sup> Narrat Greg. Tur., lib. 1 de Miraculis sancti  
 Martini, c. 21, quemdam in furto deprehensum, ac  
 suspensum laqueo, sancti Martini implorato patro-  
 cinio, non interiisse, ac biduo pependisse in arbore ;  
 postremo a religiosa muliere, quæ in somnis a beato  
 Martino fuerat admonita, demissum, ad suum usque  
 tempus vitam produxisse, tanti prodigii testem. Ad  
 hunc itaque videtur hoc loco respexisse Fortunatus.

<sup>h</sup> Unus Cod. Vat., voce huc. Ms., hoc.

<sup>i</sup> Edit. Paris. :

Pestis abest cunctis hujus sermone rigalis.

<sup>k</sup> Unus Cod. Vat., culminis acta.

<sup>l</sup> Ms., aura.

<sup>m</sup> Edit., Paris., Decidua in senio.

PATROL. LXXXVIII.

A Dum latro extinctus falso coleretur honore,  
 Voce <sup>h</sup> hac Martini cogitur umbra loqui.  
 Publice se referens scelerum pro morte peremptum  
 Se quoque nec justum, sed magis esse reum.  
 O vox sancta, loqui defuncta cadavera cogens,  
 Qui post fata jacens, dat sua verba cinis !  
 Pergeret in fluvium dum vipera lapsa natatu,  
 Et prope littorei tangeret ora soli,  
 Martini imperio liquidas revocatur ad undas,  
 Transactumque viæ lassa recurrit iter.  
 Quantus amor Domini tali sub corde caiebat,  
 Quando venena potens ipsa retorquet aquis !  
 Martini meritis, aliis quoque febre crematis,  
 Sudores refluos pagina sicca dabat.  
 Unde salutifero medicam charta fovebat,  
 B Atque graves ignes littera tinguet aquis.  
<sup>i</sup> Gratia quanta Dei hujus sermone rigabat,  
 Febre ubi succensis fons suus ibat apex ?  
 Alne Deus rerum, pie, summe, Gregorius, arcis  
 Tu cui das sedem, dat tibi templa sacer.  
 Nam veteri fuerant hæc funditus eruta lapsu,  
 Tecta labore novo, quæ modo culta cluunt.  
 Jure potestatis cui tu, bone conditor orbis,  
 Hæc danti in terris, culmina redde polis.  
 Viola vetustatis per tempora culminis <sup>j</sup> arcta,  
 Diruit, ut melior surgeret <sup>k</sup> aula solo :  
 Quo sacra Martinus Domini mysteria tractans,  
 A capite igniferum misit in astra globum.  
 Ne tamen ipsa ruens miserando sine jaceret,  
 Pontificem meruit, qui sibi ferret opem.  
 C Quæ rediviva, micans instante labore Gregori,  
<sup>l</sup> Decidua senio, floret honore novo.  
 Fundamenta igitur reparans hæc prisca sacerdos,  
 Extulit egregius, <sup>m</sup> quam nituere prius.  
 Nunc placet aula decens, patulis oculata fenestris.  
 Quo noctis tenebris clauditur arca dies.  
 Lucidius fabricam picturæ pompa perornat,  
 Ductaque quæ fucis, vivere membra putes.

<sup>n</sup> Leprosum purgavit.

Pannoniæ regio <sup>o</sup> misit tibi, Gallia, fructum,  
 Gignens cœlestem terra <sup>p</sup> maligna dapem.

<sup>o</sup> Odo, in ea orat. quam de basilicæ hujusce com-  
 bustione scripsit, deque ejus ornatu reddito hæc ha-  
 bet : Crustulis marmoreis intus obducta erat. Nam  
 interdum Protonisso marmore paries rubicundus, nunc  
 Pario candidus, nunc quoque Prasino viridis, varium  
 et satis pulchrum schema præserbat, et foris aureo-  
 lis, Sapphirinis, atque musivis fulgebant lupillis ; sed  
 et lectum stanneis tabulis erat operum.

<sup>p</sup> Recte notat Browerus septem consequentibus  
 epigrammatis picturarum argumenta exprimi quibus  
 basilica sancti Martini a Gregor. exornata fuerat ;  
 qui ut de seipso profitetur, l. X, c. 31, num. 19 :  
 Basilicas sancti Perpetui adustas incendio reperi, quas  
 in illo nitore vel pingi, vel exornari, ut prius suarant,  
 artificum nostrorum opere imperavi.

<sup>q</sup> Unus Cod. Vat., Pannoniæ stio ; s. sitio. Edit.  
 Paris., Pannonia ætium misit.

<sup>r</sup> Martinus scilicet natus fuerat Sabariæ in Panno-  
 nia. Porro <sup>e</sup> Pannonia Huni et Barbari plures alii  
 exorti, a quibus Italia regionesque aliæ misere vexatæ  
 ac perditæ fuerant.

Martinum illustrem meritis qui in munere divo,  
Culmen in ætherea sede senator habet.

Qui lepræ maculas medicata per oacula purgat,  
Curat et infectum pura saliva virum.

Ad fluvium Domini <sup>a</sup> cui non fuit iste labore,  
Quod Jordanis habet, sanctus ab ore dedit.

Qui sacer <sup>b</sup> ipse inibi te, pastor, agente, Gregori  
Fortunato adimat tot maculosa reo

*Chlamys divisa.*

Dum chlamydem Martinus inops divisit egeno,  
Christus ea memorat se bene veste tegi.

Dives paupertas, Dominum quæ textit amictu,  
Cui Deus occurrit, qui dedit astra labori

*Tunicam dedit.*

Noscere qui mavis Martini gesta beati,  
Hic poteris breviter discere mira viri.

Denique cum tunicam sacer ipse dedisset egenti,  
Ac sibi pars tunicæ reddita parva foret,

quod non texerunt <sup>c</sup> manica per brachia curtæ,  
Visa tegi gemmis est manus illa viri.

O nimium felix, cui contigit in vice lanæ,  
Nobilium lapidum lumine membra tegi,

Ut cum adhuc cinere aspersus foret, atque favillis,  
Artifice angelico gemmeus iret homo!

*Mortuos tres suscitavit.*

Quid Deus in famulis operetur opimus amator,  
Martini gestis magna probare potes,

Ducere qui meruit de morte cadavera vitæ,  
Rettulit atque diem, reppulit unde necem.

*Pinus excisa.*

Dum caderet, Martinum arbor pressura beatum,  
Mox facit ipse crucem, pinus abacta redit.

Quis non virtuti divinæ commodet aurem,  
Dum, trabe conversa, dant quoque ligna fugam?

*Idola prostrata.*

Idola dum cuperet Martinus sternere sulta,  
Conterit hæc cœlis magna columna ruens:

Auxillium ad justum dignando militat æther:  
Quanta fides, cujus currit ad arma polus?

*Falsus martyr.*

Forte colebatur dum quis pro martyre latro,  
Martini adventu se probat esse reum.

Virtutis merito fidei radiante corusco,  
Nec tacet extincti, nec latet umbra rei.

#### CAPUT VII.

<sup>d</sup> Ad Childebertum regem, et Brunichildem reginam,  
de natalitio sancti Martini Turonici.

[Cum pergeret Fortunatus ad Childebertum regem,

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., cui non fuit ire labore; quod tenendum.

<sup>b</sup> Ibid., ipse mihi. Sic quoque Edit. Paris.

<sup>c</sup> Edit. Paris., tela per.

<sup>d</sup> Hic Childebertus Sigiberti regis filius fuit, qui puer, occiso patre an. 575, relictus, in ejus regnum successit, Brunichilde interea, ejusdem matris, regnum administrante, ut legere est apud Gregor. Turon., lib. viii Hist. Franc., cap. 22.

<sup>e</sup> Unus Cod. Vat., et justus pergit.

<sup>f</sup> Ibid., qui sedet ipse.

<sup>g</sup> Duo Codd. Vat., vernantim lumine, quod seq.

<sup>h</sup> Hinc intelligitur hoc poema fuisse scriptum post

A ac ejus matrem Brunichildem, narrat festum sancti Martini diem, illo in itinere, sibi incidisse. Hinc, diffusam ejusdem toto orbe, famam sanctitatis, et qua in cœlo fruebatur gloriam describit. Postremo, pro tota regia familia Childeberti vota facit.]

Præcelsis dominis famulus dum corde pusillus,  
Fluminibusque vagis per vada pergo rate

Ecce supervenit venerandi in sæcula civis,  
Martini meritis luce perenne dies.

Qui modo de Gallis totum mire occupat orbem,  
<sup>e</sup> Et virtus pergit, quo pede nemo valet.

Qui velut alta pharus lumen pertendit ad Indos,  
Quem Hispanus, Maurus, Persa, Britannus amat.

Hunc oriens, occasus habet; hunc Africa et Arctos,  
Martini decus est, quo loca mundus habet.

B Quique per Oceani discurrit marginis undas,  
Omnibus ut præstet, circuit orbis iter.

Per cinerem ascendens, per dura cilicia cœlos,  
Stat modo gemmatus, pauper in orbe prius

Quo patriarcharum decus est, radiantque prophetæ,  
Quo est sacra turba senum bis duodena patrum.

Inter apostolicum numerum, rutilante senatu,  
<sup>f</sup> Quo sedet ipse throno, rex sibi Christus amor,

Quo excellit cum clave Petrus, cum dogmate Paulus,  
Fulget et in reliquis palma, corona, fides,

Quod loca martyribus <sup>g</sup> veneranti lumine florent,  
Atque libro vitæ est scriptus honore cruor

Quo confessores gemmata palatia complent,  
Æternumque tenent aurea tecta diem,

Stat quoque post lacrymas ubi nunc <sup>h</sup> Radegundes  
[opina,

Forsan et Eugenia hanc tenet illa <sup>i</sup> manum:

<sup>j</sup> Hos inter Martinus habet diademata pulcher,  
Atque sacris lumbis fulgida zona viret.

<sup>k</sup> Cantat Gregorius Christi de morte triumphos,  
Atque resurgenti plaudit amore Deo.

Hunc quoque Martinum colitis quem regna patronum,  
Vos hunc in terris, vos memor ille polis.

Vos <sup>l</sup> iter angelicas turmas canat ille sub astris,  
Cui vos ante homines fertis honore diem.

Nomina vestra legat patriarchis, atque prophetis,  
<sup>m</sup> Cui hodie in templo diptychus edit, ebur.

Reddat apostolicos proceres, reliquosque patronos,  
Quem vos hic colitis, vel pia festa datis.

D Pergat et ad Christum pro vobis <sup>n</sup> ille precator  
Cui vos in templis vota precando datis.

Ante poli referat sua hæc solemnia regem,  
Dentur ut hinc vobis regna, salutis opes.

obitum beatæ Radegundis. Ea vero decessit circa an. 587.

<sup>i</sup> Ms., manu.

<sup>j</sup> Unus Cod. Vat., vos inter.

<sup>k</sup> Edit. Paris., Cantat et egregios.

<sup>l</sup> Ms. inter. Edit. Paris., intra.

<sup>m</sup> Hoc versu innui videtur diptychum in quo B. Martini nomen, olim Ecclesiæ Turon. pontificis, inscriptum fuerat ex ebore structum, sive ornatum, in Turon. ecclesia asservatum fuisse. Plura Brow. de diptychis ad hunc locum.

<sup>n</sup> Unus Cod. Vat., ille precatur.

Deputet et Dominus vestrum hunc esse patronum,  
 Ut modo qui colitur, vos colat hujus opis.  
 Qui dedit his habitans miracula plurima terris,  
 Distribuat vobis hic quoque mira potens.  
 Cujus gemmata tunc dextera visa beati,  
 Vos simul et vestras protegat illa manus.  
 Qui tunc promeruit revocare cadavera vitæ,  
 Hic quoque pro vestra dona salute ferat.  
 Qui percusso homini abstraxit de carne venenum,  
 Noxia de vobis ipse venena vetet.  
 Qui serpentis iter fecit revocare retrorsum,  
 Ipse graves casus a hinc fuget ire retro.  
 Qui de peste domum salvam dedit esse Liconti,  
 Hæc domus incolumis floreat hujus ope.  
 Cujus opima chilams tremehundum textit egenum

[rom.; B

Ejus apostolici vos tegat ala viri.  
 Qui viduæ matri e revocavit ad ubera natum,  
 Ipse tibi hæc tribuat pignora mater, d ava.  
 Ut Childebertus maneat cum e pro'e novella,  
 Rex sua regna tenens, et nova regna trahens.  
 De f genita ut videas genitrix, ut dulcius optas,  
 Deque nuru chara, quod tua vota rogant.  
 Unde hic felices habeant sua festa fideles,  
 Et Domini famulis sitis honoris apex.  
 Quo tibi plus libeat, Brunichildis, habere patronum,  
 s Quando domum Dominus servat in orbe pius.  
 Sic quoque te erudiat, regat, et sic tramite ducat,  
 Actibus ipsa piis ut sibi juncta mices.

## CAPUT VIII.

Ad eosdem in laude.

[Hoc item carmen Brunichildis ac totius regiæ familiaris in laudem scribitur; in eoque, posteaquam amorem ac propensa in reges suos populi studia retulit Fortunatus, pro iisdem vota facit, quo diutius incolumes sint, ac floreat rebus omnibus.]

Si præstaretur præconia pandere regum,  
 Non mihi sufficeret nocte dieque loqui.  
 Qualiter hic populus dominorum pendet amore,  
 Et vestris oculis lumina fixa tenent.

<sup>a</sup> Edit. Paris., hinc agat ire.

<sup>b</sup> Eadem Edit. Qui virtute domum... esse fruendi.

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat., revocat ad ubera natum.

<sup>d</sup> Hic Brunichildem spectat Fort. Matrem Childeberti, et proinde filiorum ejus aviam. In seq. poemate:

Sic ut ex genito genitisque nepotibus amplis,  
 Altera progenies inclyta detur avæ.

• Childeberti filii Theodobertus et Theodoricus fuerunt, ut legere est apud Greg. Tur., l. ix Hist., c. 20. Germana vero ejusdem soror, filia item Brunichildis, Clodosuinda; uxor autem Childeberti, Faileuba, de quibus hic mentio fit a Fortunato. At Browerus in eo maxime hallucinatur, quod hujusce Childeberti uxorem Ultrogotthonem esse tradat in notis ad hoc poema, cum re, tum temporibus aberrans. Ultrogottho quippe, de qua diximus in notis ad cap. 8 lib. vi, uxor fuit Childeberti hujus nominis I, filii Clotarii, non vero Childeberti, de quo nunc Fortunatus, qui filius fuit Sigiberti et Brunichildis. Ultrogottho ætate Childeberti, de quo nunc sermo, non nisi senex esse poterat, si adhuc erat superstes.

<sup>1</sup> Clodosuinda, filia Brunichildis, ac soror Childeberti, a Reccaredo, rege Hispaniarum, ad nuptias petita, et eidem desponsa est, uti narrat Greg. Turon., l. 13, c. 25, cum eadem vel Authari antea

A Vos, quibus et speculum, et lux, et dulcedo manetia,  
 Charum ornamentum, his simul estis honos.  
 Præcipuum donum, placidum et placabile regnum,  
 Ac vestro in statu est culmen in orbe pium.  
 Hisque parentela et patria et tutela coruscet,  
 Hic decus, atque gradus, hic pietatis opus.  
 Hic tranquilla dies, hic spes jucunda fideli,  
 Postque Deum, in vobis dona salutis habent.  
 Hic ego cum populo mea vota et gaudia jungo,  
 Quæ pius amplificans crescere Christus agat.  
 Præstet cura Dei vos longa in sede tueri,  
 Cœlesti ac dono regna tenere diu.  
 Acquiratis adhuc nova, vel possessa regatis,  
 Ac pie participes has foveatis opes.  
 Ut tibi quæ floret de nato et germine, messem  
 Maturam videas mater, honore micans.  
 Sic ut ex genito, genitisque nepotibus amplia,  
 Altera progenies inclyta detur avæ.  
 De Childeberti dulcedine, flore, salute,  
 Fructum habeas genitrix, plebs sua vota videas.  
 De nata, atque nuru camulet tibi dona Creator,  
 Cumque pio merito stes placitura Deo.  
 Illic quoque promerear h rediens dare verba salutis,  
 Congaudens dominis parvulus ipse piis.  
 Prospera sint regnum, populorum gaudia crescant,  
 Exsultet regio, stet honor iste diu.

## CAPUT IX.

i Item ad Childebertum regem.

[Childeberti dignitatem et virtutem pluribus verbis extollit, atque eidem ad extremum Audulfum commendat.]

C

Rex, regionis apex, et supra regna regimen,  
 Qui caput es capitum, vir capitale bonum.  
 Ornamentorum ornatus, ornatus ornans,  
 Qui decus, atque decens, cuncta decenter agis.  
 Primus, et a primis, prior et primoribus ipsis,  
 Qui potes ipse potens, quem jurat Omnipotens.  
 Dulcia delectans, dulcis, dilecta potestas,  
 Spes bona, vel bonitas, de bonitate bonus.

fuisset desponsata, Longobardorum regi. Videtur itaque hoc loci Fortunatus pro speratis Clodosuindæ nuptiis vota facere, etsi incertum est utrum eadem postea nupserit Reccaredo; de quo vide notas cl. Ruin. in Greg. Tur., loco citato.

<sup>s</sup> Unus Cod. Vat. quando domum, et Dominus; f., dominos.

D

<sup>h</sup> Videtur hoc poema scriptum a Fortunato, dum is esset in itinere, ac Childeberti regis hospitio, uti alias, fuisset exceptus, quippe qui exoptet regiam domum in reditu suo resalutare. Edit., Paris., Hic merear rediens vobis.

<sup>i</sup> Hoc carmen excerptissimum ex t. I veter. Analect. Joan. Mabill. Edit. Paris., an. 1675, pag. 366. Hi versus (uti notat ibid. Mabillonius), ni fallor, desunt in Editis, a me excepti ex Codice Viridunensis cœnobii sancti Vitoni, ab annis fere octingentis manuscripto, in quo Theodulfi carmina continentur. Legitur vero illic sub hoc titulo: Venantii Fortunati versus ad Childebertum regem, Sigiberti r. filium.

<sup>j</sup> In deliciis aliquando videtur fuisse Fortunato, verbis parilibus, atque ab iisdem litteris incipientibus, ut isto in carmine, colludere. Ita in lib. I de Vita sancti Martini, versus finem, sic habet:

Inclyta religio Martini, cujus honore  
 Fœdera fida fides formoset fœda, fidelia.

Digne, nec indignans, dignus, dignatio dignans,  
Florum flos florens, florea flore fluens.  
Childeberte <sup>a</sup> cluens hæc Fortunatus amore,  
Paupere de censu pauper et ipse fero.  
<sup>b</sup> Audulfum comitem commendo supplice voto,  
Me quoque; sic nobis hic domiueris apex.

## CAPUT X

*De navigio suo.*

[Cum Fortunatus Mettium venisset, a regia familia perhumaniter se retentum narrat fuisse, ac Mosellam Iusum transmittere, gurgite pene abreptum, in magno vitæ discrimine se dicit fuisse versatum. Tum reliquum iter suum per varias regiones ac flumina complectitur, quorum situm et antenitatem describit. Item situm regni domus, et piscationem, sub oculos locum factam, enarrat.]

Regibus occurrens, ubi <sup>c</sup> Mettica moenia pollent,  
<sup>d</sup> Visus et a dominis ipse retentor equo.  
Mosellam hinc jubeor percurrere navita remo,  
Accelerans tremulis pergere lapsus aquis,  
Ascendensque ratem, gracili trabe, nauta cucurrit;  
Nec compulsa Nothis, prora volabat aquis.  
Interea locus est per saxa latentia ripis,  
Littore constricto plus levat unda caput.  
Iluc proram implicitam rapuit celer impetus actam,  
Nam prope <sup>e</sup> jam <sup>f</sup> tumidas ventre bibebat aquas.  
Ereptum libuit patulos <sup>g</sup> mæ cernere campos,  
Et fugiens pelagus, ruris amœna peto.  
Gurgite suscipior, subter quoque fluminis <sup>h</sup> Oruæ,  
Quo duplicata fluens unda secundat iter.  
Inde per exclusas cauta rate pergimus undas,  
Ne veluti pisces me quoque <sup>i</sup> nassa levat.

*Cluens idem sonat ac potens. Vide quæ adnotavimus in carmen 12, lib. vi.*

<sup>b</sup> In Chronico Fredeg. Scholastici, n. 56, mentio fit cujusdam Baudulfi, vel, ut alia referunt Mss., Audulfi, sive Audulfi, viri proceris, quem Theodoricus, Childeberti filius, suadente maxime et incitante Brunichilde, avia, Lussorii reliquit ad pellendum e monasterio sanctum Columbanum. An hic idem est, de quo hoc loco Fortunatus?

<sup>c</sup> De Mettis vide quæ adnotavimus ad c. 10 l. vi.

<sup>d</sup> Edit. Paris :

Prospera sicut vobis ceu cupio ex animo.

<sup>e</sup> Unus Cod. Vat., *tumidus ventre bibebat aquas.*

<sup>f</sup> *Ornam, etsi navium haud potentem, et tenuem, ad fluminis tamen honorem ovavit. Recipitur Mosella, quinque plus minus, passuum millibus supra Theodonis villam. Nam juxta Riesburgum ex confragosis in fertile solum se demittens, plano paulisper exspatiatus, mæ absorbetur.* Brow.

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat. *nassa luet*; corrupto. Nassa vero est rete piscatorium, seu vas ad pisces capiendos ex viminibus contextum.

<sup>h</sup> De Sura fluvio vide quæ ex Brow. retulimus ad c. 4 l. vii. Idem narrat, quod Sura: *Duobus miliaribus supra Treviros, meridiem versus, misceatur Mosellæ.*

<sup>i</sup> Edit. Paris, *lubitur annis.*

<sup>j</sup> *Aptissime utitur voce patescit. Nam prona Mosella labentibus ex Mediomatricum et Lucelburgiorum regione, post anfractuosos fluvii gyros, aperit se vallis, in qua Treviris olim, moenium amplitudine emicuit.* Brow.

<sup>k</sup> Plura congerit Brow. in notis ad hunc locum, testimoniis veterum ad priscam urbis Trevirum nobilitatem et ejus civium ostendendam, quæ legas, si lubet.

<sup>l</sup> Edit. Paris., *atque caput.*

<sup>m</sup> Salvianus, l. vi de Providentia: *Expugnata est*

A Inter villarum fumantia culmina ripis,  
Pervenio, qua se volvere <sup>n</sup> Sura valet.  
Inde per exstantes colles, et concava vallis,  
Ad Suram pronis <sup>o</sup> labiurum amnis aquis.  
Perducor, Trevirum qua moenia celsa <sup>p</sup> patescunt,  
<sup>q</sup> Urbs quoque nobilium nobilis <sup>r</sup> æque caput.  
Ducimur hinc fluvio per culmina prisca senatus,  
Quo patet indicii <sup>s</sup> ipsa ruina potens.  
Undique prospicimus innitantes vertice montes,  
Nubila quo penetrans surgit acuta silix.  
Qua celsos scopulos prærupta cacumina tendunt,  
Hiæpidus et tumulis crescit ad astra lapis.  
Nec vacat his rigidis sine fructibus esse lapillis,  
Denique parturium, saxaque vina fluunt.  
Palmitē vestitos hic respicis undique colles,  
B Et vaga pampineas ventilat aura comas.  
Cautibus <sup>t</sup> insertis densantur in ordine vites,  
Atque supercilium <sup>u</sup> regula picta petit.  
Culta nitent inter horrentia saxa colonis,  
In pallore petrae vitis amœna rubet.  
Aspera mellitos pariunt ubi saxa racemos,  
Et cote in fertili sterili uva placet.  
Quo vineta jugo, calvo sub monte, comantur,  
Et tegit umbrosos sicca metalla viror.  
Inde coloratas decerpit vitæ metalla uvas,  
Rupibus <sup>v</sup> appensis pendet et ipse legens.  
Delicias oculis habui, dapibusque cibatus,  
Hæc jucunda tenens navita, regna sequens,  
Hinc quoque ducor aquis, qua se rate <sup>w</sup> Contraua com-  
plet

C Quo fuit antiquum nobilitate caput.

quater urbs Gallorum Trevir. opulentissima. et ne putes per leves incursionem, aut direptionem, quadruplici, ait, eversione prostrata, utpote Hunnica, Vandalica, Gothica, Franciscis repetitis. Hæc Brow. De eversione Trevirum sub Francis legis Gregor. Turon., lib. ii histor., cap. 9, et Fredeg., Schol. in epit. Histor. Franc., c. 7.

<sup>n</sup> Edit. Paris., *insertæ.*

<sup>o</sup> Videatur manere hoc loco Fortunatus, quod ordines vitium, tanquam regula, directi, uvis rubescensibus picti, ab ima collium parte ad summa ipsorum juga tenderentur. Ausonius, carm. 334, Mosellam describens, hæc habet :

Qua sublimis apex, longo super ardua tracto,  
Et rupes, et aprica jugi, flexusque, sinusque  
Vitibus assurgunt, naturalique theatro ;

Læta operum plebes, festinantemque coloni  
Vertice nunc summo properant, nunc dejuge dorso,  
Certantes stolidis clamoribus...

<sup>p</sup> Edit. Paris., *rupibus appensis.*

<sup>q</sup> Unus Cod. Vat., *Construa complet.* Browerus hæc vocem *Contraua*, quam omnium tere Mss. quæ ipse in manibus habuit fide et auctoritate refert confirmari, si unum excipias F. Tilobroge, ubi *Construa* legitur, sibi dudum de mendo suspicatum fuisse affirmat, cui nullum ejus vestigium, aut indicium in veterum libris aut monumentis aliis appareat. Idem tamen adducitur ut credat *Contrauum*, de qua hic Fortunatus, esse exiguū nominis rivulum, qui duobus tribusve passuum millibus supra confluentes ex Trichonia parvus defluens in Mosellam præcipiat, *Conda* nomen retinens ; cujus rivuli ea vestigia superesse refert, quibus olim latiore ostio, et alveo majore, in Mosellam influxisse appareat. Idem addit, Ms. Sangallensis glossæ *Contraum* proprium fluminis nomen interpretari.



Tom venio qua se duo <sup>a</sup> flumina conflua jungunt, A

Hinc Rhenus spumans, inde Mosella ferax.

Omne per illud iter <sup>b</sup> servibant piscibus undæ,

<sup>c</sup> Regibus et dominis copia fervet aquis.

Ne tamen ulla mihi dulcedo deesset eunti,

Pascebar musis, aure bibente melos.

Vocibus excussis pulsabant organa montes,

Reddebantque suos pendula saxa <sup>d</sup> tropos.

Laxabat placidos mox ærea tela susurros,

Respondit cannis rursus ab alpe frutex.

Nunc tremulo fremitu, modo plano musica cantu,

Talis rupe sonat, qualis ab ære meat.

Carmina divisas jungunt dulcedine ripas,

Collibus et fluviis vox erata a tropis.

<sup>e</sup> Quo recreet populum, hoc exquiri gratia regum, B

Invenit et semper, quo sua cura jubet.

<sup>f</sup> Antonnacensis castelli promptus ad arces,

Inde <sup>g</sup> prope accedens sarcina pergo ratis.

Sint licet hic spatia vineta in collibus amplis,

Altera pars plani fertili exstat agri,

Plus tamen illa loci speciosi copia pollet,

Alter quod populis fructus habetur aquis.

Denique dum præsumt reges in sedibus aulae,

Ac mensæ officio prandia festa colunt :

Retibus inspicitur quo salmo fasce levatur,

Et numerat pisces, cum sit in arce sedens.

Rex favet, immensa resilit dum piscis ab unda,

Atque animos rescit, quo sua præda venit.

Illuc fausta videns, huc læta palatia reddens,

Pascens ante <sup>h</sup> oculos, post sovet ipse cibus,

Præsentatur item mensæ <sup>i</sup> Rheni advena civis,

Turbaque quo residens gratificatur edens.

Ista diu dominus dominis spectacula præstet,

Et populis dulces detis habere dies.

Vultibus ex placidis tribuatis gaudia cunctis,

Vester et ex vestris lætificetur apex.

<sup>a</sup> Ad locum quo Rhenus et Mosella confluunt, situm erat castrum celebre *Confluentis* appellatum ; eajus meminit Greg. Turon., l. viii, c. 13. Celebre etiam nunc, et munitissimum oppidum, dictum *Coblentz*, exstat in diœcesi Trevir., ut habet Ruin. in notis ad præfatum locum Greg. Tur.

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat. *serviebant piscibus*.

<sup>c</sup> Hosce reges, quorum hic Fortunatus meminit, Childebertum esse intelligimus cum regia ejusdem familia.

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., *trophos*, et paulo post, *trophis*.

<sup>e</sup> Edit. Paris. :

Quo recte populum primatum, et lex bona regum.

<sup>f</sup> Antonnacum, vulgo *Adrenack*, oppidum est inter Bonham, et confluentes, situ, *cultuque juxta* (ut addit Brow. in notis ad hunc locum) *et hodie amœnam, etsi verso nomine in Andernacum, octo circiter passuum milibus infra confluentes, ad Rheni ripam assidet, vetusti operis Ecclesia, Valentini imperatoris monumento, et alia item elegantia visendum, Trevorum præsul in sacris, Agrippinensium in civili ditione parat.*

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., *inde per accedens*.

<sup>h</sup> Ed. Paris., *oculis*.

<sup>i</sup> *Rheni advena civis ; pisces, scilicet, Rheni incolæ.* Edit. Paris., *item Rheni simul advena*.

<sup>j</sup> Videtis quæ adnotavimus ad caput 5 hujusce libri.

<sup>k</sup> U. us Cod. Vat., *Gregorius amplis*.

## CAPUT XI.

*De oratorio Artannensi.*

[Sacra pignora, seu reliquias, quæ in oratorio Arthonensi conditæ asservabantur, et quarum religione erat illud insigne, enumerat ac percenset.]

Magna beatorum retinet hæc terra talenta,

Divinis opibus dives habetur humus.

Pax dextra angelico Gabrielis honore coruscat,

Gaudia qui mundo detulit ore sacro.

Quando æternalem concepit virgo salutem,

Dona Redemptoris nuntius iste ferens.

Læva est parte lapis tumuli, quem corpore Christus,

Pressit morte brevi, victor eundo Patri.

Illic quoque relliquiis micat ille <sup>k</sup> Georgius almis

Qui probus igne reddit, nec pice mersus obit.

<sup>l</sup> Sunt etiam Cosmas, Damianus et ipse, salubres

Non ferro artifices sed medicante fide.

Est <sup>m</sup> Julianus item, gladio jugulatus amico,

Plebs quem <sup>n</sup> Arverna colens arma salutis habet.

Martinusque sacer, retinet quem Gallicus orbis,

Cujus Christum operit dimidiata chlamys.

Se tunica spolians, nudum qui vestit egenum,

Unde datæ tibi sunt alba, topazus, onyx,

Quæ meruere aliqui hoc in corpore cernere sancti,

Gemmarumque sonus quod patefecit opus.

Additur hic meritis cum nomine <sup>o</sup> Victor opinis,

Munere martyrii <sup>p</sup> qui tenet alta poli.

Hic veteris virtute viri nova palma <sup>q</sup> Nicetii,

Urbem Lugdunum qui fovet ore, sinu

C Horum pastor opem, corde, ore <sup>r</sup> Gregorius orat,

Vivat ut Altithrono vir sine fine Deo.

## CAPUT XII.

*Versus facti super mensa in villa <sup>a</sup> Sancti Martini, ante descriptores.*

[Fortunatus, exceptus convivio in villa sancti Mar-

<sup>1</sup> Alter Cod. Vat., *sed etiam Cosmus*.

<sup>2</sup> Vide c. 3 lib. v, et notas in illud.

<sup>3</sup> Unus Cod. Vat. *Arverna colens ; corrupte*.

<sup>4</sup> Hic videtur esse Victor Massiliensis, de quo Greg. Tur., lib. i de Gloria Martyr., c. 77. Is passus est Massiliæ sub Dioclet. et Maximiano, cujus acta exstant inter sincera martyr., l. i, pag. 292.

<sup>5</sup> Unus Cod. Vat., *qua tenet*.

<sup>6</sup> Sanctus Nicetius episcopus Lugdunensis fuit, sanctitate et miraculis celebris. Is a Gregorio Tur. matris suæ avunculus fuisse dicitur lib. v, cap. 5, Hist. Ejusdem Vita, a Gregorio conscripta, exstat in libro de Vitis Patrum, cap. 8. Is obiit an. 573. Porro idem Gregorius in ejus Vita, cap. 8, loquens de reliquiis sancti Nicetii : *Ad nos quoque, ait, facietergium, dependentibus villis intextum, quod sanctus super caput in die obitus sui habuit, est perlatum, quod nos, tanquam caeleste, suscepimus.* Decorpta fila ex hoc linteo idem ait se collocasse in quadam basilica urbis Taronicæ, quæ statim miraculo inclaruerint ; tum addit : *Pesui, fateor, de his pignoribus et in aliis basilicarum altaribus, in quibus et enerymeni sanctum confitentur, et fidelis oratio sapius promeretur effectum.* Credibile itaque est, id genus reliquias sancti Nicetii vel in oratorio Arthonensi a Gregorio collocatas fuisse.

<sup>7</sup> Edit. Paris., *Gregorius ornat*.

<sup>8</sup> Narrat Greg. Tur., lib. ix Hist., cap. 30, a rege

hini, Paschali die, provocatus musicis instrumentis, et cantibus, sequens poema fundit ex tempore, in quo et de laudibus sancti Martini, et de Gregorio, ejusdem in Turonensi sede successore, plura concelebrat. Postremo eos qui ad convivium conveniant hortatur, ut diem illum læte atque jucunde agant, ac vota faciant pro regibus. ]

Cum videam citharæ cantare loquacia ligna,  
Dulcibus et chordis admodulare lyram;  
Quo placido cantu resonare videntur et æra,  
Mulceat atque aures fistula blanda tropis:  
Quamvis hic stupidus habear conviva, receptus,  
Et mea vult aliquid fistula muta loqui.  
Ecce dies in quo Christus surrexit ab imo,  
Infernæ legis rumpere vincla potens,  
Quando et victorum lacrymantia millia solvit,  
Et revomunt multos Tartara fracta viros.  
Additur hic aliud, quod Martini aula beati  
Emicat hæc, ubi nunc prandia festa fluunt.  
Qui valuit gestis aures pulsare Tonantis,  
Obtinet et meritis quod petit alta fides.  
Qui pie restituit defuncta cadavera vitæ,  
Atque Dei prompte præbet amicus opem.  
Cui successor ovans modo rite Gregorius exstans,  
Ille quod acquirit, hic regit ore, fide.  
Qui rogat hic præsens, alibi licet insidet absens,  
Exhibet atque cibos pastor in orbe bonus.  
Nunc igitur celebrate diem solemniter omnes,  
Quos Deus omnipotens huc dedit esse pares.  
Quos sibi Martinus collegit amore benignus,  
Et facit ecce escas hic epulare suas.  
Ergo sub incolumi Childeberto ac Brunichilde,  
Quos tribuit celsus regna fovere Deus,  
Vos, quos miserunt populum moderare fidelem,  
Et relevare inopes, si quis et exstat egens,  
Ac bona de dominis noscendo et agendo benigna,  
Sint quoque lætitiæ pabula vestra fide.  
Quos invitavit Martini mensa beati,  
Sumite gaudentes, quod dat amore dies.

Childeberto, Florentianum, Majorem regiæ domus, et Romulphum, palatii comitem, Pietavum missos fuisse, qui populum describerent, ac censum veterem innovarent; tum inde Turones advenisse, sed nihil innovatum in Turonensi plebe, ob honorem ac reverentiam in sanctum Martinum, ipso maxime agente Gregorio Turonensi. Hæc Acta ad an. 589, quo tempore videtur hoc a Fortunato dictum carmen fuisse.

<sup>a</sup> Ed t. Paris. *Hunc igitur.*

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., *amore benigno.*

<sup>c</sup> Ms., *moderate et vers. seq., relevare.*

<sup>d</sup> Duo Godd. Vat., *de dominis noscendo et agendo,* quod seq.

<sup>e</sup> Unus Cod. Vat., *gaudia vestra canat.*

<sup>f</sup> Alter, *rege suos populos.* Edit. Paris., *cum rege et.*

<sup>g</sup> Unus Cod. Vat., *ne desint aulis.*

<sup>h</sup> Forte *flet.*

<sup>i</sup> Ibid., *illuminat orbes.*

<sup>j</sup> In alio Cod., *redde videndo diem;* corrupte.

<sup>k</sup> Hic Romulphus, sicuti et Florentinus, seu Florentianus (ad quem scribit carmen 16 hujusce libri), non videntur alii esse quam quos supra diximus, ad carmen 12, venisse Pictavum et Turones, quo plebem censere, ac vetera tributa exigere.

A Quæ bonus antistes noscendo Gregorius expers,  
Plaudat, et hæc populis gloria vestra cauat.  
Cujus et hæc domus est, a Christo exoret amator,  
Reges, ac populos ut tegat arce Deus.

#### CAPUT XIII.

*Pro puella, a judicibus capta, ad Gregorium episcopum.*

[ Gregorii implorat opem, quo puellam a patre abductam et captivam patri suo curet restituendam. ]

Exemplo Domini mihi vel venerabilis orbi,

Qui minimas non vis perdere, pastor, oves  
Sollicitis animis curam per pascua tendens  
Ne desint caulis, circuis ore greges.

Hic igitur gerulus, genitam flens in pie demptam,  
Captivam sobolem tempore pacis habens.

B Martinique pii successor honore, Gregori,  
Qui pater es populi, hanc rogo, redde patri.  
Jugiter ille sacris meritis illuminat orbos;  
Orbatam hanc patri redde videndo diem.

#### CAPUT XIV.

*Item pro eadem re ad Romulphum, vel Rainulfum.*

[ Suam in Romulphum benevolentiam Fortunatus testatur, quam cum præsens explere non posset, litteris se narrat compensare, tum eidem causam patris pro abducta filia commendat. ]

<sup>1</sup> Si rapidis oculis te semper, amice, viderem,  
Sic quoque vix avidum me satiare amor.

Qui si præsentis non possum cernere vultum,  
Te mihi vel scriptis, chare, saluto libens.

Hunc etiam famulum commendo, benigne, verenter.  
Et si justa petit, hunc tua lingua juvet.

C Qui tortus graviter genitam sibi luget abactam,  
Per vos ut redeat filia, causa rogat.

Paupere ut audito, dum estis medicina dolenti,  
Et vestris curis sit pia cura Deus.

#### CAPUT XV.

*Item pro eadem re ad Gallienum.*

[ Laudat Gallienum, ac suam in eum benevolentiam declarat; tum gravem patris in amittenda filia

Quocirca vel illud licet conicere, puellam de qua hic loquitur Fortunatus eandem fortasse ac illam de qua in superiore carmine, a descriptoribus, sive ejus satellitibus ac ministris, a patre abductam fuisse, cum is solvendo non esset. Quamobrem illud facile crediderim, Fortunatum e Turonensi urbe, in qua et convivio interfuerat, reversum Pictavum, illic patrem filia supplicem sibi habuisse, at que hunc Turones legasse ad Gregorium et descriptores, qui, ut videtur, adhuc apud Turones sese tenebant, Childeberti regis jussa atque litteras expectantes, quibus si significaret Turonensis civitas nec ne esset describenda. Quæ omnia patent ex Gregorii Historia loco supra citato.

<sup>1</sup> In uno Cod. Vat. hoc poema cum superiore junctum, nullo titulo intermedium.

<sup>2</sup> In altero legitur, *ac te saluto libens,* mendose.

<sup>3</sup> In primo Cod., *benigne verendum.*

<sup>4</sup> Edit. Paris., *capta.*

<sup>5</sup> De Gallieno mentionem facit Greg. Turon., lib. v list. Franc., cap. 50, et illum amicum suum appellat. Non is videtur esse alius atque is ad quem modo scribit Fortunatus. Neque vero ille de quo loquitur Gregorius videtur archidiaconus fuisse, uti Browerus affirmat. Vide notas cl. Ruinart in præfatum Gregor. Turon. locum.

calamitatem enarrat, atque ut eidem opituletur A  
deprecat. ]

• Officiis experte tuis, moderamine solers,  
Sollicitus studiis, utilitate comes.  
More mihi solito, dulcis tibi debita solvo,  
Qui colo, devinctus reddo salutis opus.  
Sit commendatus homo, quem male terisit iniquus,  
Perdidit et genitam heu ! miser iste suam.  
Hic da justitiam, <sup>b</sup> de vulnere corporis emptam,  
Et pie captivam fac remeare suam.  
Iter utramque necem, cui lex et filia desit.  
Unus in ambabus rebus adesto salus.

## CAPUT XVI.

*Item pro eadem re ad Florentinum.*

[Salutem scribit Florentino, quam se illi debere,  
amoris nomine, affirmat, atque eidem patris calami-  
tosi causam, de qua et supra, commendat.]

Dum pergit hinc quisque viam, mea pagina currat,  
Prodat ut eloquio, quid sibi debet amor.  
Nunc quoque chare mihi, bone semper, amice fidelis,  
Pectore devotus reddo salutis opus.  
• Commendo hunc etiam famulum, dure <sup>d</sup> ante re-  
Tortus qui legem nec meruisse gemit. [dactum,  
Ille dolens gravius, quam vulnera corpore fixa,  
Quod sibi subducta est filia parva, rudis.  
Audiat hanc vocem pietas miserando benigne,  
Quæ sibi eum tribuis, hinc tibi magna dabis.

## CAPUT XVII.

*Ad episcopos in commendatione peregrini.*

[Peregrinum hominem, in Italiam pergentem, epi-  
scopis commendat, ignarum itineris, ut adjuvent  
ac solentur.]

Pontifices summi, fidei via, semita vitæ,  
Quos dedit omnipotens luminis esse duces,  
† Custodesque gregis cœlestis contulit Agnus,  
Vos bene pastores, ut foveantur oves.

• Unus Cod. Vat., *officiis exerce tuis.* Edit. Paris.,  
*officiis exerce tuis moderamina.*

<sup>b</sup> Videtur hoc loco Fortunatus indicare eundem  
hominem duabus pœnis, eodem nomine, non esse  
mutandum; adeoque illum, quem Gallieno com-  
mendat, tortum ac læsum corpore, nonnisi injuria  
raptoiatum filia fuisse.

Videsis quæ adnotavimus superius ad c. 14.

Unus Cod. Vat., *ante reductum.*

• Hoc poema, seu epistolam non episcopis, aliqua  
in synodo congregatis, missam arbitror, ut opina-  
tur Browerus, sed directam ad episcopos qui in ite-  
nere habitabant, qua ex Gallia in Italiam via patebat,  
a quibus peregrinus juvari et deduci poterat. Similis  
epistolæ exemplar exstat supra, lib. v, cap. 21. V. de  
quæ in notis ad illud diximus.

† Unus Cod. Vat., *custodesque gregi.*

• Edit. Paris., *Semina præsent s mercedis.*

<sup>a</sup> Plato iste, quem archidiaconum suum appellat  
Greg. Tur., lib. v Hist. Franc., cap. 50, successit  
Marveo in sede Pictaviensi, ad an. 592. Vide quæ  
de illo diximus in Vita Fortunati, n. 89. Lege et  
Coitium, ad an. 592, n. 3.

<sup>i</sup> Scilicet ut Plato, qui Gregorii Turonensis disci-  
pulus fuerat, sancti Martini successoris in sede Tu-  
ron., et ejus Ecclesiæ archidiaconus, ad Pictavien-  
sem Ecclesiam regendam deligeretur.

Ecce viator adest, peragens iter inciscus illud,  
Finibus Italicis heu ! peregrina gemens.  
Exsulis auxilium, errantis via, norma salutis,  
Ad reditum patriæ sitis honore patres.  
• Semina jactantes, mercedis ut ampla metatis,  
Et redeat vobis centuplicata seges.  
Fortunatus enim humilis commender opimis,  
Ac per vos Domino culmina sancta precor

## CAPUT XVIII.

<sup>b</sup> *De Platone episcopo.*

[Platonem, episcopum Pictaviensem creatum, gratu-  
latur hoc carmine, ac vota facit pro regibus qui  
illum episcopum declaraverant.]

Provida disponunt reges solatia plebi.

B Pontificem dantes, quem probat alma fides.  
Ut colat Hilarium, quem dat Martinus <sup>i</sup> alumnum,  
‡ Et confessoris protegat ala potens.  
<sup>k</sup> Dirigat hic populum successor, honore beato,  
Et clerum Ecclesiæ qui moderetur ope.  
<sup>l</sup> Floreat arce decens, rex Childebertus in orbe,  
Cum genitis, populo, matre, s rrore, jugo.  
Gaudia læta paret præsentia sancta Gregorii,  
Et geminas urbes adjuvet una fides.  
Qui modo, discipulo Platone antistite summo,  
Solemne Ecclesiæ hic dedit esse diem.

## CAPUT XIX.

<sup>m</sup> *Ad Armentariam matrem domni Gregorii episcopi.*

[Laudat Armentariam, matrem Gregorii Turonensis  
episcopi, atque illam cum Machabæa matre com-  
parat, ob prolis virtutem ac felicitatem. Postremo  
ejusdem se precibus commendat.]

Felix bis meritis sibi Machabæa, vel orbi,  
Nobilitas generis, nobilior genitis.  
<sup>n</sup> Quæ septem cœlo palma mansuisit ab alvo,  
Martyriique decus profert ille uterus.  
Tu quoque prole potens, recte Armentaria felix,  
Nec minor ex partu, quam prior illa sinu.

<sup>i</sup> Narrat Greg. Turon., lib. iv de Mir. sancti Mar-  
tini, c. 52, quod, cum Plato episcopatum Pictavæ  
urbis adeptus est, virtus sancti Martini fuit ostensa.  
Domus adjuncta ecclesiasticæ domui incendio maxima  
cremabatur, ac scintillæ cum carbonibus super domum  
ecclesiæ, impellente vento, cadebant. Sed ille de pul-  
vere beati sepulcri secum habens, elevato chrismario  
contra ignem, exortus subito ventus illi contrarius,  
D flammam a tecto ecclesiastico defendens, aliam pepulit  
in partem, et sic domus ecclesiæ liberata est.

<sup>k</sup> Edit. Paris., *Hic regat hic populos.*

<sup>l</sup> Unus Cod. Vat., *floreat arce tenens.*

<sup>m</sup> Hæc Armentaria neptis erat ex filia sancti Gre-  
gorii episcopi Lingonensis, de qua vido Greg. Tur.,  
lib. de Vita Patrum, c. 7, num. 4. Browerus : *Nati-  
one, inquit, Burgundam fuisse, et maritum Aduum.*  
scribit Joan. Savaro in commentario ad Sidonium.  
Oddo vero abbas, in Vita Greg. Tur., c. 4 : *Grego-  
rius, inquit, Celtico Galliarum tractu fuit exortus,  
Arvernica regionis indigena, patre Florentio, matre  
Armentaria procreatus... Itaque Georgius, quondam  
senator, Leocadiam duxit uxorem... quæ Leocadia  
peperit sanctum Gallum Arvernica sedis episcopum,  
atque Florentium, hujus pueri Genitorem, etc.*

<sup>n</sup> Ven. Edit. (in qua reperitur hoc poema) et duo  
Codd. Vat., *quæ septem palmas cœlo.*

Ille vetus numero major, <sup>a</sup> tu maximâ caelo :  
 Quod poterant plures, <sup>b</sup> unicus hoc tuus est.  
 Fetu clara tuo, geniti circumdata fructu,  
 Est tibi Gregorius palma, corona novus,  
 • Me Fortunatum humilem commendo verenter,  
 Ac mihi caelestem, quæso, preceris opem.

## CAPUT XX.

*Sigoaldo, d pro comitatu ejus.*

[Sigoaldum, a Sigiberto rege olim comitem sibi additum et ducentem itineris, hoc alloquitur carmine, quem diu abfuisse narrat, ac tandem reversum gratulatur, et optat ut gradus comitatus, ad quem a Childeberto evectus fuerat, novo honore cumuletur.]

Finibus Italiæ cum primum ad regna venirem,  
 • Te mihi constituit rex Sigibertus opem.  
 Tutior ut graderer tecum comitando, viator,  
 Atque pararetur hinc equus, inde cibus.  
 Implesti officium, custos revocaris amico.  
 Et mihi vel tandem jam mea cura redit.  
 Dic meus, unde venis post tempora plurima, dulcis,  
 Magnus honore tuo, major amore meo?  
 Promptus in affectu, Sigoalde benigne, clientum,  
 Et Fortunato nomen, amice, pium.  
 Rex Childebertus crescens te crescere cogat,  
 Qui modo dat comitis, det tibi dona ducis.  
 De domino tali videant sua vota fideles,  
 Cursibus et fiat prospera vita, via.

## CAPUT XXI.

*Ad Sigoaldum comitem, quod pauperes pro rege paverit.*

[Divinam in opibus dispertiendis providentiam et œconomiam laudat, atque commoda quæ ex dispare fortuna et conditione hominum proveniunt percenset. Tum Sigoaldi in elargiendo egenis regias opes munificentiam declarat, bonaque inde auspicia ac vota facit pro Childeberto ejusque regni opulentia ac felicitate. Postremo causam commemorat ob quam Sigoaldus in pauperes elemosynas erogaret, ac multitudinem pauperum regis sumptibus pastam ostendit.]

Actibus egregiis præconia <sup>c</sup> fulgida fulgens,  
 Laus tua, Christe, sonet, dum bona quisque gerit.  
 Unde genus hominum placeat, tu, summe, ministra,  
 Nam nisi tu dederis, prospera nullus agit.  
 Divitibus largus, forte <sup>d</sup> hinc et parcus egenis,  
<sup>e</sup> Ut redimat dives, quando fovetur egens  
 Dulciter ista tui pia sunt commercia regni,  
 Dum escam sumit egens, divitis auget opes,

<sup>a</sup> Ibid., in Ven. Edit., *tu maxima loco*.

<sup>b</sup> Ibid., *unicus hicce tuus*.

<sup>c</sup> Ibid. desunt duo postremi versus.

<sup>d</sup> In uno Cod. Vat., *pro comitari ejus Sigoaldo*.

<sup>e</sup> Vide quæ diximus in Vita Fortun., num. 46.

<sup>f</sup> Edit. Paris., *fulgida pollens*.

<sup>g</sup> Eadem edit., *hinc non parcus*.

<sup>h</sup> Unus Cod. Vat., *se ut red. mat. dives*.

<sup>i</sup> Edit. Paris., *Da sic Christus*.

<sup>j</sup> Eadem edit., *Præstat inops*.

<sup>k</sup> Ms., *crescat*; unus Cod. Vat., *Fiat ut huc juvenis*.

<sup>l</sup> Unus Cod. Vat., *lumina pergens*.

<sup>m</sup> Edit. Paris., *rex progeniesque laborat*.

<sup>n</sup> Alter Cod. Vat., *præbuit esse dapem*. Sic quoque Edit. Paris.

<sup>o</sup> Edit. Paris. :

Est quibus ut tua pax, lux Deus atque via.

A Pauper ventre satur satiat mercede potentem,  
 Parva capit terris, præparat ampla polis.  
 Divitibus plus præstat egens, quam dives egenti,  
 Dat moritura cibi, sumit opima Dei.  
 Dans terræ nummum, missurus ad astra talentum,  
 Et modicis granis surgat ut alta seges.  
 Dent, jactent, spargant, commendent semina Christo,  
 Illic dare nec dubitent, quæ reditura manent.  
<sup>i</sup> Da, si Christus erit tibi thesaurarius inde,  
<sup>j</sup> Præsta inopi, quidquid reddere Christus habet:  
 Hac animatus ope, exposcens meliora Tonantis,  
 Nec dubitante fide, quod Deus ista dabit.  
 Pro Childeberti regis florente salute,  
 Surgat ut in solio, qui fuit altus avo  
<sup>k</sup> Fiat ut hinc juvenis validis robustior annis,  
 B Ceu viguit proavus, sic sit in orbe nepos.  
 Ergo suus famulus Sigoaldus, amore fidelis,  
 Pauperibus tribuit, regis ut exstat apex.  
 Hinc ad Martini venerandi <sup>l</sup> limina pergens,  
 Auxilium Domini dum rogat ipse sui;  
 Et dum illic moderans <sup>m</sup> rex pro regione laborat,  
 Ut precibus sanctus hunc juvet, illud agit.  
 Denique procedens cupidus sacra festa tenere,  
 Pauperibus Christi <sup>n</sup> præbuit ipse dapem.  
 Dispensata placent alimenta per agmina Christi,  
 Pascitur et populus, quem fovet arce Deus.  
 Plurima cæcorum refovetur turba virorum,  
 • Est quibus interna lux Deus, atque via.  
 Hic alitur claudus, quem dirigit ordine Christus,  
 Quique sui Domini pendulus implet opus.  
 C Quis referat tantos memorare sub ordine morbos,  
 Occurrens pariter, quos sua cura fovet?  
 Unde catervatim coeuntia millia pascens,  
 Erogat, ut habeat, rex quoque cuncta regat.  
 Te Fortunatus comes hinc, Sigoalde, salutans  
 Regis ut [*Ms.*, in] auxilium des meliora, precor.

## CAPUT XXII.

*p De prandio defensoris.*

[Convivium a defensore instructum, Paschali tempore, ad quod et Sigoaldus convenerat, hoc in poemate commemorat, vota faciens pro Childeberti regis felicitate, proque Sigoaldi ipsius honore et salute.]

Paschale hic hodie donum memorabile floret,  
 Defensor pascit, quo comes <sup>p</sup> ipse favet.

D <sup>p</sup> Defensores erant ii quibus credita fuerat bonorum Ecclesiæ tutela ac defensio. Legendus ea de re Thomassinus, Discipul. eccl. part. 1. lib. II, c. 93. Horum officium describitur in concil. Carthag., quod habitum est an. 407, in quo edicitur, c. 64 : *Constituendos defensores scholasticos, qui in actu essent, vel in munere defensionis causarum... ut, more sacerdotum provinciarum, iidem ipsi qui defensionem ecclesiarum susciperent haberent facultatem pro negotiis ecclesiarum, quoties necessitas flagitaret, vel ad obsistendum obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi judicium secretaria. Erant autem et defensores civitatum appellati, ut olim tribuni plebis, qui (ut ait Dufresne in Gloss.) disciplinæ invigilarent, plebem et decuriones ab omni insolentia cusperent; naucleros et mercatores tuerentur, tributa curarent, etc. Vide eundem Dufresne, ad hanc vocem.*

<sup>q</sup> Edit. Paris., *ipse fovet*. Unus Cod. Vat., *qui comes ipse*.

Deliciæ Domini, <sup>a</sup> quas tempora, vota ministrant,  
Undique conveniunt flumine, fruge, polo.  
Childeberti etiam dominatio longa refulgens  
Te, Sigualde, diu sublevet arce, gradu.  
Sit regio felix felicitis regis amore;  
Atque boni comitis crescat honore fides.

## CAPUT XXIII.

<sup>b</sup> *Ad Galactorium comitem.*

[Galactorium, comitem ex defensore ac iudice creatum a rege, gratulatur; atque optat ut hinc ad gradum duris provehatur, id a Deo expectandum edocens, cui solemne parvos et humiles erigere. Postremo bene sperare jubet, atque hortatur ut colat virtutes, atque illas habeat totius vitæ auspices ac duces.]

Venisti tandem, <sup>c</sup> quod debebaris, amice,  
Ante comes merito quam datus esset honor.  
Bardigalensis eras, et cum <sup>d</sup> defensor amator  
Dignus habebaris, hæc duo digna regens,  
Iudicio regis valuisti crescere <sup>e</sup> iudex,  
Famaque quod meruit, regia lingua dedit.  
Debet et ipse potens, ut adhuc bene crescere possis,  
Præstet ut arma ducis, qui tibi restat apex.

<sup>a</sup> Ibid., *quæ tempora.*<sup>b</sup> Edit. Paris., *quo debebaris.*

<sup>c</sup> Ad istam Galactorium, jam comitem, scribit Fortunatus carmen 31 lib. vii. Quod vero is sub Guntramno rege viveret, indicat ille distichus:

Cui rite excellens rex Gunthramnos honores  
Majns adhuc debet, qui tibi magna dedit.

<sup>d</sup> Edit. Paris., *defensor amore.*

<sup>e</sup> Iudices Palatini (ait Dufresne in Glossario) erant ii qui cum comite iudicabant. Iudicis itaque munus et locus erat gradus ad comitis dignitatem.

<sup>f</sup> Cantabria, regio Hispaniæ Tarraconensis erat, Gothicis subjecta. Pro Cantabris itaque Gothi veniunt.

A Ut patriæ fines sapiens tuearis et urbes,  
Acquiras ut ei qui dat opima tibi.  
<sup>f</sup> Cantaber ut timeat, Vasco vagus arma pavescat,  
Atque Pyrenææ deserat Alpibus opem.  
Aut quasi grande loquor, facit hoc sacer unicus  
[auctor.]

A Domino erigitur parvus, et altus homo.  
De tyrone duces, venit et <sup>g</sup> de milite princeps.

Ut reliquos taceam, <sup>h</sup> Justinianus erat.

Hoc et in Ecclesia, Christo tribuente, refertur

: De exorcista aliquo pontificalis honor.

Egregius merito Martinus testis habetur,

Qui fuit ante sacer, quam sacra jura daret.

Hoc agit omnipotens, totum qui condidit orbem:

Magnaque sola putes, quæ facit ipse potens,

B Lætior ergo precor, maneat in culmine rector,

Majora sperans, vir ratione sagax.

Rege sub hoc florens, æternaque regna requirens,

.....

Justitia ac pietas tecum comitata coruscent,

Illa tuum pectus protegat, ista latus.

Alta fides etiam, dilectio fida nitescat,

Et Fortunato sis comes, amplius amor.

<sup>g</sup> Unus Cod. Vatic., *de limite princeps*; corrupte.

<sup>h</sup> Justinianus, Justini imp. nepos erat ex sorore. Justinum porro ex genere infimo et obscuro fuisse, ac per omnes militiæ gradus ad summum imperii fastigium erectum, notum est: quæ et ejus nepoti Justiniano ex parte conveniunt. Hunc Justinus imperio associavit an. 527, pluribus antea muneribus in Rom. imperio, domi, militiæque perfunctum.

C <sup>i</sup> Versus pentameter hujusce distichi deerat in Mss. omnibus, sive Vatic., sive quibus usus est Brow. Edit. Paris. B. biioth. PP., edita an. 1644, ita eum supplet:

Immortale piis actibus auge decus.

## LIBER UNDECIMUS.

## CAPUT PRIMUM.

<sup>a</sup> *Expositio Symboli.*

Summam totius fidei catholiçæ <sup>b</sup> recensentibus, in qua integritas credulitatis ostenditur, et unius Dei omnipotentis, id est sanctæ Trinitatis æqualitas declaratur, et mysterium Incarnationis Filii Dei, qui pro salute humani generis, a Patre de cælo descendens, de virgine nasci dignatus est, quo ordine, vel quando pertulerit, quomodo sepultus surrexerit, et in carne ipsa cælos ascendens ad dexteram Patris consederit, iudexque venturus sit, qualiter remissionem peccatorum sacro baptismate renatis contulerit, et resurrectio tandem humani generis in eadem carnem in vitam æternam futura sit, quia multa in Symbolo paucis verbis complexa sunt, me-

<sup>a</sup> Qui hanc Symboli expositionem cum illa quæ exstat inter Rufini opera voluerit conferre, facile is videbit (ut et Brow. advertit), hanc ejus potius epitomen esse, et ex Rufini ingenio natam, quam Fortunati. Quod igitur Rufinus scripserat, Fortunatus, jam creatus episcopus Pictaviensis, ut videatur, ad

diocriter nobis sermo temperandus est, ne aut breviter dicendo non aperiant intellectum, aut prolixitate verbi generetur fastidium. Itaque cum resurgente Christo et ascendente in cælum, misso sancto Spiritu, collata <sup>c</sup> est apostolis scientia linguarum, D adhuc in uno positi hoc inter se Symbolum, unusquisque quod sensit dicendo, condiderunt, ut discedentes ab invicem hanc regulam per omnes gentes æqualiter prædicarent. Denique symbolum Græco collatio dicitur, quia hoc ipsi inter se per sanctum Spiritum salubriter condiderunt. Dicitur et indicium, quod per hoc qui recte crediderit indicetur. Ergo cunctis credentibus quæ continentur in Symbolo, salus animarum et vita perpetua bonis Actibus <sup>d</sup> præparatur.

plebem suam erudiendam in epitomen redigisse dicendus est.

<sup>b</sup> Aliquot Mss., *recensentes*; atque ita ἀναλόουθον hic cernitur orationis.

<sup>c</sup> In uno Cod. Vat., *deest est.*

<sup>d</sup> Ibid., *præparetur.*

*Credo in Deum Patrem omnipotentem.*

Præclarum in primordio ponitur <sup>a</sup> cœlestis testimonii fundamentum, quia salvus <sup>b</sup> esse non poterit qui recte de salute non crediderit, Apostolo prædicante: *Credere oportet accedentem ad Deum (Hebr. 1, 6)*. Item: *Corde creditur ad iustitiam (Rom. 10, 10)*; et *Credidi, propter quod locutus sum (Psal. cxv)*; vel illud: *Iustus ex fide vivit (Rom. 1, 17)*, et: *Nisi credideritis, non intelligetis (Isai. vii, 9, juxta LXX)*. Ergo vel in rebus humanis nullum opus incipitur, nisi labor omnis ad effectum venire credatur. Unde credendum est in Deum, a quo tam præsens vita quam futura tribuitur. Deus autem appellatio est substantiæ sempiternæ, sive timoris divini. Igitur Deus est, sine principio, sine fine, simplex, incorporeus, incomprehensibilis. Patrem autem cum audis, agnosce quod habeat Filium veraciter genitum, quomodo possessor dicitur, qui aliquid possidet, et Dominus, qui alicui dominatur. Deus ergo Pater, secreti sacramenti vocabulum est, cujus vere Filius est verbum et speculum et character; et imago vivens Patris viventis, in omnibus Patris similis, ejusdem naturæ, et in divinitate genitus, Genitori per omnia coequalis. Nec quærat quomodo genuit Filium? quod et angeli nesciunt, prophetis est incognitum. Unde illud dictum est: *Generationem ejus quis enarrabit (Isai. LIII, 8)*? quam secretam originem cum proprio Filio novit ipse solus qui genuit. Nec a nobis Deus discutiendus est, sed credendus, qui in nobis ipsis nescimus quod sapimus, quomodo sapientiam, ingenium, aut intellectus consilium, aut mens nostra generat verbum. Sed, ut breviter dicamus, sufficit nos scire quia lux genuit splendorem, propheta testante: *In splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te (Psal. cix)*. Et illud: *Hic Deus noster; et non reputabitur alter ad eum; et post: In terris visus est, et inter homines conversatus est (Bar. III, 36, 38)*. Omnipotens vero dicitur, eo quod omnia possit et omnium obtineat potestatem, quia Pater omnia creavit per Filium.

*Et in Jesum Christum.*

Jesus hebraice *Salvator* dicitur; hoc nomen digne convenit principi qui populo se sequenti possit salutem tribuere: cujus figuram Jesus Nave gerens, populum de deserto <sup>d</sup> in patriam, et terram repromissionis certum est induxisse. Et iste de tenebris et terra ignorantæ sequentes se ad cœlos ducit. Christus dicitur a christæ unctio, et hoc nomen pontificale est, vel regale, quoniam reges ungebantur oleo corruptionis; hic autem a Spiritu sancto oleo exsultationis divinitus unctus est, propheta dicente: *Spiritus sanctus super me, propter quod unxit me (Isai. Lxi, 1)*. Jesus ergo dicitur eo quod salvet populum; Christus, quod sit unctus Pontifex in æter-

num. Unicum Filium ideo, ut nil in hoc intelligas terrenum, sive corporeum, ubi de uno est unus, de luce splendor, de corde verbum, de mente sensus, de forte virtus, de sapientia sapiens, de æternæ natus est <sup>f</sup> æternus, per omnia idem quod Pater, hoc Filius. Nam unicus ideo, quia nec comparationem recipit cum reliquis creaturis, nec similitudinem, quia omnium rerum summus ipse creator est; homines autem filii Dei vocantur per gratiam; ille solus Filius genitus per naturam. Hucusque de Deitate Patris atque Filii textus ordo secutus est.

*¶ Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria virgine.*

Ille qui de Patre ante sæcula natus est, postea de Spiritu sancto, cujus templum in Virgine fabricatum est intelligendum. Nam sicut in sanctificatione spiritus nulla fragilitas existit, sic nec in partu ejusdem causa corruptionis apparuit. Qui in cœlis unus, in terris unicus, per portam Virginis ingredi nandum dignatus est. Hinc plurima prophetæ de conceptu Virginis et de partu locuti sunt. Unum tamen exemplum pro brevitate proponemus, de quo Ezechiel dixit: *Porta quæ respicit ad Orientem clausa erit, et non aperietur, et nemo transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ipse transibit per eam, et clausa erit (Ezech. XLIV, 2)*. Hoc tamen notandum est, quia Spiritus sanctus est dominicæ carnis Creator: Spiritus sancti hinc majestas ostenditur. Quod vero Deus majestatis de Maria in carne natus est, non est sordidatus nascendo de Virgine, qui non fuit pollutus hominem condens de pulvere. Denique sol, aut ignis si lutum inspiciat, quod teligerit purgat, et se tamen non inquinat; nec fuit Deo injuriæ causa misericordiæ, neque sit incredibile quod est ipse natus de Virgine, qui Adam de pulvere et primam mulierem potuit de costa formare.

*Crucifixus sub Pontio Pilato.*

Hinc multa prophetæ, <sup>h</sup> qualiter confixus in cruce, foratis pedibus, aceto, vel felle, aut vino myrrinato potatus, spinis coronatus, lancea percussus, super vestem ejus sorte missa, et in conspectu populi maligni manibus extensis in die pependit, prædixerunt, diligens lector inveniet. Tamen, ut breviter dicatur, in cruce suspensus est, ut nos a damnatione ligni vetusti dissolveret. Felle vero potatur, ut amaritudinem prævaricati pomi, et nimis acidi, amputaret. Spinis coronatur, ut maledictæ terræ vetustum crimen erueret. Lancea percutebatur, ut per plagam lateris aqua fluente, vel sanguine, baptismum vel mysterium martyrii promulgaret; et ut dicatur aliquid altius: In costa Christus percutebatur, ut vulnus nobis influxum per Evam, quæ de costa viri formata fuerat, amputaret. Ut tamen ad hoc intelligendum aliquantulum extendamur, sicut dicit Scriptura: *Cordis oculi aperti sunt ad intelligendum, quid sit ali-*

<sup>a</sup> Duo Codd. Vat., *fidelis testimonium.*

<sup>b</sup> Ms., *esse poterit qui recte de salute crediderit.*

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat., *Jesus autem hebraice.*

<sup>d</sup> In nonnullis Mss. verbi in patriam desunt.

<sup>e</sup> In altero Cod. Vat., *et in terram repromissionis.*

<sup>f</sup> *Ibid.*, *natus est coæternus.*

<sup>g</sup> In Edit. Parisiensi Biblioth. Patrum, t. VII, legitur: *Qui conceptus est de Spiritu sancto.* Mss. et textus Rufini, *qui natus est, etc.* Itrov.

<sup>h</sup> Unus Cod. Vat., *qualiter crucifixus in cruce.*

*tudo, latitudo, ac profundum* (Eph. iii 18), quod est crucis significatio. Et quare Dominus in patibulo se pati elegerit, quæritur. Ratio hæc redditur: crux species tropæi est, quod, devictis hostibus, solet fieri triumphanti; et quia Dominus tria regna sibi subiecit, suspensus in aere [Mss., aera] victoriam de cœlestibus et spiritualibus nequitiis est adeptus; expandens autem manus ad populum [Mss., populos], palmam de terrenis. Quod vero sub terra crux fixa est, ostendit eum et de Tartaro triumphare. Et quia de aliis, brevitatis causa, præterimus plurima, ne generemus fastidium, sic pro honore sanctæ crucis nobis hic sermo distenditur, ut vobis ædificatio, et illi crescat præconium. Ergo quia nec ipsa sidera in conspectu Dei pro humano crimine erant pura, et erat tota terra polluta, ideo suspensus est Christus in aere [Mss., aera], ut simul terras et astra purgaret; aut quia ipse dixerat: *Sicut Moyses exallavit serpentem* (Joan. iii, 14); ideo cruci suspenditur, ut ad implerentur verba quæ Creator prædixerat, aut, quia inter cœlum et terram grandis erat discordia, ut tolleretur reconciliator, se mediante, scandalum. In aere suspenditur, ut, se in medio posito inter cœlum et terram, et inter hominem et Deum, pax rediret post odium. Aut ideo, quia ante gravis latro in cruce confgebatur. Ergo ad hoc elegit Christus principale supplicium, ut hominem absolveret <sup>b</sup> originali peccato, quod erat principale tormentum. Aut ideo Deus in cruce suspenditur, ut pro captivitate nostra pretium sui corporis in statera mercator pensaret. Aut ideo crucifigitur, quia mortui eramus per pomum et arborem, ut denuo crux et Christus, id est arbor et pomum, per ipsam similitudinem nos a morte liberaret. Pomum dulce cum arbore!

*Sub Pontio Pilato.*

Bene hoc est additum, ut, iudice cum tempore designato, non esse videretur incertum. Sub Herode rege, qui eo tempore tetrarcha erat, ad quem Pilatus misit Dominum vincitum, et per hoc inter iudices pax provenit post odium. Et <sup>c</sup> legatus Dominus, magis legatarius, pax inter partes exstitit, et iudices a livore dissolvit.

*Descendit ad infernum.*

Hinc prophetæ plura dixerunt, unde est illud dictum: *Vita mea in inferno appropriavit, et factus sum inter mortuos liber* (Psalm. LXXXIV). Et illud: <sup>d</sup> *Tu es*

<sup>a</sup> Mss., aera. In uno Cod. Vat., ideo cruci suspenditur.

<sup>b</sup> Mss., originale peccatum.

<sup>c</sup> Mss., ligatus.

<sup>d</sup> Veteres sciñcet Patres nonnulli (ut advertit Browerus) senserunt, cum Joannes non dubitaret Christum verum esse Messiam, illa sua legatione quæsisse num eadem opera moriturus esset, et ad inferos descensusurus? Quem proinde (addam ego) et Joannes, mox detruncato capite, ad inferos descensusurus, liberatorem suum expectasset. Lege sanctum Hier. in comment. in Matth. ad hunc locum de Joanne.

<sup>e</sup> Unus Cod. Vat., ipso triduo in ventre.

<sup>f</sup> Ibid., Psalmographus propheta; et deest Apost.

<sup>g</sup> Mss., Dominus.

*A qui venturus es* (Matth. xi, 3)? quod lector requirens inveniet. Sed descendens ad infernum, injuriam non pertulit, quod fecit causa elementæ, velut ut rex intrans carcerem, non ut ipse teneretur, sed ut noxii solverentur.

*Tertia die resurrexit.*

De resurrectione ejus iidem prophetæ plura locuti sunt, quod et Jonas <sup>e</sup> triduo in ventre ceti permanens designavit.

*Ascendit in cœlum.*

Hoc <sup>f</sup> Psalmographus, prophetæ et Apostolus meminit, unde illud dictum est: *Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem* (Ephes. iv, 8). Ergo post passionem <sup>g</sup> Christus cœlos ascendit, non ubi non erat, Verbum Deus, qui semper in cœlis est, sed ubi adhuc verbum, caro factum, non sederat: unde videntes angeli carnis naturam cœlos intrare, stupuerunt dicentes: *Quis est iste rex gloriæ* (Psal. viii)?

<sup>h</sup> *Sedet ad dexteram Patris.*

Nam et ipsum sedere mysterium est carnis assumptæ, et propectum sedis non divina, sed humana natura requirit; inde et hoc dictum est: *Parata est sedes tua, Domine* (Psal. xcvi). Et: *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis* (Psal. cx). Et illud: *A modo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, judicaturus vivos et mortuos* (Matth. xxvi, 64). Aliqui, dicunt vivos, justos; mortuos vero, injustos. Aut certe vivos, quos in corpore invenerit adventus <sup>i</sup> Dominicus, et <sup>j</sup> intelligamus mortuos, jam sepultos. Nos tamen vivos et mortuos hoc est animas, et corpora pariter judicanda. Nam de adventu Domini et Malachias ait: (*Eccc venit Dominus omnipotens* (Mal. iii, 1). Et Daniel: *Eccc in nubibus cœli quasi <sup>k</sup> Filius hominis* (Dan. vii, 13). Et illud: *Sicut fulgor ab oriente, ita et erit adventus Filii hominis.*

*Credo in sancto Spiritu.*

In hujus commemoratione mysterium Trinitatis impletur, unus Pater, unus Filius, unus Spiritus sanctus, ut fiat distinctio personarum, vocabula discernuntur: Pater, ex quo omnia, et qui non habet Patrem: Filius ex Patre genitus; Spiritus sanctus de <sup>l</sup> Dei ore procedens, et cuncta <sup>m</sup> sanctificans. Ergo una divinitas in Trinitate, quia dixit Symbolum: Credo in Deum Patrem <sup>n</sup>, et in Jesum Christum, et in Spiritu sancto. Ergo ubi in præpositio ponitur, ibi divinitas approbatur, ut est: *Credo in Patre, in Filio,*

<sup>b</sup> In Mss. quibusdam sequentia sine titulo præcedentibus junguntur.

<sup>i</sup> Unus Cod. Vat.: *Dominicus et mortuos jam sepultos. Nos tamen intelligamus vivos.*

<sup>j</sup> Desideratur in quibusdam Mss. hic intelligamus.

<sup>k</sup> Unus Cod. Vat., *Filium hominis.*

<sup>l</sup> Venantius Fortunatus videtur hoc loco respexisse ad illud psalmi xxxii: *Et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum firmata est; et ad illud Joau., c. xx: Hæc cum dixisset, insuflavit, et dixit eis: Accipite Spiritum sanctum, etc.; quibus ex testimoniis divinitas Spiritus sancti, qui cum Patre et Filio adoratur, et eju-dem ex Patre Filioque processio ostenditur.*

<sup>m</sup> Duo Codd. Vat., *et cuncta significans.*

<sup>n</sup> In uno Cod., *et in Dominum Christum, etc.*

in Spiritu sancto. Nam non dicitur, in sancta Ecclesia; non dicitur, in remissione peccatorum, <sup>a</sup> sed remissionem peccatorum credis.

*Sanctam Ecclesiam.*

Sancta, quia una est Ecclesia sine ruga. Sicut una fides, unum baptisma, in qua unus Deus, unus Dominus, unus Spiritus sanctus creditur; de qua in Canticis legitur: *Una est colu(m)ba mea*; nam hæretici congregant Ecclesiam, ubi ruga, et perfidiæ macula comprobatur.

*Remissionem peccatorum.*

Nobis in hoc sermone sola credulitas sufficit, nec ratio requiritur, ubi principalis indulgentia comprobatur. Ipse <sup>b</sup> rex æternus a nullo discutitur, si quodcumque largitur. Nam ille qui potuit hominem de luto facere, idem potens est <sup>c</sup> omne lutulentum purgare; et valet innocentiam perditam restituere, qui sepultos et membra perditam revocat ad salutem.

*Resurrectionem carnis.*

Summa perfectionis concluditur, et caro ipsa, quæ cadit, resurrectura erit immortalis, ut maneat. Licet resurrectio a paganis et a quibusdam hæreticis non credatur, tamen Isaias dicit: *Surgent mortui et ascitabuntur*; et Daniel ait: *Resurgent tunc qui sunt in terræ pulvere*. Christus dicit: *Quod autem surgent mortui, non legistis?* Et: *Non est Deus mortuorum, sed viventium*. Item Apostolus dicit: *Tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur*. Et Scriptura dicit: *Post resurrectionem erunt sicut angeli Dei*. Ergo <sup>d</sup> nec hoc credentibus impossibile iudicetur, quia qui potuit hominem de terra componere, poterit hunc ex homine in angelum transformare, et post hanc vitam temporalem vitam æternam tribuere. Ergo moritur homo quasi granum in sulco, ut resurgat cum spico, et multiplicetur cum fructu, assimiletur et angelo: quod ipse salutis auctor nobis tribuere dignetur, qui, triumphato Tartaro, cum Patre et sancto Spiritu glorioso, principatum [principatu] intrans victor regnat in cælo. Amen.

CAPUT II.

*Versus ad domnam Radegundem.*

[Snum in Radegundem desiderium, quo se illa tempore incluserat, declarat, et optat ut eam quam celerrime a recessu suo reducem videat.]

Quo sine me mea lux oculis errantibus <sup>e</sup> abdit,  
Nec patitur visu se reserare meo?  
Omnia conspicio simul, æthera, flumina, terram;  
Cum te non video, sunt mihi cuncta parum.  
Quamvis sit cælum, nebula fugiente, serenum,  
Te celante mihi, stat sine sole dies.  
Sed precor, horarum ducat rota concita cursus,  
Et brevitate velint se celerare dies.

<sup>a</sup> Mss., *sanctam Ecclesiam ac.*

<sup>b</sup> In uno Cod., *ipse rex terrenus a nullo dicitur*; corrupte.

<sup>c</sup> In uno Cod. *omne etiam lutulentum.*

<sup>d</sup> Ergo ne hoc credentibus.

<sup>e</sup> Vide quæ diximus ad c. 11 et 12 lib. VII.

<sup>f</sup> Unus Codd. Vat., *sororibus hoc sit*. Edit. Paris., *huc sit*.

A Consultum nobis, sanctisque sororibus <sup>f</sup> id sit.  
Ut vultu releves, quos in amore tenes.

CAPUT III.

*Ad eandem de natalitio abbatissæ.*

[Natalem Agnetis abbatissæ diem celebrat hoc carmine, in quo et Radegundi pro natali filiæ, quam Christo peperat gratulatur; et ad extremum vota pro utraque facit.]

Mater opima, decens, voto lætare beato,  
Gaude, natalem filia dulcis habet.

Hanc tibi non uterus natam, sed gratia fecit,

Non caro, sed Christus hanc in amore dedit,

Quæ sit in æterno tecum, tibi contulit auctor,

Perpetuam prolem dat sine fine Pater.

Felix posteritas, quæ nullo deficit ævo,

Quæ cum matre simul non moritura manet.

Sit modo festa dies saneto Radegundis honore,

Agnem hanc vobis Agnus in orbe dedit.

Gaudia distensos pariter celebretis in annos,

Et per vos populus vota superna colat.

Virgineosque choros moderamina sancta docentes,

Perpetuæ vitæ distribuatis <sup>h</sup> opes.

Hinc longinqua salus teneat vos <sup>i</sup> corpore viactas,

Rursus in æterno lumine jungat amor.

CAPUT IV.

*Ad eandem, ut vinum bibat.*

[Radegundem rogat et suo et Agnetis nomine, ut vino utatur atque modico ejus usu valetudini consulat.]

Si pietas et sanctus amor dat vota petenti,

Exaudi famulæ munere larga tuos,

Fortunatus agens, Agnes quoque, versibus orant,

Ut lassata nimis vina benigna bibas.

Sic tibi det Dominus, quæcumque poposceris ipsum,

Et tibi, sicut amas, vivat uterque rogans.

Suppliciter petimus, si non offendimus ambo,

Ut releves natos, mater opima, duos.

Non gula vos, sed causa trahat modo sumere vina,

Talis enim potus viscera lassa juvat.

Sic quoque Timotheum Paulus, tuba gentibus una,

Ne stomachum infirmet, sumere vina jubet.

CAPUT V.

*Ad abbatissam de natali suo.*

[Diuurnam ac inexplebilem ab Agnete opem sibi impensam declarat Fortunatus: quam dum præstaret, eandem a colloquiis cum Radegunde, et cibo, quamvis esurientem, refert abstinuisse. Ipsam, cui forte somnus obrepserat, ex hiemalium dierum brevitate et prolixitate noctium a somno nititur revocare, atque ejus ex lætitia sibi quoque tranquillitatem oboriri significat.]

Dulce decus nostrum, Christi sanctissima virgo,

Agnes, quæ meritis immaculata manes.

Sic tibi complacuit hodiernum ducere tempus,

Ut mihi inexpletam distribuisses opem,

<sup>g</sup> Natalis dies hic erat, quo Agnes primum in abbatissam monasterii sanctæ crucis Pictaviensis a Radegunde constituta fuerat; qui dies (uti et alias adnotavimus) anniversaria solemnitate, quemadmodum et natalis episcoporum, celebrabatur.

<sup>h</sup> Mss., *opes*.

<sup>i</sup> Unus Cod. Vat., *vos corpore junctas*.



Nec dare nunc dominae <sup>a</sup> modulamina dulcia linguae, A  
 Cui dum verba refers, pascitur ore tuo.  
 Abstulisse tibi etiam vos ipse probavi,  
 Et quasi pro vobis est mihi facta fames.  
 Audio, somnus iners radiantes pressat ocellos,  
<sup>b</sup> An nimias noctes anticipare velis?  
 Cai non sufficiant hæc tempora longa quietis,  
 Cum prope nox teneat, quod duplicata dies?  
 Nubila cuncta tegunt, nec luna, nec astra videntur,  
 Si sis læta animo, me nebulae fugiunt.  
 Gaudia vera colat, quæ nos <sup>c</sup> hæc scribere jussit,  
 Et tecum faveat ducta sub arce poli.

## CAPUT VI.

*Aliud ad eandem.*

[Suam in Agnetem benevolentiam declarat, quam B  
 non ullo ex libidinis fomite et causa natam testa-  
 tur, sed ex charitate ortam, et cum Radegunde,  
 plena pietatis, necessitudine.]

Mater honore mihi, soror autem dulcis amore,  
 Quam pietate, fide, pectore, corde colo:  
 Cœlesti affectu, non crimine corporis ullo,  
 Non caro, sed hoc, quod spiritus optat, amo.  
 Testis adest Christus, Petro, Pauloque ministris,  
 Camque piis sociis sancta Maria videt:  
 Te mihi non aliis oculis, animoque fuisse,  
 Quam soror ex utero tu Titiana fores.  
 Ac si uno partu mater <sup>d</sup> Radegundis utroque,  
 Visceribus castis progenuisset, eram.  
 Et tanquam pariter nos ubera chara beatæ  
 Pavissent uno lacte fluente duos.  
 Heu! mea damna gemo, tenui ne forte susurro,  
 Impediant sensum <sup>e</sup> noxia verba meum.  
 Sed tamen est animus simili me vivere voto  
 Si vos me dulci vultis amore coli.

## CAPUT VII.

*Ad eandem.*

[Absens Fortunatus suum in Radegundem deside-  
 rium, ac pietatem significat; ac rogat Agnetem, ut  
 quædam a se prætermissa in Radegundem officia,  
 ipsa pro se expleat. Postremo diuturnam utrique  
 vitam precatur, atque optat ut tres simul una dies  
 tollat, nec se, qui mortali hæc in vita conjunctis-  
 sime vixere, dividat futuræ vitæ conditio.]

Quæ charæ matri, quæ dulcia verba sorori  
 Solus in absentis cordis amore loquar?

<sup>a</sup> Edit. Paris., *moderamina dulcia*.

<sup>b</sup> Edit. Paris., *ah! nimias... volens*. Ad finem ver-  
 sus, unus Cod. Vat., *anticipare vobis*.

<sup>c</sup> Hæc non alia videtur fuisse quam Radegundes,  
 quæ Fortunatum ad Agnetem hoc poema scribere  
 jussit. In uno Cod. Vat. legitur, corrupte, *scribere*  
*jungunt*.

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat. Radegundis utroque: quod se-  
 quendus est.

<sup>e</sup> Edit. Paris., *mollia verba*.

<sup>f</sup> Edit. Paris., *mater pietate*.

<sup>g</sup> Edit. Paris., *Proficit almarum mihimet cibis*.

<sup>h</sup> Unus Cod. Vat., *animum dilectio*.

<sup>i</sup> Eulogiarum, veteris Ecclesie usu ac sermone, pro  
 panibus accipi solebant, qui in ecclesia ad sacrifi-  
 cium offerebantur ac benedicebantur, et quorum  
 pars ad sacram eucharistiam conficiendam sumeba-  
 tur. Item pro panibus aut cibis aliis usurpari con-

Quas locus excludit, mens anxia voce requiret,  
 Et simul, ut videat, per pia vota rogat.  
 Te peto, chara soror, <sup>f</sup> matri pietate benigna,  
 Quod minus impendi, tu famulare velis.  
 Illa decens tecum longo mihi vivat in ævo,  
 Et tribus in Christo sit, precor, una salus.  
 Nos neque nunc præsens, nec vita futura sequestret,  
 Sed tegat una salus, et ferat una dies.  
 Illic tamen, ut cupio, vos tempora longa reservent,  
 Ut soror, et mater sit mihi certa quies.

## CAPUT VIII.

*Ad eandem.*

[Lætitiam suam declarat Fortunatus, quam ex eo  
 perceperat, quod ejusdem ad preces Agnes sancti-  
 monialibus epulum indulserat. Tum vota facit pro  
 Agnete ip-sa, ac Radegunde, ac totius Pictaviensis  
 monasterii ordine, ac felicitate.]

Accessit votis sors jucundissima nostris,  
 Dum meruere meæ sumere dona preces:  
<sup>g</sup> Proficit mihimet potius cibis ille sororum:  
 Has satias epulis, me pietate foves.  
 Qua probitate micans partes componis utrasque,  
 Me recreas animo, has saturando cibo.  
 Pascunt membra dapes, <sup>h</sup> anima dilectio nutrit,  
 Quæ, cui plus opus es, dulcior esca venis.  
 Audiat Omnipotens et te pia vota petentem,  
 Ut tibi perpetuos fundat in ore cibos.  
 Sæcula longa simul, cum matre superstitæ, vernes,  
 Et vestro fræno stet chorus ille Deo.

## CAPUT IX.

*Ad eandem pro <sup>i</sup> Eulogiis transmissis.*

[Gratias agit pro epulis quas Agnes dono sibi mi-  
 serat, ac ejus erga se liberalitatem, sæpius missis  
 testatam muneribus, commemorat. Postremo lan-  
 cem, variis dapibus onustum, ac collis iustar,  
 tumentem, et ornatum, lepide describit.]

Sollicita pietate jubes cognoscere semper,  
 Qualiter hic epulis, te tribuente, fover.  
 Hæc quoque prima fuit hodiernæ copia cœnæ,  
 Quod mihi <sup>i</sup> perfuso melle dedistis olus.  
 Nec semel, aut iterum, sed terque quaterque cucurrit,  
 Cujus me poterat pascere solus odor.  
 Portitor ad tantos missus non sufficit unus,  
 Lassarunt totiens, qui rediere, pedes  
 Præterea venit missus cum collibus altis,  
 Undique carnali monte superbus apex.

## D

sueverant, quos episcopi ac presbyteri privatim ad  
 se mutuo mittebant cum litteris saluatoriis, antea a  
 semet benedictos. Item, qui in mensis episcoporum  
 et abbatum appositi, ac benedictione ab iisdem  
 donati, postea distribuiebantur. Eadem eulogiæ dein-  
 cept vel pro quovis munere, misso aut accepto,  
 latius usurpatæ, ut etiam hoc loco, et deinceps alias a  
 Fortunato. Qua sub significatione adhibentur vel  
 c. 54 Regul. S. Benedicti, in quo quæritur: *si debeat*  
*monachus litteras, vel eulogias suscipere: statuiturque:*  
*nullatenus licet monacho nec parentibus suis, nec a quo-*  
*quam hominum, nec sibi invicem litteras, aut eulogias,*  
*vel qualibet munuscula accipere aut dare sine præcepto*  
*abbatis.* Addi his potest testimonium S. Basilii in  
 Ἐπιστολῆς, num. 60, dicentis: *Εἰ τις πῆμμι τινὶ*  
*εὐλογίαν, ἢ δέχεται τι ποτὶ παριστὸς τοῦ ἀρχιμανδρι-*  
*τον γενέσθω ἀπειλογίας.*

<sup>i</sup> Edit. Paris., *perfusum melle*.

Deliciis cunctis, quas terra, vel unda ministrat,  
Compositis epulis hortulus <sup>a</sup> unus erat.  
Hæc ego nunc avidus superavi cuncta gulosus.  
Et mons et hortus ventre tenetur iners.  
Singula <sup>b</sup> nec refero, quia me tua munera vincunt.  
Ad cœlos victrix, et super astra voles.

CAPUT X.  
*De eadem re.*

[Varias item epulas quas Agnes ad se miserat, describit; quas una Radegundi, cujus liberalitatis ministra Agnes fuerat, refert acceptas.]  
Mu triplices epulæ concurrunt undique fusæ,  
Quid prius excipiam, me bonus error habet.  
Carnea dona tumens, argentea <sup>c</sup> gavata perfert,  
Quo nimium pingui jure natabat olus.  
Marmoreus defert discus, quod gignitur hortis,  
Quo mihi mellitus fluxit in ore sapor.  
Intumuit pullis vitreo scutella rotatu,  
Subductis pennis, quam grave pondus habens!  
Plurima de pictis concurrunt poma canistris,  
Quorum blandifluus me saturavit odor.  
Olla nigella nimis dat candida pocula lactis,  
Atque superba venit, quæ placitura fuit.  
Hæc dominæ matri famulans, hæc munera natæ  
Junctus amore pio <sup>d</sup> certius ipse loquor.

CAPUT XI.  
*Aliud de floribus.*

[Convivium quod sibi Agnes, floribus ac frondibus, viridantis horti ad speciem, artificiose intextis, picium ornatumque instruxerat, venuste et eleganter describit.]  
Respice delicias, felix conviva, beatas,  
Quas prius ornat odor, quam probet ipse sapor.  
Molliter arridet rutulantum copia florum,  
Vix tot campus habet quot modo mensa rosas.  
Albent purpureis ubi lactea lilia blattis,  
Certatimque novo fragrat odore locus.  
Insultant epulæ, stillanti germine fultæ,  
Quod mantile solet, cur rosa pulchra tegit?  
Complacuit melius sine textile tegmine mensa,  
Munere quam vario suavis obumbrat odor;  
Emituit paries viridi pendente corymbo,  
Quæ loca calces habet, huc rosa pressa rubet.  
Ubertas rerum tanta est, ut flore sereno,  
Mollia sub tectis prata virere putes.  
Si fugitiiva placent, quæ tam cito lapsa recedunt,  
Invitent epulæ nos, paradise, tuæ.  
Dædalicis manibus nituit textura sororis,  
Tantum digna fuit mater habere decus.

CAPUT XII.

*Aliud pro eulogiis transmissis.*

[Missis ad Agnetem eulogiis, non tam se mittere dicit quam referre. Agnetis et Radegundis erga se munificentiam commendat, ac veniam postulat quod

<sup>a</sup> Unus Cod. Vat., *hortulus intus erat.*

<sup>b</sup> Ibid., *singula nec fero.*

<sup>c</sup> Gavata, seu gabata, est vas escarium, quasi cavata. Et differt a concha, quod hæc concava. Joan. de Janua apud Dufres. Vide quæ diximus ad c. 24, l. vii. Edit. Paris., *gravata*, et in margine *grabata.*

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., *tertius ipse loquor.* Sic quoque.

A munera illa miserat. Postremo communes pro se Pictaviensis monasterii preces efflagitat.]

Munera direxi, sed non mea, crede fatenti,

Ad te quæ veniunt sunt tua dona magis.

Melle superfusas cunctorum porrigis escas,

• Cujus ab ore prius dulcia mella fluunt.

Copia quanta mihi maneat de munere vestro,

Credite, dum spargit jam gula victa cibos.

Sed mihi da veniam, venerando corde benigna,

Quod præsumpsit amor, sit veniale mihi.

Nunc Christum pro me chorus ille verendus adoret,

Nec peccatorem me mea culpa gravet.

CAPUT XIII.

*Pro castaneis.*

B [Vimineam fuscillam, sui ipsius manibus textam, una cum castaneis, ad Agnetem et Radegundem dono mittit Fortunatus.]

Ista meis manibus fuscilla est vimine texta,

Credite mi, charæ mater et alma soror.

Et quæ rura ferunt, <sup>f</sup> hæc rustica dona ministro,

Castaneas molles, quas dedit arbor agris.

CAPUT XIV.

*Pro lacte.*

[Agneti ac Radegundi gratias agit Fortunatus pro misso ad se lacteo pulmento, cujus formam et opus describit. Ad extremum optat ut illæ diu sint superstites.]

Aspexi digitos per lactea munera <sup>g</sup> pressos,

Et stat picta manus hic ubi <sup>h</sup> crema rapis.

Dic, rogo, quis teneros sic sculptere compulit utres,

Dædalus an vobis doctor in arte fuit?

C O venerandus amor, cujus <sup>i</sup>, faciente rapina,

Subtracta specie, venit imago mihi.

Spes fuit hæc quoniam tenui se tegmine rapit,

Nam neque sic habuit pars mihi parva dari.

Hæc facias, longos Domino tribuente per annos,

In hac luce simul matre manente diu.

CAPUT XV.

*Aliud pro lacte.*

[Manus item ex lacte, missum ad se ab Agnete et Radegunde, commemorat, atque sibi id genus alimenti, ut infirmo, idoneum esse jocatur.]

Quid tam dulce darent mihimet materque sororque,

Quam modo quod tribuunt congrue lactis opem?

Sicut apostolico præcepit dogmate Paulus :

D Cum infirmis animis lac jubet ipse dari.

i Sollicitam mentem geritis de nomine nostro,

De vobis semper sit pia cura Deo.

CAPUT XVI.

*Pro prandio.*

[Alterius ex fraude et opera ab ejus ad quem scribit colloquio se divulgum fuisse conqueritur, quo prandio interesset; in quo cum careret ejus sermone ac præsentia, inter epulas se jejunasse affirmat,

Edit. Paris.

<sup>e</sup> Unus Cod. Vat., *cujus ab ore plo.*

<sup>f</sup> Unus Cod. Vat., *hic rustica.*

<sup>g</sup> Duo Codd. Vat. *lactea munera fixos.*

<sup>h</sup> Cangius in Gloss. *Creinum cremor est, nostris crème* : tum citatur hic locus Fortunati.

<sup>i</sup> Edit. Paris., *fugiente rapina.*

<sup>j</sup> Edit. Paris., *Sollicita soror et genitrix de.*

contestans sibi pro exquisitis epulis ejusdem verba A  
futura fuisse.]

Nescivi, fateor, mihi prandia lassa parari :

Sic animo merear posse placere tuo.

Nec poterat aliqui vultu me avellere vestro,  
Si non artificis fraus latuisset inops.

Quis mihi det reliquas epulas, ubi voce fideli,  
Delicias animæ te loquor esse meæ

A vobis absens colui jejunia prandens,  
Nec sine te <sup>a</sup> poterat me saturare cibus.

Pro summis epulis avido tua lingua fuisset,  
Replessent animum dulcia verba meum.

Ordine sed verso medicus fera vulnera gignit  
Et fallax artem decipiendo probat.

Quem nunquam saturat, quidquid mare, terra mi-  
nistrat, B

Credebat solo me saturare meo.

Sed modo da veniam, quæso, pietate parata,  
Alterius facinus nec mihi constet onus.

#### CAPUT XVII.

##### De munere suo.

[Fortunatus munusculum, propriis manibus elaboratum, mittit ad Agnetem et Radegundem, quamvis exile ac tenue, pro offerentis tamen animo, haud contemnendum ipsum affirmans.]

<sup>b</sup> Composui manibus propriis hoc munus amoris,  
Sed tibi vel dominæ sit rogo dulce meæ.

Quamvis exiguo videantur inepta paratu,  
Crescant affectu quæ modo parva fero.

Si bene perpendas, apud omnes semper amantes,  
Muneribus parvis gratia major inest.

#### CAPUT XVIII.

##### Pro prunellis.

[Prunellas mittit ad Agnetem et Radegundem, rogans ne, quamvis parvum munus, eas despiciant, Deum asserens præstiturum quo meliora dando plus placeret. Postremo hortatur ut iis secure vescantur: nullam quippe in illis, ut in fungis, latere suspicionem veneni.]

Transmissas epulas, quæ pruna nigella vocantur,  
Ne, rogo, despicias, quæ mihi sylva dedit.

Si modo dignaris <sup>c</sup> sylvestria sumere poma,  
Unde placere queam, dat meliora Deus.

Hoc quoque non metuas quod ramo umbrante pe-  
[pendit

Non tellus fungos, sed dedit arbor opes.

Non ego crudelis qui matri incongrua præstem,  
Nec dubites puros sumere fauce cibos.

#### CAPUT XIX.

##### Pro aliis deliciis et lacte.

[Missis ad se ab Agnete variis ciborum deliciis, jejunia missa ad se fuisse, jocando dicit: velitum quippe <sup>a</sup> medico quominus vesceretur. Lacte tamen, quod una cum cæteris misum fuerat, se usurum affirmat.]

Inter multiplices epulas jejunia mittis,  
Atque meos animos plura videndo cremas.

<sup>a</sup> Edit. Paris., poteram me saturare cibo.

<sup>b</sup> Unus Cod. Vat., composui propriis manibus.

<sup>c</sup> Unus Cod. Vat., si modo dignarer. Edit. Paris., Si modo velle tuum est, sylvestria.

<sup>d</sup> Unus Cod. Vat., hinc me pascitis; mendose.

Respiciunt oculi, medicus quo non jubet uti,  
Et manus illa vetat quod gula nostra rogat.

Attamen ante aliud, cum lactis opina ministras,  
Muneribus vincis regia dona tuis.

Nunc cum matre pia gaudens soror esto, precamur,  
Nam nos lætitiæ mensa benigna tenet.

#### CAPUT XX.

##### Pro ovis et prunis

[Acceptis ab Agnete et Radegunde prunis et ovis, agit gratias, et earum jussis se narrat paruisse; quæ, ut bina ova sumeret ad vesperam, præscripserant.]

Hinc me deliciis <sup>d</sup>, illinc me pascitis herbis,

<sup>e</sup> Illinc ova occurrunt, hinc mihi pruna datur.

Candida dona simul præbentur et inde nigella,  
Ventre utinam pax sit, sic variante cibo.

Me geminis ovis jussistis sero cibari,  
Vobis vera loquor, quatuor ipse bibi.

Atque utinam merear cunctis parere diebus:  
Sic animo ceu nunc hoc gula jussa facit.

#### CAPUT XXI.

##### De absentia sua.

[Pluvio cælo impeditum se fuisse narrat, quominus ad Agnetem et Radegundem veniret, ne unam quibus horam ceteroquin abfuturus.]

Si me non nimium pluvialis aura vetaret,  
Dum nesciretis, vos repetisset amans.

Nec volo nunc absens una detenter ut hora,  
Cum mea tunc lux est, quando videtur amans.

#### CAPUT XXII.

##### De convivio.

C [Radegundem adjurat, ut in convivio aliquid et ipsa  
cibi sumeret.]

Per pietatis opus, per qui pius imperat astris,  
Per quod mater amat, frater et ipse cupit:

Ut, dum nos escam capimus <sup>f</sup>, quodcunque ciberis,  
Quod si tu facias, bis satiabor ego.

#### CAPUT XXIII.

##### De eadem re.

Convivium, quod sibi instructum fuerat, multiplici-  
bus epulis varium, describit.]

Deliciis variis tumido me ventre tetendi,  
Omnia sumendo lac, olus, ova, butyr.

Nunc instructa novis epulis mihi fercula dantur,  
Et permixta simul dulcius esca placet.

Nam cum lacte mihi posuerunt inde butyrum  
Unde prius fuerat, huc revocatur <sup>g</sup> adeps.

#### CAPUT XXIV.

##### Versus in convivio facti.

[Agnete et Radegundi se excusat Fortunatus, quod somno distentus, nequivit versus in convivio fundere. Nactus vero occasionem, hosce se narrat ad ipsas mittere, amore somnum vincente.]

Inter delicias varias mixtumque saporem,  
Dum dormitarem, dumque cibarer ego,

<sup>h</sup> Os aperiebam, clauderam rursus ocellos,  
Et manducabam, omnia jura videns.

<sup>e</sup> Ibid., hic ova.

<sup>f</sup> Edit. Paris., quocunque.

<sup>g</sup> Butyrum scilicet, e lacte eductum, ac lacti iterum immixtum.

<sup>h</sup> Ed. Paris., Os aperiebam, clauderam tunc rursus.

Confusos animos hab mihi credite, cbaræ;

Nec valui facile libera verba dare.

• Nec digitis poteram, calamo neque pingere versus,  
Fecerat incertas ebria musa manus.

Nam mihi vel reliquis sic vina bibentibus apta,  
Ipsa videbatur mensa natare mero.

Nunc tamen, ut potui, matri pariterque sorori,  
Alloquio dulci carmina parva dedi.

Et si me somnus multis impugnat habenis,  
Hæc, dubitante manu, scribere <sup>b</sup> traxit amor.

#### CAPUT XXV.

*De eadem re.*

Blanda magistra suum verbis recreavit et escis,  
Et satiat vario deliciante joco.

#### CAPUT XXVI.

*De munere suo.*

[Parvum se munus, sed amore amplum, ad eandem scribit mittere. Quocirca rogat ne spernant.]

• Si non completis quod hic completa vocatur,  
Hæc rogo suppliciter, suscipe <sup>d</sup> summe libens.

Nec parva spernas, • non tu mea vota requiras,

<sup>f</sup> Munere in angusto cernitur amplus amor.

<sup>a</sup> In uno Cod. Vat., non *digitis*.

<sup>b</sup> Ibid. sequens poema cum isto coniungitur.

<sup>c</sup> Post completam scilicet, seu completorium, non licebat monachis sive monialibus cum quoquam eloqui, ac propterea nec munera recipere. Leges Regulæ S. Benedicti, cap. 42, cui affinis illa S. Cæsarii qua Pictaviensis monasterii sanctimonialia utebantur. In Vita S. Agili, abbatis Resbacensis, c. 20, scribitur quod, completorii dato signo, ostiarius claudebat ostium, atque ad abbatem claves deferrebat. Edit. Paris. :

Si non complevi cupiens, quod amator haberem.

In marg. ut Brow.

<sup>d</sup> Edit. Paris., *dona libens*.

<sup>e</sup> In uno Cod. Vat., *nam tu mea vota*. Al. Mss., *nec munera magna*. Edit. Paris., *Nec parvum spernas, nec tu*.

<sup>f</sup> In altero, *Munus ad angustum*, Edit. Paris. *Munus in angustum*.

<sup>g</sup> Hunc titulum restituit Brow. ex ms. Trever. fide, quem unus Cod. Vatic. præ se fert. Idem vero subdit: *quin tamen libri nonnulli de oratorio Illacensi, vel Tincillacensi titulum prætulere, negari non potest, et indicis Vaticanis lacunæ id innuerunt de oratorio Piliavensi, torsitque non parum ea lectio Pulmannum, qui in indice suo hoc titulo reperto de oratorio Apiliacensi, negat in Metelli et Gualteri membranarum ullum carmen ab se repertum. Est autem Odæporicon; quo nomine illud Trithemius, ut putamus, seu singulare opusculum, recensuit.*

<sup>h</sup> Unus Cod. Vat., *momenta notantur*.

<sup>i</sup> In quibusdam exemplaribus (ut notat Brow.) legebatur *Egomundus*, ea forma, ait, qua *Edmundus* et *Egmundus*.

<sup>j</sup> *Miram varietatem* (ait Brow.) *recepit hic locus. Veteres libri tres G. S., et Frid. Tiliob. Tincillacensi legunt; alii retinent lectionem ind. catam. At Vaticanæ et Pulmannianæ ductus vestigia Illaco quidpiam superaddendum suadent, quod ex ipsorum scriptura facile elicias, referente Apiliacum et Piliacum, pro quibus æquidem, donec in alterutram partem magis liqueat, Dullacum, olim erutum, reposuerim; ubi et oratorium exstiterit, de quo nonnulli meminere libri. Ibidem notat Brow. villam Dullacensem ab Andegavensi urbe haud longe abfuisse; cum ejusdem mentio in Vita S. Albini, a Fortunato scripta, occurrat*

#### CAPUT XXVII

*s Ad eandem de itinere suo.*

[Exorditur carmen a communis vitæ fragilitate et incertis fortunæ casibus; tum iter suum quod susceperat, atque gravem qua jactatus fuerat tempestatem describit: parum abfuisse affirmans quin eadem obrueretur. Postremo suum erga Agnetem ac Radegundem desiderium declarat.]

Casibus innumeris hominum <sup>h</sup> momenta rotantur,  
Instabilique gradu pendula vita meat.

Ipsa futurarum titubans mens anxia rerum,  
Ventura ignorat quid sibi lux pariat.

Nam me digressum a vobis <sup>i</sup> Eomundus amator,  
Illa suscepit, qua bonitate solet.

Hinc citus excurrrens Cariacæ devehor aulæ;  
Tunc <sup>j</sup> Illacensi perferor inde loco.

B Hinc sacer antistes rapuit me <sup>k</sup> Domitianus,  
Ad <sup>l</sup> sancti Albini gaudia festa trahens.

Inde relaxatus per plura pericula, <sup>m</sup> fessa,  
Puppe sub exigua fluctus et imber agit.

Quo gravis incumbens Aquilo subverterat annem,  
Et male curvatos extulit unda sinus:

Nec sua commotos capiebant littora fluctus,  
Invadunt terras æquora fusa novas.

num. 12. Sed alii, quibus et ipse assentior, nomine Illacensis loci, designari malunt monasterium *Cinillacense*, sive *Tincillacense*; in quo S. Albini abbatem fuisse, antequam crearetur Andegavensis episcopus, auctor est Fortunatus in ejus Vita, num. 5. Ad hoc itaque monasterium eundem Fortunatum divertisse crediderim, atque inde a Domitiano ad festa S. Albini celebranda Andegavum evocatum fuisse. Quocirca pro *Tincillacensi*, erro e amānensium, *Tunc Illacensi* in hoc poema irrepsisse judicandum est, ex brevi literæ unius mutatione inductum.

<sup>k</sup> Hic Domitianus successit Eutropio in sede Andegavensi. Interfuit concilio Parisiensi III, habito an. 557, ut ostendit ad hunc annum Coitius; et postea Turonensi II an. 566; idem ipse qui Namnetensis ecclesiæ dedicationi interfuisse a Fortunato commemoratur lib. III, c. 6, idque an. 568, ut censet Coitius: post quem annum non die v. xii, cum Baudigisius, ejus successor, non superesset ad an. 572, quo anno in sede Andegavensi sedebat Audoveus, ut ibidem ostendit Coitius. Non video autem cur Browerus Domitianum episcopum Catalaunensem fuisse memoret, cum ne quidem sedisse Catalauni hujusce nominis episcopum, a tate Fortunati, reperiam, ut alibi dixi. S. Domitianus quidem, S. Memmii discipulus, Catalauni ep. fuit, sed multo ante Fortunatum.

<sup>l</sup> Unus Cod. Vat. ad S. Elentii; alius, ad Sancti Alenni. Sed Brow. ex mss. reposuit ad S. Albini. Porro Vitam S. Albini episcopi Andegavensis scripsit Fortunatus, teste Gregor. Tur., cap. 96 de Glor. Confess. quam vide infra in secunda parte Op. ipsius Fortunati. In prologo autem ejus Vitæ Fortunatus sic alloquitur eum, cujus hortatu ad illam conscribendam accesserat: *Memini, ait, vir apostolice, cum ad urbem quam Christo præsule regis, vestris me præsentaturus obtulibus, occurrissem, inter reliqua maturitatis consulta, quæ sensu divite, torrentis more, mihi visus es inundare, etiam de sacratissimo viro, domno Albino antistite, vos fecisse tenuiter mentionem, etc.* An forte hic Domitianus ipse fuit qui Fortunatum, cum ad se venisset, ut legitur in hoc carmine, modeste rogaverit, quo S. Albini vitam conscriberet?

<sup>m</sup> Mss., *fessum*.

Pascua, rura, nemus, segetes, viburna, salictum,  
 Viribus iratis, una rapina tenet.  
 \* Huc mihi commissi per confraga murmura ponti,  
 † Flatibus horrendis laxa fremebat hiems.  
 Surgebatque cadens per aquosa cacumina puppis.  
 Ascendens liquidas † monte cavante vias.  
 Quo rate suspensa modo nubila nauta tenebat,  
 Gurgite subducto rursus ad arva redit.  
 Fluctibus infestis, pelagi spumante procella,  
 Assidue rapidas prora bibebat aquas.  
 Equora lambebant inimica pace carinam,  
 Tristius amplexu nos nocitura suo  
 Sed mora nulla vetat varias memorare querelas,  
 Post referenda simul, murmura corde tego.  
 Hoc mihi præcipue divina potentia præstet.  
 Ut cito felices vos revidere queam.

## CAPUT XXVIII.

*Aliud de itinere suo.*

[Hiemis asperitatem, gelu ac nive late omnia tenente describit; ac illam sibi itineris tarditatem injecisse, subobscurè innuit.]

Passim stricta riget glacies concreta pruinis,  
 Nec levat afflictas flexilis herba comas.  
 Terra jacet crustata gelu sub cortice duro,  
 Mollis et arboreas nix tegit alta comas.  
 Proflua crustatum struxerunt flumina murum,  
 Et densata gravem vestiit unda cutem.

\* Unns Cod. Vat., *huc mihi commissio*, quod seq. Edit. Paris., *Tunc mihi commissio*.

† Alius Cod., *Flatibus horrifera*; mendose. Edit. C Paris., *Flatibus horrifera*.

† Edit. Paris., *monte vacante*.

\* Duo Codd. Vat., *nec cupimus subter*.

\* In uno Cod. Vat. Fortunati carminibus sequens poëna subtextitur, quod hic repono, licet nulla nota appareat, setum ipsum esse Fortunati. En illud :

Principium anni jam sancit tropicus Capricornus :  
 Mense Numæ in medio Soli astat [Ms., distat] sidus  
 (aënarum :

Procedunt duplices in Martia tempora pisces :  
 Respicit [Ms., Respicis] Apriles aries fixo ore [Ms.,  
 [fixare] Kalendas :

Maius Agenori miratur cornua Tauri.

Janus æquatos cælo videt ire lacones :

Solstitio ardentis Canceri fert Julius astrum.

Augusti mensem Leo fervidus igne perurit.

Sidere, Virgo, tuo Bacchum [Ms., Bacchii] September  
 [opimat :

Æquat et October, sementis tempore, I. bram :

Scorpius hiberni [Forte hibernus aut Hibernum] præ-  
 [iceps jubet ire Novembrem : D

Terminat Arcitenens medio sua signa Decembri.

† Hoc poema proferimus descriptum ex vetere

A Mole sua frenantur aquæ, se lympha ligavit,  
 Obice sub proprio vix sibi præbet iter.  
 Fluminibus mediis nata est crystallina ripa,  
 † Nec capimus subter, nec superitur iter.  
 Asperius tumuit glacies, Aquilone fremente :  
 Cui dabit illa viam, quæ sibi pugnat, aqua \*.

## CAPUT XXIX.

[Fortunatus pro eo qui se sacraverat vota facit, nec non pro rege; atque una præsentis sorores ad eadem vota faciendâ invitât.]

† . . . . . nos qui dedit esse sacros,  
 Vivat et ipse sacer; dicque sinistra soror.  
 Lux tua, Salvator, tali pro munere cingat,  
 Nos tibi qui statuit, quinta quid inde taces?  
 B Lumen inextinctum sis, rex bone, semper, ut opto,  
 Hæc te parva licet vota monere queant.  
 Ordine Luciflavo dignum cape, victor, honorem :  
 Hæc ego qui † media : subde secunda sequens.  
 Omnibus in populis nomen sibi vindicet alium  
 Largus et hic dator : quid modo quarta siles?  
 Perpetuo Christi dignum tueatur amorem  
 Iste Dei cultor : ultima dextra refer.  
 Magnificum regem tua nam virtute corona,  
 Te precor, celse Deus : septima sicque petis.  
 Atris expulsis nostro de corde tenebris  
 Semper inextincto simus splendore corusci.

membrana, adnexa uni e Codd. bibliothecæ Vat., in qua et carmen de S. Cruce, quod incipit : *Vexilla regis*, etc., et nonnulla alia Fortunati carmina, sive potius eorum partes lacera leguntur. Illud vero Fort. esse, quamvis titulus non indicet, qui ahest æque ab omnibus quæ illa membrana continentur, carminibus, satis ostendit et stylus proprius Fort. ipsius, et mentio *sororum*, sive sanctimonialium facta, ad quas sermo omnis dirigitur : et vota pro rege ; quod alias solenne Fortunato fuit. Obscurum vero, et incertum hujusce poematis argumentum est. Si licet tamen aliquid conicere, mihi illud ex tempore dictum videtur in conventu monialium monasterii S. Crucis Pictaviensis, forte eo die quo ipse sacerdos initiatus, aut etiam episcopus Pictaviensis inauguratus fuit. Hinc etenim vota facit pro eo qui se sacraverat, ac Deo statuerat ; nec non pro rege, cuius opera fortasse illum honoris gradum conscenderat. Dolendum sane prima poematis verba ita longo usu ac vetustate in ins. delrita esse, ut nec eorum vestigia appareant : a quibus fortasse lumen toti poemati affunderetur. Illa quippe videntur expressisse ejus nomen, de quo ait Fortunatus, quod se dederat esse *sacratum*. Atque hæc ex mea conjectura protulisse sufficiat.

\* Forte, *Medius*.

# DE VITA SANCTI MARTINI

## LIBRI QUATUOR

### PROLOGUS FORTUNATI PRESBYTERI IN VITAM SANCTI MARTINI.

[Ihac in epistola Fortunatus se Gregorio excusat quod minus concinne et apte libros de Miraculis S. Martini elucubraverit et perpoliverit : ac ejus rei causam obtendit messis tempus ac rustica negotia, quibus distentus fuerat. Idem se paratum declarat qui opus a Gregorio concinnatum de virtutibus S. Martini versibus exprimat. Postremo operis sui rationem reddit, ac quatuor libris, quidquid de eodem S. Martino Sulpicius scripserat, se complexum affirmat : idque intra spatium bimestre : quos quidem libros ipsi S. Martino per Gregor. Tur. nuncupandos et consecrandos, quam celerrime missurum proficitur.]

\* *Domno sancto atque apostolico piissimo in Christo et peculiari patri Gregorio papæ, Fortunatus.*

Apud pietatis animum, quod opere minus inscribitur, dilectionis intuitu dilatatur. Nam ΕΠΙΧΕΙΡΗΜΑΤΑ, ΑΕΖΙΣ, ΔΙΑΙΡΕΣΙΣ, ΠΑΡΑΙΝΗΣΙΣ, et reliqua oratoribus et dialecticis permittantur, apud quos cæteræ artes perplexis florent artibus : ista satagent suis affectare<sup>b</sup> sirmatibus quæ soliti sunt adsuere, vel proferre... Vos date pietatis et charitatis animo veniam, postposita pro parte metrica periti censura. Quia quidquid in his vel strophæ veterum, vel præsentium sophisma plerumque dissertat, totum nobis tu præstabis, quod minus novimus : quod in opere messium, id est in ipsa messe, ut præsens explicare partitor poterit, nec expedire licuit, nec tentare singula. Quapropter sanctæ coronæ ac dulcedini vestræ me peculiariter et instanter commendans, et ut pro humilii tuo jugiter orare digneris, exspectans suggero. Cum jusseritis autem ut opus illud, Christo præstante, intercessionibus domni Martini, quod de suis virtutibus explicuisti, versibus debeat di-

Ageri, id agite ut ipsum mihi relatum jubeatis transmitti. Nam pietate Domini concedente, quod de vita ejus vir disertus domnus Sulpicius sub uno libello prosa descripsit, et reliquum, quod dialogi more subnectit, primum quidem opus a me duobus libellis, et dialogus subsequens aliis duobus libellis complexus est ; ita ut brevissime et juxta modulum paupertatis nostræ in quatuor libellis, totum illud opus versu, inter hoc bimestre spatium, audax magis, quam loquax, nec efficax, cursim et impolite inter frivolas occupationes sulcarim. Quos libellos domno meo, et pio domno Martino, si ipse comæatum obtinet, in quaternionibus, quos direxistis, ipsi per vos oblaturus conjunctim et confestim transcribendos curabo, illud certe postulans, ut ejus a vobis pietas reparata pro nobis humilibus et suis peculiaribus intercedere non desistat. Date[ Al. Dato ], pater dulcis, veniam, quia lituram tantam in messe scribenti pluvia superlapæ suffudit, Ora pro me domne sancte, et mihi dulcis pater.

\* Deest hæc epistola in Ven. Edit., in qua reperiuntur seqq. quatuor libri de Mir. S. Martini. In tribus Codd. Vat., quibus huc usque uti sumus, desunt libri de Mir. S. Martini, ac proinde vel hæc epistola. In uno Cod. Bibl. Vat. tantummodo reperiuntur : in eodem ipso, unde excerptimus poema sextum lib. viii, de quo in notis ad idem poema sumus locuti. In eodem legitur hæc epistola, sed mutila nonnullis verbis.

<sup>b</sup> Syrma est genus vestis tragicæ, vel cauda, sive

tractus vestis muliebris : quod vocabulum ductum est a Græco verbo *σύρω*, quod sonat *trahere*, et notissimum est. De hoc Martialis lib. xii, ep 74 :

Aptasti longum tu quoque syrma tibi

Ac rursus lib. iv, epigr. 37 :

Musa nec insano syrmate nostra juvet.

Sumitur vero syrma pro longa tragicæ orationis serie, ad extremum usque suum tenorem protrabente.

### PRÆFATIO IN EOSDEM LIBROS.

Nauta rudis, tumido cum vult dare vela profundo, C  
Atque procellosas nescius intrat aquas,  
Raucisono latrante salo, cum perstrepat æquor,  
Et vaga terrifico murmurat unda freto :  
5 Exsiliens pelagus colles ubi volvit aquosos,  
Planaque dorsa maris mobile rupe timet :  
Naufragii cumulos capiens per confraga, Pontus,  
Qua crepitat rapidus, monte natante, liquor :

Certatim implicitam quatiant vada cærulea cymbam,  
10 Cum liquidi campi pensile transit iter :  
Si fera crescat hiems, ut spumis verberet auras,  
Et mare cæruleum tollat ad astra caput :  
Fluctibus excussus per nubila navita currit,  
Intrat et aerias pendula prora vias.  
15 Pars subit una ratis, pars altera vergit arenis,  
Nutat et in dubio lubrica libra freto.

6. Cod. Vat. rupe *tument* : quod teneundum.

7. Cod. Vat. *rapiens* per confraga.

12. Edit. Ven. tollat. ad astra *chaos*.

- Nunc sursum inspicitur pelagi furibunda ruina, A  
Pontus et iratas de-uper armat aquas.  
Nunc quoque prosiliens zephiri pelagique re-  
[pulsus],
- 20 Fluctibus eximilis evolat acta ratis.  
Asscitur tremulis temerarius arbiter undis,  
Et stupet, implicitas quas petat arte vias.  
Antonitus, trepidus, hebetans, vagus, anxius,  
[anceps],  
Confuso ingenio inox ope nauta caret.
- 25 Jamque gubernaculum amittens ratione gerendi,  
Pondere victus aquæ, nescius arte jacet.  
Sic ego de modicis minivus, venerabilis Agnes,  
Cum Radegunde sacra, quos colo sorte pia :
25. Ed. Ven. ratione gerendum : quod placet.  
32. Ed. Ven. Musarum cujus non rigat ore lacus. B  
36. Cod. Vat., Ut mea vela.
- Tendere pollicitem quia cogor ad ardua gressuum,  
30 Imperiis tantis viribus impar agor.  
Fluctuat ingenium, cui non natat unda caucæ  
Sensus arenosus non rigat ore lacus.  
Nam celsum meritis Martinum ad sidera notum,  
Cum sint vota, mihi non valet arca loqui.
- 35 Poscendum est vobis, ne naufraga prora laboret,  
Flatibus ille suis meae vela juvet.  
Credere tunc potero ad portum mea carbasa ferri  
Aspirante fide, si sua labra favent.
- Ferte precanter opem, et de verbo poscite verba,  
40 Si fons ille rigat, rivulus iste meat.  
Vos date quod vobis cum fenore reddat alumnus,  
Addam ut thesauris parva talenta suis.
38. Cod. Vat. et in Ven. Ed., si sua flabra; quod  
tenendum.

## DE VITA SANCTI MARTINI

### LIBER PRIMUS.

- Aluthronus postquam repedavit ad æthera Chri-  
[stus],  
Carne triumphali victricia signa reportans,  
Icelytus inferni spoliato carcere dives,  
Tartarei reprimens feralia jura tyranni,  
5 Et Stygis omnipotens adamantina claustra revellit, C  
Sede fera populi, longa caligine tecti,  
Captivum retrahens portis bipatentibus agmen,  
Millibus ereptis, ergo est ut redditus astris,  
Et Patris in solio sedit, sua dextera, dexter,  
10 Quæ conversatus dedit ad miracula terris,  
Multa evangelici reserante volumine libri,  
Hebraicus cecinit stylus, Atticus, atque Latinus,  
Prosaico digesta situ, commune rotatu.  
Primus enim docilli distinguens ordine carnem,  
15 Majestatis opus metri canit arte Juvencus.
- Hinc quoque conspicui radiavit lingua Seduli,  
Paucaque perstruxit florente Orontius ore,  
Martyribusque piis sacra hæc donaria mittens,  
Prudens, prudenter Prudentius immolat actus.
- 20 Stemmata, corde, fide pollens Paulinus et arte,  
Versibus explicuit Martini dogma magistri.  
Sortis apostolicæ, quæ gesta vocantur, et actus,  
Facundo eloquio vates sulcavit Arator.  
Quod sacra explicuit serie genealogus olim,  
25 Alcimus egregio digessit acumine præsul.  
Ast ego sensus inops, Italæ quota portio linguae,  
Fæce gravis, sermone lovis, ratione pigrescens,  
Mente hebes, arte carens, usu rudis, ore nec ex-  
[pers],  
Parvula grammaticæ lambens refluaminâ guttæ,  
30 Rhetoricæ exiguum prælibans gurgitis haustum,

9. Ed. Ven., sua dextera dextræ; quod placet.

10. Ed. Ven., dedit hæc miracula.

14. Ed. Ven., ordine carmen.

17. Orontius. Ms. Orentius.

20. Paulinus. Hunc fuisse non Paulinum illum Aquitanum, postea Nolæ episcopum, qui vivebat Martini ætate, sed Paulinum quemdam Petrocoriensem (Petricordiæ autem nomine Vesunna civitas Petrocoriensium venit, vulgo *Perigueux*) inter ceteros ostendit et vincit cl. Ruinart in notis ad Greg. Tur., cap. 2, lib. 1, de Mir. S. Martini. Hæc vero profert ejus rei argumenta. Nam primo is qui libros sex scripsit de virtutibus S. Martini Miraculorum indiculum se accepisse præ se fert a Perpetuo, episcopo Turon., eumque laudat initio et fine libri sexti, quod certa miracula omnique digna fide sibi narrasset. At Perpetuus sextus fuit episcopus Turon. ac tertius post S. Martinum, cum inter ipsum et S. Martinum sederint Briecius et Eustochius, quorum alter sedit annos 47, alter septemdecim, ut refert Greg. Turon. lib. x Hist. Franc., cap. 31. Secundo idem auctor Paulinum Nolanum episcopum sæpe laudat,

ac de ipso loquitur, tanquam de alieno. Tertio in Ms. Codicibus legitur *Paulinus Petricordiæ*. Gregorius Tur. tamen laudato loco disertè asserit hunc fuisse Paulinum, Nolanum episcopum: *deceptus, inquit cl. Ruinart, Severi Sulpicii loco Dial. 3, ubi Posthumianus monetur ut Paulinum Nolanum adeat eique narrata communicet, ut sicut jam de priorè libello fecerat, et alios etiam per Italiam et Illyricum divulgaret*. Idem Gregorii error videtur hic Fortunato esse communis ex iis notis scilicet et characteribus quibus eundem Paulinum illustrat. *Sed tamen* (ut subdit Ruinart) *cum S. Paulinus plura passim de S. Martini laudibus scripserit, huc Fortunati verba revocari possunt*. Vide et notas Sirmondi ad ep. 11 lib. viii Sidonii Apoll.

25. Cod. Vat., sulcavit vates Arator.

24. Ed. Ven., quo sacra.

25. Alcimus. Alcimus videlicet Avitus, Viennensis episcopus. Genesim versibus expresserat, quam videt tom. XI Bibl. Patrum.

26. Ed. Ven., mentis inops. Legesis quæ de Fortun. diximus in ejus Vita, n. 18 et 19.

- Cote ex juridica, cui vix rubigo recessit.  
 Quæ prius addidici, dediscens, et cui tantum  
 Artibus ex illis odor est in naribus istis.  
 Non prætexta mihi rutilat toga, pennula nulla.
- 33 Jam mea nuda fames superest de paupere lingua,  
 Scilicet inter tot sanctorum culmina vatam,  
 Fulmina doctorum, et gemmantia prata loquen-  
 [tum,  
 Nullo flore virens ego tendam texere sertum,  
 Mellis et irrigui hæc austera absinthia miscam.
- 40 Quod tamen ut facerem, fieri res illa coegit,  
 Quo minus ipse reus pro crimine redderet amplo  
 Convenienter enim ratio quia vera poposcit,  
 Illius pontificis solvi præconia verbis,  
 Cujus causa fuit hac me regione venire.
- 45 Ergone dignus ero Martini gesta beati,  
 Pannoniæ geniti, qua clara Sabaria vernat,  
 Attrectare manu, trepida vel pangere lingua?  
 Non eget ille meis tenebris, quia luce coruscans  
 Gallica celsa pharus fulgorem extendit ad ludos.
- 50 Qui puer in teneris vix pubescentibus annis,  
 Frigore sub gelido, terras crispante pruina:  
 Cum undas tristes hiems freno glaciale ligasset,  
 Et vaga libertas fluviorum inclusa lateret,  
 Asperiore gelu de se sibi vincula neclens,
- 55 Plus aqua frigidior, tunica vestita rigoris:  
 Occurrenti igitur portæ Ambianensis egeno  
 Qui sibi resisterat chlamydis partitur amictum,  
 Et fervente fide, membris argentibus, offert.  
 Frigoris iste capit partem, capit ille teporis,
- 60 Inter utrosque inopes partitur fervor et algor,  
 Et nova mercandi fit nundina; frigus et æstus  
 Unaque paupertas satis est divisa duobus.  
 Hac se veste tamen tectum obtulit ipse Creator,  
 Martinique chlamys texit velamine Christum:
- 65 Nulla Augustorum meruit hunc vestis honorem,  
 Militis alba chlamys plus est quam purpura regis;

32. Ed. Ven., *dediscens plurima, cuique.*

35. Ed. Ven., *Famava, nuda fames.*

37. Cod. Vat., *flumina doctorum.*

39. Ed. Ven., *irriguo melli hæc.*

Ibid. *Miscam. Ms., miscens.*

42. Cod. Vat. et Ven. ed., *quia plena poposcit.* In-  
 fra desunt septem versus in Ven. edit., scilicet  
 usque ad versum qui incipit: *Cum undas*, etc.,  
 exclus.

46. Sozomenus de S. Martino scribens lib. III, D  
 cap. 44, ait: *Μαρτίνος ἀπὸ Σαβωρίας τῆς Παννονίας*  
*ἐπιγραφὸς ἐν τῷ γένει, Sabaria autem hodie, ut putant,*  
*oppidum est Hungariæ Szombatel, dictum alias Stein*  
*am Angern in comitatu Castriferrensi. Cluverius tamen*  
*existimat Sabariam antiquam olim exstitisse, ubi ho-*  
*die est castrum Sarwar, quod Germani Rothenturn ap-*  
*pellant, tribus leucis infra prædictum oppidum, ad*  
*confluentes Sabariæ fluvii in Arrabonem. Hæc cl.*  
*Ruin. in notis ad Greg. Tur. lib. I Hist. cap. 34.*

52. Edit. Ven., *Cum undas fortis freno glacieque*  
*ligasset.*

69. Vangionum Vangiones Germaniæ populi erant,  
 de quibus Cæsar et Tacitus Ann. I. XI, c. 27. Con-  
 stantius horum sibi barbarorum auxilia adversus  
 Magnentium adjunxerat, nec tamen ab iis adjutus  
 fuit. Ipsi deinde urbes ac regiones Romano subje-  
 ctas imperio peragrantes devastabant, et in Galliam  
 irruentes Argentoratum, Rothomagum, Tabernas,

- A Prima hæc virtutum fuit arrba, et pignus amoris.  
 Post fera barbaries peteret cum Gallica claustra,  
 Ac prope Vangionum premeret loca fervidus hostis,  
 70 Militiæ sanctus cuncta emolumenta recusat.  
 Hic cum Cæsareas fremuit Julianus in iras,  
 Imperat ut clausum teneat custodia justum;  
 Ac veniente die primus properaret in agmen.  
 Quo tamen ante aciem sacer ire fatetur inermis.
- 75 Venerat ergo dies belli, pacem expetit hostis,  
 Atque orante uno cecidit furor omnibus armis;  
 Innumerasque acies solus sine sanguine vicit.  
 Hinc loca latronum incedens, ratus ire per  
 [Alpes.  
 Vincitis post tergum manibus, deductus ab uno,
- 80 Tempore sub mortis, hostis compendia tractans,  
 B Credit latro Deum, dum prædicat iste, colendum;  
 Et dare qui voluit mortem, capit ore salutem.  
 Ducitur ille ferox a religione ligatus,  
 Atque suus prædo Martini præda fit ultro:
- 85 Quam bonus ille isti! sed plus pius hic fuit illi.  
 Servantur simul, ille fide, hic corpore vivens,  
 Ambo valent, dum nemo cadit, sic vivit uterque.  
 Hinc loca præteriens pulcherrima Mediolani.  
 Florea rura terens, per amœna vireta viator,
- 90 Obvius occurrit velus et temerarius hostis;  
 Mentitus speciem humanæ sub imagine formæ,  
 Falsiloquax, pereunte fide, male ductus in arte,  
 Quod peteretur iter quærit: cui cominus ille  
 Iluc properare refert, qua se Deus ire vocaret;
- 95 Cui ferus hostis ait: Quocunque accedere tentes,  
 Tecum pergo nocens, vota in contraria currens.  
 Voce prophetali sanctus cui protinus inquit:  
 Est meus adjutor Dominus, mala nulla verebor,  
 Ne timeam timidum, timor est Deus, arma  
 [timentum,
- 100 Tutus in adversis gradior, rectore superno:  
 Insidiis via nulla patet sub tegmine divo.

Salisomem, Nemetas, Vangionas et Maguntiacum sibi  
 subjecere: quos vicit ac profligavit Julianus, Cæsar  
 declarat a Constantio: is qui postea Augustus fuit.  
 Lege Socratem lib. III Hist. Eccl. cap. 1, et Am-  
 mianum Marcel. lib. XVI.

70. Cod. Vat., *stipendia emolumenta cuncta recu-*  
*sat.* Martinus videlicet credebatur sibi vetitum post-  
 quam baptismo initiatus fuerat, sumere arma et de-  
 certare. Cui Julianus cum exprobrasset metum cra-  
 sti in prælii, Martinus se ante primam aciem ierem-  
 mem constiturum affirmavit. Hinc Julianus vinciri  
 hominem jubet ne aufugeret, ac crastino die in præ-  
 lio quo ipse dixerat loco pugnaturus collocaretur.  
 Factum autem divinitus est ut postero die hostes le-  
 gatos miserint, pacem postulaturi.

71. Cod. Vat., *Hic sibi Cæsareas.*

79. Martinus, cum in latrones incidisset atque ex  
 his unus securum ejus cervici jam inligeret, retentus  
 ab altero est. Inde uno exspoliandus traditur,  
 quem Martinus felicitus lucratus est, ad Christum  
 convertens, ut narrat Sulp. in Vita S. Martini,  
 cap. 4.

87. Edit. Ven., *sic v'cit uterque.*

89. Ed. Ven., *Fortè viamque terens per amœna*  
*vireta viator.*

91. Edit. Ven., *mentitus speciem humanam*

95. Ed. Ven., *Qua peteretur.*

95. Tenes. Ms., *tendes.*



Næc ait, et validi transfixus ensipide verbi  
Dæmon abest; sic umbra fugit quam Christus  
[obumbrat.

Interea matrem gentili errore resolvens,  
105 Nla istum mundo, hic illam generavit Olympo,  
Decrepitamque senem sancto facit anne renasci,  
Et meliore sinu generant sua viscera matrem.  
Dogmaque, sacrilego quod fuderat Arrius ore,  
Tempestate gravi totum populaverat orbem,  
110 Per magiæ Illyricum male naufraga lingua na-  
[tabat.

Hinc quoque cœperunt nasci nova prælia justo,  
Fortior ut fieret reparatis belliger armis;  
Ad virtutis opus per multa pericula crescens.  
Vir pius ergo sagax, fideique fidelis athleta,  
115 Sparsa venena heresis reprimens, dum dimicat B  
[hostis,  
Suppliciiis lacerus, flagris datus, urbe repulsus:  
Nam Patris ac Geniti æqualem, vel Flaminis almi  
Vim, genus, et specimen, virtutem, lumen, ha-  
[norem,  
Unum velle trium, sua per tormenta, fatetur.

120 Dulcisa membra viri per amara flagella cavantur,  
Et Christi juvenem veterata piacula torquent:  
Sed gravior sit pœna levis per nomen amantis.  
Et quia summus apex fidei, virtutis, honoris,  
Hilaris famæ radios jaculabat in orbem,

125 Rite sacerdotis penetralia jura gubernans,  
Buccina terribilis, tuba legis, præco Tonantis,  
Pulchrior electro, ter cocto ardentior auro,  
Largior Eridano, Rhodano torrentior amplo,  
Uberior Nilo, generoso sparsior Histro:  
130 Cordis inundantis docilis ructare fluenta,  
Fontibus ingenii sitientia pectora rorans  
Mens Evangelii bis binl plena libelli,

404. Martinus de industria (ut narrat Sulp. cap. 4) iter in patriam susceperat, ut parentes suos, adhuc idololatriæ superstitionibus deditos, Christiana religione imbueret.

107. Edit. Ven., et meliore sinu vegetant.

110. Ed. Ven., Perque mare Illyricum.

Ibid. Cod. Vat., mala naufraga.

115. Edit. Ven., dum dimicat hosti.

117. Cod. Vat., vel spiritus almi.

122. Edit. Ven., sed gravis hæc fit pœna.

127. Ed. Ven., Ter certo ardentior.

131. Sitientia. Male in edit. Lugd. PP., sitientibus.

132. Cod. Vat., Mens evangelici.

142. Cod. Vat., Qua longa Selencia tendit; quod placet.

143. Cod. Vat., Petit hinc sua præmia.

147. Martinus scilicet, redux e patria, cum reperisset Hilarium, antistitem Pictaviensem, factione Ariatorum, pulsam in exsilium, venit Mediolanum; atque illic monasterium extruxit. Sed ab Auxentio, Ariano episcopo, inde exturbatus est. Sozomenus sic de eodem scribit l. iii, c. 14: Εἰς Μεδιολάνον ἔλθων καὶ ἱερὸν διέτριβεν. Ἰππεῶν ἤσθη ἐπιβουλεύοντος παρὰ Ἀυξεντίου τοῦ ἐπισκόπου, οὐδὲ αὐτοῦ ὕγιος ἔχοντος περὶ τὴν πίστην τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων.

149. Gallinaria. Insulæ Gallinariæ situm ac descriptionem habes apud eundem Sozom., lib. iii, cap. 14, ubi idem de Martino narrans quod hic Fortunatus, ait: καὶ ἐπὶ τινα χρόνον ζῆσαι βουλομένων ἀρχαίων, πῶτον ἔφησεν ἢν Γαλλιναρῖαν καλοῦσι μικρὰ

A Quattuor ore suo manans nova flumina mundo  
Ornatum Ecclesiae, pollens diadema coruscum  
135 In membris Christi capitis velut insula fulgens  
Pectore belligerans, adamantinus arte topazos  
Ad virtutis opus mens inconcussa palæstris,  
Gemmifer eloquiis, radiantior ore lapillis:  
Doctor apostolicus, vacuans ratione sophistas  
140 Dogmate, luce, fide, informans virtute sequaces  
Hostibus hic quoniam gravis insuperabilis esset  
Ducitur exsilio, quia longa silentia tendit,  
Regis et auxilio petit hic sua præmia miles.  
Cujus in abscessu, errori vaga Gallia cedit,  
145 Et regio titubata, tanta se turre movente.  
Hoc ubi præpropere Martinus comperit inde,  
Constituit cellam sub vertice Mediolani,  
Expulit unde virum tum Auxentius, auctor ini-  
[quus

Hinc prius exsul adit qua Gallinaria turget  
150 Insula, frugis inops, pascens radicibus herbæ,  
Ergo venenatum elleborum mox sumpsit ab ore  
Incipit inde mori queis vivere credidit escis.  
Sed prave virus agens oratio sola fugavit,  
Et vivente viro intra se sua mortua mors est.

155 Rursus ut Hilario redeundi est facta facultas.  
Excurrit properus sua per vestigia justus.  
Excipit hic cupidum cupiens, et amator aman-  
[tem,  
Fitque monasterium Pictava cominus urbe.  
Jungitur inde sacro catechumenus ore docen-  
[dus,

C 160 Atque absente viro, rapuit grave funus amicum.  
En subito Martinus adest, qui defuit absens.  
Ecce redit pietas, redit et simul arca salutis.  
Ergo ubi conspexit gelidum de febre cadaver,  
Flet, gemit, accurrit, dolet, ejulat, uritur, angit,

διὰ αὐτῆ καὶ ἀνοίκτος ἐν τῷ Τυρρόνικῳ πελάγει καμένη Varro l. iii de Re rustica, c. 9, et Columella lib. viii, cap. 2, tradunt a copia gallinarum rusticarum, sive sylvaticarum, eo nomine fuisse appellatam. Varro sic de ea insula: « Ab his gallinis (sylvaticis) dicitur insula Gallinaria appellata, quæ est in mari Tusco, secundum Italiam contra montes Ligusticos, etc. »  
152. Cod. Vatic., quæ vivere credidit.

153. Ed. Ven., sed grave virus agens; quod tendendum.

155. Hilarius rursus ab Oriente, ubi exsul degebat, in Galliam reverti jubetur, non quod absolutus tanquam ab exsilio revocaretur, sed quod Arianae factioni in Oriente multo incommodior quam in Gallia deprehenderetur; ut refert Sulp. l. ii, Hist. Martinus igitur cum Romanus venisset, ut reversum ab Oriente Hilarium conveniret, atque reperisset inde profectum, ejus iter diligenter prosecutus, non multo post assecutus est. Idem Sulp., c. 51 Vita S. Martini.

156. Cod. Vat., sua post vestigia.

158. Hoc monasterium, quod prope Pictavam extruxit S. Martinus, Locociacum, vulgo *Liguget*, celebre jam nunculus erat tempore Gregor. Turon., ut ipse testatur l. iv de Mir. S. Martini, cap. 30. Distabat ab urbe Pictaviensi quasi stadiis quadraginta, ut ibidem refert Greg. Turon.

161. Cod. Vat., Qui fuerat absens.

162. Cod. Vat., Arru salutis.

163. Cod. Vat., Ululat, uritur.

- 165 Conspiciensque fidem, cella omnes jussit abire. A  
 Exclusitque foras foribus, sine teste relictus;  
 Tunc super argentis corpus prosternitur ardens  
 Judicis exactor, revomant ut Tartara functum.  
 Interea geminis spatio remorante sub horis,  
 170 Ecce redit facies, saliunt per membra vapores,  
 Stet rubor inde genis, oculos pupilla repingit;  
 Rursus et insertus renovat specularia visus,  
 Vena tumet rivis animato fonte cruoris.  
 Paulatim assurgit, fabrica titubante, columna:  
 175 Erigiturque jacens pariter domus et suus ho-  
 [spes,  
 Ipse iterum post se vivens idem auctor et hæres,  
 Qui redivivus, ait, se judicis ante tribunal,  
 Ductum damnandum, Martino orante, reductum.  
 Lupicini demum celerans dum præterit a-  
 [grum,  
 180 Comperit, heu! famulum crudeli funere raptum,  
 Elidendo suum fera per spondia collum;  
 Accessitque ubi sic mala pendula præda jacebat,  
 Expulit hinc cunctos, solus solita arma requi-  
 [rens,  
 Incubuit super exanimis pallentia membra,  
 185 Et premit arca sacri, ne hunc deprimat arca  
 [sepulcri,  
 Mox tamen ore precem ut viventis misit in au-  
 [rem,  
 Mors pede versa retro, prædam fugitiva reli-  
 [quit,  
 Revomuitque vorax avida de fauce rapinam:  
 Protinus exsilii lento conamine functi,  
 190 Jam levior se terra movens, animata calore;  
 Languida colla levans, oculosque ex morte so-  
 [poros  
 Vix reserans, gravido vigilantia lumina visu,  
 Mortis odore et adhuc remanente in naribus  
 [illis:  
 Sed præstante manu totos simul erigit artus;  
 195 Et stetit intrepidus membrorum machina plantis;  
 Vivificatus enim, gressum meditando rediscens,

165. Edit. Ven., *conspiciensque fidem*; quod placet.

175. Corpus scilicet; et hospes corporis, anima. Unde idem auctor et hæres, quod redivivus id repereret quod testamento aliis legaverat.

179. *Lupicini*. Lupicinus hic *vir honoratus secundum sæculum* nominatur a Sulp. Cuspinianus, Comment. in Chron. Cassiodori, censet hunc eundem esse qui consul fuit cum Jovino sub Valentiniano imp. an. 370, de quo ait: «Lupicinus olim magister equitum fuit, et Jovinus magister armorum, ut Marcellinus tradit, adjuncti Valenti prefecturo in Orientem, etc.

185. *Hinc Ms., hic.*

194. *Præstante manu*. Scilicet *Martini apprehensa dextera*, ut narrat Sulpicius, in *pedes constitit*.

198. Cod. Vat., *usque ad vestibulum domus*.

204. *Ruritus*. Cod. Vat., *Rusticius quidam*.

206. *Urbibus ex reliquis*, etc. Scilicet cum Martinus creandus esset episcopus Turonensis, clerici et episcopi, qui parocías suas regebant, ad urbem matricem et principalem concurrerant, ut electioni intererent ac subscriberent.

214. Narrat Sulpicius quod cum lector cui eo die egendi erat officium, interclusus a populo, adesse

- Reddidit obsequium vitæ pro munere sancto,  
 Usque ad vestibulumque domi illum ducere ten-  
 [dens  
 Defunctum eripuit subito qui ex limine mortis,  
 200 Pro mercede manens, hæc compensatio justo.  
 Gloria, Christe, tibi, facis hæc qui mira per  
 [orbem.  
 Accidit ut Turonum præsul peteretur ad urbem,  
 Nec tamen educi posset de limine cellæ;  
 Ruritus quidam, simulata febre jugalis,  
 205 Obviet egressum sancti ad vestigia supplex.  
 Urbibus ex reliquis nova conciliabula currunt  
 Lætificata simul sanctam se ferre rapinam.  
 Ne tamen effugiat, justum custodia vallat.  
 Interea paucis tunc obsistentibus, insons  
 B 210 Eligitur, trahitur, sacratur, et arce locatur;  
 Æmulus unus erat, defensor episcopus, obstans,  
 Ne Martinus oves pastor curaret oves.  
 Nec mora, judicio Domini lectore canente,  
 Versiculo Psalmi Defensor sponte notatur.  
 215 Ex ore infantum et lactentium perlice laudem,  
 Nunc defensorem qui sic bene destruis, inquit.  
 Mox fragor astræ petit, clamor vagus atria complet  
 Et docet ille favor de Defensore reatum,  
 Addictusque vir est, se judice, teste propheta.  
 220 Inde monasterium sibi condit rupe sub alta,  
 Vir monachus perstans in pontificatus honore.  
 Plurima conveniunt ubi sancta examina fratrum.  
 Ergo aderat proprius locus, et celeberrimus olim  
 Ampla vetustatis cum tempora transiissent:  
 C 225 Martyris esse pium spargebat opinio cultum:  
 Quo sacer exorans tumulo salit umbra sepulcri  
 Læva ex parte loquens, meritis res ipsa sinistra  
 Imperat ut nomen fateatur imago, vel actum,  
 Latronem se voce refert, pro crimine cæsum;  
 250 Nil cum martyribus se participare beatis.  
 His quia palma manet, nam se mala pœna teneset  
 Omnibus auclitur, Martino cernitur uni  
 Ista superstitio tali sub sorte vetatur,  
 Sic altare simul removetur, larva fugatur.

non potuisset, atque hinc perturbatio ac tumultus esset exortus, unus ex his qui aderat Psalterium arripuit, et eo aperto casu in eum psalmi versiculum incidit: *Ex ore infantium et lactentium perlicisti laudem, propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et defensorem*. Quod a populo pro bono omine acceptum est, quo repelleretur quidam nomine *Defensor*, episcopus, qui opponebat sese ne Martinus episcopus Turonensis crearetur.

220. Hoc monasterium postea *Majus* appellatum est, ut refert Greg. Tur., l. x Hist. cap. 31, n. 3. In eo Martinus exædificavit basilicam in honorem SS. Petri et Pauli. Duobus fere passuum millibus aberat a Turonensi urbe, vasto et deserto in loco, sub præcisa et impendente rupe positum.

221. Scilicet (ut de eodem scribit Sulpicius) episcopus creatus nihil de pristina vitæ more ac severitate remisit. Edit. Ven. legit: *vir monachus præstant*.

222. Octoginta discipuli illic ad S. Martinum convenerant, inter quos multi nobilitate conspicui: e quibus deinde plures episcopi facti sunt, ut habet Sulp., lib. 1, cap. 7.

226. Cod. Vat., *umbra sepulcrum*.

230. Cod. Vat., *Sibi participare*.

254. Cod. Vat., *Sic altare pariter removetur*.

- 235 Post iter arripiens, comitatu religioso  
 Exsequis subito gentilibus obuius exit,  
 Dum putat inde vehi cultu simulacra profano,  
 Pingit in adversos signum crucis, illa encurrit  
 Ante virum, sua bella gerens, pietatis amica.
- 240 Obvia turba riget gressuque extorpuat ægro,  
 Atque immota gradu, vertigine rapta rotatur,  
 Addit illud omnia, deponunt colla cadaver,  
 Nec jam ferre valent, et mors in pondere crescit,  
 Tunc sacer inspicies opus hoc esse exsequiarum,
- 245 Jussit abire procul, digitis crucis arma repingens,  
 Unde ligavit iter, miseratus et inde resolvit,  
 Una eademque manu mandata per æra mittens,  
 Hoc mirum faciens de suspicione sacerdos.  
 Protinus antiquum cupiens exurere fanum,
- 250 Jussit et acclivem propius succidere pinum.  
 Obvia concreditur cui rustica conicio pugnax  
 Ne succidatur res nata et debita flammis;  
 Proinde paciscuntur hac lege excidere pinum,  
 Si Martinus eam valeat retinere ruentem,
- 255 Annuit hoc populus, hoc spondet sponte sacerdos.  
 Mollia subduantur rigido sub stipite membra,  
 Et suspectatur pluri peritura ruina.  
 Interea rapidis sonat icta bipennibus arbor,  
 Atque subincrepitans, casura, cacumine notat.
- 260 Paulatim inclinans jam victa secure ruebat,  
 Turbati monachi spectant extrema magistri,  
 Credentes ramis transfigere viscera justi.  
 Vir tamen intrepidus perstat, pinoque cadenti  
 Obtulit arma crucis, cumulans sua bella triumphis.
- 265 Estimavit fugitiva virum repedabilis arbor,  
 Et ruitura procul suspendit in æra lapsum,  
 Excutiens, retro versa, comas, sine more caducum  
 Continuit saltum sese per inania librans.  
 Contra naturam succisa, et curva repugnans,
- 270 Mox petit illud iter qua non sua pondera torquent.  
 Hinc ad rurículas vertigo infesta rotatur,  
 In montem exsilienis vindex ut puniat hostes,  
 Resque parata neci fuit ultro facta saluti.  
 Fit fragor in partes, monachi per gaudia deslent.
- 275 Gentiles stupidi nova per miracula pallent,  
 Judicio ligni est hominum mollita voluntas.  
 Expetit arma crucis conversa, errore relicto,  
 Et timor hic pini Martinum fecit amari,  
 Majorem generans fructum, cum decidit arbor.
- 280 Hinc jubet alterius succendere culmina fani,  
 Vicinamque domum cum flamma lingua voraret,

236. Martinus videlicet iter faciens, cum funebrem pompam eminus spectasset, ac linteamina cadaveri imposita, vento inflata ac volitantia, illam sibi suspensionem injecissent quod sacrificium gentilium ageretur, in quo simulacra, candidis linteis oblecta, circumferri solebant, facto crucis signo, turbam illam consistere jussit, quo eidem vertigo et artuum rigor immissus est. Cum autem funus esse illud comperisset, rursus facto crucis signo, eandem liberavit ac dimisit.

240. Ed. Ven., gressuque extorpuat ægra.

249. Hoc fanum dirutum, non incensum a Martino, narrat Sulpicius.

271. *Rurícolas*. Paganos scilicet, qui adversa ex parte, edito in loco, tanquam in tuto constiterant, eventum spectaturi: in quos arbor, veluti abrepta

- A Viribus ardor agens, totis laxatus habenis,  
 Obuius ipse volat, qua tunc globus igneus ibat,  
 Scandens tecta domus; hic verba precantia mittit,
- 285 Mox tota in ventos revoluta incendia ferrent,  
 Et contra Boream Vulcanius ardor anhelat.  
 Seditione movent elementa domestica rixas,  
 Adversis Zephyris videas pugnare favillas,  
 Hinc furor australis premit, hinc velocibus alis
- 290 Flamma volans borinas mordebat in æra pennas,  
 Obluctata diu, tandemque evicta per auras,  
 Quas armare solent, fugiebant flamina flammæ,  
 Conditione nova satis hæc res mira per orbem.  
 Flabra timent ignem, timet ignis ligna vorare,
- 295 Atque avidæ flammæ sua nutrimenta pavescent;  
 Paulatimque foci se languida lingua resorbet,  
 Urere qui solet, a se ipso consumitur ignis:  
 Martinique fides sine nubibus intulit imbres.  
 Rursus ut hinc aliud cuperet subvertere templum,
- 300 Rustica turba vetat divelli fana profana:  
 Unde repulsus adit loca proxima, sed biduano  
 Contactus cinere, et setis jejunia ducens,  
 Numinis auxilium ad templa imminuenda pre-
- [atur.
- Militiæ angelicæ coram duo protinus adsunt,
- 305 Sideres proceres, hastas et scuta tenentes,  
 Cominus hic sanctum compellant vocibus ultro:  
 Præsidiis, Martine, tuis delabimur astra,  
 Squallidus ipse sedes, sed sit tua cura Tonantis:  
 Suffragiisque tuis cœli fremit arduus axis,
- 310 Belliger et totis conspirat Olympus in armis,  
 Ut cœpta efficias, per nos tibi militat æther,  
 Mittimur a Domino gemini, tua castra regentes;  
 Hac pro parte duces melior qua causa laborat.  
 Nunc, age, rumpe moras, neu rustica turba
- [rebellet,
- 315 Arma ministra vides: nostrum est superare super-
- [bos.
- Irrue, ne trepides, ope nostra, ad templa ruenda,  
 Nec titubare decet, favor est tibi Numinis almi.  
 Tunc sacer aggrediens properus dissolvere tem-
- [plum,
- Idola exstinxit, fana exiit, obruit aras;
- 320 Totaque sublimis jacuit sub pulvere moles,  
 Rusticitas, inimica prius, favet ipsa ruinæ,  
 Instat et excidio, quæ defendebat iniquum,  
 Idola ejiciens, numen confessa Tonantis;  
 Uno eodemque ictu hoc respuit, eligit illud.

vortice, ruinam suam et casum vertit.

273. Cod. Vat., *fuit ultio facta saluti*.

276. *Judicio*. Ms., *indicio*.

277. Cod. Vat., *Errare repulso*.

283. Cod. Vat., *Quantum globus igneus*.

284. Edit. Ven., *huic verba precantia*.

290. Cod. Vat., *in æra pinas*.

319. Cod. Vat., *Idola comminuit, fana eruit*.

Etiam Ven. Edit. habet, *fana eruit*.

323. Cod. Vat., *Idola projiciens*.

325. *Heduarum*. Ms., *Eduorum*.

Ibid. *Eduorum*, sive *Æduorum* pagus dicitur a Sulpicio.

Ibid. *Tentat*. Ms. *vellet*.

Ibid. Cod. Vat., *templum dum avellere vellet*.

- 325 Post Hednorum dum templum divellere tentat,  
Obstant inculti cultores rusticolares  
Ne colerent mælius, sua si cultura periret ;  
Ex quibus audaci nixu male fortior unus,  
Aggreditur gladio caput obtruncare sacratum,
- 330 Cui nuda cervice pater sese obtulit ultro.  
Ast ubi mente ferox totas collegerat iras,  
Exacuens rabiem, sed cordis acumine tonsus,  
Acrius insiliens totos suspenderat artus :  
Bis furor armatus juguli ruiturus in ictum,
- 335 Tamgravius feriens, quantum alte educitor ensis,  
Astrictis capulo digitis, dum temperat ungues,  
Noxius, horridica meditata vulnera dextra,  
Mortis amicus, amans facinus, crudeliter ausus :  
Jam ferro incumbens, capiti mucrone reducto,
- 340 Sternitur ipse solo qui sic pendebat in ictum :  
Ac resupinus humi, qui pronior ibat in ansum,  
Mittit et ore precem, cum membra superba ja-  
cerent.  
Justo stante cadens, quo credit stare cadente,  
Dum vice diversa stat inops, ruit ille superbus,
- 345 Rursus opus peragens, idola evertit : et ecce,  
Vir quidam tractans Martini de nece, cultrum  
Dum rapit, eripitur rapienda rapina rapaci,  
Excussumque fugit sine more volatile ferrum,  
Jam leviore via, neque post comparuit usquam,
- 350 Sic cultro ablato, manibus latro exstitit insons ;  
Redditur et mitis postquam sit nudus ab armis,  
Nec furor ante animi periens, nisi tela perissent ;  
Invita hæc pietas quæ perdidit unde noceret.  
Sæpe beatus item, contradicentibus ipsis
- 355 Agricolis, præstante fide, se orante, jubebat,  
Ut male culta suis caderent fera fana ministris ;  
Sic quoque pontificem soliti impugnare rebelles,  
Dum templa evertunt, ipsi sunt arma beato,  
Hostilique manu Martini bella geruntur.
- 360 Partibus atque suis alieno milite vincit.  
Tunc etiam fuerit curatio quanta patrono,  
Quanta medelifero manavit gratia tactu,  
Laudibus in tantis muta est facundia mundi.  
Quem cunctis vidisse fuit meruisse salutem,
- 365 Est satis ipse suus generosus testis et auctor.  
Qui quondam ingrediens Trevirorum mœnia  
[mitis,  
Qua resoluta diu per viscera fluxa, rigebat  
Turbida paralysis, gelido languore, puella,  
Flatibus extremis quasi jam de funere vivens ,
- 370 Cujus erant oculi vigilis custodia mortis,  
Funeris exsequias reddentia lumina membris,  
Solvere festinans animatæ vincula carnis,  
Spiritus arcano vix mobilis ibat anhelo,  
Fine trahens dubio perituram naribus auram :
- 375 Pes, manus, ora, genæ, recubabat imago sepultæ,
- A Nec tumulata quidem, sed portio tota sepulcri,  
Cujus amore pio patris exanimata senecius,  
Dilacerata genis, niveis male compta capillis,  
Cum impatiens ageret, nec adesset cura medellæ,
- 380 Comperit ut sanctum advectum dignanter ad ur-  
[bem,  
Advolat inde senex vitulis juveniliter armis,  
Impiger exsilieus, cursu sua tempora vincens.  
Pontificum vallante choro, populoque frequente,  
Irruit in medios clamoribus inverecundus ;
- 385 Nam dolor insignis non respicit arma pudoris.  
Corruit ergo senex sancti ad vestigia pronus,  
Genua, manus plantasque per oscula mollia lam-  
[bens.  
Vix gemitu laxante, loqui sic incipit æger :  
Vir Martine Dei, populari nate salutem,
- B 390 Vir cunctis bonitate parens, tibi suggero luctus,  
Nec miseri pereant lacrymæ, pietatis amice.  
Quem mea causa trahit, loca tam longinqua ve-  
[nire,  
Ut labor iste viæ tribuat compendia vitæ,  
Est mihi nata domi, decumbens vulnere morbi,
- 395 Exsequiis vicina suis, sine sorte medellæ.  
Quæ quondam incolumis stabat, mea sola volu-  
[ptas,  
Obsequiis intenta piis, placabilis, in qua  
Vita meam hæc mihi dulcis erat solando sene-  
[ctam,  
Ecce perit secumque trahit mea viscera letho,
- C 400 Canitiemque patris miseranda in tartara ducit.  
Ire sed ipse prior cuperem, si forte liceret.  
Quænam vita seni, vel quo mihi vota parenti,  
Spe pereunte patris, cum nomine prolis adempta  
Qua nubente viro, per dona futura nepotum,
- 405 Aridus in ramis poteram revirescere prolis ;  
Cum magis hæc reputem præsentis damna sa-  
[lutis,  
Me spectante, rapi natam mea lumina luci,  
Ordine deposito melius cui causa placeret,  
Ut senis illa patris oculorum clauderet orbem.
- D 410 Unde sacer dignare avidam suspendere mortem,  
Atque minister opis, rapiendæ occurre puellæ :  
Si mora sit, mea causa perit, succurre duobus :  
Nam me cura necat, si illi curatio cessat.  
Qua sacer erubuit confusus voce sacerdos,
- 415 Indignum sese tali virtute ministrum.  
Sed pater instabat, compellens vocibus iisdem :  
Debitus insanis medicus venis, exere curas.  
Sentiat adventum medici purgatio morbi.  
Illis impulsus adit qua lassa puella jacebat,
- 420 Turba astante foris faceret quid pastor ovili.  
Hinc sua bella gerens, orator ad arma recurrit,  
Sternens membra solo; sensu super astra reducto,

328. Cod. Vat., *Audaci nixu.*329. *Dum cuperet gladio.*341. Cod. Vat., *Ac resupinat humo.*348. Cod. Vat., *Excussumque fuit.*361. Cod. Vat., *Quin etiam.*365. Cod. Vat., *Testis generosus et auctor.*368. Edit. Ven., *Tabida paralysis.*383. *Pontificum. Forte pontificem.*Ibid. Cod. Vat., *populoque fremente.*391. Edit. Ven., *pietatis amicæ.*398. Cod. Vatic., *vita mihi hæc dulcis erat, etc.*400. Edit. Ven., *Patris miserandi.*408. Cod. Vat., *ordine disposito.*423. In Cod. Vat., *faciem conspexit alumina.*

Hinc ubi consurgens, faciem respexit alumnae, A  
 Illico vox rediit, peregrinis ædibus hospes.  
 425 Et rediviva suæ cecinerunt organa linguæ;  
 Paulatimque artus liquor ut penetravit olivæ,  
 Vivificata, pedum geminis stetit arca columnis,  
 Et fundata suo vigerunt culmina gressu.  
 Post quoque Tetradii famulus proconsulis  
 [expes,  
 430 Mancipium alterius sub hospite dæmone factus,  
 Dentibus ut rabies alienis fronderet armis,  
 Nec sua, sed hostis fieret se milite pugna:  
 Quem Dominus famulum supplex purgare pre-  
 [catur,  
 Sed duci ad sanctum vetuit ferus hospes et  
 [hostis  
 435 Tetradius, rursus justi vestigia lambens,  
 Supplicat ut pergant ubi sævus latro latebat,  
 Sed sacer ipse domum gentilis adire recusat:  
 Spondet Tetradius humilis cum fascibus altis,  
 Si eripiat hosti famulum, se credere Christo.  
 440 Imposita ergo manu puero, fera larva recedit,  
 Et mala jucundum pastorem bestia fugit.  
 Tetradius pariter catechumenus esse meretur,  
 Atque salutiferi baptismatis amne novatur.  
 Sic puer et dominus maculis purgantur adem-  
 [ptis,  
 445 Iste hostis laqueis, erroribus ille solutus,  
 Ille carens animæ pœnis, hic carnis erinnis.  
 Liber uterque manens gemino micuere triumpho:  
 Conditio famuli libertas facta patroni;  
 Accipit iste fidem, cum de illo perfidus exit. C  
 450 Nec longo spatio sub eodem tempore sanctus  
 Forte domum ingrediens, in limine substitit ipso,  
 Terribilem referens se cernere dæmonis um-  
 [bram,  
 Arreptoque coco vexat fera bellua prædam,  
 Dentibus arnatis lacerans se sive sodales;  
 455 Terga dabant socii, nec quisquam ire obvius  
 [audet,  
 Vix loca tuta fugæ capientes præpete saltu,  
 Hoc satis esse suum, vel se subducere morsu,  
 Martius ergo chalybs, Martinus belliger arnis,  
 Nec pede diffugit, nec sivit abire fugacem;  
 460 Pestem stare iubens: acuit qui fauce molares,  
 Cui digitos vir sanctus in os cum mitteret, inlit:  
 Si potes, ecce vora oblatam, lupe noxie, præ-  
 [dam.  
 Quam peteres alibi, datur ultro dentibus esca.  
 Quo dicto fauces geminæ revocantur utrinque,  
 465 Ne violet digitos, suspendit bellua rictus,  
 Et manibus tangi timuit, qui dente voraret,  
 Qui dum intra obsessum pœnis ageretur acerbis,  
 426. Cod. Vat., *Penetravit olivi*. Scilicet oleum  
 benedictum Martinus ori puellæ infuderat, ut habet  
 Sulpic., cap. 16.  
 451. Cod. Vat., *Dentibus ut rabiens*.  
 446. Edit. Ven., *hic carnis erumnis*. Sed Cod. Vat.  
*ergymis*.  
 470. Cod. Vat., *sordidus egreditur*; quod tenen-  
 dum.  
 473. Fama nimirum percubuerat Treveris quod  
 barbari cum copiis irrumperent.

Nec tamen ob digitos exire per ora liceret,  
 Fœda ministerii, fœdus, vestigia linquens.  
 470 Sordibus egreditur, qua sordibus est via fluxu,  
 Tale iter arreptum sic te decet ire, viator.  
 Hinc cum barbari sparsisset fama per  
 [urbem,  
 Proventumque trucem crudelia semina ferrent,  
 Pastor adesse jubet quemdam ex grege dæmo-  
 [nis, illi  
 475 Imperat ut prodatur, si nuncia vera vagarent,  
 Tortus ut ore reus, veluti sub iudice missus,  
 Gressibus humanis advectus, larva fatetur:  
 Hanc famam in populos bisquino dæmone fusam  
 Ut cogente metu Martinus abiret ab urbe.  
 480 Barbara tempestas tranquilla lege quiescit,  
 Formidanda tibi nulla est irruptio gentis,  
 Nec causam armorum verearis, pacis amator.  
 Martino præsentem, aditum fallacia perdit;  
 Mendax vera refert; et certum nuntiat error.  
 485 Insatiata malis, quæ sic fremit ore cruento,  
 Bestia, bella movens, revocavit munera pacis.  
 Inde Parisiacam sacer intrans concite portam  
 Obviat in faciem leprosum vèrsus euntem,  
 Qui sibi dispar erat, nec jam a se cognitus, ibat,  
 490 Vir maculis varius, cute nudus, vulnere tactus  
 Tabe fluens, gressu æger, inops visu, asper  
 [amictu  
 Mente hebes, ore putris, lacerus pede, voce refri-  
 [ctus  
 Induerat miserum peregrino tegmine pallor.  
 Improvisus enim hunc sanctus sua ad oscula  
 [traxit  
 495 Astringensque virum fuso medicamine laxat.  
 Nam simul ut tetigit benedictas ore salivas,  
 Effugit unguiferum languoris sarcina tactum,  
 Mersa figura redit, faciem cutis advena vestit,  
 Ad speculum remeant peregrina fronte character,  
 500 Et deleta diu describitur oris imago,  
 Virtutum quam celsa fides, ubi concite sancti  
 Pacis ab officio perierunt prælia morbi!  
 Complexu res dira fuit, languoris iniqui  
 Peste cadente, novam gesserunt oscula pu-  
 [gnam.  
 505 Inclita religio Martini, cujus honore,  
 Fœdera fida fides formosam, fœda fidelis.  
 Felix religio, sancti pede, lumine, tactu  
 Illustris, lustrante viro loca, lustra, ligustra,  
 Urbes, rura, domus, templa, oppida, mœnia,  
 [villas,  
 510 Quæque viri insignis tam insignia signa mereris,  
 Cujus ab ore sacro, magna cætera vincens,  
 Leprosi ad curam Jordanis in oscula fluxit,  
 Et fontem fluidæ maculæ lavat unda salivæ.  
 474. Cod. Vat., *e grege demoniaco*.  
 Ibid. Sulpicius narrat dæmonem, tortum a S. Marti-  
 no, fuisse confessum a sexdecim malis spiritibus  
 rurorem illum confictum ac disseminatum fuisse;  
 quo cognito, urbs ad tranquillitatem revocata est.  
 490. Edit. Ven., *vulnere tectus*.  
 494. Cod. Vat., *sanctus ad oscula*.  
 500. Cod. Vat. et Ven. edit., *rescribitur oris imago*,  
 quod sequend.  
 506. Ven. edit., *formam dat fœda*.

## LIBER SECUNDUS.

- Pendula jam dudum laxavi carbasa pinu, **A**  
 Dum pelagus componit iter, dum nauta resumit,  
 Et restricta semel levius se sarcina ducit,  
 Me quoque jam primi finita parte libelli,  
**5** Ad cursum levis aura vocat; paro lintea ventis :  
 Spiritus altevolans imple mea vela secundans,  
 Ne trepidam classem contraria siabra flagellent;  
 Martinum mea prora vebat, sancta emptica  
 [nautæ,  
 Dulcis apex, spes fida ratis, leve pondus amantis,  
**10** Mercis onus suave est, et sive hæretur in ulnis,  
 Qui tetigit quodcunque manu, vel tactus ab illo  
 [est,  
 A digitis salit alta salus, fluit unguem ab ungue.  
 Fimbria quin etiam quod nobilis attingit unquam,  
 Sparsit abundantem modica de veste salutem : **B**  
**15** Fontis et hujus aquæ restricta est unda cruoris,  
 Sicavitque suo refluamina fluxa fluento.  
 Sumens æger opem per furta salubria filii :  
 Dum nescit medicus, finit discrimina morbus.  
 Arbiter Arborius, vir præfactorius idem,  
**20** Quartano genitam graviter cruciante camino,  
 Plurima dum faceret, neque cura mederet alum  
 [næ;  
 Missa beata viri restrinxit epistola febrem.  
 Quæ super imposita charta recubante puella,  
 Mox sudoris aquas ubi littera sicca rigavit,  
**25** Febris ab internis extracta est arida membris,  
 Axe serenato madidans sine vellere nimbæ,  
 Kore atramenti restincta est flamma camini :  
 Israelitarum veluti Moysiticus alter, **C**  
 Ne vapor excutiat, protendit pagina nubem.  
**30** Quam mirum artificem dantem per scripta sa-  
 [lutem !  
 Sic operabatur præsens, ubi noverat ipse.  
 Quæ patre ab Arborio Martino offertur opimo.  
 Consecranda manu qua salvificata sit ipsa.  
 Quam bene bis sanam cum virginitate puellam.  
**35** Reddit ipse patri proprio pater ille superno ?
- 6.** Cod. Vat., *vela secundus*.  
**8.** Emptica, navis oneraria, seu mercatoria. Gloss. Græci Latini ms. ἀγροπαιρος, *empticus*; ut habet Dufres. in Gloss. Si metri ratio pateretur (subdit Brow.), forte dixisset : Emporetica. Eadem voce paulo post utitur Fortun. in hoc versu :  
 Ut petat ad portum, rerum facit emptica jactum.  
**10.** Edit. Ven., *erretur in ulnis*.  
**11.** Illo. Ms., *ullo*.  
 Ibid. *Quodcunque. Ms. quocunque*.  
**17.** Ed. Ven., *Salubria multum*.  
**18.** Ed. Ven., *Dum nescit medicus, confert huic ipse vivamen. Forte levamen*.  
**29.** Ed. Ven., *Ne vapor excruciet*.  
**34.** Cod. Vat., *ubi non erat ipse*.  
**35.** Edit. Ven., *consideranda manu*.  
**55.** Cod. Vat., *reddidit iste patri*.  
**58.** Erat hic Paulinus vir consularis, ac postea
- Sic meruit geminam, sole curante, medellam  
 Dum claram sobolem morti subduxit utraq̃ue  
 Paulinique oculum tetra caligine mersum,  
 Impositis manibus, radius penetravit acutus,  
**40** Atque serena dies, deteresa nube, refusit,  
 Lumen et emicuit facies non luscæ gemellum  
 Martini digitis oleo manante lucernæ,  
 Cuncta salutifero supernans collyria tactu  
 Ipse etiam casu scalarum vertice lapsus,  
**45** Dinumeransque cadendo gradus, capite, ore  
 [reliisus,  
 Attritus membris, descendens saltibus amplis,  
 Multorum medicus, quamplurima valnera por-  
 [tans,  
 Dum cellæ recubat graviter sub nocte sopora,  
 Pervigilis Domini venit angelus aere fusus,  
**50** Ulcera quæque viri tractans, dum singula palpat,  
 Tangens membra manu, solidat vestigia gressu,  
 Excutiturque lues, fugitivo tabida saftu,  
 Et sudibus laceros rediit cutis una per artus.  
 Crastinus incolumi processit corpore conptus :  
**55** Angelicamque fidem testes præsentia fecit.  
 Nec perferre pium longinqua flagella decebat,  
 Quando flagellari graviter non pertulit ullum.  
 Prætereunda mihi neque sunt hæc maxima  
 [rerum.  
 Maximus Augustus, nece regis, maximus armis,  
**60** Imperium nactus, civill clade superbus,  
 Dum regit insolitas frenorum infrenus babenas :  
 Pontificum cui tunc adulatio laxa favebat,  
 Principis et nutu, cleri cum circulus ibat, **C**  
 Martino veniente, tamen rex ipse precatus  
**65** Ut sanctum ad mensam habeat; qui sæpe re-  
 [pulsus,  
 Tandem promeruit fieri conviva beati.  
 Imperio plaudente simul sedet, urbe favente,  
 Convivam cœli quod terrena excipit aula.  
 Conveniunt proceres, præfectus, consul, honores  
**70** Certatin acciti, regalia festa colentes,  
 Nolanus episcopus, amicissimus S. Martini : quem  
 hic, amplum patrimonium relinquente pro Christo  
 atque ei se ac sua omnia devotentem, solebat discipulis  
 tanquam egregiæ pietatis exemplum proponere.  
**59.** Maximus hic, Gratiano imp. occiso, a militibus  
 proclamatus Augustus, postea a Theodosio et  
 Valentiniano victus est, ac tertio ab Aquileia lapide  
 capite plexus fuit an. 383, 6 Kal. Septemb.  
**60.** Cod. Vat., *Imperio indeptus*.  
**63.** Edit. Ven., *cleri tunc circulus ibat; quod tenendum*.  
**69.** Sulpicius recenset his verbis eos qui ad regiam  
 mensam sedebant : *Convivæ aderant veluti ad diem  
 festum evocati, summi atque illustres viri, præfectus  
 idemque consul Evodius, vir quo nihil unquam justius  
 fuit; comites duo, summa potestate præditi, frater regis,  
 et patruus*.

- Principe postposito miraturi acta sacrati.  
 Augusti obsequiis fremit undique concitus or-  
 [bis :  
 Divitias pariter producens, deliciasque,  
 Quas habet Indus, Arabs, Geta, Thrax, Persa,  
 [Afer, Hiberus :
- 75 Quod fert meridies, arctos, occasus et ortus,  
 Quod Boreas, Aquilo, Libs, Circius, Auster et  
 [Eurus.  
 Quod Geon et Phison, Tigris Euphratesque re-  
 [dundant,  
 Rheus, Arar, Rhodanus, Tiberis, Padus, Hister,  
 [Orontes,  
 Quod mare, terra, polus, pisce, alite, fruge mi-  
 [nistrat,
- 80 Emblema, gemma, lapis, toreumata, thura, fa- B  
 [lerna,  
 Gazaque, Creta, Samos, Cyprus, Colophona,  
 [Sareptis,  
 Lucida perspicuis certantia vina lapillis,  
 Vix discernendis crystallina pocula potis,  
 Inde calix niveus variat per vina colores.
- 85 Hinc mentita bibunt, patera fucante, falerna,  
 Hinc abacum picto bombycina flore decorant,  
 Arte laborata, vel qualia pensat aragne;  
 Serica purpureis sternuntur vellera villis.  
 Illita blatta toris, aurumque internicat ostro.
- 90 Totaque permistis radiant velamina gemmis.  
 Inde pari pariter rutilant ætate ministri,  
 In cunctis varius habitus, nitor omnibus unus,  
 Quod valet ore loqui, potuit sub principe ferri. C  
 Ordine Cesareo, Martino hæc pompa paratur,
- 95 Qui modicis contentus erat, satiandus in uno.  
 Accubat interea princeps, simul ordo, senatus.  
 Presbyter inde toro veneranda acclinat in ulna.  
 At juxta regem sella sacer assidet arcta :  
 Porrigit hinc regi mox pocula prima minister,
- 100 Qui sancto jubet ante dari, quo possit ab ipso  
 Augustus calicem excipere, et potare secundus.  
 Martinus patera oblata ut bibit ore paruimper,  
 Divino sitiens potius se fonte rigari,  
 Principe postposito, partem libaminis imam,
74. In Ven. Edit., *Geta trux.*  
 78. Ed. Ven., *Rhenus, Atax*; item in Cod. Vat.  
 81. *Sareptem.* Sidonius etiam Sareptem vini feracem ostendit scribens ad Ommatium, carm. 17, his versibus :  
 Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna,  
 Quæque Sarepteno palmite missa bibas.  
 Quem ad locum Sirmundus, *Gaz-tum vinum Isidoro,* inquit, *e regione unde defertur, hoc est a Gaza Palestinæ, ut Sareptanum a Sarepta Sidoniorum, quod Ἰσχυρίων οἶνον appellat Alexander Trallianus. Utrumque celebrant Corippus lib. III, et Fortunatus l. IV (lege II) de Vita S. Martini. Gazetum vero Greg. Tur. de Gloria Conf., 65, et Senator XII Variar. XII.*  
 82. In Ven. Edit., *certantia vina libellis.*  
 87. Ed. Ven., *Pensat Aragus*; corrupte.  
 88. In Cod., Vat., *vellera, velia.*  
 89. In Ven. Edit. deest hic versus : *illita, etc.*  
 97. Ed. Ven., *Veneranda acclivis in ulna.*  
 98. Ed. Ven., *Sacer assidet alia.*  
 101. Ed. Ven., *Partem libaminis unam.*  
 105. In Cod. Vat., *sciens quod dignior.*
- A 105 Presbytero tribuit, nescens quod dignior esset  
 Miratur princeps, proceres, conviva, ministri,  
 Judicioque suo se pensavere minores.  
 Illico percurrit res gesta, palatia complens,  
 Hoc, quod apud sanctam fuit ordine presbyte-  
 [ratus
- 110 Augustus conviva minor, vox una per urbem  
 Martinum fecisse canit, sub principis ora, }  
 Judicis in minimi mensa quod nemo valeret  
 Erubuitque aliud hinc dicere turba, satelles.  
 Si quid enim voluit pro supplice forte precari,
- 115 Induperatori Martinus et imperat ipsi.  
 Qui tamen Augusto prædixit sorte futura,  
 Prospera quæ meteret, quæ mox contraria ferret.  
 Motibus Italiæ pugnante Valentiniano,  
 Maximus ut cecidit, post bella secunda, tyrannus,
- 120 Qui grave succubuit Aquileia protinus urbe,  
 Martini dictis et verbo libra pependit.  
 Cœtibus angelicis visus sæpe, atque locutus  
 Miscuit humanas turmis cœlestibus aures,  
 Voce salutatus, vel nutibus ipse salutans
- 125 Aligeros proceres, tenuata per æra lapsos,  
 Mitibus alloquiis ageret quid sæpe moverent,  
 Quid cœlo expeterent, terrena sede, parentem,  
 Et consanguineum quasi longa in sæcula civem,  
 Voce requirentes, et amore perenne vocantes,
- 130 Quid faceret terris anima hæc tam libera culpis ?  
 Ut subeat cœlis peregrinus, et hospes ab ærvis.  
 Dæmonicas etiam species, falsasque figuras,  
 Quaslibet in formas se verteret inficiator,  
 Perspicuas habuit penetratis acumine visus :
- 135 Martinique oculos neque falsa sefellit imago,  
 Nam quamvis varia tegetetur larva figura,  
 Sancto nuda fuit, cum non se absconderet um-  
 [bra.
- Et quod a perfidiis illusio nul'a valebat,  
 Prensus in arte ferox, jaculabat probra beatum :
- 140 Et cum fraus cessat, hostis convicia jactat.  
 Tempore nam quodam cornu bovis ecce cruen-  
 [tum  
 Ipse cruentus habens, infert ad tecta sacrati
107. Ed. Ven., *indicioque suo.*  
 109. Ed. Ven., et in Ven. Edit., *ordine presbyterali.*  
 118. Valentinianus scilicet, adventu Maximi cognito, e Mediolano profugiens, in Illyricum se contulerat, Theodosii auxilium imploraturus. Idem postea una cum Theodosii copis Maximum superavit.  
 126. Cod. Vat. et Ven. Edit., *sæpe monerent.*  
 127. *Quid. Forte qui.*  
 129. Ven. Edit., *voce requirentes, junctique et amore p renni.*  
 138. Cod. Vat., *Et quia a perfidis.* Edit. Ven. *cumque malignantis illusio.*  
 139. Edit. Ven., *probra beato*; quod tenendum.  
 141. Cod. Vat., *ecce cruento.* Edit. Ven., *ense cruento.*  
 142. Bos scilicet, a dæmone incitus, bubulcum hominem cornu ferierat; quod versibus Paulinus exprimens, Martinum sic loquentem inducit :  
 Hæc fors arma dedit, telum hoc violentus adegit,  
 Obsequium pecudis vincens, sed crimine nostro;  
 et ipse Fortunatus paulo post exprimit.  
 Ibid. Edit. Ven., *ad tecta beati.*

- Irruit in cellam, causamque exponit iniquam : A  
Quo virtus, Martine, tua est? Hoc aspicias, in-  
[quit,
- 145 Unum namque tuum nuper hac cæde præremi,  
Et mihi præda jacet, pecuali capta ministro,  
Injunctumque nefas sceleris hos armiger im-  
[plet.  
Damno cresco tuo, congaudens ubere fletu.  
Protinus his dictis fratres sacer advocat omnes,  
150 Et pater ore refert quidquid ferus indicat  
[hostis.  
Sollicitus ne quid lupus abripuisset ovili.  
Perquirunt socios monachi, numerumque re-  
[censent:  
Sed grege de niveo modicus neque defuit agnus.  
Conductus mercede tamen deest rusticus unus :  
155 Ligna trahenda fosis nemorum vectore bu-  
[bulco,  
Quo propero jubet ire gradu, causamque re-  
[quirit,  
Semianimum inveniunt missi, supremo gemen-  
[tem,  
Indicat atque necem, dum adhuc super halitus  
[errat,  
Quod sua laxato taurus foret inguina cornu,  
160 Explicataque fide, vitam cum voce reliquit.  
Nec sanctum hoc errare facit quod fecerat  
[error.  
Additur hinc etiam rerum mirabilis ordo,  
Mille nocendi artes dum perfidus exerit hostis,  
Nunc Jovis in faciem, nunc se mentitus Anu-  
[beni,  
165 Sæpe habitu Veneris, sæpissime fronte Mi-  
[nervæ :  
Sedulius insidiis sancto sua seria rumpens,  
Diversis formis, ut terror cresceret, offert;  
Et varius generet, specie variante, timorem,  
Qui virtute nequit, superatus ut arte rebellet.  
170 Sed tamen intrepidus persistit, inania temnens,  
Semper in adversos jaculans crucis arma bea-  
[tus,  
Belliger hoc clypeo hostilia tela relidens,  
Qua penetrante acie, se machina falsa resolvit.  
Sæpe etiam in sanctum vacuos acuere tumul-  
[tus, D  
175 Inficiatores, falso minitante flagello.  
Sed fremitus fragilis per inania cymbala tin-  
[nit,  
Oppositisque minis interritus ipse resistit,  
Nec fundata decet contra evacuata moveri.  
Hinc quoque lethiferi snffusus felle veneni,  
180 Perfidus, horribilis, trux, lubricus, invidus  
[anguis,
- Ore eruentatus Martinum provocat armis :  
Cur habeat monachos, oneroso crimine pressos?  
Cur maculosa cohors habitet pia septa ma-  
[gistri?  
Ne rea turba malis violet consortia justis :  
185 Morbida neu reliquos vitii contagia fricent,  
Qui male polluerint lavacri venerabilis undam,  
Ac sua perdiderint baptismata crimine mersi,  
Nec via sit veniæ, peritit quibus orbita lapsis,  
Cum semel in foveam vix est revocare ruentem,  
190 Ac neque restitui vastato in corpore florem ;  
Nec redeat miseris ultra indulgentia Christi.  
Tunc Martinus ait hæc contra dæmonis iram :  
Perfide, decipiens, quia non tua commode  
[cernis .  
Hostis inique tibi, tibi jam noxa pereunte,  
195 Si nunc pœniteas, si nunc resipiscere velles,  
Præcipitare animas ut jam per crimina nolles  
Nec tua sævirent alienæ tela ruinæ,  
Erroresque tuos damnare, ultime judex,  
De pietate Dei fidens, promittere possim,  
200 Ut tibi tam misero misereri Christus haberet,  
Et cito donaret scelerata piacula culpæ.  
Ob hoc arce poli descendit ad arva Redem-  
[ptor ;  
Perdita ut eriperet, peritura nec ipsa peri-  
[rent,  
Immaculatus enim maculas detergere venit,  
205 Vulneribusque suis curaret ut ulcera mundi.  
Funeris ordo sui nostræ fuit artha salutis :  
Sputa, flagella, chlamys, fel, acetum, lan-  
[cea, clavi,  
Crux pia, mors, tumulus, lapis, inferus, umbra,  
[tyrannus .  
Victa simul triduo premit, et redit auctor ad  
[astra,  
210 Descensusque suus meus est ascensus in altum,  
Nec peccatoris mortem magis eligit ultor,  
Quando suis pœnis nobis dedit arma salutis.  
Sic pius indomitam pestem mansuescere ten-  
[tat,  
Promisitque lupo bona pastor ovilia reddi.  
215 Quanto magis homini reserari præmia Christi,  
Propter quem ipse Deus homo fit, jacet atque  
resurgit?  
O pietas et celsa fides, præsumptio dulcis,  
Quæ promittit opem deceptoris et perituro !  
Explicuit votum, si non valet ire juvandum,  
220 Cui minus in posse est, satis ostendere  
[velle.  
Nam totum impendit qui non abscondit amo-  
[rem.

146. Ed. Ven., *Pecorali capta.*163. Ed. Ven., *Explicataque fide*; quod tenendum.168. *Varius. Forte Varium.*171. Ed. Ven., *Semper in adversis.*185. Ed. Ven., *In Edit. Ven. Contagia sædent.*193. Ed. Ven., *Perfide despiciens.*194. Ed. Ven., *Hostis inique tibi, tibi noxie te pereunte.*206. Ed. Ven., *Fuitarca salutis.*215. *Reserari. Ms., reserantur.*



- Hinc Clarus, placidus adolescens moribus, A 260 Nec contacta manu discerni vellera possunt.  
 [expers,  
 Martinum amplectens patrem, et sua cuncta  
 [relinquens,  
 Tempore quique brevi micuit virtute fideque,  
 225 Cum prope pontificem habitacula constituisset,  
 Ac sua complures peterent consortia fratres,  
 Huic se tunc monachus socians Anatolius addit :  
 In commune prius humilis censura, sodalis,  
 Qui rudis ingenii, versuto illusus ab hoste,  
 230 Post ait, ad sese quod cœlitus angelus iret,  
 Ac reserare sibi mysteria clausa Tonantis,  
 Et cito siderea volitent sua nuntia penna,  
 Atque remissa viri responsio nubila tangat,  
 Inter se et Dominum memorans iter esse pro-  
 [pinquum, B  
 235 Ac sibi contigui jactat confinia cœli,  
 Se secreta Dei noscendo jam esse prophetam.  
 Sed Clarum, ut credat, nec opinio falsa mo-  
 [vebat.  
 Tunc sine more furens Anatolius asserit audax.  
 Quo sibi de cœlo Dominus transmittat ami-  
 [ctum.  
 240 Induat et vestem delatam nocte silenti,  
 Ut signis stupeant cujus modo verba cavillant.  
 Elevat hinc varium monachorum turba tumult-  
 [tum,  
 Et suspensa tenet spectatio vana sodales.  
 Interea medias quasi nox transcurrerat horas,  
 245 Et rota flexa æquo gyrobat cardine metam :  
 Fit subito strepitus, quatitur locus, arma mo-  
 [ventur :  
 Et concussa simul vario fremit aula susurro,  
 Murmure raucisono frangente lepore loquelas.  
 Credas pugnaces volitare per astra phalanges,  
 250 Et videas rapidas discurrere turbine turmas.  
 Hic ubi concussis redierunt otia turbis,  
 Motaque tempestas tranquilla silentia sumpsit,  
 Advocat ex monachis confestim Anatolius  
 [unum,  
 Cominus et tunicam ostentat jactantior albam,  
 255 Qui vacuo tumidus falso umbrabatur honore,  
 Candidus exuviis, sed nigri dæmonis arte.  
 Inde ciet reliquos, occurrit Clarus et ipse,  
 Palpat mollitiem vestis candore nivali,  
 Serica confingunt tenuato stamina filo,

222. Hic Clarus a Sulpicio refertur nobilissimo e genere fuisse, cap. 25 Vita S. Martini; isque postea sacerdos initiatus omnibus vitutibus in monasterio enituit.

225. Non longe scilicet a Martini monasterio (ut ibidem narrat Sulpicius) tabernaculum suum, sive cellam Clarus constituerat; quod fere moris erat veteribus monasteriis, ut cellis hac illac dispersis coalescerent; uti legitur in Vita S. Antonii, c. 10, n. 58, *erant in monte monasteria; tanquam tabernacula*: quod item de aliis Ægypti monasteriis fuisse legitur apud Hier., epistola 103, quæ est præf., in translationem regularum SS. Pachomii, Theodori, et Oresiesis.

236. Cod. Vat., *Dei sciendo*.

242. Edit. Ven., *elevat huic varium*.

- 260 Nec contacta manu discerni vellera possunt.  
 Ducitur interea monachis nox pervigil hymnis  
 Et compacta choris Davidica canna resultat,  
 Ut coram Altithronus velamina visa revelet.  
 Jam spumabat equis auroræ auriga rubores,  
 265 Sol quoque lucifluas circumflectebat habenas,  
 Atque renata dies revocabat in arva labores,  
 Mox Clarus monachum Martino ostender  
 [tendit,  
 Noscens pontificem phantasmata nulla latere.  
 Cum sancti ante oculos vario fuit una figura,  
 270 Decipulamque suam deceptor perdit in illum.  
 Cœperat his demens Anatolius ergo reniti,  
 Interdicta sibi Martini occurrere ovili,  
 Dum tamen invitis traheretur passibus hærens,  
 Tegmina falsiloqui vanescunt alba nigelli,  
 275 Et male destituunt monachum vaga pallia  
 [nudum ;  
 Nec stat imagineis simulatilis umbra figuris,  
 Territa Martini sic nomine larva refugit.  
 Hostis iners majora suis dehinc viribus au-  
 [dens,  
 Perfidus et totiens elisus, nec sibi credens,  
 280 Debilis arma movens, et degener ardua tentans,  
 Ut sua laus fieret vel sollicitasse potentem,  
 Cresceret et titulis, fortem pulsasse sagittis :  
 Denique cum sanctus recubaret in aggere fusus,  
 Insinuando preces Domino pro plebe sacerdos,  
 285 Constitit ante oculos deformis forma rebellis,  
 Sulphurea sub luce micans radiatilis umbra,  
 Lumine mentito tenebrosus, et atra vorago ;  
 Fulgidus exuviis, regali veste satelles,  
 Tectus bracteolis, vacuo diademate pulcher ;  
 290 Ordine gemmarum numerosa luce coruscus,  
 Falsa veste potens ; cui calceus illitus anro,  
 Latior et tumido jactans se pompa triumpho,  
 Cujus ad aspectum sanctus habet ora repressa,  
 Mutuaque ambo diu tenere silentia fastu ;  
 295 Mirans ille virum, dum despicit iste superbuni.  
 Quem prior alloquitur reus, et temerarius  
 [hostis :  
 Quæ dudum, Martine, cupis penetrante pre-  
 [catu,  
 Jam pia vota tenes : ego sum tua gloria Christus,  
 Exigis ut veniam validos recreare labores,  
 D 300 Et sudata tuis ut soler bella triumphis ?

260. Ed. Ven. in Ven. Edit., *manu dissolvi*.

264. Ed. Ven., *et jam spumat equis*.

272. Cod. Vat. *occurrat ovili*.

280. Ed. Ven., *Et degenera ardua*.

285. Sulpicius narrat c. 26 diabolum hac se forma ostendisse Martino, dum is in cellula oraret. Aggeris itaque nomine venit forte aggesta humus, vel palea, super quam stratus precabatur.

286. In vulgatis libris, *radiantius* legitur pro *radiatilis*. Hæc postrema dictio familiaris Fortunato, ut animadvertit Brow., sicuti et *lymphatilis*, *furiatilis*, etc.

290. Edit. Ven., *memorosa luce coruscus*.

295. Edit. Ven., *Sanctus hebet ore represso*

300. Cod. Vat., *bella tropæa*.

- Debita militiæ dare oportet munera regem,  
 Descensus enim ad terras huc dirigo gressum,  
 Ut tua sollicitis requiescant pectora curis.  
 Hic sacer iatrepidus, nolens responsa referre,  
 305 Despicit, et reticet, tractat, neque verba re-  
 [laxat.  
 Mens solidata manens, rimans alta atque pro-  
 [funda,  
 Cardine nec tremulo. vento neque flante ro-  
 [tatur.  
 Lubricus hinc repetit mordacia sibila serpens:  
 Credere quid dubitas, proprio quod lumine  
 [cernis?  
 310 En ego sum Christus, tecum qui confero voces,  
 Et loquor hæc secreta palam dignando futura.  
 Nec de me trepides, testis mihi fulgida lux  
 [est,  
 Spiritus ut verax Martini ignivit acumen,  
 Ac patefecit iter, ne clausa venena laterent,  
 315 Hostis et anguine posset discernere fraudem,  
 Libertate potens, sanctis sermonibus inquit:  
 Non ita se Dominus venturum dixit in orbem,  
 Se neque purpureum, nec sic diademate  
 [fultum,  
 Pandit apostolicis, voce insinuante, columni-  
 320 Cum sua carnalis raperetur ad astra figura,  
 Atque piis plantis straverunt flamina pennas,  
 Cum pede pressa sacro servirent aera regi,  
 Angelicis vectus manibus, celer æthera cal-  
 [cans,  
 Ingrediens teneras, neque frangens gressibus  
 [auras,  
 325 Pendula planta volans cum nubila funderet  
 [intrans,  
 Remige penaigero qua non facit ala sigillum,  
 Cum Galilæis tunc spectantibus angelus astans,  
 Sic ait: Altitronum rediturum, qualiter ire  
 Vidistis, cœtumque supra vestigia ferre.  
 330 Unda probanda probo, reprobo reprobantia  
 [probra,  
 Non sunt signa mei regis, sed castra tyranni.  
 Ast ego transfixas clavis nisi videro palmas,  
 Atque beata crucis tum stygmata carne geren-  
 [tem,  
 Ac latus, effossas trajecto missile costas,

304. Edit. Ven., *his sacer.*

309. Edit. Ven. et Cod., Vat., *lumine cernas.*

320. *Cornalis*. Ms. *carnalis.*

321. *Pennas*. Ms., *pinnas.*

326. Hic videtur innuere alam, nullo sui vesti-  
 gio impresso, aerein secare, juxta quod superius  
 dixerat:

Ingressus teneras, neque frangens gressibus auras.

328. Edit. Ven., *qualiter iret.*

329. *Cœtumque*. Ms., *costumq.*

334. *Effossas*, etc. *Prisci libri*, ait Browerus,  
 suggerunt hanc lectionem (quam et Cod. Vat. habet):  
*Vulgati vero sic offerunt:*

Ac latus, et fossas truculento mille costas:  
 quam lectionem et Ven. Edit. tenet.

338. Cod. Vat. et Ven. Edit., *inque crucis.*

343. Cod. Vat., *per signa triumpho.*

- A 335 Unde cruentati pariunt baptismata rivi,  
 Et sacra purpureo malas lavat unda fluente;  
 Quæ dedit In pretio generosa talenta Redem-  
 [ptor;  
 Inde crucis trutina, pretii numismata pensans,  
 Totum auctor redimens thesauro corporis  
 [orbem,  
 340 Cum gemma una fuit, quæ cuncta in vasa va-  
 [leret,  
 Hac nisi veste tegi videam qua pertulit auctor,  
 Indicio sine hoc Christum venisse negabo.  
 Nam decet, ut victor doceat per signa trium-  
 [phum,  
 Plagaque fixa potest laude accumulare tropæi.  
 Mox inimicus iners, vibratus verbere vitæ,  
 B 345 Pestifer aerius tenuata per aera lapsus,  
 In propriam speciem rediens ad inane solutus,  
 Effugit ex oculis liquidas quasi fumus in auras,  
 Et levis umbriferæ volitavit imago figuræ,  
 350 Visibus exclusus, cellam pedore cruminans,  
 Agnitus indicis, sua per vestigia sordens,  
 Et fetore sibi comitante satellite fugit:  
 Martinique fidem neque fulgida forma sefellit,  
 Nec radium mentis delusit splendor inanis,  
 355 Luce superfusa, qua se nox tetra tegebat.  
 Nunquid non poterat humilis superare super-  
 [bum?  
 Aut non dejiceret tam mente benignus ini-  
 [quum?  
 Pacificis armis, doctus domitare rebelles,  
 Cujus dulcis erat favor et honor altus amoris,  
 360 Non solum abluere alterius, sed lambere  
 [plania,  
 Hospitis atque novi vestigia tergere lingua.  
 Semper aquam manibus tribuens venientibus  
 [ipsc,  
 Cœlestis cupiens homini servire minister,  
 Et manus alma pedes de peccatore lebat:  
 365 Cum sua porrigeret vel fimbria tacta salutem.  
 Qui illecebras mundi fugiendas instituebat,  
 Et sæclo sua lucra dari, nil quærere terris,  
 Ut censum fugeret qui ascendere vellet olym-  
 [pum,  
 Ut grave pondus agri, vel nummi nullus ha-  
 [beret,

345. Cod. Vat., *Verbere verbi.*

346. Cod. Vat., *per æthera lapsus.*

349. In Cod. Vat., *Umbriferam... imago figuram.*

350. *Mss. libri* (ait Browerus) *sic finire versum:*  
 pedore cruminans. *Sacculi quippe genus apud Plau-  
 tum est crumina; unde cruminare prisce festive trase-  
 runt ad eam corporis partem qua operari naturæ sole-  
 mus. An forte hoc loco cruminare idem valet ac re-  
 plere, sicuti in crumenam aut sacculum ommi con-  
 geruntur? Itaque et Ven. Edit. habet: cellam pedo  
 [F. pedore] replevit.*

358. *Pacificis*. Ms., *pacificus.*

360. Hoc loco Fortunatus describit humanitatem  
 S. Martini, qua Sulpicium, ad se venientem excepe-  
 rat, et habita ab ipso colloquia, ut videre est apud  
 eundem Sulpicium c. 26.

364. Edit. Ven., *pedes de corpore sæpe lebat.*

570 Nec retineret opes, qui cœlo occurreret hæres, A  
Narque osus ascensum vetat, et descendere  
[præstat,  
Imum versa tranuat, nec in altum pondera du-

[cunt,  
In montem gradiens titubat sub fasce columna,  
Deficit et fragilis valido sub pondere planta :

575 Mergit in undosum cumulatam sarcina proram,  
Ut petat ad portum, rerum facit emptica ja-  
[ctum.

Qui pater illustris Paulini gesta bebat,  
Floruit Italiæ quo post antistite Nola,  
Qua regio Campana sedet rectore supremo :

580 Dives agris, opulens, famulis, locupletus  
[acervis, B

Vir censu vastus, lare celsus, et ore rotundus ;  
Ditior ipse fide, pro Christo sit sibi pauper,  
Et dedit innumeros redimentes crimina num-

[mos,  
Cujus sparsa solo migravit ad astra facultas ;

385 Fecit et in cœlum pigras ascendere terras,  
Uno stando loco, et dant bruta ad sidera sa-  
[tum.

Ergo evangelicum Paulino implente relatum,  
Martinus monitat cunctis talem esse sequen-  
[dum,

Tramite difficili potuit qui pergere divés,

590 Depositoque onere ascendit qui liber in arcem,  
Exemploque monens vocat altius ire sequaces ;  
Jam quoque Martini quæ fabula fluxerit ore,  
Quæ gravitas fuerit, quam acer de lege di-  
sertus. C

Quæstio nec latuit cœlesti jure peritum,

595 Vir reserare valens quodcunque ænigma ne-  
[garet ;

Ingenii dulcis prudentia larga redundans ;  
Fonte perenne bibens quod rivulus ille rigaret ;  
Sermo pius, promptus, placidus, catus, aptus,  
[amandus,

In tantis animis cœli possessor in arvis,

400 Pervigil orator, mandando negotia Christo,  
Judicis in vultus inopum querimonia pandens,  
Doctus in arte sacra, miserorum exponere  
[causas,

Assertor validus, superans fora, jura, togatos, D  
Nobilis astructor, facundus concionator,

405 Qui prece profusa Domini vadimonis placans,  
Quantum voce valens viduis atque orphanatro-  
[phis,

Cujus et ipsa polum taciturna silentia pulsant ?

379. Cod. Vat., *rectore superno.*

380. Edit. Ven., *locuples et acervis.*

385. Ed. Ven., *Uno dando loco; corrupte.*

389. Cod. Vat., *potuit quia pergere.*

391. Edit. Ven., *exemploque movens.*

392. *Fabula.* Hic *fabulam* pro *parabola* acceptam  
intelligo. Ven. Edit., *jam quæ Martini sapientia auze-*  
*rit ore.*

399. Ven. Edit., *possessor in armis.*

404. Ed. Ven., *Nullius astructor*

412. Fd. Ven., *Natura necesset.*

Mens fundata Deo, sine fuce proxima cœlo  
Otia nulla terens, et nulla negotia carnis :

410 Quidquid agendum esset, totum velociter im-  
[plens,

Sed mora Christus erat, famulans sibi nocte  
[dieque,

Nam cibus et somnus, nisi quod natura ne-  
[cessat,

Tardus edax, velox vigilans, sopor, esca sub  
[ictu,

Nec faceret, nisi quod sine his caro vivere  
[noscit ;

415 Tempus utrumque dicans causis repetendo  
[duabus,

Lectio nunc resonans, sibi nunc oratio currens,  
Cujus erat requies tantum mutare labores,

Si foris isset, erat homo jugiter intinus orans,  
Cœlo non carnis, sed tendens lumina cordis.

420 Nec dolus inclusus latuit, nec ab ore refluxit,  
Vir sine mundanis, Domini possessio munda,  
Nullum judicio damnans, mala nulla repensans ;

Hæc sua forte fuit, si facta injuria fratri est,  
A minimis læso non unquam erat ultio dulcis ;

425 Deque gradu proprio neque reppulit officialem.  
Charus et adversis, pius æquis, blandus iniquis,  
Ira, tumor, risus, mœror stetit exsul ab illo,

Non in fronte tenens nubem, nec in ore ca-  
[chinnum.

Idem semper erat facie, cute, corde, colore.

430 Nec variabat opus, vir adhuc in corpore con-  
[stans,

Immortale aliquid mortali ab imagine promens,  
Ora Deus, sensum pietas, pax corda tenebat,

Pro se parva gerens, aliena misertus agebat,  
Naturæ ut seriem postponens angelus esset,

435 Al'a supergrediens, mente ultra nubila tendens,  
Liber ab humanis intrabat sidera curis,  
Inclita signa gerens, et multa futura prophe-  
[taus,

Stabat adhuc terris, cœlestibus intinus hæres,  
Noscens clausa D-i, quasi conciliator amici,

440 Cum sua participat caro se certa clienti,  
Vir cui Christus amor, Christus honor, omnia  
[Christus,

Flos, odor, esca, sapor, fons, lux gloria et Chri-  
[stus.

Hujus in affectu insertus, solidatus, adultus :  
Ac velut arbor agri, secus est uli cursus aqua-  
[rum,

445 Floricomis foliis, et fluctu perpete gaudens,

415. Cod. Vat., *sopora esca, forte sapor, cor-*  
*rupte.*

419. Cod. Vat., In Cod. Vat., *cælo nunc carnis,*  
*nunc tendens; quod placet.*

425. Cod. Vat., *Hæc sua namque fuit.*

424. *Non unquam.* Ms., *nonnunquam.* *Non un-*  
*quam* ego reposui. Narrat quippe Sev. Sulp. quod a  
minimis etiam clericis, cum ipse esset sacerdos inju-  
ria læsus, nunquam de ulciscendo cogitabat.

436. *Cris.* Ms., *ciris.*

445. *Fluctu.* Ms. *fructu.*

- Ornata æternæ fert poena perennia vitæ  
 Inter apostolicas acies, sacrosque prophetas,  
 Martyriique choros, atque agmina fulgida cœli,  
 Rege sub invicto, qua exercitus ille coruscat,  
 450 Per turmas, proceres, legiones atque cohortes,  
 Milite, seu comite, et gradibus duce, consule  
 crescens,  
 Lacteus iste toga, rutilus micat ille coroma,  
 Hunc prætexta nitens, illum diadema facetat.  
 Hos chlamys, ast illos armilla topaza decorat :  
 455 Balteus huic radiat, huic infula crine coruscat.  
 Alter palmatæ, trabæ nitet altér honore,  
 Pingit et ornatum gemma, aurum, purpura,  
 [byssus,  
 Nec videt hoc oculus quod habet super astra se-  
 [natus. B  
 Illis frueris, Martine, bonis, sub principe cœli,  
 460 Cœtibus angelicis sociabilis, et patriarchis  
 Compar apostolicis, meritis æquande prophetis,  
 Adlite martyribus, queis rubricat unda cruoris :  
 Fulgide confessor, candentia lilia vincens,  
 Lumine purpureo redimite, decore, corusce,  
 465 Liberius gradiens per celsa palatia regis.  
 Vir transcripte, potens, æterna insæcula civis,  
 Signifer arma crucis fers nobilitate triumphi,  
 Dulcis, adorande, et mihi pectore, voce colende,  
 Cujus prosaicus cecinit prius acta Severus,
455. Cod. Vat., *Balteus hinc radiat hinc.*  
 462. lb., *Martyribus rubricat quibus unda*  
 467. *Triumphis. Ms., triumphis.*
- A 470 Versibus intonuit Paulinus deinde beatus,  
 Æquiparare valens illustris uterque relator,  
 Materia victi sed et ipsi carmine cedunt.  
 Luminibus tantis ego nobilis inseror audax,  
 De minimis minimus, de magnis maxima ten-  
 [tans,  
 475 Qui pede subitubo, balbutio faucis anhelò,  
 Et rudis eloquio carpo quod condere certor.  
 Da veniam quia te cecinit rea lingua relatu.  
 Fer pietatis opem misero, miserando miseror,  
 Rector ut Aluthronus cum venerit arbiter orbis,  
 480 Tum memor obtineas delicti obliviam nostri,  
 Inter me ac Dominum mediator adesto benigne,  
 Quem sua culpa ligat, tua ut interventio solvat,  
 Spes Fortunati sit fida salutis egeni,  
 Suppliciter humilem tibi se stravisse, patrone,  
 485 Qui lepræ maculas medicata per oscula purgas,  
 Mortis et extremæ revocas in origine finem ;  
 Carnis adhuc fragilis quondam sub imagine con-  
 [stans,  
 Nunc opus ut mites pietas tua commodelet aures,  
 Nam prece posse vales apud illum, cujus hu-  
 [leris,  
 490 Quod peto tu poteris, quia totum præstat  
 [amicis,  
 Sic tibi quæque petis tribuat præsentia regis.
475. Edit. Ven., *balbutio fauce, et anhelò.*  
 476. *Ibid., quod condere certo.*

## LIBER TERTIUS.

- Hactenus in bibulis fixa stetit anchora terris, C  
 Otia lenta trahens, et inertii dente quiescens,  
 Leniter alludens, dum sibilat aura soporem,  
 Et nos umbra tegit, viridante crepidine ripar,  
 5 Ecce serena dies rutilata crepuscula profert,  
 Et pelagus rate nauta petit, jam solvo ruden-  
 [tes,  
 Littus arundineum liquens, levo carbasa ventis,  
 Ante per Adriacas spumas daret vela videtur,  
 Turbine raptus aquæ per murmura rauca fra-  
 [goris,  
 10 Cum duce Sulpitio, bene cujus ab ore venusto,  
 Martini sacros dulcis stylus edidit actus :  
 Quos ego sub geminis, claudio pede, curro li-  
 [bellis,  
 Infimus egregii contexens gesta patroni.
4. Edit. Ven., *et noctem umbra tenet, viridante.*  
 12. Fortunatus duobus superioribus libris ea com-  
 plexus est quæ Sulpicius narraverat in lib. de Vita  
 S. Martini : duobus vero sequentibus ea carmine ex-  
 primit quæ idem Sulpicius in suis Dialogis de virtuti-  
 bus ejusdem S. Martini edidit : uerat.  
 15. Edit. Ven., *navis iter gradiens, ubi jam vada.*  
 17. Illic Gallus non alius certe videtur esse quam  
 is qui a Sulpicio discipulus S. Martini appellatur ;
- Rursus in Oceani videor mihi tendere fluctus :  
 15 Majus iter gradiens, ubi se vada glauca relidunt,  
 Et crescit terrore timor, rate, nube, profundo.  
 Dum tamen alta peto, resonet mihi Gallus in  
 [aure,  
 Gesta beata viri, qua mitigat unda tumorem,  
 Et sermone viam releuet sale fabula dulcis.  
 20 Deferor, ecce, freto, fugiunt et littora visum.  
 Remiget hic Gallus, Martinus vela gubernet,  
 Flamma Christus agat, portum quibus unda re-  
 [ducet,  
 Nunc quoque gesta sacri, dum navigo nauta,  
 [loquat. r.  
 Mensibus hibernis, dum Bosphorus alligat  
 [audas,  
 D 25 Et liquidos campos vetat imber arare carinis,
- quique ipsius S. Martini virtutes narrans ac depre-  
 dicans inducitur suis in Dialogis ab eodem Sulpicio.  
 Nescio igitur quid in mentem venerit cl. viro Jose-  
 pho Lirvio, qui in Vita Fortunati Gallum de quo  
 hic mentio fit esse affirmat Paulinum Petricorien-  
 sem, quem Fortunatus vocavit *Gallum*, ut alius a  
 Paulino Nolano esse intelligeretur.  
 18. Edit. Ven., *qua contigit unda tumorem.*

Oceanusque negat commercia ferro Britannis :  
 Cum sata sub rigido sua germina frigore celant,  
 Ac penetrante gelu riget unda, et herba liquescit,  
 Astitit ante fores orans vestem ager egenus,  
 30 Lingua ligata gelu, ne solveret ore loquelas.  
 Ut tegetetur inops sacer imperat ergo ministro,  
 Ipse remota petens, populi caret arte tumultu.  
 Comperit ut sanctus nihil accepisse trementem,  
 Exiit tunicam, argentemque obtexit amictu ;  
 35 Quam sine teste dedit latitans, et abire coegit.  
 Ecce minister adest, rogans procedere san-  
 ctum ;  
 Sed sacer ante monet vestiri tegmine nudum.  
 Hoc memorante pio, stupidus habet archidiaconum.  
 Quid faceret, nudum dum non ibi cerneret ullum ?  
 40 Noscere nec poterat, residente antistite, nudum,  
 Qui tunicæ interius non aspiciat amictum,  
 Amphibali exterius dum membra oblecta laterent,  
 Angit in ancipiti quod hoc ænigma beati ;  
 Quæstio tanta ligat, neque problema solvit egeni.  
 45 Tunc ait ipse sacer, mihi tegmen defer abollæ,  
 Nec pauper desit, qui vestibus indiget illis,  
 Succensus graviter, tegmen fert vile minister,  
 Ante pedes jaectans, ait : En sine paupere vestem.  
 Induitur sanctus hirsuta bigerrica palla,  
 50 Vix cui digna foret stola lactea, et aurea fulva,  
 Processit tum summus honor, sed pauper amictu,  
 Despectus tunica, cælesti in sede senator.  
 Interea populis cerimonia sancta retractans,

Cum holocausta sacræ manibus benediceret aræ,  
 55 Protinus a capite emicuit globus ignis amici,  
 Lambens colla comasque, et flamma benigna  
 [volabat,  
 Tactu molliis, honore potens, splendore coru-  
 [scans,  
 Crinem ornans, meritum prodens, pro tegmine  
 [fulgens,  
 Præbuit obsequium, minus impendente ministro ;  
 60 Gesta occulta index in lucein lumine mitiens,  
 O dives pauper, tunica contente nec una,  
 Qui nec habes aliam, neque vis retinere vel  
 [ipsam,  
 Dum superesse putas ve-titum simplicis usus,  
 Cui gravis est vel pasta levis, dum clamat egenus :  
 65 Tegmine pro nudi cupiens procedere nudus ;  
 Nec partiris opem, sed totum cedis egeni :  
 Hæc tua sola putans, petitus si nulla ne-  
 [gasses,  
 Ut magis esses inops, inopi dum cuncta dedisses,  
 Nec puduit, verecunde pater, sine veste sedentem.  
 70 Sed nihil erubuit pietas impensa fidelis,  
 Nec minimam retinens, fletet quo major honore.  
 Est mihi velle loqui speciosa negotia nudi,  
 Sed rapiunt avidum reliquarum insignia rerum.  
 Dum recubaret homo fluitans Evantius æger,  
 75 Fessus et extremus cum jam super halitus iret,  
 Pontificem precibus celer evocat, ut properaret,  
 Et via cœpta sacri fieret sibi vita reduci.

C

Quin et Olybriaci, generisq., et nominis hæres,  
 Adjectus fastis, palmata insignis abolla, etc.

Alii malunt eam fuisse duplicem vestem. Erat etiam  
 obolla vestis militaris et qua utebantur philosophi.

46. Cod. Vat., nec pauper desit.

47. Succensus. Ms., succensus.

Ibid. Tegmen. Cod. Vat., Tegmen fert.

Ibid. Tegmen fert vile minister. Narrat Sulpicius  
 quod archidiaconus, succensus Martino, ad vicinas  
 tabernas accurrit, indeque bigerricam vestem, bre-  
 vemque, atque hispidam, quinque comparatam argen-  
 teis, rapit, ac deferat ad Martinum. Porro bigerrica,  
 seu bigera, ut est in Gloss. Isidori, erat vestis grossa,  
 vel villata ; sic appellata (ut subdit Dufres.) a biger-  
 ris, seu Bigerronibus Galliarum ad Pyrenæos celeberrimis  
 populis, quorum Cæsar ac Iulius meminere :  
 quibus etiamnum in more est : Capas, breves, villosas,  
 et hispidas, ex crassiore lana confectas, adversus  
 aeris intemperiem deferre, ut ait idem Dufresne. Similia  
 fere et Brown., qui et Paulinum citat in epist.  
 4 ad Ausonium, sic scribentem :

Dignaque pellitis habitas deserta Bigerris.

Paulinus vero Petric., lib. III, de Vita S. Martini sic  
 exprimit hunc locum :

Tum vestem octava solidi vix parte coemptam,  
 Nodosis textam setoso vellere filis,  
 Ante pedes saneti stomachatus projicit ille.

51. Edit. Ven., processit sic summus.

56. Edit. Ven., Lambens colla, comas, et... Narrat  
 Sulpicius quod cum inde Martinus processisset ad aram,  
 inter faciendam rem sacram, globus ignis visus sit de  
 capite illius micare, ita ut in sublime contendens, longius  
 collam, crinesque flamma produceret.

67. Edit. Ven., Putans, ut pauca petita negares.

74. Cod. Vat., recubaret humo.

Ibid. Evantius. Hic Evantius avunculus suus a Sul-  
 picio fuisse dicitur dial. II c. 3.

29. Vestem. Ms., veste.

33. Scilicet mendicis ille, quem archidiacono in-  
 duendum jusserat Martinus, in secretarium, sive  
 κρυπταριον, ubi, secretus a populo, Martinus con-  
 sederat, donec ad rem sacram faciendam evocaretur,  
 penetraverat, se nihil ab archidiacono accepisse  
 conquerens.

34. Cod. Vat., obtexit amicum.

36. Id est, ut habet Sulpicius : Archidiaconus in-  
 gressus admonet, pro consuetudine, expectare in ec-  
 clesia populum, illum ad agenda solemnia debere pro-  
 cedere. Dial. II, cap. 1.

38. Cod. Vat., hæc memorante.

Ibid., Archidiacon. Cod. Vat., aræ diacon.

39. Martinus scilicet nudum obtegendum præci-  
 pibat, atque ita se vestiendum esse significabat,  
 quippe qui tunica sibi detracta, qua egenum induer-  
 et, illa nudus fuisset relictus. Archidiaconus vero,  
 cum Martinus nuditas nulla appareret, quippe qui se-  
 debat, equid loqueretur non assequeretur.

41. Non aspiciat. Cod. Vat., non inspiciat.

42. Amphibali. Ms., Amphibole. Amphibalum  
 (quod vocabulum usurpat etiam Sulpicius, dialog.  
 II, cap. 1) erat vestis ex utraque parte villosa : quo  
 vocabulo vel Gregor. Turon. utitur lib. de Glor.  
 Confess., c. 59, narrans de S. Trajano : Si novum,  
 ut assolet, amphibolum induisset cum quo processurus  
 diæcesin circumiret, fimbriæ hujus vestimenti a diver-  
 sis diripiebantur. Quem ad locum subdit cl. Rui-  
 nart : Amphibalus, seu birrus, vestis erit villosa quæ  
 assutum habebat capitulum.

43. Edit. Ven., angit et ancipitem.

44. Cod. Vat., solvit egeni.

45. Edit. Ven., tegmen defer, amica. Porro obolla  
 gemma erat tunica senatoriæ, quasi a bulla dicta,  
 quod undique bullis esset conspersa. Prudentius,  
 lib. I adversus Symmachum, scribit :

Nec enuctatur iter Martinus adire viator.  
 Vix medio spatio emensus gradiente senecta,  
 80 Ante salutis opem misit quam visus adesset,  
 Atque medela ægro data nuntiat ire beatum.  
 Significans etiam curser medicina sequentem :  
 Dum pede tardat heros, præcessit cura volatu,  
 Adventusque pii fert aura salubris odorem ;  
 85 Ut cito succurrant, unguenta per aera tranant.  
 Sol veluti radiis dat longius ore calores ;  
 Sic Martinus opem, et quo non est, exhibet arte.  
 Admiranda nimis res est, ubi peste fugata.  
 Antea quam medicus pulsum tenet, exiit æger.  
 90 Obvius occurrens sancto, obsequiumque re-  
 [pendit :  
 Duxit et ipse domum, qui se sibi luce reduxit,  
 Nunc atacer saltu, recubans paulo ante grabato, B  
 Interea miris Evantius acibus expers,  
 Supplicat incolumis, Domini ut mora crastina  
 [tardet,  
 95 Hospitis et tanti tenet una diecula vultum,  
 Sed mora tum fuit hæc occasio danda salutis.  
 Illico percussit puer atro dente chelydri,  
 Membraque percussus distenderat ira veneni.  
 Cum spatium vitæ mors importuna negaret,  
 100 Flebile et in toto regnaret corpore virus,  
 Exposuit puerum ante pedes Evantius almi,  
 Omnia confusus Martinum posse mereri.  
 Sanctus enim tactu mox singula membra per-  
 [errat,  
 Atque manu medica morientia viscera palpat ;  
 105 Inde super vulnus, qua bestia fixerat ictum,  
 Ut posuit digitum, fuit undique vena veneni,  
 Et respiciat iter, dederat qua vipera virus.  
 Hinc sacer inspiciens collecta tabe tumorem,  
 Pollice subducto, quam fuderat ulcere serpens,  
 110 Cuncta veneni vis per hiatus vulneris exit,  
 Sanguine concreto stillans velut ubere capræ.  
 Turgida plaga necem vomuit de vulnere filans ;  
 Concretam sanie vena saliente relaxans :  
 Effert virus iners, refluyente canale liquorem,  
 115 Et data lethiferum revocat retro fistula rivum,  
 Expugnante fide, morsus vim perdidit anguis ;  
 Et quia non perimunt, perierunt arma veneni.  
 Stat puer incolumis, remanet neque pallor in ore ;  
 Miratur famulum dominus, stupet et domus omnis

78. Cod. Vat., *nec cunctatus iter.*80. Edit. Ven., *opem misit, dum vita maneret.*85. Edit. Ven., *Per aera fumant.*94. Cod. Vat., *incolumis domui.*96. Edit. Ven., *sed mora tunc fuit.*98. *percussus.* Ms., *percussor.*

121. Sulpicius dial. lib. II, c. 5, clarius hoc eventum enarrat. Scilicet cum Martinus dioceses invisaret, forte obviam habuit rhedam fiscalem, qua milites vehebantur. Jumenta exterrita hispidus, ut creditum est, Martini pallio, nigro, pendulo, declinarunt toto impetu in contrariam partem, ac funibus implicatis, hæserunt, ita ut militibus moram :c tarditatem afferrent. Hinc illi e rheda desilientes, Martinum, ut illius perturbationis ac moræ causam, male accipere et cædere cœperunt.

127. Cod. Vat., *pecudi datur.*

A 120 Currere servitio quem crederet ire sepulcro.  
 Hinc plus antistes, loca singula more requi-  
 [rens.  
 Hispidus occurrit rhedæ fiscalis amictu :  
 Quo jumenta, sacri dum pallia pendula cer-  
 [nuunt,  
 Fervida subductum rapere per invia currum.  
 125 Dimissis auriga rotis, et m les habenis,  
 Martinum flagris et sustibus urget iniquis,  
 Sed de cæde viri pecudis datur ultio tristis ;  
 Ipse tamen patiens, jaculorum grandine pres-  
 [sur,  
 Atque flagellantum dum debacchatur oriny,  
 150 Vulnere nulla refert manibus, nec ab ore susur-  
 [ros.  
 Hinc gravius cruciat cædens ignobilis ira :  
 Illic quia dum tolerat, se irrideri putat alter ;  
 Et magis iste furit dum sustinet ille libenter.  
 Interea ad rhedam redeunt grassante querela.  
 135 Dum satiat vindicta famem limphatilis iræ,  
 Mulas ire movent, qua publicus advocat agger,  
 Voce premunt et fuste dolant, lacerantque fla-  
 [gello :  
 Sed neque compulsæ rapiunt juga, lora quadri-  
 [gæ :  
 Fixa manent, nec fessa movent velut ærea si-  
 [gna.  
 140 Ceu liquefacta novo se glutine terra ligasset,  
 A pitre ut credas animalia pulvere nexa.  
 Agnovere viri se numinis arte teneri :  
 Accurrunt celeres, inquirunt nomen euntis ;  
 Martinum inveniant a se crudeliter actum ;  
 145 Confuse stentes, rubicant pudore reclinii,  
 Ante pedes sancti sternerunt, et ore precantur,  
 Ut veniam errori tribuant, sinat ire ligatos.  
 Quos tamen antesacer prædixerat esse retentos.  
 Rem probat, ulcus amat, veniam dat, abire pe-  
 [rorat ;  
 150 Quos virtus vinxit, pietas mollita resolvit,  
 Ore pependit iter, verba arctant, verba re-  
 [laxant,  
 Et juga, frena, rotas, mulas auriga recepit.  
 Carnotus hinc etiam dum prætereunda ve-  
 [niret,  
 Ethnica per campos passim obviam turba fluebat,

131. Cod. Vat., *Cædentem ignobilis.*132. Cod. Vat., *Computat alter ; invito metro.*

136. *Publicus... agger.* Sulpicius quoque per aggerem publicum iter illud narrat fuisse. Giselinus, in notis ad Sev. Sulpic., suspicatur indicari aggerem illum qui *pons longus* apud Tacitum nominatur.

158. *Quadrigæ.* Ms., *quadripæ.*145. Cod. Vat., *confusi stentes.*

148. Martinus scilicet prætervectus suis narraverat milites, a quibus fuerat cæsus, præpeditos teneri, nec progredi posse.

153. *Carnotus.* Cod. Vat., *Carnatis.* Edit. Ven., *Carnotis hic etiam, dum prætereundo veniret.* Sulpicius quod hic narratur a Fortunato contigisse dicit cum Martinus oppidum Carnotum peteret, ac confertissimo in vico substitisset.

155 Excita amore sacri, licet hoc non crederet ipsi, A  
Ad speculari novam concurrans und que visum;  
Cum nec dum his Christi radiaret honore cha-  
[racter,  
Nec sacra verbigenæ flueret super unda To-  
[nantis.

At Martinus ovans, Domino reserante profunda,  
160 Sensit adesse locum quo fertile surgeret arvuin.  
Incipit alloquis fera pectora cultor arare,  
Ore sacer mudo, dumosa novalia purgans,  
Proscindens iterans, bis terque quaterque resul-  
[cans,

Paulatim ad fructus stupidos animaverat agros.  
165 Hinc rudibus populis Christi nova semina jactat,  
Sensibus humanis lactantia germina surgunt,  
Leniter et rigidis coalescunt gramina sulcis.  
Quid faceret sanctus, turbis coemitibus amplis.  
Nesse in tam multa veniens operarius unus?

170 Excolit, includit, serit, inserit, alligat, ambit.  
Interea mulier defuncto pendula nato  
Brachia distendens offert ante ora cadaver,  
Funeris increpitans misero fera cantica plan-  
[ctum,  
Dum dolor ad lacrymas trahit, hæc vix explicat  
[ore:

175 Fortis amico Dei, toto venerabilis orbe,  
Quem semper lamenta movent, pietate propin-  
[qua :  
Ardens quid cupiam, corpus tibi nuntiet algens.  
Ecce obiit miseræ mihi filius, ubere raptus,  
In quo mater eram; nec spes, neque restitit hæ-  
[res;  
180 Occubuit genitus, cecidit domus, et mihi fru-  
[ctus.

Nulla remanserunt uteri solatia duri,  
Nec superest quod dulce vocem, quo fessa reclin-  
[nem,  
Ubere quod recreem, totus perit ordo parentis,  
Qui restas, precor, offer opem medicamine verbi,  
185 Redde genus, nec sit matris mihi nomen inane,  
Ni soboles redeat, secum mea funera ducat.  
Adjuvat hanc populus clamans: Sacer, annue  
[votis,  
In cunctis vox una tonat: Miserere precanti.  
Tunc pius antistes, genibus profusus in arvis,

190 Sternitur ante oculos Domini, pro plebe sata-  
[gens,  
Ut mereretur ovem, per quam grex plurimus es-  
[set.

156. Edit. Ven., *undique visu*.

155. Edit. Ven., *sæpius, atque iterans*.

166. Edit. Ven., *semina surgunt*.

175. Edit. Ven. et Cod. Vat., *cantica planctu*; quod sequendum.

180. Edit. Ven., *pro plebe precatus*.

194. Edit. Ven. et Cod. Vat., *ordine disposto*.

211. *Sacrum ad comitatum*. Ib. in Ven. ed., *Fore ad se sacrum comitatum*. Comitatum pro ipsa imperatoris curia usurpari solitum testis est Ammianus, lib. xxviii, ubi dicit *ad principis comitatum Maximinus accitus*, etc., et Sulpic., lib. II Dial., c. 6, de hoc ipso facto Martini disserens, *eodem fere tempore*,

Annuit Omnipotens; famulo dans culmen ho-  
[norum.

Mox bonus ore preces orator misit in aures:  
Ordine deposito, postquam se oratio complet,

195 Erigitur senior, simul infans vivificatur,  
Porrigiturque suæ populo sub teste mamillæ.  
Fit fragor, et populi nova pectore vota volu-  
[tant,

Mirantes hominem læte mutasse vigorem;  
Et qui in morte manet, morti sua jura tulisse.

200 Inde catervatim Christum, Dominumque, Deum-  
[que,

Confessi, exorant fieri se lege beatos.  
Fit subito in campos populus catechumenus om-  
[nis.

B Non templa expectat, nec claustra dicata sa-  
[celli,

Ecclesiæque typum campus generosior explet,

205 Quodque solet tectis, pratis adhibetur apertis.  
Unica mors pueri sic vite parturit agmen,  
Dumque unus terræ rediit, plebs astra recepit;  
Sub duce Mart. no felix exercitus hic est.

Dum regeret princeps data jura Valentinianus,  
210 Romuleis opibus mundo famulante, superbus,  
Tam pia causa sacrum ad comitatum compulsit  
[ire,

Quem quia præsensit se posci talia Cæsar,  
Quæ nollet præstare viro, jubet arce repelli,  
Et vetat a foribus, penetrare palatia justum.

215 Instat ad hæc uxor, cui tunc erat Arrius auctor.  
Sed sacer ut vidit tali se fraude repelli,  
Ilic aula exclusus, redit arma domestica su-  
[mens,

Contegitur setis, respergitur atque favillis,  
Ordinæ miles agens, removet potumque cibam-  
[que,

220 Nocte dieque vacans orandi jugiter usu.

Septimus ergo dies aderat, quo s. uctus amore,  
Fortia castra movens, his desudabat in armis.  
Angelus assistens jubet ire palatia justum,  
Fretus in auxilio Martinus pergit ad arcem,

225 Limine nullus obest, ad principis ora perintrat,  
Qui sanctum inspiciens quod adesset, frenduit  
[ore,

Atque astante pio, solio neque surgit ab alto.

Regalem sellam mox ignibus ardor oberrat,  
Et vaga flamma natat, qua molle sedile cornu-  
[cat,

230 Undique fusa, furens, sed culpæ Cæsaribus ultrix,  
inquit, quo episcopus datus est, fuit et necessitas adire  
comitatum. Comites videlicet appellabantur intimi  
augusti consiliarii. Sed legisis Dufres. ad hanc vocem  
in Gloss.

215. *Uxor*. Ariana hæc, uxor Valentiniani senioris,  
Justina fuit, Arianae factionis patrona et faulrix, de  
qua, uti scribit Socrates, lib. v, c. 41, et Sozom.  
l. vii, c. 15, erat τῆ Ἀρειανῶν προνοῦσα. De eadem  
plura Eccl. scriptores.

218. Scilicet, ut de ipso scribit Sulpicius: *Cilicio  
obvolvitur, cinere conspergitur, cibo potuque abstinet,  
orationes diebus noctibusque perpetuat.*

225. Cod. Vat. Quo angelus assistens

- Cervicis duræ solvens ardore rigorem.  
Inde flagella coquunt, hinc regem incendia cæ-  
[dunt.  
Vapurat et rapidis flammis augusta potestas;  
Hinc celer exsiliit rapiens se Cæsar, et ardens,  
235 Martini genua amplectens pedibusque volutans.  
Sicque superbum hominem se agnoscere pœna  
[coegit,  
Vilia regna probans, et celsa cacumina curvans,  
Imperiale caput sancti ad vestigia subdens.  
Nec spectare preces patitur reverentia justî;  
240 Præstitit ante tumens quam supplex danda ro-  
[gasset;  
Regia rite parans convivâ sæpe beato;  
Obtulit inde favens abeunti munera princeps:  
Paupertate potens sed reppulit omnia sanctus,  
Donaque despiciens, meruit plus principe ab  
[ipso,  
245 Tantum majus habens quantum minus ambit  
[avarus.  
Omnia sunt soli qui nulla requirit habendi.  
Hinc quoque Romuleam regeret cum Maximus  
[arcem,  
Vir capiens apicem per publica gesta triumphis:  
Sæpius hic sanctum per celsa palatia duxit;  
250 Hoc toto sermone loquens de luce futura:  
Quis sit honor justis, laus, gloria, palma, coro-  
[na;  
Nec regina pedes cessat lacrymosa rigare,  
Sternens membra solo, suspendens gaudia voto:  
Inde precatur ovans, convivâ ut ipsa pararet;  
255 Obtinet hoc bonitas quod non valet alta potes-  
[tas:  
Ipsa manu sellam posuit, mensamque paravit,  
Dans manibus lymphiâs, rursus regina minis-  
[trat  
Lætâ, modesta suis palmis quas coxerat escas:  
Quo residente sacro, stetit illa immobile planta:  
260 Fercula subducens, et pocula porrigit ipsa,  
Una ministra viro sufficit ad omnia soli.  
Cœnula finitur, sed adhuc regina satagit,  
Fragmina, reliquias, crustas, et frusta recondens;
- A Omnia præponens hæc imperialibus escis.  
265 Hoc Martinus agit, quo clausos carcere laxet,  
Exsilio ductos, laribusque reducat avitis,  
Sed tibi, sancte pater minus est, Augusta quod  
[explet,  
Hoc magis obsequio crevit regina peracto.  
Est locus in Turonum sine et confine Bitur-  
[gum,  
270 Incola quem vicum vocitavit Claudiomagum,  
Mansio forte fuit Martino prætereunti,  
Ecclesiæ Domini qua secretaria pollent;  
Virgineisque choris sancto abscedente, requi-  
[runt,  
Quo stetit, aut sedit, jacuit genua atque reflexit;  
B 275 Lambunt cuncta simul, vel ad oscula singula  
[ducunt.  
Divisere sui veneranda stramina lecti,  
Atque leves poleas virtutis pondere pensant,  
Quam tetigit stipulam sanctus, non ibat inanis.  
Denique post fragilis confregit fortia culmus.  
280 Nam graviter quemdam rabies invaserat hostis,  
Et truculentus agens erroris spiritus iret,  
Dum rapiendo rotat vesano cardine prædam,  
Hunc suspensa viri collo festuca fugavit,  
Immanemque hostem palearis arista removit.  
285 Tibia, fruge ferax, larvam jaculata, sagittat,  
Et stipula exilis, quasi dura phalarica fixit.  
Nec sic ullius ferri expavisset acumen,  
Spicula nec tantum timuisset, missa per arcum,  
Lubrica pennigero venientia tela volatu,  
290 Parthica seu timidum si transfodisset arundo,  
Plaga ut vicino gravius lacerasset ab ictu,  
Stramina sic metuit trepidans adamantinus hostis,  
Ac velut ex stipulis coqueret se flamma camini.  
Vir stetit incolomis, fugiente volucriter umbra:  
295 Deserit et prædam lupus ingens, et leo frendens.  
Inde revertenti Trevirorum ex urbe beato,  
Obvia forte datur medio fera buccula campo;  
Quam dæmon dorso incumbens agitabat anelo,  
Peudulus aërio quatiens auriga flagello,  
300 Pestifer arte nova, cursu bove nempe verendo,  
Cornigeri pecudis propulsor mulio tristis

245. Edit. Ven., *tanta, majus*.  
249. Cod. Vatic., *palatia ducit*. Maximi pietas laudatur a Sulpic., Dial. II, c. 3, excipiens quibus se admiscuit civitatis dissidia.  
251. Cod. Vat., *Quid sit honor justî*.  
259. Edit. Ven., *stetit illa immobilis, atque*.  
262. Edit. Ven., *regina satagit*.  
263. Maximi conjux nimirum ciborum reliquias que e Martini cœna superfueraut itî pretiosas recondit.  
265. Martinus non sine causa se a regina convivio excipi passus est, vir cæteroquin et ob vitæ sanctitatem, et ob ætatem (nam tum septuagenarius a Sulpicio fuisse scribitur) ab omni criminis suspitione alienus; quo nimirum illa indulgentia miseris, quorum salutis deprecandæ causa ad imperatorem accesserat, facilius veniam impetraret.  
270. *Claudiomagum*. Hunc vicum *Claudiomachum* appellat Sulpicius cap. 8.  
272. Item, dial. II, cap. 4, aperte declarat duo secretaria in ecclesiis exstrui consuevisse: quæ huic

Inde ab apside solebant poni. Horum usum nobis ostendit Paulinus epist. 32, in qua scribens ad Severum versiculos mittit, in basilica sancti Felicis, a se constructa, diversis in locis inscriptos: *in secretariis vero (subdit) duobus, quæ supra dixi circa apsidem esse, hi versus indicant officia singulorum*:

A *dextra apsidis*:

Hic locus est veneranda penus, qua conditur, et qua Promitur alma sacri pompa ministerii.

A *sinistra ejusdem*:

Si quem sancta tenet meditanda in lege voluntas,  
Hic poterit residens sacris intendere libris.

275. Edit. Ven., *Virgineique chori*. Narrat Sulpicius, cap. 8, quod ibi erat: *ecclesia celebris religione sanctorum, nec minus gloriosa sacrarum virginum multitudo*.

280. Cod. Vat., *quemdam ut rabies*.

281. *Iret*. Forte *ibat*.

295. Edit. Ven., *lupus egens; mendocæ*.



- Exagitur iners, residens per terga bubulcus. A  
 Hic ubi millimodas animalis adegerat iras,  
 Ibat ubique ferus, furibunda juvenca ministro,  
 305 Sub tortore gravi per curva, per invia cursans,  
 Accessit propius sancto furiatile cornu,  
 Elataque manu pecudem consistere mandat:  
 Quæ stetit affixo, minus improba, buccula gressu;  
 Quem sacer instantem mox vidit, comminus, in-  
 quit,
- 310 Perge ferox, fuge sæve, redi male, cede cruenta,  
 Innocuam pecudem desiste agitare nocive.  
 Tunc animalis enim linquit fera bellua tergum;  
 Et recipit proprium mitissima buccula sensum.  
 Sternitur ante pedes sancti, veneranter adorans,  
 315 Flexit et ipsa genu quæ non habet intellectum,  
 Contra naturam discernens gesta beati.  
 Obsequiumque dedit meriti quæ nescit honorem,  
 Inde magis humilis, quia libera colla gerebat.  
 Ante ligata tumens, a peste soluta reclinis;  
 320 Quæ stetit ore fremens, cecidit post vincula sup-  
 [plex,  
 Et sine voce favet, armo jactata priore.  
 Tum sacer antistes pecudem præcepit abire;  
 Moxque gregem repetit, pastoris voce revincta.  
 Id gestum est illo sub tempore, quando beati  
 325 Per medias flammæ nec simbria senserat ignis.  
 De minimis etiam referantur maxima rerum.  
 Tempore nam quodam, dum vicos ambulat al-  
 [mus;  
 Obvia, venandi studio, volat agmen equorum,  
 Nare sagace canum, fit præda, reperta frutetis:  
 330 Transiliunt campos equites et voce sequuntur:  
 Intendant leporem fugitivum agitare molossi,  
 Saltibus excussi, latratu et dente minaci,  
 Diffusi excurrunt, celeros in amore rapinæ,  
 Alter in alterius miscet vestigia saltus;  
 335 Iste sequax tacitus, petit hic clamoribus auras,  
 Illic frutice in vacuo delusus odore rotatur,  
 Motibus arboreis saltu suspenditur alter,  
 Captu ex unius cunctorum frendet hiatus,  
 Sæpe super leporem morsu deceptus inani,  
 340 Unguibus injectis dum præda volubilis exit.  
 Ac se turba premit, sic lubrica bestiola fugit.  
 Non erat interea quo calle lepusculus iret;

302. Edit. Ven., *Exagitur iners*; quod tenendum.

304. Edit. Ven. et Cod. Vat., *ibat ubique fero*.

310. Edit. Ven., *cæde cruenta*; item Cod. Vat.

317. Edit. Ven., *Dedit meriti, quæ*.

319. Edit. Ven., *Soluta reclinis*.

325. Hoc incendium, quo non arsit Martinus, fusi-  
 us describit Sulpicius in epistola ad Eusebium  
 presbyterum, quod paucis complector. Cum Marti-  
 nus ad diocæsim quamdam invisendam, hiberno  
 tempore perrexisset, et clerici eidem lectum in  
 secretario ecclesiæ stravissent, multo stramine agges-  
 to; nec non ignem in pavimento ad nocturnum  
 frigus temperandum posuissent, Martinus, cum se  
 mollius quam solebat curbare sensisset, subjectum  
 stramen ejicere cepit ac dispergere; quod cum in  
 proximum ignem decidisset, inde flamma succensa  
 est, qua procul dubio Martinus deflagrasset, nisi ad  
 preces confugisset. Qui cum primo ad ostium accu-

risset, ut ex illo incendio se eriperet, diu cum pe-  
 sulo luctatus, tandiu ignis sensit ardorem, vel cum  
 vestis suæ detrimento, donec, in se reversus, Deo  
 supplicare cepit. Tunc vero mediis consedit in flam-  
 mis, quin vel leviter ab iis læderetur.

Ibid. *Ignis. Ms., ignem.*

327. Cod. Vat., *vicos circuit almus.*

341. *Bestiola. Ms., bestiola.* Cod. Vat., *bistola*,  
 edit. Ven., *biscola.*

350. Quod lepus ad Martinum confugerit, atque  
 ad ejus se pedes abjecerit, altum apud Sulpicium  
 silentium. Quocirca Fortunatus, poetarum more,  
 rem amplificasse censendus est.

351. Cod. Vat., *pro luce precatur.*

371. Edit. Ven., *obtulit infans.*

377. Cod. Vat., *veteris potius carnalis.*

380. Edit. Ven., *pars gram ne florens*

384. Edit. Ven., *conjugii retinet detonsa figuram.*

385 Est par virginibus violis quæ vernat imago,  
Herbis luxurians, feno apta, et flore decora.  
Digna Deo, geminis grata, et radiantior ostro.  
Miles autem monachum professus, singula

[linquens,

Conjuge cum propria cuperet quia degere vitam,

390 Mutavit, meliore via, transcurrere metam,  
Jure sacerdotis monitor, hoc ordine discens  
Belligeratori valeat ne femina jungi?

Sola aciem melius componit mascula virtus,  
Debilior teneat murorum claustra caterva,

395 Et sexus fragilis sese intra septa recondat :  
Hoc satis, ut mulier timeat, res ipsa timori.  
Miles ad arma potens pergat galeatus in agmen,  
Loricæ triplicis squamæ radlante coruscus,  
Thoracæ ex humeris indutus, nixus in hasta :

400 Assuetus clypeo, transmittens vulnus ab arcu.  
Hinc capulum vibrans, hinc torquens missile  
[telum,

Ferratæ tunicæ rivos sub pondere sudans.

His dictis mulcens juvenem respiscere cogit,  
Conjuge postposito, et repetit eremita coronam :

405 Jugiter interea quia falsa et sancta canebat,  
Nee serio recipi, neque possunt scripta teneri.  
Quænam vita sacri fuerit, quis singula currat?  
Quanta fides animi, quam celsa et pura voluntas,  
Ad quem non solum homines longo orbe veni-

[rent,

410 Verum etiam cælestis honor visebat amanter,  
Angelicusque chorus properabat ad ora fre-

[quenter,

Colloquiis placidis ut fessum animaret amicum,  
Et quasi complexum recreet per verba parentem :

Res probat ista sequens, quæ gesta priora re-

[narrat.

415 Concilium allectum fuerat synodale Nemausum,  
Quo sacer antistes mediator adesse recusat.

Ergo ratem scandens celerem, parat ire per

[amnem,

Costibus in mediis habitans eremita remotus,  
Ipse in puppe sedens : cunctos sua prora se-

[questrat,

420 Angelus ecce tamen Domini venit aliger alto,  
Ipsa nempe die qua se conventus abegit,

386. Edit. Ven., *Feno apto.*

387. Edit. Ven., *Et radiantior auro.*

388. Edit. Ven., *Miles item.*

Ibid. *Singula.* Non dubito legendum esse, cum Cod. Vat., *cingula linquens.* Atque de illo narrat Sulpicius : *quod cingulum abjecerat, insigne militis.* Cum igitur hic miles monachum professus fuisset, ac vellet dimissam conjugem repetere, quam Martinus in puellarum monasterio esse jusserat, hac una Martini oratione ab eadem recipienda deterritus est, quod militibus, in acie positus, uxores non admittantur, sed hæc inter septa ac munimenta se continent : quocirca nec is in quadam monasticæ vitæ palæstra de uxore repetenda cogitare debebat.

391. Cod. Vat., *jus sacerdotii.*

Ibid. Edit. Ven., *hoc ordine dicens* : quod tenendum.

413. Nemausum, urbs Occitanicæ celeberrima.

413. Martinus scilicet navigans : *procul a cæteris*

A Quidquid pontifices celebrabant ordine narrans,  
Pro vice Martini peragens synodalia præsens,  
Atque sui cura longinqua per æera tranat :

425 Quem, pendente via, nec in æera penna fatigat,  
Sed natat ala celer, donec nova nuntia portet.  
Quæ mandat Dominus nihil absconsurus amico,  
Utque prius retulit sacer, hæc post cuncta pro-

[havit :

Nec frangunt prædicta fidem, neque prodita  
[fallunt.

430 Accidit hinc demum, foribus sedente Severo,  
Compare cum Gallo, doctis et amore ministris ;  
Murmure multivago completur cella beati :  
Ostia clausa tenens, diei geminante sub hora,  
Audivere loqui, sed quid? nescire fatentur : -

B 435 Senserunt strepitum, neque verba loquacia no-

[runt,

Pars fuit hæc meriti, vel sic sensisse superna.  
Agnita si non sunt, satis est audita mereri.

Post sacer egrediens cellam, majore Severo  
Sulpitio poscente diu, quæ gesta fuissent,

440 Vix motus precibus, tandem rem ex ordine  
[pandit :

Indicat hic Agnem, Teclam Mariamque locutam,  
Sæctarum exponens vultus habitumque beatos,  
Quæ facies, oculi, gena, pes, manus, arca, figura,  
Lumine tam puro vidit sæpe ora sororum.

445 Quis color atque decus, quæ forma et gratia  
[quanta,

Et sermone pari placidam dixisse salutem.

Hic petit ad fratres, illæ petiere sorores :

Sed redit iste gradu, illæ nam rediere volatu.

Culmen apostolicum, celsas et honore columnas,

450 Sæpe Petrum meruit Paulumque videre licenter.  
Dæmonicas etiam tolerans sæpissime pugnas,  
Nomine quemque suo increpitans cogebat abire,  
Maxime Mercurium infestum referbat adesse,  
Brutum namque Jovem et hebetem memorabat  
[haberi.

455 O sinceri oculi, nulla caligine pressi,  
Mens radiata sopho, retinens sine nube sere-

[num?

Inspicis aeriam carnali lumine Teclam :

Atque vides Agnem, redimita fronte corona,

D

*in remota navis parte solus residebat, ut narrat Sul-*  
*pic. cap. 45.*

422. Cod. Vat., *celebrabant ordine.* Narrat Sulpicius quod cum Martini discipuli postea rem exquisissent diligenter, et eodem ipso die synodum celebratam, et cætera evenisse omnia sicut a Martino didicerant comperere.

428. Cod. Vat., *retulit ut prius.*

433. Edit. Ven., *ostia clausa die retinent geminante.*

Ibid. *Mercurium.* Dæmon videlicet Martino sub variis idolorum aspectibus sese ostendebat. Ut enim de eodem scribit Severus Sulpicius, cap. 20 *Vitæ S. Martini* : *Frequenter diabolus, dum mille nocendi artibus sanctum virum conabatur illudere, visibilis et se formis diversi simis ingerebat... Nam interdum in Jo. is persona, plerumque Mercurii, sæpe etiam e Veneris ac Minervæ transfiguratum vultibus offerebat.*

- Cernis et egregiam pretiosa luce Mariam. A  
 466 Vidisti templum Domini diademate fulsum,  
 Vidisti thalamum sponsi, super omnia pulchri,  
 Compositum gemmis, auroque, ostroque deco-  
 [rum ;  
 Qualis jaspis erat pedibus, laterique topazus.  
 Qui digitis anuli, viridi fulgore venusti ?  
 465 Quales armillæ, dextra ardescente hyacintho ?  
 Quanta zona die lapidum radiabat honore ?  
 Cycladis aut qualis cataclisis effora rasis ?  
 Quæ palla ex humeris, mixto chrysopraso be-  
 [ryllis ?  
 Quodve monile decens collo rutilabat in illo ?  
 470 Forsan erat niveis amethystina vitta capillis,  
 Sculptilis impressis et inauribus alta sigillis ;  
 Luminis ac varios spargens diadema viroses. B  
 Quæ frons, ora, oculi, facies, gena, pes, manus,  
 [nima,  
 Inde repercussis florebant gramina gemmis ?  
 475 Sic bone pastor, ovi quæ fabula vestra cucurrit ?  
 Quid rogo, quando Petrum ac Paulum tam sæpe  
 [videbas,  
 Prima ministerii radiantia vasa superni,  
 Aurea, pulchra nimis, gemmata, venusta, co-  
 [rusca  
 I la putas quanto radiabant ora sereno ?  
 480 Dogmata quæ Christi totum sparsere per orbem,  
 Quæ dixere prius : Tu es Christus Filius almi,  
 Altithronique Dei dominantis, et omnipotentis,  
 Ac super hac petra fundata Ecclesia regnat,  
 Quam nec flabra movent, neque vertit turbo  
 [procellæ,  
 485 Nec trahit undivagam pluvialibus imber are-  
 [nam.  
 Hæc quia viva tenet petra fundamenta salutis ;  
 Contra quam portæ inferni nunquam arma vale-  
 [bunt.  
 Quid sacer ille simul Paulus, tuba gentibus am-  
 [pla ?  
 Per mare, per terras Christi præconia fundens,  
 490 Europam, atque Asiam, Lybiam sale, dogmate  
 [complens ;

465. Edit., *dextræ adjacente hyacintho.*

466. Edit., *Quanto zona die.*

467. Edit., *cataclisis effora rasis.* Ad hunc Fortun.  
 locum Browerus : *Verborum hæc monstra, ait, quædam sunt : Vetus liber Treveris : cataclisis. Idem Browerus vult hic a poetâ cycladem describi efforatam, e qua cataclisis, certis locis conspicui, eminerent.* Citat alium locum Fortunati lib. iv de Vita S. Martini, ubi dicit :

Quæ manus artificis cataclistica fila rotavit ?

Dufresne in Gloss. quid *cataclisus*, sive *cataclisus* sit, inquirens, censet vestes *cataclistas* fuisse vestes Phrygio opere confectas : in quibus insertæ gemmæ, quasi *κατακλισιαί*, includebantur : quod et de calcibus quibus eodem modo gemmæ erant inclusæ, dicebatur. Hinc Gregorius Tur. lib. de Gl. Confess., c. 63, ait : *Verum tamen calcem non conminuit, quia catacliza in ipso fuerat solidata* ; qui locus illustratur ex eo quod ait Arnobius junior in conflictu cum Serapione, lib. 1, *num d. adema video, sed in ipso diademate, cataclisomatibus arte sunt gemmæ constructæ.* Idem Dufresne

refert hos versus Fortunati e Codice litteris Longobardicis exarato (qui, ut ipse refert, asservatur in bibliotheca monasterii S. Germani Parisiensis) exscriptis, qui sic habent :

Vidisti thalamum sponsi, super omnia pulchri,  
 Compositum gemmis, auroque, ostroque decorum :  
 Quanto zona die lapidum radiabat honore,  
 Cyclades aut quales cataclisis effera (P. effora) rasis :  
 Quæ palla ex humeris mixto Chryso Phara beryllis,  
 Quodve mouile decens collo radiabat in illo ?

Porro *racon* vestis erat monachorum adhuc novitiarum, qui proinde a Græcis *ρακονόφοι* nom. nabantur.

470. Edit. Ven., *aptissima vitta.*

471. *Alta.* Forte, *alba.*

Ibid. Edit. Ven., *et in auribus aura sigilli.*

478. Edit. Ven., *Nimis gemmata.*

485. Cod. Vat., *plantilis imber.*

501. Edit. Ven., *prima tenent terris* ; quod sequendum.

507. Edit. Ven., *Lucifer, ut radiis.*

518. *Huic. Ms., huic.*

Qui potes ore, mei veniam deposce reatus :  
Et vitata tibi quod lingua remurmurat, audi,

A Ut de fonte pio fluat indulgentia læto,  
Ac te orante, sacer, redeat medicata cicatrix.

## LIBER QUARTUS.

- Post mare fluctivagum repetens ad littora por-  
[tum,  
Floribus albicomis dum lilia pollice carpo,  
Ungue recido rosas et per violaria curro,  
Ruris amœniferi varios situs inter odores,  
5 Obripit inde sopor ; fessus quoque colla reclino,  
Fultaque gramineo jacerunt membra grabato,  
Sed redit ecce dies, et jam lucescit, eundum est,  
Dum matutino nos ore salutatur hirundo,  
Ac se nocte brevi celerata crepuscula rum-  
[punt,  
10 Quo torpore natent quamvis mea lumina, sur-  
[gam ; B  
Evigilansque oculis detergam pollice somnum,  
Et quod iter repeti Gallus vocat, ibo, sodales.  
Fluctibus in trifidis ignarus nauta libellis,  
Ac velut ambiguas inter Symplegadis undas  
15 Jonii Ægei, Ma' eique sequace procella ;  
Me tamen in bibulis ne mergeret Auster arenis,  
Summa gubernavit Martini vita patroni,  
Quam nitor scabridis indignus carpere verbis,  
Rusticus, arte rudis, tentans formare monile,  
20 Quod nec lima polit, nec malleus addit acumen,  
Non incudo terit, fornaxque examinat igne,  
Nec mordax gemino forceps trutinavit obunco,  
Sed magis incomptum profert mea lingua me-  
[tallum ;  
Res tamen illa juvat sine qualibet ullius arte, C  
25 Quod per se pulchram præfert sua gratia gem-  
[mam,  
Attamen officii quæ restant debita solvam ;  
Et cui magna nimis modo debeo, parva rependo.  
Carnotis interea genitam pater anxius ægram,  
Ex utero mutam profert, sacro ore medendam :  
30 Sex geminos graviter hebetem sine voce per  
[annos.  
7. Illic locus respondet iis Sulpicii verbis, Dial. 11, cap. 1, *Lucescit, o Galle, surgendum est, etc.*  
13. Cod. Vat., in trifidis tribus nauta libellis ; corrupte.  
20. Cod. Vat., *Neque malleus.*  
31. Narrat Sulpicius quod Martinus, cum adessent episcopi Valentinianus sive Valentinus et Victricius, D  
cessit ipse de loco, ut ii potius puellam sanarent, tanquam se digniores ; sed reuuentibus his et exorantibus ut ipse puellæ mederetur, non cunctatus ultra (utrumque præclarum, et ostendendo humilitatem, nec differendo pietatem) sperata præstitit.  
39. Cod. Vat., *tinnile plectrum.* Ed. Ven., *inutile plectrum.* At Browerus : *quod mendose, ait, legebatur, inutile plectrum, id optime correxit Sidonii interpretis lyra tinnula.* Idem Brow. profert locum Alcimi Aviti, quem secutus videtur Fortunatus. Is vero hic est :  
Flexilis arclatur recavo sic lingua palato,  
Pressus ut in cameram, pulsantis verbere plectri,  
Percussus resonet, modulatus in aera, sermo,  
Nec differt Martinus opem pietatis amicam ;  
Sternitur ergo solo, tacitus prece sidera pulsans,  
Corpore fusus humi, volitans super æthera sensu ;  
Sensit ut effectum fidei meruisse precatu,  
35 Sanctificaturum ferri sibi poscit ollivum,  
Insuditque ori benedictum fruge liquorem ;  
Atque tenens digito linguam miserando puellæ,  
Ipse patris nomen geniale requirit alumnae ;  
Mox resoluta movet faucis lyra tinnula plectrum.  
40 Atque insueta canit camerati concha palati,  
Dente relisa cavo producens verba fritillo,  
Responditque patris nomen pia filia dulce.  
Ventre prius genita, hic visa est quasi voce re-  
[nata ;  
Reddit aduha, vetus lactantes ore susurros,  
45 Incipiens tenero proscindere verba rotatu ;  
Motu pigra rudi decurrens lingua gradatim,  
Implicito sonitu, rauca novitate, cicuta,  
Donec plena suo cecinit symphonia flatu.  
Tum genitor genua amplectens veneranda beati,  
50 Vociferans, et voce data, sua gaudia plorans,  
Lætitiæ voto reboat præconia Christo.  
Judicis inde feri conjux ægra Avitiani,  
Dirigit ad sanctum, morbi sperando medellam,  
Vas olei vitreum, lance æqua dimidiatam,  
55 Unde salutifero depelleret unguine morbum.  
Mox super ampullam fecit crucis ipse sigillum,  
Surgit ad ora liquor, spumansque exæstuat un-  
[guen,  
Ubertate nova vitreo sub cortice obortum,  
Et vase in sicco generosus nascitur humor ;  
60 Currit in ascensum, qui vergere novit ad imum,  
Fluxibus et liquidis olei petit alveus altum,  
Sed quem non genuit radix oleagina succum,  
Nec Syrabracha dedit merito virtutis adultum,  
Crescit et ad summum, patulo qua clauditar ore,  
Porro fritillus (subdit idem) pyrgus, aut pyxis erat,  
in quam tesseræ mittebantur et jaciebantur in abacum : de quibus C. Sollius in Narbone :  
Hic promens teretes pilas, trochosque,  
Hic talos crepitantibus fritillis.  
Hinc Joan. de Janua, ut legitur apud Dufresne : *Fritellum, ait, ponitur etiam pro vase perforato, per quod solent projici taxilli, ne fiat ibi fraus.* E rumore itaque illo quem edunt tesseræ in hunc alveolum connectæ ducta similitudo est ad voces humanas, quæ ore funduntur et lingua. Quo in sensu Milo in Vita S. Amandi episcopi :  
Qui docuit puerum, quis sensus, quæro, suavit,  
Hebraico sonitu, ignotus proferre fritillos?  
52. De Avitiani feritate et crudelitate deinceps est sermo.  
65. *Syrabracha. Ms., Syrabara ; Cod. Vat. et Edit. Ven., nec syra bacca dedit merito virtutis adultum, quod placet. Veteres libri (ait Browerus) Syrabara pro unguenti exotici pretiosi liquoris specie, accipiunt*

- 66 Nec contentus agit liquor ut vas expleat illud, A  
Nam cumulata olei mox defluit unda superne,  
Nec sese urna capit; tanta est benedictio dex-  
[trae,  
Exundansque omnes pueri madefecit amicus.  
Et digiti de fonte rigans manavit olivum :  
70 Ac postquam irrigue fluviali more cucurrit,  
Vas plenum fidei merito matrona recepit.  
Nec minus inde subit rerum admiratio facti,  
Idem vas vitreum benedictum nobile reddens,  
Cum puer incautus posuisset in ore fenestræ,  
75 Ut pote carbaseo venerans velamine tectum,  
Lintea dum retrahit fluitantia nescius alter,  
Lapsa pavimento ampulla stat marmore tenso,  
Sed nec saxa vitrum perdunt nec vasa liquo-  
[rem : B  
Integra servatur, volitans quasi pensile pluma.  
80 Aut subvecta levis geminis descenderet alie;  
Nullaque rima patet, nec facta in vase cicatrix,  
Sic liquor interius facit exteriora tueri,  
Et quem tutari decuit, sua tegmina texit,  
Ne vitra depereant, olei custodia servat,  
85 Inklususque humor proprium defendit amictum,  
Ac fragmen fragile statuit benedictio forte.  
Cujus discipuli pariter dum comminus irent,  
Et canis horridicus latratu insisteret amplo;  
Unus amore pio, Martini in nomine, dicit,  
90 Præcipio, taceas, nec nos clamore fatiges,  
Mox præcisa canis rabidi vox ore pendit,  
Clamoremque vagum media de fauce resorbet;  
Et fragor ille ferox avido sub gutture obhæsit, C  
Stans rictu stupido frenata voce molossus,  
95 Cum furor urgeret, quia se nec hiare liceret,  
Sic redit incluso tremula sine voce susurro,  
Profuit et nomen sancti, quo defuit ore.  
Ergo iter inceptum lento pede pergere ten-  
[dam,  
Dum licet ire viam, dum me vocat aura salu-  
[bris  
100 Et trahit hora dies vestigia tarda moventem.  
Moribus ut tumidus comes Avitianus agebat,  
Terribile officio Toronos suffultus adivit.  
Agmina conveniunt, et longa catena reorum,  
Accrescente coma, quorum caro tota fluebat :  
105 Et consumpta arcum laxabat brachia ferrum, D  
Confecta macie vix declarante figuram,  
Pœnarum genus ipse jubet plus more parari;  
Deflentem videas populum spatiare per urbem,  
Indixitque nefas processu ad triste tribunal,  
110 Unde truces oculi spectarent membra cremari,

100. *Dies. Forte diem.*

101. *Avitianus.* Hic Avitianus idem forte fuit qui sub Juliano vicarius Africæ fuisse dicitur, ut constat ex Cod. Theod. l. 15, de curs. publ., l. 1, de Indul. debitor., et l. 2, de itin. muniendo. Ejus mentionem facit et Ammian. Marcellinus lib. xxvii sub Valentiniano et Valente, quem ex vicario appellat, si modo idem est qui a Sev. Sulpicio comes Avitianus appellatur.

106. *Confecta.* Legendum videtur *confectam*.

107. Cod. Vat., *genus omne jubet*.

- Comperit ut sanctus feralia jussa satagi,  
Tempore sub noctis sæva ad prætoriam tendit,  
Et pietatis iter solus parat ire viator.  
Pervenit ut senior gressu miseranter anhelo;  
115 Sternitur ante fores, per limina dira benignus,  
Qua recubat iudex, torpente sopore sepultus.  
Angelus interea penetrat mox aliger aulam,  
Intonat et comiti dormitanti ore minaci :  
Te sopor hic retinet, Martinus stat foris, inquit,  
120 Tu requie frueris, et sustinet ille labores :  
Molliter ipse toro, jacet ille in marmore duro.  
Excutitur trepidus mox ex somno Avitianus,  
Martinum exclamans, foribus recubare sa-  
[eratum :  
Imperat et famulis reserent ut claustra beato,  
125 Ne servum Christi venerandum injuria vexet.  
Hinc famuli illudunt domino, crepitante ca-  
[chinno,  
Dicentes stupidi se somnia vana videre :  
Pro foribus nullum residere vel esse virorum.  
Rursus præcipiti premitur somno Avitianus ;  
130 Angelus inde virum violentior excitat urgens,  
Concutit et graviter ne cederet ipse sopori;  
Territus hinc iudex, ultra neque credulus ulli,  
Postpositis famulis, celer ad sua limina pergit :  
Atque ibi Martinum reperit, ceu senserat olim,  
135 Tunc serus alloquitur sanetum, his vocibus,  
[ultro :  
Quid Martine, mihi facis hoc, venerande sa-  
[cerdos ?  
Non mecum æquali, fateor, certamine pugnas,  
Absolvendo reos venis, et me verberare torques.  
An me pro cunctis pœnas absolvere mavis,  
140 Fligis aut facinus, mea per tormenta pacisci ?  
Sub tortore novo mutantur tempora cædis :  
Pœna diurna reos cruciat, me nocte fatigas.  
Serve Dei, patuit, quam sit tibi celsa potestas,  
Quando flagellatur graviter, te iudice, iudex,  
145 Hinc tamen ipse probas, mecum sit qualiter  
[actum :  
Cum per me venio, nec amicum, nec rogo ser-  
[vum ;  
Non patitur differre moras, quem pœna coerces :  
Nil opus est verbis tacito te, nosco quod optas ;  
Cede, precor, discede loco, concede quod oro,  
150 Nec tua me graviter cito puniat ultio vindex.  
Hæc ait, et propero pede, discedente patrono,  
Avitianus, inops animi, vocat officiales,  
Et reserare jubet tormenta, ergastula, claustra,  
Cumque relaxasset, procul ipse recessit ab urbe,

109. Hæc respondent iis quæ referuntur a Sev. Sulp., c. 5, Dial. 3, *disponens* (Avitianus) *postera die attonita civitate, ad opus tam triste procedere, etc.*; mallem hic legere : *Indixitque, nefas! processum, etc.*

114. Edit. Ven., *jussa tyranni*.

121. Cod. Vat., *reserent et claustra*.

139. Cod. Vat., *pœnas exsolvere*.

141. Cod. Vat., *mutantur tempora cædis*.

156. Cod. Vat., *Ipse recessit ab urbe*.

- 155 Et gravis ira fugit, sibi sit timor ipse timori; A  
Ordine perverso et pacem fuga iudicis auget,  
Ac sine cæde lupum, salvo grege, pastor abegit.  
Quique monasterio quotiens properaret ad urbem,  
Sive pedem cellæ foris adveniundo tulisset,  
160 Agmina larvarum trepidabant ore, rotatu,  
Et cum nescirent populi adventare patronum,  
Designabatur gemi u quoque dæmoniorum.  
Propitiantæ sacro, pendentia membra videres,  
In sublime procul sublata per aera duci.  
165 Ast alios, pedibus superactis, vertit in altum,  
Et caput inferius, veluti de nubæ ruentes :  
Nec tamen his vestes fluere, verecunda tegeren-  
[tea :  
Crimina vel merita edentes, sub iudice missi,  
Et sua præcipites examine facta fatentes :  
170 Ille Jovem stolidum, hic se fateatur Anubem,  
Vasa ministerii se dæmonis esse nefandi :  
Sed toriore pio feritas cruciata fugatur.  
Nunc etiam Senonum pago quid gesserit, edam.  
Cum compacta gelu premeret sata grado quot-  
[annis.  
175 Cultoremque seges defraudaretur inanis.  
Nec messoris opus flavescens spica rogaret,  
Agricolæque manum tritura vetaret adempta,  
Incola maturis totiens deceptus aristas,  
Cum jejuna suo torperent jugera sulco,  
180 Ac lapidata cibum populis seges ægra negaret,  
Mittitur ad sanctum legatio fida precatu,  
Ut removeret humo furibunda procella flagellum ; C  
Celsa viri quæ mox oratio sola peregit.  
Nam statim atque preces fudit bonus ore sacer-  
[dos,  
185 Tempestate graves siccarunt nubila nimbos,  
Et viduæ segetes se fertilitate maritant.  
Quæque quater quinos, per quos super exstitit  
[annos,  
Intemerata sacri vigerunt dona patroni.  
Vir tamen ipse Dei ut sublatus ad astra recessit,  
190 Oblitæ incubuit rediviva procella rapinæ,  
Præsule subducto vastat fera clades agellum,  
Ac male captivas imber populatur aristas :

164. Cod. Vat. *Adpropiantæ sacro*; quod tenendum. Refert enim Sulpicius quod clerici tunc intelligebant adventare Martinum, cum dæmonum gemitus, quibus energumeni obsessi tenebantur, audiebant: et illud habebant indicium quod Martinus e domo egressus ad basilicam accederet.

165. Cod. Vat., *actis versus in altum*. Energumeni scilicet aliqui a dæmone suspensi in aere tenebantur, capitibus deorsum versis, cum interea rigescerent vestimenta, ne ad caput delucentia quod verecunde tegitur revelarent. Sulpic. c. 6.

167. *Nec. Ms. Ne.*

170. *Fateatur. Ms. fatebatur.*

Ibid. Cod. Vat. *Hic se testatur Anubem.*

171. Cod. Vat., *Vasa ministeriis dæmonis.*

172. Martinus dæmones fugabat ex energumenis, non attractando manibus, non objurgando, ut cæteri, sed jacendo humi in cinere ac cilicio. Ibid. Sulp.

197. Cod. Vat., *horrificam facie.*

- D. fensorque obit, et mox prædam grado re-  
[quirit,  
Martini abscessu repetunt elementa flagellum.  
195 Vir quoque justus item cum occurreret Avi-  
[tiano,  
Aspicit instantem huic sævi dæmonis umbram,  
Horrificam faciem, truculentam corpore pestem,  
Quam procul intendens sanctus, natu oris abegit.  
Judex dum in seipsum putat exsufflasse beatum  
20) Cur, bone pastor, ait, tua nos injuria verat,  
Indignosque facit despectio flatis auræ?  
Quem pater egregius responso affatur amico:  
Hæc tibi non facimus probrosi sorte reatus,  
Sed, male quæ incubuit cervici, flavimus umbræ  
205 Mox tamen illa fugit subsellia larva, satelles,  
B Et cervice sedens invasa sedilia liquit,  
Liberate nova surgunt colla Avitiani.  
Exoneratus enim judex revocatur honori,  
Mitior atque fuit, gravis, implacabilis olim.  
210 Mirum aliud vico quod contigit Ambaciensi,  
Idola turrito fuerant educta metallo,  
Exinie saxis moles onerata politis,  
In sublime thronum procedens æde superba,  
Falsa superstitio, deceptio vera precantum,  
215 Grande opus ad facinus, facies nihil esse co-  
[lentes,  
Quod dum sanctus ovans mandasset rite ruen-  
[dam,  
Humanis opibus neque hoc avelleret ullus,  
Tum sacer antistes assuea per arma recurrens,  
Pervigil insistens nocturnis excubat horis,  
220 Alloquiis Domini taciturna silentia rumpens.  
Sed cum mane recens auroram spargeret orbi,  
Tenderet et croceum per nubila Phœbus ami-  
[ctum,  
Ecce repens oritur, variante fragore, procella,  
Stridula sidereo volitatu, et multa tumultu,  
225 Auxiliis fremebunda tuis, Martine, satagens,  
Et tua castra movens, armata ferocibus austris :  
Quæ sanum ut tetigit, rapidæ vertiginis ictu,  
Impulit ac fabricam, foribundo impacta rotatu,  
Idola comminuit, molemque in pulvere solvit;

219. Ille versus; *mitior atque*, etc. deest in Vat. Cod.

210. *Ambaciensi*. Oppidum istud, vulgo *Amboise*, jacet ad confluentes Ligeris et Amatisæ, etiam nunc celebre, ut refert cl. Ruinart. in notis ad Greg. Tur., lib. II Histor. Franc., cap. 35. Hujusce oppidi mentionem facit Gregor. Tur. loco citato, inquit: *conjunctique* (Chlodoveus et Alaricus, rex G. thorum), *in insula Ligeris quæ erat juxta vicum Ambaciensem territorii urbis Turonicæ*, etc.

212. Sulpicius ita hanc fabricam describit cap. 9: *Politissimis saxis moles turrita surrexerat, quæ in conum sublime procedens, superstitionem loci, operis dignitate, servabat.*

216. Edit. Ven., *rite ruedum*; quod seq. Narrat Sulp. quod Martinus molitionem illam presbytero ejus loci diruendum mandaverat; sed is nihil fecerat executus, causatus nonnisi vi armati militis et publicæ multitudinis numero id præstari posse.

225. Edit. Ven., *Fremebunda tui, Martine, precatus.*

229. Edit. Ven., *Illico comminuit.*

- 250 Altaque turrigero ceciderunt moenia fastu.  
O sacer antistes, dulce et memorabile nomen,  
Quis se non subdat tibi, pro quo et nubila pu-  
[quant ?  
Hæc quoque mira loquar, parili virtute peracta.  
Stabat celsa, rigens, informis, forma columnæ.
- 253 Immanis habitu, tractu insuperabilis amplo ;  
Quæ superimpositum simulacrum hostile gere-  
[bat.  
Quam pius ut voluit, vult neque solvere molem,  
Rursus ad orandi victricia signa cucurrit ;  
Belliger eliciens ad se arma potentia cœlis.
- 240 Stratus humo recubans, precibus supra astra  
[relatus,  
Quo exorante diu, multoque in pulvere fuso,  
Cœlitus est oculis descendere visa columna,  
Molliter aërio disylcans nubila lapsu,  
Quæ molem oppositam ut vibrato percussit ictu,
- 245 Fragmine dissiuit compago soluta columnæ ;  
Laxaque disperso fregit simulacra metallo ;  
Et mentita novo feriuntur numina telo,  
Falsa quidem veram sumentia numinis iram :  
Quæ subversa suis genuerunt lucra ruinis,
- 250 Ac resoluta feris creverunt templa favillis.  
Pandere quin etiam decet illud honore beati.  
Pallida cum mulier stillante rubore cruoris,  
Cujus se irrigno siccarunt viscera fluxu,  
Naufraga membra trahens secum vaga sangui-  
[nis unda,
- 255 Tempestate suæ pluvix defessa laborans,  
Ipsa sibi generans secreti turbinis imbres,  
Fluctibus et propriis jam submersura ruebat,  
Nec super ullus erat portus sibi, norma salutis ;  
Cui sensel ut tacta est benedicti umbra filii,
- 260 Nobilis ac summi palpantur stamina panni,  
Exsilit inde salus, digitos prius unguine com-  
[pleas,  
Transit in arcanum fiducia tanta medellæ ;  
Protinus irrigui siccat origo fluenti,  
Prona etiam patulos damnantur fistula cursus,
- 265 Et restricta fluens redit insonti unda cruoris.  
Assidui fluxus fugiens cava vana meatus,  
Veste sacra medici solidantur glutine rivi,  
Et virtute viri senserunt frena liquores,  
Incolumisque redit de furto femina felix,
- 270 Atque salutis opem, medico ignorante, resum-  
[psit,  
O Martine sacer, nescis, et munera donas.
256. Idolum scilicet summæ columnæ impositum  
stabat.  
246. Edit. Ven., *lapsaque disperso*.  
Ibid. Cod. Vat., *pereunt simulacra metallo*.  
253. Cod. Vat., *siccarant viscera*; quod tenendum.  
255. Edit. Ven., *atque suæ pluvix sub pondere fessa  
laborans*.  
264. Edit. Ven., *damnatur fistula*. Cod. Vatic.,  
*damnavit fistula*.  
265. Cod. Vat., *redit in fontem unda*.  
274. Ed. Ven. et Cod. Vat., *vada renige*; quod  
placet.  
275. Cod. Vat., *vaga cærulea*; corrupte.

- A Inde procul gressum celerans antistes abibat ;  
Obvius ecce venit serpens aduando per amnem,  
Pectoris impulsu sulcans vaga renige cauda ,  
275 Squamea terga movens, spiris vada cærulea flu-  
[dens ;  
Quem sacer inspiciens, ait hæc in nomine  
[Christi :  
Impero dira tibi, pete cursum, bestia, retro.  
Quæ procul in fluvium sinuamina lenta reflexit,  
Atque retorsit iter inæ sarcina tanta veneni,
- 280 Inde petit bibulas ripæ ulterioris arenas,  
Gurgite lapsa natans, totasque reinvigat undas,  
Obsequiis famulans, et vipera perdidit iras,  
Imperiis justi nec iniqua venena repugnant.  
Forte dies aderant paschalia festa gerentes,
- B 285 In quibus antistes partem quoque piscis edebat,  
Addebatque bonus tum fercula, reptile gustu,  
Sollicitat monachos si copia piscis adesset ;  
Respondit, cui cura foret commissa, minister,  
Se toto piscante die captura negasse :  
290 Nil valuisse hamum, setis ab arundine jactum ;  
Nec potuisse aliquam vel retia ducere prædam,  
Cui constanter ais, placido moderamine pastor,  
Perge modo ad fluvium, tibi nec captura negatur.  
Artificem spes certa movet, petit impiger am-  
[nem,
- 295 Implentur pari er monachorum exanine ripæ,  
Ut sacra Martini spectarent dicta prophetæ,  
Quem scirent non cassa loqui, neque verba re-  
[felli ;
- C Projicit ut fluvio cassem de puppe magister,  
Molliter ac vitreo Ligeri trahit humida linea,
- 300 Mox ingentem esocem modico sub rete coercet ;  
Et trahitur cognatus aquis ad littora piscis,  
Non rete artificis, sed Martini ore ligatus ;  
Usibus et sancti se præda natalis offert,  
Tali morte magis vitæ pro munere currens.
- 305 Nobile quin etiam ex præfecto Arborius effert  
Signum, quod vidit, se teste, fidelis in urbe ;  
Immaculata Deo cum dona imponeret aræ,  
Et pater attonitus ceremonia diva sacraret,  
Munera vel Christi benediceret ore sacerdos,
- 310 Imposita altari rata corporis atque cruoris,  
Emicuit subito manus alma decore superbo,  
Nobilium vario lapidum splendore coruscans,  
Undique visa rotæ spargens radiatille lumen,  
Brachia purpureis vibrantia fulgura gemmis,
- D 315 Lumen et ad solis radians, lux fulva metallis,

286. Edit. Ven., *edebatque bonus*; quod placet.  
288. Monachus scilicet, quem Sulpicius ait doctum  
fuisse piscari.  
292. Edit. Ven., *cui constanter ait*.  
298. Edit. Ven., *Projicit in fluvio*.  
304. Edit. Ven., *vitæ quam munere*.  
305. Hunc Arborium virum præfectorium nominat  
supra Fortunatus lib. II de Vita S. Martini. An hic ex  
eadem familia fuit quæ Æmilius Magnus Arborius,  
Ausonii avunculus, filius Cæciliæ Argentiæ Arborii, de  
quibus exstant carmina scripta ab Ausonio III et IV  
Parentalium ?

- Credula quo potius fierent miracula rerum. A  
Vir simul ipse potens se tunc Arborius inquit,  
Gemmarum gravium crepitantem audisse fra-  
[gorem ;  
Sic geminante fide justi via dextera fulsit,  
320 Inque loco manicæ micuit translata smaragdus.  
O Martine decens, lapidum velamine compe,  
Quam nova palla tibi, cujus textura coruscans,  
Trama topazus erat rutilans, et stamen jaspis,  
Et tunicæ insignes currunt pro vellere geminæ.  
325 Quæ manus artificis cataclistica fila rotavit ?  
Quis fuit hic opifex, ubi lana hyacinthina currit ?  
Quis potuit rigidas torquere ad licia gemmas ?  
Hæc venerando magis poterunt quam fando  
[referrî.  
Quid secreta petis, nec in abdita luminis intras ? B  
330 Est, homo, quid stupeas, ubi necit gratia telas.  
Historiæ nobis oritur hic longior ordo ;  
Sed brevior via data per compendia curram.  
Maximus imperii moderans quasi rector ha-  
[benas,  
Præcipit Ithacium tum armorum jure tueri ;  
335 Ne quis eum peteret damnandum lego forensi,  
Accusatorem veterati Priscilliani ;  
Mittit ad Hispanos armata sorte tribunos,  
Reliquias heresis qui quærant, et bona tollant,  
Inventosque pares capitali crimine damnent ;  
340 Sic tamen, ut cunctos occasio sæva feriret.  
Pluribus ergo malis bonitas impulsa beati,  
Leucadio pariter pro præside prompta precatrix,  
319. Edit. Ven. et Cod. Vat., *justi pia dextera* ; C  
quod tenendum.  
325. *Cataclistica*. Ibid., *Catac'ysa fila*. Vide quæ  
diximus supra in notis ad lib. III Vitæ S. Martini,  
pag. 405.  
334. *Ithacium*. Ithacius, episcopus in Hispania, ad  
sanguinem usque et cædem Priscillianum hæreticum  
persecutus fuerat ; quem proinde uti *sanguinarium*,  
devitabant alii, et ejus communioni se non admisce-  
bant, inter quos et Martinus ; alii vero defendebant  
ac sequebantur, Ecclesia in partes discissa. Maxi-  
mus imp. præcipue patrocinabatur Ithacio, qui vel  
ejusdem suavis et opera Priscillianum capite multa-  
verat.  
Ibid. Tum. Edit. Ven., cum.  
340. Sulpicius hæc narrat cap. 15 : *Nec dubium  
quin sanctorum etiam maximam turbam tempestas ista  
depopulatura esset, parvo discrimine inter hominum  
genera. Etenim tum solis oculis judicabatur, cum quis  
pallore potius aut veste. quam fide, hæreticus æstima-  
retur; et Hist. lib. II : Hic (Ithacius) stultitiæ eo usque  
processerat, ut omnes etiam sanctos viros, quibus aut  
studium inerat lectionis, aut propositum erat certare  
jejunii, tanquam Priscilliani socios aut discipulos in  
crimen accerseret.*  
341. Id etiam agebat Martinus, ne hæretici sup-  
remo supplicio multarentur : *Scilicet (ut ait Baro-  
nius ad an. 386, n. 33) in Ecclesia catholica usu re-  
ceptum est, cum quis expetit a sæcularibus magistra-  
tibus opem adversus hæreticos, ne Ithacianæ partis  
consors, et sectator esse videatur, contestationem illam  
consulte præmittere ; nimirum sic se correptionem ex-  
petere incorrigibilium delinquentium, ut tamen citra  
pœnam sanguinis puniantur.*  
342. Refert Sulpicius quod Martinus laborabat  
præcipue pro *Narsele comite et Leucadio præside*,  
quorum ambo *Gratiani partium fuerant pertinacioribus  
Juliiis.... iram victoris emeruit.*
- Occurrit Treviros, aliis quoque mota querelis.  
Pontifices adeunt prædicti principis aures,  
345 Ne Martinus eat, synodi nisi pace recepta.  
Sed sacer asseruit Christi se in pace manere,  
Qua prius abstinuit sanctus sic cœtibus illis.  
Pontifices iterum occurrunt ad Cæsaris aulam,  
Cogat ut innocuum se participare nocivis.  
350 Provocat alloquio quem molliter induperator,  
Ut sociaretur reliquis communio justi ;  
His Theonistum etenim solum descisse querelis,  
Cui non complacuit communio noxia fratrum.  
Hinc quia non valuit flecti vehementia sancti,  
355 Abripit ex oculis se principis alta potestas,  
Mox percussores, gladio minitante, relaxat,  
Qui semel offensos, jaculo figente, trucidant.  
Comperit ut sanctus reserandæ fraudis amictum,  
Pollicitus regis se participare ministris,  
360 Et pietate calens, deponit amore rigorem,  
Mens rea cujus abest, par sit communio culpæ.  
Hinc se propiciens propere Martinus abegit,  
Æstuat interea gradiens, gravis, anxius, augens,  
Cur vel ad horale spatium consensus iniquis.  
365 Inde iter emensum per vasta silentia ducens,  
Progressis sociis ibi se Andethanna propinquat.  
Ecce viro insigni sacer obvisus angelus astat,  
Præsentî alloquio confessus publice vultus,  
Atque revelata facie sic comminus inquit :  
370 Quam merito, Martine, loco compungeris isto,  
Nec properas exire aliter, nisi jussa faceasis :  
344. Episcopi Ithacii partibus faventes conven-  
rant Treviris. Cognito Martini ad urbem accessu,  
adversus illum cum Maximo consilium ineunt, ut,  
missis officialibus, vetaretur accedere propius, nisi  
se prius pacem cum episcopis habiturum polliceretur,  
qui Treviris pro Ithacii causa convenerant. Quos  
ille deludens, se in *Christi pace mansurum assevera-  
vit.*  
347. Edit. Ven., *quo prius.*  
352. Imperator videlicet dixerat ad Martinum :  
*Theognistum odio potius, quam causa, fecisse dissi-  
dium, eundemque tamen solum esse qui se a commu-  
nitione interim separavit ; a reliquis nihil novatum.* Sul-  
pic. cap. 16. Hic Theognistum prius absolverat Itha-  
cium, postea condemnarat. Sulpic. ibid.  
356. Scilicet imperator cum non impetrasset a  
Martino ut communicaret Ithacianis, jusserat ut per-  
cussores mitterentur in eos pro quibus Martinus  
veniam et liberationem rogaverat.  
361. Edit. Ven. et Cod. Vat., *pars fit.*  
363. Cod. Vat., *anxius, augens* ; quod tenendum.  
*Postero die (inquit Sulpicius) Martinus se inde (Tre-  
viris) propiciens, cum revertens in via mœstus inge-  
miseret, se vel ad horam noxiæ communioni fuisse  
permixtum, haud longe a vico, cui nomen est Ande-  
thanna, qua vastas solitudines sylvarum secreta pa-  
tiuntur.... subsegit, etc. Browerus laborat in assi-  
gnando hujusce vici situ ; deducitur vero eo ut credat,  
Andethannam in Epternacum ponendam, quod apud  
Suram, ait, inclytum est in Treviris cum vico monas-  
terium, tredecim millibus passuum circiter ab urbe  
dissitum : facili mutatione (subdit), ut ex Antonnaco  
factum Andernachum, ita Andethanna in Echierna,  
ut in proprio idiomate sonat, conversa.*  
371. Cod. Vat., *nec poteras exire* ; quod tenen-  
dum.  
Ibid. Edit. Ven., *nisi jussa faceas* ; quod tenen-  
dum.



Inter utrumque nefas mercatus acerba doloris? A  
 Nunc age constanter repara virtutis honorem,  
 Et tibi te revoca trepidum, ne noxia frangant;  
 375 Gloria ne pereat, neu prospera lubrica perdant,  
 Utere more tuo, te deinde rediisse, magister,  
 Fortis athletæ animos casus non obruit unus,  
 Acrius insequitur hostem manus icta dolore;  
 Plagaque fixa solet mentes armare viriles;  
 380 Atque pudore recens crescit diro ulcere virtus,  
 Ac datur armigero victoria vulnere crebro.  
 Fraterno alloquio sic angelus explicat ore,  
 Et vice germani monitis animavit amantem,  
 Tanta est cura Dei, Martinum avellere lapsu.  
 385 Ulterius synodo nec se permiscuit insons,  
 Virtutisque suæ damnis nova lucra paravit.  
 Res probat ipsa tamen, sacro venerabilis actu. B  
 Namque ad pseudoforum cellæ dum accederet  
 [æger,  
 Quem male vexabat nimium fera dæmonis ira,  
 390 Ingenioque gravi torquebat iniquior umbra,  
 Ante monasterii qua limina tangeret almi,  
 Martini faciem refugit ferus hospitis hostis,  
 Et benedicta viri terror fuit ora videri,  
 Non sufferre valens res obscurissima lumen,  
 395 Nec vaga constantem, fugit infida corde fidelem,  
 Sæva bonum, furiosa pium, truculenta beni-  
 [gnam,  
 Sic quoque nigranti retinetur janua lucis;  
 Ilæc medicina sacri satis unica, cujus opinum  
 Hospitium vidiisse, fuit meruisse salutem;  
 400 Sanctus in æde latet, foris exit origo medelæ;  
 Et cura ante datur medici quam forma videtur.  
 Nec satis est mirum dederit quid corpore præ-  
 [sens,  
 Nomine sub cujus sparguntur dona per orbem.  
 Navita cum quidam Tyrrhoenum curreret æquor,  
 405 Fert iter ad Romam quod velificante volatu,  
 Turbinis impatiens oritur violentia venti,  
 Exsiliunt fluctus, feriunt cava vela rudentes:  
 Nutat pinus iners, rapiuntur signa ceruchis,

376. Edit. Ven., *te deinde redisce, magister; quod placet.*

380. *diro ulcere. Ms., de vulnere.*

385. Martinus post id temporis sexdecim vixit annos, ac nullam postea synodum adit, ab omnibus conventibus episcoporum se removit. Sulpic. cap. 15.

388. Pseudophorum, seu pseudothyrum Ammianus l. xxiv, c. 4, latentem portam appellat, id est, januam, latentem a parte ædium posteriore; quo sensu Horatius ait, scribens ad Torquatum, ep. 5, lib. 1.

Atria servantem postico falle clientem.

Vide Dufur. in Gloss. ad hanc vocem.

391. Ven. Edit., *Ante monasterii, quam; quod tenendum.*

404. Edit. Ven. et Cod. Vat., *Denique cum quidam Tyrrhoenum.*

405. *Quod. Ms., qui.*

108. Ceruchi pro antennis usurpantur, uti notat Sirmundus in notis ad carm. 7, l. 1 M. Felicis Ennodii. Ita, ut idem ait, Lucanus, Flaccus, Apuleius ceruchos accipiunt pro antennis, quasi cornigeris: *κεραυχες* quippe *cornig:r* sonat. Unde antennæ *κεραυχες*

Levis et antennæ coeuntia cornua fremdent:  
 410 Artis inops stupidus resilit de puppe magister.  
 Stant undæ, armatura cadit, fragor æquoris  
 [urget,  
 Prora bibit, dum nauta vomit; perit ars, jacet  
 [usus,  
 Spes fugit, ira premit, rapitur lux, morsque mi-  
 natur;

Casibus in dubiis certi vergente salute,  
 415 Dum trepidant omnes, Ægyptius hæc ait unus,  
 Qui nec dum Christi charismata senserat exors:  
 Martini Deus, eripe nos; mox dira procella  
 Corruit, et pelagi tumor altus ad ima resedit:  
 Sternitor unda rati, liquidi stetit area campi:  
 420 Atque immota loci jacuerunt murmura ponti;  
 Gurgitis optati trabe curritur æquor amicum,  
 Littoris ora legunt flabris data vota secundis;  
 Atque petens portum, vada, complet nauta ce-  
 [leuma,  
 Sic bene pro meritis famulo dat Christus hono-  
 [res,

425 Cujus eunte fide, terras, mare, sidera supplet.  
 Pangere gesta libet reliquo veneranda relatu.  
 Indolis a patribus generosæ Lycontius olim,  
 Clarus honore, fide locuples, ab origine currens,  
 Cumque domum propriam lues exitialis adisset,  
 430 Cunctaque tabifluus penetrasset acumine morbus,  
 Quo miserabilium famulorum, sive clientum  
 Una strages erat, divisa per ulcera languens,  
 Dicere quo posses prostrata cadavera telis:  
 Res extrema etenim nil nobilitatis honorat:  
 435 Præsidii spes sola manet, Martinus in orbe.  
 Mittitur ad sanctum veneranter epistola cursu,  
 Auxilium rogitans, hoc corde, hoc flagitat ore,  
 Ni cito subveniat, rapit omnia pestis acerba,  
 Per spatium ferale trahens in tartara cunctos,  
 440 Et grassata diu, quid agant contagia pe dunt;  
 Qui potes affer opem pendenti in morte cæteræ,  
 Desperata salu solatia fida requirit.  
 Quæ prius ut sensit divino illata flagello,

appellantur. Quod magis explicans seq. versu Fortunatus inquit:

Levis et antennæ coeuntia cornua fremdent.

Quanquam Isidorus in Gloss. *ceruchos*, sive *cerachos*, navium funes interpretatur. An quod hi antennæ, id est *κεραυχες*, seu *nezi* teneant? M. Ennodius loco supra citato:

Lintes nam summis dum crispant nexa ceruchis, etc.

409. *Levis. Ms., Lenis.*

422. Ven. edit. et Cod. Vat., *data vela secundis.*

426. *Lycontius.* Ille Lycontius *ex vicariis*, seu qui jam vicarii munere fuerat pe functus, nominatur a Sulpicio c. 18.

440. *Quid agant.* Videtur legendum, *quid agas*, id est, si differs opem ferre, contagia perdunt hoc quod serves.

Ibid. *Perdunt. Ms., produunt.*

443. Martinus scilicet divinitus admonitus fuerat, Lycontii domum divino judicio ac manu clade illa fuisse vexatam, sive ut verbis utar Sulpicii, *spiritu sentiebat, domum illam divino numine verberari.*

- Sed nec posse timet facili exorare precatu ;
- 445 Attamen excipiens votum miserantis amici,  
Septem nempe dies, totidem sub sidere noctes,  
Pervigil incubuit, jejunia nulla relaxans,  
Continuata trahens per tempora multa precatu,  
Nec prius absistit, nisi supplicis illa Lyconti
- 450 Vota recepta daret, domique medela rediret,  
Et rediviva salus fugitivum expelleret ulcus.  
Qui tamen ut didicit sancti obtinuisse laborem,  
Advolat, et grates devoto corde rependit,  
Exceptaque domo sua gaudia munere penat,
- 455 Pro merito fidei donum, vice centurionis,  
Israell Dominus quem prætulit ore potenti,  
Et prius hausit opem genitæ quam intraret in  
[æd-ni,  
Denique sancto offert argenti pondera magna,  
Ter tricena decem super addita merce patroni ;
- 460 Addit et has voces, recreato pectore supplex :  
Quid tibi, celse pater, vitæ pro munere solvam ?  
Cum pretio non possit emi hæc lux, neque vendi.  
Unius aut animæ mercæri vita valebit ?  
Cum vero illa meæ domui laes una noceret,
- 465 Nec superasset opis reliquin quod redderet  
[ullum,  
Præsidio ecce tuo mihi nempe tot agmina vivunt,  
Sexus et ætatis numerosa caterva meorum ;  
Cum stupeam solidæ revocata cadavera vitæ,  
Et quibus obsequer morientibus, ecce mini-  
[strant.
- 470 Nam statim ut tua vox penetrans ad astra vola-  
[vit, C  
Et visa est meritis curvare cacumina cœli,  
Quo vicina tibi lierent oracula Christi,  
Expositæque preces ante ora fuere Tonantis,  
Ac recitata fuit pia vox dominantis in aurem,
- 475 Mox bonitas indulsit, ope præsentem, medelam,  
Corpora deseruit membratim tabida clades,  
Qui potuere mori, subitæ rediere salutem,  
Et vigerunt spe, pede, viscere, lumine, voce,  
Ac languor moritur, viventi in carne sepultus,
- 480 Unde pater modicum pro visis sume tributum,  
Fenore vel minimo tolerans, dum debita solvo :  
Sed neque suscepit, neque repulit ille quod  
[offert ;  
Ante monasterii sed quam bene limen adiret,  
Captivis tribui redimendis pondera jussit.
- 485 Sic uno ex casu fert dona gemella beatus,  
His libertatem, dedit illis unde salutem,  
Ut modo captivis duris laxantia prænis,  
Ac concordi animo cecinerunt gaudia plausu.  
Hoc idem est mirum niteant si verba relatu.
- 490 Occurrit cellæ cum quidam e fratribus aliens,  
Carbone injecto ardebat fornacula sancti.  
Considet ergo celer, rapiens quasi lucra vaporis,
448. Edit. Ven., per tempora mille precatu.  
458. Sulpicius refert quod Lycontius centum argenti librus obtulit.  
491. Cod. Vat., carbone ingesto.  
504. Cod. Vat., se margine tendit.  
505. Edit. Ven., aut speculari.
- Inguine nudato, pede jacto, poplite passu.  
Vir sacer inclusus de cella protinus inquit .
- 495 Quis foris incestat nudus habitacula nostra,  
Corpore detecto, puro genu, et inguine nudo ?  
Quid fuit hoc, docti vos dicite, quæso, sophista :  
Martini ante oculos paries quæsi lintea luci,  
Aut quasi filo agiles contextit aranea telas,
- 500 Retia vel nexis per rara foramina illis ?  
Unde hic tam tenuis structura patescit biulca ?  
An se saxa levant, aut reddant scissa fenestram ?  
Seu duri lapides lento se glutine solvant,  
An casa materie vitreo se margine pandit ?
- 505 An speculari dedit, quo sanctus lumine transit ?  
An levior paries revoluto cessit in arcu ?  
Et stetit incolumis rapido suspensus in ictu ?  
Nobilis aut acies oculorum et marmora transit,  
Clarius ac visus per cuncta obstacula pergit ?
- 510 Penniger an clausi volitavit ad ora minister,  
Ac per opertum aperit, et in invia nuntius intrat ?  
An quia lumen erat, totum foris, intus habebat ?  
Carne sedente, loco velox an spiritus ibat ?  
Paulite, doctilloqui, comprehendite clausa di-  
[serti,
- 515 Qui numeris, atomis, ratione potestis, et ore.  
Ilic fugit ars oculos, nisi Christum, nulla videtis.  
Quanta Dei virtus, Martini est gratia quanta,  
Hæc ope mirificus homo complet, quod homo  
[nescit,  
Explicit hæc, fidei merito, quod et obstat origo.
- 520 Quod superest etiam, memoreter honore pa-  
[troni,  
Consummanda suo properat quia pagina textu  
Forte sacer residens per dura sedilia ligno,  
Prospicit hinc claras pendenti rupe gemellas,  
Tegmine pullatas, tristi terrore severas,
- 525 Fraude laborantes, jaculantes spicula fellis,  
Nequitæ artifices, rebus gravia arma sinistris,  
Voce venenata verba hæc anguina rotabant :  
Quid valet ira tumentis, eia te, Briccio, monstres ;  
Hoc iterum repetunt, donec male Briccio motus ;
- 530 Irruptis foribus, sancto et convicia vergit ;  
Jurgia multa movens, turbata mente, satelles,  
Se meriti melioris evans quam sanctus haberet,  
Sic gestu rabidus, neque se agnoscebat amarus,  
Vitæ gesta suæ temerarius arbiter inflans,
- 535 Intolerabilem per inania bombica jactans.  
Vento motus læra simulans foliatilis umbræ,  
Excussa cervice rigeus, levitate rebellis,  
Exagitans animum, pede jacto, pectore tenso,  
Irrationalis, tumido gliscente cothurno,
- 540 Nec se mente capax, sensu spatiantem vacillans,  
Inque sacerdotem truculenter acerba redundans,  
Sed quid in abjectum Martinum hæc turbida volvit ?  
Quid humilii, placido tam dira, superba minatur,
519. Quod. Ms., quid.  
Hid. Quod et obstat. Ed. Ven., quod obstat.  
523. Cod. Vat., sedilia ligni.  
523. Cod. Vat. Prospicit hinc larvas; quod tenendum.

- Cur animæ nimum dulci tot amara ministrat? A 585 Jugiter amplexu Christum corde, ore, retentus,  
Nec sine te patiens dominum discedere quoquam,  
Tecum semper habens vinctum pietate Tonantem;  
Astrictus precibus neque se solvebat amator,  
Cujus amica fides tantum tibi contulit arcis,  
590 Ut solem radiis et lunam cursibus æques,  
Quis splendore nitens, pulcher, quasi lucifer  
[axis,  
Ab fulgore Dei vir fulgidus ipse coruscas,  
Tegmine vir niveus, miro diademate fulvus -  
Supplicis ergo memor, famuli exauditor opime,  
595 Fortunati inopis, trepidi sibi sorte reatus,  
Morbida cui rabie circum sua crimina latrant,  
Et fera delicti penetrantibus ulcera mordent;  
Intercede, precor, veniam, vir adepte coronam.  
Eripe, pastor, ovem, ne clauda, vel extera  
[reates;  
600 Porrigo, celse, manum, rege gressum, dirige  
[sensum,  
Excessusque graves leviori examine penses,  
Ac potius pietas dives mi-erantio precetur.  
Mitis et exsortes placident fomenta medelæ;  
Inter et ipse Deum, atque reum mediator adesto,  
605 Delixis genibus, tensis ad sidera palmis,  
Vocibus inclusis, animis penetrantibus auras,  
Obtineas meritis; judex cum venerit orbis,  
Tu quoque jussus eris dextro residere sedili,  
Arbiter in populos, tributum pavor ante tribu-  
[nal :  
610 Qualiter effugiam, flamma stridente, caminum;  
Tunc precor, ut fragilem sacro velamine celes,  
Et tua me trepidum defendat ab igne lacerna.  
Nam scio posse reum quemvis tibi cedere Chri-  
[stum,  
Quem sociat proprio, mansura in sæcula,  
[regno ;  
615 Sis precor in Domino famuli memor, almae per  
[ipsum,  
Cujus erit tibimet lumen sine fine videndum.  
Da veniam, dulcis, pie, blande, benigne patrone,  
Condere dum volui, quia læsi carmine flores.  
Sed tua laus nullo breviabitur ampla relatu,  
620 Quam Deus in terris pariterque tetendit et  
[astris.  
Pone, libelle, modum, tepido verecunde relatu,  
Multiplices faciens diffuso stamine rugas,  
Nec bene flia ligans, nodo subit aspera tela,  
Hispida, cameli rigi'o quasi velere texta,  
557. Edit. Ven., *levitate rebellem*.  
558. Edit. Ven. *Pede juncto*.  
543. Edit. Ven., *Quid humilem, placidum tam*.  
546. Cod. Vat., *dirus erat graviter qui*.  
554. Cod. Vat. et Ven. Edit., *indulgentia fluxit*;  
quod sequendum.  
555. Cod. Vat., *lacrymando rigari*.  
577. Edit. Ven., *vivem miseris, etc.*  
591. Cod. Vat., *pulcher quam si lucifer exis*;  
quod sequendum.  
602. Cod. Vat., *pietas opalensis miserando*.  
611. Cod. Vat., *Tu, precor*.  
613. Cod. Vat., *deest nam*.  
621. Cod. Vat., *trepido verecunde*; quod sequendum.
- Cur animæ nimum dulci tot amara ministrat?  
545 Non decet hæc audire pium, neque ferre benignum.  
Errant tibi graviter qui melli absynthia miscent.  
Ille tamen, pietate calens, nihil intulit hosti,  
Excipit iratum placatus amanter amarum,  
Oblectans rapidum, et per mollia famina molecens,  
550 Et nescit non esse pater sine felle vel hosti :  
Qui tamen, exorante viro, larvisque fugatis,  
Dum redit ad mentem furiosus Briccio pridem :  
Pontifici occurrit voto, prece, corpore supplex.  
Sed bonitate pii celer indulgentia flexit.  
555 Non apud hunc opus esse diu lacrymando rogari :  
Aut prece multiplici veniam sperare nocenti,  
Qui magis expetiit culpas donare reatus,  
Credidit et damnum, quidquid non præstitit ultro;  
Hæc sua luera putans dimittere debita noxæ, B  
560 Obvius occurrens quærenti munera pacis,  
Irasci nulli cupiens, ignoscere cunctis,  
Fœdera sola ligans celer, et delicta relaxans;  
Effugiens ne quando sibi daret ultio damnum;  
Rem pietatis agens; satis est clementia vindex  
565 Quæ pia dona me ens, fieri non indiget ultrix,  
Quoniam aucta bonis, cui dos et gloria pax est.  
Vir tamen ipse sacer, pietatis ab agmine miles,  
Fœdera semper amans, et pacis in arma trium-  
[phaus.  
Supplicis ad vocem miserantia viscera laxat,  
570 Inque sinu veniæ trepidum mulcendo reduxit,  
Atque reum solita patria pietate, recepit.  
Hæc tua, dulcis, erant holocausta, sacraria, C  
[templa,  
Hæc tibi divitiæ, thesauri, regna, talenta,  
Flos odor, esca, sapor, mera, cinnama, balsama,  
[thura ;  
575 Hæc sacer omnis erat, hæc tota, hæc unica cura.  
Christum corde pio, Christum meditariæ ætu,  
Reddere nolle vicem, misereri et parcere culpa,  
Criminis indultor, veniæ memor, ara reorum,  
Sp. a miserabilium, fuga larvarum, arma sequen-  
[tum,  
580 Præda catervarum, errantium via, cura meden-  
[tum,  
Omnibus una salus, amor omnibus, unus amator,  
Quis tibi digna loqui valeat, quem mundus ho-  
[norat ?  
Quid, pia vir, satis est, cui laudis debitor orbis ?  
Quæque referre volens, neque totus id explicat  
[axis.  
528. Briccio. Ille Briccio a S. Martino educatus in  
Monasterio a puero, et postea sacerdos factus cum  
sibi compararet equos, et pueros, et puellas elegan-  
tiores, graviter propterea a S. Martino objurgabatur.  
Is ergo quodam die venit ad Martinum plenus furo-  
ris et insanix, a quo illum probris et maledictis pe-  
tens, parum absuit quin et manus eidem injiceret :  
se jactans eodem sanctiorem esse, quippe qui a  
puero vixisset in monasterio, nec, uti Martinus, mi-  
litiæ sordibus juvenis obsolevisset, nec senex visis  
et fabulis amfibus distineretur. Vide Sulpic. Dial. g.  
l. iii, c. 20.  
535. Cod. Vat., *intolerabiliter*; quod placet.  
536. Vento. Forte, *ventos*.

625 *Serica cum decuit Martini pallia duci,*  
*Aut prætexta micans, auro sub tortile, necti,*  
*Vel toga permixtis hyacinthina curreret albis,*  
*Pingere seu variam rosa, lilia, gemma co-*  
 [ronam.  
*Marcida lingua tacet, veniam tibi posce, li-*  
 [belle :  
 630 *Contentus tantum, Turonum pete mœnia sup-*  
 [plex :  
*Qua Martinus habet veneranda sepulcra sa-*  
 [cerdos ;  
*Cujus honor tumuli faciat sua rura tueri ;*  
*Qui pietatis opem tribuat, nam largus ubique.*  
*Scit nil esse meum, sua sed sibi dona recur-*  
 [runt :  
 635 *Sic tamen urgebis, ut adhuc temerarius intres. B*  
*Inde Parisiacam placide properabis ad arcem :*  
*Quam modo Germanus regit, et Dionysius olim,*  
*Si pede progredieris, venerato sepulcra Re-*  
 [medi,  
*Atque pii fratris complectere templa Medardi.*  
 640 *Si tibi barbaricos conceditur ire per amnes,*

672. Cod. Vat., *Fucit hic sua rura.*

655. Edit. Ven., *si tamen, urgeres, Cod. Vat., si tamen urgeris.*

637. S. Germanus episcopus Parisiensis obiit an. 576, ante quod tempus proinde hos de Vita S. Martini libros scripsit Fortunatus.

638. *Remedi.* Id est S. Remigii, episcopi Remensis.  
 639. S. Medardus, Noviomni episc., sepultus fuerat Snessione, ubique basilica in ejus memoriam incepta a Chilotario, perfecta est a Sigiberto; de qua videtur c. 20, l. ii.

642. *Augustam.* De Augusta agit Valserus Rerum August. l. i sub finem: cujus inter cætera hæc verba sunt: *Locus in latissima planitie clementer editus prope Vindonis et Lyci confluvium, Danubio ad commoditates vicinus, nec expositus nimia propinquitate ad pericula Germanicarum incursionum, Vindeliciæ mediullio, nomen Augustæ inditum, Vindelicorum cognomen additum, differentia aliarum urbium, quæ eodem nomine appellatæ, etc.* Vide Cluv. in Ger. Ant. Vindeliciæ et Norici cap. 4, ubi plura dixerit de Augusta, et citatum Valseri testimonium expendit.

Ibid. *Vindo.* Cod. Vatic., *quam Virdo et Licca fluentant.* Paul. Diac. item *Virdo* nominat, describens iter Fort. in Galliam l. ii Hist. Long., c. 13.

645. *Afræ.* Edit. Ven., *virginis Afræ.*

645. *Breonum.* Ibid., *Qua vicina sedent Breorum;* corrupte. Legesis quæ diximus in notis ad c. 1 l. i. Oper. Fortun.

647. *Valentini.* Browerus hunc esse illum interpretatur qui S. Severino, Noricorum apostolo, coævus ab Ægipio scribitur, ex abbate lectus episcopus Ravennarum, puta *Bavæ.* Unde pulsus, in Alpibus postea sancte vixit: in castro Magiensi vel Maiis vii idus Januar. depositus. Ejus Vita exstat apud Surium tom. IV, quam vide ad diem 4 Aug.

648. *Birrus amnis* (ait Cluv. Italia antiquæ lib. 1, cap. 20), nunc *Aicha*, in *Aisacum* apud vicum *Pyrhach* conflens, etc. Paulus Diac. hujusce fluvii mentionem facit Hist. Longobar. l. ii, c. 13.

650. Edit. Ven., *superbit Aminthus.* Cod. Vat., *Avuntus.* Cluverius corrigi *Aguntus.* Porro *Aguntus* (sublit Brow.) eo flexu jacet quo *Lugdunus, Toletus et Mediolanus, oppidum in Noricis, Plinio, Ptolomæo, Antonino celebratum;* cujus et Paul. Diac. mentionem facit in Hist. Lang. Cluverius in Germ. Antiq. Vin-

*Ut placide Rhenum transcendere possis et*  
 [Histrum,  
*Pergis ad Augustam, quam Vindo Lycusque*  
 [fluentant.

*Illic ossa sacræ venerabere martyris Afræ.*

*Si vacat ire viam, neque te Bajoarius obstat,*

645 *Qua vicina sedent Breonum loca, perge per*  
 [Alpem,

*Ingrediens rapido qua gurgite volvitur Œneus.*

*Inde Valentini benedicti templa require;*

*Norica rura petens, ubi Byrrus vertitur undis;*

*Per Draunum iter iter, que se castella supinant.*

650 *Hic montana sedens in colle superbit Aguntus,*

*Hinc pete rapte vias, ubi Julia tenditur alpes,*

*Altius assurgens, et mons in nubila pergit.*

*Inde Foro Julii de nomine principis exi,*

*Per rupes, Osope, tuas, qua labitur undis,*

655 *Et super instat aquis Reunia Tiliamenti,*

*Hinc Venetum salus, campestria perge per arva,*

*Sub montana quidem castella per ardua tendens.*

*Aut Aquilejensem si fortasse accesseris urbem,*

*Cantianos Domini mimium venereris amicos ;*

delici et Norici c. 4, hæc ait : *Inde ab oppido Lientz, quod Antonino est Loncium, xxii millia in occidentem solis Iiberni versus progredienti, conspicitur oppidum Doblach, quod Plinii, Ptolomæi atque Antonini interpretor Avuntum.*

651. *Julia.* Vide quæ adnotavimus ad c. 1 l. i.

653. *Foro Julii.* Forum Julii Romanorum colonia fuit, hodie vulgo *Cividad, sive Ciudad del Friuli* : quod vocabulum corrupte idem sonat ac *Civitatem fori Julii.* Cujus nominis originem et causam afferens Paul. Diac., l. ii, cap. 14, *hujus Venetiæ, inquit, Aquileia civitas exaltit caput, pro qua nunc Forum Julii, ita dictum quod Julius Cæsar negotiationis forum ibi statuerat, habetur.*

Ibid. Cod. Vat., *Domine principis* ; corrupte. In Ven. edit. posthac alii desunt versus, alii corruptissime leguntur.

654. *Per rupes, Osope, tuas.* Vulgo, mendosissime, *per rupes, gelidisque tuas.* Osopum, sive Osopium, castellum est ad fluvium Tiliamentum, haud procul a Ventonis vico, in Venet., et Austriæ Carinthiæque finibus.

Ibid. *Labitur.* Cod. Vat., *lambitur* ; quod tenendum.

655. *Reunia Tiliamenti.* Ex Cluverio sic correximus corruptissima vocabula *Reunatila montis.* Cui correctioni vel Cod. Vat. addit auctoritatem, qui legit *Reunia Tiliamenti.* Veneta quoque editio accedit prope, habens : *Reunia Tiliamenti.* Porro *Reunia,* ex eodem Cluverio, est oppidum, sive castellum, quod vulgo *Ragonia* vocatur in *Tilæmpti* sinistra ripa, cujus meminit Paulus l. iv, c. 58, et l. vi, c. 3. Leander in *Fori Julii Descript.* ita loquitur de *Reunia* referente Brow. : *Oppidum est Rheuna Tiliamento impositum ea parte qua mons imminens, et collis Primicianus annem stringunt, nomenque hoc loci lingua Celtica vadum significabat.*

658. Cod. Vat., *si forte accesseris* ; quod tenendum.

659. *Cantianos. Canitus. Cantianus. Cantianilla martyres qui cum essent ex illustri Anciorum progenie Aquilejæ, sub Diocletiano et Maximiano imp., capite plexi sunt,* ut habet ad diem XXI Maii Cæsar card. Baronius. Eorum acta feruntur sub Ambrosii nomine. De his et cl. Ruin. in præf. ad Acta sincera Martyr., n. 22.

- 660 Ac Fortunati benedictam martyris urnam :  
Pontificemque pium Paulum cupienter adora  
Qui me primævis converti optabat ab annis  
Si petis illud iter, qua se Concordia cingit,  
Augustinus adest pretiosus Basiliusque.
- 665 Qua mea Tarvisus residet, si molliter intras,  
Illustrem socium Felicem, quæso, require,  
Cui necum lumen Martinus reddidit olim  
Per Cenetam gradiens, et amicos Duplavenenses,  
Qua natale solum est mihi, sanguine, sede pa-  
[rentum,
- 670 Prolisorigo patrum, frater, soror, ordo nepotum,  
Quos colo corde, fide, breviter, peto, reide  
[salutem,  
Si Patavina tibi pateat via, pergis ad urbem ;  
Illic sacra Justinæ, rogo, lambe sepulera beatæ, B  
Cujus habet paries Martini gesta figuris :
- 675 Quove salutis opus celsò depende Joanni,  
Atque suis genitis sociis per carmina nostris.  
Illic tibi Brinta fluens, iter est Retenone se-  
[cundo ;  
Ingrediens Athesim Padus excipit inde phaselò,  
Mobilis unde tibi rapitur ratis amne citato.
- 680 Inde Ravennatum placitam pete dulcius urbem,  
Palpita sanctorum per religiosa recurrens,  
Martyris egregii tumulum Vitalis adora,  
Mitis et Urcisini ; Pauli sub sorte, beati ;  
Rursus Apollinaris pretiosi limina lambe,
- 685 Fusus humi supplex, et templa per omnia curre.  
Et pete Martini loculum, quo jure sacelli,
- A Jam desperatum lumen mihi reddidit auctor,  
Munera qui tribuit ; saltem, rogo, verba repende.  
Est ubi basilicæ culmen Pauli atque Joannis.
- 690 Hic paries retinet sancti sub imagine formam.  
Amplectenda ipso dulci pictura colore.  
Sub pedibus justì paries habet arte fenestram,  
Lychnus adest, cujus vitrea natat ignis in urna.  
Iluc ego dum propero, validò torquente dolore,
- 695 Diffugiente, gemens, oculorum luce fenestris ;  
Quo procul ut tetigi benedicto lumen olivo,  
Igneus ille vapor marcenti fronte recessit,  
Et præsens medicos blando fugat unguine mor-  
[bos,
- 700 Non oblita mihi mea lumina, munera sancti,  
Nam redit ante oculos oclorum cura fidelis,  
Et memor illud ero, dum luce et corpore consto.  
Promptius affectu, precor inde require sodales ;  
Si sociis loqueris, veniam pietate mereris,  
Porrigo materiam quibus hanc ego, ut ore ro-  
[tundo,
- 705 Martini gestis florentia carmina pangant ;  
Et claro ingenio texant spargenda per ortum.  
Vir radians meritis licet ille nec indiget istis,  
Gratia cujus ovaus ac fama iter occupat orbis,  
Arva capax, pelagus intrans, super astra co-  
[ruscans,
- 710 Distribuens miras populis pro stipe medelas,  
Qui Domino famulando suo capit omnia dono,  
Et quo Christus habet nomen, Martinus honorcum.

## C

Quis enim crederet, inquit, Padum ingredi Athesim ? — Idem Cluverius narrat, eos qui scripserunt *Retenone secundo* existimasse hunc amnem de quo hic Fortun. esse fluvium *Renone*, qui in ipsa urbe Vicentia, in Meduacum minorem, qui vulgo nunc *il Bachiglione* dicitur, transit. Verum non mihi hæc opinio improbanda videtur, cum Meduacus minor, in quem Reno influit, ex testimonio Cluverii et ut ipsi novimus, ad Patavium sese Brintæ admisceat, et cum ipsa in Adriaticum sinum se evolvat, ut proinde recte dixerit Fortun. : *Illic tibi Brinta fluens*, etc. Quod vero subditur : *ingrediens Athesim*, etc., malim ita dictum accipere ac si diceretur : *ingrederis Athesim* ; ut non de fluvio Pado sermo sit, qui Athesim ingreditur, sed ad libellum omnis dirigatur oratio. Et vero Fortunatus in oratione struenda licentior aliquando fuisse deprehenditur quam non solum metri, sed nec grammaticæ leges ferre videantur. Ita idem Fortunatus sic loquitur l. iv, c. 11.

Nam quotiens monachus peccati est vulneris fixus,

Missus ad artificem, certa medela fuit.

et in eam. de Virgin., pag. 268, ad illum versum : *Hanc Deus ingrediens*, etc., pari modo constructur oratio.

683. *Pauli sub. Cod. Vatic., parili sub.*

686. *Et pete. Ms., expete.*

695. *Fenestris. Ms., fenestræ.*

698. *Medicos. Forte medico.*

Ibid. *Cod. Vat., Et præens medicis.*

699. *Edit. Ven., munere sancti.*

661. *Paulum.* Vide quæ de Paulo pontifice Aquil. diximus in *Vita Fortun.*, n. 15.

666. *Felicem.* Lege quæ de Felice diximus, ib. n. 24.

668. *Cenetam.* Ms., *Cenedam* ; edit. Ven., *per semitam gradiens* ; corrupte. Videsis quæ diximus in *Vita Fortun.* n. 6.

675. *Joanni.* De hoc Joanne, si modo is episcopus Patavinus, uti videtur, fuit, nihil apud Ughellum in *Italia Sacra*. Is videtur sedisse inter Petrum Limianum et Virgilium, qui an. 570 interfuit concil. Aquileiensi, ab Helia patriarcha celebrato : de quo vide eundem Ughel.

677. *Retenone. Ms., Retinone.* Retenonis fluvii situm inquit Cluverius l. 1. *Italica Antiquæ*, c. 18, ac opidatur ex narratione *Æliani Hist. anim. l. xiv, c. 8*, antiquum illum Eretenum esse amnem qui Vicentiam inter ac Roveretum, paribus hinc inde intervallis, exorians, vulgari appellatione, *il Lagno*, sive *la Lagna*, nominatur ; qui a quatuor haud amplius millibus passuum (ait) *Vicentiam p. æterfluens, Montaniana, oppido abluto, duosque lacus transgressus, apud Anquillariam tandem oppidum, in Athesim confluit.*

678. Idem Cluverius vult ita esse legendum hunc Fortunati locum :

SI Patavina tibi pateat via, pergis ad urbem.

Hinc tibi Brinta fluens, iter est, Retenusque secun-  
[dus,

Ingrediens Athesim ; Padus excipit inde Phaselo :

Mobilis unde tibi rapitur ratis amne citato.

## LIBELLI SINGULARES

## DE EXCIDIO THURINGIÆ

EX PERSONA RADEGUNDIS.

## LIBER PRIMUS.

[ Fortunatus excidium Thuringiæ describit sub persona ac nomine Radegundis. Ejusdem in Hamalefredum patruelem absentem desiderium ac vota exprimit. Fratrem, injuste occisum, eadem Radegundes lugens inducitur, ac suprema funeris officia a se eidem minime impensa, miserabiliter conquerens. Postremo hæc alloquitur librum, ac orat ut exsulibus propinquis salutem dicat, et ab iisdem litteras ad se referat.]

- Conditio belli tristis, sors invida rerum,  
 Quam subito lapsu regna superba cadunt!  
 Aula palatino quæ floruit antea cultu,  
 Hanc modo pro cameris mœsta favilla tegit.
- 5 Quæ steterant longo felicia culmina tractu,  
 Victa sub ingenti clade, cremata jacent.  
 Ardua quæ rutilo nituere ornata metallo,  
 Pallidus oppressit fulgida tecta cinis:
- 10 Missa sub hostili Domino captiva potestas,  
 Decidit in humili gloria celsa loco  
 Stans ætate pari, famulorum turba nitentum  
 Funereo sordet pulvere, functa die.  
 Clara ministrorum stipata corona potentum,  
 Nulla sepulcra tenens, mortis honore caret,
- 15 Flammivomum vincens, rutilans in curribus au-  
 Strata solo recubat laticolor amati. [rum, B  
 Heu male texerunt inhumata cadavera campum,  
 Totaque sic uno gens jacet in tumulo!  
 Non jam sola suas lamentet Troja ruinas,
- 20 Pertulit et cædes terra Toringa pares.  
 Hinc rapitur laceris matrona revincta capillis,  
 Nec laribus potuit dicere triste vale.  
 Oscula non licuit captivo infligere posti,  
 Nec sibi visuris ora referre locis.
- 25 Nuda maritalem calcavit planta cruorem,  
 Blandaque transibat, fratre jacente, soror.  
 Raptus ab amplexu matris puer ore pependit,  
 Funereas planctu nec dedit ullus aquas.  
 Sorte gravi minus est, nati sic perdere vitam,
- 30 Perdedit et lacrymas mater anhela piæ.  
 Non æquare queo vel barbara femina fletu,  
 Cunctaque guttarum mœsta natare lacu.  
 Quisque suos habuit fletus, ego sola, sed omnīs  
 Est mihi privatæ publicus ille dolor.
- A 35 Consuluit fortuna viris quas percudit hostis,  
 Ut fierem cunctis una superstes ago.  
 Nec solum extinctos cogor lugere propinquos,  
 Hos quoque, quos retinet vita beata, floo,  
 Sæpe sub humecto collidens lamina vultu,
- 40 Murmura clausa latent, nec mea cura tacet.  
 Specto libens aliquam si nuntiet aurâ salutem,  
 Nullaque de cunctis umbra parentis adest;  
 Cujus in aspectu tenero solabar amore,  
 Solvit ab amplexu sors inimica meo.
- 45 An quod in absentem te nec mea cura remordet,  
 Affectum du'cem cladis amara tulit?  
 Vel memor esto, tuis primævis quævis ab annis,  
 Hamalefrede, tibi tunc Radegundes eram.  
 Quantum me quondam dulcis dilexeris infans,
- 50 Et de fratre patris, mate benigne, parens.  
 Quod pater extinctus poterat, quod mater haberi,  
 Quod soror, aut frater, tu mihi solus eras,  
 Prensa piis manibus, heu! blanda per oscula  
 Mulcebar placido flamine, parvo, tuo.
- 55 Vixerat in spatium, quo te minus hora referret,  
 Sæcula nunc fugiunt, nec tua verba sero.  
 Volv. bam rabidas illiso in pectore curas,  
 Ceu revocarer eis, quando, vel unde, parens?  
 Si pater aut genitrix, aut regia cura tenebat,
- 60 Cum festinabas, jam mihi tardus eras.  
 Sors erat iudicium, quia te cito, ebare, carerem,  
 Importunus amor nescit habere diem.  
 Anxia vexabar, si non domus una tegebat.  
 Egremente foras te, pavitasse vocas.
- 65 Vos quoque nunc Oriens, et nos Occasus ob-  
 Me maris Oceani, te tenet unda Rubri.

*De excidio Thuringiæ.* In Trevir. ms. hic erat titulus: *Item aliud incipit opus ejusdem Fortunati de excidio Thuringiæ*; ex Brow. Hic liber, sicut et duo consequentes, desunt in Ven. edit., et mss. Codicibus Vatic. Porro Thuringiæ excidium et causam ob quam reges Franc. Theudoricus et Chlotarius Thoringis bellum intulere, narrat Greg. Turon., lib. III

Hist. Franc., c. 7.

15. *Curribus.* Ms., *crinibus.*

16. *Amati.* Ms., *Ametya.*

55. *Vixerat in spatium* idem videtur significare ac horam quæ Hamalefredum non retulisset, visam Radegundi in longum spatium produci.

- Inter amatores totusque interjacet orbis,  
Hos dirimit mundus quos loca nulla prius.  
Quantum terra tenet, tantum divisit amantem,  
70 Si plus arva forent, longius isset iter.  
Este tamen, quo vota tenent meliora parentum  
Prosperius, quam te terra Thuringa dedidit.  
Iffic potius crucior validis onerata querelis,  
Cur mihi nulla tui mittere signa velis.
- 75 Quem volo, nec video, pinxi set epistola vultum,  
Aut loca quem retrahunt, ferret imago virum:  
Qua virtute atavos repares, qua laude propin-  
[quos,  
Ceu patre de pulchro ludit in ore rubor.  
Crede, parens, si verba dares, non totus abesses,
- 80 Pagina missa loquens, pars mihi fratris erat:  
Conciti munus habent, ego nec solatia fletus,  
O facinus! quæ dum plus amo, sumo minus.  
Si famulos alii, pietatis lege, requirunt;  
Cur ergo prætereare, sanguine juncta, parens?
- 85 Ut redimat Dominus verna, sæpe ipse per  
[Alpes  
Frigora concretas cum nive rumpit aquas:  
Intra in exesis umbratæa rupibus antra,  
Ferventem affectum nulla priora vetant.  
Et duca cum nullo, pede nudo, currit amator,  
90 Atque suas prædas, hoste vetante, rapit.  
Adversas acies et per sua vulnera transit,  
Quod cupit, ut capiat, nec sibi parcat amor.  
Ast ego pro vobis momenta per omnia pendens,  
Vix curæ spatio, mento, quiete fruor.
- 95 Quæ loca te teneant, si sibilat aura, requiro,  
Nubila, se volites, pendula posco locum.  
Bellica Persidia, seu te Byzantion optat,  
Ductor Alexandræ seu regis æthis opes?  
An Hierosolymæ resides vicinus ab arce,
- 100 Qua est genitus Christus, virgine matre, Deus.  
Quoque hæc nullatenus patefecit littera chartis,  
Ut magis hinc gravior sumeret ærma dolor.  
Quod si signa mihi nec terra, nec æquora mit-  
[tunt,  
Prospera vel veniens nuncia ferret avis!
- 105 Sacra monasterii si me non claustra tenerent,  
Improvisa aderam, qua regione sedes.  
Prompta per undifragas transissem puppe pro-  
[cellas:  
Fiatibus hibernis, læta moverer aquis.  
Fortior eluctans pressissem pendula fluctus,
- 110 Et quod nota timet, non pavisset amans.  
Imbribus infestis si solveret unda carinam,  
Te peterem, tabula remige vecla mari.  
Sorte sub infæusta si prædere ligna vetarer,  
Ad te venissem, lassæ, natante manu.
- 115 Cum te respicerem, peregrina pericla negassem,  
Naufragii dulcis mihi relevasses onus:
- A Aut mihi si querulam raperet sors ultima vitam,  
Vel tumultum manibus ferret arena tuis.  
Ante pios oculos issem sine luce cadaver,  
120 Ut vel ad exsequias commoverere meas.  
Qui spernis vitæ fletus, lacrymatus humares;  
Atque dares plangit, qui modo verba negas.  
Quid fugio memorare, parens, quid differo  
[luctus?  
De nece (a) germani cur dolor alta taces?
- 125 Qualiter insidiis insons cecidisset iniquis,  
Oppositaque fide raptus ab orbe fuit.  
Et mihi quare novo fletus referendo sepultos,  
Atque iterum patiar dum lacrymando lo-  
[quor?  
Ille tuos cupiens properat dum cernere vultus,
- B 150 Nec suus impletur, dum meus obstat amor  
Dum dare dura mihi refugit, sibi vulnera fixit:  
Lædere qui timuit, causa doloris adest.  
Percutitur juvenis tenera lanæginie barbæ,  
Absens nec vidi funera dira soror
- 135 Non solum amisi, sed nec pia lumina clausi,  
Nec superincumbens ultima verba dedi  
Frigida non calido tepesci viscera fletu,  
Oscula nec caro de moriente tuli.  
Amplexu in misero neque collo flebilis hæsi,
- 140 Aut fovi infausto corpus anhela sinu.  
Vita negabatur, quia jam de fratre sorori  
Debit egrediens halitus ore rapti.  
Quid feci, ut non comes irem lecta pheretro,  
Non licet extinctam vel meus ornet amor?
- C 145 Impia, crede, tuæ rea sum, germane, salutem  
Mors cui sola fui, nulla sepulcra dedi.  
Quæ semel excessi patriam, bis capta remansi,  
Atque iterum hostes, fratre jacente, tuli.  
Time pater, ac genitrix, et avunculus, atque  
[parentes,  
Quos sterem in tumulo, reddidit iste dolor.
- 150 Non vacat ultra dies lacrymis, post funera fratris,  
Qui secum ad manes gaudia nostra tulit.  
Sic miseræ dulces consummavere parentes,  
Regius, hac serie, sanguis, origo fuit.
- 155 Quæ mala pertulerim, neque præsens ore re-  
[ferrent,  
Nec sic læsa tuo consulor alloquio.  
Quæso, serenè parens, vel nunc tua pagina  
[currat,  
Mitiget ut validam lingua benigna tuem.  
Deque tui similis mihi cura sororibus hæc est,
- 160 Quas consanguineo cordis amore colo,  
Nec licet amplecti quæ diligemembra parentum,  
Osculor aut evide lumen utrumque, soror.  
Si velut opto, manent, superis rogo redde sa-  
[lutes,  
Fæque meis votis oscula chara feras.

71. Parentum. Fortunatus parentis nomen ponit pro consanguineo et propinquo, sicut et supra, et in seq.

125. De fratre Radegundis, occiso a Clotario, aliquid diximus in Vita Fortun., n. 59.

134. Percutitur. Mss. percussit.

145. Radegundis eadem fratris ascribit culpam suam, quod eundem et Gallia excedere cupientem, charitate sua et amore retinisset.

165. Superis pro superstitibus posuit.

- 165 Ut me commendes Francorum regibus oro, A  
 Qui me materna sic pietate colunt.  
 Tempore longævo vitalibus utere flabris,  
 Et mea de vestro vernet honore salus.
- 170 Dulcibus et redeat littera picta notis.  
 Ut quem tarda spes cruciat per tempora longa,  
 Hanc celeri cursu vota secuta levent.

165. Optare Radegundis videtur ut Hamalefredus Francorum regibus se ipsam commendat, quamvis cæteroquin horum erga se esset perspecta pictas ac bonitas. Dicendum itaque inter reges Francos et Hamalefredum ullam necessitudinem aut litterarum

commercium intercessisse. Hamalefredus militabat, idque in Oriente, ut infra dicemus; unde Radegundis lib. III, sic ad illum, jam mortuum, loquitur:

Militiæque tuæ hanc mihi mittis opem?

## LIBER SECUNDUS.

AD JUSTINUM \* JUNIOREM IMPERATOREM ET SOPHIAM, AUGG.

[Hoc poema suum Fortunatus a gloria augustissimæ et individuæ Trinitatis auspiciatur, tum Justinii imp. laudes complectitur, atque ejus imprimis orthodoxam sententiam, ac pro tuenda religione pias curas et diligentiam commendat. Idem post Sophiæ Augustæ laudes celebrat, a qua partem Dominicæ crucis dono missam Radegundi fuisse commemorat, et ejus propterea in totum Occidentem, beneficentiam extollit: et ad extremum vota facit, Radegundis nomine, pro imperii eorumdem diuturnitate ac felicitate.]

- Gloria summa Patris, Natique, ac Spiritus almi, B  
 Unus adorandus hac Trinitate Deus.  
 Majestas, persona triplex, substantia simplex,  
 Æqualis, consors atque coæva sibi.
- 5 Virtus una manens eadem, tribus una potestas,  
 Quæ Pater, hæc Genitus, Spiritus ipsa potest;  
 Personis distincta quidem, conjuncta vigore,  
 Naturæ unius, par ope, luce, throno.  
 Secum semper erat Trinitas, sine tempore  
 [regnans,
- 10 Nullius usus egens, nec capiendo capax.  
 Gloria summa tibi, rerum sator, atque redemptor,  
 Qui das Justinum, justus, in orbe caput.  
 Rite super reges dominantem vindicat arcem,  
 Cœlesti regi qui famulando placet.
- 15 Quam merito Romæ Romanoque imperat orbi, C  
 Qui sequitur, quod ait dogma cathedra Petri?  
 Quod cecinit Paulus passim, tuba millibus una,  
 Gentibus et stupidis fudit ab ore salem.  
 Cujus quadratum linguæ rota circuit axem,
- 20 Eloquiiq; fide frigida corda calent.  
 Gloria summa tibi, rerum sator atque redemptor,  
 Qui das Justinum, justus in orbe caput.  
 Ecclesiæ turbata fides, solidata refulget,  
 Et redit ad prisce lex veneranda locum.
- 25 Reddite vota Deo, quoniam nova purpura, quid-  
 [quid  
 Concilium statuit Chalcedonense, tenet.  
 Hoc meritis, Auguste, tuis et Gallia cantat,  
 Hoc Rhodanus, Rhenus, Ister et Albis agit.  
 Axe sub occiduo audivit Gallicia factum,  
 30 Vascone vicino Cantaberista refert.  
 Currit ad extremas fidei pia fabula gentes,  
 Et trans Oceanum terra Britannia favet.  
 Quam bene cum Domino curam partiris amatur?  
 Ille tuas causas, tu facis ecce suas.
- 35 Dat tibi Christus opem, tu Christo solvis ho-  
 [norem:  
 Ille dedit culmen, reddis et ipse fidem.  
 Nil fuit in terris, quod plus daret ille regenti;  
 Nec quod plus reddas, quam valet alma fides.  
 Exsilio positi Patres pro nomine Christi
- 40 Tunc rediere sibi, cum diadema tibi  
 Carcere laxati, residentes sede priori,  
 Esse ferunt unum te generale bonum.  
 Tot confessorum sanans, Auguste, dolores,  
 Innumeris populis una medela venis.
- 45 Thrax, Italus, Scythia, Phryx, Daga, Dalmata,  
 [Thessalus, Afer,  
 Quod patriam meruit, nunc tibi vota facit.

\* Ad Justinum Juniorem. Hoc carmen plerique referunt sub nomine *Hodæporicon*, uti adnotavimus in Prælat. Porro quæ occasio fuerit hujusce carminis scribendi diximus in Vita Fort., n. 55. Ab eodem Justino et Sophia vel urbi Romæ lignum sanctæ crucis dono ini-sum, adnotavimus ad c. 21 l. 1.

46. Theophaues ad an. 1 Justinii: Justinus, ait, bene sensit in omnibus de fide. Is successit Justiniano an. 506.

28. *Albis*. Albis, Alemanniæ flumen; de quo Sidonius Apollinaris in Panegyrico, recitato coram Avito Augusto, ait:

Chattumque palastri  
 Alligat Albis aqua...

39. Justinus vix atque adeptus imperium est, cum videret Ecclesiam, ob tria nota Capitula, dissoni- nibus mire vexari, silentium indixit partibus, edicens: *Ut nemo deinceps ullo prætextu propter personas aut syllabas rixaretur. Quibus verbis* [subdit D] *Pagius ad an. 566) Theodori personam, utamque scriptis Theodoretis atque Ibe sorte intellexit, nec non questionem, nuperrime exortam de corpore Christi corruptibili vel incorruptibili. Una enim syllaba Romani imperii antistites nobilissimos in exsiliium procul a suis sedibus deportaverat. Hosce exsules indicare videtur hoc loco Fortun. Lege em. card. Noris., Dis. de Syn. quinta, c. 9, part. II*



Hæc tua laus, princeps, cum sole cucurrit in A  
 Quo genus est hominum, huc tuus intrat honor.  
 Gloria summa tibi, rerum sator atque redemptor,  
 50 Qui das Justinum, justus, in orbe caput.  
 Cui meritis compar nubens felicibus annis  
 Oblinet augustum celsa Sophia gradum.  
 Quæ loca sancta pio, fixo colit, ornat amore,  
 Et facit hoc voto se propiare polo.  
 55 Cujus prima fides orientis ab axe coruscans,  
 Misit ad occasum fulgida dona Deo.  
 Regina poscente sibi Radegunde Toringa,  
 Præbuit optatæ munera sacra crucis.  
 Qua Christus dignans assumpta in carne pependit,  
 60 Atque cruore suo vulnera nostra lavit.  
 Gloria summa tibi, rerum sator atque redemptor,  
 Quod tenet augustum celsa Sophia gradum.  
 O pietas, huc usque rigans de fonte benigno  
 Cujus amor Christi fundit ubique fidem !  
 65 Ecce pari voto, Augusti certatis utrinque.  
 Ipsa tuum sexum subrigis, ille suum.  
 Vir Constantinum, Helenam pia femina reddis.  
 Sicut honor similis, sic amor ipsæ crucis.  
 Illa invenit opem, in spargis ubique salutem ;  
 70 Implet et occasum, quod prior ortus erat.  
 Gloria summa tibi, rerum sator atque redemptor,  
 Quod tenet augustum celsa Sophia gradum.  
 Per te crux Domini totum sibi vindicat orbem ;  
 Quo nescita fuit, hoc modo visa teget.

52. Cui. Ms., *Hinc.*

75 Accessit genti major fiducia Christi,  
 Quando salutis opem spes oculata videt.  
 Sensibus o duplicata fides, cum munere vestrum  
 Plus animæ credant, quod, cruce teste, pro-  
 [bant.  
 Hoc, Augusta, colens, quod Apostolus instat arare  
 80 In ligno, hic verbo lætificatis agrum.  
 Illic jam fama favet, qua se septentrio tendit,  
 Ortus et Occasus militat ore tibi.  
 Illinc Romanus, hinc laudes Barbarus ipse,  
 Germanus, Batavus, Vasco, Britannus agit.  
 85 Pars tua cum cruce sit florens Augusta per ævum,  
 Cui facis extremis crescere vota locis.  
 Hanc prostrata loco, supplex Radegundis adorat,  
 Et vestro imperio tempora longa rogat.  
 Atque rigans lacrymis, conjuncta sororibus  
 [optat,  
 90 Ut hinc vestra fides gaudia larga mereat.  
 Felix Justino maneat cum principe conjux,  
 Ordine patricio cincta, Sophia, sacro.  
 Romula regna regens, tribuit sua jura senatus,  
 Teque sibi dominam plebs trabeata colat  
 95 Vota superna Deus votis felicibus addat,  
 Nec vobis pereat quod Radegundis amat.  
 Assiduo cantu quæ pulvere fusa precatur,  
 Temporibus largis ut tibi constet apex.  
 Voto, animo, sensu, studio bona semper  
 [agendo :  
 100 Sit tibi cura sui, sit memor illa tui.

C

63. Subrigis. Ms., *surrigit*

## LIBER TERTIUS.

AD \* ARTACHIN.

[Radegundes hoc in poemate dolorem suum pro Thoringiæ excidio ac gentis suæ clade exprimens induci-  
 tur ; tuam spem suam, quam in germano fratre et Hamalfredo patruo (qui superstites ex domo ejus fue-  
 rant), positam habebat, una cum illis extinctam fuisse dicit ; et eorum casum deflet acerbissime. Rogat  
 postremo Artachin, quem nepotem appellat, ut in eorum locum, quos arctiore necessitudine propluquos  
 habebat, charitate ac cæteris officiis succedat.]

Post patriæ cineres et culmina lapsa parentum, D  
 Quæ hostili acie terra Toringa tulit :  
 Si loquar infausto certamine bella peracta,  
 Quas prius ad lacrymas femina rapta trahar ?  
 5 Quid mihi flere vacet pressam hanc funere gen-  
 An variis vicibus dulce ruisse genus ? [tem ?

Nam pater ante cadens, et avunculus inde secutus,  
 Triste mihi vulnus fixit uterque parens.  
 Restiterat germanus apex, sed sorte nefanda  
 10 Me pariter tumulo pressit arena suo.  
 Omnibus extinctis, heu viscera dura dolentis !  
 Qui super unus eras, Hamalfredo, jaces ?

\* Ad Artachin. Ms., *Artachin*. Hoc poema inscribitur apud Trithemium *De excidio Thuringiæ*. Ms. Trevir. reponit : *Artarchi, Radegundis nepoti*. Ex Brow.

7. Avunculus Radegundis, seu patruus erat Hermenefridus, qui postea de muro Tulbiacensis civitatis præcipitatus, interit ; opera et dolo (ut credi-

tum fuit) Theodorici regis. Leg. Greg. Tur. l. III, c. 7 et 8.

14. Videtur Radegundes hoc loco indicare superiorem ep. suam, seu carmen, quod scripserat ad Hamalfredum, ignorans ubinam esset locorum ; cui epistolæ pro responso nuntium de obitu Hamalfredi acerbissimum retulerat.

Sic Radegundis enim, per tempora longa, requi- A  
 Pertulit hæc triste pagina nostra loqui. [ror,  
 15 Tale venire diu expectavi munus amantis,  
 Militiæque tuæ hanc mihi mittis opem.  
 Dirigis ista meo nunc serica vellera penso,  
 Ut dum fila traho, soler amore soror?  
 Siccis consuluist valde tua cura dolori,  
 Primus, et extremus nuntius ista daret?  
 Nos aliter lacrymis per vota cucurrimus amplis,  
 Venerat optanti dulcia, amara dari.  
 Anxia sollicito torquebar pectora sensu,  
 Tanta animi febris his recreatur aquis.  
 25 Cernere non merui vivam, nec adesse sepulcro,  
 Perferor exequiis altera damna tuis.  
 Cur tamen hæc memorem tibi, chare Artarchis  
 [alunne, B

Fletibus atque meis addere flenda tuis?  
 Debueram potius solamina ferre parenti,  
 30 Sed dolor extincti cogit amara loqui.  
 Non fuit ex longa consanguinitate propinquus,  
 Sed de fratre patris proximus ille parens.  
 Nam mihi Bertharius pater, illi Ermenefredus,  
 Germanis geniti, nec sumus orbe pari.  
 35 Vel tu, chare nepos, placidum mihi reddere pro-  
 [pinquum,  
 Et sis amore meus quod fuit ille prius  
 Meque monasterio missis, rogo, sæpe requiras,  
 Ac vestro auxilio stet locus iste Deo.  
 Ut cum matre pia vobis hæc cura perennis  
 40 Possit in astrigero reddere digna throno.  
 Nunc dum distribuat vobis sollicitibus ut sit  
 Præsens larga salus, illa futura decus.

16. In libro de excidio Thuringiæ dicitur Hamalefredum in Oriente degisse: nunc secutus ipse militiam narratur. Videtur itaque sub imperatoribus Orientis stipendia meruisse, et fortasse in bello occubuisse.

35. An hic Artachis, seu Artarchis filius dicendus est sororis Hamalefredi? quam forte indicat Radegundes illo versu:

Ut cum matre pia vobis hæc cura perennis, etc.

Illa enim, fortasse fratrem secuta in Orientem, alicui Græcorum nupsit; præsertim cum et vocabulum *Artarchis* a Græcæ linguæ sono non discrepet.

Sane Radegundi ipsi nec frater ullus, nec soror erat superstes, ut ex his nepotem habere posset. Aut igitur is Hamalefredi filius erat, aut sororis ejus. Ac si Radegundes lib. 1 Hamalefredi, et sororum ejus, pro charitatis necessitudine, non dubitat dicere se sororem, his verbis:

Deque tui similis mihi cura sororibus hæc est,  
 Quas consanguineo cordis amore colo.  
 Nec licet amplecti quæ diligo membra parentum,  
 Osculor aut avide lamen utramque, soror.

quidni eadem horum alicujus filium nepotem suum potuit dicere?

## LECTORI BENEVOLO.

Cum superiore volumine ea comprehenderimus quæ Browerus antehac ediderat, nec non additamenta alia, quemadmodum in præfatione huic nostræ Editioni præfixa indicavimus, hoc altero volumine Vitas sanctorum complexi sumus, quas a Venantio Fortunato conscriptas fuisse constat, nec non opuscula alia quæ ejus sub nomine circumferuntur, aut ab aliquibus eidem attributa fuisse accepimus. Ita quæ dispersa alienis in operibus, et scriptis continebantur, opuscula Fortunati, universa habes, amice lector, hoc volumine comprehensa. Ac ne ulla in re te fraudatum merito conqueri posses, adjecimus vel doctissimas notas, quibus cl. Editores eadem illustrarunt, aliquid etiam vel de nostro ingenio, ubi opportunum videbatur, addentes; qua in re aliquam a te gratiam inituros non dubitamus. Postremo autem loco carmen, de *Phœnice* inæscriptum, pro cumulo huic volumini adjecimus (a): quod cum primo prætermittere decrevissemus, non solum quod vulgo Lactantio tribuatur, sed etiam quod nullis in mss. Codd. nostro Fortunato assignatum reperitur, quin et styli dissimilitudo a stylo Fortunati, ut nostra fert sententia, id dissuadeat, uti suo loco adnotabimus, postea visum est vel istud huic volumini assuere, quod nonnulli, licet pauci, illud, ut auctori suo, ascribant ipsi Fortunato, quo nihil eorum quæ sub ejus nomine venditantur, et ad notitiam nostram pervenerunt, deesset huic Editioni, quam optamus cumulatorem accuratoremque præ cæteris, quæ antehac adornatæ fuerunt, publicam in lucem prodire. Interea vale, benigne lector.

(a) Hæc carmen dedimus inter Lactantii opera, Patrologiæ tom. VII. Hic ergo omittemus.

# VENANTII HON. CLEM. FORTUNATI

PICTAVIENSIS EPISCOPI

## OPERUM OMNIUM

### PARS SECUNDA

VITAS SANCTORUM COMPLECTENS.

#### IN VITAM S. HILARII EPISCOPI PICTAVIENSIS PRÆMONITIO.

*Sancti Hilarii Vita, quam hic subjicimus, duos in libros divisa est, quorum uterque Pascentio, episcopo Pictaviensi, nuncupatus deprehenditur; et uterque Fortunati, auctoris sui, nomen præ se fert. Incertum tamen maxime an unus et idem Fortunatus fuerit qui scripserit utrumque, an unus et idem Pascentius sit cui uterque inscribitur. Nam ut mōnent cl. Editores Operum sancti Hilarii Edit. Paris. an. 1693, plures post Hilarium leguntur fuisse Fortunati, et duo item Pascentii Ecclesiæ Pictaviensi diversis temporibus præfuisse ex Annalibus Aquitanicis comperiuntur. Unus scilicet discipulus ipsius Hilarii, et ejus in sede Pictaviensi successor, et alter, qui Radegundis, atque adeo Fortunati nostri ætate Ecclesiæ illi præfuit. Primum spectare videtur auctor libri primi Vitæ sancti Hilarii, cum ait ad illam conscribendam rogatu Pascentii accessisse, quem sacratissimus Hilarius ab ipsis cunabulis, ante sua vestigia, quasi peculiarem vernulam, familiãriter enutrivit. Quanquam, ut doctissimi monachi e congr. sancti Mauri, post Bollandum, advertunt, illa verba significare possunt Pascentium a puero in clero Pictaviensi, quasi sub custodia ac tutela sancti Hilarii educatum fuisse. Ac sane haud dissimili modo ipse Venantius Fortunatus appellat Gregorium Turonensem Juliani martyris alumnum, quod is suum illum patronum adoptasset, ut indicat hic versus car. 3 lib. v :*

Martino proprium mittit Julianus alumnum.

*Alterum est, quod indicare videtur Pascentium, de quo in hoc primo libro sermo est, seniorem illum fuisse, quod auctor hujusce libri, se profitens sancti Hilarii eloquentiæ et virtutibus exprimendis imparem, dicat: Equabilis fuisset hæc beato Ambrosio de fraire scribenda mandare; quæ verba indicare videntur Pascentium illum coævum divo Ambrosio fuisse. Verum equis non videat id illum optasse, ut Vita sancti Hilarii Ambrosio potius, qui ejus, episcopali honore, frater fuerat, et in doctrina Ecclesiæ adversus Arianos defendenda socius, conscribenda demandata fuisset, quam a se scriberetur, qui et loco et eloquentia ab illo vincebatur? jam vero, quod magis confirmat rem, loquitur de Ambrosio tanquam de illo qui adhuc superstes non esset. Subdit quippe post allata verba, cui verba florebant. Hilarium vero antiquissimum pastorem appellat; quod utique non dixisset, si ætate Ambrosii vixisset. Postremo, ut animadvertunt præfati Edd. Operum sancti Hilarii, viro Ambrosii synchrono, haud licuisset de concilio Biterrensi, deque Saturnino Arelatensi, aut de congressu cum Auxentio, in Vita sancti Hilarii, verbum nullum facere. Postremo stylus ipse quartum seculum non sapit. Ex quibus conficitur Pascentium cui liber iste inscribitur haud esse illum qui vivebat Hilarii ætate, atque ipsum excepit in Pictaviensi sede.*

*Quinam autem Fortunatus elucubravit librum primum Vitæ sancti Hilarii, non una est omnium opinio. Sunt enim qui, cum liber iste Pascentio nuncupatus sit qui Ecclesiam Pictaviensem regebat, quo tempore venit in Galliam Venantius Fortunatus, huic illum attribuant, præsertim cum ejus notissimum studium ac labor sit in Vitis sanctorum conscribendis. Bollandus hunc primum librum Vitæ sancti Hilarii forte a Justo, presbytero et discipulo sancti Hilarii, de quo Buchetus passim in Annalibus Aquitanicis, et Saussains die 25 Novembris, conscriptum, tum a Venantio Fortunato ex archivis Pictav. Ecclesiæ erant et perpolitum opinatur fuisse. At scriptores Hist. Litt. Franc., t. I, pag. 301, Edit. Paris., malunt a Fortunato Vercellensi, incertæ sedis episcopo (qui in Galliam se receperat, atque illic vivebat, antequam in Galliam adveniret Venantius Fortunatus), eum esse conscriptum, a quo et Vitom sancti Marcelli, episcopi Parisiensis, elucubratam fuisse contendunt, et quidem id sentiunt rationibus adducti haud contemnendis. Nam, 1° non unus atque idem stylus primi et alterius libri apparet, ut patet conferenti. 2° in Vitæ prologo eadem elucet vis ingenii, ac studium, et indoles scribendi, quæ in prologo Vitæ sancti Marcelli (quanquam quid de auctore Vitæ sancti Marcelli sentiendum sit dicitur suo loco). 3° Etsi utriusque libri de eodem sancto Hilario sint conscripti, alter tamen ab altero nullo modo p̄ndet, nec in alterutro fit alterius mentio; quod non esset, si ab eodem Ven. Fortunato utriusque elucubrati fuissent; quin imo et sejuncti in quibusdam Hss. reperiuntur.*

At omnes fere conveniunt lib. II Vitæ sancti Hilarii Venantio Fortunato esse ascribendum, cum sapienter sane stylum Fortunati ejusdem, a quo proinde, seu additamentum quoddam, superiori libro, a Fortunata Vercellensi elucubrato, censent adjunctum fuisse. Illud unum videtur obstare, quod Greg. Turouensis hujusce secundi libri, e quo *Miracula sancti Hilarii* deprompsit, mentionem faciat lib. de Gl. conf., cap. 12, iis scribis: Virtutes multas ad sancti Hilarii sepulcrum ostensas narrari, quas liber Vitæ ejus continet: nec citet nomen Venantii auctoris sui, cum tamen solemne eidem fuerit, quotiescunque elucubratum ab ipso aliquid promeret, nomen quoque amicissimi sibi viri adnotare. Supra citati scriptores *Hist. litt. Franc.* id factum putant, quod cum alter circumferretur liber de Vita sancti Hilarii, ne hujus quoque auctor Venantius crederetur, consulto ejus nomen, vel cum sermo esset de altero libro Vitæ sancti Hilarii, quem ipse Venantius elucubraverat, contulit. Verum quidquid ejus rei causa fuerit, certe silentium Greg. Turon. tanti non est, ut eo ducti librum secundum Vitæ sancti Hilarii, omnium fere suffragiis Venantio attributum, ac styli affinitate commendatum, eidem abjudicemus, præsertim cum et cætera omnia cum temporibus Fortunati concordent. Adde, quod idem Gregor. Turon., lib. II *Hist. Franc.* num. 31, memoret librum Vitæ sancti Remigii, suppresso auctoris nomine, quem tamen Fortunati esse, cum Bollandistis censemus, ut ostendetur in notis ad Vitam sancti Remigii.

Interea utrumque librum Vitæ sancti Hilarii hic subjicimus, ut exstant præfixi Operibus ejusdem sancti Hilarii Paris. 1675, cum notis cl. Editorum; quibus si quid vel a nobis interdum addendum videbitur, Edit. subjiciemus.

## VITA SANCTI HILARII

### EPISCOPI PICTAVIENSIS \*

#### LIBER PRIMUS.

##### † PRÆFATIO.

Domno sancto, et meritis beatissimo patri <sup>e</sup> Pascentio papæ, Fortunatus.

1. Religiosi pectoris studio sollicitante communitus, papa beatissime, divinis in actibus cum sacri conversatione propositi jugiter exercitaris intentus, et intendis exercitandus, ut facile sit perspicuum ad culturam ecclesiasticæ disciplinæ et fuisse te genitum, et esse provecium, cum inefragabiliter veteris dispositionis catholici dogmatis fundamenta custos observas, et ad ædificationem plebis amantissimæ, veluti bonus instructor, adjiciendo aliquid, culmen fabricæ continuare festinas, non sine timore divino, cujus operis amore præventus me dignatus es perurgere quo de actibus sacratissimi viri Hilarii confessoris, qui te ab ipsis cunabulis ante sua vestigia, quasi peculiarem vernulam, familiariter nutrit, ut impensi muneris vel verba rependerem <sup>d</sup>, et si non plene, vel quadam ex parte complexa perstringerem, quatenus dum gregis auribus vox quodam

A modo et vita pastoris antiquissimi resonaret, et ille probaret ministerium, et ipse tuum non celares affectum.

2. Sed cum mei ingenii brevitatem mensuro, adeo beati Hilarii immensitatem fortem cognosco, ut pene mihi videatur æquale tam istud posse dicere, quam digito cælum tangere, præsertim quod etiam beati, ut audio, Hieronymi torrens illud eloquium recusaverit attentare, qui huic materiæ se imparem eatenus judicaverit, ut taceret Ego vero, cui nullius scientiæ irrigua fluentia succurrunt, quem vix stillicidii pauperis attenuata gutta perfundit, nihil proprio de fonte respirans, qua temeritate inter ingentia lumina, Euphratem beati Hilarii, et Nilum Hieronymi, siccos velim cursus extendere, cum de illo etiam doctissimi viri quidquid dicere potuerunt minus est quam meretur? Et cum vram sanctissimum consultus mihi sit mirari quam loqui, æquabilis fuerat hæc beato Ambrosio de fratre scribenda mandare, cui verba virtutibus conjuncta florebant. Tamen etsi cum mea verecundia vobis quidem obedientiam, et illi impendo, de quo non

\* In Mss. Colb.: Vita sancti Hilarii a servo suo Fort. presbytero, postea episcopo. MON. CONGREG. S. MAUR.

† Præfationis hujus loco in cod. Compendiensi ab annis circiter 800 scripto, brevior exstat prologus, quem, mendosum licet, hic attexere nonnihil juverit: Prologus ex gestis sancti Hilarii Pictaviensis episcopi et confessoris, Idus Januarii. Beatissimi Hilarii confessoris Vitam, vel Opera non unius sed multorum relatione comperimus in laudem Domini nostri Jesu Christi memoria traditam, et bellatorem Christianorum opusculis contra Arii perfidiam luculentissime flore defloratum, et in multiplicia in eis ad veræ fidei confessionem texere gesta. Hujuscemodi re [forsan, rei] beatus Hieronymus maximus stipulator enitet. Qualiter vel quomodo in synodo Ariminensi, temporibus

Constantii principis, sub Tauro præfecto, miles Christi dimicavit, exiliumque pertulerit Phrygiæ, iustrumque exsulaverit, omnibus rectæ, piæque fidei sequacibus notum habetur. Prologum huic Vita excipit, Fortunati verbis expressa, iis tamen identidem mutatis. IDEM.

† Hic Pascentius ex abbate basilicæ sancti Hilarii successit in sede Pictaviensi Pientio circa an. 564 vita functo, ut refert Cointius; idque ex mandato regis Chariberti, ut narrat Greg. Tur., lib. IV *Hist. Franc.*, cap. 48. Hæc Vita proinde scripta fuit ante an. 568, quo in sede Pictaviensi sedebat Maurovus, successor Pascentii.

‡ Aliquot Mss., rependeres, seu rependeris. Tum: Etsi non plene, vel ex parte perstringam. S. MAURI.

æque loquor, fortasse injuriam; sed concedi per veniam credidimus, quod devotione peccatur. Et ne protracta pagina fastidium potius generet quam provocet auditorem, nunc de ejus Vita proponamus.

### INCIPIT LIBER.

3. Igitur beatus Hilarius, Pictavorum urbis episcopus, regionis <sup>a</sup> Aquitanicæ oriundus fuit, quæ ab Oceano Britannico fere millibus <sup>b</sup> nonaginta sejungitur; apud Gallicanas vero familias nobilitatis lampe non obscurus, imo magis præ cæteris gratia generositatis ornatus, nitore pectoris addito, quasi refulgens Lucifer inter astra, processit. Cujus a cubilibus tanta sapientia primitiva lactabatur infantia, ut jam tunc potuisset intelligi Christum in suis causis, pro obtinenda victoria, necessarium sibi jussisse militem propagari. Denique conjugem habens, et filiam, ita plenitudine Domini venerabiles animos ecclesiasticæ regulæ tradidit informandos, ut adhuc in laicali proposito constitutus, divino nutu, pontificis gratiam possideret; ita se ipsum propria disciplina coercerat <sup>c</sup> intonsus, quasi futuram speciem indicans, ut irreprehensibilis in templo Christi præpararetur sacerdos. Nam quod inter mortales adhuc valde videtur difficile tam cautum esse quemquam, qui se a Judæis vel hæreticis cibo suspendat, adeo vir sanctissimus hostes catholicæ religionis abhorruit, ut non dicam convivium, sed neque salutatio ei fuerit cum his prætereunti communis. Vitabat hæc, Davidico suffultus exemplo, ne cum hæreticis æneam participando, fieret illi in scandalum. O quam perfectissimum laicum, cujus imitatores ipsi etiam esse desiderant sacerdotes; cui non fuit aliud vivere, nisi Christum cum dilectione timere, et cum timore diligere, cujus sequaces currunt ad gloriam, divertentes ad pœnam; credenti succedunt præmia, recusanti tormenta! Qui omnes de pio religionis opere commonens, nunc alios de confessione inexaminabilis sanctæ Trinitatis informans, nunc reliquos promissione regni cœlestis invitans, non cessabat in plebem verba veritatis, fructum fidei redundantia, seminare.

4. Quo cognito de sancto Hilario, quoniam tantum lumen, etsi voluisset, latere non potuit, quippe necessarius [*At.*, necessarium] ut alienas tenebras in lucem transferret, concordante favore populi, auctore Dei Spiritu proclamante, vir olim mysteriis deputatus, aliquando sacris altaribus sacerdos ele-

<sup>a</sup> In veteri Codice Colb., regione Aquitanicæ. In solis Edit., regionis Aquitanicæ partibus. Hic Pictaviensis civitatis jam expressæ videtur auctor vitare voluisse repetitionem. IDEM.

<sup>b</sup> Gemeticensis Codex, cum Compend., octuaginta. IDEM.

<sup>c</sup> Ita meliores Mss., quo verbo id significatur tempus, quo nondum per tonsuram clero adjunctus erat Hilarius. In aliis libris: *intonsus*. IDEM.

<sup>d</sup> Quidam Mss., *floris toxicis*. Magis placeret, cum Compend., *dura contagia pullularet*, si et alter suffragaretur. IDEM.

<sup>e</sup> In vulgatis, *illud solum metuebat, ne præjudicium*

actus est. Crescebat in eo quotidie opinio, famulatrix virtutum; nec erat fama ejus contenta circumjectis tantum Gallias illustrare, sed exteras nationes, et regiones implebat, meritorum gratia pereurrente; sicque actum est ut in toto orbe velociter beati pontificis gloria militaret.

5. Igitur Constantii imperatoris tempore, cum Ariana hæresis, venenata de radice <sup>d</sup> flore toxico pullularet, tunc vir sanctissimus, timore nudus, fidei fervore vestitus, quasi signifer belligerator per medias acies inter hostiles fremitus, inter hæreticos gladios, se ingerebat intrepidus. Christi charitate securus, nihil de sua morte formidans, <sup>e</sup> illud solum metuens, quod absit, præjudicio religionis illato, ne viveret. Hinc a Valente et Ursacio episcopis, qui prava credulitate Ecclesiam Dei turbare pertinaciter insistebant, imperatori persuasum est ut virum eruditissimum, de quo loquimur, et Dionysium Mediolanensem, et Eusebium Vercellensem, exilio <sup>f</sup> condemnaret. Nihil enim poterat ante insuperabilem sancti Hilarii facundiam hæreticus obtinere. Sperabat enim hostis fidei aliquis se nebulas splendori catholico posse prætereundi, si retrusus exsilio vir talis a certamine defuisset, quoniam si quis perversus voluit cum illo configere, ac si mutus et claudus, nec verba poterat proferre, nec responsionibus currere; sed quasi natans in pelago, ante fluctum ejus eloquentiæ mergebatur. Itaque in Phrygiam Asiæ regionem missus exsilio, ad augmentum virtutis, gratias egit Deo, quia quantum pro nomine Christi longius discedebat de solo proprio, tantum merebatur fieri vicinior cœlo.

6. Qui dum ad locum pervenisset optabilem, nobis tacendum non est, quod illi divinitus concessum est. Nam eo tempore, sancto sibi Spiritu revelante, cognovit quod beatissimam <sup>g</sup> Abram filiam suam, quam cum matre Pictavis reliquerat, quidam juvenis nobilissimus, prædives pulcherrimus, conjugii vinculo sibi quæreret annectendam. Sed ipse interventu orationis assidue cœlestem illi sponsum sine contaminatione providerat. Mox opportunitate reperta, manu propria subscriptam <sup>h</sup>, filię direxit epistolam, sufficienti sale conditam, et velut aromaticis unguentis infusam, quæ tenetur Pictavis pro munere conservata, indicans ei quod talem sponsum anxius pater illi providisset, cujus nobilitas cœlos ascenderet, pulchritudo rosarum et lili comparationem præcederet, oculi gemmarum <sup>i</sup> lumen obubilarent, vestis

*religioni, quod absit, illatum prævaleret*. Elegantior est lectio, quam exhibemus ex potioribus Mss. Horum in uno exstat *illatæ non in lato*. Mox ex iisdem restituimus, *prava credulitate*; ubi obtinuerat *crudelitate*. IDEM.

<sup>f</sup> Hoc non uno et eodem anno contigit.

<sup>g</sup> In pluribus Mss. constantier scribitur, *Abram*. IDEM.

<sup>h</sup> Additum hic erat, *infra post librum secundum*, quod ex margine irripuit in textum. IDEM.

<sup>i</sup> Gillotiana Editio, *lumine luminarent*. Compend Mss., *lumina illuminarent*. IDEM.

candorem nivis opprimeret, ornamenta inestimabili A fulgore vernarent, divitiæ intra se regna concluderent, ejus sapientia incomprehensibilis emanaret, dulcedo favi mella postpoueret, pudicitia incontaminata persisteret, odor suavitate fragraret, thesauri sine defectione constarent. Addit ergo monitis ut filia nulli se prius a matre divisa conjungeret, quam \* ut patris exspectaret pollicitum, et sponsum pariter cum promissione venturum. Quod Abra dulciter excipiens, et quasi sponsuam futuram in epistola patris amplectens, admonitionem secuta est, nulli in conjugio se resolvens. Sed qualiter ad illum sponsum pervenerit, locus in sequenti servatur.

7. Interea cum toto orbe Arianae hæresis perversitas pullularet, dato generaliter imperatoris edicto, ut omnes Orientales episcopi apud Seleuciam, Isauriæ oppidum, convenirent, disceptaturi quid sentirent de fidei veritate, tunc inter reliquos, quarto jam exsilio anno de Phrygia sanctus Hilarius in prædicto loco, b data sibi pergendi evectioe, ad synodum venire compellitur. Qui quoddam castellum dum adisset, die Dominico ingressus est templum; moxque Florentia puella gentilis, irrupens multitudinem populi, voce magna servum Dei illic advenisse testata est, et ad pedes ejus accurrens non cessavit petere, nisi signum crucis ab ipso sibi fieri fideliter impetrasset. Quam Florentius pater secutus est, et cuncta familia in nomine Domini meruerunt pariter baptizari. Quæ Florentia, relictis parentibus, vestigiis ejus inhaerens, usque Pictavos perducta est; patrem vero se habere, non a quo generata est, sed per quem regenerata est, prædicabat.

8. Cum vero Seleuciam pervenisset, magno favore a cunctis exceptus est, eo quod divina misericordia talem virum prudentissimum, et singulari eruditione compertum, in spectaculum mundi produxerit, ubi erat de fide censendum. Hinc post examinationem agnitis hostibus et oppressis, decretis in scripto conditis, prospera gerens synodi ad imperatorem dirigitur legatio: cum qua perrexit sanctus Hilarius, quamvis ei non fuisset injunctum, metuens ne adhuc contra religionis dogmata respiraret damnata perfidia. Sed disserere longum est qualiter in Ariminensi synodo, c composita mentione aliud ex alio referens, fraus hæretica serpentino lapsu subrepsit, et quomodo postea legatis Seleucensibus per imperatoris

\* Ita Codex Compend. Alii vero, ut patrem exspectaret sibi pollicitum. Antea in quatuor Mss., prius male divisa, non prius a matre divisa. IDEM.

b Aliquot Mss., data evectioe, vel erectione. Sulpicius Sev., data evectioe copia. Habetur lib. XII, Cod. de cursu publico: *Erectionum copiam, cum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est.* IDEM.

c Legendum haud dubie mentione. Hoc enim dictum est de mendacio Ariatorum, quo vocem substantiæ ab Orientalibus omnino respui impudenter mentiti sunt. In Mss. Compend., compositum mendacium. IDEM.

d Sic Sulpicius Severus lib. II.

e In Vulgatis, ne Trinitatis fidei iniquitatis perfidia interpolatoris opera. MON. S. MAUR.

f Sic potiores Mss. Vetustior e Colb., tam mali-

iniquitatem ipsa est illata calumnia. Quod tamen athleta Christi beatus Hilarius agnoscens, graviter dolet apud Ariminum diaboli prævaluisse mendacium, in tantum ut et Orientales partes similiter composito pravitate fuce inficeret. Imperatori autem d tribus libellis oblatis, preces effudit ut, in ejus conspectu collectis adversariis, esset ei contra hæreticos disceptandi de religione licentia, ne veritatem falsitas obumbraret, e ne aequitati iniquitas prævaleret, ne imperator Deo resisteret, ne fidei perfidia rebellaret. Unde Valens et Ursacius, conscientiae reatu perterriti, quoniam, si daretur facultas certandi, mox se recognoscebant Hilarii contentione prosterni, sollicitant imperatoris animum, f tam maligna parte captivum, ut ipsum Dei virum ad Gallias redire perurgeret, dicentes, illo præseente, hæretica non posse machinamenta proficere. Quo obtento, ad Gallias compulsus revertitur, putans amplius se pati exsiliium, quod illic perturbationem Ecclesiae relinquebat, termino disceptationis non consecuto. O beatum pontificem, qui in summo discrimine, inimico etiam sibi iudice, adiit tribunal imperii, sine timore tormenti! Vere totis visceribus diligebat Christi regnum, qui non formidabat in principatu Constantium. Nam quod se pro Domino sic ingerebat aperto periculo, optabat martyrium, si non defuisset percussor; et tamen animus sumpsit gloriam, etsi tempus non intulit poenam. Sed huic ipsum divino nutu servatum testificor pro correctione g cunctorum. Nam pene totum mundum gravi errore confusum, factis sæpius in Gallia synodis, per Hilarium fuisse ad viam veritatis adductum, confitetur lingua multorum. Quid autem interest h, vel sibi pro æterna vita factum fuisse martyrem, vel amplius vixisse, reliqui ne perirent? Igitur sanctissimam animam etsi gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrii non amisit.

9. Itaque dum regrederetur ad propria, tunc beatus Martinus, æque meritorum lumine i non absconditus, qui ab eodem sancto Hilario exorcista est postea constitutus, cognito adventu ejus, Romam festinanter occurrit. Quem cum jam præterisse cognosceret, usque ad Gallias consecutus est. Neque enim Martinus, qui adhuc catechumenus Christum chlamyde sua tectum videre meruit, illi devotus occurreret, nisi per omnia mysteriis plenum in eo spiritum præ-

gna te per artem captivum. Cæteri vero libri, jam magna ex parte captivum. IDEM.

h Editi, multorum, renitentibus plerisque Mss., quibus suffragatur illud Sulpicii, pag. 362: *Optimum factu arbitratus, revocare cunctos ad penitentiam, frequentibus intra Gallias conciliis, etc.* IDEM.

i In Vulgatis, vel si; in pluribus Mss., vel se, magis placet cum potioribus, vel sibi, hoc est, quod sibi uni profuisset. IDEM.

j Antiquior Mss. Colb., non obscurus. Tam Compend.: qui ab Hilario defensore sancto exorcista, etc., omissa voce postea, quam per glossemam huc interpretasse censet Bollandus. Alias certe pagaretur de Fortunatus cum Sulpicio, qui Martinum ab Hilario, antequam exsularet, exorcistam ordinatum esse scribit. IDEM.

vidisset. Nec mirum si ille qui Deum prius vixit in A paupere postea illum habitare cognosceret in doctore.

10. Illud etiam nobis non convenit tam nobile præterire miraculum. Nam cum <sup>a</sup> circa Gallinariam insulam propinquaret, relatione agnovit vicinorum, ibidem ingentia serpentium volamina sine numero pervagari, et ob hoc quamvis illis hæc insula videretur vicina, propter inaccessibilem tamen locum magis illis videbatur esse quam Africa. Quo audito, vir Dei sentiens sibi de hostiali pugna venire victoriam, in nomine Domini, præcedente crucis auxilio, descendit in insulam; eoque viso, serpentes in fugam conversi sunt, non tolerantes ejus aspectum. Tunc baculum figens in terram, quasi metam, quo usque deberent excurrere, virtutis <sup>b</sup> potentia designavit; nec amplius libertas est illis occupare quod vetuit <sup>c</sup>, tanquam si reliqua pars insulæ non sit terra, sed pelagus; quia dum tempore illam partem verentur attingere, facilius erat illis mare transire <sup>d</sup> quam vocem. O immutabilem terminum, de sermone plantatum! Apparet quantum est melior Adam secundus antiquo. Ille serpenti paruit; istæ servus habet, qui possent serpentibus imperare. Ille per bestiam de sede paradisi projectus est, iste de suis cubilibus serpentes exclusit. Deposuit anguis <sup>e</sup> antiqui mendaciam, qui didicit implere mandatum. O Hilarii dulcedo, medicamentum, et meracum, ante quem sine mora venena fugata sunt! Addidit terram hominibus, quia in loco belluæ incola transmigravit. Sed reverentur ad ordinem.

11. Cum, de exilio regressus, introivit Pictavis, summo favore plaudebant omnes pariter, eo quod ecclesia recepisset pontificem, grex pastorem; et ac si omnes cum ipso tunc redissent ad patriam, ita sine illo se exsules fuisse desebant.

12. Itaque beatum Martinum in vico<sup>f</sup>, Locoge-

<sup>a</sup> Plures Mss., circa *Dives Galliarum insulam*; sicque Bouchetus legit, ac putat hæc insulam ad rupes Primalienses sitam. Haud procul Rupella, uti Bollandus observavit, vicum *Yves* et pontem d'*Yves*, exhibent tabulæ in Alnesio. Valesius autem, in notis Gallie., pag. 390, 2, notat insulam *Divam* proximam esse tum ostio *Separis*, tum alteri insulæ quæ Latine *Oia* vel *Ogia*, vulgo *l'Île-Dieu* nuncupatur. Quamvis Mss. vetustiorum auctoritate retineamus, *Gallinariam* insulam, eam tamen arbitramur aliam fuisse ab insula ejusdem nominis, in mari Tusco sita, quem Martinus incoluit. Alias Martinus in ea Hilariæ expectasset, nec Romæ tentasset ei occurrere, si hæc illius iter fuisset. Falso etiam inhabitabilis diceretur, quæ a Martino fuisse habitata. *ITEM.*

<sup>b</sup> In duobus, Mss., *potentiam*.

<sup>c</sup> In Vulgatis, et tanquam si hæc insula. In duobus probæ notæ Mss., *tanquam pars terræ non sit terra*. In cæteris, ut in textu. *Mon. S. MAUR.*

<sup>d</sup> Vetustior e Mss. *Colb.*, quam huc esse. *ITEM.*

<sup>e</sup> Ita vetus Codex *Colb.* Alii vero, *antiquum medicamentum*. Mox aliquot Mss. o *Hilarii dulcedo*; ac deinde cum edit. *Gil. medicamentum et meritum*. *ITEM.*

<sup>f</sup> Sulpicius hujus monasterii situm non longe ab oppido esse tradit, sed nomen ejus silet, nec in eo scribendo consentiunt Mss. Legere est in vetere *Colb.*, *Locojaco*; in alio non recentiore *Casalis Be-*

*A* jaco nomine, dum præcepisset consistere, virtute divina meruit ibi beatus Martinus mortuum suscitare. Deinde post aliquot dies infans quidam sine baptismi regeneratione defunctus est: duplici morte damnatus, presentem amiserat lucem, et pœna futuri sæculi non carebat. Tunc mater exstincti, quæ jam mater non erat, dum filium non habebat, provelata ad pedes sancti Hilarii, præcedentibus lacrymis, nati sui corpus effudit, exclamans: Martinus adhuc incipiens catechumenum mortuum revocavit; tu, pontifex, redde, rogo, filium, aut mihi, aut baptismi; qui populi pater agnosceris, ut ego mater vocer, quæso, obtineas. Sic illa plus lacrymis petente quam verbis, commotus est pietate vir Dei, et, spectante populo, et ad consueta arma recurrens, in terram prosternitur. Mox paulatim defuncti <sup>b</sup> pallor in ruborem convertitur, frigida membra, revocato spiritu, intepescunt, oculi aperti palpebrarum januis peregrinum lumen agnoscunt, vox adducto aere de pectoris domicilio confusa profertur, gresses sui vestigiis redivivus extenditur, in anterioris fundamenti statum tota fabrica renovatur. Quid plura? Taudiu jacuit sacerdos in pulvere, donec pariter surgerent, senex de oratione, infans de morte. Ecce vita laudabilis, quæ de alterius corpore necem precibus effugavit, spoliavit Tartarum, spem habens in Christo. Mors ibi jura non tenuit, ubi Hilarius vim orationis ingressit. Sed tanta res non potest nostris verbis plus ornari, quam ipsius meritis. Nunc vero memorandum est, quod supra <sup>c</sup> prætermisimus, qualiter miracula reliqua hoc subjecto miraculo cumulavit.

13. Denique cum beatissimam Abram filiam suam, ad quam de exilio destinavit epistolam, incoluam invenisset, alloquitur eam, quomodo poterat dulcedo patris et facundia oratoris. Quid dicam? Alloquitur illam Hilarius, cujus eloquentiæ post ipsam compa-

*ned.*, *Locotejaco*, in Compend., *Locodiaco*; in pluribus aliis, *Legudiaco*. Sic et apud Bollandum hic vicus aliis *Legudiacus*, *Tyacus* et *Goteioæcus* dicitur, et in *Breviario Sarum*, *Lugduniacus*. Ipse præfert, cum Edit. *Gil.*, *Tegiaco*. Ex duobus prioribus Mss. conficimus *Locogejaco*, adeo ut in primo exciderit littera *g*, quam antiqui voce non experimentes, facilius etiam in scriptis omittébant. Ex altero autem supplemus litteram *e*, concinente Gallico nomine *Liguge*. Non displiceret *Legugejaco*. *ITEM.*

<sup>s</sup> Edit. *Gil. ad conversata arma*; quod deinde enuntiatum de defuncto ad vitam revocato, quendam affinitatem habet cum iis quæ de moribunda sanata edisserit Venantius in *Vita sancti Gerwani*, ut post funerum *pallorem facies in ruborem transiret*. *ITEM.*

<sup>b</sup> Placet hic referre versus Ven. Fort. quibus Catechumenum a sancto Martino vitæ redditum describit, l. 1. Vit. sancti Mart., quibus summa cum hoc loco affinitas, ac similitudo intelligitur. Sic ergo habent illi:

Interea geminis spatio remorante sub horis,  
Ecce redit facies, salient per membra vapores.  
Stat rubor inde genis, oculos pupilla, repugit;  
Rufus et insertus renovat specularia visus.

Vena tumet rivis, animato fonte cruoris,  
Paulatim assurgit, fabrica titubante, columna,  
Erigiturque jacens pariter domus, et suas hospes

<sup>c</sup> In uno Ms., *præmissimus*. Digitized by Google

rare aliquem vix audemus, nisi qui fuerit spiritu A  
divino, ut ille, repletus : tentat ejus animum, si  
vellet attingere sponsum quem patris gratia <sup>a</sup> provi-  
derat. Tunc libenter desideranterque, ut celeriter ei  
jungeretur, optabat. Quam voluntatem pius pater  
agnoscens, intentus orationibus non cessavit, donec  
sine dolore, sine contagio, se præsente filia de  
mundi ludibrio migraret ad Christum, quam propriis  
manibus, ut decuit, venerandæ tradidit sepulturæ. O  
funeris gloria, quæ melior habetur quam vita, quia  
quod terræ subripuit, in cælum transmisit? Vere, ut  
ego considero, plus fuit, quam resuscitari, sic mori.  
Certa enim salus est, non contaminari peccatis.  
Quanti caperent, rebus cum vita traditis, talem trans-  
itum comparare, si mercatorem forsitan invenirent?  
Quid distat inter vivificati infantis, et filix mortifica-  
tæ mysterium? Illum resuscitavit ad baptismum,  
hanc prædestinavit <sup>b</sup> ad regnum : nisi quod in illo  
adhuc spes peccandi restabat, hæc immaculata finie-  
rat. Quod cum vidisset mater beatæ Abræ, a ponti-  
fice postulat, ut et ipsa, si mereretur, erepta de  
mundi crimine, cum filia præsentaretur ad regnum.  
Cujus vota considerans, assidua oratione et ipsam  
ante se transmisit ad gloriam. Quis æstimaturus est  
talem virum ita dilexisse Dominum, conjugis et fi-  
liæ affectu contempto? Tamen in hoc magis illas  
amasse cognoscitur, cum per ipsum lumini perpetuo  
transferuntur.

14. Quis vero abundantiam rigantis ingenii con-  
tendat evolvere, aut ejus verba verbis valeat ex-  
æquare? <sup>c</sup> Qualiter ille indivisæ Trinitatis libros stylo  
tumente contexit, aut scripta Davidici carminis  
sermone cothurnato per singula reseravit? Quam fuit  
in dissertatione providus, in tractatu profundus, per  
litteraturam eloquens, per virtutem mirabilis, in  
complexionibus multiplex, in resolutione subtilis,  
astutus juxta prophetam, imo prudens juxta Domini  
vocem, ut serpens columbæ simplicis gratiam non

<sup>a</sup> Ms. præciderat, prævideret.

<sup>b</sup> In Mss. Colb., destinavit; in Comp., transmisit  
M. N. S. MAUR.

<sup>c</sup> Velustior e Mss. Colb., qualiter; ille in divisa  
(forte, in diversa) libros stylo tumente contexit. Com-  
pendiensi vero, qualiter ille libros contra Arian perfi-  
diam promulgavit, quomodo librum Psalmorum per  
singula cothurnato sermone reservavit. [leg. resera-  
vit], in hymnorum etiam fuerit dissertatione [ubi men-  
dose excusum erat, in discretionem] paratus. IDEM.

<sup>d</sup> In exemplari Compendiensi hic subjicitur : Obiit  
autem præfatus pontifex Hilarius die Iduum Januariarum.  
Reliquiæ ejus Pictavis sunt conditæ; in quo loco  
hactenus divina beneficia operantur, ipso præstante,  
qui vivit, etc. IDEM.

<sup>e</sup> Apud Gillotium, auxilia memoret.

<sup>f</sup> In Mss. Ottonon., German., Colb., ac nonnullis  
aliis, diffusior est hic liber in hunc modum : Ne ergo  
pagina cum styli rusticitate nec non et loquendi ni-  
mietate prolixius extensa vilescat, scribendi jam  
debemus construere metas; est tamen dignum, juve-  
ritque hoc unum tantum referre, quomodo hujus  
sancti viri anima divini luminis fulgore migravit  
excepta. Tantum namque lumen Ecclesiæ dum infrin-  
mando obscurari cœpisset, venerabilem virum Leo-  
nium, ejusdem civitatis presbyterum, quadam die,

amittens. Ipse conditi sal ingenii, fons loquendi,  
thesaurus scientiæ, lux doctrinæ, defensor Ecclesiæ,  
hostium oppugnator. Cujus dicta qui legerit, non  
credet dicere, sed tonare <sup>d</sup>. Hoc fuit ultra hominem  
sapere, tam caute de religione censere.

15. Sed qui vult ipsum cognoscere, ejus <sup>e</sup> exilia  
memoret, merita respiciat, volumina relegat, dicta  
perpendat, signa quotidiana percensat. Qui dum su-  
perstes fuit in hoc sæculo, aut scripsit ecclesiasticæ  
fidei documenta, aut pugnando calcavit hæretica  
crimina, aut petenti tribuit miraculorum suffragia  
quæ, volente Domino, usque in hodiernum diem ejus  
orationibus perseverant. Sed mea lingua non sufficit  
singulatim de sancto Spiritu, qui per eum et opera-  
tus est et locutus, sicut illi dignum est, cuncta  
proferre.

16. Det mihi pius veniam, quia multa præterii, qui  
vix pauca conscripsi <sup>f</sup>. Ita beatus Hilarius de præ-  
sentis sæculi vita, Valente et Valentiniano regnanti-  
bus, cum gloria migravit ad Christum, terra plorante,  
cælo gaudente, eodem Jesu Christo præstante, qui  
cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in  
sæcula sæculorum. Amen.

## LIBER SECUNDUS.

### PRÆFATIO.

Domino sancto et meritis beatissimo Patri, Pascentio  
papæ, et in Christo florigera perenniter charitate  
vernantibus, Ecclesiæ Pictaviensis habitatoribus,  
Fortunatus.

1. Cum veteres, infidelium conditores voluminum,  
eloquentiæ suæ pompam cunctis ostendere causa  
provocaverit opinionis inflatæ, dum inter regum vo-  
ta, seu funera, id est, prospera, vel adversa, con-  
fuso vocis ordine, quodam modo visi [Al. nisi] sunt  
cantare pariter et plorare, ut hi qui dixerunt, vel de  
quibus locuti sunt, saltem in libris viverent, etsi vacuis  
quibus actibus inaniter defecissent; cur ergo, [F., ego],

secretius sibi accersiri mandavit. Ei autem idem  
sacerdos credulus, et dilectissimus habebatur. Cum-  
que imminentibus noctis tenebris eum exire, et si  
quid foris audiret, sibi renuntiari jussisset, ipse voces  
tumultuantis adhuc populi civitatis se audisse rever-  
tens exposuit. Persistebat itaque vigilans, justique  
finem expectans, animum novissimis ejus et charis-  
simis exhortationibus reficiens. Deinde, tempesta  
jam nocte, rursus a sancto rogatur exire, quidque  
auditu percipere posset, sibi jacenti ad lectum referre.  
Qui dum nullius sonitum vel mutationem se sensi-  
sisse renuntiat, mox splendor incæstimabilis clarita-  
tis, quem Leonius se non potuisse ferre fatebatur,  
per fenestram a parte altaris ejusdem basilicæ, in  
qua sanissimus decubabat infirmus, ingreditur. Se-  
cundum namque Apostolum, infirmatus carnis, spiritu  
potentior erat; cujus anima, non qualiscunque, sed  
beatissima, corporalibus soluta vinculis, egressa eo  
ipso, ut credimus, divinæ claritatis lumine suscepta,  
et in paradisi migrando perpetui splendoris amoni-  
tatem intravit. Ibi nunc et semper pretiosi lapidis  
diademate coronatus, in sempiterna cæli arce felici  
perfusus luce, exultantibus sanctis famatur. Ita  
beatus pontifex Hilarius, etc. Mox. S. Maur.  
<sup>g</sup> In uno Ms. Colb. additur et hic; tunc præ-  
terii, postea autem Pictaviensis episcopi. tunc.



melioris spei sollicitatus instinctu, patiar reticere de summi confessoris viventibus moritis et victoriis, non sine, quod absit, vindictæ cœlestis incursu, cum vix debita solverem, si de beati Hilarii indeficientis lampadis splendore, infatigabili voce, die continnata cum nocte pariter, decantarem? Qua vero vel irretitus inscitia, vel impulsus offensa, in ea voluntate sub gravi torpore persisterem, ut cum illi decepti plurimo tractatu de resoluta umbrarum imagine nonnulla conficerent, et in pulverem redacta cadavera falsis quasi laudibus animarent, ego de sanctis permanentibus, et, quod est felicius, in regno Christi quotidie florentibus, nihil referrem, præsertim ubi diversa diversarum partium videtur esse causa mercedum, quod gentiles fructum laboris sui inani tantum favore voluerunt consistere, nos autem oporteat illum in beatorum virorum intercessione plantare, quibus hic verba si solvimus, illic gaudia comparamus?

2. Idcirco reddat illi mobilis lingua præconium, a quo prius pectora hunc conceperunt affectum. Nam bonis ejus aperte credetur invideri, si quæ de illo cognovimus, silentio videantur abscondi. Merito itaque cum cæteris et me de se loqui compellit, qui etiam mutus, ut loquantur, absolvit. Sed quam plura superstes in corpore fecerit, vel quanta operatus sit, postquam a terram in requiem, plaudentibus de se angelis, ad Christum victor de mundi certamine transnavigavit, etsi non potui, annorum vetustate subripiente, contingere, attamen vel quæ præsentis tempore miracula misericors præbuit, cupio indigenti memoriæ non fraudare, ut quisquis hæc si'eli, sicut decet, auditu perceperit, et præterita se cognoscere gaudeat, et similia fieri virtute confessoris in futurum confidat.

## INCIPIT LIBER.

3. Igitur a Probianus cum dubio jam vitæ pendere iam sine, et spem convalescendæ infantis mors invidens parentibus subripere festinaret, nec parvuli funus acerbum considerans, nec desideria ingemiscentis senectutis spectans, avida quidquid invenit extra sortem cuncta concludens, sola tamen intercessione beati Hilarii restiterat moribundo salutis occasio. Quem Franco suus genitor, et Periculosa mater, quæ magis converso nomine, filii periclitabatur in nece, jam quasi defuncti præmeditantes exsequias, cum ingenti luctu et fletu in confessoris tabernaculum detulerunt. Tunc sanctus Hilarius ab auctore suo secretæ artis exhibens medicinam, consuetus de dispendio funeris reddere compendia sanitatis, subito

<sup>a</sup> Bouchetus, c. 15, et Claudius Robertus hunc aiunt esse Probianum, seu Probatianum episc. Bituricensem XXIV, qui anno Pelagii papæ 2, Childeberti 44, Christi 555, subscripsit concilio Parisiensi II, et biennio post præfuit Parisiensi III, adeoque attigit tempora Venantii Fortunati. BOLLANDUS.

<sup>b</sup> Ottobon. Ms., *pontificatus Bituricensis*; et mox, *ad limina*, ubi in aliis, *ad luminaria*. Similis est locus Venantii Fortunati, in Vita sancti Germani num. 11, ubi de moribunda sanata ait: *Quæ singulis annis vitæ*

membrorum fluentem fabricam verbo operante erexit, et in statum pristinum, tanquam si nihil in ea fuisset solutum reformavit; moxque parentum lacrymas, lætitiæ mole superveniente, siccat, gemitus voto succedente præclusit, ubi jam per dolorem non erat, sed præ gaudio quod plorarent. Quas poenas, quæ tormenta mors ipsa tunc pertulit, quando illud quod credebat invadere sic amisit! Profecto quando alterum victrix ferire non potuit, sese ipsam victa percussit. Qui tamen Probianus postea apicem promeruit obtinere <sup>b</sup> pontificis, et usque in hodiernum diem ad luminaria sui medici singulis annis vitæ debitor tributum persolvit.

4. Illud quoque nobis est tam singulare miraculum, pro gloria collatoris, ad memoriam populi revocandum. Nam cum a <sup>c</sup> Cadurcis venissent duo homines lepræ maculis immutati, spem suæ salutis in sancti Hilarii intercessione fundantes persistebant, et de pulvere qui ab ejus sepulcro abstergebatur sua cum aqua lavantes capita, et membra reliqua perungentes, tam diu sibi talem curam fideliter impenderunt, donec infirmitatis ipsius ulcerosa varietas de corpore quod captivaverat captiva migraret, ut decepta suis solatiis colorem quem invaerat violatum relinquere, et quam secum attulerat, turpitudinis speciem non teneret. Post innumera bilia itaque vulnera, membris omnibus, in-taurata est cutis una; vultus ille diuturna deletus sorde [*Ms.*, *sordine*], sua cœpit in ambobus repingi imagine, nec agnosci qualis fuerat per infirmitatem. Per fidelissimum namque lavacrum pulveris, Pictavis purificus illis inventus est Jordanis, et non ipsi ad fluvium, sed ipsis fluvius hic occurrit. Ex quo tam prædicabilis patuit miseratio confessoris, quod et laborem eis longinqui itineris abstulit, et salutis vota porrexit. O quam inestimabilius claruerunt documenta virtutum, ubi sepulcri immunditiæ mundaverunt maculas lepræ! Cujus hoc facere cura potuisset artificis, qui de tali pu'v'ero ferret beneficia medicinæ? Ex quibus <sup>d</sup> Castorius diaconus et Crispus subdiaconus institutus, ad ejus obsequium usque in finem suum, per quem sanati sunt, adhæserunt; et merito illius elegerunt sustinere juga Domini, a quo a poena liberi sunt effecti.

5. Quædam puella in hanc vitam veniens, dexteram mortuam traxerat natura formante, et debilem manum in speciem glomi <sup>e</sup> collegerant nervorum fila contracta: fluxa suo stamine digitorum tela <sup>f</sup> marcebat. Tunc occurrens ad beatissimi Hilarii sepulturam, intercessione ejus vivacibus est officii ordinata: paulatim mobiles vigor articulos stupefactas

*tributum solvit pro pretio*. MON. S. MAURI.

<sup>c</sup> Cadurcorum metropolis in Aquitania prima Cadurcum ad Oldum fluvium, urbs episcopalis sub archiepiscopatu Bituricensi. BOLLAND.

<sup>d</sup> Bouchetus nono die sanatos scribit: Idem habet *Casterius*, idem *Crispo*. BOLLAND.

<sup>e</sup> Ita Codex Ottob. In aliis, *globi*. MON. S. MAURI.

<sup>f</sup> Apud Gill., *marcebat*. Huc spectat illud Fortunati in Vita sancti Germani, n. 14: *nervorum tela retextitur*. IDEM.

et a unguis irrepsit. Post longa tempora manus illi tunc nata est, cum sensit munera confessoris. Exstincta manus venit ab utero. viva rediit de sancti sepulcro. Ecce quam larga remuneratoris est pietas, ut quæ natura non genuit, hic membra suppleret.

6. Nec illud quidem præterire convenit, quod caeco felici: post vota successit. Nam cum ad beati Martini limina pro recipiendo lumine intentus properasset, in sancti Hilarii præteriens templum ingressus est. Quo dum vigiliis officio solito celebrarent clerici, mansuetus, apertis oculis, ipse diem coepit aliis nuntiare, qui hoc semper egebat audire. Apud quem una semper nox erat, tenebras illi sanctus Hilarius e nocte purgavit. Qui nunquam viderat ornamenta diei, coepit illi novus sol miræ claritatis nasci. Tunc illi fabricata sunt omnia, quando eorum videre meruit facturum; et, ut ita dicam, quodam modo post se illi mundus est natus, cum factus est agnitus. Caecus ad beati Martini ecclesiam festinabat accedere, iste eum in suo templo dignatus est illuminare. Quanta micat gratia donatoris, qui prævenit desideria supplicantis!

7. Quid etiam dignum referam de tam regali mysterio, quod ab ipso est in regem collatum? Denique Clodoveus rex, dum contra hæreticam gentem pugnaturus, armatas acies commovisset, media nocte moruit de basilica beati Hilarii lumen super se veniens aspiceret, admonitus insuper, ut festinanter, sed non sine venerabilis loci oratione, adversus hostes, conflictaturus descenderet. Quod ille diligenter observans, et orationi occurrens, tanta prosperitate, altero pro se pugnaturus, processit ad bellum, ut intra horam diei tertiam ultra humana vota soliretur a Domino victoriam. Ubi multitudo occisorum cadaverum colles ex se visa est erexisse. Ecce terrificiter formidanda prodigia, et delectabiliter amplectenda miracula. Parum illi fuit pro solatio regis, signum luminis ostendere, nisi aperte monita addidisset et vocis. Similis quædam contigit, hæretici populi tempore, hujus causa virtutis. Nam ibi columna ignis populum præcesserat, hic figura lampadis admonerat.

8. Vellem nosse quod fuerit tanti ardoris secretum mysterium, tam manifeste prolatum. Sed quantum ipso inspirante videor agnoscere, non tacebo. Nam contra hæreticas acies, sicut olim in corpore, non cessavit spiritu dimicare. Quanta fuit illi sem-

<sup>a</sup> Alii, *ungentes. An, rigentes?*

<sup>b</sup> Nostri Mss., *ad fratrem ejus beatum Martinum festinabat. MON. S. MAURI.*

<sup>c</sup> Sic Mss. at Editi, *armatas haberet acies.* De hoc miraculo legendus Gregorius Turonensis, lib. II, cap. 43, ubi tradit Clodoveum, quinto ante mortem anno, adeoque Christi 507, cum Alarico Gothorum rege in campo Vochladiensi, decimo ab urbe Pictavorum militario, dimicasse, ac fuso exercitu regem ipsam suapte manu peremisse. *IBIDEM.*

<sup>d</sup> Edit. Gil., *tanta jacuit in loco, ut colles ipse ob id visus sit se erexisse in altum;* interpolationem sapit. Boll. et M. Colb., *colles ex se visa sit montium erexisse.* Expeditior visa est lectio Gemeticensis. *IBIDEM.*

per pro culta catholicæ religionis aviditas, cum in requie posito adhuc sollicitudinis non desit libertas! Nam qui tunc in synodo ad confundendum hostem verba fidelia protulit, hic in campo arma tractavit victoriæ.

9. Mulier in vico Tonaciaco, dum aquam ad opus suum deportaret die Dominico (non est meum nosse quo præventa peccato), manus ejus attracta est, venarum arefacto discursu. Tunc revelatione commota est ut ad sancti Hilarii, si vellet salva fieri, properaret. Quo illa fidens nuntio, tanquam cum ipso sanitatis suæ præviatore, facta percurrit. Et dum in ecclesia psalleretur, similiter in absolutione, die Dominico, quo præcesserat poena, secuta sunt gaudia. Ecce conuetudinem patroni singularis amabilem, qui ut inveniat quod præstet, et causas exquirat. O beatum Hilarium omnium corde, ore, voce cantandum! cujus tam larga benignitas est, ut non solum se alicui non abscondat, sed ultro ingerat! Veniamus ad alios venerandi fructus miraculi.

10. Quædam paralytica, annu. adulta puella, non merito, sine vitæ vivebat officiis. Cui intra lumen extincti corporis tantum superstes anima palpitabat, et in toto cadavere lumina quasi sola vigeant, ac velut mortua in se membra vigilantes oculi custodiebant. Nea lingua torpens intra palati cameram volubilis excurrerebat, nec inducta de pectore vox collata poterat verba disponere; non manus, cum soluta langueretur natura, debita servitia dissolvebat, neque pes instabilis membrorum structuram sustentabat, adhuc insuper totius corporis infabricata massa torpebat. Quæ in festivitate beati Hilarii intra basilicam posita, cum ingenti favore spectantibus omnibus erecta. In unius ergo delictis corpore miracula plura sanctus complevit. Attenuata genuum vestigia roboravit, linguam rigentem flexibilitati et facilitati vocis aptavit, ad usum lanificii debiles quondam palmas armavit, lineamenta viscerum gratia pii muneris animavit. Aliquando velus infans in verba prorupit; et, quod est conspicuum, voce prima, lactis alimenta quæsivit. Ergo ut tales cibos ante omnia posceret, quid aliud datur intelligi, nisi quando sanata est, tunc prius credidisse se nasci?

11. Nec illud tam fidele mysterium oblivione noxia subtrahatur. Itaque cum duo negotiatores ad beati basilicam occurrissent, habentes formam cera-

<sup>e</sup> Boll., ut et Mss. Ottob. ac C. lb., hic adjiciunt: *Ita credebatur sibi contra Alaricum Arianum iterum bellandi redire constantiam. Gemet.: Credebatur tam contra Hilarium Arianum iterum rediisse Constantiam. HON.*

<sup>f</sup> Solemne fuit Fortunato uti *περιπλάσσει* ejusmodi, sicuti et in lib. IV Vitæ sancti Martini, periculis mutam, ejus virtute sanata referens, inter cætera hæc habet.

Mox resoluta movet faucis lyra tinnula pletrum,  
Atque inuseta canit camerati concha palati:  
Deute relicta cavo, producens verba fœtulo.

<sup>g</sup> Ottob. Mss. *vocabulis.*

<sup>h</sup> Vulgati, *membrorum ruitas sustinebat;* corriguntur ex Mss. Ottob. et Colb. *MON. S. MAURI.*

quasi socialiter in commune; quidam ex his al-  
 quitur alterum, ut eam, etsi tam parvam rem,  
 tamen tanto confessori vel libenter offerent, sed  
 incassum sua verba in animo socii nolentis expendit.  
 Ipse tamen cum eodem collega suo in oratione pro-  
 sternitur, ceramque illam occulte ante tremendi  
 sepulcri cancellos exponit. Moxque ad omnem æqua-  
 litatem cereæ ipsius species se divisit, et pars illius  
 fidelis oblatoris accepta, pars altera, videntibus  
 plurimis,volvendo usque ad alios cancellos, nutu  
 divino, cum omni contumelia est repulsa, qua-  
 i nollet sanctus invadere quod alter illi devotus non  
 obtulit; et quoniam semper abhorruit quod ex fide  
 non venit, tum certus in iudicio quam misericors  
 est in voto. O quam incorruptibilis arbiter claret!  
 Castior [Al., cautior] est iste in examinatione iudicii, B  
 quam in electione florum illa quæ ceram casta pro-  
 ducit. Tunc itaque ille qui offerre noluit admissi  
 criminis se teste confusus, et immensi pudoris reatu  
 percussus est; vidensque sibi a radice suæ conscien-  
 tiæ tantæ turpitudinis opprobria pullulasse, et in  
 faciem suam occultæ cognitionis facinora revelata  
 aspexit, consideravit, ingemuit, et flevit, ut saltem  
 lacrymarum fonte rigante dilueret quod corde delin-  
 quente scedavit. Qui postea majora obtulit exactus,  
 cere iudicio castigante.

12. Item cum juxta consuetudinem quadam nocte  
 cereus ibi illuminatus fuisset, casu super sepulcrum  
 ejus, qui intercessione sua a mortuos vivificat, ardans  
 corruit, ita ut super b mafortem quo cecidit, sine

<sup>a</sup> Abest. *mortuos a Mss.*

<sup>b</sup> Mafors hic adhibetur a Fortunato pro *velo*, quo  
 sanctorum tumuli tegi solebant. Cæterum mafors  
 erat operimentum capitis, maxime muliebri, de  
 quo plura Dufres., in Gloss. Subematur etiam pro  
 scapulari monastico, ut intelligitur ex Cassiano, qui,  
 l. i Insist. Mon., cap. 7, disserens de monachorum  
 habitu: *Post hæc, inquit, angusto pallio, tam ami-*

A læsione aliqua perarderet. Nam in quantum fuit cerei  
 longitudo, cera jacens inventa est, papyro con-  
 sumpto, tanquam si confinium cera ipsa fuisset  
 inter ignem et pallium, ut ab ipsa inveniretur  
 defendi, per quam potuisset exuri. Attendite bene-  
 ficium. Ut obediretur confessoris præcepto, quam  
 semper scit subdere c, hic ceram ignis expavit,  
 et quam in ardendi auxilium sumpserat, ipsa ei visa  
 est repugnare. Sed inter hæc illud admonet potius  
 ut dicatur, in virtute confessoris, quæ deducta cera  
 flammam extinxisse, et e verso ordine illud a quo  
 vorari potuit præfocasse. Diversæ species suam viæ  
 sunt naturam mutasse, et ne quid incendia læde-  
 rent, pallium pro marmore, cera fuit pro sumine.  
 Sed quantum est apud illum cerei lumen extin-  
 guere, qui cæcorum lumen accendit? Aut cum ad  
 alterius cadaveris sepulturam oculorum ignem relin-  
 tegrat, quam facile credimus de sepulcro proprio ut  
 flammam expellat?

13. Vellem adhuc insatiatus sacratissimi viri mi-  
 racula quasi peculiariter decantare; sed vercor ne  
 unde meam cupio devotionem ostendere, auditoris  
 animum fastidio nascente videar obturare. Da mihi,  
 pie, veniam de textus hujus parvitate, da casu cul-  
 pam, ne dum hominis cupio vitare fastidia, videar  
 incurere confessoris offensam, de quo exigua dice-  
 rem, si libros implerem. Sed præsumo plurimum de  
 te minus dicere, ut de te legere populam brevitatis  
 plus invitet, auxiliante Domino Deo nostro nunc et  
 semper. Amen.

C *ctus humilitatem quam utilitatem pretii compendiumque  
 sectantes, colla pariter atque humeros tegunt, quod  
 mafors tam nostro quam ipsorum nuncupatur elo-  
 quio.*

<sup>c</sup> Apud Bolland. hic additur, *et consumere.* At  
 apud Gill.: *Ut obediret præcepto. Quam semper scit  
 subinde consumere, hic ceram, etc. Mss. S. MAURI.*

## PRÆMONITIO

IN VITAM SEQUEMTEM S. GERMANI EPISCOPI PARISIENSIS.

*Sequentem Vitam sancti Germani, pontificis Parisiensis, edimus ut exstat sæculo i Benedictino cum notis  
 cl. Mabillonii. Facile conveniunt omnes eam a Venantio Fortunato scriptam fuisse; de qua mentionem faciens  
 Greg. Tur., lib. v Hist. Franc., cap. 8, si quis tamen, inquit, strenuus virtutes illius [sancti Germani], quas  
 in corpore fecit, sollicitè vult inquirere, librum Vitæ illius, qui a Fortunato presbytero compositus est,  
 legens cuncta reperiet. Porro sanctus Germanus obiit an. 576, die 28 Maii, circa quod tempus ejus Vitam  
 ab amicissimo ejusdem Fortunato conscriptam fuisse verisimile est. Exstat illa apud Surium quoque et Bollandum,  
 sub eadem die 28 Maii.*

## VITA SANCTI GERMANI

URBIS PARISIACÆ EPISCOPI.

1. Beatus a igitur Germanus b Parisiorum ponti-  
 fex, territorii Augustodunensis indigena, patre

Eleutherio, matre quoque Eusebia, honestis hono-  
 ratisque parentibus, procreatus est. Cujus genitrix

<sup>a</sup> Apud Bollandum omittitur igitur.

<sup>b</sup> Mss. Bonifontis, *Parisiacensium.* BOLLAND.

pro eo quod hunc post alterum intra breve spatium A concepisset in utero, pudore mota muliebri, cupiebat ante partum infantem extinguere; et accepta potionem ut abortivum projiceret, dum nocere non poseet, incubabat in ventre, ut pondere præfocaret quem venena lædere non valerent. Certabat mater cum parvulo, revitebatur infans ab utero; erat ergo pugna inter mulierem et viscera. Lædehatur matrona, nec necabatur infantia, oblectabatur sarcina, ne gemitrix fieret paricida. Id actum est, ut servatus incolumis, ipse illæsus procederet, et matrem redderet innocentem. Erat hinc futura prænoscere, ante fecisse [Al., factam pro eo] virtutem, quam nasci contigerit <sup>a</sup>.

2. Deinde cum <sup>b</sup> Avallone castro cum Stratidio propinquo puer scholis excurreret, <sup>c</sup> mater <sup>d</sup> parentis, ut ejus hereditatem acquireret, de adolescentis fallitura nece tractavit. Quæ temperatam potionem in ampullula condidit, vinum quoque in altera, præcipiens puellæ ut, venientibus ambobus, illi porrigeret de vino, isti de maleficio. Sed ignorans ministra ampullulam mutat et pocula: vinum sancto Germano, venenum dat Stratidio; et dum insenti præparatur interitus, auctor cadit in laqueum. Quo mater ejus cognito, puellam increpat cum fletu, exstinxisse se filium. Cui Stratidio sollicite impenso studio, facto de ipsis maleficiis <sup>e</sup> vario, etsi mors vitam non abstulit, tamen signum mortis infixit.

3. Hinc ad parentem suum sanctum Scopilionem <sup>f</sup> Lausia se conferens, moribus honestis alitus et institutus est. Qui cum fere mille passus longe a vicis consistenter, jugiter ad matutinos curabant, ducti fidei calore, per tempestatem, per hiemem. Qui intra terni lustris <sup>g</sup> spatium a beato Agrippino diaconus instituitur, et sequente triennio presbyter ordinatur.

<sup>a</sup> Apud eundem Boll. hæc verba adduntur: Per incrementa denique virtutum, ad meliora quotidie proventus, litterarum studiis a dulcissimis parentibus est traditus, ut deinceps in Dei laudibus haberetur dignus.

<sup>b</sup> *Avallo*, sen *Aballo*, *Avallon*, oppidum in ducatu Burgundiæ inter Augustodunum et Antisiodorum. **MABIL.**

<sup>c</sup> *Mss. Bonif., Mater ejusdem Statidii.* **BOLL.**

<sup>d</sup> Alia exemplaria habent *propinqui*, sed utraque vox, *parens* et *propinquus*, Fortunato synonyma est. **D** *Hinc ad parentem suum, sanctum Scopilionem*, etc., hic, n. 3. **MABIL.**

<sup>e</sup> *Varius*, id est, maculosus.

<sup>f</sup> *Lausia*, seu *Lausen*, *Luzy*, oppidulum inter Augustodunum et Ligerim medio fere intervallo positum. Hugo abbas Flaviniaci in Chron., p. 1, ad an. 639, affirmat quod in *vico Lausia in manso natiuitatis sancti Germani non cunis, non avis prædam rapere prævalet, quæ non statim intereat, quod experimento probatum est.* Qui locus usque hodie Ecclesiam retinet, sancti Germani nomine, et virtute insignem. **MABIL.**

<sup>g</sup> Dubium est an spatium istud quibdecim annorum a sancti Germani natiuitate, an a tempore; quo Scopilionis disciplinam subit, sit metiendum. Posteriorius magis arridet; nam Agrippinus, *Æduncensis* episcopus, qui Germanum ordinavit diaconum, non dum sedem obtinebat anno 517, quo Pragmatius,

Delinc <sup>a</sup> a pontifice <sup>b</sup> Nectario abba ad sanctum Symphorianum <sup>c</sup> merito dignus asciscitur. Quanta vero inibi abstinentia vixerit, quantis quoque vigiliis continuando duraverit, quibus eleemosynis profusus exstiterit, illa res una testis est: cum jam rebus reliquis pauperibus erogatis nec panis ipse resideret quatenus fratres reficerentur, qua de re insurgentibus adversum se monachis, retrudens se in cellula, amare flevit et doluit. Inter hæc, ipso orante, quædam Anna matrona duorum <sup>d</sup> saumari-rum cum pane dirigit onera. Sequenti etiam die cum annona destinavit p'ena carpenti vehicula, ita ut exinde monachi cum saturarentur cibo, terrentur miraculo <sup>e</sup>. His itaque ceber intentus officii, non desiit prædicantis manifestari miraculis.

**B** 4. Igitur quadam vice dum cibum sescus acciperet, ingrediente Amando monacho in fenile cum lumine, carbone decedente, flamma fenem corripuit, et arida nutrimenta vorax ignis allambit. Concurrentibus reliquis, nec tamen succurrentibus, tardius ipse prosiiliens, raptâ de foco cucuma, ascendens supra fabricam, conciens Alletuia, fundens paululum aquæ in crucis imaginem, restinxit incendia, ac de manu sancti imbre sedata est ignis unda, quam vix exstingerent flumina. Quod tamen postero die, cujus insidiis actum est, hostis ipse confusus est.

5. <sup>f</sup> Chariulfus quidam Francus partim villæ basilicæ res obstinatus invaserat. Quem cum vir Dei ad reddendum aliquatenus commoveret, nec tamen proferret, ad orationem se convertit, nec fides vindictam distulit. Statim ex vicino ferus ursus exstiliens tres illius equos interfecit, nec sic a duritia respiciit. Sequenti vero nocte duplicavit ulor perniciem. Sex jumenta interemit, nec sic quoque pœna sufficit. Tertia idem nocte novem vehicula prosternit, triplicato cadavere: sic labor crescebat

ipsius Agrippini decessor, Epæonensi concilio subscripsit. At vero sanctus Germanus anno citato viginti minimum annos jam attigerat, siquidem *ferè octogenarius* evolavit ad cœlos (ex Fort., n. 67) an. 576. **Idem.**

<sup>b</sup> Sanctus Nectarius, episcopus Ecclesiæ Augustodunensis, subscripsit concilio Aurelianensi an. 547. **BOLL.** Idem præerat Ecclesiæ illi ad an. 542, ut notat Coitinus ad hunc annum, num. 29.

<sup>c</sup> Sanctus Symphorianus martyr Augustoduni occubuit sub Aureliano. Ejus Acta habes inter Acta sinc. martyr., ad an. 180 circiter.

<sup>d</sup> Saumari, equi sarcinari, *Callis Somniers*, a *σάγμα* sarcina. **MABIL.**

<sup>e</sup> Post hæc verba apud Surium, et in nonnullis apographis posterioris ætatis inseruntur hi versus: *Cujus bonis operibus inflammatus episcopus, sanctum virum neque adhuc ista recusantem, quem etiam predicabant dæmonia, in custodiam trusit. Cui saltem aut divino aperiebatur ergastulum, sed non hinc egrediebatur, nisi supplex et episcopalis daretur præceptio.* At cum ista in antiquioribus, sincerioribusque membranis non legantur, huc revocanda in secessum duximus. **Idem.**

<sup>f</sup> *Chariulfus*, aliis *Warnulfus*. **BOLL.** An hic forte idem est quem refert Greg. Tur. l. vii Hist. c. 38, cum Mummolo, atque Wadone de tradendo Gundovaldo hostibus societatem iniisse?

in cladem. Dehinc ad beatum virum tardius dirigit A  
puerum, agrum reformat invasum, calamitas com-  
pescitur. Id actum est ut, bestia castigante, homo  
sensum acciperet, et daret non intelligenti bellua  
rationem.

6. Dehinc beatus Agricola <sup>a</sup> Cabillonensis episco-  
pus habens cubicularium graviter vi februm fessum,  
qui destinato animo totus pendebat in transitu, di-  
rigit ad sanctum virum intercedendi suffragium.  
Tunc, perceptis apicibus basilicæ sub porticu, ad  
sancti Symphoriani sepulcrum progreditur. Interea  
vir justus orationi incubuit, terram corpore pre-  
mens, et sidera mente transcendens; et quasi ante  
se habens præsentiam Domini, pro voto supplicis  
obsecrator accedit. <sup>b</sup> Nam mox vicinus Redemptoris  
auribus exauditur, et adhuc isto recubante in pul-  
vere, ægotum medicina perfudit, ac Justo jacente  
in pavimento, languidus surgit de lectulo, <sup>c</sup> ante  
corruentem medelam, quin peroret qui supplicat,  
ita ut portitori redeunti obviam puer occurreret, cui  
parabantur exsequiæ, ut non esset ambiguum eadem  
hora languidum saluti fuisse redditum, qua vir bea-  
tissimus fustus orasse comperitur.

7. Nec illud omitti convenit, quod ad domum  
Ebronis pro fide Justo collatum est. Cujus ingre-  
diente domum, Anna matrona proclamat rem mira-  
bilem se videre. Inquisita a conjugē quid esset  
quod inspiceret, ait: Ecce beatus Germanus <sup>d</sup> cor-  
nata facie mihi videtur incedere quod pene vix  
valeo aut intueri lumine, aut sermone conferre  
sancto virum, novo more cornibus radiantem. <sup>e</sup>  
Consternataque mirabatur mulier hominem nostro  
tempore in figura Moysi potuisse conspiciere. Cre-  
dendum quod et iste post colloquium Domini potuit  
a muliere cornu exaltatus agnoscī. Cujus causæ pa-  
vore Ebro eadem die juxta sanctum sedere nullatenus  
presumpsit duplici pro merito, incōre pariter  
et terrore.

8. Contigit ut pro villis Augustudunensis Ecclesiæ  
Theodeberto regi Cabillone occurreret. Memor sancti  
Symphoriani in ingressu palatii, ita Spiritu Dei re-  
dundante locutus est, ut ante rex annueret quan-  
tertia petitor explicaret. Cui et ore prophético  
suum dixit de transitu. Quod <sup>e</sup> paucis interim diebus  
dum a Rhemis remcavit, in ipso itinere rex ex-  
trema sorte defecit, quasi sancti viri sermo dictus  
fuisse ab angelo.

<sup>a</sup> Sanctus Agricola vixit in episcopatu Cabillo-  
nensi, ab an. 552, usque ad an. 580. BOLL. — *Cabillonensis*. Hodie *Châlons-sur-Saône*.

<sup>b</sup> Ms. Bonifon. nec mora, ab auribus summi Dei  
exauditur. BOLL.

<sup>c</sup> Pro *corruente medela*.

<sup>d</sup> Hoc ostentum videtur respexisse Fortunatus  
carmine 15 lib. II, scripto ad clerum Parisiensem,  
in quo comparat Moysi Germanum bis verbus:

Moses, tende manus, et tua castra juva.

<sup>e</sup> Et tamen Gregorius Turonensis, in lib. III Hist.,  
esp., 36, scribit Theodobertum *diutissime ægotasse*,  
et cap. 37, anno post Clodovei obitum tricesimo

9. Et quoniam beatissimo erat familiare in basi-  
lica sancti <sup>f</sup> Symphoriani soli vigiliis ducere, euntem  
eum monachus Silvester prosequitur. Et ingres-  
si pariter ad sancti martyris tumulum, circa noctis  
medium, ab altari tumulum, frequentantem rimo-  
res, accipiunt, tanquam si ad rapinam collecta cur-  
reret multitudo. Credens enim vir Dei versari latro-  
num incursum, imperat monacho ante sepulcrum  
psallere. Ipse vero accedit ad altare. Dehinc illa  
turba ad monachum, quo psallebat, alacriter prope-  
rat. Quo mactato graviter et in terram projecto, ac  
semivivo relicto, veloces effugiunt. Qui vix voce  
flebili cladem suam replicans, a dæmonibus se  
cæsura gravi congressu confessus est.

10. Accidit ut Sabarici famulus, *Æsarius* nomine,  
ad virum de quo loquimur injuriam passus confu-  
geret, supplicans ut quolibet pretio eum de insol-  
entis domini servitio liberaret. Quod indignatus  
Sabaricus pro *Æsario*, et conjugē, vel unico ejus  
filio, octoginta solidos, pretii nomen, petit, quomi-  
nus famulos servili ditlone laxaret. Tamen hoc non  
dubitavit misericordia Justo vel perquirere, vel  
donare. Quo pretio persoluto, contigit ut ante basi-  
licam sæpeditus Sabaricus præteriret, nec tamen  
orationi quoque occurreret. Qui domum suam ingre-  
diens, statim affigitur, ligatur, et catenis revinctus  
ad sanctum perducitur. Neque sic a pio viro miseri-  
cordia tollitur, sed statim missa prece, ejus obti-  
nente fide, purgatur. Tunc adjecit Sabaricus adhuc  
viginti aureos ad pretium quod acceperat, et de  
centum solidis crux ad sepulcrum beati Sympho-  
riani ab ipso suspensa est: quæ usque hodie res  
est in testimonio. Qua occasione filii vel filiæ ita  
sancte conversati sunt, ut per monasteria nunc  
regant agmina monachorum. Quæ causa modo mi-  
rabili profuit patri, vel germi, ut parvum [*Fortē*,  
pravum] genitoris flagitium posteris transiret in  
iurum.

11. In pago <sup>g</sup> Alisiense res gesta est. Conjux  
illustris viri Vulfarii, Destasia nomine, vitalis spei  
destituta solatiis, linguæ carens officis, per biduum  
jam muta, spiritu deficiente decumbens, apparatus  
exsequiis jam palpitabat exanimis. Cui eulogiis per  
presbyterum suum directis et violentem adaperis  
præmortuæ dentibus, in ore transectis, mox ut  
fauces semivivæ liquor benedictionis introit, statim  
iucipit præmortuæ vitæ flutibus anhelare, oculi nece

septimo, regni sui 14, Christi scilicet 518, obiisse.  
MABIL.—Utrumque et quod hic narrat Fortunatus, et  
quod refert Gregorius Turonensis, videtur posse  
conciliari, si Theodebertus ex diuturno languore  
convalescere dicatur aliquid (quod sæpe fit), ita ut  
iter posset ingred., eundem vero ex morbo recrude-  
scente paulo post interisse.

<sup>f</sup> Sanctus Symphorianus nimirum Augustoduni  
martyrium passus fuerat sub Aureliano, uti supra  
diximus.

<sup>g</sup> Alexia, *Alise*, oppidum quondam validissimum  
in colle apud Mandubios in Burgundia situm, Cæsari  
notissimum, lib. VII de bello Gall. Nunc vicus o-  
t colli declivi impositus. MABIL.

præclusi lumen diei requirere, ut post funerum pallorem facies in ruborem transiret, donec cunctis stupentibus vivificata consurgeret, et circumstantes auctorem muneris gratiam prædicarent. Quæ singulis annis tributum vitæ solvit pro pretio.

12. Cæterum revelationum suarum quis scrutator introeat, cui ante quatuor annorum curricula, ipsa episcopatus sui causa non est abscondita? Itaque positus in sopore, inspicit a quodam sene claves sibi portæ Parisiæ porrigi. Interrogans quid hoc fieret? accepit responsum, ut salvas eas faceret. Quod post civitatis ejus episcopo decedente<sup>a</sup>, dum præcellentissimo regi<sup>b</sup> Childeberto occurreret, in ejus electione effectum illa vox promeruit. Ordinatique pontifex, qualis quantusque se gesserit, hoc expedire lingua mortalis non sufficit, quoniam supra hominem fuit omne quod edidit. Denique adeptus gradum curæ pastoralis, de reliquo monachus persistebat. Hinc se frequentibus exercebat vigiliis, inde continuatis macerabat inediis. Pernoctabat algida senectus per hiemem sustinens dupliciter frigus, ætatis et temporis, quod nec tolerare possint potulenti juvenes: seipsum pene obliviscens pro victoria corporis, tanquam si simul accessissent dignitas et necessitas. Quæ vero elemosynæ tam de rebus ecclesiæ, quam populi oblatione, vel regio munere, per manus sancti factæ sunt, solus ille, qui omnia acit et novit et numerat.

13. Denique quadam vice præcellentissimus Childebertus rex, cum ei direxisset sex millia solidorum, pauperibus eroganda, expendens tria millia, revertitur ad palatium: interrogatus a rege, si adhuc resideret quod egenis tribueret, respondit medietatem resedisse, nec invenisse inopes, quibus totum expenderet. Cui rex inquit: Domine, dona quod restitit. Nam, Christo largiente, quod donetur non deficiet. Incidens aurata<sup>c</sup> missoria, argentea vasa comminuens, quidquid primum habuit, dans sacerdoti, ne perderet. Frat ergo expectanda contentio inter sacerdotem et principem. Faciebant apud e de misericordia pugnam et de pietate certamen, thesauros ut spargerent, et de suis talentis egeni ditescerent, festini ad futura lucra, ut<sup>d</sup> bratheum semen sererent, et post messorum accederent, auro-

<sup>a</sup> Controvertitur utrum Libanius an Eusebius decessor sancti Germani fuerit in sede Parisiensi. Lege hac de re Coitinius, ad an. 551, num. 9, ubi ea quæ de Libanio narrantur, sancto Germano esse tribuenda ostendit, eoque propendit sententia, ut credat Eusebium seniore[m] antecessisse sanctum Germanum in sede Parisiensi, quod hujusce Eusebii mentio fiat in Actis sancti Clodoaldi. Is igitur an. 551 creatus pontifex Paris. decessit anno circiter 555, ut refert Coitinius ad hunc annum, n. 18.

<sup>b</sup> Childebertus, Clodovei filius, sedem habuit Parisiis, ut refert inter cæteros Fredegarius, in Epitom. Op. sancti Greg. Tur., n. 30. Obiit is an. 538. Laudatur passim pietas Childeberti a Greg. Tur., ac Fortunatus ipse suis illam carminibus celebrat; quam ad rem videsis quæ diximus in notis ad cap. 14 lib. II.

<sup>c</sup> Missorium erat discus, aut concha, sic appellatum, quod in illud epulæ mitterentur. Sunt qui

lentam per segetem, ut sacerdos locupletaretur regalibus thesauris, et in regem floreret gratia sacerdotis, qui suum solum hoc credidit, quod nudus aut egenus accepit.

14. Sed revertamur ad ordinem. Quidam in Exona vico de fiscalibus famulis, Gildomeris nomine, cum die Dominico quiddam operatus sit, ita contrahitur digitis, ut unguium acumen partem transiret in alteram. Qui Parisius sancto viro occurrit in oratorio, et oratione data, manuque peruncta oleo, ungues de palma retraxerunt. Digitis redditur organum, et in antiquo officio nervorum tela retextit. Quem clericum post effectum, et ut integrum salvum faceret, peste liberavit et crimine.

15. Kursus quædam melior, nomine Favonia, in urbe Parisiaca per novem dies percipiens nihil præter puticulam, ore aperto inbians, sancto viro oblata est. Quæ, velut ferro opposito, nulla lege poterat jungere dentes, aut labia. Quam in oratorio sacro perungens oleo, palpato undique capite, sine tarditate saluti restituit.

16. Accidit ut puella quædam de Medardi Neglidunensis familia, filans die Dominico, contracta manu, damnetur supplicio. Qua contacta oleo, virtus infudit remedium. Hinc stupentes digitum vigorem pristinum recipiunt; oblitum artis officium reducti articuli meditantur, manus ramosa distenditur, et purgata vitio dextra saluti reductor.

17. Recte creditur inserendum illud quoque miraculum. Bobolinus quidam, de vico Novionis, vehementer inimici pervasus insidiis, ad hominem Dei vinculis nexus addocitur, rebelli spiritu rotatus excutitur, nec lassatur [Forte, laxatur]. Qui, exorante sancto viro, quasi de longo itinere ad se suamque mentem septimo die revertitur. Sic dupliciter liberatus, dum fugit umbra de sensibus, catena cadit de manibus, et sanus redditur et solutus.

18. Hoc autem memoriæ jure perpetuo est tradendum. Quidam ex Nantharici familia, separatis ab invicem maxillarum juncturis, ore aperto, ad sanctum virum perducitur. Quam signo crucis impresso sanitati redditum vetuit ne acciperet vini potum, aut carnis edullum. Qui, præcepto postposito, ad normam sui languoris statim reductus est. Sed

<sup>D</sup> missorium pro mensorio velint esse dictum, quod in mensa apponeretur. Greg. Tur., lib. VI, cap. 2: «Tunc ego, inquit, Novigentium villam ad occursum regis [Chilperici] abieram, ibique nobis rex missorium magnum, quod ex auro geminisque fabricaverat in quinquaginta librarum pondere, ostendit, etc.»

<sup>a</sup> Ita mss. Codd., ubi legendum videtur *bracteam semen*, hoc est aureum vel argenteum; nam bractea est auri vel argenti lamina subtilior. Cui interpretationi favet, quod sequitur de *aurulentis segete*. Manu.

<sup>c</sup> Essone prope Corbolum.

<sup>d</sup> Melodunum Melun ad Sequaniam, decem leucis supra Lutetiam Parisiorum. In quibusdam Mss. legitur de domo Medardi Neglidunensis familie. Manu.

<sup>e</sup> Noyon in Picardia.

<sup>f</sup> An Nemptodori? Nanterre.

<sup>g</sup> Simile quid de sancto P. Benedicto legitur in lib. II Dial. Greg. Mag., c. 16. A. M.

ne prævaricantis negligentia justo subtraheret gloriam, in \* Spedotenovilla rursus ei oblatum est. Cuius loca maxillarum sancto perungens oleo, ac beatis manibus mentum astringens, et labia, Christi nomine invocato, concussa sanctis digitis ad se junctura revertitur, et suæ fidei merito salvus domum rediit.

19. Item faber, Ligerius nomine, turbulenti dæmonis arreptus insaniam, ita bestiali feritate proruperat, ut, catenis collo manibusque revinctus, vix ad beati viri traheretur præsentiam. Inde miserabilior, ut qui sustinebat ab hoste violentiam, ipsi adderetur altera poena per vincula. Quem tamen sacerdos apud se imperat detineri; et sicut septimo die Deus quievit ab opere, ita et opera Dei, transacta hebdomada, eripitur a dæmone, sicque in propria redire securus meruit liberatus ab hoste.

20. <sup>b</sup> Waddo vir illuster, consilii regis particeps, typum dupliciter incurrens febris et frigoris, expurgandus sancti viri præsentatur obtutibus. Interea, hora solita, febre concussus gravissima, ut refigeraretur, vel aquam instantanter expostulat. Qua sibi denegata, in sancti pontificis insolescit injuriam. Vir tamen Dei contentus, ut obtineret victoriam, oratione explicata, potum ei donans in calida, hominem revocavit salutem ad pristinam, et imminens periculum tali curavit antidoto, febrem curans per calidam.

21. Nec illud est prætereundum similis causæ miraculum. Reginae \* Chirodosintæ minister, <sup>d</sup> Ulfus nomine, \* typo vexabatur gravissime. Poscens suffragia medelæ perrexit ad pontificem. Quem vir Dei constanter ducit ad baptisterium. Sed exorante sancto coepit affligi gravius, in proximo liberandus. Postulat ardens, et æstuans aquæ medicam, sed negatur: Qui fellis amaritudine suscitatus acerrime, balteum suum ad sancti vestigia projecit clamans: Tu me, domine, interficis, cum sanare debueras. Sed hoc tibi notum sit, quia per te morior. Vita mea a te erit requirenda a rege, vel a parentibus. Interdum [*Boll.* interea dum] præ calore per baptisterii pavimentum volutatur. Orante beato viro in soporem convertitur et aliquantum post somnum excitatus, ab ipso in omnem incolumitatem languidus reformatur. Inquisitus a pontifice cur tantum locutus sit ad injuriam sacerdotis, respondit solum ei gratias referens, nihil se de suis verbis recordari confessus est.

22. Præcellentissimus Childebertus rex cum

\* Alii *Spedenoto*, *Esponde*, vicus prope Meduntam castrum, *Mante*, decem leucis infra Lutetiam Parisiorum non longe a confluyente Mandræ in Sequaniam. *Idem*.

<sup>b</sup> Hic idem forte est qui lib. vii *Histor. Franc.*, n. 27, a Gregorio appellatur *major domus reginæ Righanis*; quique in partes Gundovaldi ibidem transiisse narratur. Hic Waddo occisus est ad an. 589.

<sup>c</sup> A Gregorio Turonensi, in l. iv, c. 3 *Chlotisinda* vocatur, Clotarii regis filia, quæ Alboino Longobardorum regi postea nupsit. Ex hoc loco videas re-

equum, necessarium ad sellam beati viri, donasset vehiculum, rogat ipse qui dederat, ut eum sibi retineret, nec eniquam tribueret. Interim beatus vir, postulante captivo, equum donat in pretio, quoniam apud pontificem plus fuit, quam illa regis, vox pauperis. Jubet igitur ut quindecim eum venundaret solidis: quem pauper ipse cum duceret, negotiator occurrit; emique prædictum equum duodecim aureis. Quo empto negotiator adducit ad stabulum. Sed quoniam minus dederat quam vir Dei præceperat, equus sub nocte moritur, ne sancti verbum iret incassum. Unde sequenti die sellarem de stabulo, junctis bobus, extinctum retraxit emptor mortuum vehiculum. Qui versa vice, capistro non capite, sed pedibus alligatus educitur.

23. Est operæ pretium illud memorie tradere, qualiter sacerdos Christi solitus erat de ip-sis quoque regibus triumphare. Igitur enim glorioso Clotario regi occurrisset ex solito, nec tamen de sancto viro stante ante palatium ei fuerit nuntiatum, mora facta ante vestibulum, non representatus, inde domum revertitur. Sequens nox in oratorio vigiliis ducitur, rex dolore atque febris infestatione torquetur. Vix primo diluculo ad domum ecclesiæ a proceribus concursatur; poena regis exponitur, ut sua visitatione regis doloris vim mitiget, optimates deprecantur. Mox apud pietatem injuriæ causa postponitur, qui ante nec nuntiabatur, intrat honoratus et exoratus palatium. Rex vix assurgit de lectulo, caesura se divino flagello conqueritur. Allambit sancti palliolum, vestem sacerdotis deducit per loca doloris. Culpam confessus criminis, mox dolor omnis fugatur; idque actum est, ut cuius incurrerat de contemptu periculum, sentiret tactu remedium.

24. In pago Parisiaco Vico-Novo res gesta est. Quidam in eodem loco impetu lupi rabidi laceratus et extra sensum effectus beato sacerdoti miseranter oblatum est. Hic ad illa suæ artis recurrens suffragia, mox brachio olei benedicti liquore circumlito, et sacris eo digitis medicabiliter attriectato, pestis illa quæ viscera, dolore grassante, pervaserat, loca fugit obsessa, et jam putredine resoluta, vigore pristino restituta, siue cunctatione velut experrecto de sopore dolor recessit, mens rediit.

25. Item de vico \* Mantola Waldulfi cujusdam ancilla, anno, et novem mensibus, gravi cecitate percussa, per soporem admonita, ut simbriam sancti si tangeret, mox visum reciperet, die quadam sacerdoti occurrit; sed multa nocte circumdata ita con-

gnam Francorum filias, in paterna domo adhuc degentes, reginas appellari. *Mante*.

<sup>d</sup> An hic Vulfus est ille patricius qui jussu Brunichildis occisus referitur in *Chron. Frodeg. schol.*, n. 29?

\* Id est, febris periodica.

<sup>f</sup> Vide infra num. 40.

<sup>g</sup> An castrum Medunta aliis appellatum? Certe vernaculum nomen *Mante* satis acribit. Vide supra, n. 18. *Idem*. — *Mantola*, vulgo *Mante*, 10 leucis abest ab urbe; non autem vicinam ibidem oppidum *Mante*, aliis *Medunta* in Vexino Francico ad Sequaniam. *BOLLAND.*

strictis luminibus, ut unde oleum benedictum injiret, luminis aditum non præstaret. Tamen perunctis palpebris desuper et locis reliquis capitis, oratione data, pane et sale signato, mulieri præcepit ad mansionem se condere. Ipse a primo somno in oratorio pervigil, circa medium noctis mulier clamat hospitem, se lacrymare profuse. Tum accenso lumine ab oculorum compage cernit manare sanguinem. Quæ cum eodem cruore mane ad sanctum rediit, sed ipse cum aqua palpebras fovens et ablvens, orationibus additis, oculus unus apertus est; deinde altero peruncto mulier domum revertitur. Dehinc eadem sub nocte nimium fuso sanguine, appropinquante die, sacerdoti se obtulit. Qui cum de regis occurso domum reverteretur, ingressus in oratorium statim mulieri alter oculus aperitur, et, præstante Domino, gemello se videre lumine gratulatur.

26. Maguofledis [Al., Rannoslidis] puella cum talibus decepta illuderetur insidiis, ut quoties ad ecclesiam voluisset accedere, gressum facere non valeret, servo Dei in villa Savara<sup>a</sup> præsentata est. Confestim ut sancti manus super caput puellæ titubantis imponitur, tali investigatione occultus hospes [Al. hostis] detegitur, et se diu latuisse multo gemitu confitetur, nec in beati præsentia clamat proprio se posse celare præstigio. Ergo ita se proditum et egressurum gravi ardore conqueritur. Interim non cessante sacerdote manu crucis signum depingere, expectantibus omnibus in muscæ similitudinem prorumpens, cum sanguine de naribus mulieris inimicus egressus est. Quam sanitati restitutam, monachali veste mutatam, Dei servitio traditam bis triumphare fecit, hyste victo vel sæculo.

27. Quid illud quod sine mora curavit debilem dexteram? Cum ad festivitatem sancti Martini Turonis accessisset, egresso de monasterio offert se mulier barbarâ, manu nervis contracta, postulans medicinam. Quam sub casula receptam suo sputo illitam, velut sparsum farinæ collectum commacerat. Hinc resudante dextera digitos tendit et replicat, torporem veteratum ad vivacitatem resuscitat. Et priusquam veniret ad beati Martini januam, digitis suis extensam reddidit incolumem dexteram. Quam mox sentiens esse directam, mulierem a se<sup>b</sup> repulsus est, ingressus basilicam.

28. Deinde egrediente de prædicta basilica, cum se ad mansionem servus Dei reciperet, offert se manâ altera palma digitis affixa, quæ prius tacta de saliva, dehinc oleo peruncta, pristinæ sanitati de præsentia est reddita. Nam causas infirmitatis hoc erat sancto viro curare, quod tangere.

29. Erat sane mirabile, quoties famulus D i ad

<sup>a</sup> Savara, *Seure*, duabus leucis infra Parisios, prope Meudonia castellum, Meudon. MACIL.

<sup>b</sup> Pro *repulit*.

<sup>c</sup> Supra, n. 1.

<sup>d</sup> Bacæ seu bacæ lauri, vel juniperi, fructus; item gemmas, et mortuorum capulum significat, hic insolio quidem catenarum annulos. IREM.

Sanctus Greg. Tur. etiam bacas eodem adhibet in sensu, quo hic Fortunatus eandem vocem usur-

A Augustinum voluisset accedere, mox ad sanctum Symphorianum dæmones nuntiabant. Et occurrentes per Murvinum fletu gemituque clamabant: « Vir sancte, si de locis cultis nos inconsideranter repellis, vel habitare concede silvarum per solitudinem, ut liceat miseris per deserta securos errare. Ante tuos oculos nec corpora nos celant, nec nemora.» Qui desolentes et sancti non tolerantes præsentiam, admota ejus dextera, de obsessis corporibus passim vertebantur in fugam, et de salute populi projecta dæmonia lamentabantur.

30. Producatur in medium nobile illud miraculum. Cum regrederetur pontifex de sancto Symphoriano, castello Avallone<sup>a</sup> iter agens ingreditur, ubi reorum multitudo tenebatur ergastulo. Hinc a Nicasio comite invitatus ad prandium, vir Dei cœpit de misericordia habere colloquium, ut datis fidejussoribus laxarentur de vinculo, et partem culpæ cederet pietatis intuitu. Quod ille facere distulit obstinato spiritu. Unde antequam perpranderet, se de mensa sanctus proripuit, et carceri subterraneo superjectus diutius oravit cum fletu, ut divino conferretur auxilio, quod a temporali iudice non esset obtentum. Sic cursus ille lacrymarum per aera surgit in cœlum, et gemitus pervenit ad votum. Itaque deputatur angelus ad effectum. Dehinc vir venerabilis spem promittens inclusos hortatur. Nec perdit sermo quod loquitur: Fides gestus impletur. Eo discendente, mox catenarum bacæ<sup>d</sup> franguntur, vinctæ januæ reserantur, dies in carcerem reducit, damnati de tenebris in lucem procedunt, nec diutius poena tenuit quos torqueret. Sic erepti, Parisios occurrunt pontifici qui periclitabantur inclusi. Sed ut culpabilibus aliquid plus conferret, a rege quidquid fisco pro his debebatur obtinuit.

31. Dehinc ad sanctum virum Nicasius cum vellet occurrere, et jam præsentatus mox gravissimo casu in terra prostratus est et pene omnibus salutis destituito solatiis, ipso sancto intercedente, homini desperato virtus et sensus regressus est. Mox balteum, quo cingebatur et spatam pro munere beato Germano contradidit, quod ipse comes dato pretio post redemit. Id actum est, ut quod prius incarcerationis concedere distulit, hic duplicato fenore debitor compensaret, et aucta dote damna sarciret, prius pro eis differens, post et se ipsum redimens. Ante non illis pius, modo et de se trepidus, didicit casu proprio ærumnis succurrere alienis.

32. Prorsus illud stuporis retexatur in pagina. Eunte sancto viro ad beati martyris Symphoriani occursum, dum de vico<sup>e</sup> Cervedone in Murvino progreditur, habitatores loci occurrentes suggerunt, ut

pat, his verbis lib. 1 de Mir. sancti Martini, cap. 23: *Omnes bacæ catenarum confractæ ceciderunt. Bacæ itaque eodem in sensu usurpantur, ac boja, sive bagæ; quas voces vide apud Dufr., in Gloss.*

<sup>e</sup> Cervedo, *Cervon*, vicus prope Corbiniacum, vulgo *Saint-Léonard de Corbigny*, in tractu Morviniense *le Morvant*, qui tractus Burgundiam a Nivernis dirimit. MAU.



segetem \* Panitiæ mulieris viduæ, nihil habentis residui, quæ ab ursis vastabatur, visitare præciperet, et sancto suo adventu repelleretur incursio. Qui concitus, ministris irradientibus, ad locum perducitur, et oratione data desuper fecit signaculum. Hiæc in sancto divino in parentales bestias feralis ira succenditur; odium nascitur in affectu, in pace pugna committitur. Furor bestię his armantur, statim præfocatur unus ursus ab altero, et ipse qui restiterat, dum vellet foras egredi, sepiis palo transfoditur. Sic utrique vastatores uno momento perimuntur et ipsi sibi confestim arma mortis effecti sunt. Post ipsi redeunt mulier pelles ursorum obtulit ex studio, et quasi victori suo repræsentat spoliū, quod tamen omnino ipse recusavit accipere; et qui prius riserant, penitere cœperunt, videntes miraculum.

33. Et quoniam de Dei dono non debet esse fastidium, illud etiam breviter ducimus explicandum. Beretrudis quædam mulier \* Munsunthi matrona dum tempore litaniarum præcæcatis oculis non posset ire cum populo audiens chororum psallentium, cum lacrymis domini Germani implorat auxilium. Tertia sequenti nocte per soporem visus est ei vir beatissimus astare prope lectulum et quasi cæcis oculis fecisse signaculum. Evigilans mulier marito narrat quæ gesta sunt. Mox stillante sanguine dies oculis redditur, et diurnum post nubilum lumina sereno radio micuerunt. Clarescente quoque die ad missam cum populo progreditur mulier in processu, ita ut sancti viri sic visa per somnium esset imago remedium.

34. Adest nec minus laudabile, reddita vita infantulæ. Cum in Turonico illustris viri Pienti matronæ expositæ filię lamentaret extrema, et obseratis oculis nec anhelitu mobili respiraret infantula ad sancti viri præsentiam tota committit præsidia. Qui per missum invitatus, quantum valet, ad conclamationem puellæ <sup>d</sup> cadaver properat. Exceptus multis fleatibus deplorante familia appropinquat subsellio, quo jam rigebat infantula. Cælo vim facit questibus. Fere transacto inter hæc horæ unius spatio mobili singultu flatus puellæ reducitur, viscerum vitalis calor per membra diffunditur. Dehinc paulatim animata potum poposcit, ut biberet. Tunc a beato viro pane signato, vel calice degustato infantulæ, revocate de funere, ¶

\* An *pistoriciæ*.

<sup>b</sup> Beretrudis cuiusdam sit mentio apud Greg. Turon., lib. ix, cap. 35, eaque de templis ac monasteriis bene merita fuisse narratur. Verum hæc non alia fuisse videtur, quam ea quam laudat Fortun. lib. ii, cap. 12, ob constructam Tolosæ basilicam sancti Saturnini, quæ Launobodi uxor fuisse dicitur. Aut ergo alia fuit atque ea de qua hic mentio fit, aut hæc viro alteri ante fuisse nupta existimanda est.

\* An *Munsunthi*?

<sup>d</sup> Antiq. Cod., *cadaverem*.

<sup>e</sup> *Ternodorensis tractus*, cuius caput *Ternodorum*, seu *Tornodorum*, *Tonnerre*, in Burgundiæ ducatu, extenditur usque ad monasterium *Reomaense*, vulgo *Moustier Saint-Jean*, cui tum sanctus *Silvester* abbas præerat. *Lege Vitam sancti Joannis Reomaensis. MABIL.*

A totum vertitur in salutem. Quæ post in monasterio beatæ Radegundis felicioris vitæ terminum consummavit.

35. Quidam clericus de juxta monasterio beati Silvestri in ° Ternoderinse, cum die Dominico, ut loquimur ex consuetudine, caligas circumasset, debilitatem manuum vel pedum incurrit. Sed de beato Silvestro gressus recepit officium, per soporem admonitus occurrit sancto Germano, poscens salutis compendium. A quo interrogatus, causam culpæ confessus est. Tum imperat clerico ut clamaret per populum ne quis temere die operaretur Dominico. Quo quinto die transacto, superfuso oleo, debilis palma dirigitur, et ad propria eundi cum libertate dimittitur.

B 36. In pago Amoniense quod gestum est replicetur. \* Rotegiaco villa Parisiæ Ecclesiæ septem ei viri debacchantes oblati sunt. Quibus curatis unus, qui graviore vexabatur spiritu, cum exire cogere, homini Dei professus est, expulso se de illo loco gravem lamentationem Parisiæ facere. Tunc fugata pestis de sancti viri Germani transitu famam fudit per populos, et pastoris pro obitu gregem movit in fletum. Qui tamen energumenus eisi seminavit mendacium, expulsus non defendit obscurum.

C 37. Et quia iusti opera crescere cogebant miracula, item in prædicto loco offertur ei paralyticus, membris dissolutus, carpento subvectus, gressu destitutus et actu. Quo sanctificati olei liquore perfuso, cum cutis summa telegisset, vigor medullas introit. Dehinc redivivæ manus ad usum mobilem redeunt, <sup>a</sup> thorace pectoris vitali appulsus fit fortior, genua columnaris imbecillitas roboratur, plantæ solidatis basibus subriguntur. Inter hæc tota membrorum fabrica reparatur; qui sanitate recepta, redeunte sancto viro, occurrit in itinere præparato exenio, gratias Christo referens de reddito corpore.

38. Nec hoc prætereundum est, qualiter similiter merito claruit virtus in altero. Igitur *Emmegilus* de vico <sup>i</sup> *Bucciaco*, quidam puer admodum parvulus, membris paralyticus, in sella Parisios ad sanctum virum, manibus bajulantium, delatus est. Nec <sup>j</sup> dextra vigens mobili, nec planta surgens stabili,

<sup>i</sup> *Mosny*, in *Bria*.

<sup>e</sup> Etiam hic locus *Burgundia* esse videtur *Castellano*, adeoque diversus a *Rongy*, sesqui-leuca distantat Parisiis, nec tamen creditur esse *Rosoy*, antiquis *Rosetum*. *BOLLAND.*

<sup>a</sup> Ita mss. Codd.; legendum tamen videtur: *Thorax pectoris vitali pulsus fit fortior, genuum columnaris imbecillitas*, etc., nisi forte *genua* adjective sumatur. *MABIL.*

<sup>i</sup> *Bucciacus*, *Boissy*, paulo supra *Lutetiam*, inter *Sequanam* et *Matronam*. *IDEM.*

<sup>j</sup> In pluribus Mss. hic inseruntur ista verba: *Per triduum voce, manu, vestigio, pudore concutitur, ruinas in partes tollitur, gratias Creatori referentes, hominem a quo morbis jugiter et moribus imperetur. Sed cum textu non cohæreere videntur. IDEM.*

meæ lingua sonans volubili, totius debilitatis marcore captivus, quodammodo sine naturæ ordine in rerum natura præfusus. Quem sanctus continuatim per triduum sacro liniens oleo sanitati restituens uno sub momento voce, manu, vestigio. Cunctos stupor amplectitur, clamor in cælum educitur omnem artem medicorum sanctum superasse Germanum.

39. Item de eodem vico Bucciaco quædam occurrit Parisios ita manu contracta, ut unguium acumen palmam foraret in iugum. Qui tantum oris sui ducta saliva pollice, nervorum distentionem, manus reformat imaginem.

40. Retinet ejus laureas et pagus Bituricus. Igitur pastor bonus cum de vico Novigento ad <sup>a</sup> Vicum Novum visitandi gregis cura solita pervenisset, offert se quædam vetula annorum bis quaterna gerens in ræcitate curricula. Cujus super oculos signum nostræ redemptionis sacerdos imponens, imperat ut sequens iret qua pontifex pergeret. Altera quoque die cum prædicto occurreret ei ex improvise, sanguinem manantem de lumine, largo fonte, salutem suam oculi lacrymabant. Quæ inter reliquos astans sancto viro conspicitur. Qui tollens se de confesso, mulierem ut pote cæcam trahit in diversorium, quo sibi erat cubiculum. Cujus lumina aqua tepida suis manibus ablucens diem refudit in oculis. Quæ mox lucem inspicit, sancti viri digitos insatiata gaudio suis immersit faucibus, pariterque ministris compunctione deficientibus videre se hominem, qui cæcis pro pecunia in domo lumina dispensaret. Sed hæc in cubiculo præserte me gesta sunt.

41. Cum ad possessionem ecclesiæ, quæ dicitur <sup>b</sup> Inethe, sacerdos accederet, quidam ei sit obvius, conquerens de quadam villa se solum incolumem esse, universos vero accolæ gravi tædio laborare. Cujus eulogiis ad infirmos portatis, statim ab ægroto languor omnis fugatus est, et primo gustu eulogiarum morbus eum pane consumptus est. Sic fuit ab illa turba cum esca sanitas manducata.

42. Item cum Parisios ad <sup>c</sup> basilicam beatæ Crucis vir Dei procederet, mulier parvulum in albis, ultimo flau palpitantem et jam migraturum, ante sanctum

<sup>a</sup> Fortunatus, supra, num. 36, mentionem fecit Vici Novi, quem juxta Parisios locat. Hic idem omnino esse videtur apud Bituricas a quodam Gallico paraphraste perperam quæsitus, cum *solita cura* a sancto Germano visitaretur. Fuerit proinde mulier illa Bituricensis diocesis, sed nequaquam Novigentum, vel Vicus Novus sancti Clodoaldi vicus, vulgo *Saint-Cloud*, olim Novigentum dicebatur. Vero tamen simile est hunc locum interpretandum de Novigento silvæ Vineænsi (*Vineænes*) proximo, a quo non longe distat Villa Nova sancti Georgii communiter appellata.

Et tamen Germanus Biturigensem pagum sæpe edire solebat, testante Greg. Turonensi episcopo, in lib. de Gloria confessorum, cap. 86 et 92. Item Amleavensem pagum ex dicitis in Vita sancti Albini. **MABIL.**

<sup>b</sup> Al. in *Æthe*.

<sup>c</sup> Basilica sanctæ Crucis, alias sancti Vincentii,

A exposuit, dicens: Pie pater, si velles ad lamentantem respicere, mater flebilis non orbarer; neque hinc discedere malles plenam gemitu, vacuatam de fructu. Et nisi festines succurrere, vides infelicem, extorquente morte, raptum ab ubere. Aut filium restitue, aut pariter cum ipso funeraturam me obtine. Indulge, pastor, miseræ, quam suus dolor facit audacem. Qua flebiliter poscente, mox ut beati dextera supra expirantem signum crucis impreavit, quasi vigil de sopore lac matris expellit, qui jam frigebat in funere. Ita momento temporis filius de mortis fauce, mater tollitur de mœrore. Hinc circumstans populus, stupore concutitur, fragor in partes attollitur, gratias Creatori referentes de præmio, tempore, sacerdotis præcipuo, a quo morbis jugiter et mortibus imperetur.

43. Deinde accedente in <sup>d</sup> Bradeia vico pagi Parisiaci, missa celebrata, ei in sacrario cathedra deportata offertur paralytica, universorum membrorum damnata gerens officia, nullum vigorem retinens plantæ vel dexterae. Mox habens in eo fiduciam qui dona sibi larga præstabat, eam ut vialis olei, benedictione superlinivit, statim morbus excluditur, salubris vigor illabatur; recreatisque visceribus melius renascitur saluti, quam germini, plus adquirens ex munere quam sumpsisset origine. Ita ut suis postea manibus tunicam sancto faceret, quasi acquisitæ tributaria medicinae.

44. <sup>e</sup> Tradidit memoriæ quod juvat in laude. Itaque Audegisilus, major domus regis, cum quartano typo graviter ageretur, occurrit beato viro, fidens de beneficio. Homo Dei in sua cella deputat, et cum uno diacono residere jubet inclusum. Tum anxius, et jejunas miuiter, quid faceret, excogitat trepidus, unde curaretur infirmus. Idcirco febricitantem virum, Dei servi, <sup>f</sup> rachena undique obvolutum componit ejus in lectulo. Eadem quoque die tactu vestis nobilis, quasi impetu fluminis, ita quartanæ febris ignis omnis exstinctus est. Et redeunte de prandio, reserato cubiculo, sanus surrexit e lectulo, exultante ministro pro sanitatis præmio, tunc sibi resoluta jejuniis. Sic tactu beati vestis salutem operatus est absens.

45. Exsequamur itineris accepti viaticum. Itaque:

**D** nunc sancti Germani Pratensis in suburbio Parisiensi. Lege Vitam sancti Droctovei abbatis, num. 13. Amanuensium interpretatio est id quod in nonnullis Mss. Editisque libris additur: *In suburbio ejusdem civitatis positam*. **MABIL.** De hac basilica non plura ad car. 14. l. 11.

<sup>d</sup> Bradeia, vulgo *Brie-Comte-Robert* in provincia Bria; sed dubitat Castellanus, an non potius legi debeat *Bundeia*, ut sit *Bondis*, duabus ab urbe leucis. antiquitus *Vunzeis*. **BOLLAND.**

<sup>e</sup> Bol., *traditur*.

<sup>f</sup> Alii scribunt *Rachana*, sed utrumque recte a verbo græco *ράχα*, quod divulsiones significat. Unde *Rachana*, vilis et lacera vestis, *Vossio*, de *Vitis Serin.*, videtur. Sed aptior huic loco *Menardi* nostri interpretatio, in *Concord. regul.*, pag. 922, ubi *Rachanas* pro lectorum operimentis usurpat. Alibi tamen *Vossii* expositio quadrat, ut in lib. II *Vitis sanctæ Radegundis*, n. 4. **MABIL.**

cum a Pictavis vir Dei ad beatum confessorum proficisceretur Hilarium, quædam Baudo-Feisa de b Sene-Corbiaco villa, inter duos vix advecta, ei representata est, quæ erat muta, clauda, vel manca. Lingua rigebat immobilis, anhelitu palpitante, pars erat tota de funere, ut videntibus oculis reliquum esset cadaveris. Super quam misericorditer ut signum sacræ crucis expressit, confestim omnis vigor per membra diffunditur, venarum fluxuosi rivuli suscitantur, nervorum imbecillis stupor excutitur, naturalibus modis ad vitalem usum tota fabrica renovatur. Mox linguæ plectrum resolvitur, digitorum gloumi tenduntur, pedum bases solidantur, totamque viscerum molem hoc fuit apud sanctum vivificare, quod tangere. Quæ convalescente medela tertia die civitatem sancto gratias referens suis occarrit vestigiis.

46. Operæ pretium creditur etiam illud inserere curationis præconium. Pago c Vindocinensi vir beatus dum præteriret, in d Ransidonem manendi gratia declinavit, ubi e tanti robor benedictionis invaluit, ut stipulam lectuli, in quo vir sanctus requievit, quisquis fideliter abstulit, donum medelæ portaverit, et de semine palææ frugum meteret medicinæ.

47. Reddat hic testimonium nobilis facti urbs f Namnetum. Quo vir Dei accedens, religioso admodum exceptus obsequio, occurrit ei Tecla, Damiani matrona, hominis prompti negotiis, supplicans ut virum suum aut ipse pastor, aut missi sui requirerent. Quo quia ipsi fuit accessus difficilis, cum s abismariis suis diaconum direxit. Qui percurrens ad hominem, ut sibi jussum fuerat, infirmi viscera tangit. Altera die exoratus ipse sacerdos accedit ad debilem, qui duplici sub tortore, hinc pressus valetudine, inde podagræ vulnere cruciabatur, homo miserandus precaciter. Tum sacerdos altissimi infirmum oleo benedicto perunxit. Eo momento debilis statim manibus directis longinquo de languore, gressu solidato, prosilivit.

48. Sed ut duplicaretur in una domo mysterium, et quæ præcessit in patre medela, perveniret ad prolem, habentem filiam offerunt ei nomine Mariam cæcam, surdam et mutam. Exponunt vivum h cadaver ante sancti vestigia, dicentes: Bone pastor, adhuc quod huic languidæ medicinæ restat impende. Nam tibi credimus reservatum, unde teneres præconium, ut restituta familia acquirat a sacerdote quod amisit de germine. Tunc pietas insignis advocatur in lacrymas; mox ad militiæ suæ belliger arma convertitur, et ad obtinendam victoriam preces offert fortis orator. Tunc vir beatus surgens ab oratione,

A oleo benedicto loca perungens capitis, in Trinitatis nomine trino depulso languore, statim patefactis aurium oculorumque meatibus, plaudentibus universis, muta loquax effecta est. Quo facto negotiatores civitatis Namneticæ quisque sui remedium, pecuniam, ut potuit, sancto viro dispensandam pauperibus, devote vel obtulit, vel direxit.

49. <sup>1</sup> Leudegisilus, vir illuster, juxta quod ipse professus est, cum aliquis ex familia suæ domus incurreret typum cujuscunque febris, aut aliquid frigoris, lavans illas litteras, quas in subscriptione manus sancti depinxerat, quamplures suos hac medela saluti restituit.

50. Breviter his perstrictis, prosequamur ex reliquis. Chusinus quidam, incongrue dum die Dominico equo curam impenderet, missa manu in vulnere, digitus ejus intumuit. Hinc grassante fervore tota pars brachii relaxatur putredine. Qui per i Belsam sancto itinerante, ut ad domum suam diverteret, precibus fuis, obtinuit. Mox ejus brachium vir Dei aqua calida confovit; insuper oleo benedicto perungens, superpositis caulis foliis, mirificus medius alligavit. Sic quidquid inerat ulceris, pretiosa cura restinxit. Post ipse gratias referens sancto viro occurrit tali curatus malagmate.

51. Item servus Ecclesiæ, Libanius nomine, die Dominico sepem inconsulte dum clauderet, manus ei contractæ sunt ultione præsentis, qui ad sanctum virum Parisios morbo castigante percurrit. Quem olei benedicti liquore perfusum, ac mysterii potius unguento respersum, addita oratione, incolumitati restituit.

52. Per singulorum compendia currant rerum miracula. Namque Andulfus, Ecclesiæ Parisiacæ clericus, dum h die Resurrectionis in vineola sua nubes ab arbore excuteret, pro eo quod operatus est in die illuminationis, cæcitate percussus est, et vultu tenebroso perstitit anni spatio. Delinæ pontifici oblatus, et sancto unguine perfusus, diei rursus redditus, et sacerdotis sereneum purgavit clerici nubium. Sic quidquid minister amisit, medicabilis præsul obtinuit.

53. Et quia crescunt genera miraculorum per tempora, cum regi præsentandus vir beatus occurreret villa Roteiaco, clericus ei nequitæ spiritu vexatus adducitur. Unde expulso adversario videntibus circumstantibus, velut avis parvula de capite energumini, umbra fugata, egreditur. Quam dum reliqui per domum volitantem insequerentur, ipse sanctus suis eam contrivit vestigiis; et cum pede comprimeretur, conversa est repente fallax in sanguinem,

Turon., maxime lib. vii Hist. Franc. Is Gunteramni regis exercitum ducebat, qui et urbem Couvenas obsedis, et expugnasse ibidem narratur. Idem forte, qui comes stabuli nominatur a Fredegario Scholastico in append. ad Hist. Greg. Tur., n. 2. Hunc eundem esse crediderim de quo hic Fortunatus, quod et nomen *illustris* adjectum videtur declarare.

<sup>1</sup> La Beauce.

<sup>2</sup> Id est, die Dominico.

<sup>a</sup> Poitiers.

<sup>b</sup> Secrbby.

<sup>c</sup> Le Vendomois.

<sup>d</sup> Rance.

<sup>e</sup> Bol., tantum.

<sup>f</sup> Nantes, in Armorica.

<sup>g</sup> Christianaria vasa erant ad recipiendum chrisma.

MABL.

<sup>h</sup> Al., cadaverem.

<sup>i</sup> De Leudegisilo duce sæpius mentio fit a Gregor.

geminato præconio, ut nec calcaretur, et sui casus A  
indicio multifarius ar ifex fieret sanguis, reus sanguinum.

54. Producat a pagus Oximensis inter nostra quod  
num est, ne teneatur in obscuro posteritati res  
luminis. Siquidem vir sanctissimus ad b villam Ta-  
siliacum cum declinasset itinere, offertur ei mulier,  
cui duplex morbus erat, inde vetustas, hinc cæcitas.  
Salutem deprecari verbis trementibus incæpit, qua  
supplicatione motus senis mulieris, et debilis, ora-  
tionè præcedente, oleo superfuso, lucernæ oculorum  
reddunt luminis radios, et datis specularibus tenebræ  
fugerunt. Qua illuminata, Deo reddentes gloriam,  
per quem Christus operatur, astantes sancti Germa-  
ni præconati sunt merita.

55. Dinumerandi sunt morbi, ut prædicetur fons B  
medici. Daningus, Ardulfus filius, ita capite, oculis,  
et totis hydropis morbo tensus erat visceribus, ut in  
utris similitudinem quasi totus venter esset, penetra-  
tis vitalibus, velut vitrum, perluceret infecta cutis  
intrinsecus. Qui, a medicis desperatus, ad beati con-  
fugit extrema sorte remedium. Quem mox vestibus  
extruxit, et sacris manibus perunctum, hydropis in-  
clusus liquor liquore consumitur et aqua infusione  
olei desiccatur. Sic modo admirabili nec humor for-  
ris egressus est, nec iatus languor retentus est, arte  
prædicabili humorem ex humore siccati.

56. Item cum ad basilicam beatissimorum Gervasii  
et Protasii vigilaturus accederet, quidam cæcus insti-  
tit, misericordiam postulans. Cui vir Dei præcepit  
inter altare et sanctorum reliquias ut jaceret. Quo  
peracto, primo diluculo mox super oculos signum  
cruccis intulit, lux effulsit. Et totus labor medici cu-  
ram, virtute crucis, impendit.

57. Mulier de Oximense, petens redemptionem a  
sancto viro, qua sorte, nihil accipere meruit. Dehinc  
Britannum presbyterum pro infirmitate rectoris pa-  
trix suæ benedictionem prædicti et reliquias expe-

a Pagus Oximensis, comitatus titulo quondam in-  
guis, sic dictus ab Oximo Neustriæ oppido, vulgo  
Hyemes, inter Divæ et Ornæ fluviorum initia conti-  
netur, pago Uticensi ab Oriente conterminus. MABIL.

b Ville-Taillac.

c Chinon supra Ligerim.

d Charoy, in tractu Wastinensi.

e Cheiry.

f Legenda præfatio cl. Mabillonii ac sac. i Ben.,  
num. 101, ubi quærit, an oleum ad unctionis Sacra-  
mentum consecratum, illud ipsum fuerit, quod sancti  
in curandis infirmitatibus adhibere soliti fuisse legun-  
tur.

g Al., illustrer.

h Incurrens.

i Phrasis inusitata, et Fortunato peculiaris, ab eo  
iterum in lib. i Vitæ sanctæ Radegundis, num. 11,  
usurpata, sed utrobique in libris Editis depravata lu-  
dissime. Hunc locum Surlius recentiorum exemplarium  
fidem secutus ita exhibet: *Vigiliis in honore sancti eodem  
in oratorio devote celebratis, ac missa, de præsentibus curata  
est.* Omnino vero exemplaribus veterrimis in nostram  
lectionem coeuntibus, subscribendum. Quid ergo  
missa revocata? Nempe dies festus annua vertigine  
recurrens. Patet ex conc. Pistensis, cap. 3: *Communi  
placito constituimus ut usque ad missam sancti Remi-*

gii. Qui iter suum egrediens, mansionem in villa  
qua prædicta mulier habitabat obtinuit. Quam mari-  
tus allocutus, ut sicut alii, et ipsi ad reliquias domni  
Germani occurrerent. Quæ despexit pro eo quod ei  
sanctus vir redemptionem non dederat. Sed statim  
in loco quo stetit, velut fixa stipite, gressum movere  
non potuit; manibusque contractis ad reliquias sancti,  
manu mariti portata est. Inter hæc, dicti peni-  
teus, miserante pio viro, saluti reducta est, confitens  
ejus despectu sibi repentinum accessisse periculum.

58. Et quoniam, suo merito, semina salutis per  
quæque loca dispersa sunt, contigit ut venerabilis  
Flameris, abba de e Canone Turonico, manu beati  
Germani subscriptam accepisset epistolam. Qui cum  
suum monachum per duos annos, febribus decuban-  
tem, ad lectulum visitaret, requirit infirmus unde ve-  
nisset pagina. Respondit abba, a domno Germano  
sibi fuisse directam. Quam petiit sibi porrigi. Qui de  
subscriptione ejus lingua detergens litteram, salos  
descendit in viscera, et atramenti pictura cuncta vicit  
unguenta. Unde approbatum est, languido recuperato,  
ut dicamus communiter, de sancti subscriptione sibi  
salutem linxisse.

59. Dehinc cum ad d Carnonam Castellum acce-  
deret, quidam se ei ingerit manu contracta debilis,  
pro eo quod die Dominico aliquid operatus sit. Quem  
præcepit in villa e Cariaco post se festinum occur-  
rere. Quo accedente, dum digitos ejus sacro perun-  
geret f oleo, subito sicca palma revirescit ex altera.  
C Astricta cutis ossibus, intercurrente humore, relaxa-  
vit articulos, juncturæ pene disjunctæ rotendantur  
in digitos, ariditas diuturna suffusa reflorescit in ve-  
na, statimque vulnere clausa dextera inter manus  
medici sana redditur et distensa.

60. Accidit ut sanctus vir remeans de Nannetico,  
domum Nunnichi e illustris illustraret vestigio. De  
cujus veste, matrona rapio fideliter fido, recondit in  
oratorio, quæ valetudinem h irruens, vigiliis in ho-  
nore sancti solemniter celebratis, i ac missa revocata,

gii, hoc est Kalendas Octob. spatium habeant illi,  
qui in istis temporibus istas deprædationes et alia  
malefacta criminaliter et publice fecerunt, ut inde  
apud Dominum, et apud eos quibus malefecerunt  
se pacificent. In Capitul. l. b. ii, cap. 10, Carolus  
M. monetæ emendandæ concedit spatium usque  
ad missam sancti Martini, et cap. 20, pontibus resar-  
ciendis ad missam sancti Andreae. Si igitur missa  
sancti Remigii, sancti Martini, sancti Andreae pro  
die ipsis dicato sumitur, ut ex locis adductis ma-  
nifestum est, recte et ad textum apposite Fortunatum  
hic de anniversario (ut loquuntur) festi sancti Ger-  
mani recursu interpretari licet, nec aliter fortasse li-  
cet. Cum enim de sacrosancto missæ sacrificio is au-  
ctor agit, non recedit a usitato loquendi more, suora,  
num. 43. Et tamen Gregor., Turon. episc., de Gl.  
Mart., lib. 1, cap. 51, alio sensu eandem phrasim  
usurpare videtur, ubi de matre agens eam comitis  
admonitam fuisse dicit, ut ad depellendum pestis in-  
guinariæ periculum in vigilia sancti Benigni vigiliis  
ageret, ac missas revocaret. *Vade et vigila totam  
noctem in honore, ac revoca missas, et liberaberis a  
plaga.* Nam et Greg. missæ celebrationem etiam  
laicis adaptat ejusdem libri c. 75, *si qui nunc frî-  
goritici, inquit, in ejus honore missas devote cele-  
brent* etc. Idem.

de presenti curata est. Ita beatissimus non solum manu A  
suaavit quod tetigit, sed nominatus curas sparsit.

61. Attila, vir illuster, ac regalis aulae do-  
mesticus, corruens in balneo, laeso graviter bra-  
chio computruerat ipsa tota manus ab humero. Qui,  
medico adhibito, dum curam vellet impendere,  
rupta vena viscerum, pene omnis in momento vitae  
sanguis effusus est. Nuntiatur pontifici hominem  
esse in funere, pietatis impulsu occurrit senior,  
quem lacrymis conclamatum sine ulla spe oculis  
clausis oppressum invenit expositum. Cujus vix ad-  
aperit fauces cum cultelli manubrio, oratione prius  
data intulit ei in ore paululum aquae frigidae semel,  
secundo, vel tertio. Interim expectans quis esset  
rei exitus, assedit circa lectulum. Transacta fere  
hora, redivivo singultu exanimatus concutitur, ac  
nullis motu anhelitus evocatus reducitur. Faucium  
uestes, relaxatis visceribus, spiritu intercurrente,  
reducitur, paulatim convalescens, vita de morte  
revertitur. Dehinc quasi de sopore expergefactus in-  
terrogat ad caput ejus quis fuit? Adesse dom-  
num Germanum a circumstantibus dicitur. Postulat  
manum sancti sibi dignanter porrigi, ita incipiens  
alloqui: Domine, tu me revocasti longo enitem iti-  
nere. Statimque obtulit sacculum plenum pecu-  
nia et balneum ampli ponderis, quos pauperibus  
ergaret, mercedem vitae, vel gratiae.

62. Pergens Augustudunum vir sanctus Rotagiaco  
dum pervenit, comperit ab Abbone quosdam retru-  
sos in carcere. Igitur pro absolvendis, supplex, tribu-  
no suggerit, sed ille durus non annuit. Illic ipse,  
cauto consilio, dum dicit se campum circumire,  
currit devotus ad carcerem. Itaque a: exorandum pro-  
volutus sternitur, ibique tempore nocturno catenae  
discussae sunt, validus tormenti rigor ad fragmenta  
redigitur. Sera gravis illidit, postis cardine vellitur,  
qualis carcer recluditur, damnati ad vitales auras  
quasi redeunt de sepulcro. Ita fit ut ei Rotagiaco, matu-  
tino tempore, ingressi occurrerent; et qui sancto non  
praestitit pro absolutis reis, tribunus reus effectus est.

63. Igitur cunctorum saluti semper instans sol-  
licitus, cum <sup>a</sup> Bituricas accessisset pro ordinatione  
<sup>b</sup> Felicis episcopi, praedicante sacerdote, Sigericus  
quidam Judaeus, fidei sacramento percepto, con-  
versus est, habens in Judaismo Mammonam nomine  
conjugem. Quae cum de conversione nec mentionem  
reciperet, et per missos beati admonita refugeret,  
facta ab eo vigilia, doctor ipse profectus est. Quae  
cum beatum virum nec visu vellet intendere, can-  
tato cursu tertiae, manum suam pontifex ad mulieris  
frontem dignanter admovit, pietatis ex opere.  
Statim a circumstantibus de mulieris naribus sciutil-

lante igne, fumus egredi visus est ut cunctis clare-  
fieret, ejecto insidiatore, mulierem usque tunc illum  
saluti suae repugnasse per obsidem. Tunc exonerata  
inimici fasce, respirans, confessa est nunquam se prius  
faciem beati viri potuisse conspiceret. Qua potente, ac  
precante, efflci Christiana cum propria dono prome-  
ruit, et quasi capite subdito, exemplo ejus, multi  
Judaeorum conversi sunt.

64. De et hic illud inseri, qualiter peregrinela  
sit revocata lux oculi. Itaque pergens Augustudunum  
pro ordinatione <sup>c</sup> Syagrii episcopi, hac inter reliquos  
cives Florentinus illuster pro consensu delatus est,  
habens navum in oculo, speciositati derogans ali-  
quantulum, ne florens haberetur in vultu. Interea  
dum laudes acclamantur episcopo, a quodam igno-  
rante <sup>B</sup> ex improvise percutitur eodem in oculo,  
evulsoque de loco coepit supra maxillam dubio pen-  
dere cum visu. Qui cursu praepropero ad beatum  
Germanum cum clamore prosequitur, multa ipse  
concrepitan, ut loqui solet calamitas. Tunc sancti  
Germani manu lumen in locum reducit, et ab eo  
ad beatum <sup>d</sup> Symphorianum dirigitur. Qui pro ipso  
tandem vigiliis institit, donec amissus oculus, purgata  
pristina macula, addito beneficio, integrior reddi-  
tur, et mellus redit post vulnera, quam quod antea  
fuerat per naturam. Qui <sup>e</sup> Florentinus deinceps  
<sup>f</sup> Matascone ordinatus est episcopus.

65. Quanta vera fuerit virtus ejus signaculi, adeat  
inter reliqua res ista testimonii, quae producitur in  
sequenti. Cum de basilica sancti Martini ad villam  
sanctae ecclesiae <sup>C</sup> Severiaco recurreret, adjungit  
in itinere quemdam Amantium juvenem, quem de-  
prehendit a Judaeis duci nexum in ferreis. Requiri-  
tur quid fecerit. Paor respondit, veraciter ob hoc  
duci in vinculis, quia se recusaret legibus subdi  
Judaeis. Tunc dissimulabant cum clave Judaei vincula  
ferri reserare. Facto a sancto viro desuper crucis  
signaculo, mox ferri sera revellit.

66. Itidem cum Parisios ad basilicam sanctorum  
Gervasii et Protasii, orandi causa, procederet, ja-  
nuis obseratis ingressus illi negatus est. Tunc requi-  
sitis clavibus, nec ipsis aperientibus, sic reseravit  
passulum, facto crucis signaculo. Stupor animos in-  
vasit praesenti miraculo, aperiri de virtute, quod  
clave duce non potuit. Haec quoque veneranda praes-  
ente me gesta sunt.

67. Et quia beato viro nullum obstitit metallum,  
cum ligna, saxa, ferramenta ante ipsum soluta sunt,  
accidit una dierum Parisiis orationem cum daret ad  
otium carceris, sequenti nocte trusis apparuit lumen  
in carcere. Visus est eis admonere quod foderent, ut  
foris procederent. Qui dicentes ad invicem domum

martyr. ad an. circiter 180.

<sup>c</sup> Censet Coimtus, ad an. 625, hunc Florentinum  
successisse Eusebio in sede Matisconensi paulo post  
conc. Matiscon. II, celeb. an. 585.

<sup>f</sup> Macon.

<sup>e</sup> Mss. Bonif. et Antuerp., ad quamdam villam  
Severiaco olim, vulgo Stray. BOLLAND.

<sup>a</sup> Bourges.

<sup>b</sup> Felix successit Probiano in sede Bituricensi ad  
an. 568. Vide quae de Felice diximus in notis ad  
cap. 25 l. 3 Op. Fort.

<sup>c</sup> Videsis quae de Sygrio adnotavimus ad cap. 6,  
lib. v.

<sup>d</sup> Scilicet ad memoriam sancti Symphoriani, mar-  
tyris Eduensis, cujus Acta habes iuter Acta siuc.

Germanum se vidisse, et signa singuli referunt. Inventa costa de pecude, fodientes amovent lapidem, et prae dicto amico Dei occurrunt ad ecclesiam matutino tempore, cum rediret ad requiem. Sic multis causa salutis fuit imago pontificis, et ad vicem beati Petri, dedit nostri sacerdotis ipsa figura remedia.

68. De hac, illis ereptis, tribunus civitatis saevire cepit in milites, deputans eorum fuisse negligentiam, quod viro sanctissimo deputatur ad gloriam. Conversa in custodes iracundia iudicis, qui solebant asservare, tradidit servandos in carcere, et ablatis clavibus iudex fit custos custodibus. Interim vir beatus tribunal vocat ad prandium. Ac dum pariter sederent in eodem convivio, ad mensam sancti viri occurrunt et ipsi qui fuerant missi pro reis in compe-

69. Inferat Aurelianus nobile viri praeconium. Quae de civitate vir sanctus progrediens damnatorum voces exaudivit in carcere, quo certe subterraneum habebatur ergastulum. Quo super ascendens, et prostratus accubans, orationem dedit amicus Christi cum lacrymis. Prorsus obtentu oraculi insequenti ante carcere patefacto ad basilicam sancti Aniani confugiunt. Et ita beatus pontifex quamvis praetercundo post se reliquit suffragium.

70. Non fastidium sit audire quod Christus praestat fidelibus, dum miraculorum simul virtus crescit et numerus. Itaque sanctissimo occurrit quidam Parisiis, cuius, quasi pugnus, extuberaverat oculus, ut etiam dictus vergeret in ruina post vulnera. Quo rogante, vir Dei de saliva oris sui oculum illiniens aedem lumini revocavit et gratiam.

71. <sup>b</sup> Moverat quaedam Parisiis pustulam habens in brachio, cruciata doloribus, occurrens beato viro pari medicamine, tactu salivae curata est.

72. Sed si exsequamur miraculorum singula, quae suis gestis praesenti floruerunt in vita, haec sine fine sunt coepta, non erit modus in pagina. Quia quacunque pontificis se convertit praesentia, nulla morborum generibus deficit medicina; et quanta se obtulerant languentium vulnera, salutis fudit tot semina. Namque prima pontificis exsequamur, vel ultima, cum per salivam oris sui multa curata fuerint ulcera, purgata sint energumena. Ante quem quamvis occulto venisset hostis nequitia, statim se manifestavit fraudulenta fallacia, ac de conspectu sancti viri quia celari non poterant, nec tolerabant praesentiam, terribili ululatu sua gemebant incendia, passim per loca volitantia exponebant, et crimina suspensi per aera, frequenter nec interrogati confitebantur et nomina. Cum saepe suo impulsu currebant ad sanctum virum crucianda daemona. Cujus

<sup>a</sup> Orléans.

<sup>b</sup> Al., Noverca.

<sup>c</sup> Scriptores antiqui cursum, seu decursus nomine, divina officia, sive horas (ut vocant) canonicas intel-

minister quo loco sancti tenebat baculum, illic energumenus pendeat religatus aereo vinculo, et quasi clavis affixo tenebatur vestigio.

73. Et quia sancto viro saepe inimici tendebantur insidiae, ut aut equis lapsus incurreret, vel ramus arboris tangeret, aut aqua vallis vel glacies periculum generaret, mox qui aut quanti aut qualiter totum energumena factum, omne confitebantur et numerum. Cum vero pedem efferret de domo, vel ecclesia, videres strages daemonum ante tanti pontificis ac triumphatoris obtutum. Cadebant circa sancti catervatim vestigia diversis modis effusa. Haec muta, illa clamantia; illa fixa, haec lubrica. Et velut ad iudicem, dum gesta referrent propria, non effugebant tormenta. Sed ad sancti praeconium quanta est haec laudatio, cum ineffabiliter multa et stupenda ab eo fierent sub momento?

74. Caterum eleemosynis quantum fuerit prodigius, explicari non poterit, nec si totius populi vox in uno se glutinet. Qui frequenter contentus una casula, vel tunica, quidquid erat residui, nudum pauperem vestiebat, ut inops caleferet largitore algente. Quanta etiam fuerit redemptionis effusio, nullatenus explicabitur vel loco vel numero. Unde sunt contiguae gentes in testimonium, Hispanus, Scottus, Britto, Wasco, Saxo, Burgundio, cum ad nomen beati concurrerent, undique liberandi iugo servitii. Cum vero aliquatenus nihil esset praemanibus, tristis sedens et anxius, severior in vultu, austerus erat alloquio. Tunc si fortassis ab aliquo invitaretur ad prandium, compellebat convivas aut ministros proprios, ut conferentes pariter, unde vel unum captivum servitio liberarent, et sic aliquantulum sacerdotis respiraret animus ex moerore. Quod si Dominus aliquid per manus sancti dispensandum alicunde dirigeret, mox in spiritu praevidens, solitus erat dicere: Gratias agamus divinae clementiae, nam unde fiat redemptio, appropinquavit. Continuo sine ambiguitate praesens probabatur effectus. Quod dum accepisset in manibus, resoluta ruga frontis, vultu florebat senior, gressu pergebat alacrior, lingua fluebat jucundior, ut crederes hominem pro redimendis a iis se ipsum servitutis vinculo liberandum.

75. Quis vero digne repetat quanta virtus verborum ab ore rotabatur, cum praedicaret in populum ut omni litteraturae nasceretur stupor, et fieret in commune generalis compunctio, atque ex ore dicentis crederes ut verba formarentur ab angelo, dum plusquam homo loqueretur translatus in mentis excessu, cum, ab rasis maculis, sinceritate dogmatis pectora plebis cogeret divinis effragare pigmentis?

76. Qui equitans in itinere, semper de Deo aliquid aut verbo contulit, aut cantavit, o cursum nudo capite dicens, etsi nix aut imber urgeret. Cum vero venit ad mensam, confestim recitans affuit minister

libebant, quod persolvantur quotidie ac decurrantur; Regula sancti Macarii, cap. 9: *Cursum monasterii super omnia diliges; qui vero sapius orare voluerit, uberiorem inveniet misericordiam Christi.* In Vita max.

divina colloquia, ut iater cibi feracula, animi pastus a alimento plus saturaretur conviva. Nullum tempus interpolans quo non aut aliis prodesset, aut non ipse proficeret.

77. Quantam vero vigiliarum curam semper impenderet, quis enarrat, aut toleratos algores ardore fidei prædicet, cum frequenter in lectulo, antequam reliquos de sopore commoveret assurgere, quinquaginta psalmos, vel amplius, indefessus in templo sui pectoris Domino decantaret? Sed quis illud furtum felix vel auditu senserit, vel visu deprehenderit, cum ipse de lectulo frequenter sine caligis, ne sentiretur ab aliquo, perrexit in oratorium, nullum sibi copiens testem <sup>b</sup> in illud furtum præter Christum occurrere? Qui celebrata vigilia remeans ad lectulum, quasi nihil egerit, tunc primum reliquos excitaret. <sup>B</sup> Quanta vero ad psallendum fuit constantia, dum velut ferri rigore induta caro subsisteret, cum saxa frigus decrustaret, et aquas in crustam verteret? Qui cum suis visceribus dimicaret et vinceret, pene seipsum obliviscens, ut domestico tormento, superato corpore, de se triumphum in pace, factus martyr, acquireret, ut se mutantibus clericis, <sup>c</sup> sine vicissitudine ipse decantandi modulamina non finiret. Cum pene hoc incredibiliter dicitur quod scitur: quia tertia noctis hora ingrediens in ecclesiam, non est egressus ulterior psallentium ab ordine, donec, clarescente die, decantatus solemniter cursus universus consummaretur ex canone. Cum vero donum

sancti Serenici abbatis, quam proximo sæculo proferemus in lucem, hæc leguntur: *In orationis autem studio tantus illam fervor accenderat, ut absque peculiari supplicatione Romanum, seu Gallicanum, et sanctorum Patrum Benedicti, seu Columbani, cursum horis singulis Domino decantaret.* Ubi particula seu, utrobique copulativa est, nec cursus Romanus hic alius est a Gallicano. Nam Gallos olim Romanos appellatos in Vita sancti Samsonis episc. præfat., pag. 165, observavimus. De cursu Gallico iterum mentio fit in Vita sancti Walabrici abb., apud Surinm, 1 April. num. 14. Porro, nihil hac voce usitatus apud Gregorium Turonensem, qui librum unum de causibus ecclesiasticis a se compositum in lib. x, list. commemorat. MABIL.

<sup>a</sup> Al., felicem.

<sup>b</sup> Al., illum.

<sup>c</sup> Cleri Parisiensis in psallendo ordinem et assiduitatem, sub Germano magistro ac duce, expressit carmine Fort., lib. II, cap. 13.

<sup>d</sup> De sancti Germani obitu Gregorius Tur., in lib. V, cap. 8, ita scribit: *Eo anno (primo scilicet Chil-*

regrederetur fatigatus ætate, vel frigore, aut illata diversorum inquietabat suggestio, aut ab ipso requirebatur ubi præberet suffragium, ut etiam ad requiem recinanti, vel paululum de querelis occurrentium afflictorum, vel pauperum, crux pararetur in lectulo, postponens suas injurias, ne suggerentem præmeret illata necessitas. Paratus pro misericordia, semper currens pro venia pater et pastor populi, ad se alienas causas transferens et querelas, aut pro parte mitigabat, dolores compatiens, aut, quantum posset, ex toto curabat corde subveniens.

78. In tantum quoque sacris amplificatus provertibus, etiam dem beati sui transitus ita prædixit, ut subdimus. Ante aliquos dies nam vocans ad se notarium suum, imperat in cubiculum supra lectum suum scribere hoc tantummodo, *quinto Kalendas Junias*; sed nescientibus omnibus quid hoc esset, post ejus sanctus discensus manifestavit de sæculo. Nam neque hoc Dominius familiaris animus abscondere pertulit. Denique eadem die post peractum prælium beatus migravit ad Christum. His et consimilibus studiis occupatus, ac semper intentus, fere octogennarius per orbem mirandis actibus asciscendus martyribus, apostolis aggregandus, glorificandus meritis, coronandus in populis, creptus corporeo vinculo, immaculato spiritu beatis fidei dotibus perpetuo victurus, <sup>d</sup> victor evolavit ad coelos, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est gloria, honor et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

<sup>C</sup> deberti Junioris, Christi 576) et beatus Germanus Parisiorum episcopus transiit: in cuius exsequiis multis virtutibus, quas in corpore gesserat, hoc miraculum confirmationem fecit. Nam carcerariis acclamantibus corpus in platea aggravatum est, solutisque eis, rursus sine labore levatur: ipsi quoque qui soluti fuerant in obsequium funeris usque ad basilicam in qua sepultus est liberi pervenerunt. Ad sepulcrum autem ejus multas virtutes Domino tribuente credentes experiuntur, ita ut quisque si justa petierit, velociter exoptata reportet. Si quis tamen strenuas virtutes illius, quas in corpore fecit, sollicite vult inquirere, librum Vitæ illius, qui a Fortunato presbytero compositus est, legens, cuncta reperiet. Et in lib. de Glor. conf., cap. 90: *Ingradiendo, inquit, Chilperico rege in urbem Parisiacam, postridie quam rex ingressus est civitatem, paralyticus, qui in porticu basilicæ sancti Vincentii, in qua beatus Germanus requiescit in corpore, residebat, dirigebat.* Addit Aimonius, in lib. in de Gest. Franc., cap. 16: *Quod cum regi nuntiatum foret, magna cum devotione illuc adveniens, et tanto gavisus miraculo, ejus epitaphium distictis rhythmicè composuit, etc.* MABIL.

## PRÆMONITIO

### IN VITAM SEQUEM SANCTI ALBINI EPISCOPI ANDEGAVENSIS.

*Sancti Albinus Vitam a Fortunato conscriptam fuisse, testis est Greg. Turon. lib. de Gl. confess., cap. 96. his verbis: « Albinus autem conf., cujus nuper Vitæ liber a Fortunato est conscriptus presbytero, » etc. Item in epistola, quæ circumfertur sub nomine Greg. Turon., scripta ad sanctum Germanum, pontificem Parisiensem, narrat ille Vitam sancti Albinus, a Fortunato concinnatam, a se emendatam fuisse, sive purgatam ab his erroribus quæ amanuensium imperitia in eandem irreperant. Sed ea epistola, doctorum virorum suffragio Gregorio Turonensi adjudicatur, ut ostendit Joan. Launois in Dissert. ea de re scripta, et nos alibi adnotabimus.*

*Auctores Historiæ Litter. Franc. existimant eam Vitam a Fortunato elucubrari fuisse ad an. 580 circiter, cum Gregorius Turonensis in lib. de Glor. conf. [ut retulimus] ejusdem meminerit, tanquam recens editæ. Id*

porro illud suum opus de Gl. conf. non multo ante an. 538 confecit. cum in eo de sancte Radegundis loquatur, vita sanctæ an. 537.

Porro si Fortunatus Vitam beati Albini non ante annum 576, vel 577, concinnasse dicendus est, plane commentitia, et apocrypha evincitur supra cita epistola Greg. Tur. ad sanctum Germanum, episcopum Parisiensem, cum hic eodem an. 576 decesserit, ut diximus in notis ad ejus Vitam. Qui enim poterat ad eum adhuc superstitem Gregorius Vitam sancti Albini, editam a Fortunato, a se vero emendatam mittere? Quo circa miror cl. Liruti hoc solum testimonio, quod ex apocrypha epistola Gregorii petitur, definire Vitam sancti Albini elucubratam a Fortunato fuisse, superiore Gregorii ejusdem testimonio prætermisso.

Hanc autem Vitam sancti Albini a Fortunato scriptam, edimus, ut exstat sæculo 1 Bened., primum edita a Surio ad diem 1 Martii, tum a cl. Mabillonio ad duo vetera mss. emendata, et notis illustrata. Bollandistæ quoque eandem exhibent ad diem 1 Martii, notis auctam, e quibus nonnullas subjiciemus, ubi opportunum videbitur, ad majorem lucem Vitæ sancti Albini offerendam.

## VITA SANCTI ALBINI

ANDEGAVENSIS EPISCOPI.

### PROLOGUS AUCTORIS.

1. Memini, vir apostolice, cum ad urbem quam Christo præculo regitis vestris me præsentaturus obtutibus occurrissem, inter reliqua maturitatis consilia, quæ sensu divite, torrentis more, mihi visus es inundare, etiam de sacratissimo viro domno Albino antistite vos fecisse tenuiter mentionem. Sicut enim ejus vita immarcescibilibus meritis florere probatur celestibus impressa libellis, ad ædificationem etiam plebis, humanis etiam fixa mandatis ut conderetur in chartis; duplici beneficio populis consuleri, dum et in illo teneret admiranda quæ colerent, et in se respicerent quod unusquisque sagaciter emendaret, id est, dum apud unum tot prædicanda cognoscerent, apud se resecare sua singuli non differrent; quatenus tam unica beati viri relatio, mede a publica fieret audientium.

2. Intelligens vero velociter fugientes a sæculo memoriæ subripi, timeo de vita sanctissimi negligenter aliqua, cito lapsura, alligare; nec facile rursus in animum recipi, si semel inciperet oblivione temporis invadente subdici. Cujus rei impulsor quidam, mandata vestræ beatitudinis exsequens, a me quod annuerem flagitavit, illud adjiciens, ut quæ ipse de gestis sancti viri juxta fidem compererat, ego ipso insinuante indubitabiliter propalarem; in hoc magis querelarum molem conficiens, eo quod quæ prædictus vir occulte quidem, sed digna relatu, gesserat, pro veritatis indagine, sed nec ad ejus singula meruit pervenire, et aliqua se de cogitis memoraverit, oblitum esse. In his autem quæ meminit sine ambiguitate, suo testimonio, populum nobis attulit assentantem, cum certe de ejus præteritis dubitare non liceat, qui operatur in singulis quotidie clariora.

\* Sanctus Albinus ex abbate Tincillacensi, sive Cincillacensi, creatus episcopus Andegavensis, ad an. 529 (ut ostendit Gointins ad hunc annum, num. 4), subscripsit concilio Aurelian. III, an. 538, et per Sapaudum abbatem Aurelianensi v. anno 549. Obiit vero eodem anno, aut subsequente, ut infra dicemus.

b Deerat hic prologus Codici Audomarensi. BOLL.

c Hinc fuisse Domitianum, secundum post sanctum Albinum in sede Andegavensi episcopum, facile crediderim, a quo Fortunatus, l. xi, c. 27, Andega-

A 3. Congratulatus vero relatu, eo quod de vestris nutrimentis talis vir adoleverit, qui injunctam sibi rem tam strenue peroraret, et de proprio aliquid causa venustatis nec incompetentem offerret, imo, si velit, ipse per se quod aliunde poposcerat explicaret, siquidem quidquid de illo diceretur, vestris hoc præconiis reputatur, quoniam est meritum magistri, læs discipuli, et in ministri solertia sunt pontificis ornamenta. Quod cum ego meæ exiguitatis coactus attingere trepidarem, revera qui noverim hoc debere committi exertis ingenio, facundis eloquio, devotis officio, probatis stylo, qui sunt sensu divites, linguæ rota torrentes, famulatu celeres, carmine coruscantes, cum ante peritiam vestram ipsa Ciceronis, ut suspicor, eloquia currerent vix secuta, et cni apud B Cæsarem Romæ libere licuit uti Aquitanico judice, in Gallia forsitan formidaret.

4. Quid ergo a me infra doctorum vestigia latitante res alta requiritur, quem ad scribendi seriem nec natura profluam, nec litteratura facundam, nec ipse usquequaque usus reddidit expeditum? cum etiam voto traheret, rei magnitudine deterrerer; quia radiantem vitam, si pigri relatoris impar lingua prædicat, obsoletat; et quod illuminare debuit, hoc nube sermonis abscondit; ubi ageretur rectius, si quæ ab aliis poscitis, ederetis. Unde certus intelligo non vos hujusmodi quopiam indigere, sed ut de peregrinis nostra vobis aliquid d sistarcia non negaret, et velut inter fruges triticeas sterilitatis meæ hordacea se conferrent. Nunc itaque causas ambiguitatis in arbitrii statera suspendens, eligo rusticus agnosci per obedientiam magis, quam indevotus effici per doctrinam, ut cujus fastidire poteritis eloquium, saltem approbetis affectum. Hoc autem mihi videlicet in hoc opere

vum se fuisse invitatum ad festa sancti Albini celebranda indicat his versibus:

Rine

d De hac voce *sistarcia* loquitur Dufur. in Gloss. Eadem porro, vel *sitarchia* et *sitarcia* scribitur, ac modo pro alimento ipso, modo pro sacco, vel cistella, qua cibi deferrebantur, accipitur; an quasi *σῖτος ἀποθήκη*? Hinc Ugutius Joan. de Janua: *Sistarcia*, inquit, *vas et repositorium, sicut saccus et pære*, etc., ut legitur apud eundem Dufur.



præcavendum est, ne ad aures populi minus aliquid A intelligibile proferatur. Idcirco igitur tota in mediocritate contentus, etsi relator ineptus, tam beatæ vitæ capio gesta breviter intimare, superest qui novit mederi <sup>a</sup> magis, ipse fluctuanti paginæ portum suæ dexterae subministrat.

### VITA INCIPIT.

5. Religiosorum vita virorum, quantum est meritis clarior, tanto voce crebrior populorum, quia dum illi universis beneficia tribuunt, in suam laudem linguas excitant singulorum; ad quod perspicacissime propagandum vita vel gesta beatissimi Albini deducantur ad medium. Igitur Albinus episcopus, <sup>b</sup> Veneticæ regionis Oceano Britannico confinis indigena, non <sup>c</sup> exiguis parentibus oriundus, imo digni germinis dignissima proles emergens, decus, quod sumpsit ex genere, felix vitæ meritis ampliavit, dum in illo et quod glorificaret Christus elegit, et quod universus veneraretur mundus effulsit. Qui inter ipsa novellæ juventutis exordia tanto fidei fervore flagravit, ut parentes, ad quorum desiderium solet infantia festinanter recurrere, pro charitate Christi magis iste voluntarie reliquisset, et, velut hostes animæ, carnales affectus <sup>d</sup> effugisset, credens sibi sufficere, si omnem <sup>e</sup> dilectionem in solo cœlesti Patre plantaret. Mox in <sup>f</sup> Cincillacense monasterio tanta animi humilitate Domino placiturus se subdidit, ut, salva morum honestate, nihil sibi de ingenuitatis privilegio vindicaret: ubi quem origo librum genuit, famulum voluntas addixit, intelligens magis esse laudabile ut amore Christi nobilitas inclinaret quod erat, quam <sup>g</sup> cœca festu quæreret apparere quod non erat.

6. Proficiebat denique in eo exercitationis quotidianæ processus, ita ut ultra se semper ascendens meritis, non reliquos vinceret, sed edomito corpore de seipso potius triumpharet. Quis enim expediet quam fuerit in jejuniorum parcitate præcipuus, in vigiliarum delectatione propensus, in orationis assiduitate laudabilis, in miserationis opere singularis, ut et hostem qui sibi repugnabat exstingeret, et unde se solum affligeret cunctis spe maxima subveniret? Erat enim ad obediendum promptus, ad vitia calcanda maturus, ita ut in ipso <sup>h</sup> juvenili tirocinio jam senibus esset exemplum, hoc solum habens cum homine commune, quod natus est, cæle- D rum totum voluit esse Christi quod vixit. Non oculum voluptati, non aurem ludibriis, non animum accommodans levitati, sed semper se regens anchora gra-

Hinc citos excurrens Cariacæ debebor aula

Tincillacen-4 perferor inde loco.

Hinc sacer antistes rapuit me Domitianus,  
Ad sancti Albini gaudia festa trahens.

Quin in ms. Cod. escuriali, ut notat Rosweyduus. post illa verba, auctore Fortunato presbytero, additum leg- batur, ad Domitianum papam, ex Boll. Lege notas nostras ad cara. 27 lib. xi Fort.

<sup>a</sup> Forsan, mala.

<sup>b</sup> De Venetis Britannie inferioris populis, eorumque inter Armoricos potentia, consuli Cæsar potest, atque e recentioribus Papirius Massonus, in Antiquit. Gallie. Urbs primaria, episcopatu illustris, Vannes Gallie appellatur. BOLLAND.

vitatis, talem se intra monasterii septa tractavit, ut vel, si quando processit ad publicum, esset infra carcerem sui cordis semper inclusus; nec aliud extra se respiciendum prætulit, quam Christum, quem in pectore fidelis portitor bajulavit.

7. His igitur studiis occupatus in tantam vitæ claritatem pervenit, ut ejus devotum servitium mundo Dominus per miracula testaretur. Denique cum adhuc puerulus per pagum in abbatis sui proficisceretur obsequium, dum applicuissent apud quemdam hominem, tanta detonuit violentia tempestatis, tantumque se pluvialis imber effudit, ut ipsam domum nec sua tecta defenderent. Cum ergo præ magnitudine pluvie casa pro campo constaret, madefactis omnibus, qui in eodem loco tenebantur hospiti; <sup>B</sup> solum beatum Albinum tunc imber tangere expavit, quia ubi flammam fidei sensit, ne injuriam faceret, se gutta detorsit. Quo comperto, <sup>b</sup> conscientie sanctitas, quæ celabatur in annis, innotuit meritis, eo quod in flore adolescentiæ virtutis odore fragraret.

8. Dehinc cœlestibus donis cum ætate crescentibus, annorum circiter triginta et quinque monasterii rector et plus pater eligitur, quippe qui suo splendore ad se traxerat dignitatem. Interea sub magistri censura congregationis disciplina vernabat, <sup>c</sup> ubi, severitate districta, licentia peccandi perierat. Fervebat ergo pietatis intuitus, exultabat psallendi concentus, coruscabat inter fratres obedientiæ radius, præcellerat sanctæ charitatis ornatus, quia sicut erat ad vitia eradicanda sollicitus, ita ad inferenda dona cœlestia circumspectus. In quo abbatis officio rexit per <sup>d</sup> quinque annos congregationem sibi commissam, feliciterque gubernavit.

9. Et quia tanti meriti fama sepulta non latuit, sed felicibus pennis cuncta pervolans occupavit, contigit eo tempore <sup>e</sup> Andegavam civitatem pastoris gubernatione nudari. Tunc universitate populi concordante, quamvis eo humilitatis studio resistente, ad pontificalem gradum, duce Christo, concordanter eligitur. Qui honorem debitum sacerdotii consecutus, ita se in alimoniis pauperum, in defensione civium, in visitatione languentium, in redemptione præbuit captivorum, ut beata unius actio generale fieret salvamentum, quibus ex studiis cœlestes fructificavere <sup>D</sup> in eo virtutes.

10. Igitur in civitate Andegava, cum ei quædam mulier, Grata nomine, sed debilitate contractæ manus ingrata, nervis stupefcentibus occurrisset, signum

<sup>a</sup> Albertus *le Grand*, in *Vitis sanctorum Armoricos*, prognatum scribit (Albinum) e familia, de *Spineto forti* dicta. BOLLAND.

<sup>d</sup> Duo Mss., *effugiens*. BOLLAND.

<sup>e</sup> Surius legit *delectationem*, pro *dilectionem*.

<sup>f</sup> Hujusce monasterii nomen varie effertur, ut animadvertimus ex Browero, in notis ad c. 27, l. xi Carin. Fort.

<sup>g</sup> Mss. sancti Maximini habet *juvencibus*; duo alia, *juvenili*. BOLLAND.

<sup>h</sup> Surius legit *conscientiæ sanctitatis*.

<sup>i</sup> Surius legit xxv annos, sed quinque duntaxat præferunt duo mss. Cod., quibus usi sumus. MACH.

<sup>j</sup> Mss., *Andegavis*. BOLLAND.

crucis super infirmam dexteram fecit. Hinc præmorta: palmæ prius se vivax topor infudit; item sequenti die in ipso loco, ut ab eo signaretur, se obtulit, quo facto, cæperunt venæ suos excursus agnoscere; tertia vero die, ubi super eam sigillum crucis impressit, statim se arentium digitorum fila laxaverunt, et, recepto ministerio, mulier in Christi nomine rediviva dextera se signavit.

11. Quadam vice, dum ad vicum <sup>a</sup> Geginam præteriens accessisset, adolescentem, <sup>b</sup> Alaubandum nomine, amisso vitæ reperit jam munere. Audiens autem a parentibus extremam filii mortem deplorari, occurrit, et ut mortuum vivum erigeret, se in orationem prostravit, quo incumbens diutius oravit. Dum pallesceret sacerdos in pulvere, animæ vivacitas rubescebat in corpore, donec, pulsato cælo, patefacto Tartaro, juvenis revocaretur a funere, sacerdos a prece. Deinde cum <sup>c</sup> Asiaticum monasterium paterna sollicitudine visitasset, quidam, ut ei succurreret, jam fide illuminatus, cæcus exclamat: cui sanctæ crucis medicamentum imponens, tam fuit illi lumen cito recipere, quam quæsisse. Item Andegavis cum quidam Maurilio clausis oculis lucem sibi restitui postularet, tum pontifex se ad nota arma convertens, mox ut signum venerabile crucis super palpebras ejus extendit, velut balista fortissima, penetratis tenebris, crux post se cæco lumen invehit. Item cum Marcellinus quidam, circiter decem annos transgens in nubilo cæcitatibus, tractus ad beatum pontificem pervenisset, ubi signum adorandæ crucis super oculos ejus extendit, statim erumpente sanguine, effugatis tenebris, lux intravit.

12. Illud etiam nobis est factum memorabile recensendum. Cum illustris femina, Etheria nomine, jussione regia persequente, in Dullacense villa militum custodia teneretur obsessa, tunc ovi periclitanti succurrente sancto pastore, solus, ut a nullo cognosceretur, ad ipsam ingreditur; quo viso, amplectens ejus vestigia lugens mulier, inharcebat. Tunc infelicis custodis insana procacitas vult eam quasi lupus a veste pastoris evellere: injuriam vir sanctus accepit. Tunc insufflans in ejus <sup>d</sup> facie, temerator sacerdotis celeri morte multatus est. Hinc terrore urgente, reliqui reverentiam habuerunt pontifici, et unius pœna fecit alios immunes a culpa; nec prius a muliere discessit, quam, dato regi pretio, ipse eam liberaret. Sic uno momento, et salus fuit supplici, et mors extitit præsumptori.

13. Nec id quidem est omitendum, quod tradi memoriæ sit votivum. In vicum, cujus est vocabulum

<sup>a</sup> Hic vicus Geginam videtur designari a Greg. Turon. lib. iv de Mir. sancti Martini, num. 14, ubi narrat quod Baudegisilus quidam ex Andegavensi-urbis territorio, Baudulfi filius, vici Geinensis (vel, ut habent Codd. Bellovacensis et Claromont., *Geniensis*, ut abstat cl. Ruinart.), dum humoris sævi jaculo sauciatur, debilitatus occubuit.

<sup>b</sup> Sur., *Malabandum*.

<sup>c</sup> Asiaticum, vulgo *Assay*, vicus est territorii Turonensis. Plures tamen sunt vici hujus nominis in Turonibus, ut animadvertit Valesius in notitia Galliarum.

A Albivia, piæ devotionis studio, sanctus Pater accessit; ubi dum quidam cæcus ab eo operam misericordiæ postularet, cœpit idem, quia dudum captus fuerat infestatione dæmonii, corporis vexatione torqueri. Tunc in orationem, cui semper animi sancta intentione vacabat, corpus etiam prostravit, raptumque lumen pristinum reddidit oculis, et pestem immundi spiritus effugavit. O ineffabilis gratia pietatis, a qua dum substantia sola petitur, triplex remedium obtinetur: victu pavit egenum, muneravit visu cæcum, reddidit libertati captivum!

14. Itemque occurrente eo regi Childeberto Parisiis, nuntiatur pontifici regem, venationis causa, de civitate in crastinum esse discessurum. Mandat se ut dignum duceret exspectandum. Sed quia beatum Albinum corporalis infirmitas præpedivit, ad ejus præsentiam prædictus rex occurrere maturavit; qui donec per illam viam quæ ad sacerdotem ducebat incessit, feliciter properavit. Cum vero in quoddam trivium pervenisset, velletque alibi deviare, equus ejus, ac si metallum fusile, gressum movere non valuit. Suspiciens rex culpam esse equi magis quam cavæ, alterum sibi fecit sterni, quem dum per ipsum iter gradi compelleret, ac si mure impediens, casus ire non valuit. Intelligens nihil profecisse mutasse vehiculum, nisi mutaret <sup>e</sup> occursum, cœpit ab equo discere quod homo peccaret, et humanus intellectus haberet quod pecus corrigeret. <sup>f</sup> Deflectens in viam quæ ad sacerdotem ducebat, ea cœpit alacritate discurrere, ac si, ereptus de fovea, campi mollis planitiem recepisset.

15. Est operæ pretium de quodam cadavere rem vivam proferre. Dum ad civitatem <sup>g</sup> Venetis ipse vir apostolicus accessisset, unus de obsequentibus jam convectus adolescentulus, Christi servitio subditus, quem pro qualitate morum peculiariter diligebat, eo in loco defunctus est, atque sepultus, cujus defuncti post annum corpusculum psalleado ad propria revocabat. Tunc remorante eo pro causa, voluerunt servientes prius corpus movere quam sacerdos occurreret; sed tanto pondere sit gravatum, ut antea potuissent gigantea membra prensare quam pueruli corpus sufferre, dum adhuc cadaver insepultum crederetur jam marmore premi, cum nec equi gressum poterant promovere, ac si pulvis ejus de se vincula generasset, donec eos antistes rediens oratione solveret, quos tacente voce confixit.

16. Hoc iterum non minus est prædicandum <sup>h</sup> miraculum. Cum in Cincillacense monasterio <sup>i</sup> Genomerus monachus esset oculorum luce privatus. et

Hæc fere ex Ruinar., in notis ad Greg. Tur., lib. iv de Mir. sancti Martini, c. 15. Asiaticum tamen monasterium, de quo hic sermo est, videtur in diocesi Andegavensi fuisse.

<sup>d</sup> Sur., *faciem*.

<sup>e</sup> Sur., *et cursum*.

<sup>f</sup> Mss. Audom., *deflectens in via*. BOLL.

<sup>g</sup> *Vannes*, in Armorica. Ms. sancti Max., *Venetia*. Aud., *Venetus*. BOLL.

<sup>h</sup> Abest hoc miraculum a tribus Mss. BOLLAND.

<sup>i</sup> Legitur *Genomerus* et *Gernomerus*. Ex ipso BOLL.

annosa tempora una essent noctis cæcitate trans-  
 cursa, petiit sibi a sancto viro fieri crucis signacu-  
 lum. Quo facto, luminis vitalis splendor intravit,  
 et, fugatis tenebris, sol olim peregrinus illuxit. Est  
 et hoc inter reliqua venerabile documentum. Cum  
 in civitate Andegava turris portæ cohærens dam-  
 natis esset carcer effecta, prætereunte beato Albino,  
 fiebat insolentia de vocibus inclusorum. Tunc ad  
 judicem preceptor accedit, ut eos pietatis causa de  
 custodia relaxaret. Quod cum ille aure surda differ-  
 ret, mox pontifex ad Deum se fida petitione con-  
 vertens, tam familiari voce suggestit, ut in loco quo  
 orationem sanctus effudit, miræ magnitudinis saxus  
 quadrus exsiliens, portæ aditum faceret carceratis,  
 quia ante ejus precem soliditatem suam lapis servare  
 non potuit. Hinc egressi, quasi de sepulcro viven-  
 tes, in basilica <sup>a</sup> sancti Maurilii domno Albino gra-  
 tias referentes, se ad ejus vestigia prostraverunt, eo  
 quod suspectos de funere redire fecerat ad salutem.

17. Item, dum quædam mulier arrepta a maligno  
 spiritu se beatissimo Albino vociferans et ejulans  
 præsentasset, mox adversarius ipse supra ejus oculo-  
 rum in similitudinem vesicæ sanguine se collegit.  
 Tunc pontifex faciens signum crucis increpavit eum,  
 dicens: Inimice, oculum quem non dedisti, nec possis  
 auferre. Mox de collectione ipsa in flebotomiæ  
 similitudinem subtiliter sanguis erupit, quo fluente,  
 sine læsione oculi, immundus hostis evanuit, et  
 puella incolumis, imperante signo crucis, evasit.

18. Sed et hoc magnanimitatis exemplum oppor-  
 tunum ducitur explicandum, quod pro Dei negotio  
 apud eum non fuerit ulla regum potentumque per-  
 sonalis acceptio. Denique ad cumulum celestis gra-  
 tiæ conquiritur, incestarum nuptiarum execra-  
 biles copulationes jure <sup>b</sup> condemnans, beatum Joan-  
 nem irreprehensibilem imitabatur. Quanta vero inde  
 sustinuerit, nullus digne poterit explicare. Siquidem  
 martyr effici cupiens, si non desisset manus per-  
 cussoris; sed procul dubio palmam martyris me-  
 ruit, qui vetita desideria non abscondit. Unde præ-  
 ter labores reliquos, etiam per synodos, pro ipsa  
 causa sæpius excitas, excurrens, ad postremum  
 quamplurimum episcoporum injunctio, ut excom-  
 municatas a se personas absolveret, vi fratrum co-  
 actus est. Et cum rogaretur ut eulogias, quas reliqui  
 antistites ad personam communionis suspensam di-  
 rigentes benedixerant, et ipse signaret, ait ad sa-

<sup>a</sup> Sanctus Maurilio fuit episcopus Andegavensis:  
 cujus vitam, ut nonnulli putant, scriptam a Fortu-  
 nato, vide infra positam.

<sup>b</sup> Vide canonem 10 concilii in Aurelianensis anno  
 538 celebrati, cui Albinus subscripsit. *MAN. Legesis  
 Coletium, ad an. 538.*

<sup>c</sup> De eulogiis, lege quæ diximus in notis ad c. 9  
 lib. xi Op. Fort.

<sup>d</sup> Exspiravit, non sanctus Albinus, ut male inter-  
 pretatur Sausseus in Martyr. (quod animadvertit Bol-  
 land.), sed persona excommunicata, ad quam eulo-  
 giæ mittebantur.

<sup>e</sup> In Vita sancti Leobini episcopi Carnotensis,  
 num. 13. Leobinus ipse, tum abbas Brajacensis, ad  
 sanctum Cæsarium cum sancto Albino profectus legi-  
 tur. *MANILL.*

A cordiale concilium: Etsi ad imperium vestrum ego  
 signare compellor, dum vos causam Dei recusatis  
 defendere, ipse potens est vindicare. Quo facto,  
 antequam <sup>e</sup> eulogias excommunicata persona in ore  
 susciperet, <sup>d</sup> expiravit; et priusquam portitor per-  
 veniret, sermo sacerdotis obtinuit, qui etiam ad  
 beatum Cæsarium Arelatensem præsulem pro eadem  
 causa <sup>e</sup> consulaturus occurrit.

19. Sed quia ceteris singula non valemus retexere,  
 sufficiat de plurimis vel pauca dixisse. Illud quoque  
 beatissimi testimonium viventibus post obitum ne-  
 cessarium credimus præ cæteris explicandum, quia  
 licet teneretur clausum corpus ejus in tumulo, attamen  
 justæ animæ merces exuberavit in fructum. Igitur  
 cum sanctus Germanus <sup>f</sup> Parisiænsium episco-  
 pus, vel comprovinciales, ac pontifex successor ejus  
 et populus, vellent membra sancti novam basilicam  
 transponere, et, propter cellulæ angustiam in qua  
 conditus fuerat, non daretur sacri corporis extra-  
 hendi licentia, cunctis hæsitantibus et incertis quæ  
 agerent, curis popularibus se virtus beatissimi viri  
 mediatrix interserit. Nam expectantibus omnibus,  
 et nihil deliberantibus, repente, nutu divino, dis-  
 scisso pariete cellulæ, qui erat ad pedes ejus, a  
 parte orientali tres lapides deciderunt, scilicet dato  
 signo, per quem locum se juberet educi posse.

20. Interea facto aditu, dum concentus psallen-  
 tium ad sanctum sepulcrum progreditur, in loco per  
 quem est eductus, palam tres paralytici, jam diu  
 desperati, redditi sunt sanitati, ac nervi præmorui  
 C vivificari didicerunt de meritis sepulti; statimque  
 s duodecim sunt pariter illuminati; tandem aliquando  
 sumentes lumina diei ab umbra defuncti, nimirum  
 agnoscentes ejus adminiculo se posse lumen consequi,  
 cujus virtute potuisset paries fenestrari. His et con-  
 sequentibus insinuitis miraculis, et si summi pontificis  
 membra recubant in sepulcris, attamen per Creato-  
 ris gratiam in æterna sæcula vivunt merita confes-  
 soris. Hic itaque celesti dono, venerandis floribus  
 adornatus, viginti annis et <sup>b</sup> sex mensibus pontifi-  
 calem apicem ecclesiastica regulariter censura gu-  
 bernans, vitæ autem octogesimo anno, illud propheticum  
 in *potentibus* beatitudinis culmine feliciter explens,  
 animam Deo charissimam, ereptam  
 de sæculo, mansuram cum Christo, angelis plauden-  
 tibus, Kalendis Martii <sup>i</sup> transmisit ad cælum,  
 præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor  
 et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

<sup>f</sup> In notis v. c. Steph. Biluzii, ad Servatum Lu-  
 pum, pag. 378, existat charta Nefingi episcopi Ande-  
 gavensis, in qua ecclesia beati Albinus a sancto Ger-  
 mano Parisiorum episcopo, voluntate et imperio  
 Childeberti regis, ante portam Andegavensia urbe  
 fundata memoratur. *MANILL.*

<sup>g</sup> *Srr., duo cæci.*

<sup>h</sup> Ms. sancti Maximini habet viginti annis, et septem  
 mensibus. *BOLL.*

<sup>i</sup> Sanctus Albinus decessit nec ante an. 549  
 quo anno subscripsit concil. Aurel. v, per Sapaudum  
 abbatem, cum ipse forte ægritudine impediretur;  
 nec post 550, quo anno Eutropius ejus successor,  
 cœnobium Glanfoliense dedicavit; de quo vide  
 Coletium, ad an. 550, num. 3.

## PRÆMONITIO

## IN VITAM SANCTI PATERNI.

Vitam sancti Paterni, quam subjicimus, a Venantio Fortunato scriptam fuisse, fere omnes consentiunt. Nam et mss. Codices referunt Fortunatum ejus auctorem: inter quos ms. Codex, quem cl. Mabillonius præ manibus habuit, hunc titulum præferebat: *Incipit prologus domni Fortunati episcopi in Vita sancti Paterni*, et gravitas styli Fortunati ac indoles passim in eadem perspicitur.

Porro Vitam sancti Paterni edimus ut exstat apud Bollandistas, ad diem 16 Aprilis, ad fidem plurium Codd. mss. examinata et exacta. Eadem legitur etiam in tom. II Ann. Bened., in appendice ad sæculum I Bened., eruta ex schedis a v. c. D. d'Herouval communicatis Acherio, et Mabillonio variis notis illustrata, quas locis suis subjicimus; una ex notis quibus Bollandistæ eandem copiosissime exornarunt, decerpentes eas quæ præ cæteris ad majorem ipsi hæc afferendam conducere videbantur. Quin imo cum pluribus in locis inter vitam quæ in sæculis Bened., edita fuit, et inter eam quam Bollandistæ ediderunt, lectionem in primis differre comperimus, visum est discrimina illa suis in locis adnotare, ut utrumque prævide exemplar a nobis hic editum dici possit.

Hujusce Vitæ quasi compendium editum fuerat a Surio ad diem 16 Aprilis, atque hinc depromptum, et insertum t. I sæculi Bened.; sed illud confectum stylo obscuriore et involuto, a Surio (ut ipse profitetur) in gratiam lectoris oratione aliquanto Latimore donatum. Illud forte a clerico aliquo vel monacho Abrincensi primum concinnatum fuit (ut opinantur auctores Hist. Litt. Franc.), quo in celebrando ejus sancti officio in Ecclesia legeretur. Atque hoc compendium tandiu pro Vita sancti Paterni, scripta a Fortunato, habitum est, quoad a cl. Mabillonio illa ex antiquo Codice (quem sibi D. Antonium Vionium Herouallium ait communicasse) eruta atque edita est. Nos itaque compendio illo posthabito, sancti Paterni Vitam, quam a Fortuna o elucubratam credimus, hic subjicimus.

## VITA SANCTI PATERNI

## EPISCOPI ABRINCENSIS.

## PROLOGUS.

1. Domino sancto, et meritis venerabili, toto sine pectoris amplectendo in Christo Patri, <sup>b</sup> Marciano abbati, Fortunatus humilis. Magnæ charitatis profertur testimonium, cujus curam in amico nec mors subtrahit post sepulcrum. <sup>c</sup> Nam qui famam [habere] amatoris studet, <sup>b</sup> ut post obitum ipsam memoriam fortiter diligit in defuncto; <sup>e</sup> denique affectus viventis toto bibit pectore, quem nec sepultum abstulit oblivio de sermone. Quo voto sollicitante, pater venerandissime, de beati Paterni opinione tam celebri injungere non distulisti a nobis aliqua loquentis pagina promulgari. Qui certe vir apostolicus <sup>f</sup> nec apud vos in oblivione, nec apud nos absens est in virtute, cum magis sacratis actibus nunc veram vitam possideat, in qua mors non invenit quod exstinguat, nec vis habet ultra quod noceat, cum sub pede justis

<sup>a</sup> Sanctus Paternus circa annum 480, vel 482, natus, monasterium Enix onense in diocesi Pictaviensi, ac postea Scisciense, in pago Constantino, a se constructum, incoluit; et inde ad Ecclesiam Abrincensem regendam evocatus est, cum esset septuagenarius. Decessorem habuit in ea sede Ægidium, cui ipse successit circa annum 552, aut 559, ut censet Coitinus. Interfuit concilio Parisiensi III, celebrato anno 557, et obiit au. 563, ut ponunt Bol., aut 565, ut vult idem Coitinus ad hunc annum, n. 2, quem vide.

<sup>b</sup> Marcianus videtur abbas fuisse Scisci, aut certe Ansiacensis monasterii, de quo mox agitur. Bol. Id tamen certo affirmari nequit, cum constet plura monasteria variis in locis a Paterno exædificata et instituta fuisse, præter duo scilicet illa, apud Bojannenses, Cenomanos, Abrincenses, et Rhedonenses alia, ut cuiquam horum Marcianus præfuerit, vis

A potius ipsa succumbat, et conteratur calce, quam quondam fuerat in timore, confidens illi se supplicem, quia in gloriam plaudentis respicit quem invasit; et magis ordine converso <sup>e</sup>, didicit timere aures mortuum. Quod opus <sup>b</sup> licet impar ad istud, quia te mihi commiseris, tamen ad obediendum libentissime invadam, et in tua jura transcribam, quia apud diligentem sufficit ipsum velle, si deficit posse; quippe ubi devota est charitas, voluntas major est quam facultas; nam placere vult integre, qui causa obedientiæ etiam suas vires transcendit. Unde quia ultra se tendit et plus quam valet appetit, amor mensuram non habet. <sup>f</sup> Ita quæ præ dilectione, et in his quæ supra me sunt debitorem me profiteor, quantum valuero, affectuum senora solvere procurabo; sed tamen et cum solvero, plus debeo, quoniam charitati nunquam totum redditur quod debetur. Religiosorum

licet conicere; horum tamen alicui, quæ a sancto Paterno extracta fuerant, præfuisse, cum Bylland., crediderim.

<sup>c</sup> Acher. sic legit: *Nam qui famam amatoris studet post obitum.*

<sup>d</sup> Forsan, et.

<sup>e</sup> Ibid., denique affectum viventis.

<sup>f</sup> Ibid., nec apud vos oblivione.

<sup>g</sup> Addebatur in Ms. reginæ Sueviæ felicissimo triumpho. BOLLAND. Ita legitur vel apud Acher.

<sup>h</sup> In Mss. Divionensi: *Licet impar adituri quam materiæ commiseris; alibi: Licet impar in re ista dicituri quam ante mihi commiseris; ut sensus clarus haberetur, dandum aliquid conjecturæ fuit. BOLL.*

<sup>i</sup> Acherius legit: *Itaque dilectione, et in his quæ supra me sunt debitorem profiteor; atque, quantum valuero, affectui senora solvere procurabo. Sed tamen et solvere plus debeo, etc.*

« hominum gesta prædicabilia, sub crescente virtutis profectu adulta, » ac venerandis opibus in cumulum sacrae benedictionis educta, miraculorum fidelium jam transmissi temporis testimonio sunt declarata, ac vivacibus mentis oculis, etiam non teneantur in paginis, affixa, quia extrinsecus advena teste non indiget, qui domesticæ gloriæ documentis excellit. « Quia tamen corroboratur grex devotus pastoris suffragio, quoties præmissarum virtutum ipsius recreatur auditu, quæ ad nostram notitiam perlata sunt de gestis et conversatione beati antistitis Paterni, ad profectum audientium, utcumque denuotare satagimus.

2. <sup>d</sup> Sacratissimus igitur Paternus Pictavus, enjus Aquitanicæ regionis, juxta sæculi ordinem generosis parentibus, et exteriori in administratione publica olim occupatis, procreatus, sanctis moribus institutus est. Hic a Julita matre, fere sexaginta annorum vidua, enutritus, celesti inspiratione a primis infantia annis maturæ vitæ frena suscepit, <sup>e</sup> et in monasterio <sup>f</sup> Eneisionis jugum dominicæ culturæ monachicum gestaturus [habitum] expellivit. Cui mox ab abbate suo ad dispensationem cellarii deputatus, in ipso primo gradu dedit indicium se ad multa gubernanda, distribuente Domino, pontificem mox futurum. Cujus mater jam converso infantulo cum tunicam vellet facere, orditam telam casu super <sup>g</sup> tectum posuit. Quæ subrepta ab ave, quæ dicitur milvus, et in ni-

<sup>a</sup> Hinc incipit prologus in Mss. Trevirensi et Bodecensi, uti apud Suriam; Acherius pro hominum legit actum. BOLLAND.

<sup>b</sup> Acherius sic legit: Ac venerandis operibus in cumulatum sacrae benedictionis educta, miraculorum fidelium jam transmissi temporis testimonio declarata, a vivacibus meritis semper assistunt fidei oculis, etiam non affixa teneantur in paginis, quoniam extrinsecus advena teste non indigent, qui domesticæ gloriæ documentis excellunt.

<sup>c</sup> Sequentes lineæ sunt in Ms. Bodecensi. BOLL. Acher. vero superius sic legit: Et tamen corroboratur grex devotus de pastoris suffragio, quoties præmissarum virtutum ipsoque recreatur auditu.

<sup>d</sup> Acher.: Sacratissimus igitur Paternus episcopus Pictavis civis, etc., generosis parentibus exortus, in administrationem publicam procreatus, generosior moribus institutus a Julita matre, fere LX annorum vidua, nobilissime enutritus, etc. Sarius vero habet: Jam a duobus annis vidua; et in omnibus Mss. legitur (subdit Bolland.) sexaginta fere annorum vidua, quasi ad illam ætatis suæ annuum vidua eum educavit per XII aut XV annos.

<sup>e</sup> Acher.: Et in monasterium Eneisione, jugum dominicæ culturæ monachus gestaturus expellit.

<sup>f</sup> Anisionense, sive Enisionense, aut Hensionense, monasterium (ut notat Mabillon. in notis ad Vitam sancti Aicardi ab.), censu quidem modicum, hactenus subsistit, a nostris exculum Sancti Jovini de Marnis, vulgo Saint-Jovin, diocesis Pictaviensis, Armoricæ versus, prope Toaricium oppidum, et Thordam annum (le Toué).

<sup>g</sup> Mss. Rothom., domum, BOLL.; Acher., super tectum imposuit; et paulo post, ad nidum suum perducta, etc.

<sup>h</sup> Ibid., integra peritit.

<sup>i</sup> Acher.: Dehinc ad majorem virtutem se adolescentibus adhuc annis extendens, terminum puerilis ætatis transiens, etc.

<sup>j</sup> Pagus Constantinus, Normanniæ pars versus

PATROL. LXXXVIII.

A dum suum portata, post expleta unius anni spatia reperta est incorrupta; ita ut stamen ejus nec hiemalis imber, nec fervor æstivus filo patrescente solverit; sed <sup>h</sup> integra persisterat, ac si tunc fuso torquente de manu lanificæ pendula processisset.

3. <sup>i</sup> Dum hinc se ad majorem virtutem ab adolescentibus adhuc annis extenderet, ac terminum periculose ætatis transiliret, consilio inito cum Scubitione, ejusdem cellulæ monacho, propter amorem Christi, relictis parentibus, in <sup>j</sup> Constantino pago se libenter elegerunt fieri peregrinos pari contubernio, solam deportantes Præterium. Tunc sanctus Scubilio, licet esset senior, videns <sup>k</sup> Paternum, suis meritis multum honorandam, ad fratrem sibi coæquandam, suum <sup>l</sup> dimisit pallium. <sup>m</sup> Cui dum in quoddam insulam, propter solitudinis amorem, ut ibi, procul mundo, Deo proximi vacarent, ire constituissent, ab ea mente revocati sunt a quodam viri sancto nobili et timorato, qui rogavit eos ut <sup>n</sup> Sesciacum se conferrent, ut loci populum a superstitione et idololatria sua converterent, et eum Jesu Christi fidem docerent. <sup>o</sup> Tunc igitur versus speluncam euntes, invenerunt cæcam plebem multam, sua ibi orgia et deorum festa celebrantem: quam hortati sunt zelanter idola relinquere, et Deum veram, ut salvi fierent, adorare, et baptismum suscipere, propter eum qui fecit eos. Sed maledictus ille populus, malitiose occidens aures tam sanctis ac salutaribus monitis,

Occidentem, ad Oceanum Britannicum, vulgo le Costentin. BOLLAND.

<sup>k</sup> Acher.: Paternum meritis honorandam.

<sup>l</sup> Alias, divisit. BOLLAND. Cur vero Scubilio senior, non Paternus, pallium gestabat? An monachi Anisionenses, seu Eneisionenses, imitabantur Græcorum monachorum morem, qui, in tres distincti ordines, diversis utuntur vestibus? Nempe novitiorum est tunica, cingulum et pileus; perfectiorum, seu votis astrictorum pallium; perfectiorum, cuculla? Lege notas Jacobi Goaris in Euchol. Græc., pag. 488. MABIL.

<sup>m</sup> Acher.: Qui dum in quadam insula propter solitudinem desiderarent accedere, vir quidam nomine Amabilis, Deo timoratus, donec de ipsis civibus nuntiaret, detinuit eos dicens, ut in fano Sesciaci se dignanter reconderent, ac sua intercessione diabolica cultura, quam gentili sub errore mali venerantur, cessaret.

<sup>n</sup> In aliis Mss. et Surius, Sisciacum. BOLLAND.

<sup>o</sup> Aliqua Mss. vocant: receptaculum cavernæ circa sinum montis. BOLLAND. Acherius vero sic legit locum hunc locum: Tunc circa sinum montis in receptaculo cavernæ cum suo contubernali vir eremita ingressus est. Ad quod sanum populum dum ex consuetudine per sacra execrabilia debaucharet, admonitus est a sanctis viris, ne vana colendo se crederet salvari, qui salvari poterat, si non irritaret in injuria Creatorem, sed justissime ageret, si conditoris viro vivificatum plasma serviret; quæ plebs reverendos suos irreverenter despiciens, ritum quem pessime cæperat pertinaciter exercebat. Tunc sanctus cum collega suo, tam fervore fidei, quam vezillo crucis, armati, accedentes ad vasa ubi pulmenaria decoquebant, singula suis baculis everterunt; potum: ero, per cupellas dispositum deorsum evellere (vel effundere) voluerunt, postponentes suum periculum, dummodo fortes milites pugnarent pro Christo, desiderantes martirium, si devotus serire non reformidasset percussor. Sed magis nutu divino ipsi in timore sunt habiti, qui poterant trucidari.

eorum sermonem spreverant, et cum magna contumacia demoniorum suorum horrenda sacrificia perfecerunt. Nihilominus sanctus Paternus et sanctus Scubilio, munientes se signo crucis, armati constantia et scuto fidei, scipionibus suis everterunt ollas et cacabos, in quibus miseri illi idolorum cultores coquebant carnes quas simulacris dedicaverant. Non timebant enim viri Dei vitæ suæ, sed, zelo erga Christianam fidem et Dei gloriam animati, cupiebant sanguinem suum pro Jesu Christo fundere. Tamen, quamvis barbara multitudo esset copiosa, et illos posset occidere facile, nihilominus immisit Deus in eam talem horrorem, ut ad suam cavernam uterque redierit salvus et incolumis.

4. <sup>a</sup> Verum atamen est quod impudica et sine fronte mulier, ut eos pudore afficeret, elatis a tergo vestimentis, posteriora illis sua monstravit. Quod impune non tulit Deus, quia nates ejus statim ulceribus innumeris putruerunt, quæ sanari non potuerunt, nisi petita a servis Dei venia.

5. <sup>b</sup> Sanctus Paternus in primis erat misericors et eleemosynarius juxta posse suum. Nam cum in cellula sua aliquando non haberet nisi medium panem pro se et socio, illum dedit pauperi; unde Scubilio irascens tantisper, indoluit, quia incipiebat esurire et nesciebat unde haberet; nec famem pati permisit, sed esurienti victum impertit. Nam sine mora <sup>c</sup> Witherius, primus eorum discipulus, <sup>d</sup> inter jejuniis sera, intulit xenia copiosa, et multiplicavit cibaria refectione dilata; ac sic intra horæ momentum, id quo indigebant cum magno gaudio receperunt. Itaque refectione peracta æqualis <sup>e</sup> liquor deerat, plu-

<sup>a</sup> Acherius sic legit hunc locum: *Tunc revertentibus ipsis, ad eorum injuriam quædam mulier vestibus se denudat, quæ mox ad vindictam justorum totis membris morbo percussa contrahitur. Hinc per anni spatium vigore tabescente torquetur, ac nervis ægrostantibus, cadente ulcere flagellatur, donec, venia petita, ipsis exorantibus, unde vindicta venerat, inde curret medicina.*

<sup>b</sup> Idem Acher.: *Quadam vice, cum eis tantum dimidiis panis ad refectionem legitimam remansisset, advenient iteranti [f. itineranti] et ipsum beatus Paternus ad humanitatem largitus est, cupiens homo Dei magis hoc in mercedem quam in ventrem recondere. Tunc sacer Scubilio hora competenti rogat ut jam deberent reficere. Cui respondens ait: Christus, qui semper abundat, præparat suis cibaria. Quod frater moleste ferens, eo quod post laborem non invenerat unde se fatigatum reficeret. Et tamen pro servi esca Domini cura pervigilat, nec sanicm pati permisit, qui esurienti victum impertit. Nec sine, etc.*

<sup>c</sup> Surius, et Mss. duo. *Witheus*, Mss. *Reginæ, Witherus*; aliud Ms., *Mattheus*. BOLL.

<sup>d</sup> Acher., *post jejuniis*; non legit *sera*. Ibid., *paucis post: Sic intra horæ momentum, quod indigenti dederant cum magno senore receperunt.*

<sup>e</sup> Idem: *æqualis liquor sitientibus deerat*; ac paulo post: *Christum æternum vitæ fontem precantur... qui tunc Israeliticis undam manavit in eremo... et ita replens exsiliivit... aquas traxisset de lapide.*

<sup>f</sup> Acher.: *Cujus causæ fama crescente... se in valde vita ardua consirmissæ; et paulo post: nulla sumebat cibaria... sed etiam a virorum removebat præsentia, ut ab omnibus summotus. Et post: lectulum nunquam habens... in pluma neque caput reclinans, nisi veste suntummo qua in die usus est ea per noctem conten-*

*rum illum sitientibus, quia tanto magis caro desiderat pocula, quanto plus saturitas exardescit post escam. Mox in oratione profusi Christum precantur, ut suis famulis aquam tribuat in deserto, qui dedit in Horeb Israeliticis populis aquam in abundantia de durissima petra. Hinc a Divinitatis auribus e vicino exauditis precibus, ut B. Paternus tetigit de baculo humum, fons erupit ab abyssu, et ita repente exsiliivit ac si Moyses alter, virga perforante, aquam extraxisset e lapide.*

6. Cujus rei <sup>f</sup> crescente fama, vir venerabilis abbas eorum <sup>g</sup> Generosus, post <sup>h</sup> triennium ad requirendos monachos, tam bene ad Christum fugitivos, perrexit. Quibus inventis agnoscit S. Paternum in valde arduam vitam conscendisse, ita quod præter panem et aquam, vel olera sale condita nulla sumebat edulia. Aspectum vero non solum a feminarum, sed etiam ab amicorum removebat præsentia, ut ab omnibus remotus melius expectaret adventus angelicos, et cresceret in divinitate quod deesset in homine. Lectulo nunquam utens, lectuaria nesciens, in pluma nunquam se reclinans, veste una et eadem die et nocte contentus, pro molli lana hirsuto cilicio se induebat, ut inter horas soporis et quietis non esset requies corporis et mutato ordine adhuc post peractum [*Acher.*, actum] diem nox succederet in labore. Quod abbas suus conspiciens esse ultra propositum regulæ, velut impatientem <sup>i</sup> freni equum ad moderata revocavit jejuniis, imperans, <sup>j</sup> ne reclusus esset tam arduus, ut virorum conspectu vel colloquio se fraudaret; insuper et cellulas, quas ipse

*tus est. Pro molli lana hirsutum cilicium induens, ut inter horas soporis et per tempus quietis, etc.*

<sup>g</sup> Ms. Rotom. ut hic habet, at mss. alia tria cum Surio, transpositis verbis: *Vir venerabilis Generosus abbas*; in mss. Bodecensi deest vox *Generosus*; in aliis non dicitur nomine *Generosus*, ut possit censeris appellativum; non proprium nomen. Bolland. De hoc Generoso lege Cointium ad an. 108, n. 21.

<sup>h</sup> Hinc manifestum est Generosum abbatem, non ad sæculum vii (uti alias diximus), sed ad sæculum vii pertinere. Corrigitur proinde vetus Lectionarium Ansonense, in quo S. Generosus floruisse dicitur eo tempore, quo Romanum imperium Constantinus Augustus, tertius ab Heraclio, gubernabat, et Childebertus, filius Theodorici regis, Dagoberti primi nepotis, Francorum reip. præsidebat. Generosus monasticum habitum in monasterio Ansonensi sub S. Launegisilo suscepisse legitur. Anno 1359 textor quidam apud Toarcium oppidum ob violatum S. Generosi festum diem membrorum stupore punitus, in ecclesia S. Generosi facta penitentia sanatus est. Item Aimericus quidam cognomento de Villia Toartii senescallus, ob rapta ejusdem ecclesiæ ornamenta pœnas dedisse fertur. S. Generosus vi Idus Julii colitur in monasterio Ansonensi, seu S. Jovini de Marnis, et in ecclesia prioratus S. Generosi, vulgo *S. Genorox*, quæ una leuca distat ab ipso monasterio, ejusque reliquias asservat. MART.

<sup>i</sup> Addunt duo mss. *per imposita freni pondera*; quam lectionem et Acherius habet. Surius: *imposito quodam freni vitinaculo*. BOLLAND.

<sup>j</sup> Acher.: *ut nec reclusus esset tam arduus, neque rirorum, etc.*

construxerat, a vicariis vicibus, visitaret. De quo, A quia de bonis parentibus esset, b tam a pontifice Leontiano quam civibus testificatum est. c Quem in loco commendans, B. Scubilione[m] revocans ad monasterium secum, parvo intervallo ad fratrem redire permisit.

7. Dehinc vir Dei Paternus a S. Leontiano diaconus ac presbyter factus, quantum dignitate creverat, tantum virtutibus se honorabat. Gemellis cultoribus tantum in Sesciaco adolescebat gratiæ fructus, de verbi semine genitus, ut fanum profani cultus creptum hominibus, deputaretur pectoribus, et insensatus locus fieret a animalium cultura. Spelunca vero quæ tales accolat excepit tam nobilis floris odore fragrare cœpit, ut velut de patriæ fundamine matrisque alveolo, cum totius religiositatis nectare B nata atque nutrita, monachorum plurima funderentur examina. Denique per civitates c Constantiam, Bajocas, Cenomanum, Abrincas, Rhedones, per eum multa Domino fundata sunt monasteria, cujus dominici iudicii claruit fides per opera, et vita sancta per signa.

8. s Itaque in Sesciaco quadam vice, h Arastes quidam offert ei ancillam suam, in officio linguæ mutam. Tunc sanctus vir, puellæ labiorum loca manu contrectans, vidit quod nullatenus aperire poterat dentium stricturam. Qui mox benedicens oleum, ubi signavit maxillarum compages, continuo redierunt, quasi fuissent catenarum fragmenta collisa. Ergo in ore ejus præfatum liquorem ponens, interrogat quid haberet quod taceret? Ad quæ, quæ muta tacuit, per verba respondit.

9. i Item cum de Sesciaco abscessit Abrincas, petit a fratre Scubilione, ut duos pullos columba-

a Bolland. dicta duo mss., in carro vicibus visitaret. h et Acher. legit.

b Ach., tam a pontif. Leontiano... prompte testificatus est. Leontianus (in ms. Rothom. Leontinianus) fuit episcopus Constantiensis; subscriptis concilio Aurelianensi 1 anno 509, pro quo in notis Sirmondi, ex ms. Remensi et Bellouacensi legitur: ex civitate Briovere Leontius episcopus. Briovere, teste Sirmondo, vetus nomen urbis, priusquam ibi castra Constantia figerentur. BOLLAND.

c In ms. Bodecensi hæc ita amplificatur: Præfatus itaque abbas cum Paternum omnibus fratribus et mundi principibus satis commendasset, et in eodem quo debebat loco confirmasset, tum Scubilione[m] ad monasterium redire præcepit, et in aliquibus correctis, post modicum tempus ad fratrem Paternum redire permisit.

d Acher.: Presbyter institutus, quantum dignitas creverat, etc.; et paulo post: quibus gemellis cultoribus, tantum in Tessiaco adolescebat gratiæ fructus, ut.

e lb., animalium clausura. Spelunca vero, quia et tales accolat excepit, etiam cœpit nobiles flores odore fragrare; lb., matrisque alveario... monachorum funderentur examina. Denique per civitates, scilicet Bajocas, Cinomannis, Abrincas, Rhedones Britannicæ, etc.; lb., cujus diversis iudiciis... et sacrata vita per signa.

f Sunt quinque urbes episcopales, quarum directores intelliguntur, tres in inferiore Normannia hodierna, Constantia, Abrincæ, Bajocæ, iis vicinus ager Cenomanensis, et in Britannia superiore Rhedones. BOLLAND.

rum, quos ipse nutriverat, secum auferre permitteret. Quod ille negavit, dicens: Pro tua præsentia vel columbarum tuarum reliquias teneam. Cui Paternus ait: Quem plus amant, apud ipsum permaneat. Qui cum ad monasterium i fere decem et octo miliariorum spatio pervenisset, altera die ibidem duas illæ columbæ velociter illi occurrerunt, ut itineris ejus, ubi signa non videbant, sequerentur vestigia. Sic B. Paternum, desiderium ejus adimplentes, aves secutæ sunt; si quidem satis dignum erat quod spirituales virum columbæ sequerentur.

10. Apud Abrincas cujusdam Ursi possessoris ancillæ, morbo contrabente, manus se collegerant, nec poterant devolvi: nam sicut digitorum erant glomerata. Mox tamen ut orationem B. Paternus B explicuit, contractarum manuum se tela distendit, et reddita sanitate cœperunt digiti licta [Acher., lictias] nervorum temperare.

11. Hinc fama percurrente, prece multa Childeberti regis compulsus est glorioso regi Childeberto Parisiis in carro cooperto k reclusus occurrere l. m Mantela vico, quidam puer, Milevo nomine, a serpente percussus est, quo jam exanimante sanctus vir accessit, ne puer, morte interveniente, decederet. Itaque facto crucis signo et olei liquore perfuso, penetratum venenum tali curavit antidoto. Quo etiam in loco, ad rerum testimonium, in ejus nomine et Christi basilicam condiderunt. Cujus spirituales adventum Parisiis immundi spiritus agnoscentes, de obsessis corporibus in fugam conversi sunt. Pariter autem qui frigoribus torquebantur incolomes effici meruerunt. Nec morbus ulius illie prævaluit, ubi talis medicus unguenta produxit.

12. Dehinc cum sacerdos n pro pauperum reme-

s Acher.: Itaque in Sesciaco quadam die... contrectans nullatenus aperire potuerat... maxillarum compagem, reddunt sonum, quasi catenarum fragmenta fuissent collisa; et in ore ejus intinctum liquorem ponens... nox unde muta tacuit, puella per verba respondet.

h A rastes etiam et Oroastes scribitur, et presbyter dicitur et pas'or. BOLLAND.

i Ach.: Item cum de Sesciaco accessisset Abrincas; ac paulo post: secum portare permetteret... reliquias mihi teneam.

j lb., fere decem et octo millia spatia (in margine adlittum pascuum) pervenisset altero die ibidem venerabili viro columbæ velociter occurrerunt... sic post B. Paternum desiderium suum et aves confessæ sunt: si quidem satis dignæ quod spirituales columbæ secutæ sunt.

k Forte ad vitandum hominum aspectum ac frequentiam, qui ejus sanctitatis fama et adventu commoti nudique confluisissent, in curru operto iter fecisse dicendus est; sive ut cellæ solitudinem vel in itinere tueretur.

l Acher., compulsus est ut... occurrere; ibid. deest, Milevo nomine; ibid., et jam jamque exanimanti... recederet.. in ejus nomine Christi, cujus nomine spirituales adventum, etc.

m In Ms. Rothomag., Autela; in aliis mss. magis confuso nomine Mentalarico scribitur. Surius, Milevico puer. Videtur Mante oppidum esse ad Sequanam. BOLLAND.

n Idem, pro pauperum remediis regi suggestionem proponeret.

diis aliquid regi suggestisset, tunc Childebertus A  
 a Crescentiano imperat, ad quem cura publica pertinebat, ut quod ei B. Paternus injungeret, expediret. Quod ille promittens implere, mentitus est : profectusque ad partes Burgundiae, praedicto sanctissimo nesciente, per biduum Crescentianus erravit excacatus. Crescentianus b culpam reminiscens, unde illum tam repente tenebrosus error invaserit, regressus velociter, impetrata venia, ut culpa corde exiit, oculos lux intravit, et doctior post excacitatem jussa servi Dei complevit, ut ex hoc crederetur luminaria mentis magis quam corporis recepisse.

13. Qui cum septuagenarius c abbatis officio cum virtutibus fungeretur, et in cellula sua, quam primum Sesciaci aedificaverat, quiesceret, quadam nocte, visus est ei ipse locus, d claritate magna B  
 perfusus, et ad eum venientes in visione, qui ad Deum migraverant, e Melanius, f Leontianus et g Vigor episcopi, cum per revelationem ordinaverunt antistitem. Tunc ipse stupefactus, quamvis ea apud h se retinens, tunc non propalaverit, post tamen declaravit. Nam nec longo intervallo, ad supplicationem tam plebis quam principis, Abrincis, pastore decedente, successit : recusare non poterat quod jam secreta Dei dispensatione portentatum fuerat. Igitur effectus pontifex ita se in aedificatione novarum ecclesiarum vel restauratione exercuit, domorum recuperatione succinxit, culturae utilitate appesuit, pauperum administrationem profudit, ut esset in singulis mirabilis, et in omnibus singularis. i Illud

a Surio et aliquibus mss. *Crescentio*; et infra, *Crescentius*. BOLLAND.

b Acher., qui culpam reminiscens... ut culpa cordis exiit, oculis lux intravit.

c Idem, abbatis virtutibus (in marg. vicibus) fungere.

d Ib., mira claritate.

e S. Melanius episcopus Rhedonensis fuit cum Leontiano in Aurelianensi concilio an. 509 (f. 311), et vixit ad an. 550. BOLLAND.

f Leontianus, etiam in mss. *Leontius*, et a Surio *Lactanus* scribitur : quem episcopum Constantiensem fuisse supra dictum est. BOLLAND. Interfuit concil. Aurelianensi i an. 511, et ei subscripsit ; quo ex calculo aetas S. Generosi ac B. Paterni colligenda est. Ex Mabil.

g S. Vigor fuit episcopus Bajocensis : colitur Kal. Nov. Saltem ante an. 557 mortuus, quia tunc Leucadius episcopus Bajocensis interfuit Aurelianensi in concilio. Perperam a Surio *Beor* ; in mss. etiam *Vehor* et *Victor* legitur. In mss. Rothomag. et Reginae Sueciae *Vigor* recte dicitur. h Hæc Boll. Notat vero Coimtus ad an. 550, n. 6, tres istos episcopos, qui Paternum per visum episcopum ordinaverunt, in illis regionibus sedisse ubi Paternus multa monasteria exstruxerat.

i Acher., sed apud se retinens, quamvis tunc tacuerit, post probavit ; et paulo post : Abrincis pastore recedente... mox effectus pontifex ita se in ecclesiarum instauratione, vel nova aedificatione exercuit... culturae utilitatem disposuit... pauperum administrationem profudit (et in marg. providit).

j Ibid., illud etiam merito memoriae non fraudatur.

k Mss. Reginae, *Teudeciano* ; ms. Bodec., *Theodesiaci* ; ms. Trevir. et Surius, *Theodesiaco*. BOLLAND.

l Acher., sum oratione oblata, etc., nec potuit ini-

memoriae non infraudabitur. Cum quadam vice in  
 j Tendeno villa, Severo comite, advenisset, quædam femina, civis Rhedonica, k ei in oratione oblata est muta. Tunc a sancto viro oratione completa, statim mulier longa rupit silentia, nec inimico mutitalis servivit diutius.

14. Cum tertium decimum annum vir Dei ageret in pontificatu, statim altera die Paschæ, cum frater in Sesciaco visitare cuperet, in infirmitatem irruit ; pariter autem Scubilio, in i Mandanensi monasterio, in infirmitatem incidit. Dirigunt ergo ad se invicem ut priusquam de sæculo discederent, se viderent. Tunc missi m sese obviantes in itinere, B. Scubilionem monent ut fratri suo occurreret, sed frachio maris opposito non valuit nocturno tempore transire. Attamen cum sancti fere tria millia spatia interessent, eadem nocte B. Paternus una cum fratre suo praedicto glorioso et nobili in triumpho, felicit viatico, cum choro angelico, in celesti senata, de terrenis piis animas emisissent ad Christum, seque mutuo in gloria reverterunt. Quemadmodum autem n Lauto episcopus, qui ibidem ante dies octo ad visitandum eum, o nesciens ejus morbum, advenisset, ad basilicam in Sesciaco B. Paterno impendit, et deduxit exsequias : sic p Lascivius episcopus S. Scubilionem ad eandem basilicam deducens, funeri alterius accessit et continentes chori in unum nescientes convenerunt : q et sanctissimi viri orationis locum quem aedificaverunt pariter eadem die occupaverunt, solici sub transitu, r ut nec mortis

mico servire diutius, pro qua, libertatis auctor, Christus fuit invocatus.

n In aliquot mss. *Maudanensi*, quod forsau esse S. Michaelis in Monte insinuavimus. Aliter dictum *Madunium*, *Madunum*, vel *Malduinium* arbitratur Arturus du Moustier in Neustria pia, pag. 68. Samarthaniani indicant *Macloviense monasterium*. Non videtur tam procul abuisse. BOLLAND.

o Acher., se invicem obviantes B. Scubilionem in itinere commont ; et paulo post : cum sancto fratre suo glorioso praeposito nobili in triumpho ; ibid. desunt hæc verba : seque mutuo in gloria reverterunt.

p Lauto episcopus Ecclesiae Constantinæ, vel Brevensis, hac formula subscripsit concilio Aurelianensi v an. 547. Inscriptus est Martyrologio Rom. ad diem 22 Septemb. BOLLAND.

q Acher. non legit hæc verba nesciens ejus morbum. Ibidem, cum ad basilicam Sesciaco B. Paternum deduceret, impendens exsequias, item Lascivius B. Scubilionem ad basilicam ipsam deduceret, utroque concinente choro psallentium, in unum nescientes pontifices convenerunt.

r Lascivius episcopus concilio Parisiensi in subscripsit an. 556, sed cujus loci fuerit non indicatur. In mss. *Laudus* etiam, et a Surio *Lascivius* scribitur. In Bodecensi ms. dicuntur : duo e vicinis ciuitatibus episcopi neutro nomine expresso. BOLLAND.

s Sequentia sunt ex mss. Trevir. et Reginae. In Rothomag. hæc solum erant : et sanctorum corpora simul cum gaudio inhumant. BOLLAND.

t S. Paternum decessisse an. 565, ita ostendit Mabillonius in notis ad Vitam S. Paterni, sæc. i Bened. Paternus scilicet obiit post concilium Parisiense celebratum an. 557, cui ipse interfuit ac subscripsit, et obiit decimo sexto Kal. Maias paucis post Pascha diebus : cum quidem altera die Pascha Pa-



caus divideret quos semper una vita conjunxit: ac A simul uno momento cum altero alter a sepultus est, cum et in peregrinatione alter alterum secutus est. Sic Redemptori nostro, amatori unico, electi de

ternus et Scubillo in morbum incidisse referantur, et eadem nocte esse mortui. Quod non ita intelligendum est ac si consequente nocte qua aegrotare ceperant, morte decesserint; cum Lauto, episcopus Constantiensis, octo diebus cum Paterno commoratus Sessiaci narretur, quo Paternus altera die Pascha advenerat; sed illud solum indicatur Paternum et Scubilionem, post aegritudinem aliquot dierum, eadem nocte vita functos fuisse. Quæ cum ita sint, recte videtur S. Paterni obitum collocari posse an. 545, audeam post Pascha diebus, quod eo anno in diem quintum Aprilis inciderat. Hæc Mabillonius. Quibus positis, consequitur S. Paternum creatum fuisse Abrincensem episcopum an. 552, et natum an. 482, quippe qui septuagenarius fuerit creatus pontifex (ut narratur in ejus Vita c. 3), et tredecim post annos decesserit. At Cointius natum eum existimat an. 480, et an. 550 ad sedem Abrincensem erectum fuisse; idque ob eam causam quod is pulet Paternum obiisse feria secunda, idque die decima sexta Aprilis; quo die nomen illius legitur in tabulis ecclesiasticis. Unde ejusdem obitum refert ad

an. 563, quo littera dominicalis fuit G, proindeque dies 16 Aprilis erat feria II. Verum hic calculus (ut Bollandus animadvertit) haud nititur ullo certo fundamento, cum ex Vita S. Paterni nullo modo constet eum obiisse feria II, et anno 563 dies Pascha incidit in diem 25 Martii: unde consequeretur S. Paternum tres integras hebdomadas ægrum decubuisse, quod non apparet.

<sup>a</sup> Visuntur usque hodie cenotaphia SS. Paterni et Scubilionis in vic. S. Paterni, vulgo *Saint-Pair* appellato, diocesis Constantiensis ad oram maritimam Oceani, haud procul a Grandivilla oppido. Illic sine dubio sita erat abbatia Sessiacensis, postea S. Paterni dicta, quam Richardus II dux Nortmannorum monasterio S. Michaelis in Monte Tomba attribuisse legitur in Neustria Pia. Nunc locus redactus est in vicum, insignitum tamen nomine haronix, quæ a prædicto S. Michaelis cœnobio hactenus dependet; ubi nuper, hoc est anno Domini 1664, die 1 Septemb. corpus S. Gaudi Ebroicensis episcopi inventum est. MABILL.

## PRÆMONITIO

### IN VITAM SEQUEMTEM S. RADEGUNDIS REGINÆ.

*Vitam S. Radegundis a Fortunato, ejusdem præceptore, scriptam fuisse, fidem certissimam facit Baudouin, sanctimonialis monasterii Pictaviensis, cœva ipsius Fortunati, quæ in Vita item S. Radegundis, a se conscripta, hæc de illo et se testatur: Non ea quæ vir apostolicus Fortunatus episcopus de beata Vita composuit iteramus, sed ea quæ prolixitate sui prætermisit, sicut ipse in libro suo disseruit, cum diceret de beate virtutibus: Sufficiat exiguitas, ne fastidiatur ubertas; nec reputetur brevissimum, ubi de paucis agnoscat amplitudo. Hæc autem Fortunati verba leguntur num. 39 Vitæ ipsius Radegundis, quam sub nomine Fortunati edimus, ut existat sæculo i Bened., pag. 319, a cl. Mabillonio notis doctissimis illustrata; quibus vel de nostro aliquid, ubi opportunum visum est, pro more adjecimus.*

# VITA S. RADEGUNDIS REGINÆ.

## PROLOGUS.

1. Redemptoris nostri tantum dives est largitas, ut in sexu muliebri celebret fortes victorias, et corpore fragiliores ipsas reddat feminas virtute mentis inclytæ gloriosas. Quas habentes nascendo molliorem, facit Christus robustas ex fide; ut quæ videntur imbecilles, dum coronantur ex meritis, a quo efficiuntur fortes, laudem sui cumulent Creatoris, habendo in vasis scilicet thesauros cœli reconditos: in quarum visceribus cum suis divitiis ipse rex habitator est Christus. Quæ mortificantes se sæculo, despecto terræ consortio, defæcato [Al., deserto] mundi contagio, non confidentes in lubrico, non stantes in lapsu, quærentes vivere Deo, ad gloriam Redemptoris sunt copulatae paradiso. In quo est pariter nume-

C ro, cujus vitæ præsentia cursum, licet sermone privato, ferre tentavimus in publicum, ut cujus est vita cum Christo in gloria, memoria relata celebretur in mundo.

## VITA INCIPIT.

2. Beatissima igitur <sup>a</sup> Radegundis, natione barbara, de regione Thoringa, a vo rege Bassino, patru Hermenfrido, patre rege Berethario, in quantum altitudo sæculi tangit, regio de germine orta, celsa licet origine, multo celsior actione. Quæ cum summis suis parentibus brevi mansisset tempore, tempestate barbarica, <sup>b</sup> Francorum victoria regione vastata, vice Israelitica exit et migrat de patria. Tunc inter ipsos <sup>c</sup> victores, cujus esset in præda regalis puella, fit contenta de captiva. Et nisi red-

<sup>a</sup> S. Radegundis, de qua plura scripsimus in Vita Fortunati, et de qua passim in notis ad opera ejusdem sumus locuti, obiit an. 587, cujus funus se curasse narrat Gregorius Turon. in libro de Gl. Conf., cap. 106; quo proinde auno circiter hæc ejus Vita a Fortunato elucubrata esse credenda est.

<sup>b</sup> De hac Francorum adversus Thoringos expeditione, leges Greg. Tur. lib. III Hist. Franc., cap. 7, et Fortunatum in libro singulari de Thoringis exordio.

<sup>c</sup> Hi reges erant Theodoricus et Clotarius, fratres, ut ibidem narrat Gregor. Turon.

dita fuisset, transacto certamine, in se reges arma movissent. Quæ veniens in sortem præcelsi regis Chlotarii, in Veromandensem ducta <sup>a</sup> Attejas, in villa regia nutriendi causa custodibus est deputata. Quæ puella inter alia opera quæ sexui ejus congruebant, litteris est erudita: frequenter loquens cum parvulis, si conferret sors temporis, martyr fieri cupiens. Indicabat adoleseens jam tunc merita senectutis, obtinens pro parte quæ petiit. Denique dum esset in pace florens Ecclesia, ipsa est a domesticis persecutionem perpessa. Jam tunc id agens infantula quidquid sibi remansisset in mensa, collectis parvulis, lavans capita singulis, compositis sellulis, porrigens aquam manibus, ipsa cibos inferebat, ipsa miscebat infantulis. Hoc etiam præmeditans cum Samuele <sup>b</sup> parvulo clerico gerebat: facta cruce lignea præcedente, subsequentes psallendo ad oratorium cum gravitate matura simul parvuli properabant. Et ipsa tamen cum sua veste nitidans pavementum. Circa altare vero cum <sup>c</sup> facitergio jacentem pulverem colligens, foris cum reverentia recondebat potius quam <sup>d</sup> vergebat. Quam cum præparatis expensis <sup>e</sup> Victuriaci voluisset rex prædictus accipere, per <sup>f</sup> Beralcham ab Attejas nocte cum paucis elapsa est. Deinde Suessio:is cum eam direxisset, ut reginam erigeret, <sup>g</sup> evitans pompam regalem, ne sæculo cresceret, sed cui debebatur et humana gloria, non mutatur.

3. Nubit ergo terreno principi, nec tamen separata a celesti. Ac dum sibi accessisset sæcularis potestas, magis quam permitteret dignitas, se plus inclinavit voluntas. Subdita semper Deo, sectans monita sacerdotum, plus participata Christo quam sociata conjugio. Illo vero sub tempore tentamus patefacere de multis pauca quæ gesserit. Ideo juncta principi, timens ne Deo degradasset cum mundi gradu proficeret, se sua cum facultate elemosynæ dedicavit. Nam cum sibi aliquid de tributis accideret, ex omnibus quæ venissent ad eam, ante dedit decimas quam recepit. Deinde quod supererat monasteriis dispensabat; et quo ire pede non poterat, transmissio munere circuibat. A cujus munificentia nec ipse se abscondere potuit eremita; et sicuti ne premeretur a sarcina, quod acceperat erogabat. Apud quam egeni vox non inaniter sonuit, nec ipsa eam surda præterit: sæpe donans indumenta, credens sub inopis veste Christi membra se tegere, hoc se reputans perdere quidquid pauperibus non dedisset.

4. Adhuc animum tendens ad opus misericordiarum,

<sup>a</sup> Atteja, *Athics*, in Veromandis ad Summam flumen, erat ex eorum vicorum numero quos, quia fisci erant, vulgo villas publicas aut regias appellabant, uti Hadrianus Valesius in Hist. lib. XXI observavit. **MABILL.**

<sup>b</sup> Hæc periodus sic legitur apud Boll.: *Hoc etiam sanctissima cum Samuele parvulo clerico gerebat: facta cruce lignea præcedente, dum subsequendo psallentes ad oratorium gravitate matura simul parvuli properabant, ipsa tamen cum sua veste pavementum nitidans; circa altare vero cum facitergio, etc.*

<sup>c</sup> Facitergium pro sudario, quod faciri sordes tergit. **MABILL.**

<sup>d</sup> Boll., *vergebat* pro *vergebat*.

A Attejas domum instruit, ubi lectis culte compositis, congregatis egenis feminis, ipsa eas lavans in thermis, morborumque curans putredines, virorum capita diluens, ministerium faciens, quos ante lavat eisdem sua manu miscebat, ut fessos de sudore sumpta potio recrearet. Sic devota femina nata et nupta regina, palatii domina, pauperibus serviebat ancilla. In mensa vero subocculite, ne forte cognosceretur ab aliquo, ante se posito cum legumine ferculo, inter epulas regum, more trium puerorum, fava [faba] vel lenticula delectabiliter vescebat. <sup>h</sup> De cursu vero decantando, etsi sederet in prandio, excusans se regi aliquo casu, ut Deo redderet debitum, se subducebat convivio. Quæ egressa Domino psallebat, et curiose requirebat quali cibo foris pauperes **B** refecissent.

5. Item nocturno tempore, cum reclinaret cum principe, rogans se pro humana necessitate consurgere, levans egressa cubiculo, tandiu ante secretum orationi incumberebat, jactato cilicio, ut solo calens spiritu jaceret gelu penetrata, tota carne præmorta: non curans corporis tormenta, mens intenta paradiso, leve reputans quod ferret, tantum ne Christo vilesceret. Inde regressa cubiculum, vix tepesferi poterat vel foco vel lectulo. De qua regi dicebatur habere se potius jugalem monacham quam reginam. Unde et ipse irritatus pro bonis erat asperimus. Sed illa pro parte leniens, pro parte tolerabat modeste rixas illatas a conjuge.

6. Diebus vero Quadragesimæ satis est scire qualiter se retexit inter vestes regias singulariter penitens. Igitur appropinquante jejunii tempore mittens ad religiosas monacham, nomine Piam, in sancto proposito, illa dirigebat veneranter in linteo sigillatum cilicium; quod sancta induens ad corpus, per totam Quadragesimam subter veste regie, dulci portabat in sarcina. Transactis diebus similiter sigillatum retransmittebat cilicium. Sin autem rex decisset, quis credat qualiter se orationi diffunderet, qualiter se tanquam præsentis Christi pedibus alligaret; et quasi repleta deliciis, sic longo jejunio satiaret in lacrymis? Cui, despecto ventris edulio, Christus tota refectio et tota fames erat in Christo.

7. Illud qua pietate peragebat sollicita, ut quæ per oratoria, vel loca venerabilia, tota nocte perlicerent, candelas suis manibus factas jugiter ministrabat? Unde hora serotina dum ei nuntiaretur tarde quod eam ad mensam rex quæreret, circa res

<sup>e</sup> *Alii Victoriae*, vernacule *Vitry*, in Belgio deabus leucis a Duaco; ubi Sigibertus rex instinctu Frædegundis occisus est. Aliud est ejusdem nominis oppidum in Campania, sed tunc Clotario non parebat. **MABILL.**

<sup>f</sup> Sunt qui pro Beralcham *barcam*, vel *barcham* legendum putent, ut adnotant Boll. in notis ad hunc locum.

<sup>g</sup> Bolland., *sed illa evitabat*.

<sup>h</sup> Decursus sive cursus pro officii divinis a Gregorio Turonensi et Fortunato non raro usurpatus, dictum est in Vita S. Germani ep. Paris. ad n. 75. *Decantare* hic et alibi passim pro *recitare* sumitur. **MABILL.**

Di dum satagebat, rixas habebat a conjuge, ita ut vicibus multis princeps per munera satisfaceret quod ei per linguam percasset.

8. Ad cujus opinionem si quis servorum Dei visus fuisset vel per se, vel <sup>a</sup> vocatus occurrere, videres illam cœlestem habere lætissimam, et hora noctis recursa cum paucis pergens et, intimis per nivem, lutum, vel pulverem; aqua calida parata, ipsa lavabat et tergebat venerandi vestigia; nec resistente servo Dei, et propinabat in patera. Sequenti die curam domus committens <sup>b</sup> creditariis, ipsa se totam occupabat circa viri justis verba; circa salutis instituta, et circa adipiscenda vitæ cœlestis commercia retentabatur per dies. Et si venisset pontifex, in aspectu ejus lætificabatur, et remuneratum relaxabat ipsa tristicis ad propria.

9. Illud quoque quam prudenter totum pro sua salute providebat impendere: quoties quasi <sup>c</sup> infortem novum, lineum sabanum, auro vel gemmis ornatum more vestiebat de barbaro, a circumstantibus puellis si laudaretur pulcherrimum, indignam se adjudicans tali componi linteolo, mox exuens se vestimento, dirigebat loco sancto, quisquis esset in proximo, et pro palla ponebatur divinum super altare.

10. Qualiter vero si quis pro culpa criminali, ut assolat, a rege deputabatur interfici, sanctissima regina moriebatur cruciatu, ne designatus reus inoreretur in gladio! Qualiter concursabat per domesticos fideles servientes et proceres, quorum blandimentis mulcebat animum principis, donec in ipsa ira regis, unde processerat sors mortis, inde curreret vox salutis!

11. His igitur beatis actibus occupatam intantum provexit divina clementia, ut etiam adhuc in palatio laica, domino largiente, declararentur per eam mi-

<sup>a</sup> Sarius addit per alium.

<sup>b</sup> Creditarii iidem erant ac consilarii vel camerarii, quibus secreta committebantur, Græce πιστωτοί. Lege Duf. in Gloss. ad hanc vocem.

<sup>c</sup> Maforte, muliebri capitis tegumentum; *Lineum sabanum* (a voce Theotisca *Saban*, quæ linteum significat) hic sumi videtur pro vestimento ex lino confecto, cui aurum et gemmæ assutæ erant. MABIL.

<sup>d</sup> *Perunna* pro *Peronna* usurpatur: est vero Peronna urbs munita Galliæ ad Suminam in Picardia, de qua apud Valesium in Notitia Galliarum pag. 442 plura videri possunt. Hæc fere Bolland. lb. adnotant ex Mabillonio de Re dipl., l. iv, Peronnæ celebrem Radegundis cultum fuisse, cujus nomini suburbana pridem ecclesia dicata est.

<sup>e</sup> In apographo Bodecensi, quo usi sunt Boll., hic locus, ab amanuensi liberius explicatus, legitur hoc modo: *Cum vero nox supervenisset, et illa cursum (id est officium) decantando preces ad Dominum funderet, vinculati illi divina virtute catenis absoluti occurrerunt S. reginæ de carcere.*

<sup>f</sup> Fortunatus in carmine De excidio Thoringiæ, Supplem. lib. 1, inducit Radegundem fratris necem patheticis deslente. MABIL. — Porro de divortio Radegundis a rege Clotario plura apud Mabill. lib. v An. Bened., cap. 22, et Boll. in prænot. ad Vitam S. Radeg. (*Primæ curæ nota.*) — An nota plurimum allaborasse cl. Mab., ac Bollandistas, quo nodum illum exsolverent de divortio B. Radegundis a conjuge suo Clotario inconsulto, et, ut videtur, invito: ac Mabil. quidem multa proponere, nihil tan-

denique in <sup>d</sup> Perunna villa post prandium dum ambularet per hortum sanctissima, rei reitrusi pro crimine succurri sibi clamabant, vociferantes de carcere. Ipsa quid esset interrogat. Mentiuntur ministri quod mendicorum turba quæreret elemosynam. Credens hoc illa, transmittit quo indigebat inopia. Interea a iudice compelluntur tacere qui tenebantur in compe. Cum vero <sup>e</sup> nox supervenisset, dum sibi cursum diceret, fractis vinculis soluti occurrunt sanctæ de carcere. Quo cognito reos se viderunt qui beatæ mentis sunt, dum qui rei fuerant de catenis soluti sunt.

12. Et quoniam frequenter aliqua occasione, Divinitate prosperante, casus cedit ad salutem; ut hæc religiosius viveret, frater <sup>f</sup> interfleitur innocenter [Al., innocens]. Directa igitur a rege veniens ad beatum Medardum Noviomago, supplicat instanter ut ipsam mutata veste Domino consecraret. Sed memor dicentis Apostoli (*I Cor. vii*): Si qua ligata sit conjungi, non quærat dissolvi, differebat reginam ne veste tegeter monacham. Adhuc beatum virum perturbabant proceres, et per basilicam graviter ab altari retrahabant, ne velaret regi conjunctam, ne videretur sacerdoti ut præsumeret principi subducere reginam, non publicanam, sed <sup>g</sup> publicam; quo sanctissima cognito, intrans in sacrarium, monachica veste induitur, procedit ad altare, beatissimum Medardum his verbis alloquitur dicens: Si me consecrare distuleris, et plus hominem quam Deum timueris, de manu tua a pastore ovis anima requiratur. Quo ille contestationis concussus tonitruo, manu superposita, consecravit <sup>h</sup> diaconam.

13. Mox indumentum nobile, quo celeberrima die solebat pompa comitante regina procedere, exuta

certi affirmare: Bollandistas vero, eo propendere, ut existiment, illius temporis episcopos Galliæ, minus scientes sive peritos legum ecclesiasticarum fuisse. Verum non hoc videtur de B. Medardo affirmari posse, qui Radegundi petenti ut velum sibi imponeret, continuo rejecit illud Ap. præcipiens, ut *quæ ligata est viro, non quærat dissolvi*. Quocirca mallem B. Medardum, cui bene perspecta erat egregia pietas, ac sanctitas B. Radegundis, nihil dubitasse, quin ex voluntate Dei, ac nutu, qui nuptiarum ut auctor, ita Dominus, et arbiter est, quæreret eadem solvi a nuptiarum vinculo, ut magis Deo ipsi placeret. Quocirca non ante ille acquievit, quam B. Radegundes dixisset: *Si me consecrare distuleris, et plus hominem quam Deum timueris, de manu tua a Pastore ovis anima requiratur*. Quibus verbis per-motus S. Pontifex videtur erecidisse, non tam se solvere, quam Deum separare, quod conjunxerat. Ex hujusmodi tamen singularibus exemplis nihil præjudicii firmitati nuptiarum afferri potest. (*Secundæ curæ nota.*)

<sup>g</sup> Id est, publice seu solemniter nuptam.

<sup>h</sup> Et tamen paulo ante conc. Aurelianense II anno Christi 853 celebratum sic statuit canone 18: *Placuit etiam ut nulli postmodum feminæ diaconalis benedictio pro conditionis hujus fragilitate credatur; qui licet ex antiquorum canonum præscripto annorum quadraginta probationem revocare duntaxat videatur Joanni Morino, Exercit. 10, de Sacr. Ordin. cap. 5, neque sic tamen in Radegunde locum habuit. Diaconissas omnino desiisse ante sæculum X apparet ex Aitonis episc. Verceilensis epistola ad Ambrosium*

ponit in altare, <sup>a</sup> blattas [Al., blattis] gemmataque A ornamenta : mentam divinæ gloriæ tot donis onerat per honorem. Gingulum auri ponderatum fractum dat in opus pauperem. Similiter accedens ad cellam sancti <sup>b</sup> Jumeris die uno quo se ornat felix regina, composito sermone ut loquer barbaro, <sup>c</sup> stapiorem, <sup>d</sup> camisas, <sup>e</sup> manicas, <sup>f</sup> cofeas, fibulas, cuncta auro, quædam gemmis exornata, per circulum sibi profutura, sancto tradit altari. Inde procedens ad cellam venerabilis <sup>g</sup> Datdonis, die qua debuit ornari præstanter in sæculo, quidquid indui poterat, censu divite femina, abbate remunerato, totam dedit cœnobio. Æquiter [Al., similiter] sancti <sup>h</sup> Gundulfi, post facti <sup>i</sup> Metuis episcopi, progressa receptaculo, non minore laborata nobilitavit <sup>j</sup> Synergium.

14. Hinc felici navigio Turonis appulsa, quæ suppleat eloquentia, quantum officiosam, quantumque se monstravit munificam? Quid egerit circa sancti Martini atria, templâ, basilicam, flets, lacrymis insatiata, singula jacens per limina, ubi missa <sup>k</sup> revocata, vestibus et ornamento, quo se clariori cultu solebat ferre in palatio, sacrum componit altare. Hinc cum in vicum <sup>l</sup> Condatensem, ubi gloriosus vir Martinus et Christi satis intimus sonator migravit de sæculo, ancilla Domini pervenisset, dedit non inferiora, Domini crescens in gratia.

sacerdotem in tom. VIII Spicilegii Vet. Script., pag. 123. MAB. Plura de hac re Coint. ad an. 544, n. 96.

<sup>a</sup> Bolland. sic legunt hunc locum et *ablatis gemmis, ornamentis mensam divinæ gloriæ onerat venerabilis*; aliud ms. et Surius habent *oblatis*, ut ibidem adnotant Bolland.

<sup>b</sup> Nomen hujusce sancti legitur diversimode; nam hic apud Mabil., et in ms. *Vallistuentis*, quo usi sunt Boll., legitur *Cella sancti Jumeris*. Surius legit, *Cellam S. Nimeris*, vel *Nimeris*; et in quodam ms. *Divionensi* occurrit *Vinerus*.

<sup>c</sup> In eod. S. Germanensi legitur *stapione*, in sexto casu. Scribendum videtur, *Scapione*, ad regium diadema designandum. Nam Germanis hodieque *Scap-pel* vitta seu capitis redimiculum dicitur. Si vero quis *stapione* retinendum velit, vox ista de pedum ornamentis interpretanda erit, qualia Isaias in c. iii commemorat. Nam *stapia*, equestre suppedaneum, MABIL.

<sup>d</sup> *Cofea*, sive *Cufia*, aut *Coffia*, erat capitis redimiculum, aut tegumentum, quo totum ambiebatur. De hoc vocabulo plura apud Dufre. in Gloss. Chron. Vosiense cap. 74., illic relatam, habet: *Mitras in capite gestabant juvenes utriusque sexus, quas vocabant Bonetos, post Capellos de lino, vel Coffias, etc.*

<sup>e</sup> Claudius Castellanus (ut referunt Boll.) in suo Martyrologio inter sanctos ademeris collocaat venerabilium Datdonem: qui primus fuerit abbas monasterii Conchensis (vernacule *Conques*) apud Rhutenos in Gallia. Sed ejus incerta ætas.

<sup>f</sup> Ita ms. Codd. Et tamen nullus Gundulfi nomine legitur Mettensis episcopus usque ad Ludovici Pii ætatem. An forte pro Gundulfi legendum Goscelini, qui sæculo vi sedi Mettensi præfuit? MABIL.

<sup>g</sup> An forte pro *Mettis Noviomagi* legendum est? Nam revera in illa sede post beatum Medardum, et Faustinum, qui illum excepit, sedit Gundulfus; quem hunc Radegundes, antequam crearetur episcopus Noviomensis, degentem in monasterio, convenerit. Nisi forte pro *Gundulfo Aigulfus* legendus, qui Mettensem sedem consecudat an. 578, ut habet Cointius ad hunc annum.

15. Hinc cum in villa <sup>k</sup> Suædas, Pictavo territorio, juxta prædictum vicum decenter accederet, itinere prosperante, qualiter se gessit per singula, quis enumeret infinita? Quæ in mensa sub <sup>l</sup> fladone segalatum [Al., siligineum] panem absconsus, et hordeaceum manducabat occulte, sic ut nemo perciperet. Nam ex illo tempore quo beato Medardo consecrante velata est, usque ad infirmitatem, præter legumen vel olera, non pomum, piscem, vel ovam, nec quid aliud edit; potum vero præter aquam mulsam, atque <sup>m</sup> piratum non bibit; <sup>n</sup> vini vero puritatem, aut <sup>o</sup> medi decoctionem, cervicisque turbidinem non contigit.

16. Tum more sancti Germani [*Antissiodorensis*] jubet sibi molam secretissime deferri, ad quam tota Quadragesima tantum laboravit, quantum quadri-duana refectio postulavit. Oblationes etiam suis manibus faciens, locis venerabilibus incessabiliter dispensavit. Ergo apud sanctam non minus usus misericordiæ, quam erat concursus de plebe, ut nec deesset qui peteret, nec deficeret quod donaretur. Mirandum ut omnibus satisfaceret, unde thesauri tot exsuli, unde tot divitiæ peregrinæ.

17. Quantum expendebat diurna redemptio, sola sciebat quæ petentibus deportabat. Nam præter quotidianam mensam, qua refovebat <sup>p</sup> matriculam, duo-

<sup>h</sup> *Synergium*, locus in quo plures simul operantur, hic usurpari videtur pro monasterio, quod eadem ratione nonnunquam asceterium appellatur. MABIL.

<sup>i</sup> Sic legendum probant veteres membranæ, non vero *missa revocato*, vel *missore vocato*, ut apud Surius; codex D. d'Hierouval ex amanuensis interpretatione habet: *missa celebrata*, sed perperam, ut constare videtur ex adnotatis in Vitam S. Germani episc. Paris., n. 60. MABIL. At legunt Boll. *missa celebrata*.

<sup>j</sup> Aliquando vocatur *Condate* Turonum, ut ab alio ejusdem nominis loco distinguitur. BOLLAND.

<sup>k</sup> *Sais*, inter Turones et Pictones.

<sup>l</sup> Eadem voce iterum utitur Fortunatus infra n. 21, quo in loco Codex Conchensis scribit, *sub placientia*; cum in aliis habeatur, *sub Fladone*. Ex quo intelligas *Fladones* esse placentas, quas vernacule *Flaons* nostrates appellant. Apud Bollandum tom. II Febr., pag. 105, in scripto Henrici abbatis Centulensis: *Sunt ibi clibana tredecim, quæ reddunt unumquodque per annum decem solidos, et panes trecentos, Flatonos in Litaniis unumquodque triginta*. Ubi vir doctissimus *Flatonos*, placentas interpretatur. Udalricus in lib. II Consuetud. Cluniac., c. 4, *Pro signo Fladonum*, inquit, *præmissio generali panis et casei de una manu omnes digitos inflecte, et ita manum cava, et in superficiem alterius pone*. MABIL.

<sup>m</sup> *Pyratium*, seu *pyraticum*, erat succus expressus e pyris, qui pro vino adhibebatur. S. Hieron., lib. II contra Jovin. *Paulus*, inquit, *Timotheo dolenti stomachum, vinum suadet bibere, non piratum*.

<sup>n</sup> Exstat apud Fortunatum in l. xi, carm. 3, ad Radegundem, quo eam ad bibendum vinum hortatur. Idem auctor in lib. viii, carm. 7, ac II de mundi contemptu et reclusionem B. regina: gratulatur. MABIL.

<sup>o</sup> Potio ex melle.

<sup>p</sup> *Matricula* sumitur tum pro libello, cui pauperes, Ecclesiæ sumptibus alendi, inscribebantur, cum pro ipsis egenis, ut hoc loco. Vide Gregorium Turon., lib. II Mir. S. Mart., c. 22. MABIL.

bus semper diebus sabbati, quinta et sabbato, vicibus A teste munifica. Ministra tamen præsumebat eam balneo parato ipsa succincta de <sup>a</sup> sabano [Al., linteo] capita lavans egenorum, defricans, quidquid erat, crustam, scabiem, lineam nec perulentam fastidians, interdum et vermes extrahens, purgans cutis putredines, sigillatione capita pectebat ipsa quæ laverat. Ulcera vero eicatricum, quæ cutis laxa detexerat, aut ungues exasperaverant, more evangelico, oleo superfuso, mulcebat morbi contagium. Mulierum vero descendentium in tinam, ipsa cum sapone a capite usque ad plantam membra singula diluebat. Egredientibus exinde si cui veterata indumenta conspiceretur, tollens rassa, nova reddens: ante pannosos, faciebat venire cultos ad prandium; quibus congregatis, ministerio parato, ipsa aquam sive mappam singulis porrigebat, et invalidis ipsa pariter os et manus tergebat. Hinc tribus ferculis illatis, ferculis deliciis, stans ante prandentes jejuna, præsens convivis, ipsa incidebat panem, carnem, vel quidquid apponeret. Languidis autem et cæcis non cessabat ipsa cibos cum cochleari porrigere, hoc præsentibus duabus, sed se sola sorviente, ut nova Martha satageret, donec potulenti [Al., purulenti] fratres læti fierent convivis. Tunc illa removens se loco, ut ablueret manus, jam bene culto convivio tota gratificabatur. Si quid <sup>b</sup> audiret de fremitu, jubebat tamen et sederent, donec vellent assurgere.

18. Venerabili vero omni Dominico die hoc habebat in canone, vel æstate vel hieme, ut pauperibus collectis primo merum sua manu de potu dulci porrigeret, puellas postea committens, ut omnibus illa propinaret: quia ipsa festinabat orationi occurrere, quo et cursum consummareret, et sacerdotibus ad mensam invitatis occurreret, quos adhuc regali more, ad propria cum redireat, sine munere non laxaret.

19. Hanc quoque rem intremiscendam qua peragebat dulcedine! Cum leprosi venientes signo facto se proderent, jubebat adminiculæ ut unde vel quanti essent pia cura requireret. Qua sibi renuntiante, parata mensa, <sup>c</sup> missorium, cochleares, cultellos, <sup>d</sup> cannas, potum et calices sola subsequente intromittebatur furtim, quo se nemo perciperet <sup>e</sup>. Ipsa tum mulieres variis lepræ maculis <sup>f</sup> perfusas comprehendens in amplexu, osculabatur et vultum, toto diligens animo. Deinde posita mensa ferens aquam calidam, facies lavabat, manus, ungues et ulcera, et rarsas administrabat ipsa pascens per singula. Recedentibus præbebat aurum, vel vestimenta, vix una

<sup>a</sup> De hac voce *Sabanum* plura lege apud Dufres. Lexic. Græcum mss. Reg. cod. 030, *περίψυμα*, inquit, τὸ ἀβύσσον τοῦς ἰδρωτας τοῦ κάμνοντος ἀποψύχων, id est, sabanum est quod sudores ægri detergit.

<sup>b</sup> Si quid audiret de fremitu surgentium, uti videtur, de mensa, ut abeuntem, obsequii causa, prosequerentur. Bolland. revera legunt: si qui vero causa honoris, sibi assurgerent, jubebat, etc.

<sup>c</sup> Missorium nonnunquam designat donarium a principe missum, alias concham modicam, in qua aliquid liquoris reponitur. Quo sensu hic usurpari videtur *MABILL.*

Ministra tamen præsumebat eam blandimentis sic appellare: Sanctissima domina, quis te osculetur, quæ sic leprosos amplecteris? Illa respondit benevole: Vere si me non osculeris, hinc mihi cura nec ulla est.

20. Quæ tamen, præstante Deo, diverso fulsit miraculo. Denique si quis pustulæ desperaret de vulnere, offerebat ministra sanctæ folium pampini, mentiens sibi opus hoc esse. Sicque vix obtento signaculo portans ad desperatum, vulnere superposito mox occurrebat remedium. Itidem frigiticus qui venisset, aut languidus, dicens in somniis se vidisse ut pro sua salute feminæ sanctæ occurreret, offerens [Bolland., offerebat] candelam alicui ex ministris, qua accensa per noctem morbus accipiebat mortem, morbidus sanitatem. Quoties autem cum cognovisset decubantem in lectulo, portans poma peregrina, dulce simul et calidum, reficiebat ægrotum: et qui nec decimo jam die quid perciperet, cibaria ipsa mox administrante, languidus accipiebat cibum pariter et salutem? quod tamen ipsa imperabat, ne quis <sup>f</sup> proferret in fabula.

21. Quanta vero congressio popularis exstitit die qua se sancta deliberavit recludere, ut quos plateæ non caperent ascendentes tecta complerent! Quid autem sanctissima jejunii, obsequii, humilitatis, charitatis, laboris et cruciatus ferventer indepta sit, si quis cuncta percurreret, ipsam prædicaret tam confessorem quam martyrem. Ergo venerabilem præter diem Dominicum fuit sacratissima omnis dies [Al., omnibus diebus] jejunium: lenticulæ vel oleris prope jejuna refectio; non avem, piscem, vel pomum, vel ovum habens edulium. Panis vero deliciarum segalium fuit aut hordaceum, quem absconsum sub fadone sumebat, ne quis perciperet. Hæc fuit etiam potio aqua mulsa, piracium, sed modice libata sitibunda potatio.

22. Prima quoque Quadragesima, qua se reclusit in cellula, donec fuisset transacta, panis non sumpsit cibaria, nisi die Dominica, sed tantum radices herbarum, aut olera de malvis sine olei gutta, sine sale composita. Verum aquæ toto jejunio nec sumens duo sextaria, hinc tanta siti laborabat, ut faucibus desiccatis, vix psalmum diceret arida. Cilicium etiam habens ad corpus pro linteo jugiter; cursum decantans peragebat vigiliis: ante se cinerem stratum superjecto cilicio, hoc utebatur pro lectulo: ipsa requies fatigabat, cui parum videbatur hoc sustinere corpusculum <sup>e</sup>.

<sup>d</sup> Cannæ sunt fuscellæ seu vasa viminea. *MABILL.*

<sup>e</sup> Bolland., qua sibi renuntiante parata mensa, missis cochlearibus, scutellis, scamnis, pots et calicibus, sola subsequens intromittebatur furtim quo se nemo perciperet.

<sup>f</sup> Id est, ne divulgaret. Fabulam pro sermone ipso vel re narrata solere usurpari a Fortunato potest intelligi ex l. 11 Vitæ S. Martini, ubi de ipso ait:

Jam quoque Martini quæ fabula fluxerit ore.

Boll. legit in fabulam.

<sup>g</sup> Ajud Surium ista adduntur: Non illam ali-

23. Aduh monachus omnibus soporantibus cal-  
cimenta tergens et ugens, retransmittebat per sin-  
gulas. Aliis Quadragesimis <sup>a</sup> aliquid relaxatus [Al.,  
relaxans] quinta feria sومهbat, deinde Dominica.  
Nam et reliquo tempore præter dies Paschales ac  
summæ festiuitatis, donec infirmitas permisit, in ci-  
nere et cilicio semper vitam duxit austeram. Prius  
se levans ut psalleret quam congregatio surrexisset.  
Nam de officiis monasterialibus nihil sibi placuit,  
nisi prima serviret, et ipsa se castigabat, si bonum  
post alteram ageret. Ergo suis vicibus scopans mo-  
nasterii plateas simul et angulos, quidquid erat fœ-  
dum purgans, et sarcinas quas alii horrent videre  
non abhorrebat evehere. Secretum etiam purgare  
opus non tardans, sed occupans [Al., scopans]; fe-  
rens fetores stercoris, credebat se minorem sibi, si  
se non nobilitaret vilitate servitii. Ligna supportans  
brachiis, focum flatibus, et forcipibus admoventes, ca-  
lens, nec læsa se retrahens, extra suam hebdoma-  
dam infirmantibus serviens. Ipsa cibos decoquens,  
ægotis facies abluens, ipsa calidum porrigens visi-  
tabat quos fovebat, jejuna rediens cellulam.

24. Illud quoque quis explicet quanto fervore ex-  
citata ad coquinam concursitabat, suam faciens sep-  
timanam? Denique nulla monacharum nisi ipsa de  
<sup>b</sup> posticio, quantum ligni opus erat, sola ferebat in  
sarcina. Aquam de puteo trahebat et dispensabat  
per vascula. Ovis purgans, legumen lavans, flatu fo-  
cum vivificans; et ut decoqueret escas, satagebat  
exæstians. Vasa de foco ipsa levans, discos lavans  
et inferens. Hinc consummatis conviviis ipsa vascula  
diluens, purgans nitide coquinam, quidquid erat lu-  
tulentum ferebat foras in locum designatum [Al.,  
in ima purgamina]. Inde per ægotantes inferens ne-  
cessaria, ibat non tepida, et priusquam exciperet  
<sup>c</sup> Arelatensem regulam, hebdomada sub transacta  
sufficenter <sup>d</sup> ad omnes calidam faciebat. Humilitate  
sanctissima pedes lavans et osculans, et adhuc om-  
nes prostrata deprecabatur veniam negligentia pro  
commissa.

25. Itaque post tot labores, quas sibi pœnas  
<sup>e</sup> intulerit, et ipsa quæ voce refert, perhorrescit.  
Quadam vice dum sibi latos tres circulos ferreos,

quando mollis pluma fulcivit, neque linteaminis nitor  
instruxit. Manicam, qua brachium indueret, non ha-  
bebat, nisi quod de caliga sua sibi deus fecit manicam.  
Sed ita se tractabat, ut hæc nec abbatisa sentiret;  
quæ desunt, in Codd. mss. et ex lib. II, num. 8, de-  
sumuntur. MABILL.

<sup>a</sup> Alias Quadragesimas de Quadragesima Adventus  
Domini aliisque explicarunt qui Surium recensuere;  
at de aliis Quadragesimis, quas ante Pascha post  
primam in claustrum exegit Rade Gundis, hunc locum  
esse interpretandum textus conclusio docet. MABILL.

<sup>b</sup> Posticium, inquit Papius in Vocabul., est latens  
ostium, dictum quod remotum sit a publico. Sæpius in  
posteriore ædium parte locatum. Posticaria est quæ  
curam habet recipiendi ea quæ in monasterium de-  
portantur, et transmittendi quæ transmittantur, vulgo  
la tourrière. ut Monardus noster probat in Concord.

MABILL.

latensis regulæ, disce ex

A diebus Quadragesimæ, collo vel brachiis nexit,  
et tres catenas inserens circa suum corpus dum  
alligasset astrictæ, inclusit durum ferrum caro tene-  
ra supercrescens. Et transacto jejuniu cum voluisset  
catenas sub cute clausas extrahere nec valeret, caro  
per dorsum atque pectus super ferrum catenarum  
est incisa per circulum, ut sanguis fusus ad extrê-  
mum exinaniret corpusculum.

26. Inde vice sub altera, jussit fieri laminam in  
signo Christi aurichalcam, quam accensam in cellula  
locis duobus corporis altius sibi impressit, tota carne  
decocta. Sic spiritu flammante membra faciebat  
ardere. Adhuc aliquid gravius in se ipsa tortrix  
excogitans, una Quadragesimarum super austerum  
jejuniu et sitis torridæ cruciatum, adhuc lima cilicii  
membra tenera setis asperis dissipante, jubet portari  
<sup>f</sup> aquamanile ardentibus plenum carbonibus. Hinc  
discedentibus reliquis, membris trepidantibus, ani-  
mus armatur ad pœnam, tractans, quia non essent  
persecuti nis tempora, a se ut fieret marty. Inter  
hæc ut refrigeraret tam ferventem animu, incen-  
dere corpus deliberat; apponit æra candentia,  
stridunt membra cremantia, consumitur cutis, et  
intima, quo attingit ardor, fit fossa; tacens tegit for-  
amina, sed computrescens sanguis manifestabat quod  
vox non probebat in pœna. Sic femina pro Christi  
dulcedine tot amara libenter excepit! Hinc actum est  
ut quod ipsa abdiderit, hoc miracula non tacerent.

27. Itaque matrona Gislæadis proceris, nomine  
<sup>g</sup> Bella, sed longa cæcitate miserrima, rogavit se de  
Francia Pictavis ad sanctæ duci devoto præsentiam.  
Quam licet tarde exorata, sibi fecit occurri per tetra-  
noctis silentia. Prostrata cujus ad genua ut dignaretur  
oculos ejus signare, vix impetrat. Quæ mox ut  
in nomine Christi signum crucis impressit, cæcitas  
fugit, lux rediit, et nocturno sub tempore orbæ diu  
dies inluxit; ita ut tracta cum venisset, nullo docente  
recederet.

28. Item puella Fraiffedis, inimico instigante, dum  
torqueretur tam nequiter, sacras inter manus sanctæ;  
nec data dilatione, curari promeruit. Nec illud  
prætereatur tempus beatæ, quod præstitit. Femina  
quædam Leubilis, dum vexaretur in rure ab adversa-

D iis quæ diximus in Vita Fortunati, n. 82.

<sup>d</sup> Bolland. sic legit: ad omnes faciebat humanita-  
tem sanctissima, pedes lavans, etc.

<sup>e</sup> Bolland., intulerit ipsa, qui voce refert, perhor-  
rescit. Hic mihi indicari videtur sanctimonialis ali-  
qua, a qua hæc relata audiebat Fortunatus.

<sup>f</sup> Quid sit Aquamanile discimus ex Ordine Romæ-  
no, ubi agit qualiter celebrandum sit officiu missæ:  
Aquamanile, hoc est vas manuale, pelvis nimirum  
aptus excipiendis aquis ex manu lotionis. Isidorus  
lib. II Offic., cap. 10: Ab archidiacono scyphum aquæ  
cum aquamanili et manutergium accipimus. Male ergo  
aquamanile cum urceolo a nonnullis confunditur.  
MABILL.

<sup>g</sup> De Bella item cæca, sanata ad sepulcrum S. Mar-  
tini narrat Greg. Turon. lib. I de Mirac. S. Martini,  
cap. 19, eaque fuisse dicitur de territorio Turonico.  
Hæc alia fuisse dicitur  
Fortunatus

rio graviter, sequenti die sancta orante, nova Christi A curatione in scapula, crepante cute et verme foras exeunte, sana est reddita publice; et ipsum vermem calcans pede liberata se retulit.

29. Illud quod gessit in secreto proferatur in populam. Monacha quædam toto anno in die gelata frigore, per noctem cremata igni, sex mensibus nec gressum movens, cum jaceret exanimis, sanctæ de ejus infirmitate soror altera nuntiavit. Et quia perinacis esset, tepidam fieri præcepit, ipsam ægrotam ad se facit in cellula deportari, et in tepida deponi. Hinc jubet omnes removeri, remanente tantum sola simul ægrotâ cum medica fere per horas duas. Quantum est corporis forma a capite usque ad plantam, infirma membra combajulat. Dehinc quo manus attingebat, lægebat dolor de languida; et quam diu deposuerant, exiit salubris de tepida. Quæ vinum nec odorabat, accepit, bibit, et refecta est. Quid plura? sequenti die cum jam speraretur [pro crederetur] migrare de sæculo, salva processit in publicum.

30. Adjiçitur laudi quod non depêrit merito. Mulier quædam dum inimici invasione graviter laboraret, et vix ad sanctam potuissent hostem rebellem addocere, imperat adversario ut se suo cum timore pavimento prosterneret. Mox ad beatæ sermonem in terram se dejiciens, qui timèbatur extimuit. Cui sancta plena fide cum calcasset in cervice, fluxu ventris egressus est. Est et in rebus minimis magna gloria Creatoris. Ergo casu cum glomus, quem saneta flaverat, perpenderet de camera, veniens sorex ut tangeret, antequam filum incideret, mortuus in morsu pependit.

31. Inseratur operi res tam digna miraculo. Florejus quidam nomine, homo ejusdem sanctæ, pro piscatione dum in mare salageret, oborto ventorum turbine, fluctuum surgente mole, a nec tam nauta sentinante [sentinam ejiciente] quam unda supervergente, cum navis plena submergeretur, in extremitate clamat: Sancta Radegundis, dum tibi obedimus, non subsidamus naufragio; sed obtine apud Deum ut liberemur de pelago. Quo dicto, mox fugata nube, reddita serenitate, unda cadente, prora surrexit.

32. Goda, puella sæcularis, post Deo monacha serviens, dum longo sub tempore lecto flebilis decubaret, et impenso multo medicamine plus langueret, facta candela ad mensuram suæ staturæ, Domino miserante in nomine sanctæ feminæ, qua hora frigus speraret, lumen ascendit et tenuit, cujus beneficio ante fugata sunt frigora quam esset candela consumpta.

33. Si propter brevitatem multa prætermittimus, plus peccamus. Igitur purgatis velociter reliquis,

<sup>a</sup> Bolland. *nec tam nauta, hauriente quam unda super vergente.*

<sup>b</sup> Bolland. legit: *dum pluribus diebus maligno torqueretur spiritu.* Surius pro *energumeno* habet *energumena*; quod seq.

<sup>c</sup> Non ergo Radegundis, ut quidam asserunt, sed Agnes abbatissa erat, quod etiam ex Fortunato in lib. VIII, carm. 8, de Virginitate manifeste apparet, tam etiam ex lib. II Vitæ, infra num. 5. Lege rursus

dilato remedio, carpentarii cujusdam uxor, <sup>b</sup> dum plurimis diebus energumeno torqueretur, venerabilis ejus abbatissa <sup>c</sup> joculariter dicit ad sanctam: Crede, mater, excommunico te, si intra hoc triduum mulier hæc ab hoste purgata non redditur. Dixit plane, sed fecit sanctam mulierem occulte reflicendi tempore poenitentem. Quod ne moremur quid actum sit, altera die, sancta precante adversarius rugiens per aurem egrediens, invasum vasculum deserit, mulier cum marito sospes redit hospitium. Nec illud præteratur quod est actum simillimum. Rogat beatissima de loco suo evelli arborem validam lauri, et ad suam cellulam pro jocunditate transferri. Quo facto transplantata non adhærente radice, sit tota foliis arida. Cui abbatissa joculariter imputat, nisi exoraret ut arbor terræ adhæreret, se de cibo suspenderet. Quod non inaniter dictum est: Nam sancta intercedente, foliis, ramis, radice, laurus siccata revivuit.

34. De monachabus quædam sibi familiarior, cujus ex humore sanguis contexerat oculum, apprehensa herba absinthio, quam sancta circa pectus ut refrigeraret habuerat, cum super oculum posuit, dolor et cruor mox effugit, et de viriditate herba puritas lucis emicuit. Revocetur memoria quod tacitum pene præterit. Anderedus, <sup>d</sup> agens ejusdem beatissimæ, cum sibi filii nascerentur quos ut videret, mox perderet, et cogitaret sepellre mater tristis dum pareret, exanimem infantulum lacrymose parentes jactant in sanctæ cilicium. Qui ut saluberrimam vestem mox panni nobilis attigit, ad officium vitale redit infans de funere, et rubens levat de pallio pallor vicinus ad tumulum.

35. Quis numeret mirabilia quæ Christi misericors operatur clementia? Animia monacha, dum tantum hydropis morbo tumefacta tenderetur, ut salus esset in ultimo, et deputatæ sorores spectarent quo momento exhalaret spiritum, visa est illi per soporem cum veneranda abbatissa beata Radegundis in balneo sine liquore nudam jubere descendere. Deinde manu beatæ visa est oleum ægrotæ super caput effundere, et nova veste contegere. Quo peracto mysterio, evigilanti de sopore, de morbo nihil apparuit, ita ut nec subsudasset, et intus aqua consumpta sit. Quo novo sub miraculo non reliquit in utero nec morbi vestigium. Nam quæ credebatur deferri præceps ad tumulum, levat ad cursum de lectulo, ut olei testimonium, odor inesset capitis et ventris nulla pernicies.

36. Proferatur in medio quo gratuletur regio. Quadam vice obumbrante jam noctis crepusculo, inter <sup>e</sup> choraulas et citbaras, dum circa monasterium a sæcularibus multo fremitu cantaretur, et sancta

Fortunatum in lib. VIII, carm. 4, qui carmine 3 de Agnetis Natalitio Radegundi gratulatur. MABILL.

<sup>d</sup> Surius vitiose (ut animadvertit Boll.) edidit *anus de rebus agens.* Ipse Boll. pro *agente* legit *cliena.*

<sup>e</sup> Choraules, symphoniaci; etsi Vossius de Vitiis Serm. hanc vocem non pro symphoniaciis, sed pro iis qui tibiam inflant ac choro præeunt, usurpari probat hoc proverbio, *Malus choraules, bonus symphoniacus.* MABILL.

duabus testibus perorasset diutius, dicit quædam Amona ha sermone joculari : Domina, recognovi unam de meis canticis a saltantibus prædicari. Cui respondit : Grande est, si te delectat conjunctam religioni audire odorem sæculi. Adhuc soror pronuntiat : Vere, Domina, duas et tres hic modo meas canticas audivi, quas tenui. Sancta respondit : Teste Deo [Al., testor Deum] me nihil audisse modo sæculari de cantico. Unde manifestum est ut carne licet in sæculo, mente tamen esset in cælo.

57. Prædicetur in laude Christi, a more beati Martini, tempore præsentis, antiqui norma miracali. Cum beatissima femina reclusa esset in cellula, audivit fletum de monacha, et signi tactu venientem quid illud esset interrogat. Quæ mortuam sororem nuntiavit infantulam, et frigidam, qua lavaretur, paratam, esse jam calidam. Condolens sancta tunc imperat ut cadaver ipsius suam deferret in cellulam. Quo sibi deportato, excepit manu propria, reclusa post se mox janua, jubens longe discedere, ne quis sentiret quid ageret ; sed quod occulte gessit, celari diu non potuit. Inter hæc dum defunctæ exsequiæ præparantur, fere per horas septem mortuæ tractat corpusculum. Sed Christo videante fidem, qui negare non potuit, reddita prorsus salute, surgit hæc ab oratione, resurgit illa de funere, et se tunc sublevat vetula, cum revixisset infantula. Quam tactu iterum signi, lætificata reddidit vivam quam flens acceperat mortuam.

38. Commemoretur et illud nobile factum per somnium. Tribunus fisci, cognomeno Domolenus, die qua sanctissima migravit de sæculo, dum gra-

\* More B. Martini ; id est, tale miraculum editum a Radegunde est cujusmodi ante editum fuerat a B.

viter suffocationis languore totus deficeret, videbatur ipse quod sancta in vicum ejus dignabitur accessisset. Currit, salutem, interrogat quid beata requiret ? Tunc ipsa dicit quod ad eum illic videndum pervenerit. Et quia votum plebis erat ut B. Martini oratorium conderent, apprehendit tribuni manum beatissima dicens : Hoc loco sint confessoris venerandæ reliquiæ ; per hoc ædificate templum quod sibi ducat dignissimum. Quale Bei mysterium ! fundamentum et pavementum repertum est, quo basilica facta est. Adhuc in ipso sopore manum trahit per fauces ejus, et gulam diu delinens, insuper et hoc dicens : Veni ut tibi melior a Deo sanitas conferatur. Et videbatur sic rogare : Per meam vitam ut propter me relaxes illos quos habes in carcere. Evigilans tribunus refert quod viderat conjugem, dicens : Vera credo quod hac hora exiit sancta de sæculo. Dirigit ad civitatem ut per hoc vera cognosceret, transmittit ad carcerem, qui septem reos ibi detentos admonitus relaxaret ; redeunte transmissio refert ea hora migrasse justam de sæculo, et triplici mysterio carcere relaxato, tribuno sano reddito, ædificato templo, sanctæ probavit oraculum.

39. Sed de beatæ virtutibus sufficiat exiguitas, ne fastidiatur ubertas ; nec reputetur brevissimum, ubi de paucis agnoscitur in miraculis amplitudo. Qua pietate, pietate, dilectione, dulcedine, humilitate, honestate, fide, fervore sic vixerit, ut et ipsam post obitum gloriosæ transitus, mirabilia prosequantur, humanæ eloquentiæ modus admirando ætonitus viribus explicare minime valet. Sit tamen illi qui dedit gloria, laus et imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

Martino pontifice Turonensi, uti narrat Sulpitius in lib. de Vita ejusdem, cap. 5.

## PRÆMONITIO

### IN VITAM SEQUEM S. AMANTII EPISCOPI RUTHENENSIS.

S. Amantii, Ruthenensis episcopi, Vitam, quam hic subjicimus, a Fortunato elucubratam fuisse, primis omnium censuisse Surius videtur, id conjiciens ex stylo et scribendi ratione familiari Fortunato. Surium alii secuti deinde sunt, inter quos cl. Labbeus, qui ejus auctorem Venantium Fortunatum, Pictaviensem episcopum, fuisse, quidam, ait, non improbabiler sentiant cum Surio. Fortasse alicui dubitationem inficere possunt formæ illæ loquendi, quæ plane poesim sapiunt, quibus auctor hujusce Vitæ S. Amantii frequentius usus deprehenditur, quam fere videatur in more fuisse Fortunato, cum sanctorum Vitas conscriberet ; cujusmodi sunt illæ quibus noctem describens, num. 6 : redditur, inquit, terris occasus diei noctis silentio. Vix corda mortalium alta quies dulci sopore laxaverat ; tum de aurora loquens : interea roseæ, inquit, lucis splendor mundum irradiat, facieque rebus reddita, terris lux redditur, etc. ; nisi forte Fortunatus, nondum assuetus sanctorum Vitæ conscribendis, cum hanc elucubraret, gemio poetarum paulo liberius indulsisse dicendus est, ac colores poeseos, cui impense studebat, vel in pedestrem hanc elucubrationem transtulisse. Quanquam et stylus ipse politior et cultior quam fere proprius ille Fortunati esse soleat, ac grandior et rotundior oratio, suspicionem alicui afferre possunt haud illam genuinum esse ejusdem scriptum, necnō quædam alii sentiant. Verum nec illud inficiendum est Fortunati ingenium et in verbis collocandis industriam sæpius in eadem apparere : quamobrem sub ejusdem nomine illam edendam existimemus.

Porro S. Amantii Vitam edidit Surius ad diem 4 Novembris ; eandem tamen mancã, multisque mendis depravatam ac deformem. Eandem postea e mus. exemplaribus exscriptam, integram edidit cl. vir Philippus Labbeus. Jesu, tom. II Novæ Bibliothecæ mss. librorum, etc., pag. 474 et seq. edit. Paris. an. 1657 ; unde nos illam sumpsimus quam Operibus Venantii attexeremus. Eandem contulimus cum altera, edita a Surio, ac præcipua loca quibus differre visæ sunt, indicavimus ; ac notas insuper aliquot ad ipsam illustrandam attulimus.



# VITA SANCTI AMANTII

## RUTHENENSIS EPISCOPI.

### PROLOGUS <sup>b</sup>.

Præclaro succumbit oneri pauper ingenium, tamque immensa rei sermo sterilis et ab omni scientiæ fecunditate jejunos non sufficit. Quamlibet ergo infirmus, humeris impositum onus obedientiæ nunc suscipiam, ignosce, quæso, lector, cum dissonam manibus paginam sumpseris, cum aures tuas murmur indoctum garrulo stridore petcusserit; quia non minus culpæ est non paruisse cum possis, quam præsumpsisse quod nescias.

### INCIPIIT VITA CUM MIRACULIS.

1. Igitur beatissimus <sup>a</sup> Amantius Ruthenæ fuit urbis alumnus, vita pastor, nunc ipsius felici est patronus <sup>B</sup> excessu; qui in primævo ætatis flore, abruptis sæculi laqueis, militiam Christi perseverantiæ definitione suscepit, et vitia quibus pulsatur humana fragilitas patientiæ virtute calcavit <sup>d</sup>, inanes curas longe repulit, motus audaciæ, constantiæ frenis tenuit, et cogitationum inter se colluctantium rebelles tumultus mentis imperio subjugavit. Qui beato fervens proposito, et felicitum meritorum splendore conspicuus, sacerdotii culmen et sublimis cathedræ sedem promeruit. Gessit mentem fastigio honoris sui parem; nihil in eo fuit dubium, nihil duplex, nihil varium. Fuit namque in eo perfecta humilitas, prompta misericordia, indefessa liberalitas, sancta simplicitas. Fuit in vigiliis laudabilis, in jejuniis fortis, in remissione mansuetus, in colloquiis sedulus, in conflictatione lenis, in injuriis mitis, in tribulationibus patiens, in prosperis moderatus, constans in tristibus, in blandis severus, mitis in asperis. Nec pudore libertas caruit, nec jucunditas gravitate.

<sup>a</sup> S. Amantius primus episcopus Ruthenorum fuisse facile ab omnibus conceditur, quem vulgo S. *Charent* Galli appellare consueverunt. Perpetua et constantis apud Ruthenos viguit traditio, S. Amantium a Martiale, apostolo Aquitanorum, ordinatum episcopum fuisse, ut refert Antonius Bonal. Is pridie Nonas Novembres notatur in veteri martyrologio, tom. IV Spicillegii. Item in Martyr. Rom. ad hunc diem ejus festum cultur. Hæc ex Saumarth. in Gall. Christ.

<sup>b</sup> Prologus hic deest apud Surium. Ex ipso vero potest intelligi Fortunatum a quoquam ex postulatam fuisse ut Vitam S. Amantii conscriberet; quemadmodum et plures alias item elucubravit, quo potentium votis satisfaceret, ut suo loco adnotavimus. Si licet ullam conjecturam facere, cum in Ruthenæ se fuisse visum <sup>c</sup> n. 14, quo tempore, ex patrociniis S. Amantii, puer quidam, Euphrasinus nomine, solutus dæmone est, cujus miraculi ipse testis oculatus, fuerit, verisimile est ab episcopo Ruthenorum, qui tunc illi Ecclesiæ præerat, fuisse ex postulatam ut S. Amantii decessoris sui Vitam conscriberet: quomo-

<sup>A</sup> Nunc brevi stylo pauca virtutum ejus perscruiam insignia. Dabit Dominus oratione beati antistitis dicendi vires, qui divitiis bonitatis suæ sine ullo defectu scit effundere, <sup>e</sup> et nescit, cum effuderit, variari.

2. Igitur cum in prædictæ urbis foro consedisset præses altiori cæteris sede sublimior, et nefarii facinoris reum ultimo crucis supplicio et extrema pœna patibili damnasset, properat B. antistes ad forum, petit a præside vitam jam metu præmortui, sed non impetrat: <sup>f</sup> iterat preces, sed mens superbi dira fastu non frangitur, sed acriore fervescit ira. Itaque antistes cellulam repetit, terræ prosternitur, fundit preces, suspiria gemina emittit, tundit crebro verbere sanctum pectus; petit a Domino quod a præside obtinere nequiverat. Digna illico præsidem immitem pœna percussit; nam in cathedra, cui altior insederat, miris repente modis affligitur, deserit ossa vitalis calor, et soluta nervis rigentibus membra officium quo animæ famulabantur amittunt. Ad cellulam beatissimi viri concurritur; ab oratione Pater consurgit, ad forum progreditur. Sensit adventum viri præses, magna jam sui parte præmortuus. Amisi itaque redduntur sensus, et famulantia usibus suis in vigorem pristinum redeunt membra. Redditur ergo salus præsidi, vita damnato; et quidquid vel ille admittendo, vel hic non dimittendo contraxerat, <sup>g</sup> Domini miseratione conceditur. Denique condonata est reo vita cum crimine, et præses meruit veniam cum salute.

<sup>C</sup> 3. Non longo post tempore sequitur clarior virtus, et tanto par merito. Erat namque hand longe ab urbe in altiori basi eminent simulacrum, quo in loco mira multitudo gentilium consuebat. <sup>h</sup> Itaque cum dæmoniis pecudum carnes suis moribus litant, dum-

do et vitam S. Albini, episcopi Andegavensis, scripsit rogatu Domitiani, item Andegavensis episcopi, cum ad ipsam itineris causa, divertisset. Certe obedientiæ vocabulum, quod hic usurpat Fortunatus, indicare videtur ab aliquo illud oneris sibi fuisse impositum qui sibi dignitate præteret.

<sup>e</sup> Surius: *Beatissimus Amantius Ruthenæ urbis quondam sui civis ortu, vita pastor, nunc felici patronus est excessu.*

<sup>d</sup> Ibidem post hæc verba, *virtute calcavit*, desunt intermedia usque ad hæc, *qui beato fervens*, etc.; et post illa; *post honoris sui parem*, relicti intermediis, nectantur ista, *nunc brevi stylo.*

<sup>e</sup> Ibidem, *et nescit, cum effuderit vacuari.*

<sup>f</sup> Ibidem: *iterat preces, orationem apud surdum præsidem perdit. Itaque antistes ad cellam ropedat... suspiria geminat, etc.... digna illico præses immitem pœna percussitur. Nam cathedra, cui altius insederat, miris repente modis affligitur...*

<sup>g</sup> lb., *Pia Domini miseratione diluitur.*

<sup>h</sup> Idem: *Itaque dum dæmonibus pecudum, vel suis potius moribus litant; dumque cuncti referti opibus...*

que referti epulis et vino pleni cantu perstrepuerunt, beatissimus sacerdos advenit, vidensque exultare infelicem plebem omni luctu graviore lætitia, trahens ab imo pectore suspiria, a sacrilegii scelere campio hortamine revocare perentat. Sed semper invisa ignaviæ remedia sunt salutis, quæ perire arbitrio suo quam alienum servare consilium mavult, et modum utilium ad modum voluptatis nititur retorquere, blandaque et noxia pro rectis ac necessariis habet. Totis ergo furoris stimulis vulgus exarsit; sed ille adversum sævientes arma arripiens, repetit cellulam, terræ prosternitur, fundit uberes pro hostibus preces, ingemunt pro inimicis alta suspiria, petit illis vitam, qui in necem suam certe sæviebant. Nam ille quod coronaretur optabat, ideo ne punirentur impii, pia apud misericordiam Domini vota fundebat. Non enim minor animi virtus est pro inimico exorasse Dominum quam procubuisse pro Domino; pro persecutore fudisse preces quam effudisse animam innocentem. Post longa itaque suspiria sanctum elevans caput, si nubes aliqua ab oriente consurgeret, qui prope astabat, puerum interrogabat. Nullam ille se videre respondit. Rursus beatus pontifex terræ prostratus ingemuit, erectoque iterum a terra capite, eadem quæ prius a famulo sciscitatur, videre scilicet se credebatur quod futurum præviderat. Ab humo ergo Dei homo consurgens, et cælum, cui nunquam mente defuit, intuetur. Tegitur repente nubibus dies, et mox diabolo exitium ferens, terribilis tonitru fragor increpuit, pariterque infelix simulacrum ferit, dividit et dispergit. Fertur per aera lapideum sacrilegorum numen: quod ita diversam in partem ultricis procellæ turbo dejecit, ut partem nunc ejus <sup>a</sup> Lauterna nunc teneat rivus, partem vero <sup>b</sup> Avarionis habeat ripa fluminis in testimonium virtutis perpetuo servatura. Partem quoque ab urbe procul patens retinet campus <sup>c</sup> rem tanti miraculi usibus humanis ingerens, admirationem præbens, memoriam repræsentans. Itaque divina providentia verberat impios, ut animæ morbum corporis afflictatione sanet, et de adversis remedia præparans, salutem infirmitate restituit; ideoque sacrilegam plebem percussit, ut [*Fortè, ne*] perderet eam; et pia manu infixit vulnera, ne ipsam puniret. Fuit ergo præsens pœna non ultio sceleris, sed medela peccati, quæ perimeret peccatum, coerceret pecca-

*longa suspiria a sacrilegii impio scelere pio hortamine, etc... quam alieno serrari consilio mavult: in modum utilium incommodum voluptatis examinat... Totis ergo furoris stimulis in injuriam sancti viri seditiosum vulgus exarsit; cum pia ille adversus sævientes arma corripit... pro hostibus fletus... petit, ut sine nece sua vel certe propria sævientium furor desisteret. Ne ille qui coronaretur optabat, pro his, ne punirentur impii, pia apud misericordem regem vota fundebat. Post longa itaque suspiria, etc... qui prope assistebat, inspicere puerum... eadem, quæ prius famulum sciscitabatur. Videri, ut prius, famulum negat. Cum itaque tertio sancta terræ membra prosterneret, ait, cui id operis injunctum fuerat nubem ab oriente pertenuem, exiguanque videri. Scilicet credidit quod futurum præviderat... terribili sonitu fulmen increpuit, etc.*

<sup>a</sup> Lauterna teneat rivus. Lauterna rivus esse fluens

Atorem: exstinxit crimina, auctore servato, obortaque simul est ex dolore salus, ex ira remissio multis. Nam ut simulacrum fulminis icta dissiluit, statim quibus inerat juventutis robur, quique de medla nocte vergebant in senium, auditu obstrusis auribus caruere. Junior vero minusque nocens ætas mansit incolumis; sed hi quibus altius serpentinum virus incluserat feriuntur. Quos ergo ad fidem prædicatio sancta non moverat, insignis miraculi virtus impellit. Ad beatissimum etenim virum concurrunt, facinoris veniam expetunt et merentur, amissos repetunt sensus atque percipiunt, sentiunt sani fontis fluentia et hauriunt. Discessit ergo vulnus illatum, curatur inventum, nec ultra emendationem verbera illis contulerunt. Sic Dominus noster fidelis oratione <sup>B</sup> servi antiquam putredinem ulcerum curavit, vulnera sanavit, flagella lenivit, iram terrore compescuit. Ita divino munere bellator egregius prædam inimico abstulit, detulit cælo; detraxit hosti, auctori restituit: captivos enim reddidit libertati, prædæ captivo, vitæque mortuos, mortis auctore prostrato, restauravit. Et illico de penetralibus cordis sacrilegi, peccati maculas, Christi amore repulit, fides abstraxit, unda purgavit, et validissimus candor terrenos homines spiritali fidei velamento induit; sicque Pater egregius fidelisque servus evangelici præcepti memor, commissa sibi a Domino felici fœnore multiplicata restituit.

<sup>4.</sup> Aliquantulum vero post hæc temporis fluxerat, et præcepit duobus ecclesiæ famulis ut in flumine, quod juxta urbem præterfluit, paucos pro advenientibus pisces caperent. Haud mora, præceptis obediunt, pisces capiunt, lina legunt, ad urbem remeant; quos milites, qui in præsidio erant civitatis, redeuntes offendunt. Hi hostili ritu septi potiuntur piscibus, cosque male mulctatos flagris relinquunt exanimés. Ad sacerdotem famulus redeunt, et quæ iis simul ablata illataque fuerant testis luctus edocuit. Beatus tamen pontifex amissis non doluit ex contemptu, sed afflictis congemuit ex affectu. <sup>d</sup> Illinc constantiam vigor tenuit, hinc lacrymas pietas fudit. Felix cum vicit contemptu, felicior cum victus affectu est. Dum interea milites repetunt, nituntur prædam edomare flammis: subjecto etenim igne exsultant latices, sed novo repente miraculo, perdit vim <sup>D</sup> flamma, dissiliens, et æstuans incassum furibunda,

apud Ruthenam civitatem, hinc potest intelligi.

<sup>b</sup> Segodunum Ruthenorum (atque Summarth. in Gallia sacra), urbs Aquitanie primæ, in conspectu Averionis fluvii, olim sub Bituricensi metropoli, nunc sub Aibiensi et parlamento Tolosano, civitas Ruthenorum appellatur, etc.

<sup>c</sup> Surius: opus tanti miraculi usibus ingerens; idem post illa verba memoriam repræsentans, subdit continuo: aliquantulum post hæc temporis fluxerat, cum ecce præcepit, etc., uti n. 4 legitur.

<sup>d</sup> Idem: illinc Constantiam rigor tenuit, hinc pius lacrymas fudit... exundant latices. interea pervasores milites ad sacerdotem, etc... ignoscit mens pietate promptissima... mox, quæ direpta focus intemerata duraverant, reddita flammis edomantur. Præclaris gloriosisque signis plus stupenda succedunt.

miroque repente modo indurantur magis flammis A  
piscis, lege mutata naturæ, et intractabiles duri-  
que sensus tanti novitate miraculi molliuntur. Interea  
milites ad sacerdotem concurrunt, direpta referunt,  
genibus adzærent, veniam facinoris petunt. Ignoscit  
mens pietatis prompta, donat eis crimen cum piscibus  
mox, quæ direpta foris, pace temerata, deruerant,  
flammis redeunt et domantur. Illic B. pontifex,  
oratione sanctissima, plebi ferendi necessitatem  
injuriam, militibus consuetudinem abstulit infligendi,  
pariterque ultricium vis extincta flammaram,  
et emendatio militum ac populi fuit. Præclaris  
gloriosisque signis stupenda succedunt.

5. <sup>A</sup> Erat namque in foro, in altiori baside eminens  
simulacrum, quod vir beatissimus, zelo divini amoris  
accensus, dejecit atque confregit. In ultionem  
igitur numinis sui, sacrilegæ plebis multitudo con-  
surgit, lymphatico bellatorum furore succensa,  
Christi bellatori minatur exitium. Sed vir beatissimus  
mortem non timuit vitæ amore. Neque enim fas erat  
fortissimum bellatorem præsentem timere mortem,  
qui æternam præsentium rerum contemptu meruerat.  
Itaque plebs misit nuntium viro cuidam, honorato  
nomine, qui erat illo tempore natalium splendore,  
honorum titulis, opibus, auctoritate cæteris longe  
præstantior. Contrahit hic servulorum solatis :  
urbem protinus, sede invecus curuli, petit. Et jam  
emensus iter, dire fremens, dira et extrema minitans,  
urbi aderat. In medio tamen portæ pudicæ beatus  
pontifex orationem ad Dominum, terræ prostratus,  
fuderat. Quo in loco miro stupore hæseræ bigæ,  
hominis illius animalia, et ut insensibilia rigere  
signa. Nil agunt stimuli, nil verbera sæva proficiunt.  
Cum autem vir ille insignis miraculi novitate  
percussus, ad beatissimum virum, unum ex necessariis  
mittens rogavit ut pia eum oratione absolveret  
quem meritis quasi vinculis nexisset. Ilaud mora,  
sacerdos advenit, carpentum devolvitur, persecutor  
adhæret sancti genibus, rigat pedes lacrymis,  
peccatum fatetur, petit auxilium, et vix verba  
compleverat, animalia, quæ ut duræ cautes  
riguerant, cœlitis recepta mobilitate, præceptis  
obediunt, dumque sanctis orationibus natura nunc  
mutatur, nunc redditur, mens fera prius, et dominum,  
ut de duris cautibus orta, non sentiens, subito  
fidei igne succenditur. Illico maculas peccatorum  
unda diluit salutaris, et incredulitatis nube deter-  
sa, clarum pectori lumen infunditur. Interea unus e  
famulis cursu præpeti fit dominæ tristis nuntius;  
quæ repentino luctu percussa, monilia projicit,  
vestimenta dirumpit, scindit crines, genasque dilacerat,  
irrigat flentibus vultum, ac tunso pectore suspiria  
ægra perfundit; et nunc contractum mixtumque  
pulveri dominum suum, nunc amissum quasi

conjugem deslet. Turbatur domus, junguntur plan-  
tibus dominæ lacrymæ famularum; ad urbem mox  
properat, et turbata collis que gerens ora, femineo  
simul furore vel planetu aggreditur sacerdotem.  
Quæ ut serenitatem verendi vultus inspexit, subito  
pavore contremuit. Glorioso itaque statim fidei calore  
succensa, genibus provolvitur sacerdotis, et dæmonia,  
quæ decenti prius superstitione coluerat, laudabili  
exsecratione condemnat. Ipse vero illico eam labe  
culparum emundans, vitæ æternæ lavacris perfudit,  
sique beatissimus pontifex infelicem prædam de  
faucibus diaboli abstrahens, fecit feliciter suam.  
Venerunt quoque quondam duo viri ad urbem,  
infelicem vitam gerentes in scelere: tegunt itaque  
funesta demissis vultibus corda, et extortis  
flentibus, et imo pectore abstractis suspiriis, vilium  
vetustate pannorum pauperes se esse mentiuntur.  
Tribuuntur eis necessaria victui, et simulatæ  
miseriæ miseratione piissima subvenitur. Descent  
itaque vim sese frigoris ferre non posse; tandem  
intra septa recipiuntur ecclesiæ: vixque corda  
mortalium quies prima, grata curarum oblivione,  
laxaverat, cum illi admittunt latrocinium, et sacra  
(proh nefas!) pollutis manibus pallia adeunt, vela  
dejiciunt, reseratisque januis gradu concito, fugam,  
crimine stimulante, arripiunt: qui ita digno  
cæcitate supplicio feriuntur, ut nefarii oculi, qui  
indices criminum fuerant, duces esse fugæ non possent.  
Illic itaque et illuc incertis implicant orbes, et  
vacuo noctem labore consumunt. Redditur terris  
dies, agnoscitur facinus, fit ad sacerdotem concursus.  
Demonstrat beatus antistes quos oratione tenuerat,  
aitque auctores criminis prope pontem qui proximus  
urbi est cæcitate esse percussos, et vacuo lassos  
itinere considerare. Ad pontem ergo itur, reperiuntur  
nefarii criminis rei, interrogatique quo irent,  
quidve eis esset negotii, aiunt se longius velle  
pergere, sed cum esset hora fere diei tertia, a  
cœpto se dicunt itinere opacæ noctis tenebris  
impediri. Ad sacerdotem denique pertrahuntur.  
Itaque cum vir beatissimus illatam sibi  
injuriam velut in sublimi positus ante  
despiceret, tamen licet divini memor esset  
præcepti, alienas noluit culpas sine propria  
virtute castigari; nam, dempto pallio suo,  
sacrilegos bis aut tertio in dorso percussit,  
quod ita in eorum membris insedit, ut  
omni ab ipsis atrocibus verbis sibi esse  
putaretur. Multos quoque regulam  
melioris vitæ transgressos, sancti tegminis  
levi tactu ad emendationis sanitatem  
reduxit; sed semper secundum modum  
peccati impendebatur cura remedii, et  
pro qualitate culpæ jus inferebatur  
vindictæ. Sic ergo sancti in oratione  
viri in latebris factum animæ vulnus,  
fortius morbi remedium sensit.

6. Igitur criminosus quidam hortulorum sancti viri,

<sup>A</sup> Idem: erat in foro... quia jam æterna præsentium rerum, etc.; quod tenendum... Itaque plebs, misso in Ruthenam nuntio, cuidam refert quia erat eo tempore natalium splendore, etc... Contrahit hic servulorum auxilia, sede invecus curuli, urbem protinus petit. Et jam emensus iter diet, fremens... hæseræ bi-

juges, et ut insensibilia... tum vir ille insignis... rogat ut pia dignanter oratione absolveret... carpento devolvitur persecutor... petit remedium. Vix verba compleverat, et animalia... obediunt; Post quæ continuo subditur. Criminosus, etc., reliquis omis- sis quæ interjacent.

exiguum quidem spatium, lætis tamen conspicit vi-  
rentem <sup>a</sup> oleribus. Ampliabat siquidem spatio loci  
angustias amœna jucunditas. Statim ergo atroci  
mente furti facinus concipit. Itaque redditur terris  
occasus diei noctis silentio. Vix corda mortalium  
alta quies dulci sopore laxaverat, cum ille accom-  
modum fraudi tempus amplectens, prosilit audacia  
plenus ad scelera, levique impulsu transit quod ob-  
stabat: adit hortulum, olera diripit, abire festinat;  
nullus tamen redeundi exitus patet, quia reus tenui  
sepe quasi muro vallatus, exigua obstacula velut  
omni constructa munimine, crescere fugienti sibi  
videntur in molem. Noctis ergo totius iter spatium  
hortuli fuit. Interea rosæ lucis splendor mundam  
irradiat, facieque rebus reddita, terris lux reddi-  
tur. Igitur beatus senex in cellula, ubi spretis somnis  
inertibus, noctem dulci meditatione et sancto la-  
bore transegerat, unum e fratribus vocat, mittens-  
que in hortulum mandat ut quem ibi errore lassat-  
um suo et velut quibusdam arctatam vinculis, ita  
innexum crimine reperisset, abstraheret. Haud  
mora, adit, reperit, <sup>b</sup> abstrahit. Adest illic <sup>c</sup> crimi-  
nosus, furtum in medio projicit, pedes complectitur  
sacerdotis. Itaque vir pietate plenus, indulget  
crimen, donatque furtum; monens eum sæpe ut  
suis potius necessaria usibus petat quam rapiat, et  
necessaria sibi tribuentis munere non rapinæ scelere  
conferantur: <sup>e</sup> sic ergo indulgentia a sancto sibi  
concessa, ab eo discessit.

7. Quid memorem in eodem hortulo a simili sce-

<sup>a</sup> Idem: nitescere oleribus; ampliabat siquidem loci  
angustias... cum ille commodum fraudi tempus am-  
plectens prosilit audacia plenus et scelere, levique im-  
pulsu quæ obstabant cedentibus, abire festinat, sed  
divinitus retinetur. Nullus etenim remanenti patet ex-  
itus, et ita reus tenui sepe quasi muro vallatus tenetur.  
Exigua namque obstacula, etc... Noctis ergo totius  
spatium, iter hortuli fuit... mundi faciem irradiat,  
qua rebus reddita, terris lux redit. Igitur B. senex in  
cellam, ubi preces insonnis, in ætibus noctis, dulci  
meditatione... attraheret.

<sup>b</sup> Idem, attrahit.

<sup>c</sup> Sic ergo indulgentiam a sancto viro promeruit, et  
discessit.

<sup>d</sup> Idem: Cum criminis deesset causa, sed conscien-  
tia criminis torqueret auctorem: cum furto damnum  
superasset, in qua mæstus atroci maneret in scelere.  
Tandem vero criminisum alto mentis stupore discusso  
ad antiistitem, etc... Naturamque mellis non minore  
rediisse miraculo, quam mutasse... munus domum re-  
tulisse, etc.

<sup>e</sup> Idem: emortuumque corpus onus abstinentiæ ro-  
borabat.

<sup>f</sup> Cum hauritur inflammat, jucunditate enim sui  
excitat, etc., terrena terris membra commendat.

<sup>g</sup> Quo anno S. Amantius decesserit, haud potest  
certo designari. Nimirum S. Quintianus, qui sedit post  
S. Amantium, præerat Ruthenensi Ecclesiæ ad  
an. 506, quo anno subscripsit ille concilio Aga-  
thensi; idemque interfuit synodo Aurelianensi 1  
an. 511. Interea cum Quintianus (uti refert Greg.  
Turon. in ejusdem Vita, quæ exstat c. 4 de Vita  
Patrum), aucta et amplificata basilica S. Amantii,  
sanctum ejusdem corpus in ante transtulisset, S. Aman-  
tius noctu per visum eidem apparens, reprehendit  
graviter his verbis: Quia ausu temerario artus in  
pace quiescentes visus es amovisse, ecce ego removebo

A lesto mella ab alvearibus nocturno dempta furto,  
delataque domum, in picis prorsus naturam mutata,  
et stupuisse reum admiratione virtutis, cum crimi-  
nis non deesset <sup>d</sup> causa, et conscientia criminis tor-  
queret auctorem? Tandem verum est criminisum,  
alto mentis sopore discussum, ad antiistitem propo-  
rasse, retulisse furtum, sancti <sup>e</sup>que prostratum ve-  
stigiis veniam facinoris postulasse, et perfacile sup-  
plicanti indulsisse antiistitem. Et sic naturam mellis  
non minoris rediisse miraculi fuit quam mutari. Ita  
reum pro supplicio veniam, munus retulisse pro  
crimine.

8. Dumque his virtutum fulgeret ipse miraculis,  
beatum gloriosæ ejus consummationis tempus adve-  
nit: sed cum fracta jam ævo membra deficerent,  
afflictum <sup>o</sup> mortuumque corpus abstinentiæ labore  
erat; et quod natura negaverat, meritum confere-  
bat. Fuitque tantus in sancto viro fidei fervor, ut  
insatiabili ardore, quo plus corpori districtiōnis in-  
tolisset, inferre plus cuperet: et ita erant augmenta  
meritorum incitamenta profectuum. Amor quippe Dei  
reficere animum potest, satiare desiderium non po-  
test; sed magis magisque <sup>o</sup> cum hauritor, sitis in-  
flammat, jucunditate enim sua excitat appetitum,  
sed non facit de satietate fastidium. Igitur beatissi-  
mus Amantius hac meritorum luce fulgens, <sup>o</sup> terrena  
terris membra condit, sed cælestis spiritus cæles  
conscendit; illic nunc interest choris angelorum,  
hic fulget claritate virtutum; illic interpellat pro  
famulis voce supplici, hic tuetur famulos virtute

te ab hac urbe, et eris exsul in regione altera; verum-  
tamen non privaberis ab honore quo frueris. Id quod  
non multo post accidit. At inter S. Amantium et  
S. Quintianum alii sedisse episcopi videntur, cum  
Sidonius Apollinarius, epist. 6. lib. vii, scribens ad  
Basilium, inter cæteras, Ruthenensis Ecclesiæ statum  
deploret his verbis: Burdegala, Petrocarii, Ru-  
theni... summis sacerdotibus ipsorum morte truncatis  
nec ultis deinceps episcopis in defunctorum officia suf-  
fectis (per quos utique minorum hominum ministeria  
subrogantur) latum spiritualis ruinæ limitem  
traxit. Quibus verbis indicare videtur Ruthenis, post  
S. Amantium, sedisse episcopos alios, qui morte  
multati obierunt. Certe Ruthenensis Ecclesia vidua  
erat et orba pastore quo tempore Sidonius Apollina-  
ris, Arvernensis episcopus, accersitus fuit ab Ela-  
phio, quo consecraret baptisterium quod ipse in  
agro Ruthenensi construxerat, uti colligere est ex  
epist. 15 lib. iv Sid. Ap. Qui enim Elaphius alienæ  
urbis et sedis episcopum accersivisset per difficultia  
præsertim et hieme, ac nivibus obsita itinera, si Ru-  
thenensis Ecclesia proprio pastore non caruisset?  
Non multum temporis tamen inter S. Amantium et  
Quintianum interfuisset illa Fortunati verba indicare  
videntur, quibus ait num. 11: Nondum quoque mul-  
torum emensa temporum, orbe complete, redierant  
curricula, cum S. Quintianus episcopus ante sacro-  
sancta altaria capaxem tumuli locum elegit, ubi ipsum  
miro opere et laudabili arte collocavit, etc. Quocirca  
mors S. Amantii videtur contigisse non multo ante-  
quam Gotthi in Galliam irruerent, sub Evaricho  
rege: quo tempore vel Ruthena urbs capta et af-  
flicta fuit. Id vero contigit sæculo quinto ad finem  
vergente. Quod si est, falsa existimanda opinio ple-  
bis Ruthenensis quæ S. Amantium a S. Martiali, apo-  
stolo Aquitanorum, episcopum ordinatum credidit.

sublimi; illic petit, hic præstat; illic vota fundit, A hic votis respondet; illic nunc æterna circumseptus  
 \* emicat luce, vel meritorum splendore claro, vel illatæ crucis roseo, ac fulgore purpureo. Nam et in semetipso et persecutor vitia exsequendo exstinxit et martyr crucifigendo corpus emicuit, ad-  
 aptusque est non mortem, sed carnis mortificatione martyriam. Et cum sit in conspectu Domini pretiosa mors martyris, dum beatissimus Amantius hostem persequitur et præsternit, fuit pretiosa in conspectu Domini mors viventis.

9. Hæcenus quidem Vitam beati confessoris Amantii, divino munere, ut potui, stylo digessi. Nunc pauca de his quæ triumphator egregius gessit, brevi sermone constringam. Igitur mulier quædam erat, Juliana nomine, vidua, et anus, et pauper: quam arectabant pariter fragilitas senii, et solitudo, et egestas. Vigebat in ea tamen fortis animus ærumnarumque contemptor. Hæc quo propior divino operi foret, cellulam prope sancti antistitis basilicam collocavit, ut frequentiam, quam tarda senectus ei negaverat, vicinitas cellulæ restauraret. Huic mercandi vendendique vini usum necessitas, variarum artium magistra, monstraverat. Mercabatur itaque vendebatque hoc modo vina, ut quod supererat pretii fieret substantia laborantis; neque plus lucri caperet augmentum, quam victus necessitas postulabat. Venit ergo ad hanc vir quidam atroci scelere, aliis longe criminosis immanior, atque se velle vinum mercari. Illa vero eum intra cellulam recepit ut emptorem, et ut ne diutius teneret reum, forsitan propterantem, celeritatis studio seniles castigat moras. Ille vero circumspectare cœpit omnia, vagisque luminibus universa percurrere, si quæ essent quæ viduæ simul et pauperi crudelissimus prædo posset auferre. Dum ergo hæc muliebri levitate turbatur, mox ille capsulam cum exigua pecunia conspicit, diripit abstulitque, et vino mercato aufugit, venitque post triduum quasi innocentiam suam præsentialiter monstraturus. Illa illico nefarii furis certissima, cœpit evolare in faciem ejus, opemque clamoribus querere: criminosis et ipse conscientia suæ scelere territus, cursu subito cito se proripit equumque conscendit. Anus prodit e cellula, cupiens præire clamoribus quem tanto sequi gressu non poterat. Ad sanciam tamen basilicam erigens oculos, hoc fideli devotione et maxima voce proclamabat: Ne sinas, summe sacerdos, defensorque fortissime, abire prædonem meum,

\* Sarius: micat luce vel splendore meritorum clara, vel illatæ crucis tormentis, roseo quasi fulgore purpurea. Nam ipse in semet persecutor exstinguendo vitia exstilit... adeptusque est novum non mortis, sed carnis.... Amantius in seipso hostem et persequitur, et... mors pretiosa viventis. Quæ sequuntur desunt omnia.

† Septimania Gallia provincia est, quæ olim Wisigothorum regibus, in Hispania degentibus, subijciabatur: interdum propterea Hispania Citerior dicta est. Lege Vales. lib. vii Rerum Francic., ubi hæc postremum ex veterum testimoniis confirmat.

\* Tarnis fluvii meminit Sidonius Apollinaris carin.

ne deseras viduam et pauperem, divitiarum mearum solatum, et virtus mea. Cumque hoc sopples depromeret, miris repente modis conspicit in medio atrio in morem cautis riguisse cornipedem. Acciderat enim ut ea die sacrae depositionis ejus celebrarentur festa, annuo orbe completo, et egrediebantur de basilica populi expletis ex more solemnibus, stupentque miraculi novitate percussis. Hærebat quoque reus stupens corpore, stabat anus innixa baculo. Fundit tandem criminosus uberes fetus, peccatum fatetur, pecuniam reddit, et absolvitur, domumque remeat absolutus. Plebs igitur tantam virtutem mira exultatione et ineffabili laude ad cœlos effert, et ita gloriosus antistes fuit in defensione pauperis fortis, in absolute criminosi misericors, præbuitque immensa miracula, vel cum audit innocentem, vel solvendo damnatum.

10. Non longo vero post tempore, dum ipse in periculis adest famulis, sequitur clara virtus ac maxima. Jamque in <sup>b</sup> Septimaniam quidam vinum mercari cupiens properabat, prius tamen basilicam gloriosi triumphatoris ingressus tumultum ejus petit, solo prosternitur, pro-perita em poscit itineris, vota spondet. Mox progreditur, levique labore diffusum emensus iter in Septimaniam venit, vinum mercatur, ad urbem remeat. Et jam medium, secundis gaudens rebus, iter transgreditur. Jam summæ de vertice rupis primæ, æmne leni fluentem <sup>c</sup> Tarnem conspicit flumen. Jam vicinus urbi alacer eam intuetur, jam vocatus vota dissolvit. Dum ergo spe totus in urbe est, et excelsi montis jugia cœpit itinera, repente atroci luctu gaudia perturbantur. Nam impulsus saxo vehiculum quatitur, excussoque vehiculo vas atroci resultat sono, atque ima petens vallis in planis tandem collabatur. Quod emptor perspicens, abruptit casariam, gernasque dilaniat, et vertens ad mœnia oblitus lacrymis oculos, fatur sic paucis: Te, o beatissime pontifex, duce, extrema adii loca; cu desertus a te, jam patriæ adductus in finibus, gravi ærumnarum mole oppressus, dignas meritis penas luo. Hæc autem ingenti luctu commemorans, ad locum in quo vas deciderat properabat, cum lacrymas scilicet causa lacrymarum auget, et dolor damni præsentis majores a misero pœnas exigeret. Cum ergo ad locum flens venit, aspicit repente stupendo miraculo, vas integrum vinoque plenum, et patronum, quem querebatur absentem, virtute clara præsentem intelligit. Lacrymæ igitur vertuntur in gau-

24, ita alloquens libellum:

Horum cum fueris sinu receptas,  
 Ibis Trevidon, et calumniosis  
 Vicinum vimalis, heul jugum Ruthems.

Hinc te Lesora, Caucasum Sytharum  
 Vincens, aspiciet, citusque Tarnis,  
 Limosum, et solido sapore pressum,  
 Piscem perspicua gerens in uada.

Porro Tarnis (ut subdit cl. Sirmondus in notis ad Sidonium) fluvius aurifer est, qui e Cebennis ortus, per Aquitaniæ Narbonensisque fines evolvitur in Garumnam.

dia, et mœror in lætitiã permutatur. Et ita fuit A  
majoris miraculũ, rem, patrociniis antistitis sancti  
commissam, sic fuisse salvatam, quam non fuisse  
dilapsam; duras cautes non sensisse, dum collidere-  
tur, quam evasisse pericula, dum servaretur, exce-  
pisse aspera, et nescisse discrimina; transisse inter  
prærupta, quam si a præruptis esset integre custo-  
dita.

11. Nondum quoque multorum emensa temporum,  
arbe completo, redierat curricula, cum S. Quintia-  
nus episcopus ante sacrosancta altaria capacem tum-  
muli locum elegit, ubi ipsum miro opere et lauda-  
bili arte collocavit. Nam prius in basilica sancti viri  
extensa sepulcrum velut præfulgens lampas splen-  
dore propriæ claritatis mentes expectantium illu-  
strabat. Hoc itaque tam pulchrum facinus episcopus  
mente concepit, devotione spondit, consummato-  
que opere, diem sacræ translationis constituit. Hæc  
ergo celerrima fama percrebuit, et non solum dif-  
fusæ urbis conclusa simbriis loca, sed diversæ etiam  
urbes, confinesque provinciæ, vel pontifices ad id  
misere vel populos. Fidei itaque convenientia com-  
pleta, venit etiam e Narbonensi urbe Marturius abbas  
quidam laudabilis et vita conspicuus. Prius tamen  
artifex eligitur qui tumulo circumjecta demat qui  
statim sacræ venerationis locum ingressus, audaci  
motu de sepulcro opposita expulit, sed illico insur-  
gentis dexteræ ictu percussus ingemuit, ultricique  
pœna temeritatis prolapsa procubuit. Jamque sacræ  
translationis dicata dies illuxerat, quæ primos urbis  
Romæ doctores Petrum et Paulum, duo mundi scilicet  
maxima lumina, triumphali supplicio victores  
misit ad cœlos. Hæc ergo dis omnium expectata vo-  
tis sacerdotes adsunt, populi confluunt, oratio ex  
more indicitur, plebs solo prosternitur, tumulus com-  
movetur. Mox vero repentino miraculo tanta fra-  
grantia de tumulo ineffabilem exhalans suavitate  
prodiit, ut non solum cunctum in sancta ecclesia po-  
pulum, verum etiam sitam in porticibus atrisque  
plebem dulcedine nimia repleret, et velut quodam  
retributionis munere, speciali haustro, reficeret. In-  
terea subjectis manibus fidelium vehiculo felix onus  
infertur, tumulo manus Marturii abbatis comprimi-  
tur. Ille vero neque manum retrahere nititur, neque  
circumstantium opem, uti sepulcrum elevetur, in-  
quit. Sed piis questibus auxilium beatissimi Amantii  
implorare non desinit, hæc humili voce commemo-  
rans: Noli, sacerdos quondam noster, nunc socius  
angelorum, noli opprimere manum famuli, ne ser-  
vum tuum ullo afflictionis mœrore exasperes; jucun-  
dior mihi melle dulcedo, ne sinas gaudia nostra  
tristitiæ nubilo maculari, gaudium et exultatio mea,  
quem ad solemnitate tuam perduxisti hospitem,  
cellulæ reduc suæ incolumem! Vix verba finiebat,  
cum elevatur subito sponte tumulus, et abstrahitur

<sup>a</sup> Marcomani, gens Germaniæ, ea tenebant loca  
ubi nunc degunt Moravi aut Boemi, ut vult Cluver.,  
sic appellati ab *equis*; quod ipsi equum, *celte*, quem  
Germani *Marcan.*, vocabant: ut legitur in notis Ri-  
cardi Bartholini de Bello Norico l. viii, apud Justum

manus illæsa, abstractaque rursus oneri pio subjicitur.

12. Interea obvium sibi quemdam vehiculum im-  
pulsit, impulsunquē prostravit, atque obliquatis strati  
pedibus discurrens rota pertransiit: sed ita mina-  
cem impetum jussa suspendit, ut nec sensum doloris  
strato infligeret, nec signa livoris imprimeret. Cu-  
currit ergo motu celeri, nec subjecta contrivit, sed  
ministeria complevit itineris, relinquit signa vir-  
tutis. Inter hæc vero miraculorum insignia, nullo  
impediente labore, summo cunctorum gaudio, in loco  
studiose præparato, reliquæ sacræ conduntur. Non-  
nulli autem ad tumulum sancti viri vesano præsum-  
sere ausu scelus priori scelere cumulare; sed cor-  
repti protinus furore lymphatico solvere supplicia,  
B afflictique horribili fremitu, et occultis exusti flam-  
mis prodiderunt nefas, reddiderunt sublata, prostra-  
tique solo, veniam petiere facinorum: ac sine mora  
beatissimi virtute antistitis, obscenis contagiis me-  
ruere purgari. Ita hos et ultio justæ percussit, et mi-  
seratio pietatis absolvit.

13. Rursus cum adversus Ruthenenses <sup>a</sup> Marco-  
mani truces ingruerent, omnemque late provinciam  
belli nube texissent; atroci etenim corona cinxerant  
civitatem, horrebant murorum interjecto discrimine,  
strictis mucronibus. Addebat etiam fiduciam hosti-  
bus multitudo ingens, natura ferox, quorum fugam  
sternebat passim dira lucis, immitti ense, fame ob-  
scena. Consurgit tandem in ultionem famulorum sa-  
cerdos noster propugnatorque fortissimus, et ita  
C gentem totam uno timore percussit, quod disceden-  
tes pavore fugam arripent, sicut vehementi furore  
arma rapuerant. Nam cum fortissimæ gentis duces  
ingrederentur ex more basilicam, uti res secundas  
poscerent suis, tumulum petiere: statim circumje-  
cta sepulcro velamina nunc alteram in partem ut  
acta flabris novæ virtutis miraculo sinuantur, ma-  
gnus e tumulo liquatur sudor: commemoratione  
etiam mira sacrum de tumulo velamen excutitur,  
sternuntur solo duces, pro gloria reditum, fugam pro  
felicitate poscentes, et ipsi atroci prius sævitia im-  
manitatem transgressi feralem, in hominum mores  
novo redeunt metu percussis. Ab oratione itaque con-  
surgunt, terribilique sono tubæ gens tota contrahi-  
tur: prodit metum pallor, timoris index, factamque  
D trepidus sermo miraculum: horror omnium quatit  
membra, novitate virtutis placet fuga, densa mole  
referuntur ad patriam. Peracto itaque triennio, hoc  
quo prius veniunt furore succensi, hæc sævina im-  
manitate bacchantes, ex hoc redeunt miraculo com-  
moniti, hocque fugiunt pavore percussis; et ita pas-  
tor egregius gregem suum ab incurso luporum bis  
eruit una virtute.

14. Dicam iterum miraculum quod, ipsa Ruthena  
urbe teste, conspexi. Puerum quemdam, Euphrasi-

Reuberum, pag. 632. At Hermannus *de Lerbecke* re-  
fert Marcomanos vocitari plebes undecunque colle-  
ctas, quæ *Marcan* incolunt. Plures vero esse *Marcan*  
in Sclavonia.

num nomine, arcto diræ infirmitatis nexu constringerat hostis ille multimoda nocendi arte sævisimus, atque ora ferocitate obseraverat, dempto linguæ motu, et fandi libertate sublata, luebat longi mœroris pœnam diuturno silentio, nec ulla ad afflictum conferri poterant remedia sanitatis. Tandem infirmus, audacis fidei fervore succensus, sancti Patris tumultum petiit, et tumultu velamen contiguum ori violentus injecit, et illico verberante ora linguæ plectro, auctorem Christum vox clara collaudat, divinamque virtutem et merita bellatoris antiqui soluta lingua testatur, et ita infirmus ille e basilica, Christo referendo gratias, sanus egreditur, totamque exsultando percurrit urbem, tanti miraculi testis ac nuntius.

15. Item latro quidam sævissimus viatorem incautum adit, interimit prosternitque, spolia diripit; ac telo ultricis conscientiae percussus aufugit. Ignoto caidam a latrone extincti vestimenta venduntur, quibus palam sine mora prolatis, innocens emptor ad supplicia rapitur, et alieni sceleris pœna torqueatur. In carcerem truditur, profertur, verberatur, carceri redditur, et comperendinato die lethalis patibuli pœna differtur. Interea intempestæ noctis silentio, divino fulgore carcer emicuit; adest gloriosus Amantius, nivali splendore conspicuus, mœrentem visitat, nomen edicit, et ut crudelia tormenta effugiat, exhortatur. Illico arcta ferri vincla dissi-

liunt, claustra panduntur, procedit victorum manus, atque nocentum salus absolutio innocentis. Patet carcer, ad basilicam gloriosissimi triumphatoris confugitur, pulsantur fores, mox sera novo miraculo illæsa solo resiliit; et ita beatissimus Amantius divino munere ab imminente exitio damnatos eripuit, sacraque ereptos basilica dulci gremio salvandos exceperit.

16. A latrone quoque quidam in præsentia viri bonæ conscientiae occiditur; sed cum se latro cursu præpeti confugiens occultasset; innocens ille metuens, ne stans juxta corpus extincti, alieni sceleris pœnas exciperet, basilicam beati triumphatoris expetiit, a propinquis extincti arctissime vinculis innectitur: qui offensus [*Fortè effusus*] fletibus maxima in conspectu populi voce proclamat: Fortissime propugnator, si scis me reum, ultrici damnatum pœna, prosterne; si inspicias innocentem, inique victum, justitiæ defensor absolve. Vix verba finierat, cum in conspectu suæ plebis ferrum dissiluit, proculque collapsum merita bellatoris et innocetiam laborantis virtute miraculi monstravit.

17. Nunc ergo in tantæ festivitatis gaudiis omni supplicatione Dominum nostrum deprecamur, ut cum beatissimo suo Amantio juste petita præstet nobis, errata elementer indulgeat, qui cum Patre vivit et regnat in unitate Spiritus sancti per omnia sæcula sæculorum. Amen.

## PRÆMONITIO

### IN VITAM SEQUENTEM S. REMIGII EPISCOPI RHEMENSIS.

*Hincmarus, archiepiscopus Rhemensis, in præfatione ad Vitam sancti Remigii episcopi, narrat quod ipse a majoribus natu audiverat, qui item a suis patribus se accepisse dicebant, Fortunatum grande volumen conscripsisse de Vita sancti Remigii, eundemque postea ab Ægidio, item archiepiscopo Rhemensi, rogatum, ea quæ fusi in illo volumine persecutus fuerat contraxisse in angustius, quo Rhemensi Ecclesiæ esset usus, et ea quæ illic narrabantur facile memoria a populis teneri possent. Porro id in causa fuit quamobrem, cum hoc alterum opus Fortunati a multis, propter ejus brevitatem, et frequentius, legi cœpisset, magnus ille Codex negligentius tractari incœperit, et inde plane perierit, uno quod supererat exemplari ad extremum ex stillicidio putrefacto, corrosoque a muribus. Sed præstat ipsum Hincmarum loco citato rem omnem sic enarrantem audire: « Sicut, ait, a senibus, et jam ætatis provectæ viris religiosis... fidei narratione didici, a suis majoribus audierunt narrari eos vidisse librum maximæ quantitatis, manu antiquaria conscriptum, de ortu, ac vita, ac virtutibus, atque obitu, beati Remigii, sanctissimi patroni nostri. Qui hac occasione deperit, quoniam Ægidius, post beatum Remigium quartus istius civitatis episcopus, quemdam virum religiosum, Fortunatum nomine, metricis versibus insignem, qui a multis potentibus et honorabilibus in his Gallis et Belgicis regionibus per diversa loca tunc vitæ ac scientiæ suæ merito invitabatur, petiit de eodem libro, colurno Gallicano dictato aperto sermone aliqua miracula, quæ in populo recitarentur, excipere, quatenus ea sine tædio audire, ac mente recondere, atque per ea ad amorem et honorem, atque devotionem Dei, et ipsius protectoris sui, idem popularis excitari valeret. Quod et in eadem excerptione lector potest advertere, ubi scriptum est: *Studeamus pauca disserere, plurima præterire*. Et cum ipsa excerptio cœpit lectione in populo frequentari, et a multis, propter brevitatis suæ facilitatem, transcribi, ipse magnus Codex a negligentibus cœpit haberi, usque dum Caroli principis tempore, etc. Cujus infelici tempore de ista Rhemensi Ecclesia non solum preciosa quæque ablata fuerunt, sed et Ecclesiæ, atque domus religiosorum destructæ, et res ab episcopo fuere divisæ; illi quoque pauci, qui erant residui, clerici negotio victum quærebant, et denarios, quos mercimonio conquirebant, in chartis et librorum foliis interdum ligabant. Sicque præfatus liber cum aliis partim stillicidio putrefactus, partim a soricibus corrosum, partim foliorum abscissione divisum, in tantum deperit, ut pauca, et dispersa inde folia reperta fuerint. » Porro ad hunc Ægidium, episcopum Rhemensem, de quo loquitur Hincmarus, carmen scripsit Fortun., quod exstat lib. iii, cap. 20. *Legesias notas quas adjecimus.**

*Epitomen itaque Vitæ sancti Remigii edimus, ut exstat apud Bollandistas ad diem primum Octobris; ad quem diem exstat quoque apud Surium; notas etiam plerasque excerptimus, quibus illam Bollandistas illustrarunt, nonnullas vel de nostro addidimus.*

# VITA SANCTI REMIGII

## RHEMENSIS EPISCOPI

1. <sup>a</sup> Beatissimi Remigii antistitis depositio sancta nobis hodie diem mysticæ solemnitatis exhibuit, quæ annis singulis, dum in se cursu temporum volvitur, nostris desideris innovatur. Hic itaque primis ortus natalibus, <sup>b</sup> parentum nobilitate fulgebat, quem divina pietas non solum priusquam nasceretur, sed antequam conciperetur, elegit; in tantum, ut Montanus quidam monachus, dum <sup>c</sup> se levissimo sopore quiesceret, tertio fuisset admonitione pulsatus, ut matri suæ benedictæ <sup>d</sup> Cyliniæ, quod masculum conceptura esset, veridica relatione prædiceret, <sup>e</sup> ut nomen ejus <sup>f</sup> et meritum designaret. Qui illico implevit imperium, et secundissimæ genitrici <sup>g</sup> concepturæ sobolis gaudia nuntiavit. Illa vero sicut fidei credulitatis non apparuit dubia, ita suscepit in partu, quem <sup>h</sup> præscierat in utero. <sup>i</sup> Haud morosa exstitit, ut certa, felicissimam pignus secura protinus edidit, quod prius corpore concepit.

2. In quo assidue venturæ ætatis merita dulcis infantia designabat, et quod ante conceptum mater agnoverat, ante tempora jam videbat. Studebat teneros annos morum maturitate vincere, et <sup>j</sup> benevolentia cordis, charitatis melle condire. Quid

<sup>a</sup> Sanctus Remigius (ut tradit Hincmarus in ejus Vita, c. 1, n. 10 et 11, cui Flodoardus et alii consentiunt), cum esset natus viginti duos annos, successit Bennadio in sede Rhemensi, atque illam tenuit annos LXXIV, obiitque propterea natus an. 96, Idibus Januariis. Cointius, ad annum 486, num. 12, censet sanctum Remigium episcopum Rhemensem creatum fuisse ad an. circiter 459, et obiisse ad an. 533, quem vide. A sancto Remigio Clodoveum I, Francorum regem, fuisse baptizatum, auctor est Gregor. Turon., lib. II, cap. 31, quo loco egregium de beati Remigii doctrina et sanctitate textit elogium, nec dubitat eundem cum Sylvestro comparare.

Huic vitæ compendio in Codice nostro, sine ullo auctoris nomine, pro titulo tantum præmittitur literis miniatis: *Kal. Octobr's. Incipit Vita sancti Remigii confessoris.* BOLLAND.

Hæc prima periodus paulo aliter alibi legitur: Nam in ms. Chiffletiano, sanctique Benigni Divionensis habetur: *Beatissimi Remigii antistitis depositio sancta nobis hodierna die mysticæ solemnitatis festa exhibuit, quæ annis singulis, dum in se cursus temporum volvitur, nostris desideris innovatur.* Ita etiam fere habet Editio Suriana, quæ incipit: *Beati Remigii, etc.*, sed in Mombritiana brevius dicitur: *Remigii antistitis depositio nobis in præsentia diem mysticæ festam solemnitatis exhibuit; post quæ mox ad sequentem periodum ita proceditur: Enim vero primis ortus natalibus, etc.* Hæc BOLL.

<sup>b</sup> Pater sancti Remigii erat Emilius, vel Æmilius; frater Principius, Suessionum episcopus. De his vide epist. 14 lib. VIII Sidonii Apollinaris, ad sanctum Principium, Suessionensem episcopum, scriptam. De Parentibus sancti Remigii hæc habet Hincmarus, cap. 1, num. 4: *Erant ambo genere nobiles, et gratia inter suos nominatissimi.* Sed de his fusius Bolland. in prænot. ad Vitam sancti Remigii.

<sup>c</sup> Se alibi abest.

<sup>d</sup> In Ms. Chiffletiano, atque Editione Suriana

A plura? cum secundis successibus certatim sanctæ conversationis studiis adolescens viginti secundi anni justus <sup>k</sup> sumpsisset exordium, in hac urbe Rhemensem omnium generaliter votis ad pontificii culmen raptus fuisse dignoscitur potius quam electus. In quo statim sic apparuit aptus et devotus officio, tanquam, si <sup>l</sup> quo noviter ascenderat, jugiter præfuisset. Fuit itaque in eleemosynis largus, in vigiliis sedulus, in oratione devotus, in charitate perfectus, in <sup>m</sup> humilitate profusus, in doctrina præcipuus, in sermone paratus, in conversatione sanctissimus. Nunquam in eo invenit humani generis adversarius, <sup>n</sup> nec quod fraude deciperet, nec quod simulatione fuscaret.

3. Sinceritatem mentis vultus sui serenitate monstrabat, et pietatem clementissimi cordis ostendebat <sup>o</sup> lenitate sermonis. Quidquid ad salutem pertinere <sup>p</sup> possit æternam, non minus implebat beatissimis opere, quam sermonis prædicatione docebat. Longum est itaque verbis exigere, ne irrogemus audientibus de nimia prolixitate fastidium, si quanta in eo ornamenta bonorum omnium, quæ sunt vel pretiosa, vel maxima, supernæ remunerationis præ-

*Ciliniæ; in Ms. Divionensi sancti Benigni, Chilinix; apud Mombritium, Chilinæ. Hæc sancti Remigii mater colitur die 21 Octob. BOLL.*

<sup>o</sup> Al., et.

<sup>f</sup> Al., vel

<sup>g</sup> Sarius pro concepturæ substituit concipiendæ. Sed Codici nostro consentiunt reliqua exemplaria. BOLL. Idem adnotant ex Brow. hunc solæcismum haud alienum fuisse a Fortunato.

<sup>h</sup> Chiff., præsciebat.

<sup>i</sup> Hic nonnihil variant lectiones mss. Chiffletianum, Divionense sancti Benigni, et Editio Suriana sic habent: *Haud morosa exstitit, haud incerta; felicissimum pignus secura proinus edidit, quod prius corde concepit.* Mombritius vero sic: *Non ut morosa exstitit, vel incerta; felicissimum pignus secura protinus edidit, quod prius corde concepit.* BOLLAND.

<sup>j</sup> Sarius, *Benevolentiam; Mombrit., benevolentiam.* BOLLAND.

<sup>k</sup> Variant hic denuo exemplaria. Chiffletianum, ac Divionense sancti Benigni pro *sumpsisset*, habent *sumpsit*; item Mombrit., sed post *adolescens* addit verbum *polleret*. At Sarius eundem phrasim sic reddidit: *Cum secundis successibus certatim sanctæ conversationis studiis adolescens Domino militaret, et vigesimo secundo anno secundioris meriti sumpsisset exordium.* BOLLAND.

<sup>l</sup> Divionense sancti Benigni habet: *qui noviter ascendebat*; et in Chifflet. etiam legitur *qui pro quo.* Nostro consonat Sarius. Sed certe perperam legit Mombrit. *Ac si quiddam noviter acciderat, jugiter præfuisset.* BOLLAND.

<sup>m</sup> Divion., *humanitate.*

<sup>n</sup> Vocem *nec* tam hic, quam mox infra, repositi ex cæteris omnibus, cum in nostro *ne* vitiose legitur. BOLLAND.

<sup>o</sup> Al., *in lenitate.*

<sup>p</sup> Al., *posset.*



rogativa, <sup>a</sup> contulerim. Studeamus ergo pauca dis-  
serere, plurima præterire; <sup>b</sup> nam si tanta virtutum  
suarum insignia dicere cœperimus, aut ariditas  
nostri sermonis non possit excolere, aut memoria  
retinere, plus habere poterat terminum lux hodierna,  
quam pagina capiat. Intendebat vir <sup>c</sup> beatus  
Remigius jactantiam virtutum fugere, in quo non poterat  
gratia <sup>d</sup> celsa latere. Cum ei vero contigisset  
habere inter domesticos suos <sup>e</sup> secretius convivium  
et delectaretur in libertate charorum, descendebant  
ad eum <sup>f</sup> intrepidi passeret, et in manu ejus mensæ  
reliquias colligebant. Discedebant alii saturi, ac-  
cedebant alii saturandi. Sic mansuescebat feritas avium  
in operatione virtutum.

4. Accidit autem, quodam tempore, <sup>g</sup> cum ex  
more pastoralis solertia paræcias <sup>h</sup> circuitet, ut si  
negligenter aliquid in divinis cultibus ageretur, fidelis  
servus Christi agnosceret; in vico similiter, cui vo-  
cabulum est <sup>i</sup> Calmiciaco ipsius devotione studii  
accessit. Ubi dum quidam cæcus ab eo opem mi-  
sericordiæ postularet, cœpit, qua dudum capus  
fuerat, infestatione dæmonis, corporis vexatione  
torqueri. Tunc sanctus Remigius in oratione, qua  
semper anima sancta intentione vacabat corporea, se  
in sedulitate prostravit, raptimque lumen pristinum  
reddidit oculis, et pestem immundi spiritus effugavit.  
O ineffabilis gratia pietatis; a quo dum substantia  
sola petitur, triplex remedium obtinetur. Vitio pavit  
egenum, muneravit visu cæcatum, reddidit libertati  
captivum; atque ita contigit per hoc insigne myste-  
rium, ut, dum apparuit unus in paupere, trinitas se  
ostendit <sup>k</sup> in salutem.

<sup>a</sup> Hunc sensum mancum restitui posse affirmant  
Bollandistæ, si pro *contulerim* legatur *contulerit*,  
addaturque verbum *exponam*, aut simile. In Chiff.,  
ac Divionensi Cod., ut iidem referunt, sic habetur:  
*Longum est itaque verbis texere (in Divion., compre-  
hendere) ne irrogemus audientibus de nimio his proli-  
sitate fastidium. Quantum in eum bonorum omnium  
ornamenta, quæ sunt pretiosa, vel maxima supernæ  
remuneracionis prærogativa contulit.* Item apud Sur-  
rium integer habetur sensus iisdem fere verbis.

<sup>b</sup> Ista in Mss. Chiff. ac Divion. sancti Benigni sic  
legere est: *Nam si tantarum virtutum suarum signa,  
aut ariditas nostri sermonis posset excolere, aut me-  
moriam retinere, prius habere potest terminum lux ho-  
dierna quam pagina.* Nostro consentit Mombritius,  
præter quam quod pro *plus* rectius habeat *prius*, et  
*poterit pro poterat*. Chiffletiano magis consonat Sur-  
rius. BOLLAND.

<sup>c</sup> Al., sanctus.

<sup>d</sup> Al., celsica.

<sup>e</sup> Ita correxi ex cæteris M-s., et Editis; nam in  
nostro legebatur *secretiorem*. BOLL.

<sup>f</sup> In Chiff. (ac forte etiam Divion.) est *trepidi*, ac  
mox infra *saturati* pro *saturi*; sed nostro Codici con-  
sonant Mombritius, Surius, atque ipse quoque Hinc-  
marus in Vita subjicienda, n. 20, ubi ista e suo  
Fortunati exemplari iisdem verbis retulit. BOLL.

<sup>g</sup> Chiff., eum.

<sup>h</sup> Ibid., circumire.

<sup>i</sup> Hoc vocabulum *Calmiciaco*, aliqua immutatione  
litterarum, afferunt in Mss. ut est apud Boll.

<sup>j</sup> Chiff. adl. etiam.

<sup>k</sup> Ibid., in salute.

5. <sup>1</sup> Sic ut semper ergo humani generis adversa-  
rius suam non desistit ostendere nocendi virtutum  
potentiam, civitatem Rhemorum, eodem tempore  
surgentibus subito flammarum globis, oborta nimia  
vastatione, succenderat, et jam fere partem tertiam  
favillis extantibus concrematio peracta consumpse-  
rat, et, quod residuum erat, victrix flamma lambe-  
bat: tunc, cum <sup>m</sup> ejus rei nuntius ad beatissimum  
Remigium antistitem pervenisset auditum, illico, velut  
invictus athleta, ad ruinam urbis celeri velocitate  
percurrit, atque se igni obvium, impleta oratione,  
monstravit (<sup>n</sup> statim velut quodam reatu fracta vel  
conciisa, populo teste, in se vastatio <sup>o</sup> reducit in-  
cendii), et per patentem portam admodum fugiens  
discessit, ut omnibus monstraretur quod vir Dei;  
plenus fidei igne, <sup>p</sup> plus caluit, qui sævitiam tantæ  
indignationis et evicit et extinxit meritis.

6. Quædam vero puella, ab urbe Tolosa, præcla-  
ris orta natalibus, ab adolescenti infantia vesani  
spiritus tenebatur obsidione captiva. Quam cum  
tenereo amore diligenter piissimi genitores, ad sancti  
Petri sepulcrum <sup>q</sup> in Romanam urbem cum plurima  
multitudine et multa devotione duxerunt. Ibi qui-  
dam Dei servus <sup>r</sup> cum auxilio sacri corporis pluri-  
ma implebat signa virtutis. Hanc tamen puellam  
cum nulla potuisset intercessione purgare, nec ab  
ipsa callidi dæmonis virus valuisset expellere,  
<sup>s</sup> hinc responsum hostis antiquus reddidit, divini  
<sup>t</sup> nominis obsecratione constrictus, quod nunquam  
<sup>u</sup> ab alterius de eodem habitaculo, nisi hujus bea-  
tissimi Remigii antistitis emundatione <sup>v</sup> possit ex-  
pelli. Tunc parentes ejus, et ipsius <sup>x</sup> benedicti, et

<sup>1</sup> In Chiff.: *Sed sicut semper erga humani generis  
detrimenta adversarius suam non desistit ostendere  
nocendi virtutum [in Divion., virium] potentiam.*  
BOLLAND.

<sup>m</sup> Chiff., hujus.

<sup>n</sup> Hæc uncis inclusa descripsi ex Chiff.; in nostro  
enim sic mendosius legebatur: *Practa, vel concisa,  
populi testa in se vastationem reducit incendit.* Surius,  
pro reatu, habet *rotatu*. IDEM.

<sup>o</sup> Al., reducitur.

<sup>p</sup> Chiff.: *Plus caluit, quam servitium tantæ indigna-  
tionis, quam et evicit meritis, et extinxit.* BOLLAND.

<sup>q</sup> Chiff., in Romana urbe.

<sup>r</sup> In solo Chiff. additur nomine *Benedictus*; at-  
certe perperam, ut mox dicemus. BOLL.

<sup>s</sup> Al., hoc.

<sup>t</sup> Chiff., numinis.

<sup>u</sup> Ibid., deest ab.

<sup>v</sup> Al. Ibid., possit.

<sup>x</sup> Hanc vocem *Benedicti*, quæ a Fortunato ad-  
jective posita est de prædicto servo Dei (id quod ab  
eodem factitatum ostendit cl. Mabil. mox citandus)  
Hincmarus, in Vita sancti Remigii *substantive*, ut  
dicunt, accepit positam, eaque forte sanctum Bene-  
dictum, monachorum in Occidente Patrem, signifi-  
catum existimavit, quemadmodum et alii, ipsum se-  
cuti opinati sunt, ut vel epistola proferatur, ut vi-  
detur, commentitia, quam sanctus Benedictus ad  
sanctum Remigium scripserit: in qua puellam, quam  
is sanare non poterat, eidem sanandam commendat.  
Bollandistæ, in commentario præfixo Vitæ sancti  
Remigii, num. 75 et seqq., hæc uno maxime talem  
opinionem refellunt, quod nunquam traditum, aut

<sup>a</sup> Alarici regis Gothorum, affatibus suffragati, cum devincta sobole ad sanctum Remigium antistitem pervenerunt, deprecantes ut virtutem ejus agnoscerent in purgatione sobolis, quam præscierant in confessione latrone.

7. Tunc beatissimus Remigius, <sup>b</sup> cum diurna luctatione se non esse dignum assereret, et consueti patientia repugnaret, precibus est populi supplicantis evictus, ut orationem pro ipsa funderet, et parentum lacrymis condoleret. Tunc sanctus Remigius, meritis sanctitatis armatus, verbi præcepit imperio ut iniquus prædo, per <sup>c</sup> quod ingressus fuerat, discederet, et Christi famulam relaxaret. Itaque cum nimio vomitu et obscuro fetore per os, quo fuerat intromissus, abscessit. <sup>d</sup> Sed paulo post discedente pontifice, sub ipsius tamen horæ spatio, dum nimium labore fessa nutaret, spem salutis amisit. <sup>e</sup> Iterate ergo supplicantium turba recurrit ad medicum: beatus autem Remigius <sup>f</sup> ille se accusat, potius perpetrasset facinus, quam sanitatis præmium indulsisse, et extitisse homicidii reum, non attulisse remedium.

8. Ad basilicam igitur sancti Joannis, quo corpus jacebat <sup>g</sup> exanimæ, populi obtentus deprecatione regreditur, ibique sanctus Remigius cum lacrymis ad pavimenta sanctorum <sup>h</sup> in oratione prosternitur, et reliquos, ut ita faceret, adhortatur. Tunc sanctus Remigius, effluo lacrymarum imbri, consurgens suscitavit mortuam <sup>i</sup> quam prius sanavit ægrotam. Quæ protinus apprehensa manu pontificis, cum inte-

auditum sit, sanctum patriarcham Benedictum, Romæ, ad sepulcrum sancti Petri, cum auxilio sacri corporis, plura implere signa virtutis. Verisimilius itaque est eum de quo hic loquitur Fortunatus, Dei servum, fuisse sanctum Abundium, alias etiam Acontium vocatum (uti sentiunt cl. Mabil. in Ann. Bened., ad an. 530, et eum secuti Bolland.), cujus meminit Gregorius M., lib. III Dial., cap. 25, quemque custodem ecclesiæ sancti Petri idem Greg. refert fuisse, atque ita: *Omnipotentii Deo fideliter servisse, ut idem beatus Petrus apostolus signis ostenderet quam de illo haberet estimationem.* Jam vero et tempora (ut ibidem adnotant Bollandistæ) non discrepant.

<sup>a</sup> Illic designatur Alaricus, nominis hujuscæ II, Gothorum, sive Visigothorum, in Galliis rex, qui sedem habuit Tolosæ, quique a Clodoveo I, Francorum rege, in Vogladensi prælio victus est an. 507, ut adnotat Boll., n. 80 commentarii præfati, adversus eos qui Alaricum I putant hic a Fortunato significari, cujus tempora cum temporibus sancti Remigii non conveniunt. De hoc Alarico II lege Greg. Turon., l. II Hist. Franc., cap. 35 et seqq.

<sup>b</sup> In Chiffletiano legitur: *Ille cum, etc.*, omissis his: *Tunc beatissimus Remigius.* BOLL.

<sup>c</sup> Chiffletianum, quo; Surius, quod fuerat ingressus. BOLL.

<sup>d</sup> Ibid., hæc periodus sub recensetur: *Sed paulo post discedente pontifice, sub ipsius statim horæ spatio vitæ calore decepta, spiritum (in Divioniensi additur salus), amisit.* Mombritius ultima sic reddidit: *Dum nimio labore fessa nutiretur, vitali calore alienata,*

A gra incolamitate surrexit, et ad propria feliciter remeavit. Judicare enim possumus quantus in præsentem miraculo fuisset parentum fletus I pro gaudio, laus populi <sup>k</sup> pro triumpho. Putasne cum quo gemitu quantaque devotione *Gloria in excelsis Deo* cecinerunt, qui per sacrum antistitem divina videre mysteria meruerunt? Potuit enim ille plebem suam de casu cujuslibet periculi imminenti eripere, qui vitam <sup>l</sup> mortuæ valuit restaurare.

9. Inter hujusmodi igitur virtutum suarum insignia elegit beatus Remigius, athleta Christi, transitum lethiferi soporis excipiens, procellas mundi, senio jam urgente, deserere, et ad portum cælestis habitaculi pervenire. Post <sup>m</sup> cujus vero obitum tanta ad sui corporis patrocinia fidelibus <sup>n</sup> remedia tribuuntur, et solis agnoscenti vivere meritis, qui tantis fulsit exemplis (<sup>o</sup> Cui vero poena dignoscitur defuisse martyrii, non devotio confessoris). In illis ergo divinis templorum oraculis, ubi ejus patrocinia veneramus <sup>p</sup>, quidquid cum fide petitur, invenitur, et quod speratur studio, præstat effectum. Profusis ergo unanimiter precibus exoramus, <sup>q</sup> ut nobis vitæ salutari spatio indulgentiam delictorum obtineat intercessio sancti Remigii pontificis cum auxilio Redemptoris. Det etiam deprecatio ejus generaliter in hoc mundo tranquilla pacis tempora, qui promisit justis æterna. Quod ipse præstare dignetur, qui regnat cum Patre et Spiritu sancto, qui est benedictus in sæcula. Amen

C *spiritum salutis amisit.* Etiam Surius paulo aliter loquitur. Hæc ex Bolland. Porro Surius sic legit: *Dum nimio labore fessa nutaret, vitali calore exempto, spiritum exhalavit, et spem salutis suis admisit.*

<sup>e</sup> Chiff., *iteratis precibus.*

<sup>f</sup> Ibid., *ill.*

<sup>g</sup> Al., *exanime.*

<sup>h</sup> In oratione deest in Chifflet. BOLL.

<sup>i</sup> Hoc sancti Remigii miraculum memorat vel Greg. Tur., lib. de Gloria conf., cap. 79, ut videtur desumptum ex Vita ejusdem, a Fortunato scripta prolixius: quam ipse Greg. indicare videtur lib. II Hist. Franc., cap. 51, ubi sic scribit de sancto Remigio: *Est enim nunc liber vitæ ejus, qui eum narrat mortuum suscitasse: hanc ipsam scilicet indicans puellam, de qua in allato libro de Gl. confess.*

<sup>j</sup> Chiff., *præ.*

<sup>k</sup> Ibid., *præ.*

<sup>l</sup> Ibid., *mortui potuit*

<sup>m</sup> Divion., *ejus.*

<sup>n</sup> Chiff., *remediaque.*

<sup>o</sup> Hæc periodus uncis inclusa, deest ab eo ms. quo usi sunt Boll., sed exstabat in aliis, nec deest in Edit. Surii, quanvis aliquid differat. Sic enim ibi legitur: *hujus vero poena dignoscitur defuisse martyrio, non devotio confessioni.*

<sup>p</sup> Al., *veneramus.*

<sup>q</sup> In Chiff., ex ipsis Bolland. legitur: *Ut nobis vitæ salutis spatium; deest vero ad extremum conclusio: Quod ipse præstare dignetur, etc.*, ac legitur: *Explicit depositio sancti Remigii.*

## PRÆMONITIO

## IN VITAM S. MEDARDI EPISCOPI NOVIOMENSIS ET TORNACENSIS.

Auctor anonymus Suesionensis sæculi ix, in præfat. ad supplementum Actorum S. Medardi [quod exstat apud Bolland. ad diem 8 Junii] sequentem Vitam a Fortunato scriptam fuisse testatur, hisce verbis: « Fortunatus natione Italus, presbyter Ravennensis, suo tempore eruditissimus, ex Ravenna progrediens, Galliarum fines pergere adiens, Pictavensi rure commodam sibi delegit habere stationem... Denique rogatus ab eodem venerabili pontifice (Greg. Tur.), edidit perplura opuscula, maxime metro ludens, de Vita et virtutibus sanctorum, inter quæ et Vitam gloriosi et cum omni reverentia nominandi domini nostri Medardi succincte quidem tam prosa, quam versibus, sed tamen luculento sermone perstrinxit. » Gregorius Turonensis hujusce Vitæ librum videtur memorare lib. de Gloria confess., p. 95, his verbis: « Post scriptum de mirabilibus ejus (S. Medardi) librum, mulier manu debitis, etc. » Alius item Suesionensis auctor et is monachus (cujus sermones edidit Boscius in Bibliotheca Floriacensi, pag. 150, Vitæ a Fortunato scriptæ mentionem facit inquitens: « Ejusdem Patris Vitam, metro et arctissima edidit oratione Fortunatus. »

Porro cum plures circumferantur Vitæ sancti Medardi, sub nomine Fortunati, nos ut veram ac germanam illam subjicimus quam primus edidit cl. D'Achery in Spicilegio, tom. II, erutam ex antiquis Mss.; cæteras vero, ceu falso ascriptas eidem Fortunato, rejicimus.

Ac profecto, quam edidit Surius ad diem octavum Junii, quæ diu credita est esse Fortunati, quamque Valerius ipsi ascribit, ut reprobemus, gravia suadent momenta. Nam antiquissima Mss. illam non Fortunato, sed Radbodo Noviomensi, et Tornacensi episcopo ascribunt. Ita Codex ms. Bibliothecæ Thuanæ, referens eodem Achery, hanc præfert epigraphem: « Incipit vita beatissimi confessoris Christiani episcopi Noviomensis quam dominus Radbodus, Noviomensis et Tornacensis episcopus, sic dictavit. » Compendiensi autem Codex item ab Achery relatus, hunc habet titulum: « Vita sancti Medardi, quam dominus Radbodus Noviomensis sic dictavit. » Censent Bollandistæ cum Sammarthanis, hunc Radbodum secundum fuisse hujus nominis, qui Brugis decessit an. 1048, ac sepultus est in cathedrali Tornacensi. Quanquam eum auctorem potius alteri fuisse, ut Vita illa scriberetur, quam ut ipse conscriberet, confici videtur ex sermone anonymi de primi temporis sancti Medardi Siatu, etc., quem Joannes Boscius in Bibliotheca Floriacensi edidit, ut advertunt Boll.

Alterâ, eaque gravissima, causa est cur illam a Surio editam, rejicimus, quod in ea Drausio et Warimbertus Suesionenses episcopi nominentur, qui centum circiter annis post Fortunatum vixisse deprehenduntur. Postremo stylus ipse discrepat a stylo Fortunati, quod nec ipse Surius diffidet, quam propterea ab alio interpolatum fuisse, et multa eidem aliena manu adjecta affirmat. Adde his ea quæ Continus animadvertit ad an. Christi 456, num. 7, ad hanc rem, scilicet quod hujus Vitæ auctor sanctum Remigium vocat « archiepiscopum; et Tornacenses, » gentem « Flandrinensium » appellat, « cum ætate Fortunati nec archiepiscopi vox esset in usu, nec Flandriæ, » vel « Flandriensium nomen audiretur, et annis ab obitu sancti Medardi trecentis Tornacium non pertineret ad Flandriam, quæ per exiguum tunc amplectebatur diuionem, » etc. Ex quibus ipse concludit Vitam sancti Medardi quæ legitur apud Surium, ab auctore compositam fuisse qui post annum Christi millesimum vixit.

Secunda Vita sancti Medardi, quæ Fortunatum præfert auctorem, ea est quam Bibliothecæ Floriacensi a se editæ, inseruit laudatus Boscius, quæque item ob graves causas Fortunato objudicanda est. Nam stylus longe diversus est a stylo Fortunati, et duo miracula a sancto Medardo adhuc puero edita illic referuntur, quæ a Fortunato prætermittenda narrat præfatus anonymus, scriptor Actorum sancti Medardi, in prologo, num. 2, ut legere est apud Bolland., in supplemento ad Vitam sancti Medardi. His adæe quod Vitæ hujusce scriptor (ut eadem exstat in Mss. apud Bollandistas, collato cum Cod. ms. reginæ Sueciæ) fabricam templi sancti Medardi uni Clotario regi ascribat, nulla facta mentione Sigiberti, a quo tamen perfectam et in culmen ductam narrat Fort., cap. 2, lib. II, ubi agit de virtutibus sancti Medardi. Item refert, « a Clotario procuratam apud summum pontificem » confirmationem privilegii, « a sancto Leone, sanctæ Romanæ urbis episcopo, et aliis venerabilibus episcopis concessi; » quæ omnia, quicumque demum Clotarius aut Leo accipiantur, convenire non possunt temporibus, ut ibidem ostendunt Boll., qui propterea censent auctorem illius Vitæ fuisse monachum Sammelardensem, sæculo XIII non antiquiorem. Atque hæc tam repugnantia a Boscio, in Vita sancti Medardi a se relata, fuisse prætermittenda « propter suam absurditatem, » arbitrantur iidem Bollandistæ.

Nos igitur eam sancti Medardi Vitam hoc loco subjicimus, quam edidit cl. Achery in Spicilegio, tome II, et Bolland. ad diem 8 Junii, existimantes hanc inter cæteras genuinam esse Fortunati setum. Porro is videri potest aliquibus eandem elucubrasse extremo vitæ suæ tempore, cum ad ejus calcem regis Theodeberti mentionem faciat, ac ejus felix et latus imperium commemoret, quod eidem diuturnum comperatur. Nam Theodebertus apud Suesionas regnare cepit an. 589, ut legere est apud Greg. Tur., lib. IX Hist. Franc., cap. 36. Anno vero 596, rex Austrasiæ inauguratus est, Childeberto, patre suo, jam vita functo. Idem, ad annum 602, Vascones debellat, ac suo imperio subigit, et inde latius regnum suum facit. Porro Fortunatus ad hoc usque tempus vitam fere produxit, quem sæculo sexto labente, aut ineunte septimo, decessisse alibi diximus. Quanquam postremo illa verba, quibus vota pro regibus continentur, malim credere a quopiam adjecta fuisse Vitæ a Fortunato conscriptæ, quam adita a Fortunato, præsertim si hæc illa est cujus meminit et Gregorius Turonensis an. 505 jam vita factus. Certe extrema illa verba, ut adnotant Bollandistæ, in plerisque Mss. desiderantur.

## VITA SANCTI MEDARDI EPISCOPI

## NOVIOMENSIS ET TORNACENSIS.

1. • Beatissimi Medardi antistitis Vitam, quæ per universum orbem virtutum propalatur insignibus.

• De sancto Medardo episcopo Noviomensi, plura diximus in notis ad carmen 20 lib. II Oper. Fortunatæ legesis.

nequivimus silentio præterire, quamvis non valeamus <sup>a</sup> gestorum cuncta perstringere. Et quia solemnitas ejus diem, veneratione perspicuum, omnium populorum catervas quotannis expetere, depositionis suæ commemoratio principalis invitat; crescat in universorum pectoribus pro fidei <sup>b</sup> ardore devotio, dum sanctorum panditur magnitudo, ut si in hac rarus sit qui existat imitator operis, cunctos tamen faciat ejus intercessio potiores. Hujus ergo originem propterea primum suggestio nostri sermonis insinuat, ut nullus forsitan desperationis obstaculo magis culpandus <sup>c</sup> offendat, quoniam Deum integro amore diligere, non facit gentium divisa discretio, sed unita <sup>d</sup> fidei plenitudo, <sup>e</sup> ne divina gratia, quæ volentibus cunctis generalis ostenditur, <sup>f</sup> specialis esse iudicio fallente credatur.

2. Pater igitur hujus, nomine <sup>g</sup> Nectardus, de forte Francorum genere, non fuit infimus libertate. Mater vero Romana, nomine Protagia, absolutis claruit servitute natalibus: quæ in Christi tabernaculis (ut censemus) pretioso secunda partu plus placuit, quam si integritate servata nequaquam se vinculis virilibus tradidisset; quorum in Viromandensi territorio et habitatio fuisse dignoscitur, et origo. In qua urbe cum adolescens ad scholam recurreret, <sup>h</sup> casulam, quam ei sua genitrix fecerat, per ipsum ad artificem componendam direxit: quam in itinere cæco a se invento mox præbuit. Similiter quidquid ad escam accipere deberet, dum suorum parentum gregem <sup>i</sup> pasceret, si pauperem vidisset, cibum egenti porrigebat, ipse ferens inopiam, diei ducens jejunia. Nec illud est reticendum rei gestæ mysterium. Dum adhuc esset in scholis vir sanctus, parvus et innocens, dicit ad <sup>j</sup> Eleutherium quemdam puerum, quod publica in actione <sup>k</sup> comitivam assumeret, et cum triginta annorum vitæ spatium caperet, ipsum dixit fu-

<sup>a</sup> Mss. Audumaropolitanum et Velseri addunt: *Ejus insignia cuncta.* BOLLAND.

<sup>b</sup> Mss. Belfortii, *amore.* BOLL.

<sup>c</sup> Acher., *ostendat.*

<sup>d</sup> Noviomense, *unitatis plenitudo.* *IBID.*

<sup>e</sup> Advertat lector Fortunatum ibi loqui de gratia sanctitatis, quæ nullius gentis aut familiæ, vel Fortunæ, propria ac singularis est, cum nemo sanctificetur, nisi in Christo Jesu, apud quem *non est Judæus, neque Græcus, non est servus, neque liber, etc., sed ipsa volentibus cunctis generalis ostenditur*; ita tamen ut voluntas præparetur a Domino. *Ipsa est enim*, ut ait Apostolus, *qui operatur in nobis et velle et perficere pro bona voluntate.* Lege ipsum Fortunatum, in expositione Orationis Dominicæ, ad illa verba: *Fiat voluntas tua.* (*Secundæ curæ nota.*)

<sup>f</sup> Id est, propria gentium aliquarum.

<sup>g</sup> Auctor vitæ sancti Medardi, quæ exstat apud Surium, ait Medardum patre Neclardo et matre Protagia genitum, apud Salentiacum, hereditariam prædecessorum suorum possessionem, natum atque altum fuisse. Est autem, ut subdit, prædium illud Salentiacum in episcopatu situm Viromandensi, in regione autem Noviomensi.

<sup>h</sup> Casula proprie vestis sacerdotalis, quasi parva casa dicta, quod totum corpus tegat et amictiat. Vel laicis tamen id genus vestis commune fuisse constat ex Procopio, lib. II Belli Vand., c. 26, asserens eam servo ac privato convivare, non imperatori, iis ver-

rum summum Dei pontificem, qui in Tornaco civitate pastor est datus Ecclesiæ. Ita sanctus quod prædixit quasi propheta divino spiritu jam probavit.

3. Deinde cum crebrius ad temporum oracula <sup>1</sup> fidei monitu promulgante discurreret, et tenerositate annos, libratis patientia moribus, temperaret propriæ voluntatis arbitrio, dum mundi illecebras vitando despiceret, officium sacerdotis excepit, pariter et animo conversus et habitu. Morum claritate præcellens, confestim claruit, apud urbis pontificem conversatione præcipuus, apud cunctos mentis <sup>m</sup> puritate sincerus. Nunquam se lætitiæ ubertate plus extulit, nunquam mœroris acerbitate turbavit. Fuit semper tolerans in adversis, mitis in prosperis, cunctos sibi obedientiæ sedulitate præferens, egen-  
B tibus larga miseratione succurrens, et ex omnibus calcato vitiorum fomite, angusti callis tramiem, sanctæ conversationis gressu surgente, conscendens, quidquid adversum est horruit, quidquid pretiosum elegit. Quid plura? Ut hospes cerneretur in sæculo, et jam possessor esset in cælo, tunc crescentibus munis per <sup>n</sup> singulos sacerdotii honores, interjecta discretione temporum, ecclesiastici moris tenorem percurrens, presbyterii officium electus excepit, probatus obtinuit; et ita se deinceps sanctis cœ-  
C nificare virtutibus, ut Christi merito putaretur alumnus.

4. Contigit ergo ut, autumnii tempore, fructus <sup>o</sup> mitescentis botri succo, varicantem vindemiam ubertas ostenderet, per quam latronis temeritas ejus gratiam publicaret. Intempesta igitur nocte, cum potius in humanis corporibus, curarum diversitate seclusa, dominante silentio, blandi soporis onus incumbit, vineam suam, <sup>p</sup> cupiditate fraudis impulsus, latro capiendus expetiit, tenendus irrupit. Tunc prædæ gladio secante corripuens, ipse magis prædatus, intra

his: Ἀρσενίδος οὐδέν τι μέγας, ἐντὼ ἔπετο μέγιστον ἀπερχόμενος, οὗτε ἄλλω στρατηγικῶ ἀνδρὶ ἐπιταδίας ἔχον, ἀλλὰ δούλῳ, ἢ ἰδιώτῃ παντάπασι πρίπον. Καούλαν αὐτὸ τῇ Λατινῶν φωνῇ καλοῦσι Ῥωμαῖοι.

<sup>1</sup> Tria Mss. addunt *porcorum*; verosimiliter Radbodus, equorum; hoc enim ingenuo puero convenientius. BOLL. Ac sane, quod a Medardo adhuc puero factum narrat Radbodus, scilicet, quod cum famuli forte domo abessent, nec esset qui fessos equos pastum duceret, et pater id muneri Medardo injunxisset, is prætereunti homini, cui equus pererat, misericordia commotus, de paternis equis unum dedit, declarat quo in sensu accipienda sint verba Fortunati.

<sup>j</sup> Colitur sanctus Eleutherius die 20 Februarii, ad quem diem vide Acta ejus apud Bolland., in quibus et hoc de illo vaticinium sancti Medardi narratur.

<sup>k</sup> Comitiva hic sumitur pro dignitate comitis. Videtur quæ diximus in notis ad carmen 16 libri VII.

<sup>1</sup> Plura Mss., *fidei monita promulgando.* BOLL.

<sup>m</sup> Ms. Maximini, *sinceritate purus.* *IBID.*

<sup>n</sup> Acherius, *singulis sacerdotii honoribus*, id est inferiores gradus, ad sacerdotium certo ordine ferentes, percurrendo.

<sup>o</sup> Alia Mss.: *mitescens botris, succo varicante vindemiæ.* BOLL.

<sup>p</sup> Boscius: *Frucus capiendi impulsus latro expetit et irrupit.* *IBID.*

patientia septa constringitur; et quod effringere violentus voluit, nequaquam evasit. In posterum, suo crimine captivatus, gustum habere de fructu non meruit, et redeundi aditum ebrinus non invenit; nec mittere poterat quod præsumpserat, nec auferre fas habuit quod ambebat; sed cum inibi primo diluculo, rei præsciis, vineæ dominator occurreret, furem reperit, quem sua jam præda prævinxerat, et uterque alium mutato jure servabat. Tunc usque adeo sancti ultio rei sævit in crimine, ut uvæ propria manu discerpens, augmentum magis illi profusa oblatione tribueret, et delictum objurgatione castigans, remeandi aditum indulgeret.

5. Pari igitur meruit pœna percelli, vel perdurante insidia coerceri, qui vasa ejus, domum nocturna obreptione præveniens, distenta melle, furatus fuerat. Custodes deceptione callida fallere potuit, pecus quod rapuerat temerarius non evasit. Castrorum habitacula sublata apes cum indignatione linquebant; ubique furem non casto ditantes opere, sed aculeorum sævitia persequentes, quousque latronis detecta confusio, sancto quod fraudaverat reddidit, et veniam prostratus invenit; sed nec immerito pia sacerdotis indulgentia reum non damnabat ex crimine, quem ipsa ultrix præda torquebat.

6. Accidit etiam simile sub hac proditione mysterium. Dum viator quidam juxta domum ejus agendi itineris copia præteriret, capiens illius callida fraude juvenem, furti scelere tintinnabulum collo præripuit; atque hiatum ipsius impressi graminis fraude condemnans, nullius contemplatione deprehensus abscessit; et cum jam se censuit vel criminis evasisse periculum, vel sortitum compendia fuisse per furtum, obstaculo nullo <sup>a</sup> serata, ipsa dedit præda tintinnum, cupiens domini redire præsidio: quæ quamlibet abditis penetralibus studio diligenti locata vel ferrata claustrorum obsecratione retrusa maneret, tinnicite ambitu scelus nullo modulante vulgabat,

<sup>a</sup> Alia, servata, vel servato. INRM.

<sup>b</sup> Alia: Quo actus pietatis studio non errabat; alia: Quo veniam pietatis studio non orabat. BOLLAND. Confer hæc cum poemate de eodem sancto Medardo scripto a Fortunato, l. II, c. 20.

<sup>c</sup> Vita a Boscio relatæ in Biblioth. Floriacensi hic desinit.

<sup>d</sup> Hæc num. 7 relatæ deerrant in Mss. Maximini. BOLL.

<sup>e</sup> Alii, Somma, vulgo la Somme, antiquioribus Somona. BOLL.

<sup>f</sup> An forte Nigella, vulgo Nille oppidum medium inter utrumque flumen? Vita tertia: inter Isaram fluvium, et urbem Noviomagum, quasi hanc jam transisset exercitus, quod minus probo. Radbodus inter Noviomum et Isaram rem actam ait. BOLL.

<sup>g</sup> Vehicula, id est equi, Gallice voitures. BOLL.

<sup>h</sup> Ms. Velseri, saunas, alii sagmas, et sagmata; apud Radbodum plastra scribuntur; apud Monachum Suess., carpenta. BOLL.

<sup>i</sup> Ms. Noviom., Sacentiacum, vulgo S:illency, prope Noviomum. BOLL.

<sup>j</sup> Discaricare est onus de plaistro, aut equo depondere. Vide Duf., in Gloss.

<sup>k</sup> Coitinus, ad an. 530, num. 14, ait Medardum successisse hoc anno Almero in sede Viromandensi. L. postea sedem suam Noviomum transtulit, ac paulo

A hiatu ingenti vomens, auctorem criminis querela geminante confudit. Tunc lauro præterita memorans, confusa mente percussus, revexit domino terretus quod abstulerat, <sup>b</sup> quod etiam pietatis studio non servabat. Ita demum reddita juri naturæ, coepit species se non animata celare, nec sonitu se nisi pulsa detegere. Sanctus igitur athleta Christi, absque reatu proprio, pro delicto confunditur alieno; atque ideo mercedem reo pro culpa tribuit, ne inani ambitione tristior remearet <sup>c</sup>.

7. <sup>d</sup> Quadam vice præcelsus Clotarius rex in pro-cinctu, Francorum movens exercitum, cum transisset fluvium, cujus est <sup>e</sup> Sumina vocabulum, omnia quæ inveniebant loca prædantes et pecora, pervenientes inter <sup>f</sup> castellum quod fertur Noviomagum, et Isaram fluvium, quidquid fuit <sup>g</sup> vehiculorum, carra, vel <sup>h</sup> summas trahentium, pedes affigentes, de loco nullatenus moverunt per triduum. Ad villam sancti Menardi, quæ <sup>i</sup> Sellentiacum dicitur, occurrunt viro sanctissimo; et data oratione <sup>j</sup> discaricantes quæ tolerant, laxati pergunt itinera.

8. Nec illud omittendum est, quod per miraculum factum est. Cum porcarii sui in glandem porcos deducerent, et ab iniquis hominibus furto subducti fuissent, divina mox virtute soli, de longa regione, nullo homine sequente, ad sanctum virum reducti sunt. Nec hoc inter reliqua miranda signa prætereat. Quidam, Tosio nomine, dæmonis graviter oppressus infestatione, curari meruit expresso viri Dei signaculo.

9. Sed cum jam multimodis virtutum fulgeret studiis, fama que ejus per diversa orbis spatia gratia crescente præcelleret, defuncto Viromandensium urbis pontifice, <sup>k</sup> in ejus locum consecratur episcopus. Ubi conversatione cœlesti ter quinis annorum circulis in sanctimonia ipsius officii sacerdos exstitit pretiosus; et nisi quod percussor corporis defuit, martyrium confessor implevit. Sustinuit jugiter dia-

post sancto Eleutherio episcopo Tornacensi, vita functo, Tornacensis ipse episcopus creatus est, summa cleri ac populi totius consensione et acclamatione, nec non regum favore, ac sic unanimi, pontificali videlicet ac regali, auctoritate, duas illas Ecclesiam unam fecit, ut ait Radbod. in Vita sancti Medardi, num. 19. Idem tradit causam ob quam is sedem episcopalem a Viromandensium Noviomum transtulerit. Illa scilicet urbs frequentibus Barbarorum excursionibus cum devastata fuisset, ac nova time-retur incursio, Noviomum, ceu tutiorem in locum, cum arte, tum ipsa natura satis minutum ac vallatum, sedem duxit transferendam. Est scilicet ea regio (ut ibidem Radbodus, num. 16, describit) sibi circumdata, et paludibus, et sua ipsius habitate contra hostiles non parum munita excursus. Ipse quoque inter geminos rivulos constitutus est Noviomus, ab Oriente Galliola, ab Occidente Margareta circum-fluitur, quos ambos tertius quidam suscipit, qui Versa nominatur; et sic pariter confluentes non longe a menibus illis in Isaram, qui magni est nominis, dilabuntur. . . Est etiam locus ipse ab Oriente et Occidente adeo rupibus vallatus et rivulis, montibus quoque et vallium cuniculis, quod contra plurimam hostium incursionem a paucis commodissime possit defendi.

bolē praliante calumniam, sed pervenit victor A  
meritis ad coronam. Tunc pontifex beatissimus,  
membrorum compage, protenta longævitate defessus,  
a spiritum requiem deprecatus emisit, et convexa  
cœli athleta triumphalis ascendit. Inter reliquos,  
etiam asseverante (ut vidit) b Willacario presbytero,  
quando sanctus Medardus accepit corporis transi-  
tum, ipsius horæ momento cœli prorsus aperti sunt  
et ante sancti corpusculum fere per tres horas di-  
vina luminaria cunctis videntibus astiterunt; moxque  
in terra grande fluxit diluvium, ita ut plueret mul-  
tum calida aqua de nubilo.

10. Cujus corporis solemne pignus, præcellentis-  
simi c Clotarii principis Francorum vel devotione  
vel tempore, Suessionensium urbs, tanti muneris  
præmio ditata, promeruit. Sed cum omnium popu-  
lorum fides solemnī ambitione, gravissimo feretro,  
tradenda sepulturæ membra conveheret, et unani-  
mitate vel amore gestandi onus leve sentiret, tunc  
obviam sanctum habuit, damnatis aurium dudum  
aditibus, surdus quidam occurrens; et pretiosi ve-  
laminis pepulum osculans, psallentium illico stupens  
melos audivit, et fraudati sensus usum recipere  
mundatus fide promeruit.

11. Postquam igitur, devotione fidelium maximo  
decora præfulta ejus tumuli urna exornata surrexit,  
prolixum est enarrare quantis se virtutibus quan-  
tisque pro debiliū clamor attollat emundatione  
tropæis; a quo quidquid fuis precibus expetitur,  
incunctanter effectibus obtinetur. Hujus igitur tem-  
pli pro foribus paralyticus quidam depositus et  
ejectus, d quem omnium membrorum debilitas di-  
verso jure discreta damnaverat, pristina incolumita-  
tis meruit augmenta suscipere, et salutis gloriam  
obtinere, ut singulis vigor artubus redditus con-

a Cointius refert obitum sancti Medardi ad an.  
545, ostendens nec post an. 530 creatum episcopum  
Viromandensem, nec post 545 vita esse sanctum.  
Nam res, inquit, ab eo gestæ, antequam Tornacensis  
episcopus crearetur, breviori temporis spatia  
quam biennio circumscribi non possunt. At sanctus  
Eleutherius, cui Medardus in sede Tornacensi suc-  
cessit, obiit an. 532. Non is igitur post an. 530 Vi-  
romandensis episcopus creatus fuisse dicens est.  
Neque rursus dici potest ante an. 530 Viromanden-  
sem sedem conscendisse, cum non ante annum 544  
beata Radegundis a beato Medardo, Noviom. episco-  
po, velum acceperit, ut in ejus Vita narratur.  
Quamobrem cum is sederit episcopus quindecim  
annis, consequitur ut nec ante annum 530 creatus  
fuisse episcopus existimandus sit, nec post 545  
obitisse. Hujusce chronologiæ ratio videtur cum eo  
consentire quod narrat Radbodus, sanctum Medar-  
dum, Tornacensem episcopum creatum sub sanctis-  
simo Remigio Rhemorum archiepiscopo, siquidem Re-  
migius, ut vult Cointius, obiit an. 533.

b Aliis mss. Willicharius et Walcharius.

c Scilicet, ut in ejus Vita narrat Radbodus, cum  
ad eum, jam ad extrema redactum, visendum Clota-  
rius accessisset, et ipse mandasset ut sua in ecclesia  
sepeliretur, rex enixe ab eodem petiit et impetravit  
ut Suessionis se humari pateretur, asserens se super

festim, suffragante remedio, astaret illæsus, et cujus  
prius communis usum sermonis adnexa palato lin-  
gua confuderat, virtutem sancti antistitis resoluta  
oris compage laudabat.

12. Protinus scilicet sæpe palam triumphante  
mysterio, quos iniqua ferri ponderis retentacula  
gressibus negatis astrinxerant, ad templi oraculum  
summus antistes veniendi præstitit facultatem; et  
robustam metalli naturam exsuperans, vasta com-  
pedum vincula confregit. Multos igitur promiscui  
sexus, quos membrorum debilitas miseranda con-  
traxerat, usibus restitutis, virtus medica indiscrete  
solvebat. Crebrius etiam oculorum captis lumine,  
purgatis tenebris, præsidium contemplationis iu-  
dulsit, et redivivæ lucis compendia desertis habita-  
culis restauravit. Multa quoque et innumera virtu-  
tum suarum insignia, quæ diebus singulis ex more  
concresecunt, relatio nostra præterit, ut nec lateret  
silentio magnitudo operis, nec diei consumeret spa-  
tium tanta prolixitas dictionis.

13. Hujus ergo piam Majestatem fuis indesinen-  
ter precibus exoremus, ut [clementissimi Theode-  
berti, regis nostri, felicitatem, crebris successibus  
dilatatam, et in externis gentibus justo domiandi  
jure procul extensam, pro sua pietate longævet, et  
clementissimi Sigiberti quondam regis animæ sem-  
piternam requiem præstare dignetur, qui a templi  
ejus spatia devotus extendens, ad excelsa fastigii  
tegmata sumptuoso decore perduxit, quatenus eodem  
intercedente, servato culmine regii diadematis, pro-  
tendantur sceptræ regiæ potestatis, ac perinde me-  
delam populis, pacemque tribuat universis;] confe-  
rat etiam petiitum pro delictorum indulgentia cunctis  
generale præsidium, qui speciale solemnitatis suæ  
hodie mundo præstitit ornamentum f.

corpus ejus basilicam decenter exædificaturum, et  
ad laudem et gloriam divina Majestatis cœnobialem  
serrorum Dei regulam ordinaturum.

d In tertia Vita, cap. 24, ejus infirmitas hisce ver-  
bis explicatur: *Utroque pede in posteriora reflexo, ad  
vitam quodammodo semivivens tenebatur imago, quia  
et manus nugaciter vacabant ab opere, nec ad aliquis  
agiles exeri, nec dissipatæ saltem ori habiles erant  
applicari.*

hic desinit ms. Cæsaris insulæ. Chiffletius etiam  
quædam mss. habuit, in quibus deerant vota pro  
regibus mox nominandis. BOLLAND.

e De sancti Medardi basilica, et in ea perficienda  
studio Sigiberti et opera, legis quæ adnotavimus  
ad c. 20 lib. II Op. Fort.

f Hæc conclusio apud Acher. ex Mss. Corbeiensi  
et Resbacensi paulo prolixior, et aptior annuo in  
Ecclesiis usui legitur hoc modo: *Hujus ergo piam  
Majestatem fuis indesinenter precibus exoremus, ut  
conferat pro delictorum indulgentia cunctis generale  
præsidium, qui speciale solemnitatis suæ hodie mundo  
præstitit ornamentum. Quæ cuncta præconia s: ut non  
modo ejus qui accepit ut dignus pro nobis suffragator  
assistat, sed potius sanctæ et inseparabilis Trinitatis,  
cui honor et potestas, virtus et imperium, laus et jubi-  
latio, in omni gente, loco et tempore, et per innumera  
sæculorum sæcula.*

## PRÆMONITIO

## IN VITAM S. MARCELLI EPISCOPI PARIENSIS.

Utrum revera Fortunatus, episcopus Pictaviensis, sequentem Vitam S. Marcelli, episcopi Parisiensis, necne, conscripserit, inter se eruditi dissentiant. Auctores Hist. Litt. Franc. illam abjudicant Fortunato nostro, atque alteri Fortunato Vercellensi attribuunt, de quo in præf. ad Vitam S. Hilarii sumus locuti. Hisce vero indictis sive conjecturis illi adducuntur: 1° quod Vitæ sanctorum conscriptæ a Fortunato Pictaviensi antistite, illum solum presbyterum, non episcopum nominant; ac si quando nominant, addunt Ecclesiæ nomen cui regendæ præfuit; 2° stylus quo conscripta est Vita S. Marcelli, simplicior magisque concisus videtur quam ille Fortunati; 3° Vita isthæc multis ante annis scripta est quam S. Germanus, episcopus Parisiensis, decederet; atque adeo non multo postquam in Gallias advenisset Fortunatus, cum is nondum gestis sanctorum conscribendis animum applicuisset. Nam ipse videtur serius ad gesta sanctorum colligenda et litteris consignanda accessisse, cum antea poesi impensius operam daret. Postremo Gregorius Turonensis mentionem faciens Vitæ hujusce lib. de Gloria Confess., c. 89, auctorem ejus non commemorat, cum tamen solempne eidem fuerit nomen amicissimi sui Fortunati ascribere, quoties setum ingenii ejus aliquem commemoraret. Ita cum Vitas S. Severini, episcopi Burdegalensis, S. Albini Andegavensis, et S. Germani, Parisiensis pontificis, commemorat, semper is Fortunati nomen adjecisse comperitur.

Sed alii contra sentiunt: ac Hadr. Valesius in'er cæteros in dissert. contra Launoium; Vossius, lib. II de Latinis Historicis, c. 22; Labbeus tom. II de Script. Ecclesiast.; Joan. Abernus Fabricius in Bibliotheca Lat. mediæ et infimæ ætatis; Joan. Molanus in Usuardi Martyr.; Cæsar Baronius in notis ad Martyr. Rom. et alii, eam propriam Fortunati ac genuinum setum esse confirmant.

Qua in re, ut et ipse aperiam quod sentio, momenta et conjecturæ quibus adducti supra citati auctores Hist. Litt. Vitam S. Marcelli nostro Fortunato abjudicant, non tanti esse videntur, quamobrem ita se habere rem judicemus. Nam 1° non multum interest utrum is qui titulum huic Vitæ præfixit, Fortunatum presbyterum, an etiam episcopum nominarit. Cæteroquin ex simili errore ac varietate plura alia, eaque germana Fortunati opera, in dubium revocari possent, aut etiam rejici, quod Fortunatum modo presbyterum, modo episcopum nominant; nec facilius fuerit quam nomen episcopi supponi pro nomine presbyteri, quem aliunde episcopum suis constabat, suppresso Ecclesiæ cui præfuerat nomine ex negligentia aut imperitia amanuensium. Certe antiquus Codex, quem Mabillonius in manibus habuit, haud secus titulum in Vita S. Paterni (quam esse Fortunati nemo facile inficiabitur) præferebat his verbis: Incipit prologus Fortunati episcopi in Vita S. Paterni, etc. 2° Stylus non mihi alienus a stylo Fortunati esse videtur, ut ex Prologo præcipue legenti cuique ostenditur. Quamquam diversa tempora quibus Fortunatus Vitas sanctorum conscripsit quamdam vel in stylo varietatem potuerunt ingenerare. Quod vero aiunt Fortunatum nonnisi sero ad gesta sanctorum litteris consignanda accessisse, nonne idem Vitam S. Germani haud multo, ut videtur, post obitum S. Germani ipsius conscripsit, de qua mentionem facit Greg. Tur. lib. V Hist. Franc., c. 8? Quidni potuit igitur, adhuc supersitit Germano, ejus rogatu Vitam S. Marcelli episcopi Parisiensis contexere? Postremo non semper Gregor. Turon., quoties memorat Opera Fortunati, vel ejus nomen ascribit, quemadmodum in Vita S. Hilarii et S. Remigii ab eodem factum suo loco ostendimus.

Tanta vero Fortunati cum Germano conjuncta amicitia et necessitudo, scriptaque ad hunc ab illo poemata et litteræ, rix dubitare sinunt quin idem suavis Germani hanc S. Marcelli, antecessoris ipsius, Vitam elucubravit et ediderit. Quod si et Prologum Vitæ cum epistola quæ Fortunati Operibus præfigi solet conferas ex titulo ipso et sententiarum ordine, et umplitudine, ac structura verborum, ac perpetua illa Fortunati consuetudine in suis laudibus extenuandis, quam inter se utraq; convenienter intelligitur. Quin et tota in Vita reperias dicendi formas atque tropos famitiores Fortunato, et seriem in miraculis enarrandis ejus pene propriam, ut conferenti cum hac Vitas alias ab eodem scriptas innotescet. Quibus addit momentum quod in veteribus membranis legitur, teste Valesio. Nam ubi in quibusdam exemplaribus et apud Surium legitur in Prologo: Cur itaque, ut dictum est, inter Gallicanos cothurnos ita lip:ata vilitas plano pede, etc., in iis sic legitur: Cur itaque, ut dictum est, inter Gallicanos cothurnos ita Patavinitas [Corr. Itala Patavitalis] plano pede ire præsumat, etc. Quæ verba Fortunati patriam, a Patavio non longe disitam, aperte indicant. Quorifca in eam sententiam propende minimè illam a nostro Fortunato abjudicandam esse, ac propterea haud tribuendam alteri Fortunato Vercellensi, de quo quatuor miss. Martyrologia Ecclesiæ Parisiensis ad diem XIV. Julias, a P. Gerardo Dubois relata in Historia Ecclesiæ Parisiensis, lib. I, cap. 8. Edimus vero eam ut exstat apud Surium ad diem I Novembris.

## VITA SANCTI MARCELLI.

## PARIENSIS EPISCOPI.

## PRÆFATIO AUCTORIS

## AD S. GERMANUM PARIENSEM EPISCOPUM.

1. Domino sancto et meritis obtinentibus apostolico viro, in Christi charitate fundato, meo lumini præponendo, domino et dulci patri Germano papæ Fortunatus. Facundissima illustrium oratorum ingenia, sermonum flore variate distincta, et eloquii

A vernantibus pampinis obumbrata, solent sibi viles causas sterilemque materiam quærere, ut magna dicendo de minimis, videantur ostendere sui fluminis ubertatem; qui habentes intru se fontes eloquentiæ, de ipso sicco themate didicerunt undas haurire. Unde quidquid injungitur illis, carmine irriguo copiosius explicatur. Verum econtra quicunque angustæ intelligentiæ ariditate torrentur, nec habent

affluentiam inundantis eloquii, per quam vel aliquos A  
refloere, vel suæ siccitatis possint inopiam tempe-  
rare : tales non solum aliqua non per se dicere ap-  
petunt, verum etiam si quid eis injunctum fuerit,  
perhorrescunt, quoniam quantum doctis proloqui,  
tantum indoctis utile sit tacere. Nam illi de parvis  
magna disserere, isti de magnis nesciunt vel pauca  
proferre. Et ideo quod ab aliis quaeritur, ab aliis  
foruidatur. Sic belligator in armis damni esse de-  
putat, si non possit integer invenire quod vincat.  
Sed sicut fortis requirit unde ducat spolia, sic debilis  
metuit ne ducatur in prædam; et quod acer in-  
venire desiderat iners vel audire formidat.

2. Cujus exempli gratia cum ipse sterilis scientiæ  
convenienter accuser, nec sit in me aliquid quod  
venusti sermonis ornamenta commendet, quid tibi B  
visum fuerit, Pater beatissime atque amantissime,  
constanter admiror, ut de sanctissimi viri Marcelli  
antistitis vita, nullo fine claudendâ, et de illa cœle-  
sti lampade meæ aliquid dignum committeres scin-  
tillæ: cum ego pauper ingenio, et ille dives sit  
merito: ego humilis sermone et ille sit egregius  
mercede; præsertim cum vobis multorum pruden-  
tium fanosæ abundantiæ sufficiat eloquentia, Gal-  
lico Gallicana, et quadratis juncturis verba trutinata  
procedant. Qui si velint, sermone possint depingere  
quidquid animus figuraverit: apud quos ipsum lo-  
qui dictare sit, et quæ vix corde concipitur, mox  
in pagina res formetur. Cur itaque, ut dictum est,  
inter Gallicanos cothurnos, ita lippata vilitas plano  
pede ire præsumat, ad quorum comparationem, vel  
inter rosas et lilia, nostræ linguæ vilis salivunca  
respirat? Accedit etiam ad difficultatem ingenii im-  
pediti res altera, quod de actibus beati Marcelli plu-  
rima sunt invisenda, temporum vetustate subrepta,  
nec facile memoria recolitur quod annositas numerosa  
fraudavit: quoniam quidquid in libris non fligitur,  
vento oblivionis aufertur. Pauca quidem de ejus  
gestis felicibus sunt ad nos:ra tempora relatione vi-  
vente perducta, ne in totum, quod sui amatores in  
posterum quaerent, periret; quia etsi sancta mem-  
bra jamdudum sepulcro sunt condita, non tamen  
miracula sunt sepulta: quæ tanto clariora sunt,  
quanto plus memoria vivere meruere non scripta;  
quoniam licet non tenerentur in pagina, fixa sunt in  
cordis membrana.

3. Unde inter hæc difficilia dubito quo convertar,  
utrum vel digitos præparem ad scribendum, cum  
dictare lingua formidet. Sed differre non licet quod  
Pater injungit, cum secum magis ipse pugnet qui  
tibi repugnat; præsertim qui ut obedire me doceas  
et quod sustinere non valeo libenter imponis. Ma-  
jor enim devotio in re difficili comprobatur. Deni-  
que ibi plenus est affectus ubi, etsi virtus non tolerat,  
tamen animus non recusat; et ego magis hic  
venerer quod charitas non leviter exigit, sed aud-

\* S. Marcellus, natus Lutetiæ Parisiorum, succes-  
sit Prudentio in sede Parisiensi. Licet de tempore  
ejus pontificatus nihil certi statui possit, conjicit ta-

cler extorquet. Denique ex hac parte mihi ipsi con-  
veniat perficere, quia qui minora vituperat, ducere  
ad majora festinat. Quibus suggestis volueram hoc  
opus aliorum lingua nitescere potius quam nostra  
sordere. Sed quod primi differunt, vel ultimi prose-  
quantur; quod cum displicere videatur eloquio, pla-  
cere videtur ex voto.

## VITA.

4. Beatissimus igitur Marcellus antistes, natus  
Parisii, sed civis paradisi: in terris humilis, erectus  
in cœlis; mediocris parentibus, sed meritis celsus.  
Cui hoc fuit nobilitatis insigne lumen, Christo sine  
culpa servire. Non de generis intumescens superbia,  
sed habens de moribus ornamenta, nec sumens de  
parentali laude jactantiam, sed gratiam possidens in  
virtutis exemplum: intra se suos thesauros reitens,  
Deum mundo corde complectens. Sed cum Christo  
pauper iste regnavit, qui in humilitatis conversatione,  
in charitatis ubertate, in castitatis lumine, in jeju-  
niorum pinguedine ita se totum cœlesti tradidit di-  
sciplinæ, ut ab ipsa infantia maturus accederet, et  
positus in corpore, quasi nihil de carne portaret.  
Illic itaque nobilissima institutione succinctus, et  
venerandis operibus pene prius sacerdos quam cle-  
ricus, jamdudum dignus qui susciperet dignitatem,  
antea paratus ad id quod erat sine mora futurus:  
calcata pompa mundi vel criminibus, cum divinis  
armis initiatus accingeretur ad spem felicem, pili-  
mam de hoste publico relaturus, in militia Christi  
exercitando [*Fortis*, exercitanda] lector effectus est,  
ac seipsum templo Christi primitus offerens, velut  
Abel sacrificium, hostia victæ carnis et puræ mentis  
exceptus est.

5. Qui clarior mercede quam nomine, et merito  
major quam gradu, sine offenculo suum gerens of-  
ficium, cœpit in milite crescere, quod accepit a rege.  
Cujus occultæ diutius, velut vitis palmites, cœperunt  
fructificare virtutes: nec pertulit in eo sua dona ab-  
condi, qui quod desursum venerat adeo humiliter  
eum videbat amplecti. Denique cum clericali tiro-  
cinio celaretur, miraculis proditur, et signis cœle-  
stibus illustratur. Quadam vice accessit ad officinam  
fabrilem: qui despectus ab artifice, cogitur ut extra-  
ctam ferri de ardenti camino massam candentem  
manu sua attolleret, et quanti esset ponderis enar-  
raret. Tunc vir beatissimus, non ignarus totum de  
Christo præsumere, et quanta virtutis causa sit in  
rebus non turpibus obedire, mox supposita manu  
ferrum altius elevavit, dicens: De calore calet, sed  
novam pondera habet. Quod postea tantum ad state-  
ram inventum est, quantum ejus vox librata præ-  
dixerat. Sic in una specie duplex miraculum pro-  
pagavit, ne eam foci calor exureret, nec ferri pon-  
dere fefellissent. Nam defæcatis vitibus in se libidinis  
vaporem non habuit, qui tam libere ignis incendia  
sine ustione evasit. Nam ut elementi ignem viaceret,

men P. Gerardus Dubois, loco superius citato, quod  
is inciderit in tempora Theodosii senioris; ita ut  
idem S. Marcellus æqualis sit S. Martino Turonensi.



ante flammam carnis exstinxit; et ut in ipsa pensa A non falleret, probavit ferrum pondere.

6. Deinde in religionis ordine subdiaconus effectus est. Itaque cum subdiaconali ministerio fungeretur, in die Epiphaniarum hauriens aquam de fluvio \* Sequana dum beato Prudentio episcopo manibus abluentis offerret, mutatis elementis, vini sapor inventus est. Quo viso obstupescens pontifex, jussit ex ipso urceo in calicem sacrum fundi: unde universus populus, missa celebrata, ad communionem accepit, et ipsum vas cum ad plebis multitudinem suffecisset, ac si non tactum et integrum, sic plenam permansit. Cujus vini mystico beneficio postea multi infirmi sanati sunt. Ecce virum sanctissimum, qui undam sumens a flumine, vina effudit in calicem. Sed unde tam nova miracula, unde [Forte, et dum] portaret aquam, quodammodo quasi uvae exprimeret, nasceretur illi palme in palma? Vere beatum Marcellum, summa veneratione colendum! in cujus manibus uno eodemque momento floruit vindemia, et torculata sunt vina. Videmus non uno in loco beneficia divina concludi, dum quod præcessit Dominus in Galilæa, ille successit in Gallia. Ibi ad nuptialem mensam Christus aquas vertit in vina (Joan. 11), hic quæ ad mensam Christi sufficerent, nova vina sumpsit altare. Illud præcessit tempore, hoc honore. Nam tunc quod dederunt sex hydræ, hic unum et modicum vas explevit. Sed tunc effecit, ut se Dominus proderet, ut [Forte add. hi.] famulum non celaret.

7. Veniamus ad illud miraculum, secundum ordinem, non honore. Itaque cum vir sanctissimus quadam vice ex sui officii servitute, aquam manibus venerabili episcopo porrexisset, mox inde balsama cœperunt fragrare; et dum unda curreret, visa sunt chrismata respirare, ut pene pontifex crederet suas manus magis ungere quam lavare, et alteras aquas quæreret ut priores undas ablueret. Quo viso, sacerdos venerabiliter obstupescens, Deo gratias de comperto munere retulit, et beato Marcello reverentiam in religione servavit, dum eum non talem qui serviret, sed potius qui serviretur, agnovit. Unde quis tantum subdiaconum admiraretur condigne, in cujus dextera ex aqua fiebant vina et balsama, et undarum pallor aut in ruborem conversus est, aut odorem? Jam tunc illis præfigurabatur indicium futurum pontifex, qui dignus esset chrisma tractare. Sed cum adhuc subdiaconus hausisset chrisma de flumine, merito dignus erat ut factus sacerdos hoc sacrificaret in fonte.

8. Illud quoque mysterium reticere non debet quod proficit auditori, quia de paucis quæ memoria

recoluntur, quidquid dictum non fuerit, aut invideri creditur, aut contemni. Igitur quidam clericus, Minutius nomine, annorum circiter decem, propter suavissimæ vocis tintinnabulum, et dulcedinis organum de fauce prolatum, quia contingebat animos populi delectari, cum repercussa in auribus, solita et auribus blandiri: jussus est ab archidiacono tenerritate melliflua decantare. Quo facto, præcepit ipsum puerum episcopus flagellari ob hoc, quia alterum jusserat ipse cantare. Itaque dum clericus cæditur, episcopus lingua damnatur. Mox enim ut clamor vapulantis in aurem sonuit, vox ejus ab ore discessit, et novo prædone sonum captivavit pontificis vox infantis. Sed si causa facti requiritur, cur contigerit invenitur. Denique qui puerum cantare prohibuit, pertulit vocis dispendia, quia vocibus invidabat. Cui ergo non nocet invidia, si episcopo non pepercit vindicta? <sup>b</sup> Unde quod quis in altero videre non cupit, non habebit; imo hoc sibi perdit quod alios habere non optat. Omnis enim qui alteri lapsus parat, jam cecidit, et antequam inducat in laqueum, tenetur ipse captivante peccato ligatus. Tum magis si proficere volumus, aliorum profectus nostros esse credamus. Itaque eidem sacerdos per triduum, etsi ambulabat per compita, tamen jacebat lingua sepulta. Non enim sonus poterat repercussa palati camera resultare, nec intra septem dentium vox lingua rotante disponi: sed totum quod perdiderat, ore muto prodebat. Tunc beatus Marcellus his verbis appellat pontificem: Licet intelligam, pastor bone, tibi talem casum de culpa venire, tamen quidquid vis, in nomine Domini sermone prorumpe. His dictis, adhuc beati Marcelli sermoolvebatur in ore, et jam quod imperaverat, obediebat. Deinde antequam iste explicaret, ille respondit, dicens: Vos mihi hoc fecistis, quorum jussio fuit ut alter cantaret quam ego præceperam. Et dum ista loquitur, amissæ vocis gratia reformatur. O meritum subdiaconi, qui vocem restituit sacerdoti, et versa vice, quod accipere debuit, hoc indulgit: qui debiles fauces armavit eloquio, et in ore alterius fudit verba per verbum. Quid diutius protraham? Semper tacuisset episcopus, si nunquam requisisset Marcellus. Vere dignus beati Marcelli sermo, ut gregem Domini regeret, qui dedit pastori salutem.

9. Operæ pretium credimus etiam in paginis hæc texere quæ multis sunt infixæ sub corde. Quia etsi de re terribili in relatione metus est, in ædificatione sit fructus. Porro autem cum beatus Marcellus, quod semper possedit moribus, esset pontifex ordinatus, quam dignitatem sibi reputabat magis oneris, tunc quidam de populo, dum vellet ad communionem ae-

\* Sequana notissimus Galliarum fluvius, qui Parisios aluit, de quo alibi Fortunatus scribens ad Druconem diac., lib. III, cap. 33, inquit:

Nos maris Oceani tumidum circumfuit æquor.

Te quoque Parisius, chare sodalis, habet:

Sequana te retinet, nos vada Britannica cingit, etc.

<sup>b</sup> Ms. Cod. sic habet: Unde quisquis in altero vi-

dere non cupit, non habebit imo hoc sibi quod alios habere non optat.

\* Eadem loquendi forma utitur Fortunatus in Vita S. Hilarii I. 2, n. 10., et lib. IV Vitæ S. Martini. Leges quæ adnotavimus ad Vitam S. Hilarii loco citato.

cedere, manibus retro ligatis, non poterat ad altare A pertingere; sed cum omnes transiret, quasi meta cepit stare, ut videretur non ad communicandum, sed ad numerandum populum advenisse. Quem conspicuus pontifex interrogavit quid fecerit. Respondit se peccasse. \* Cujus confessionem agnoscens, dixit ei: Veni, accede, et ultra non pecces. Qua jussione absolutus, ad communionem accessit duplici beneficio muneratus, de præterita culpa veniam consecutus, de futura vita correctus. Quanta huic erat in sanctæ Trinitatis æqualitate fiducia, cujus mens sic libera, per singula verba proferebat miracula? Sed licet satis fuerit religati catenas sermone dissolvere, tamen plus est laudabile quod in Christi amore visus est peccata donare.

10. Exsequamur et illud triumphale mysterium, B quod, cum sit ultimum ordine, anteponitur in virtute. Matrona quædam, prosapia quidem nobilis, opinione vilis, malo maculans crimine quod fulgebat ex genere, postquam dies fugitivæ vitæ, rapta luce, conclusit, ad tumulum, pompa comitante, sed non profutura, processit. Quo condita, horresco referens hoc contigisse post funera, quia duplex nascitur lamentatio de defuncta. Ergo ad consumendum ejus cadaver, cepit serpens immanissimus frequentare, et ut dicam clarius, mulieri, cujus membra bestia devorabat, ipse draco factus est sepultura. Sic infelices exsequias serpentinus bajulus impendebat, ut post mortem quiescere cadaveri non liceret: et cui vitæ finis in uno loco jacere concesserat, semper mutabatur in pœna. Ocaum execrabilem, et valde timendum! Mulier quæ C conjugii integritatem non servavit in mundo, integra non meruit jacere in sepulcro. Nam serpens, qui viventem in crimine traxerat, adhuc in cadaver desæviebat. Tunc ex ejus familia qui in civitate manebant, audientes strepitum, et pariter concurrentes, viderunt ingentem belluam de tumulosis anfractibus exeuntem, et vasta mole cadaver flagellante labentem. Quo nimis perterriti homines de suis sedibus

\* Etsi auctor Vitæ hoc loco nihil commemorat aut clavium potestatem, qua S. Marcellus reum hominem absolverit, aut graves pœnitentiæ labores, quos exegerit juxta perpetuam Ecclesiæ disciplinam, hæc tamen universim comprehendisse videtur hisce verbis: *Cujus confessionem agnoscens*, etc., ut non antea illum relaxasse dicendus sit et invitasse, quo eucharisticæ mensæ particeps fieret, quam quibus teneretur criminibus, et quomodo esset affectus animo, agnovisset, sive publice ejus audita confessione, sive privatim. Ita de Ambrosio refert Paulinus, ejus Vitæ auctor. † *Quod quotiescunque illi aliquis ob percipiendam pœnitentiam lapsus suos confessus esset, ita sebat, ut et illum flere compelleret. Causas autem criminum quæ illi constebatur, nulli nisi Domino soli, apud quem intercedebat, loquebatur: bonum relinquens exemplum posteris sacerdotibus, ut intercessores apud Deum magis sint quam accusatores apud homines. Nam et secundum Apostolum circa hujusmodi hominem confirmanda charitas est, quia ipse sui accusator est, nec expectat accusatorem, sed prævenit; ut collidendo suum allevet ipse delictum, nec habeat quod adversarius criminetur. Ut autem potest subdit: Nam et ipsi pœnitenti non sufficienti sola confessio, nisi subsequatur emendatio facti,*

migraverunt. Hoc cognito, beatus Marcellus, intelligens de hoste triumphum acquirere, collecta plebe, de civitate progreditur, et relictis civibus, in prospectu populi solus, Christo duce, ad locum pugnaturus accessit: et cum coluber de sylva rediret ad tumulum, obviantes se invicem, dante orationem beato Marcello, ille capite supplicii cepit veniam blandiente cauda precari. Tunc beatus Marcellus caput ejus baculo ter percutiens, misso in cervicem serpentis b orario, triumphum suum ante civium oculos extraherat. Sic in spiritali theatro spectante, solus cum dracone pugnavit. Hinc confortatus populus, cucurrit ad episcopum, cupiens hostem suum videre captivum. Tunc præcedente pontifice, bestiam fere tribus millibus omnes prosecuti sunt, reddentes gratias Domino, et solventes exsequias inimico. Deinde increpans eum beatus Marcellus, dixit: Ab hac die aut deserta tene, aut in mare te demerge. Mox dimissa bellua, nulla ejus ulterius indicia sunt inventa. Ecce propugnaculum patriæ in uno consistere sacerdote, qui fragili baculo fortius hostem edomuit quam si ballistæ transissent, nam sagittatus repercutere poterat, nisi vinceret res divina. O virum sanctissimum, in cujus levi baculo virtutis est pondus ostensum, cujus molles digiti fuerunt catena serpentis. Sic inimicum publicum vicrunt arma privata, plaudit in unius præda generalis victoria. Si sanctorum virorum ex factis merita conferantur; miretur Marcellum Galia, dum Roma Sylvestrum; nisi hoc distat in opere, quod c draconem sigillavit ille, iste jactavit. Sed quis ejus valeat miracula per singula sermone comprehendere, vel voce proferre quanta ille fecerit et celaverit, cum ea scripta sunt quæ de ipso, teste populo, claruerunt? d His namque operibus sanctissimus Marcellus semper intentus, conversatione clarus, consummatione præcipuus, beatitudine gloriosus, remuneratione ditatus, cum Domino perpetuo regnaturus, vincens mundi

ut pœnitens non faciat pœnitendam, humiliet etiam animam suam, sicut David sanctus, qui postquam audivit a propheta, *Dimissum est peccatum tuum, humilior factus est in emendatio et peccati, ita ut cinerem sicut panem manducaret, et potum suum cum fletu misceret.* † Certe reus ille, de quo hic Fortunatus, clavium potestatem, tanquam sibi necessariam, in beato Marcello agnovisse, hinc satis potest intelligi quod publico in conventu, se crimine obstrictum prælitens, pontifici suo, vincium manibus, semel ultro obtulerit, ut que solvendum.

b Orarium accipitur pro sudario aut linteolo, quos abstergitur. Ita S. Hieronymus in epistola ad Nepotianum. S. Ambrosius, et alii, quos legere est apud Dufre. in Gloss. Item orarium est stola sacerdotis; de qua item apud Dufres.

c De hoc dracone, qui venenato spiritu plures occidebat, a beato Sylvestro in antrum recluso, lege in Vita ejusdem, a Simone Meta, tyrante concepit cap. 8. Exstat illa apud Surium ad diem ult. Decembr.

d Hæc Vita S. Marcelli videtur a Fortunato conscripta fuisse, ut in Ecclesia Parisiensi ad sacra officia recitaretur, quomodo de compendio Vitæ S. Remigii ab eodem factum diximus suo loco.

contagium, mundus migravit ad Christum die Ka- A Christo : cui est honor et gloria, et virtus et potestas tendarum Novembrium, regnante Dominio nostro Jesu per cuncta sæculorum sæcula. Amen.

## PRÆMONITIO

IN VITAM S. LEOBINI EPISCOPI CARNOTENSIS.

*Vitam S. Leobini, episcopi Carnotensis, tribuunt Fortunato Launois, Valerius et alii; abjudicant vero auctores Histor. Litt. Franc. et alii passim. Labbeus incerti auctoris esse eandem affirmat. Stylus quidem quo Vita isthæc conscripta est a stylo Fortunati nostri non plane absimilis videtur, at nullum aliud præterea argumentum suppetit quo illam Fortunato ascribamus. Si is eam concinnavit, forte ad preces Pappoli episcopi Carnotensis eandem elucubravit, qui illam Ecclesiam rexit ab anno 567 usque ad annum 594; quomodo et Vitam S. Aman- tii, episcopi Ruthenensis, ad preces pontificis ejusdem Ecclesiæ videtur conscripsisse, uti in notis ad illam animadvertimus. Videtur autem eadem conscripta fuisse ut illa in Ecclesia quotannis, uti in notis ad illam animadvertimus. Videtur autem eadem conscripta fuisse ut illa in Ecclesia quotannis, uti in notis ad illam animadvertimus. Videtur autem eadem conscripta fuisse ut illa in Ecclesia quotannis, uti in notis ad illam animadvertimus. Videtur autem eadem conscripta fuisse ut illa in Ecclesia quotannis, uti in notis ad illam animadvertimus. Videtur autem eadem conscripta fuisse ut illa in Ecclesia quotannis, uti in notis ad illam animadvertimus. Videtur autem eadem conscripta fuisse ut illa in Ecclesia quotannis, uti in notis ad illam animadvertimus.*

## VITA SANCTI LEOBINI

EPISCOPI CARNOTENSIS.

1. Igitur beatissimus <sup>a</sup> Leobinus [saint Lubin] B Dictavorum urbis indigena, dignis ortus parentibus tuit; quibus tantæ humilitatis devotione se subdidit, ut in pueritia primævæ ætatis positus per hoc diceretur meritis approbatus. Hic bonæ indolis in adolescentia florens, discendarum litterarum amor ejus versabatur in pectore, ut sancti Spiritus gratia quasi cœlesti nube circumdatus, dum boves servaret in pascuis, contigit, ut Noidgelinsem monachum sibi obvium deprecaretur sibi litteras discendas scribere. Qui cum non haberet codicis aut tabularum supplementum, prout potuit, apices in cingulo scripsit. Quod utique præsagium divinæ pietatis mysterio actum credimus, ut qui multis erat profuturus ad exemplum castitatis, ipse cælibatus zona circumdatus, candoris instar fragrantis lillii, circa renes haberet cingulum litteris inscriptum veritatis. Postea vero cum pater hujusmodi aviditatem discendi in filio comperisset, litterarum lineas in tabulis fieri decrevit; cui tantum exinde processit studium, ut utrumque pariter ageret, videlicet ut laborationi in- sisteret, et lectioni operam daret, sic inter colendi

<sup>a</sup> S. Leobinus in sede Carnotensi successit Ætherio an. 544 (ut ostendit Cointius ad hunc an., n. 91) et decessit ad an. 555, ex eodem Cointio.

<sup>b</sup> Cointius refert Leobinum monasticam vitam amplexum fuisse ad an. 512, quem legis ad hunc an. n. 7.

<sup>c</sup> Labbeus pro Nileffo legendum esse suspicatur Carilephum; sed adverantur (ait Cointius ad an. 520, num. 18) Acta Carilephi, qui una cum S. Avito recesserat in cœnobium Mixiacense, adhuc regente illud monasterium Maximino abbate; id est multis ante annis quam Leobinus in Segaloniam ad Avitum se conferret.

<sup>d</sup> Hic idem Avitus esse videtur, de quo Gregor. Turon. in libro de Gloria Confess., cap. 99, sic scribit: Avitus abbas Carnotenii pagi, quem Pertenem vocant, sæptus imminere dissolutionem sui corporis. Spiritu sancto revelante, prædixit, etc. Quem quidem Avitum idem Cointius, ad an. 520, putat illum

instantiam sedulum dividebat officium. His quippe duobus præfigurabatur actibus, ut per agriculturæ opus obedientia strenuus futurus indicaretur monachus, et per discendi studium venturus præpararetur episcopus, per fidelium corda, vomere disciplinæ exarata, saturus divini verbi semina.

2. Nec multo post aliquatenus scientiæ prærogativa illustratus in quodam monasterio pie susceptus, coma capitis detonsus efficitur <sup>b</sup> monachus: cui obedientiæ humilitate cellarium creditum, et temperandarum cursus horarum et vigiliarum diligentia committitur. Qua occupatione detentus, per diem se lectioni vacare non posse comperiens, declinantibus ad dormiendum monachis pernoctabat intente, ut disceret normam justitiæ. Qui cum assiduitatem lectionis fratribus novisset onerosam, nolens horum murmur verti in tumultum, fenestræ, quæ oculis fratrum patula erat, velum opposuit, ut lumen eis redderet subobscurum, et ipse lectionis caperet incrementum.

3. Quidam autem diaconus illustris nomine <sup>c</sup> Nileffus, cognovens eum velle adire beatum <sup>d</sup> Avitum, fuisse de quo idem Gregor. Tur. lib. III Hist., cap. 6, enarrat, quod Miciasense monasterium adhuc regeret quo tempore Clodomeres, rex Francorum, adversus Godomarum, regem Burgundiæ, infelici exitu decertavit ad an. 524: dolo quippe oppressus perit. Patetur tamen hæc minime stare posse cum iis quæ hic de Avito narrantur in Vita S. Leobini, cum hoc ipso tempore quo illud inter Francos et Burgundiones bellum gerebatur, a Perticensi solitudine non videatur is abscessisse. At cl. Mabillonius, sæcul. I Bened., pag. 613, post Baronium, duos Avitos, monasterii Miciasensis monachos, censet esse distinguendos, alterum presbyterum et eremitam, qui postea Pertensis sive Perticensis abbas fuit; alterum vero Miciasensis monasterii abbatem: cui sententiæ Mabillonii addunt momentum quæ hic de Avito Perticensis abba et monachorum. Lege eundem Mabillonium ad laudatum locum, ubi sententiæ suam ex Adonis Martyrologio confirmat.

tum, qui tunc temporis morabatur eremita in Pertico [*le Perche*], dulci affatu ipsum alloquitur dicens: Agnosco, frater, de minimis ad majora te velle conscendere, sed quæ tibi incepto scientiæ institutionis proposito proficiant, tribus verbis te instruere curabo, id est, nulli episcoporum te obsequiis obliges, quia inter bonos bonus, multos invenies detractores. Aliud moneo ne quorumcunque hominum basilicam regere, aut petitor ambias, aut expositus acquiescas, ne inter diversos mores aut rigorem monachi perdas, aut si blandimentis non consentias, detrahentes tamen vix sufferas. Tertium præmoneo ne parvæ te sociæ cellulæ, quia dum singuli præponere sibi cupiunt, nulli obedientia ministratur.

4. Post octo itaque annos in illa cella monastice conversatus, beatissimi Aviti præsentiam se obtulit expetendam; qui cum ab eo responsum accepisset ut post eruditionem quam in congregatione monachorum percepturus erat ad ipsum revertereur, inde recedens cum quodam diacono qui in monasterio aliquandiu conversatus fuerat, Ligeris littora cœpit peragrarè, perveniensque ad quamdam cellam, ut in ea habitaret sibi oblatam, memor monitorum supradictorum, se in eo loco alligare noluit; sed volens Lirinum pervenire, invenit quemdam fratrem Lirinensem dicentem se non posse illic temperiei incommoditatem ferre; quo dicto ab itinere quod cœperat revocatur. Deinde Gavlsensem expetens urbem, cum beatissimo<sup>a</sup> Hilario, ejusdem urbis antistite, sacerdotaliter fuisset susceptus et aliquantisper cum eo commoratus, cœpit conqueri frater non aptum sibi locum ad habitandum. Unde cum inter se eosdem fratres altercantes beatus Hilarius animadvertisset, cœpit hortari illum vagum fratrem, ne a comitatu beati Leobini discederet, ne forte obedientiæ gratiam recedendo perderet, quam hactenus illum sequendo adeptus fuisset. Inde vero recedentes, audientesque beati<sup>b</sup> Lupi famam longe lateque crebrescere, ad eum se humiliter contulerunt. Cumque modico tempore cum eo morati fuissent, hortatur prædictus frater utpote instabilis et vagus, inde beatum Leobinum discedere. Nolens itaque vir sanctus hujusmodi persuasionibus acquiescere, fortiterque resistens, et tam vagum fratrem in suo comitatu habere contemnens, continuato quinquennio in eodem commoratus est cœnobio.

5. Interea dum Francorum dura ferocitas contra Burgundiones bella concitaret, et ejusdem cellæ monachi eorum metu hoc illucque diffugerent<sup>c</sup>, prædictus sanctus cum altero sene illic remansit in-

A trepidus. Interpellatus ergo ille alter senex a Barbaris ut res monasterii totius panderet, respondit beatum Leobinum omnes easdem res scire, se autem ab earum cognitione alienum esse. Hac ergo excusatione illo priore sene ab inquisitione liberato, cœperunt prædicti barbari hominem Dei molliter alloqui, ut si quid ex eisdem rebus nosset, præsentialiter panderet. Qui cum per eum suis blandimentis nihil possent ex his quæ quærebant investigare, multimoda poenarum genera excogitantes apponere tentant. Nani frontem ejus chordis fortiter circumdantes, et pedes fustibus astringentes, et sæpe eum in gurgitem submergentes, sicut nec blanditiis, ita nec tormentis ab eo aliquid extorquere potuerunt. Sanctus vero Leobinus inter utrumque constanter perdurans, maluit ferre supplicia iniquorum, quam revelare secreta monachorum.

6. His nempe suppliciis miserabiliter afflictus, licet semivivus, divina tamen suffragante ope erepuit, cum duobus fratribus Eufronio et Rustico, adire iterum sanctum Avitum in vasta Pertici solitudine commorantem; quos ille fraterna charitate recipiens, et illos duos fratres prædictos per congrua sibi officia disponens, ut cognovit beati viri mentem cœlesti bonitate uberius euitescere, eum cellarii præfecit officio. In cujus ministerii dispensatione ita se reddidit providum, ut nec superpetenti daret aliquid superfluum, nec indigenti congruum subtraheret alimentum. Adeo namque beatus Avitus ejus obsequium sibi conspexerat gratum, ut suæ fragilitatis corpus, jejunio maceratum et senio attenuatum, nullo tamen alimento reficeret, nisi quod beatus Leobinus sua industria præparasset.

7. Factum est autem ut cum Dominus beati Aviti solitarium laborem cœlesti mercede remunerans, terrenis exemptum impedimentis, in collegio sanctorum suorum connumeratum haberet, beatus Leobinus cum prædictis duobus fratribus in loco qui vocatur Carbonaria decrevit consistere. Et cum aliquandiu in tribus cellulis a se conditis certatim divinum expleant officium, discedentibus duobus, labore suarum manuum per quinquennium aquæ tantum poculo et sobrio ibidem pastus est cibo. Cum autem æstivo tempore proventus fructuum instaret, et maturæ segetes tritæ horreis recondi deberent, subita aeris oborta tempestas, ita sylvarum frangebat cacumina et messes sternebat, ut in stragem peritus viderentur redigi. Commotus ergo vir Dei tantæ incommoditatis periculo, contra hujusmodi nimbis tempestatem cœlestibus armis, orationibus videlicet, se inarmans, oleum sacræ benedictionis

<sup>a</sup> Hilarius a Labbeo Hilarius nominatur. Is Gabellitanus episcopus fuit, ac subscripsit concilio Arvernensi celebrato anno 535, ut habet Cointius ad hunc annum, n. 28.

<sup>b</sup> Nempe *Insula Barbara* anachoretæ (sic eum vocant, quod illius cœnobii monachi divisis cellulis anachoretarum more agerent), postea vero archiepiscopi Lugdunensis. Est autem Insula Barbara (*l'île-Barbe*), monasterium antiquissimum ordinis Benedictini in agro Lugdunensi, in medio Arari si-

tum, quod anno 1549 sæculari toga donatum est. <sup>c</sup> MABILL. De hoc Lupo plura apud Cointium ad an. 521, num. 2. Lugdunensem Ecclesiam regebat ad an. 534, quo tempore Lugdunum, Insula Barbara, et aliæ Burgundionum regiones in potestatem Francorum devenerunt.

<sup>d</sup> Cointius loco supra citato refert hanc fugam monachorum ex Insula Barbara ad an. 524, quo anno Clodomerus, rex Francorum cum Burgundionibus prope Viennam conflavit.

opponens non solum fulgura et tonitrua, tempestatem concitantia, fecit conquiescere, et in pristinam tranquillitatem aeris quassationem redire, sed insuper quidquid cellæ in stipendiis debebatur, sub integritate conferri. Illius miraculi spectaculum a beato viro patratum ad laudem Dei est memoria retinendum.

8. Dum beatus <sup>a</sup> Ætherius episcopus beatum Leobinum Brajaco [Brow] ut sibi occurreret <sup>b</sup> convocaret, contigit ut vicina illius cellæ quidquid obvium edax ignis invenerat exurendum, nihil parceret relinquendum. Sed cum monachi tanti vaporem incendii nequaquam injectis aquis possent reprimere, sed ut videbatur, potius ignem eis viderentur accendere, vir Dei Leobinus orationibus suis et lacrymis, valentioribus aquis, flammarum globos nomine Christi invocato penitus consopiri fecit.

9. Nec minus et illius miraculi insigne præconium memoriæ est commendandum. Cum per idem tempus præfatus Ætherius episcopus beati viri Leobini prospiciens sanctitatem, ad diaconatus proveheret officium, et fratribus Brajacensis monasterii præponeret, dignum duxit ut præfecturæ officium commodius ageret, si ad presbyterii onus eum ordinabiliter sublimeret. Postmodum cum flamma rabidi ignis sylvas et campos exurens ad monasterium segetes exurendo venisset, et monachi ejus metu a mensa surrexissent, vir sanctus in oratione ante incendium prostratus, apud cæli Deum impetrare meruit ut omnis illius ignis rabies oppressa consopiretur, et pristina temperies aeris reddita blandiretur.

10. Inseratur huic operi illud cæleste miraculum, quod Dominus patrare dignatus est per beatum Leobinum. Quodam tempore duo energumeni, in quibus tanta vis dæmonum prævaluerat, ut sæpe vincula et catenas comminuerent, occurrentes beatissimo viro seipitatis remedium largiri sibi humiliter poposcerunt. Sanctus itaque vir a fratribus cohortatus impendere gratiam medelæ dæmonico furore agitatis, pietate commotus, opposito crucis signaculo, et dæmones ab iis expulit, et pristinae sanitatis incolumitati efficaciter restituit. Nec multo post tempore, dum longe a cella absens esset, et ad monasterium ubi paucae puellæ morabantur compendioso itinere declinaret, benigne exceptus est ab illis. Denique post humanitatis officium, quod ei libentissime exhibuerant, intempestæ noctis silentio una de puellarum collegio incentive impulsæ petulantia æstu nefario, pedibus sancti jacentis sub lecti operimento dentibus doloque intulit morsum; qui sentiens se hujusmodi morsu attractatum, cum percussione pectoris et ingenti gemitu illam pedibus suis repulit, mortiferum veluti venenum, et servata omni corporis integritate, laqueos mulieris sine damno evasit, pedicitia strophio præcinctus.

<sup>a</sup> Ætherius episcopus Carnotensis subscripsit synodo Aurelianensi II an. 533, III an. 538, et IV an. 541.

<sup>b</sup> Coitinus affirmat S. Leobinum a S. Ætherio, episcopo Carnotensi, Brajacum accersitum fuisse, et

11. Ab hac itaque tentatione Deo se protegente ereptus, contigit ut ipse qui aliorum infirmitatibus exstiterat medicus, cancri vulnere percuteretur in naribus; qui dum monachorum precibus rogaretur ut sibi humano quolibet studio mederetur, ipse æterno fidens in medico, qui solo verbo curat omnia, cæram benedictam per annos fere duodecim ejusdem morbi imposuit tabo, ut virtus per divinam gratiam augmentum caperet infirmitate. Unde semper in Dei servitio permanens, et in omnibus Deo gratias reddens, sine aliquo humano suffragante auxilio, postea narium meruit recipere sanitatem.

12. Proferatur in medium et illud stupendum gestæ rei miraculum, quod omnibus professe poterit ad fidei incrementum. Quidam ex monachis, vocabulo Tyrannus, crudelis quidem antitheto nomine, sed præclarus virtute, dum esset quadam nocte sollicitus pervigil, vox ei directa est quod tactum jam sonuisset signum. Hac itaque voce commonitus surgit continuo, et ingressus basilicam splendore diffusi luminis radiantem, in qua conspicuos claritate prospicit duos egregia forma viros, sanctum videlicet Leobinum, et alterum nomine sibi incognitum, ex quorum visu nimio pavore perterritus fugam inivit, seseque in sua cella abscondit. Sed dum ad signi sonum in præfatum basilicam ad Matutinos se intulisset hymnos, expleta orationis consuetudine prælocutus Tyrannus cautus et devotus pergit ad domnum Leobinum, obsecrans ut sibi indicaret quæ esset illa persona quam in basilica una cum eo intuitus esset. Agnoscens itaque vir Dei fratrem fuisse dignum tantæ devotionis miraculo, ait: Frater, cum fuisses oratorium ingressus et duos pariter vidisses viros, me, ut audio, cognovisti; alter vero incognitus, sed micanti splendore candidus, ipse est beatus Avitus me visitando dignatus corripere et commonere qualiter debeam quemdam fratrem pro suis excessibus corrigere. Merito namque cæleste lumen super sanctum virum radiabat, quia licet in terra corpore, mente tamen conversabatur in cælis, juxta illud Apostoli: *Nostra autem conversatio in cælis est* (Philip. III, 20). Unde visitationem meruit habere et consolationem: in cujus si quidem corde et ore per divinorum eloquia mandatorum lux cælestis gratiæ jugiter ac ineffabiliter rutilabat.

13. Non multo post tempore, a beato Ætherio pontifice ei injunctum est ut causa proficiendi in melius, sanctum <sup>c</sup> Cæsarium Arelatensem episcopum inquirere et adire deberet intrepidus. Ad quem cum pervenisset S. Leobinus, pariterque cum eo beatus Albinus, qui comes ejus itineris fuerat, requisitus a beato Cæsario cur tanti itineris laborem assumpsisset, respondit beatus Albinus se tantummodo sui desiderii causa venisse: beatum vero Leobinum, derelictis fratribus, quibus præpositus fuerat, <sup>d</sup> Lirinum monasterio Brajacensi præpositum ad an. 535.

<sup>c</sup> S. Cæsarius ep. Arelatensis decessit ad an. 542, ut ostendit Coitinus ad hunc annum, n. 15 et 16, cum sedisset an. 40.

<sup>d</sup> Locus corruptus.

properaturum, ubi fratribus ejusdem monasterii derelictis Lirino foret subjiciendus, accedens ibi omnibus fratribus desideraret esse subjectus. Tunc sanctus Cæsarius, corripuens eum ut celeriter reverteretur, ait : Vide, frater, ne fratres, te absente, vim regulæ frangant, et quasi oves sine pastore in direptionem veniant; quia si hoc contigerit, tuæ reputabitur culpæ, et omnis eorum iniquitas in tuum redundabit caput. Hac ergo trementi admonitione prosternatus, ad regendos prædictos fratres quantocius ad propriam revertitur cellam. Comperiens autem eosdem fratres nihil in se habere invidum, nihil maledictioni aut obtretationi obnoxium, omnes æqualiter diligens, omnes hilariter intuens, Deo omnipotenti immensas retulit gratias, qui eos ad tantæ unanimiæ concordiam perduxit.

14. Interea beatus Ætherius, Carnotensis urbis episcopus, vitæ suæ cursu consummato, a migravit ad Dominum. Cumque de successore ejus varia esset inquisitio, Rex cæli Dominus, in cujus manu cor regum est, b Childeberti regis cor ita sua inspiratione inflexit, ut de beato Leobino monacho pontificem in successorem eligendo regale daret c decretum. Universi namque qui aderant, beatum Leobinum non solum a rege, sed a Deo esse electum alacri corde lætantes, consono ore et concordî voto conclamare cœperunt, eum cathedra episcopali in successione adfore dignum. In hac ergo electione cùm universos assentiret populus, quod non absque livore invidiæ actum esse credimus, quidam episcoporum cœperunt resistere et contradicere ejus ordinationi, eo quod modica pars naris, quondam incumbente cancri ægri-tudine, mutilata videretur. Sed voce omnium unanimiter conclamantium oppressa invidiæ illatione et penitus frustrata, vir sanctus secundum Dei dispensationem et populi electionem, ordinandus decernitur.

15. Interea quidam illorum scientes beatum Leobinum ad episcopatus non velle condescendere dignitatem, consilio inito, miserunt ad eum ut aliquem de suis monachum, pontificali infula dignum, eis transmitteret ordinandum. At ille eorum dictis libenter obtemperans, deputat unum ex suis discipulis, tantæ ordinationi invehendum, instruens et docens qualiter se in regimine agere deberet, et in sanctitatis apice exhibere. Sed frater nolens solus sine abbatis sui præsentia illi concilia properare, obnixè postu-

<sup>a</sup> Mortem Ætherii refert Coelius ad an. 544, quo anno S. Leobinus eidem successit in sede Carnotensi.

<sup>b</sup> Hic fuit Childebertus I, qui regnare cœpit post obitum patris sui Chlodovei I, an. 514, et obiit an. 558. In sedem Parisiis habuit.

<sup>c</sup> Varium tunc temporis, quo scribebat Fortunatus, in episcopis delingendis ecclesiasticæ disciplinæ morem fuisse; et eos plerumque a clero et populo, inter se consentientibus in pastore suo designando et asciscendo, eligi solitos; aut ex Ecclesiæ indulgentia, a principibus ac regibus ostendi et indicari, qui deinde a metropolitans et comprovincialibus inaugurarentur; aut a Romanis pontificibus declarari, confirmari et in suas invehî sedes, præsertim cum clerus

A lavit ut cum ipso illuc pariter pergeret. Surgens igitur senex profectus est simul, et pervenit Carnotia, quemadmodum fuerat deprecatus. Qui dum in quadam mansione hospitaretur, et vidisset nocte in somnis pavimentum nucibus stratum, divina, ut credimus, jussione ei injunctum est quatenus emundatis testis nucleum sibi nitidum reservaret. Transacto igitur noctis tempore, cum in crastinum vellet offerre monachum, ut ab eo postulatum fuerat, episcopum ordinandum, et populi consensus non esse decerneret recipiendum, regia dictum illico in medium est prolatum, et inde recitatum quod ad regis imperium et totius populi votum Leobinum oporteret episcopum ordinandum. Ipse vero reuens et indignum se judicans tanti regiminis suscipere B curam, ad pedes episcoporum porrectus extenditur, excusationem apponens, illud quod imponebant nec implere posse, nec perficere opus. Sed reluctantibus omnibus, stave ejus excusationi non acquiescentibus, somnium quod viderat congrua interpretatione conjicitur, scilicet quod per nucleum a suis testis emundatum populus esset ab eo regendus; qui deposita austeritatis rigiditate, quandoque esset suo regimine corrigendus, nectareoque sui dogmatis pabulo auriendus. Exinde sine mora, plaudentibus populis ac Domino in excelsis maximas referentibus odas, Leobinus quem votis omnibus postulabant, Carnotens urbis Ecclesiæ præficitur episcopus, et contra callida antiqui hostis machinamenta constituitur pastor egregius. Qui postea rigorem sui propositi indeficiente servans, sine pompæ ostentatione monachum se, ut ante fuerat, in suo proposito perseverabilem demonstrabat.

16. Susepta igitur pontificali reverentia, qualiter quantumve se gesserit in lege mandatorum Dei, verborum affluentia non facile est disserendum. Erat enim vir apostolicus, splendidissima veluti ardens in domo Domini lucerna, sermone nitidus, dogmate facuudissimus, prædicatione egregius, mente serenus, mira patientia benignus, parcimonie studiis somper intentus, misericordie operibus devotissimus, angelica quoque castitatis candore super nivem dealbatus, omniumque virtutum copia ditatus, et exrepia decoratus vita. Et ut probaretur esse Dei amicus, D fidelis quoque servus et prudens sequentia reserabant miracula.

17. Quondam itaque tempore, cum idem beatus et populus, distracti in partes, in eligendo sibi pastore dissiderent, nemo est qui in Ecclesiæ monumentis perlegendis aliquid versatus, ignorare possit. Qua in re Ecclesiæ ipsius disciplina, pro variis temporum vicissitudinibus, et locorum eventorumque ratione, sæpe oratum flexu immutata est: quosque ad nostram perventum ætatem, qua pro initiis constitutis, aut privilegiis concessis, aut ex veteri more retento, a Rom. pontif., a capitulis, aut civilibus, aut ab ipsis denique regibus indicantur, qui a Deo a legitima potestate in episcopos consecrati, populum Dei in sanctitate, æquitate, prudentia, sobrietate debeant, ad illius ædificii sive corporis consocium et unitatem, in quo Spiritus sanctus possit operari, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivisti sanguine suo.

vir Leobinus ex more pontificum parochias circum-  
eundo visitaret, et Avallotium a pervenisset, qui-  
dam cæcus ab annis octo cæcitate obtenebratus, ut  
cognovit virum sanctum per illum locum habere  
transitum, humiliter petit ut per crucis signaculum  
se redderet illuminatum. Quod vir sanctus aliquan-  
diu recusans, timens ne virtutem operando aliquid  
arrogantiæ videretur assumere ex episcopali ministe-  
rio, dum caute vult transire, tandem a suis compul-  
sus est ut opem medelæ ærumnis cæci clementer  
impenderet. Qui statim precibus devote peractis, cum  
signaculo crucis excutiens cæcitatæ caliginem, pris-  
tino extinctum reparavit lumine vultum, quo cæcus  
fuerat ante alienatus.

48. Adjiciatur etiã huic honesto operi illud no-  
bile miraculum quo vir sanctus medens sanavit  
hydropicum. Dum gloriosissimus rex Childebertus  
beatum Leobinum episcopum b Rotojalum speraret ad  
se venturum, et in ipso itinere accederet Avallo-  
vico [Al., a Vallovido], oblati sunt quidam hydropicus, ni-  
mis tensus visceribus, sanitati restituendus: quem  
cum pontifex pro obtrectantibus recusaret hospitati  
resituere, suorum precibus pulsatus, signo crucis ap-  
posito, onus tumor hydropici fugatus resedit, vis-  
cerum dolor penitus recessit, et cutis tumore depo-  
sito in planitiem redacta est, ægroto a mortis periculo  
liberato.

49. Inseratur in pagina qualiter per sanctum virum  
evanuerunt incendia. Quodam tempore dum beatus  
Leobinus cum c Medeveo sacerdote a sæpedito  
rege Parisios fuisset invitatus, dies Paschæ d, vico  
pontificis illius loci defuncti, episcopaliter transe-  
ret, a parte basilicæ B. Laurentii noctu edax ignis  
exsilens domos pendulas quæ per pontem constructæ  
erant exurere cœpit, et non solum ex vicino fluvio in-  
cessanter aqua superfusa non acquievit, sed etiã ci-  
vitati proximis civibus, ut universa consumeret,  
magnum timorem incussit. Ut autem rex ob clamo-  
rem populi e expergefactus, sopore quietis abrupto,  
causam tumultus agnovit, festim ad beatum Leo-  
binum dirigit missum, ut celerrime veniens succurre-  
ret civitati. Sed dum multis hortantibus ut ante eum  
iret locum quo magnum flagrabat incendium, ait: Viri  
fratres, illic occurrendum est nobis unde contra  
flammæ globum divinum potius quam humanum im-  
ploretur auxilium. Qui cum pergeret ad ecclesiam, et  
in terram prostratus divinum efflagitaret suffragium,

a Avallotium, vicus Carnotensis diocesis, cujus  
mentionem facit Greg. Tur. lib. iv Hist. Franc.,  
cap. 50. Hic vicus (subdit cl. Ruinart in notis ad præ-  
tationem Gregorii locum) est ad flumen Ludericum, qui  
postea Allotium seu Alogium, vulgo Alluye dictus est.

b Rotojalum, Ruel, tribus leucis infra Parisios, Villa  
Rotojalensis a Greg. Turon. in lib. x cap. 28 appel-  
latur. Est et Rotojalum, Ruel, vicus diocesis Rotho-  
magensis, Fredegundis reginæ relegatione insignis,  
apud Gregorium Turonensem in lib. vii cap. 19, non  
procul a conflente Auduræ (l'Eure) in Sequanam.  
Sed de primo hic locus interpretandus. MABILL.

c Hic non alius videtur quam Medoveus, episcopus  
Meldeusis, qui una cum Leobino concilio Aurelianensi v

A fretus oratione, una cum sacerdote, ad ignem propo-  
navit impiger. Mox ignis ejus oratione compressus in  
semetipso deficit, vires quas incendendo ædificia as-  
sumperat obliviscitur, et ita flamma ejus interventu  
consumitur, ut in semetipsa mortua penitus consopi-  
retur.

20. Nec illud silentio prætereundum est miracu-  
lum quod nobiliter virtutibus floret egregium. Quæ-  
dam Deo devota ex monasterio puellarum, cum tunicam  
domni Leobini causa consuendi accepisset, et  
de novo filo resarciens refecisset, vetus filum ex ea  
accipiens ad suam zonam ex fide ligavit. Soror vero  
ejus sæcularis, quæ pavore concussa ad eum confuge-  
rat, diluculo consurgens cinxit zonam sororis, cui  
inerat filum pontificis alligatum. Tum dæmon, a quo  
antea arrepta fuerat, sentiens circa puellam aliquid  
magnum quod diu ferre non posset, acrius eam vexare  
incipiens clamavit per os puellæ tunicam domni Leo-  
bini velut ignem sufferre non posse. Cum hac itaque  
vociferatione dæmon egrediens, puella tristes fetores  
ejus pariter cum sanguine evomuit. Hoc quippe mi-  
raculum non illo videtur inferius quod in muliere  
hæmorrhoida a Domino constat patratum, quia sicut  
illa ex tactu flumini sanata est a profluvio sangui-  
nis, ita et ista ex tactu filii erepta est a vexatione  
dæmonis. Illa autem liberata, tam a laqueis ini-  
mici quam a curis sæculi, devovit se omnibus diebus  
servitutam Domino, conjuncta sorori in eodem cœ-  
nobio.

21. Inter reliqua virtutum miracula illud inferre  
mirificum est, quod in fugandis infirmitatibus constat  
celeberrimum. Nam si quis typo quotidianæ, tertianæ  
vel quartanæ febris correptus, de sancti viri palliolo  
fuisse præinctus, pristina incolumitate recepta, ad  
hospitium revertebatur sanus. Et ita f divina gratia  
salus concessa manebat [Forte manabat] de tegmine  
pontificis, quanta quondam profluxerat de tegmine  
Redemptoris.

22. Adjiciatur in pagina quod vir sanctus obtinuit  
in vita. Dum cujusdam Carnotensis civis demus in  
suburbio civitatis posita dæmonica infestatione sæ-  
pius lapidum imbri quateretur, ita ut vicini propter  
densitatem crepitantium petrarum parata relinquen-  
tes convivia, domos suas effugerent, exhortati sunt a  
D Dei famulo ut aquam a se benedictam cum crucis si-  
gnaculo illic porrigerent conspergendam, ubi dæmo-  
nicæ illusionis maximum instabat ridiculum. Quo

interfuit an. 549.

d Hic episcopus Parisiensis, qui vita functus fuerat  
cum Leobinus Parisios venit, Amelius fuisse dicitur  
a Cointo, an. 547, num. 7. Is interfecerat conc. Au-  
relian. iv, an. 544.

e Hinc Hadrianus Valesius in Discept. de basilicis,  
cap. 3, hanc S. Laurentii basilicam non in suburba-  
nis Parisiensibus ad septentrionem positam, ubi modo  
cernitur, sed in suburbani meridiei spectantibus, ubi  
erat regium Thermorum palatium, sitam fuisse cen-  
set. MABILL.

f Apud Labbenm sic legitur: Et ita divina gratia  
salus concessa manebat [Forte manabat] de tegmine  
Redemptoris.

facto hostis effugit territus, et dominus ædis cum A nullo modo pandere; sed quis sine dolore nemo eadem domo securus mansit et intrepidus. amittit quod cum amore possidet, diu celare non potuit quia interior dolor cordis patefecit exteriorem tristitiam corporis. Ut autem sanctus Dei mœstam illius domus conspexit familiam, tristitia correptus et ipse ab apparatu prandii aliquatenus se suspendens, basilicæ templum ingressus ac pavimento corpore prostratus cum lacrymis Dominum deprecatus est, ut tristitiæ causam qua mœrens domus auxiliabatur sibi ostendere dignaretur. Oratione expleta, ut senex surrexit de pulvere, puella exanimis surrexit de morte. Tunc jam dictus Baudolenus admirans tantæ virtutis excellentiam, cum omni domus suæ familia pedibus sancti prostratus, omnia quæ facta fuerant humiliter indicavit. Unde et immensas ei gratias a lectu iu-

23. Illud etiam opitulare miraculum nobis est ad memoriam reducendum quo vir sanctus Leobinus illustis episcopus refusit in populo. Quidam beatus vir nomine <sup>a</sup> Caletricus, nobilis genere, sed nobilior meritis, post excessum beati Leobini Carnotis constitutus episcopus, dum in presbyterii gradu se tam in conspectu Dei quam in oculis hominum sancta conversatione redderet gratum, tanta infirmitatis angustia est correptus, ut vix ultimo palpitaret anhelitu. Cujus venerabilis germana nomine <sup>b</sup> Mallegundis, directis velociter missis ad sanctum episcopum, ut ad levandum fratris sui infirmitatem benedictum dirigeret oleum. Ipse vero cum oleo præsentialiter veniens silentium ab omnibus postulavit dicens: Domine qui omnia nosti, si hunc famulum tuum Ecclesiæ tuæ vel populo judicas necessarium, tua opitulante virtute, restitue sanum. Tunc ille æger statim ut sacræ unctionis oleo est perunctus, tantæ sanitatis gratia est restitutus, ut nullius infirmitatis molestia unquam ejus membra fuissent attackta. Ad comprobendam autem sancti viri virtutem reliqua olei pars in tantam constat pulchritudinis claritatem conversa, ut cunctis qui aderant non olei nitor, sed crystalli videretur clarescere splendor. Nimirum illud præfligans, ut qui futurus erat episcopus per ministerium episcopale oleum consecrationis sanctificaret et divinis virtutibus per cœlestem gratiam splenderet.

24. Operæ pretium est et illud insigne miraculum huic ordini inserere quod vir sanctus quamvis nesciens peregit in corpore. Quodam tempore dum memoratus episcopus parochiam Dunensis pagi <sup>c</sup> cum suis pergeret visitandam, filia unica cujusdam ex parochianis, nomine Baudoleni, genere et opibus illustris viri, ita vi febrium et longa ægitudine tenebatur astricta, ut jam sepultura præpararetur cum exsequiarum pompa. Hic audiens sanctum Leobinum ex proximo venientem, concito gradu ejus præsentatur conspectui, petens ab eo suam benedici domum, et tam sibi quam suis omnibus eulogias dari. Sanctus itaque Leobinus mature consurgens, ad memoratum Baudolenum ut sponderat perveniens, dum ingrederetur domum, ejus puella ea qua gravabatur infirmitate in lecto efficitur mortua. Nulli enim fidei constat dubium ut per resurrectionem puellæ a mortuis nomen sancti antistitis clarificatur in populis. Præfatus namque vir Baudolenus volens se in conspectu pontificis hilariter continere, sub attestatione omni domui suæ præcepit mortem defunctæ cuiquam

B tristitiam retulit.

25. Dicatur et illud mirificum quod sanctus Dei jam infirmitate detentus patravit miraculum. Hæc itaque cum urgeretur infirmitate, duo pueruli, hostis vexatione agitati, ejus vestigiis se prosternentes, cibum, qui sibi post esum remanserat, cum benedictione percipere meruerunt. Quo curante medicamine, uterque rediit incolumis ad propria. Cumque beatus Leobinus per septem annos continuata infirmitate agigaretur, divinis actibus in cœlum intentus, et miraculorum honoratus insignibus, quasi sopore dormiens, præmiis remunerandus opimis, ut fidelis servus talentum sibi creditum duplicatum reportans, in gaudium Domini sui intraturus, angelis plaudentibus, feliciter migravit ad cœlos <sup>d</sup>.

26. Qui tamen antequam sepulturæ traderetur, quantæ virtutis fuerit vivus prodidit mortuus. Denique cum in basilicam S. Martini in feretro positus portaretur humandus, quidam de circumstantibus dum virga gestatoria frequentiam irrupentis populi prohiberet, contigit ut crucem cum lampadibus oleo plenis pendentem ad terram prosterneret. Mox ipsa crux, mirabile dictu! funiculo, unde ceciderat, cum omni integritate lampadarum, et sine olei detrimento, nemine sublevante, sese innexuit et permanere in oculis omnium, ut ante consueverat, cepit: et ubi credebantur lampades minutatim contractæ, sua integritate solidæ, nec ullam olei guttam permiserunt distillare. Sic beatissimi viri corpus ad laudem <sup>D</sup> suæ gloriæ emicuit virtute crucis in fovere.

27. O gloriosissimum virum, cujus merita adeo valuerunt apud Crucifixum, ut crux quæ ceciderat in terram sine ullius adminiculo ad locum unde ruerat reverteretur illæsa! O venerabilem Christi pontificem, custodia angelorum jugiter monitem! cujus

firmavit. Hæc Mabillon. S. Leobinum decembris primæ Idus Martii ostendit Mab. ipse sæc. x. Baudol., pag. 1104.

Porro S. Leobini corpus in suburbana S. Martini basilica in Valle nuncupata religiose asservatum est usque ad an. 1568, quo Calvinistæ sacras ejus reliquias in favillas redegerunt, excepto capite, quod in ecclesia Majori custoditur. In mss. Cod. ambros. Carnotensis diocesis Carnotensem hincense, æc. duodecim circiter annis sedisse legitur. MABILL.

<sup>a</sup> Vide quæ diximus in c. 7 lib. iv Operum Fort.

<sup>b</sup> Eruditi nonnulli censent hanc fuisse Monegundem, cujus Vita exstat apud Greg. Tur. in lib. de Vitis Patr., cap. 49.

<sup>c</sup> Dunum Castrum vulgo *Châteaudun*, ad Lidericum fluvium positum, Carnotensis diocesis fuisse memorat Greg. Turon., lib. vii Hist. Franc., c. 47.

<sup>d</sup> Nempe circa annum Christi 536. Nam interfuit concilii Aurelianensi v, anno 549, Parisiensi ii anno 551. Caletricus vero ejus successor concilium Parisiense iii, anno 557 celebratum, sua subscriptione



virtute nec olei liquor damnum, nec ulla illarum A contractionis sustineret detrimentum. Vere etenim illius gaudens anima gloriatur felicitate æterna, habens lampadem sanctam cum inextinguibili lucerna, quia sine laudis humanæ pompa ejus manus nunquam cessavit ab opere misericordiæ, quod indicatur hujusmodi liquore. Illius potentia hæc edita sunt miracula, qui per crucis tropæum a morte perpetua genus redemit humanum, et a peccatis mundatum dedit conscendere cælum. Et quoniam gloriosissimi antistitis Leobini præclara miraculorum præconia ob

venerandam annua devotione memoriam narravimus recolenda, de innumerabilibus videlicet paucis, submissis precibus tanti patroni improbemus sanctitatem ut qui eum fecit coruscare miraculis, nos faciat exuberare operibus bonis, concedatque nobis præsentis vitæ cursum sine offensa transcurrere, continuamque pacis tranquillitatem obtinere, et in futuro sæculo ad ejus consortium feliciter pervenire, qui in Trinitate vivit et gloriatur Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

## PRÆMONITIO

### IN VITAM S. MAURILII EPISCOPI ANDEGAVENSIS.

*S. Maurilii, episcopi Andegavensis, Vitam Fortunato nonnulli attribuunt, inter quos Trithemius et Surius, ad diem 26 Septembris, et Vossius. Hi fere ad id sentiendum adduci videntur auctoritate et testimonio cujusdam Prologi, de quo alibi mentionem fecimus, qui sui auctorem præfert Gregor. Turonensem, et ab ipso scriptus est ad S. Germanum, Parisiensem antistitem: in quo Gregorius, rogatus Germani, emendasse se affirmat Vitam et miracula quæ Dominus per B. Maurilium atque Albinum, Andegavorum antistites, operari dignatus est, quas Fortunatus presbyter luculento sermone decripserat, scriptorum vitiiis jam pene depravatis, etc. Qui prologus integer legitur affixus Operibus Greg. Tur. a cl. Ruinart editis.*

*Sed plerique critici et eruditi viri hunc Prologum suppositum ac falso scriptum Gregorio Turonensi arbitrantur; ex quo non dubitant Vitam illam S. Maurilii a Fortunato abjudicare, cum multa, eaque gravia, rationum momenta suadeant nec a Venantio Fortunato Vitam istam conscriptam fuisse, nec a Gregorio Turonensi emendatam. Hæc omnia rationum momenta Joann. Launocius, sac. theologiæ doctor Parisiensis, profert et urget in dissertatione, in qua de auctore Vitæ S. Maurilii inquiri: e quibus præcipua non erit al enum hic referre.*

*Illud primum igitur est, Prologi hujus, quem Gregorius ad S. Germanum mittit, inscriptionem: Sanctissimo sacre Parisiorum matris Ecclesiæ præsulum domino Germano, Gregorius Turonicæ metropolis humilis episcopus salutem, alienam esse a temporum illorum more et consuetudine, quibus nondum mos invaluerat ut quilibet Ecclesia, sancta mater Ecclesia nominaretur; alienum item fuisse a consuetudine Gregorii ut se Turonicæ metropolis episcopum diceret; 2º credibile non esse Vitam scriptam a Fortunato adhuc superstite, imo qui pluribus post Germanum annis vixit, execrabilium vitio ita depravari potuisse, ut emendatorem requireret; 3º et si hoc factum contigisset, cur Germanus ad Gregorium potius Turonensem quam ad ipsum Fortunatum, sui amicissimum, eandem emendandam misisset, a quo integra et incorrupta exemplaria obtinere potuisset? 4º Gregorius in præfato Prologo ita se Vitam S. Maurilii correxisse refert, ut ea prætermiserit sive dempserit quæ incredibilia videri poterant. Ipse deinde attestat plane admirabilem, ac supra hominum fidem stupendam, S. Renati resurrectionem, factam post annos septem ex quo hic obierat: quæ a Fortunato, ut idem fatetur, omissa fuerat. 5º Quod contra suam consuetudinem Fortunatum appellat beatum iis verbis: licet illud beatus Fortunatus propter minus redentes omiserit, etc.; 6º in ea Vita plura plane adversantur stylo et consuetudini Gregor. Turon., quod indicio est ipsum sua manu illam non correxisse; postremo illa in Vita laudatur supr. pontifex Gregorius Magnus qui ait: Fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentum; at Gregorius Magnus non nisi an. 590 Romanam sedem conscendisse legitur, cum S. Germanus, ad quem Vita illa emendata mittitur, decesserit an. 579.*

*Hæc addunt Bollandistæ (id quod et Launocius ante ipsos adverterat citato supra loco), quod cum Magnobodus, sive Magbodus, episcopus Andegavensis, alteram S. Maurilii Vitam se scripsisse fatetur an. 620, post obitum Gregorii Turon. an. 25 tantum, haud facile Vitam a Fortunato elucubratam et a Gregorio correctam ignorare potuit, nec eadem non usus fuisset, si modo cognosset existisse; cum ipse tamen ad novam S. Maurilii Vitam elucubrandam monumentis solum iis adjutum se fuisse commemoret quæ a Justo presbytero relicta fuerant: cuius propterea tantummodo mentionem facit.*

*Cl. vero Ruinart in Præf. ad Op. S. Gregorii Turon., num. 80, eandem rem evincit ex duobus mss. Codicibus, uno scilicet Vindocinensis monasterii, ab annis 600 circiter exarato, altero vero bibliothecæ S. Germani a Pratis annorum 560, in quibus Vita S. Maurilii scripta fuisse legitur jussu Rainonis, qui in Catalogo episcoporum Andegavensium, scripto sub Eusebio episcopo, trigesimus quintus illius ecclesiæ episcopus numeratur. En verba Codicum mss.: Raino, quondam S. Martini quotidianus discipulus, et semper canonicus, ac post modicum S. Andegavensis Ecclesiæ, ex initio Christianitatis xxxiii [AL., xxxv] humilis episcopus, ob honorem Omnipotentis Dei, nec non et ejusdem S. Maurilii, atque remissionem peccaminum animæ suæ, anno incarnationis dominicæ ad hoc in beccv, et ordinationis episcopatus sui in xxv, hanc Vitam beati Mauri ii scribere ac requirere jussit. Archanaldus, S. Martini discipulus et diaconus, jussu præfati domini Rainonis scripsit et requisivit.*

*Hæc de causis eruditi pene omnes in eam conveniunt sententiam, Vitam S. Maurilii (saltem quæ vulgo circumfertur) non esse setum Fortunati, nec a S. Gregorio Turon. emendatam aut relectam fuisse, sed jussu Rainonis episcopi Andegavensis fuisse conscriptam. Ita cl. Ruin. loco supra citato, Launocius, Tillemontius, auctores Hist. Litt. Franc., Bollandistæ, et alii.*

*Nos eam hic subjicimus, quamvis inter apocrypha Fortunati opera amandandam judicemus, ut exstat apud Surium ad diem 18 Septemb., ac illam, quibus visum est, notis illustravimus, addentes vel ea quæ Bollandistæ eruditissime adnotarunt. Porro in hac Vita quam Surius edidit de Magno Gregorio mentio non fit, nec ullam ejus testimonium refertur, secus atque notavit Launocius.*

# VITA SANCTI MAURILII,

## EPISCOPI ANDEGAVENSIS.

1. Maurilius Mediolanensis oppidi indigena extitit, parentibus splendidissimis, et ab ipsis pene cunabulis a beato Martino, qui illis temporibus Mediolani sibi <sup>a</sup> monasterium collocaverat, sacris litteris institutus est. Sed beato Martino Arianorum perfidia de civitate illa expulso <sup>d</sup>, sanctus Maurilius ibidem demoratus est, quousque a beato Ambrosio, ipsius civitatis episcopo, officium lectoris accepit. Interea patre ejus, qui <sup>e</sup> totam Hesperiam pene regebat, defuncto, secundum præceptum evangelicum (*Matth. xix*), relicta matre, omniumque rerum suarum cupiditate habendi, sub <sup>f</sup> Juliano tunc Cæsare, Martinum, qui tunc Turonicam regebat metropolim, expetiit, et tandiu cum eodem moratus est, divinis occupatus officis, usque dum cæteros ecclesiasticos gradus gratiamque sacerdotii invitus, Martino cogente, susceperet. Adepto itaque sacerdotii honore, arctiorem quam inter monachos ducere diligens vitam, ut <sup>g</sup> solus solum liberius Dominum sequi valeret, Martini admodum doctrinis eruditus, et æque benedictionibus roboratus sese invicem osculantes et multum flentes, ab eodem ipso nolente discessit, et Andegavorum aggressus est urbem. Audiens autem haud longe ab ipsa super Ligerim fluvium in villa quadam <sup>h</sup> sanum fore antiquissimum, diversis idolorum culturis dedicatum,

A ibidem advenit. Videns autem quod humana virtute non posset evelli, ad Dominum mente conversus, orabat ut ipse sanum, ubi diversis erroribus mentes fraudabantur humanæ, quod ipse non poterat, destrueret. Mox ergo divinitus ignis, e cælo demissus, quidquid simulacrorum et immunditiæ ibidem reperit, sub momenti hora consumpsit. Eliminata igitur omni spurcitiâ, honorabilem Christi fundavit Ecclesiam, ipsamque postmodum fore vicum instituit <sup>i</sup>. Ibi bisseis degens annis, multis se jeuniis et orationibus sedule Domino mancipabat : ubi etiam virtutibus multis claruit.

2. Nam in prædio quod <sup>j</sup> Pontiacense vocatur erat vir quidam, Saturnus nomine, quem ex utero matris suæ ambas manus aridas habentem, in hanc vitam <sup>B</sup> natura produxerat. Qui dum elemosynis ad plenam pervenisset ætatem, quadam nocte per visum admonitus, audivit vocem dicentem sibi : Vade ad virum Maurilium, et deprecare ipsum ut signum sanctæ crucis super manus tuas faciat : et statim sanaberis. Expergefactus, cucurrit ad virum Dei, provolutusque pedibus ejus, totus infusus lacrymis, suppliciter deprecabatur ut sibi manum imponeret, exponens illi visionem. Tunc beatus Maurilius tota die et tota nocte jejunans, et in precibus solo prostratus perseverans,

<sup>a</sup> Al., *Maurilionis*. Scripsit sic effert titulum hujusce Vitæ : *Vita S. Maurilii episcopi Andegavensis : ejus auctorem duo mss. Codices non habebant, sed cum constat ex Trithemio, Fortunatum ejus beati viri vitam scripsisse, et stylus consentiat, Fortunatum esse auctorem non facite quisquam negaverit.*

<sup>b</sup> Andegavum civitas Galliarum est, Andensis provincie metropolis, finitima Turonicis et ducatu Bituricensi. Vicina Oceano est, atque a Ligeri, notissimo flumine Gallie, alluitur.

<sup>c</sup> De hoc monasterio S. Martini, quod Mediolani extruxit, mentionem facit Sev. Sulpicius in libro de Vita ejusdem, c. 4.

<sup>d</sup> S. Hilarius, Arianorum opera, in exilium pulsus est post synodum Beterren. an. 356; quo acto in exilium S. Martinus venit Mediolanum, nec tamen diu mansit ea in urbe, ab Auxentio, Ariano episcopo exagitatus, ac deturbatus de suo domicilio. Hilarius deinde secutus est, reducem ex suo exilio, cum ipse quatuor solum annos in Phrygia exsul mansisset, ut testatur Sev. Sulp. Hist. l. ii. Si ergo S. Maurilius puer, ac pene infans, a B. Martino Tur. litteras edoctus est, ut hoc loco narratur, non is ad an. 327 natus est, ut volunt Bollandistæ, sed ad an. 345, vel supra. Quod vero is lector jam ordinatus a B. Ambrosio, *Martinum sub Juliano expetiisse* dicitur, et ab eo sacris ordinibus initiatus fuisse, hæc inter se nullo modo conciliari possunt, nisi *Juliani* nomen pro *Valentiniano* irrepsisse dicamus. Julianus quippe Augustus ante obiit quam Ambrosius Mediolanensis episcopus creare:ur. Ejus quippe mors refertur ad an. 363, cum Ambrosius non ante an. 374 sedem Mediolanensis ecclesie sit adeptus. Magnobodus quidem in Vita S. Maurilii, sub Juliano in Gallias profectum

scribit, jam lectorem ordinatum; sed reticet quod a B. Ambrosio illum in gradum fuerit ascitus.

<sup>e</sup> Auctor Apologie adversus Launoyum, pro S. Renato editæ, nomine Hesperie non totam Italiam, sed Galliam Cisalpinam putat indicari: refertur Bolland.

<sup>f</sup> Est merdum librarii. Legendum fortassis *Valentiniano*.

<sup>g</sup> Magnobodus narrat S. Maurilium, amore solitudinis, a Martino Turonensi accessisse.

<sup>h</sup> Idem hoc sanum in territorio Andegavensi refert fuisse, in loco qui nominatur *Calonna*, super litus Ligeris. Porro vicus ille (uti notant Bollandistæ) est in Andensi comitatu, quatuor circiter milliariis ab Andegavo distans.

<sup>i</sup> Launoyus ponit S. Maurilium annos 40 eo in vico habitasse, antequam episcopus crearetur: sed ei non assentimur, ut alibi ostendere conabimur. Si illud concedatur quod opinatur Launoyus, tota fere corrui de B. Maurilio historia series ac veritas. Magnobodus nullam facit mentionem de tempore quo S. Maurilius eo se in loco tenuit: solummodo tandiu asserens ibi mansisse, quoad onus episcopatus accepit.

<sup>j</sup> In Vita a Magnobodo scripta legitur *Pociacense*, Bollandistæ suspicantur *Podium Andegavense* hic indicari: « Gallie in Andegavensi provincia oppidulum, tribus a Salmurio in meridiem milliariis, et octo Andegavo distans. » Gregorius Turonensis in lib. de Vita Patrum, cap. 18, Pontiacum memorat in finibus Bituricis, ubi monasterium a S. Urso abbate constructum fuisse narrat. Difficile sane est certe designare quo in loco esset hoc situm quod hic Pontiacense appellatur.

pro agroto fideliter precebat. Mane autem sequenti A crucis signum super manus infirmi deposuit, et ex templo sanas reddidit.

3. Non multo post tempore, mulier quædam Nannontensis incolæ, male a dæmonio vexabatur, quam toto corpore debilem, sed et cæcam, lumine privato, reddidit. Quæ geminis vincita catenis a fidelibus ad virum Dei deducta est. Altera vero die, ubi in eam sanctus sua lamina direxit, mox illam dæmonium deseruit. Tunc crucis signo lumen reddidit, et quæ catenis vincita ad beati viri deducta fuerat ecclesiam, libera et incolumis repeditavit ad propria.

4. Sub ipso fere tempore, dum quidam pastores in eadem regione dominorum suorum pecora pascerent et vigilarent, eorum unus dum noctu pecora custodiret, mordetur a vipera. Cujus virus se repente per omnes pueri venas infudit, et totum hominem in tumorem convertit. De quo cum nihil aliud præstoleretur nisi interitus, quia jam semivivus jacebat extensus, tunc cæteri pastores fide commoati præsentiam deferunt confessoris. Tunc sanctus, oculos ad cælum erigens, universa pueri membra signavit, et in ipso vulnere, per quod vipera virus infuserat, de propria saliva <sup>a</sup> signum crucis impressit. Statimque ex omnibus corporis partibus revocatum virus cucurrit ad ipsum per quem se immiserat locum, et integræ sanitati redditus est puer.

5. Quædam Andegavensis territorii matrona, vinculo conjugali nexa, ex tempore auz copulationis sterilis permanebat. Quæ dum pro adipiscenda prole Dominum deprecaretur assidue, et nequaquam votum suum obtinere valeret, ac procederet matura in auz desperationis adepturæ [Pro adipiscendæ] jam proli, ad beatum virum se tota convertit, ut quod ipsa non merebatur, ille apud Dominum suis meritis obtineret. Et, si suis precibus filium seni femine impetrare potuisset, ipsam se Domino oblaturam, ei perpetuo serviturum, tota fide ac voto pollicebatur. Intuens autem vir beatus mulieris fidem ac lacrymas, Dominum pro ea deprecaturus accessit. Exaudivitque Dominus virum sanctum, et deprecanti femine conceptum dedit et partum. <sup>b</sup> Quem illa, sicut promiserat, Domino consecravit habendum.

6. Non longe a vico Calonnæ, quem vir beatus incolabat, erat quidam collis Præsciæ nomine, diversis idolorum titulis decoratus. Maurilius vero dolens itam longius manere superstitionem, ubi diversarum credebat inesse perditionem [Forte add. animarum], quædam die, adhibitis secum paucis fidelibus viris, perrexit ad locum. Cumque pervenisset ad idolum ut illud everteret, dæmonia, quæ ibi latebant, clamare cœperunt, dicentia: Quid nos et hic, Maurili, persequeris? In his regionibus nullus est locus quo te

evadere valeamus. Illico autem in adversum signo sanctæ crucis opposito, dæmonia repente elevato magno rugitu, non sine immenso fetore fugerunt. Ille autem omnium idolorum simulacra coadunari præcepit, et ignibus ea concremans, in favillam redegit. Deinde mundans diligentius locum, ibidem honorabile monasterium statuit, quod ad gloriam Christi, et laudem nunc usque permanet confessoris.

7. Monachus quidam, Clemens nomine; per tres jugiter annos quaternis febribus urebatur. Atterebat enim nimium æstus cum frigore, et erat ei horror cibi, quoniam defecerat virtus stomachi. Cumque tali dolore deliceret, jamque de vita desperaret, amicorum monitu ad beatum virum se transferri præcepit. Qui ut ejus præsentiam videre promeruit, <sup>c</sup> eu-logias salutis dari ab eodem fideliter postulavit. Quæ dum sanctus sanctificatas ex more porrigeret, languor ut fumus evanuit; moxque omni viiute roboratus sanus ad propria remeavit.

8. Proximis sane exinde diebus, dum negotiatores inter diversas mercium copias, <sup>d</sup> scucos utriusque sexus juvenes venales haberent, et cum eisdem ad Hispaniam tenderent, per Calonnæ prædium iter agebant. Prætereuntibus autem secus ædem beati viri, unus eorum qui vendandi ducebantur, magno prosiliens impetu, ecclesiam ingressus est, et provolutus cum lacrymis pedibus confessoris, orabat ut suis precibus aut pretiis sese pro Dei amore redimeret, secumque retineret, qui fertim de propria captivitate patria, vendendus duicaretur in alienam. Cujus verbis et fleibus suum patrioticum recognoscens, commotus pia mente sacerdos, sine mora pro captivo ipsius domino supplicaturus egreditur. Sed cum dominus ipsius summa obstinatione id fieri posse negaret, luvit suis ut ipsum de ecclesia velociter extraherent. Cædentibus autem ministris vimque facientibus, ac domini sui præceptum exsequentibus, immensis captivus clamare cœpit vocibus: Miserere et succurre, serve Dei, quem devotus liberandus expectii. Sacerdos vero flexis solo paululum genibus, elevatisque in cælum manibus, inquit: Domine Deus omnipotens, qui in angustia constitit, et de tua misericordia vere confidentibus succurris, subveni huic captivo, pro quo te supplex exoro. Ad hanc vocem tanta vis febrium dominum ipsius arripuit, ut antequam pœnitere succurreret, spiritum exhalaret <sup>e</sup>. Tunc tanta formidine cæteri perculluntur, metuentes ne sese vivos terra al sorberet, ut unanimes expecterent sacerdotem flebiliter, expostulantes quatenus et sibi indulgentiam, et defuncto suis meritis, acquireret vitam. Vir vero beatus nimium metuens ne ipse occasio et causa illius esset perditionis, prostratus terræ laqueis singulibus invocat Christum,

<sup>a</sup> Magnobodus narrat S. Maurillum infudisse salivam in os pueri, atque hinc illum sanita em consecutum. Simile fere huic miraculum a S. Mart no Tur. editum legitur in ejus Vita a Fortunato scripta, lib. III.

<sup>b</sup> Narrat Magnobodus hunc postea successisse ipsi Maurilio in sede Andegavensi; atque adeo non alius hic fuit quam S. Rénatus, de quo postea erit sermo.

<sup>c</sup> De eu-logiis vide quæ adnotavimus ad c. 12 l. XI Op. Fortunat.

<sup>d</sup> Vex corrupta. Surius adnotat *Italos*; an *sercos* legendum?

<sup>e</sup> Magnobodus dominum servi non emortuum fuisse narrat, sed ita ægrotasse, ut morti esset proximus; atque ex precibus S. Maurilii vitam impetrasse.

ut defuncto redderet animam. Nec antea surrexit a solo donec et defuncto vitam, et captivo acquireret libertatem. Negotiatores denique, ut retroacta præsumptio indulgeretur, multis donariis ipsum honoraverunt locum; quæ prope omnia beatus vir in usus pauperum deputavit.

9. Nimirum præterea, ut necessitudo cogit humana, \* navis Argo haud modica, mercibus referta per Ligerim vehebatur. Quæ contra Calonnam cum ascenderet, subito turbato cum flamine ponto, navis in vertiginem rotabatur: frangitur antenna, et nunc prora subrigitur elevata in fluctus, nunc puppis deprimitur inter undarum hiatus. Victi ergo nautæ, tantæque tempestatis timore perterriti, de præsentibus iam desperantes salute, omnia navis armamenta jecerunt in littus, solum præstolantes interitum. Tum repente immensis vocibus clamare cœperunt, dicentes: Miserere, vir Christi, Maurili; succurre nostro naufragio, potes enim obtinere a Christo, qui vitam acquisisti defuncto. Ad quorum voces exurgens ab oratione Maurilius, festine cœcurrit ad littus, et elevato in adversum crucis signo, imperat præcellæ ne sæviat. Cedunt mox deposito rigore spiramina: tumescentes undæ vertuntur in æquora, subsequiturque serena tranquillitas, illæsi que nautæ ad portum optatum feliciter pervenerunt.

10. Erat familiare beato viro, ut nunc ecclesias, nunciis firmos tanquam verbi Dei fidelissimus dispensator circumiret. Et ne ultra modum fatigatus deficeret, habebat humilis sessor asellum, quo sæpius utebatur. Quem nocturnis latro temporibus furari non metuit. Sed infelix, dum furatur asellum, arripitur a dæmone, et sic devians, per totam noctem illuditur vagabundus. Mane autem reddito, ante fores beati viri, exsensis [Amens] ipse adfuit cum asello, crimen quod commiserat invitus constat. Deinde arreptus a dæmone, fugere nititur ne curetur. Sed vir beatus furiosum per exorcismi gratiam prius a dæmone liberavit, et post a crimine; recepto asino, absolvit. Et quia necessitate cœperat furari, non vitio, tres insuper illi aureos dedit, ac dimisit.

11. Matrona quædam nobilis, prædives, senatorio ex genere oriunda, Amelia nomine, gravi cœperat incommodo urgeri. Quod cum per duodecim annos pertulisset, omnesque res suas in medicorum artes expenderet, nullum incolumitatis remedium assequi merebatur; et quanto curiosius totum artis suæ ingenium in illam impendere studuissent, tanto semper deterius incommodo gravabatur. Cum autem de ejus sanitate desperantes, parentes de solis sepulturæ necessariis admonerent, ait illa amicis: Ite, currite quantocius ad beatum virum Maurilium: et si obtinere potueritis ut ab illo merear visitari, confido quod per ipsum restituar sanitati. Tunc parentes ac amici perpetuo cursu pro femina beatum virum adierunt, piis precibus postulantes ut ægotam suam miseratione visitaret. Ille ubi hoc audivit, reminiscens

A illud dicentis Domini: Infirmus fui, et visitastis me (Matth. xxv), statim proficiscitur cum eisdem. Veniens autem in domum, more suo prius prostravit se ad orationem. Deinde benedicti olei liquore mulieris membra peranzit: quæ statim omnino incolumis surrexit.

12. Interea dum talibus beatus vir in vico Calonnæ floreret meritis et virtutibus, urbs Andegava proprio<sup>b</sup> pastore viduatur. Tunc plebs urbana et universa nobilitas, collectis etiam undique sacerdotibus, in unum venire consilium, conquirentes quis eorum substitui deberet in pontificale ministerium. Sed revera aut nobilitatis ventoso favore, aut pecuniis subrogati ad tanti culminis dignitatem, quidam alios præferebant; ideoque in unum non valebant venire decretum; eo quod scriptum est (Act. v.): quod

B non est ex Deo consilium, non poterit unquam stabiliri, sed solvi. Dum ergo hæc invicem volvereat, nec definiere valerent, subito sanctissimum Turonicæ sedis archiepiscopum nuntiato adesse Martium. Illius dum pene omnes sententiam præstolarentur, ait: Viri fratres, audite et attendite consilium bonum. Quia Deo vobis electus est pontifex, ipsum suscipite sacerdotem. Sane Maurilius, Calonnensis Ecclesiæ presbyter, erit pontifex vester. Quod audientes, mirati sunt: sed quia Maurilii jam noverant virtutes et merita, postposita jam priori ignorantia, statim pari mente ac voto in unam venire sententiam; acceptoque domini archiepiscopi præcepto, celerime dirigunt ad virum Dei: quem si [Forte, ex] episcopi auctoritate, de propria raptum Ecclesia, Martini præsentiam nolentem sistunt. Qui dum cum B. Martino ecclesiam ingrederetur, statim ad decleranda tanti sacerdotis merita, niveo candore columba divinitus elapsa, super caput ipsius descendit ac sedit. Quod videntes multi, unanimes una voce conclamaverunt Maurilium episcopatu dignissimum, non ab hominibus tantum, sed ab Omnipotente electum et demonstratum. Tunc Maurilius, miraculo ac precibus victus, implens præceptum, suscepit sacerdotium. Nam, ut multi videre meruerunt, quæties beatus Martinus ad sacram consecrandi sacerdotis benedictionem super caput ejus extendisset manum, semper ei præfata aditus dabat columba. Sicque B. Maurilio pontifice constituto, et B. Martino ad propriam sedem regresso, sanctus Martinus referre solitus erat quod ad benedicendum sanctum Maurilium pontificem in columbæ specie non solum Spiritus sanctus, sed etiam adfuerit angelorum exercitus.

C

13. Ordinato itaque ad custodiam Christi ovium Maurilio pontifice, tanta in eo Domini gratia rutilabat, ut non minora per eum quam dudum per apostolos signa et miracula fierent. Nam tantum verbis dæmones effugabat, ægrotos sola oratione curabat, cæcis signo crucis visum reddebat, paralyticos ad pristinam sanitatem medicante merito revocabat. Sunt etiam ejus plurima miracula alia, quæ, licet

D

\* Magnobodus plurali nomine *naves* exprimit.

<sup>b</sup> Hunc fuisse Prosperum constat ex Andegavensium episcoporum catalogo.

scripta non inveniuntur, tamen quia vera sunt, de-  
 scere non possunt, sed multorum ore celebrantur.  
 Talibus igitur vir Dei apostolica simplicitate redimitus,  
 cordisque puritate perlucidus, sine intermissione  
 pro sibi commisso Christi grege, in vigiliis et orationibus  
 atque jejuniis totum se Domino mancipabat,  
 ut antiquus hostis diabolus Ecclesiam nullam ex sibi  
 creditis ovibus tentando posset lacerare aut auferre.

14. Proximo autem post acceptam episcopi dignitatem  
 tempore, dum de basilica beati Petri egredere-  
 retur, tibi pervigil in oratione totam noctem inson-  
 nem duxerat, obvium habuit quendam cæcæm, ex  
 utero matris suæ carentem lumine. Quod cum sibi  
 a Domino tribui per merita beati Maurilii fideliter  
 postularet, beatus antistes paulisper erubuit; sed  
 cum super oculos ipsius signum sanctæ crucis im-  
 primeret, erumpente mox sanguine cum dolore, lu-  
 men habere promeruit. Tum homo ipse pro amore  
 beati Maurilii, eidem beati Petri traditus basilicæ,  
 quandiu in reliquum advexit, fideliter servivit.

15. Sequenti die beato Maurilio episcopo in eadem  
 beati Petri basilica sanctam solemnitatem cele-  
 brante, advenit cum moriente puero matrona, cui  
 quondam sterili eumdem, ut nasceretur, ante epi-  
 scopatum apud Dominum suis meritis obtinuerat;  
 postulans ut filio suo, quem Domino habendum ob-  
 tulerat, manuum suarum impositione Spiritum san-  
 ctum daret, antequam obiret. Sed remorante in  
 sancta corporis et sanguinis Christi consecratione  
 paululum præsule, puer excessit. Expleto autem  
 sanctæ solemnitatis mysterio, et obitu pueri, qui  
 absque chrismatis dono excesserat, præcognito, to-  
 tum id suæ desitudini deputavit, lacrymis multo  
 tempore irremediabilibus suæ culpam lugens inobe-  
 dientiæ. Cui cum nec ista sufficerent, diu multum-  
 que quid ageret secum animo collectante, tandem  
 reperit quod inter concives tantæ negligentia pi-  
 aculum plene expiari nequiret, nisi singularis el-  
 apsus patriam civesque relinqueret. Tali igitur re-  
 perto consilio, occulte semetipsum exinde eripuit,  
 ex sanctorum reliquiis quibus Ecclesia Andegavensis  
 decorabatur secum claves deportans. Cum autem  
 pervenisset ad mare, divina providentia, qui mane-  
 bat in littore, diem transitus sui exaravit in lapide;  
 sicque ascensa puppi, inchoati itineris cœpit matu-  
 rator existere. Cumque processisset in altum, et  
 quare claves<sup>b</sup> reliquiarum secum detulerit cogita-  
 ret, insidiante humani generis inimico, ut dolorem  
 sancto viro super dolorem imponeret, repente cla-  
 ves de manibus elapsæ submerguntur in æquore.  
 Tunc cum lacrymis id fertur exclamasse Maurilius,  
 quod postea probavit eventus: Nisi has iterum, in-  
 quit, claves videre meruero, patriam urbemque  
 nunquam repetam, quam effugio. Transmisso igitur  
 mari, quo, quis esset, abscondere potuisset, mutato

habitu, uni regionis principum adhæsit, professus es-  
 hortulanum fore, quatenus corpus proprio labore  
 castigaret. Qui cum tali proficeret ministerio, tan-  
 tam copiam ejus moribus Dominus oleribus dabat, ut  
 omnibus, quibuscumque necesse fuerat, ex eisdem  
 sufficienter ministraret, et tamen olera nunquam de-  
 ficerent. Unde per pluribus placebat et bene ab om-  
 nibus amabatur.

16. Interea plebs Andegavorum, cœlitus sibi quon-  
 dam commisso viduata pastore, non minimo pavore  
 percellitus, crebrisque visionibus minatur, persæpe  
 etiam admonetur uti proprium pastorem circum-  
 quaque perquirerent, et nisi Maurilius inventus suæ  
 redderetur Ecclesiæ, urbem Andegavam celerius fore  
 subvertendam. Unde ejusdem regionis tota nobilitas,  
 sed et vulgaris immensitas, collatione facta, in  
 unum venerunt decretum, eligentes e concivibus qua-  
 tuor diffusæ virtutis, et fidei viros. Quibus, qui ne-  
 cessarii ad tanti itineris erant supplenda negotia,  
 sumptibus ex voto collatis, præcipiunt ne unquam  
 reverterentur, nisi prius proprium invenissent pa-  
 tronum. Qui functi legatione, urbes oppidaque et  
 vicos omnes præterlegunt, omnique fere Europa cir-  
 cumita, septimo tandem anno in partes Gallia re-  
 vertentes, et minime, quem quærebant, invento,  
 divino ductu ad portum Oceani maris, qui in Bri-  
 tannia manet minori, pervenerunt, quatenus cis  
 mare, quem invenire non poterant, trans mare quæ-  
 rere niterentur. Præstolantes igitur navem, cum qua  
 cœptum explere valerent obsequium, dum reside-  
 rent in littore, scriptum, quod supra diximus, inve-  
 nerunt in silice: Hic transit Maurilius Andegavorum  
 episcopus. De tam evidenti igitur alacres effecti in-  
 dicio, trans pontum abiere securi. Cumque in medio  
 tranquillæ æquoris mari essent, ecce repente emer-  
 sus e gurgite piscis immanis, proslivit in navim. De  
 quo cum Deo gratias retulissent, ipsamque piscem  
 exenterare cœpissent, reliquiarum claves, quas  
 Maurilius in mare perdidit, in piscis jecore repe-  
 rerunt. Quas recognoscentes, nimium mirantes tur-  
 babantur attoniti, metuentes ne cum ipsis Maurilius  
 naufragium passus, hominem exisset. Demissis igitur  
 de navi anchoris, in hoc stantes, ut de mari re-  
 verterentur, asserentibus nautis Maurilium esse de-  
 functum: singuli sequenti nocte unum eundemque  
 visum, Domino tribuente, viderunt, in quo dictum  
 est eis: Nolite metuere, nec revertamini de itinere,  
 cœptum in mature negotium; procul dubio diu quæ-  
 situm vestrum invenietis desiderium. Mane autem  
 reddito, quid singuli viderant invicem referabant.  
 Unde admodum roborati, iter quod ceperant avidius  
 peragebant. Unde factum est ut angelico ductu ad  
 domum principis cum quo Maurilius habitabat, re-  
 cto itinere ducerentur. Ingressi autem, illico vocari  
 Maurilium, ut cum oleribus, quibus rex uti consue-

<sup>a</sup> De hac fuga ne verbum quidem Magnobodus.

<sup>b</sup> Magnobodus totam hanc historiam de fuga S. Maurilii, de amissis clavibus, ac multo post tempore in piscis visceribus inventis, de eodem S. Maurilio in

domo regis invento, apud quem hortulani munere  
 fugebatur, de Renato puero, post annos septem, ex  
 quo decesserat, ad vitam revocato, præternuntit, ac  
 ne verbum quidem de his facit.

verat, accurreret, audierunt. Oculorum autem aciem A in partem qua illum inclamari audierant, dirigunt, nec mora cum orleribus accurrere Maurilium coaspexerunt. Quem ut cognovissent, prostrati pedibus ipsius, cum magno fletu rogabant ut propriam subveniret Ecclesiam atque civitati. Ad quorum fletum cum se negare non posset, obstupefactus, cum lacrymis repugnare cepit obnixius, dicens: Voto memet ac juramento constrinxim, nunquam in patriam reversurum, nisi claves videre mererem iterum quas amisi. Quas statim exhibentes, quidquid in mari viderant vel pertulerant ex ordine referebant. Statim hæc fama pervolat, ipsumque sollicitat regem. Mirantur cuncti, et quem ut hortulanum habuerant nunc ut beatissimum præsulam venerantes adorant, multis eum muneribus honorare certantes. Tunc Maurilius B tot precibus, ut regrederetur, et miraculis victus, dum sollicitior cunctaretur, et vigiliis atque orationibus insomnem ducere sequentem disponderet noctem, tandem fatigatus, paululum obdormiens, vidit angelum dicentem sibi: Surge, Maurili, et popule- rum te requirentium exsequere votum. Ecce enim tuis precibus et meritis tibi commissas servavit Dominus oves, pro quibus rogasti, et insuper reddidit tibi puerum quem diutius plorans quæstisti. Quid multis? Mane reddito, concurrentibus undique populis, cum magno honore ducitur ad navem, et traductus, non minori gloria excipitur a patria propria. Tali terque propria regressus ad urbem, n mirum expectantibus turbis, de Domini promissione securus, venit ad pueri tumulum. Quo rastris discooperto, invocat diutissime planctibus Christum. Tandem autem expleta cum lacrymis oratione, utriusque consurgunt, Maurilius de oratione, et puer de morte. Quem septiformis Spiritus gratia consecratum, ex eventu vocavit Renatum: qui divinis cultibus illico mancipatus, et a beato Maurilio diligenter eruditus, tantis promeruit florere virtutibus, ut post Maurilium pontificalem Andegavensis Ecclesiam cathedram posthumam sortiretur et hæres. Quod si quis fortassis æstimaverit fabulosum, Andegavam recurat ad urbem. Ibi enim inveniet pretiosissimum confessorum Christi Maurilium immensis virtutibus florentem, et nec minus Renatum antistitem, successorem ipsius, miraculis coruscantem.

17. Sanctissimo igitur sacerdotum Maurilio propriæ sedi restituto, quid proximis adhuc exinde diebus contigerit, dicamus. Vir quidam avarus, instigatus cupiditate, arrepta securi, die Dominica, avidus operator exstiterat. Quem, securis manubrio manibus in hærente, ultio statim divina subsecuta est. Idem tamen cogentibus doloribus, post menses quinque Maurilium expetens, suæ ordinem culpæ flebiliter confitebatur. Cujus cum vir beatus penititudinem vidisset, commotus spiritu, dolere cepit. Sed cum sanctus Maurilius manubrium tetigisset securis, illico laxatis nervis et erectis digitis, omni-

que fugato dolore, manus integre reformantur, et sospes cum gaudio est regressus.

18. Alter quidam, Belgicus nomine, primo die Paschæ proprias segetes servis propriis temerario jure mundare præceperat. Mancipia autem cum re- nti cœpissent, ac dicere contra auctoritatem fore ut tali die opera agerentur servilla, dominus eorum et id agerent invito coegit. Sed cum segetes ingressi, lolia et quæcunque inutilia sarrire tentassent, mox Belgicus, oculorum cæcitate percussus, coepit decerere immensis vocibus clamabat invitus. Cum autem per tres annos in ea cæcitate permanisset, dum beatum Maurilium pro commisi sibi populi salvatione, ut episcopis moris est, vicis ac villas circumire adisset, cogentibus continuis doloribus, sedulus ac devotus expetebat ut ei vel vestimentum tangere sacerdotis concederetur, confidens per hoc se posse statim sanari. Quod cum præparantibus amicis tangere meruisset, mox merito sacerdotis lumen amissum recipere meruit.

19. In pago cui nomen est Commonia erat rupes quædam excoela, diversarum arborum generibus æmoroæ, ad quam, non toto adhuc paganorum ritu diacasso, statorum turba conveniebat, sacrorum suorum solemnia anniversario ordine celebrare. Ubi per septem dies epulando et choros ducendo atque debacchando, solemnia sua quasi jure debito persolvebant. Sed quod fieri in vino plerumque et epulis solet, orta seditione, multi vulnerabantur, nonnulli etiam de more ibi jugulabantur. Et idipsum cum accidisset, inevitabili fato fieri proclamabant. Quod ubi Maurilius competit, nec mora, cum religiosis quibusdam fratribus ad locum perrexit. Ubi cum jejuniis et oratione una nocte pervigilasset, gallorum cantu tantus fetor de loco surrexit, ut vix vir beatus ibidem habitare cum suis posset. Mane autem reddito, etiam qui superstitionem loci illius antea servabant, intelligentes se divina virtute perterritos, ne episcopo repugnarent, ipsi cum eodem omne nomen succidere et igni concremare festinabant. Ita autem per ignem mundato loco, ædificavit ibi statim in honore beatæ Mariæ genitricis Christi basilicam: et locus ille, qui ante rupes vel *lucus Martis* appellabatur, *Castrum petra* nomen accepit.

D 20. Accidit iisdem diebus ut beatus Maurilius inter quosdam discordes ob reformandam pacem a Cenomanicam vocaretur ad urbem. Quo cum sine mora venisset, et, pace inter discordes restituta, regredi cœpisset, antequam ad pontem Leuga pervenisset, incolæ loci illius, ut benedictionibus præsulis firmari mererentur, ejus adventum devotius præstolabantur. Inter quos parentes ejusdem pueri filium suum nimia infirmitate ex tempore infantie gravatum, secus viam per quam transitum episcopi fore cognoverant, posuerunt, dicentes: Poterit, si voluerit, nostri infantuli obtinere salutem, qui mortuo puero vitam obtinuit etiam post sepulcrum. Erat

\* Cenomanica, urbs Gallia: perampla, et provinciæ cognominis caput. Sita est ad Sartam fluvium, ubi recipit Hu. snam. BOLLAND.

namque puer ille tam gravi infirmitatis dolore contractus, et omnium membrorum contractis nervis, quasi in circulum involutus, ita ut glomeris rotulam potius imitari cerneretur, quam hominis formam. Adventante autem episcopo, inter benedictionis flagitationem cuncti catervatim ad pedes ejus ruentes, orabant ut infirmi pueri pietatis studio misereretur. Coactus ergo precibus, prostravit se statim in oratione cum lacrymis; nec antea ab oratione surrexit, donec distortis libiis, cœpiissent se singula pueri membra distendere. Tunc surgens ab oratione, apprehensaque manu pueri, exemplo incolumem reddidit parentibus; sique beatus Maurilius iter quod cœperat explavit. Cum autem ad portum <sup>a</sup> Lidi fluminis pervenisset, nullam ibidem navim reperit, sed omnes ex parte altera tenebantur. Nec etiam nauta parabat qui navigium adduceret. Qui dum præstolaretur, et nemo esset qui transduceret, repente omnes carinæ, divina jussione semotæ a litore, ad obsequium præsulis in partem alteram deducuntur. Unde cum omnipotenti Deo gratias retulisset, ingressi naves, Deo solo gubernatore, ac absque humanorum natarum adminiculo transierunt. Verum tamen nautis qui accurrerant, quasi si illorum labore transisset, nautum non expetitus dari præcepit.

21. Villam quamdam Geriacum nomine, ad alimenta captivorum, viduarum, pupillorum, nec non subsidia clericorum ac pauperum profuturam, vir beatus ex rebus Ecclesiæ comparaverat. Quam dum quadam die, ut ibidem quiddam operis faceret, cum fratribus circumiret, repente <sup>b</sup> cornupeta vitula, instinctu dæmonis acta, cum ingenti mugitu ac torvis *saribunda* luminibus, in eum rotatim cum magno impetu accurrebat. Contra quam cum beatus episcopus signum crucis opponeret, mox diabolus de capite ejus in specie corvi egrediens, evolavit, et subito sicut fumus evanuit. Multi enim fideles, qui comitabantur cum eo, oculis hæc corporeis videre meruerunt. Bucula vero gregi suo statim mitior se ovis immiscuit, et deinceps neminem læsit.

22. Quadam die, cum per <sup>c</sup> Medianæ fluviam navali subvectione in Ligeris alveo secure descenderet Maurilius, jejuniis fatigatus et oratione, in navis pappi paululum obdormierat; cum subito, humani generis insidiante inimico, cœperunt gurgitis intumescere fluctus; ita ut cadentibus desuper lymphis, submergi navis autumaretur in undis. Tunc discipuli timore perterriti excitaverunt eum, dicentes: Exsurge quætoctius, et succurre in supremæ mortis nau-

A fragio constitutis. Expergefactus autem, illis elementius ait: Quid me queritis? vos fratres satisfacere poteratis. Tunc accepta, quæ benedicti liquoris erat vasculum, ampulla, mox ut oleum cum oratione et signo crucis in gurgitem respersit, illa sævius tempestatis procella, temperatis flatibus, extemplo cessavit. Læti ergo et incolumes pervenerunt ad portum.

23. Adolescens quidam catechumenus de numero Ecclesiæ sibi commissæ, absente Maurilio, tam vehementem febrem incurrerat, ut antequam sacri fontis baptismate regenerari potuisset, <sup>d</sup> spiritum exhalaret. Nec mora, parentes ipsius non sine immensis lacrymis, dum locus funeri pararetur, eum ad ecclesiam detulerunt, cum subito beatus Maurilius adesse nuntiatur. Qui comperto quod sine baptismatis remedio ultimo fungeretur officio, ingemuit. Tunc sentiens per spiritum sibi adesse virtutem, egredi omnes cellulam in qua corpus jacebat præcepit. Ubi singularis cum puero remansens, de more prostravit se in oratione cum gemitu. Et rigans lacrymis solum, vix tantum spatio unius horæ intergresso, vidit defunctum paulatim omnibus membris commoveri. Quem statim, ut de oratione surrexit, parentibus, qui pro foribus astiterant, vivum et incolumem reddidit, ac sacro baptismate consecravit. Duos denique leprosos, sub ipso tempore pervariis vulneribus obsessos atque fœdatos, dum salutis remedium a beato postularent, illos, verbo tantum medicante, sub momento curavit <sup>e</sup>.

24. Peregrinus quidam dum hiemali tempore pœnitentis habitum gerens, medicinam animæ suæ querendo, vicos et urbes plurimas circuiret, beatum Maurilium, cujus jam bonitatis famam audierat, quatenus ab ipso verbum salutis audire potuisset, longius exsul a patria cum aliis peregrinis itinerator [*Al.*, iterator] avidus expetebat <sup>f</sup>. Sed antequam ad ipsum pervenire potuisset, repentina morte in via præventus, occubuit mortuus. Ubi cum peregrinorum aliqui, multique ex vicinis partibus ad peregrini obitum convenissent, accidit ut electus Dei sacerdos, qui pro supplendis commissi sibi gregis necessitatibus infatigabiliter laborare certabat, a vico <sup>g</sup> Saponaria revertens, ad justi et sancti peregrini hominis cadaver Maurilius advenisset. Qui cum debitum de more pro absolutione animæ funeris officium exsolvisset, et populis sermonem de religione conferret, mirum dictu! subito se palam omnibus defunctus erexit, et cum reliquis Deo gratias referens, quod per beatum Maurilium Dominus eum resuscitaverit,

<sup>a</sup> Ledus est Galliæ Narbonensis amnis, quem iniqua sua *le Lex* nuncupant; sed dubium non est quin hæc significetur Lædus, Galliæ *le Loir*. Fluvius hic in Perticensi provincia ortus, Carnutensem Belsiæ tractum defluit: dein varia aluit loca, et tandem paulo supra Andegavum in Sarta amnem se exonerat. Bol.

<sup>b</sup> Simile a Martino Turonensi factum legitur ejus in Vita, lib. III, apud Fortunatum.

<sup>c</sup> Fluvius Galliæ *la Maine* dicitur. In Normanniæ limite ortus, per Cenomanos fluens, Meduanam urbem et Lavallium rigat. Supra Andegavum, auctus Sarta et Lædo fluminibus, in Ligerim se exonerat. Bol.

<sup>d</sup> Magnobodus non hunc mortuum fuisse scribit, sed in ipso jamjam futuri exitus periculo, vix tandem supremo spirita palpantem a Maurilio pristinae sanitati restitutum fuisse.

<sup>e</sup> Addit Magnobodus hosce leprosos, stipem a Maurilio petentes, sanitatem recepisse.

<sup>f</sup> Magnobodus diverso aliquid modo narrat hoc factum, nec peregrinum iter illud ad visendum et conveniendum S. Maurilium dicit suscepisse.

<sup>g</sup> Villæ Saponariæ mentio fit in testimonio Perpetui episcopi Turonensis, caque ad Carum fluvium vulgo *le Cher* posita indicatur.

evidenter omnibus patelect. Quod videntes et audientes turbæ, in cœlum voces laudum extulerunt.

25. Ut autem finaliter dicatur, indicibilia Maurilii multa sunt opera, nec in eo quod divina virtus operata est sensus comprehendere potest humanus. Breviter tamen aliquid de ejus quotidiana conversatione narremus ad ædificationem audientium. Sane ab exordio episcopatus sui usque ad terminum vitæ, ut canonicam adimpleret sententiam, semper victum pauperem et aquam brevem, ac suppellectilem vilem habuit. Cum autem sanctæ Quadragesimæ dies advenirent, per omne tempus afflictionis erat ei, ut dictum est, aridus et vespertinus die tertia cibus, aqua tepida, et modicum salis, ac panis hordeaceus. Pedem non proferebat his diebus in publico, cilicio semper interius tectus et cinere. Verum tamen robustus semper in corpore erat, faciesque ejus ut rosa rubebat: nam cum ad senilem ætatem pervenisset, non caput, non dentes, non visum, non stomachum, non cætera membra dolebat, non viscerum cruciatur doloribus, non sicca huius jacentia super se ipsius membra confregerat; sed totus semper sanus corpore, mente quoque sanior, in utrisque semper robustior apparebat. Nam bonum, quod Maurilius elegit, tenuit; nec dimisit, sed complevit. Nihil erat illius severitate jucundius, nihil jucunditate severius. Erat sermone silens, et silentio loquens. Erat neglecta illi mundities, et inculta vestis.

26. Talibus ergo cum ab ipsa pueritiæ suæ ætate floreret virtutibus, et appropinquare cerneret sui transitus diem, haud longe ab Andegava urbe ad septentrionalem ejusdem urbis partem, duplicem sepulturæ suæ cryptam aedificari præcepit. Qua completa, quadam die Dominica, dum sanctæ solemnitatis officium de more compleret, modica pulsatus

<sup>a</sup> Magnobodus ait S. Maurilium in secundo ordine sacerdotii XL annis Ecclesiam rexisse, in pontificalis autem apicis dignitate xxx annis præsedisse cathedræ. Unde colligit Lauvois eundem a S. Martino Turonensi sacerdotem et episcopum non potuisse ordinari, cum is viginti duntaxat et sex annos Ecclesiam Turonensem rexit ex testimonio Gregorii Turon., apud omnes eruditos recepto. At Bollandistæ volunt quadraginta annorum numero, quibus S. Maurilius sacerdos fuisse scribitur, vel annos pontificatus, qui a sacerdotio nequit sejungi, comprehendendi, ita ut decem annos sacerdotium tenuerit, antequam epi-

infirmirate, convocavit omnem clerum commendans illis ultimum transitus sui diem, dicens: Ego ingredior viam universæ carnis; vos autem admoneo, servate charitatem, custodite dilectionem, diligite castitatem, patientes estote ad omnes, et mementote semper pretio sanguinis Christi vos omnes esse redemptos. Interea etiam tantæ convenerunt ex vicinis undique partibus, visitationis studio, populorum cætervæ, quantum urbs Andegava recipere poterat, mœrentes et multum flentes, cur tanto viduarentur patrono. Quos omnes Patrum piissimus devotius in summo mortis articulo constitutus absolvens, et benedictionibus corroborans, septima incommodatis die, ultimoque totius ætatis suæ anno nonagesimo, episcopatus a tricesimo, pius pastor et doctor Maurilius, qualem de sacri fontis baptismate sumpsit, talem idibus Septembris, coram multis astantibus populis et psallentium choris, omnipotenti Deo animam reddidit.

27. Cum autem sanctum ejus corpusculum die altera portaretur ad tumulum, gemini ex utero matris cæci, ut sancti corpusculi loculum tangere potuerunt, lumen quod nunquam habuerant, ad declaranda antistitis merita, illico recipere meruerunt. Quidam etiam e civibus, paralysis distentus incommodo, per triginta annos tenebatur in lectulo. Qui cum psallentium chorum deferentium Maurilium audisset, o lectulo statim exsiliens, quasi cervus, nemine prohibente, beati Maurilii pervenit ad corpus; tactoque et osculato beati funeris feretro, pristinam recipere sanitatem meruit extemplo. In tanti igitur honoris gloria sepultus, quanti qualisque meriti apud Dominum fuerit, dum quotidianis virtutibus et miraculis ejus exornat tumulum, Dominus ostendit omnibus post sepulcrum. Qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

scopus inauguraretur. Sane in vico Calonna a Magnobodo commemoratus dicitur, postquam presbyter initus a D. Martino, ab eodem secesserat, usque ad id tempus quo episcopus inauguratus fuit. Atqui non plus quam annos duodecim ibidem commemoratus esse scribitur in altera ejus Vita a Rainone conscripta. Quod si is annos 40 secundi ordinis sacerdos complevit, triginta vero episcopus, annos viginti natus jam fuerat initiatus sacerdos, quod verisimile non est.

<sup>b</sup> Magnobodus narrat quod paralyticus ille a xxviii annis tenebatur in lecto, languore vehementi.

## PRÆMONITIO

IN ACTA PASSIONIS SS. DIONYSII, RUSTICI ET ELEUTHERII.

*Acta passionis B. Dionysii episcopi, Rustici et Eleutherii, primus evulgavit Franciscus Bosquetus, Montispenlani episcopus in suo opere quod inscripsit: Historia Ecclesiastica Galliarum, parte II; isque censet Acta illa fuisse conscripta ante Dagoberti I regis Austrasiæ, ætatem, qui cepit regnare an. 621 aut 622, et decessit an. 637 vel 638: cum in ipsis nulla fiat mentio de basilica S. Dionysii, ab ipso Dagoberto exædificata, et munificentissime instructa. Cui assentitur et Hadrianus Valesius in libro quem inscripsit: Disceptationes de Basilicis, etc., adversus Lauvois theol. Parisiensis defensiones, cap. 4. Quin idem censet Acta illa a Venantio Fortunato fuisse conscripta, secutus Petrum de Marca, archiep. Tolosanum, qui eandem passionem S. Dionysii ab eodem Fortunato elucidatam fuisse censuit.*

*At Lauvois totus in eo est ut commonstret Acta illa a Venantio Fortunato nullo modo scripta fuisse, idque*



ex eo conjicit : 1<sup>o</sup> quod auctor nullam in iis mentionem faciat miraculi S. Dionysii, quod a Gregor. Turon. commemoratur in l. de Cl. Martyr., c. 72, facturus utique, si ipse fuisset Fortunatus familiarissimus Gregorii, cui proinde illa a Gregorio scripta ignota esse non poterant. 2<sup>o</sup> Auctor ille non meminit Fascennini præfecti, qui sententiam tulit in S. Dionysium, nec turritum tumuli quo ossa ipsius S. Dionysii condita in basilica continentur : utique nihil memorat piam consuetudinem qua rei sacramento se purgabant ad tumulum martyris, cum tamen hæc omnia memoret Gregorius Turonensis, cœvus Fortunato. 3<sup>o</sup> Hæc Acta fabulis sunt referenda : cum in eis narretur martyrum illorum corpora a percussoribus fuisse navibus imposita, ut in Sequanam fluvium projicerentur, perinde atque sine navigio in Sequanam profici non possent, aut ad eam rem pluribus navibus opus esset, ad quam vel una par esse poterat. Deinde addit scriptor, matronam quamdam invitasse percussores ad prandium, ut interea per famulos suos et domesticos sanctorum corpora subducerent, perinde atque a naviculariis impediti non possent, ac re ipsa non fuissent impediti, quominus ea subducerent. Neque vero verisimile est corpora martyrum, a matronæ servis subducta, tandiu jacuisse inhumata quoad exportarentur in paratum locum, quin discerperentur a volucris et feris. 4<sup>o</sup> Auctor narrat S. Dionysium missum fuisse in Gallias a Clemente, cum Gregor. Tur. sub Decio scribat illum in Gallias venisse. 5<sup>o</sup> Scribit auctor quod Parisiorum civitas et conventus Germanorum et nobilitate polleret, et esset populis constipata; quæ omnia non conveniunt ætati Dionysii Magui, quæ et Parisius parva erat civitas; nec in Germaniam tendebat suum imperium : id quod postea sub Chlotario et Sigiberto, Francorum regibus, accidit.

At Valesius respondens ad singula, ait nec id fuisse opus ut qui passionem S. Dionysii scriberet, non Vitam, miracula omnia quæ ab illo fuerant edita compilaret, præsertim vero (addam ego) cum hæc passionis Acta videantur ad id concinnata fuisse, ut publicis Ecclesiæ in conventibus legerentur : in quibus propterea ea indicabantur strictim, et brevi stylo comprehensa, quæ in Gestis sive Vitæ fuisse narrabantur : ut in Vita S. Remigii, episcopi Remensis, actum a Fortunato, suo loco adnotavimus. Nec vero interest utrum necne commemorari Fascennium præfectum, aut turritum sive acuminis instar in arcium desinentem S. Dionysii tumulum, et id genus alia, quorum meminisse illius est qui Vitam, non Passionem scribit, breviori oratione ac stylo hæc solum perstringens quæ magis sunt necessaria. Jam vero idcirco a percussoribus corpora SS. Dionysii, Eleutherii, etc., navibus fuisse imponenda, quo dispersa hac illac, non ad ripam fluminis projicerentur, sed in altum Sequanæ demersa, occultarentur, quominus a Christianis inveniri et erui possent. A matrona vero illa percussores invitatos ad convivium fuisse, cum nondum navibus imposita essent, et a naviculariis custodirentur, sed adhuc cadavera illa eo jacerent in loco in quo percussa fuerant. Eadem postea a matrona sive ejus ministris abscondita sunt, sive telluris exaratae gremio infossa, non exposita volucris et feris, donec inde exportarentur, cum persecutionis ardor deferbuisset. Neque illud facit negotium quod Gregorius Tur. tradat Dionysium sub Decio venisse in Gallias, et auctor Passionis a Clemente, Petri successore, vel a successoribus apostolorum in Gallias missum fuisse scribat; cum de tempore quo S. Dionysius in Gallias missus fuit duæ opiniones ac sententiæ ferrentur, nec eum Areopogitam fuisse dixerit. Postremo auctor Passionis scripsit eo tempore quo pars Germaniæ quædam parebat imperio Francorum. Solent vero sæpius scriptores ad ea quæ scribunt tempora orationem omnem accommodare. Ita Zozimus, qui sub Anastasio principe, Chlodoveo apud Francos regnante, floruit, eodem errore Parisios oppidulum Germaniæ appellat Hist. c. 3, inquiens : Ἰουλιανῶν δὲ ἐν Παρισίῳ (Γερμανίας δὲ αὐτὰ πολὺν) διατρίβοντες, etc. Nec si Parisios vocat insulam populis constipatam, ideo magnam fuisse dicit, quamvis et hac in parte ad illud temporis quo scribebat potuisset orationem attemperare.

Porro in hoc clarissimorum virorum dissidio quid sentiendum sit ut proferam, nihil videtur ab alterutro proferri quamobrem hæc S. Dionysii Acta aut abjudicanda Fortunato, aut certo illi ascribenda videantur. Nam et illa levia momenta sunt quæ a Launoio afferuntur quamobrem Acta illa inficiemur plane esse Fortunati, et quæ a Valesio proferuntur, id solum ostendunt eadem ante Dagoberti ætatem concinnata fuisse, et convenire temporibus Fortunati. Hujus tamen sententiæ verisimilitudinis aliquid videtur addere et amicitia S. Germani, episcopi Parisiensis, cum Fortunato conjuncta, qui sorte amicitia ipsius jure ab eodem efflagiarit, ut antecessoris sui Passionem, in publicis Ecclesiæ conventibus legendam, conscriberet; et studium perpetuum Fortunati in colligendis conscribendisque Actis sanctorum : et quædam cum stylo Fortunati ipsius orationis affinitas, quam et sententiarum usus et structura verborum declarat, ut cuique conferenti potest innotescere. Illa Acta itaque hic edimus ut exstant edita a cl. Boqueto in suo opere quod inscriptum : Hist. Eccl. Galliæ, etc., parte II, eaque quibus potuimus notis illustravimus. Eadem vel in Codice Musciucensi legebantur a Valesio, sed mendis referta, ut ipse testatur.

## PASSIO SS. MM. <sup>a</sup> DIONYSII RUSTICI ET ELEUTHERII

Qui passi sunt Parisiis VII Idus Octobris.

1. Gloriosæ martyrum passiones, et pretiosa Domino ipsorum certamina, quanquam digna sint pro mirabiliorum dignitate conscribi, nequeunt tamen sine formidints trepidatione complecti, quia cum ma-

A gnarum rerum consideratur assumptio, non immerito præsumpti operis timetur magnitudo, eo quod tantum sermo tenuis explicare non valet, quantum de se exigit veritas passionis. Tamen etsi positio tantæ

<sup>a</sup> Gregorius Turon., lib. I Historiæ Francorum, cap. 28, narrat sub Decio missum fuisse in Gallias sanctum Dionysium cum sex aliis viris episcopis, qui diversis in urbibus sedes illic habuerunt; idque colligit ex Actis sancti Saturnini, Tolosani episcopi et martyris, qui sub Decio et Grato consulibus, scilicet an. 250, Tolosæ episcopus fuit institutus. De hoc Dionysio idem refert, quod is inauguratus Parisiorum episcopus : « diversis pro Christi nomine affectus penis, præsentem vitam gladio Imminente finivit. »

At in diplomate Theoderici Calensis (quod legitur post Opera Gregor. Turon., Edit. Parisiensis an. 1699, col. 138\*) Dionysius cum suis sociis Rustico, et Eleuthero, primi post apostolos, sub ordinatione beati Clementis, Petri apostoli successoris, in Galliarum provinciam advenisse referuntur, quomodo legitur et in Actis passionis quæ hic edimus. Sed hujus discriminis causa alibi examinabitur.

<sup>b</sup> Perpetua hæc Fortunati consuetudo fuit in suo ingenio et scribendi facultate extendenda, id quod aliis in locis adnotavimus.

rei arduum habere videtur initium, in hac mens A  
trepilatione respirat, quod semper opifex suum mi-  
nistrum divina instructione informet, et inchoanti  
huitium et ingenii perfectionem accomodat. Hac  
ergo consideratione audaciam nimis temeritatis as-  
sumens, quæ longo tempore fuerant obumbrata  
silentio, ipsius divinitatis auxilio incepta sunt reso-  
randa. Quia, ut habet testimonium veritatis, plus  
fidelium sunt relatione comperta quam probentur ad  
nos lectione transmissa. Unde non sine certis aestima-  
tionis conjicitur quod novitas adhuc credentium popu-  
lorum, gentilium crudelitate <sup>a</sup> contrista, formidavit  
scribere, quod tamen gaudebat Dei famulos meruisse  
cum sine dubio judicentur scripta, quæ fidelium  
sermo testatur impleta. Credendum enim de his est,  
et, abstersa <sup>b</sup> dubietatis justæ, totis viribus confi-  
tendum, eos qui per confessionem Domini ac Dei  
nostri digni fuerunt subire martyrium, etiam ampliora  
tolerare voluisse quam videtur succedentibus ætati-  
bus relatio per populos transmissa recolare. Id ergo  
supplicatio communis obtineat, ut veniam consequatur  
devotus, si de virtutibus prætermisit ignarus.  
Nam etsi omnia non <sup>c</sup> esse solvuntur credere uni-  
versitas mereatur ut Dei famulus etiam majora sen-  
tiant quam sermo passionis explanet. Qualiter enim  
cultorem Domini locus ille gaudens et ejus patrocini-  
um habere promeruit, quando aliorum sancto-  
rum inventum illi agnovimus fuisse consortium,  
sic fidelium relatione dicimus ipsorum juveni-  
um martyrum, quantum de se scire tribuunt, explicemus.

2. Igitur post Domini nostri Jesu Christi salutife-  
ram passionem, post resurrectionis unicæ singula-  
risque mysterium, post ascensionem ejus, qua mani-  
festavit hominibus nunquam se defuisse quo rediit,  
apostolorum prædicatio universis gentibus profutura  
successit. Qui cum imminere suas cernerent passio-  
nes, quod Domino nostro Jesu Christo didicerant,  
repleti Spiritus sancti gratia, docuerunt; adeo ut,  
fide crescente, non pauci mererentur fieri confesso-  
res, quo modo Ecclesia catholica gaudet promeruisse  
martyres. Hos ergo, quorum virtutem persecutorum  
non prævaluit superare confictus, quos ad auri simi-

<sup>a</sup> Forsan, *contristata*.

<sup>b</sup> Forsan. *add. caligine*.

<sup>c</sup> Locus corruptus.

<sup>d</sup> Lege carmen 11 lib. II Op. Fortunati *de Domino Saturnino*, et notas quas eadem atteximus. Greg. Turon. ita memorat l. I, n. 28, socios laboris, et episcopalis muneris, quos sanctus Dionysius in Gallias habuit: « Hi ergo missi sunt (ad prædicandum in Gallias), Turonicus Gratianus episcopus, Arelaten-sibus Trophimus episcopus, Narbonæ Paulus episcopus, Tolosæ Saturninus episcopus, Parisiacis Dionysius episcopus, Arvernus Stremonius episcopus, Lemovicinis Mortalis est destinatus episcopus. »

<sup>e</sup> Alias: *Qui, tradente beato Clemente Petri apostoli successore*.

<sup>f</sup> Sane mirum videri potest hic referri missum sanctum Dionysium in Gallias cum sociis ad Evangelium Christi disseminandum a *successoribus apostolorum*, et, ut legebat alias, ab ipso Clemente, apostolorum discipulo, cum et Greg. Tur., et Acta sincera sancti Saturnini, episcopi Tolosatis, quæ edidit cl. Ruinart

itudinem reddit flammarum examinatio pretiosus,  
ad suscipienda mandata Domini idoneos apostolo-  
rum esse judicavit electio. Quibus et evangelica  
præcepta semper gentibus servanda committerent,  
electisque viris Dei dispositione providenter honorem  
decreverunt episcopalem adjungere, quo facilius eo-  
rum prædicationibus acquisiti ad ministerium sacri  
proveherentur altaris. Ex qua confessorum turba  
sanctum et venerandi meriti <sup>d</sup> Saturninum urbs To-  
losana promeruisse gaudet episcopum, quem impietas  
spectantis populi posterioribus tauri multis nexibus  
ligatum dedit, Capitolii gradibus illidendum; ubi san-  
cti capitis soluta compago, cerebrum frequentis illi-  
sionis dispersit injuria, sed tali descensu ad Domi-  
num assecutus est ascensum. Felix vir tanti meriti,  
tantæque et personæ et virtutis, cui ~~concessum est~~  
primum esse doctorem, post martyrem, qui quod  
docuit verbis evidentibus implevit exemplis. Simili  
etiam gratia beatissimus Paulus antistes atque confessor  
Narbonensem provinciam salutari acquisivit  
eloquio. Quem ita labor domesticæ tribulationis  
exercuit, ut verum Domini esse famulum approbare.  
Sed gratias tibi, Domine, Jesu Christe, qui infestantis  
inimici tela probationem fidelium tuorum permisisti  
esse, non vulnera, et talem his præstas pro mercede  
laborem, ut nullum tuorum fuisse gaudeat hostis  
imbellem. Dum ergo ad peculiaria patroni gesta  
suscepti officii tendat obsequium, non ex asse que  
de Servo Dei sunt comperta prosequimur, sed immemores  
sui non fuisse sufficiat: in talibus enim causis  
C magis convenit fideles credere quam possit relatio  
humana monstrare.

3. Sanctus igitur Dionysius, <sup>e</sup> qui, ut ferant, a <sup>f</sup> suc-  
cessoribus apostolorum verbi divini semina gentibus  
eroganda susceperat, quo amplius gentilitatis fervere  
cognoovit errorem, illuc intrepidus et calore fidei in-  
flammas accessit, Parisios, Domino ducente, pervenit  
non veritus incredulæ gentis expetere feritatem, quis  
virtutem suam præteritarum poenarum recordatio robo-  
rabat, et qui meruerat esse confessor, non cunctatus est  
auctoribus populis accedere prædicator. Tunc memo-  
rata civitas et conventu Germanorum et nobilitate pol-  
lebat, quod esset salubris aere, jucunda flumine, fe-

inter Acta sincera martyrum, pag. 109 Edit. Veron.  
an. 1734, nonnisi sub Decio et Grato consulibus,  
anno scilicet 250, Saturninum Tolosatem episcopum  
institutum fuisse referant: atque adeo et Dionysius  
(si modo is una cum Saturnino in Gallias venit, ut  
putavit Gregorius) non multis ante annis missus in  
Gallias fuerit. Quocirca illud dicendum est: eum qui  
hæc Acta conscripsit, popularem opinionem sequi  
potius voluisse, quæ tunc ferebatur in Gallias. Id  
quod indicant quoque hæc ejus verba: *qui ut ferunt a  
successoribus apostolorum*, etc, cui opinioni officere  
aliquid, forte vereretur in Acta illis concinnandis,  
quæ media in plebe, sive conventa Ecclesiæ erant  
quotannis recitanda. Simili ex opinione in Diplom.  
Theodorici Calensis, ut supra retulimus, beatus Dionysius  
cum sociis a beato Clemente missus in Gallias  
venisse dicitur. Hi scilicet existimantur hunc fuisse  
Dionysium Areopagitam, de quo in Actis ap., quam  
opinionem deinde secuti sunt Simeon Metaphr. et  
Hilduinus abbas, ut videre est apud Surium ad  
diem 9 Octobris.

cunda terris, vineis uberrima, et arboribus nemorosa, **A** constipulata populis, referta commerciis, ipsumque insulæ potius quam urbis spatium, quod habitationi circumfusa fluminis unda præstabat, crescentibus consistentium catervis, reddebatur exiguum, et jucunditatis sollicitatione in unum plebs acta commigrans, pene territorium suum intra murorum conclusionem contraxerat: Hunc ergo locum Dei famulus exegit expetendum. Ad quem cum primum fide armatus et constantia confessionis accessisset intrepidus, **B** ecclesiam, illis quæ necdum in locis erat, et, populis illis novam construxit, ac officiale servitium clericorum ex more constituit, probatasque personas honore sæculi ordinis amplians. Cinctus ergo fide, et jam: constructione basilicæ roboratus, Deum gentibus non desinebat insinare, quem noverat, ejusque omnibus et judicium et misericordiam anteponeus, paulatim sociabat Deo quem diabolo subtrahebat. Tantas etiam per illum Dominus dignabatur exercere virtutes, ut rebellium corda gentilium non minus miraculis quam prædicationibus obtineret, miroque modo incerti viro non valebat plebs armata resistere, sed subdebat se illi certamini Germaniæ cervicositas, et jugum Christi suave imponi sibi, acta cordis compunctione, poscebat. Ab ipsis quoque destruebantur idola, quorum sumptu fuerant, et studio fabricata, et invento salutis portæ, idolorum gaudebant perire naufragia. Lugebat portio victa diaboli, cum de ea victrix Ecclesiæ legio triumphabat. Tunc hostis antiquus videns sibi perire quod Domino constabat assidua populorum conversione proficere, totam artificii sui machinam ad impugnandum quæ fuerant constructa convertit, et suæ partis auctores, deorum suorum sentes exitum, ad impietatem subitæ persecutionis armavit, ut eos qui unum et verum Deum colentem insinuaverant, et timendum, perdere diversitate supplicii maturarent, ne superesse posset qui valeret acquirere quod peribat. Persecutionis ergo publicata sententia, impiorum gaudens turba progreditur, et contra dominicum populum pugnatu conspirat, non cunctati appetere gladio, quos Dominus suos monstraverat esse signandos. Itaque cum occidui Orbis partem pro Christianarum inquisitione percurrerent, sanctum Dionysium contra incredulos dimicantem Parisiis repererunt, cumque eo Rusticum **D** presbyterum et Eleutherium archidiaconum persecutionis furor invenit. Hi beati viri a sancti Dionysii nunquam sustinuerunt abesse præsentia, quos in unum interrogatio persecutoris invenit, sed reperire non potuit, quem a societate martyrii separaret. Interrogati

<sup>a</sup> Valesius et alii legunt: *Constipata populis*. Leges quæ in prænotatis indicavimus de hoc loco.

<sup>b</sup> Idem Valesius adversus Launoium ostendit decessisse ut Dionysius basilicam, sive templum Parisiis continuo excitaret, in quo res sacra fieret, et illud clericorum numero, sive, ut hic dicitur, *officiali servitio* instrueret, nec id pro falso et inverisimili, ut vult Launoius, esse habendum. In Vita quæ exstat apud Surium, ad diem 9 Octobris, auctore Simeone Metaphraste narratur quod cum Dionysius Parisios urbem reperisset, ubereum quidem ac feracissimam

unam et verum in Trinitate Deum consistentur, et terrore subjecto, multisque afflictis injuriis et suppliciis, verberibus macerati, Christianos se esse testantur, visoque percipientis ictu, Domini ac Dei nostri se famulos magna confessionis voce pronuntiant. In hac ergo fidei constantia persistentes, reddentes terræ corpora, beatas caelo animas intulerunt, tali que ad Dominam meruerunt professione migrare, ut, amputatis capitibus, adhuc putaretur lingua palpans Dominum consisti. Beata nimium et Deo grata societas, inter quos nec primus alter potuit esse nec tertius, sed Trinitatem consistentes meruerunt venerabilem locum trino decorare martyrio. Metuentes igitur percussores ne conversi populi stertissima probataque devotio sanctorum corpora profutura sibi et reliquias ad patrocinium tumularent, elegerunt, tetrus Sequanæ profundisque gurgitibus martyrum corpora perdenda committere, quæ imposita navibus ad prævisum jubentur gurgitem destinari. Tunc <sup>c</sup> matrona quædam, licet paganorum implicata tenebatur errore, conversionem tamen se desiderare mente monstrabat, et opera facere aliqua cogitans Domino placitura, usa subtilitate consilii, ad convivium venire postulat percussores, et dum eis copiam optatæ humanitatis extendit, a memoria eorum quæ susceperant agenda discussit, ac fidelibus suis secreta ordinatione committit ut subtracta furto sanctorum corpora diligens elaboraret occultare provisio. <sup>d</sup> Qui vero, ordinatione comperta, festinanter quod eis præceptum fuerat exsequuntur, furtumque laudabile in sexto ab urbe memorato lapida, id est, in aratam, quam seminibus præparaverant, terram, industria tollentes abscondunt. Facta deinceps, ut moris est, satione, nec suum seges negavit obsequium, quæ tali fecundata pinguedine, sic in ea beneficium ubertas effudit, ut centuplicatos fructus et cultor acquireret, et patriæ salutem mereretur. Pubescente vero segete diu latuit quod erat Parisiorum populis profuturum. Antedicta tamen materfamilias horum immemor secretorum, cum primum persecutionis furor tepisset, vidit in somnis fervere locum, tantorum ossa servantem, et qua oportuit sollicitudine requisivit, atque inventum eminentis Mausolei constructione signavit. Ubi postmodum Christiani basilicam supra martyrum corpora magno sumptu cultuque eximio construxerunt, ibique quotidie operante Domino nostro Jesu Christo, merita eorum virtutum probantur monstrare frequentia, et experiuntur infirmi quantum Dei famulos conveniat honorari, ubi recipit cæcitas visum, debilitas gressuum, et obstrictæ aurium

solo, sive agro, ac civium perfidia et immanitate deformem, obibat perscrutans si quem locum aptum reperiret ad quietem; quem cum invenisset, *pro viribus statim templum habuit... excitat oratorium, et templum, quod plane erat salus animarum, etc.*

<sup>e</sup> Hæc matrona a Simeone Metaphraste *Catulla* nominatur, quæ lictorum iracundiam, ex eo quod sancti Dionysii et sociorum corpora subducta fuerant, natam, pecunia sedasse apud eundem dicitur.

<sup>d</sup> Fursan, *li.*

januæ recipiant auditum. Sed nec istud <sup>a</sup> sciendum est, quod immundi spiritus infestatione vexati, dum ad memoratum locum examinandi virtute divina ducuntur, sanctorum ipsorum coguntur imperio, quo quisque martyrum sit positus loco, assignatis

nominibus, iudicare; de quorum passione vi Idus Octobris Dominus nos gaudere voluit, qui centesimum esse nostrum fructum repromisit, cui est honor et gloria, virtus et imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

<sup>a</sup> Forsan, silendum.

## IN EXPOSITIONEM SYMBOLI FORTUNATI.

Cl. Muratorius, tom. II Anecdotorum, pag. 212, edit expositionem Symboli, vulgo Athanasiani: quam expositionem eruit ex membranaceo Codice bibliothecæ Ambrosianæ, a sexcentis ferme annis, ex quo ipse scribebat, ut coniecit, manu descripto; quæ expositio talem præ se ferebat titulum in ipso Codice: *Expositio fidei catholicæ Fortunati. Utrum autem ipse Fortunatus auctor fuerit Symboli vulgo Athanasiani, an expositionis tantummodo hujusce Symboli, incertum esse affirmat.*

Ut autem cæteris liberum fuisse ait de auctore Symboli Athanasiani querere, ac sequi conjecturas suas, illi sibi ipsi licere asseverat, paribus innixo conjecturis, percelebris illius Symboli auctorem Fortunatum fuisse suspicari. Quibus vero ad id opinandum adducitur, conjecturæ hæc sunt: 1. Haud inverisimile est Venantium Fortunatum, natione Italum, postea episcopum Pictaviensem, illud Symbolum concinnasse, cum apud plerosque constet Symbolum illud esse ascribendum Gallo homini, sive qui in Galliis vixerit, et quidem Treveris aliquandiu habitaverit, cum ante omnes a Gallis scriptoribus celebratum, a synodis episcopisque Galliarum receptum, et commendatum antiquitus fuerit; tum etiam quod Treveris in Galliarum metropoli illud elucubratum fuisse, opinio increluit. Jam vero Fortunatus ex Italia profectus in Gallias, illic vixit usque ad extremum vitæ suæ spatium; isque Nicetio, episcopo Treverensi, et Magnerico, qui successit Nicetio in illa sede, amicitia conjunctus fuit, ut constat ex *carm. 11, 12, 13, lib. III. Hæc conjectura Murator. ex eo etiam potest confirmari, quod Fortunatus apertè de se narret, quod Treviros ipse advenerit, inquis lib. X, cap. 10:*

Perducor Trevirum qua moenia celsa patescunt:  
Urbs quoque nobilitum nobilis æque caput.

Subdit autem idem Cl. Muratorius: *Tempora quoque congruunt retati qua videtur Symbolum illud concinnatum fuisse. Nam cum illud post proscriptas hæreses Nestorii et Eutychetis, omnium fere consensione, existimetur conscriptum fuisse, quarum in ipso sit tam aperta mentio, utique a Fortunato, qui nonnisi vi sæculo labente mortuus est, conscribi potuit, ac synodi Chalcedonensis fides in proponendis et confirmandis Ecclesiæ dogmatibus adhiberi.*

Quod autem in eo Symbolo mentio fiat processioni Sp. sancti a Patre et Filio, id ipsum ostendit Fortunato potius quam Vincentio Lirinensi illud Symbolum esse attribuendum, cum iste Theodosio et Valentiniano imp., hoc est circa annum Christi 445, e vivis excesserit, cum nondum et fidei dogmatibus passim accenseri solebat hæc de Sp. Sancto sententia, [sive, cum id quod jam pertinebat ad fidei veritatem nondum expromi adversus novum errorem, qui postea succrevit, cœperat], ex quo nullum ejusdem vestigium apparet in Commemoratio ejusdem Vincentii Lirinensis, et e contra Fortunati ætate clarius hæc forma a viris doctissimis usurpari cœperit et a nonnullis etiam conciliis episcoporum probari.

Sed illud videtur obstare, quod Symbolum nomen Athanasii præ se ferat, ut ipsum propterea Vigilio potius Tapsensi ascribendum sit, aut Vincentio Lir., quibus erat solemne opuscula sua non suis nominibus, sed veterum Ecclesiæ Patrum, ac præcipue sancti Athanasii inscribere, quo majorem illis auctoritatem conciliarent. Verum respondet Murat. nomen Athanasii nonnisi multis post sæculis Symbolo illi adhæsisse, cum vetustissimi Codices illud non præ se ferant.

Causam vero inquirens cur Fortunatus illam fidei formulam protulerit, eam affert, quod in Galliis, vi sæculo, de Nestorii et Eutychetis doctrina quæstiones agitentur, ut licet intelligere ex fidei formula Pelagii Pontif., data ad Childbertum regem. Fortunatus itaque sine hac occasione, sive alia, sibi oblata, sententiam suam ac fidem, egregio Symbolo conscripto, declaravit, quomodo et Symboli apostolici expositionem ipsum conscripsisse atque edidisse consentiunt omnes ut minime propterea a tali studio fuerit alienus. Postremo, inquit, occurrunt in aliis Fortunati Operibus quasi semina quædam verborum ac sententiarum quæ indicunt Symbolum illud genuinum esse fetum Fortunati. Nam is Symboli apostolici expositionem sic incipit: *Præclarum in primordio ponitur cælestis testimonii fundamentum, quia salvus esse non poterit, qui recte de salute non crediderit. Quod respondet iis verbis Symboli Athanasii: Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit. Quibus addi possunt ea quæ idem Fortunatus, cap. 5 lib. VIII, versibus exprimit, affinia doctrinæ et structuræ verborum quæ in Symbolo Athan. apparet:*

Quod Deus amplexus carnem est, caro juncta coheret:  
Stat Deus, atque homo fit, Christus utrumque gerit.  
Non Deus in carnem est versus, Deus accipit artus,  
Non se permutans, sed sibi membra levans.  
Unus in ambabus naturis, verna in ipsis:  
Æqualis patri hiuc, Deitate Patri.  
Non sua confluens, sibi nostra sed omnia nectens,  
Quem sine peccato gignit uterque virum.  
De Patre natus habens divina, humanaque matris,  
De Patre sublimis, de genitrice humilis.  
Quando incorporeus pie corporis induit artus,  
Æqualis matris fit, minor inde Patri, etc.

Muratorius his quæ dicta sunt addit Ambrosiani Codicis auctoritatem, in quo præter alia continetur quoque Symboli ap. expositio a Fortunato presbytero conscripta; quæ eadem est ac quæ Operibus Venantii Fortunati attingit legitur in Edit. Brow.; tum deinceps post alia occurrit et expositio Symboli Athanasiani, de qua sermo est, sic inscripta: *Expositio fidei catholicæ Fortunati. Idem tamen Cl. Murat. ingenuè fatetur se hanc ita suis fidere conjecturis, ut certo affirmare possit Symbolumne potius Athanasianum, an ejus solum expositio sit Fortunato attribuenda.*

At auctores Hist. Litt. Franc. inficiantur illam expos. nostri Fortunati setum esse; quorum sententia ut meam adjungam, facit stylus nitidior et cultior qui in illa exposit. apparet quam qui fere erat familiaris Fortunato. De Symbolo autem nihil dicere lubet, de quo tot feruntur eruditissimorum hominum sententiæ, quas ad examen revocare hujusce loci atque operis non est; hic tamen utraque, et Symbolum vulgo Athanasianum, et ejus expositionem, ut edita a cl. Murator.º sunt, ex perantiquis Codd. exscripta, subjicimus.

## EXEMPLAR ATHANASIANI SYMBOLI.

1. Quicumque vult esse salvus, ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem: quam nisi quis integram inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum peribit. Fides autem catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur, neque confundentes personas, neque substantiam separantes. Alia est enim persona Patris, alia persona Filii, alia persona Spiritus sancti, una est divinitas, æqualis gloria, cœterna majestas. Qualis Pater, talis Filius, talis et Spiritus sanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus. Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus. Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus. Et tamen non tres æterni, sed unus æternus. Sicut non tres increati, nec tres immensi, sed unus immensus et unus increatus. Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus; et non tres omnipotentes, sed unus omnipotens. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus; et tamen non tres dii, sed unus Deus. Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus, et tamen non tres Domini, sed unus Dominus. Quia sicut singillatim unamquamque personam et Deum et Dominum confiteri Christiana veritate compellimur, ita tres deos, aut dominos dicere catholica religione prohibemus. Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Filius a Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus a Patre et Filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens, Patri et Filio cœternus est. Unus ergo Pater, non tres Patres, unus Filius, non tres Filii, unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti. Et in hac Trinitate nihil prius, aut posterius, nihil majus, aut minus, sed

A totæ tres personæ cœternæ sibi sunt, et cœquales; ita ut per omnia, sicut jam supradictum est, et Trinitas in unitate, et unitas in Trinitate veneranda sit. Qui vult ergo salvus esse, ita de Trinitate sentiat. Sed necessarium est ad æternam salutem, ut Incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta, ut credamus et confiteamur, quod Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, et Deus pariter, et homo est. Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus, et homo est ex substantia matris in sæculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationabili et humana carne subsistens; æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem. Qui licet Deus sit, et homo, non duo tamen, sed unus est Christus.

B Unus autem non conversione divinitatis in carne, sed assumptione humanitatis in Deo. Unus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ. Nam sicut anima rationabilis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus. Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, surrexit a mortuis, ascendit ad cœlos, sedit ad dexteram Patris, inde venturus judicare vivos ac mortuos. Ad cujus adventum omnes homines reddituri sunt de factis propriis rationem, et qui bona egerint, ibunt in vitam æternam; qui mala, in ignem æternum. Hæc est fides catholica, quam nisi unusquisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

C 2. In eadem scripturæ linea hæc sequuntur: *Lacta, mater, eum, qui fecit te, quia talem fecit te, ut ipse fieret in te. Lacta eum, qui fructum secunditatis tibi dedit conceptus, et decus virginitatis non abstulit natus.*

\* Additur a' a manu: *Sed Patris, et Filii, et Spiritus sancti.*

## \* EXPOSITIO FIDEI CATHOLICÆ FORTUNATI.

Quicumque vult esse salvus, ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem, quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum peribit. Primo ergo omnium fides necessaria est, sicut apostolica docet auctoritas, dicens: *Sine fide impossibilia est placere Deo (Hebr. xi, 6).* Constat

D enim neminem ad veram pervenire posse beatitudinem, nisi Deo placeat, et Deo neminem placere posse, nisi per fidem. Fides namque est bonorum omnium fundamentum, fides humanæ salutis initium. Sine hac nemo ad filiorum Dei potest consortium pervenire, quia sine ipsa nec in hoc sæculo qui-

\* Hanc eandem fidei expositionem reperit vir cl. Franciscus Antonius Zacharia in Codice chartaceo sæculi XIV, Florentiæ, sed nullius expresso auctoris nomine, et ipse refert in libro qui inscribitur *Excursus*

*litterarius per Italiam*, pag. 307, ubi varias lectiones adnotavit, quas nos quoque suis locis indicabimus.

quam justificationis consequitur gratiam, nec in futuro vitam possidebit æternam. Et si quis hic non ambulaverit per fidem, non perveniet ad speciem beatam Domini nostri Jesu Christi. *Catholica* universalis dicitur, id est recta, quam universa Ecclesia tenere debet. Ecclesia quippe congregatio dicitur christianorum, sive conventus populorum. Non enim sicut conventicula hæreticorum in aliquibus regionum partibus coarctatur, sed per totum terrarum orbem dilatata diffunditur. *Ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur*, et credamus, et colamus, et confiteamur Trinitatem in personis, unitatem in substantia. Hanc quoque Trinitatem personarum, atque unitatem naturæ propheta Isaias revelatam sibi non tacuit, cum se dicit seraphim vidisse clamantia: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth* (Isai. vi, 5). Ubi prorsus in eo quod dicitur tertio *Sanctus*, personarum trinitatem, in eo vero quod semel dicimus *Dominus Deus Sabaoth*, divinæ naturæ cognoscimus unitatem. Neque confundentes personas, ut Sabellius errat, qui ipsum dicit esse Patrem in persona, quem et Filium ipsum, et Spiritum sanctum; non ergo confundentes personas, quia tres personæ omnino sunt. Est enim gignens, genitus et procedens. Gignens est Pater, qui genuit Filium; Filius est genitus, quem genuit Pater; Spiritus sanctus est procedens, quia a Patre et Filio procedit. Pater et Filius coæterni sibi sunt, et coæquales, et cooperatores, sicut scriptum est: *Verbo Domini cali firmati sunt*, id est a Filio Dei creati; *Spiritus oris ejus omnis virtus eorum* (Psal. xxxii, 6).<sup>a</sup> Ubi sub singulari numero Spiritus ejus dicitur, Trinitatem personarum aperte demonstrat, quia tres unum sunt, et unum tres. *Neque substantiam separantes*, ut Arius garrit, b quia tres personas esse dicit, si et tres substantias esse mentitur. Filium dicit minorem quam Patrem, et creaturam esse; Spiritum sanctum adhuc minorem quam Filium, et Patris et Filii eam administratorem esse asserit. Non ergo substantiam separantes, quia totæ tres personæ in substantia Deitatis unum sunt. *Alia est enim persona Patris*, quia Pater ingenitus est, eo quod a nullo est genitus; *alia persona Filii*, quia Filius a Patre solo est genitus; *alia Spiritus sancti*, quia a Patre et Filio procedens est; *sed Patris, et Filii, et Spiritus sancti una est divinitas*, id est deitas, *æqualis gloria*, id est claritas, *coæterna majestas*. Majestas gloria est, claritas, sive potestas. *Qualis Pater, talis Filius, talis et Spiritus sanctus*, id est in Deitate, et omnipotentia. *Increatus Pater, increatus Filius, increatus et Spiritus sanctus*, id est

<sup>a</sup> In Codice supra relato sic legitur: *Ubi singulari numero Spiritus ejus dicitur, unitatem substantiæ Deitatis ostendit, ubi sub plurali numero, OMNIS VIRTUS EORUM dicitur, Trinitatem personarum aperte demonstrat.*

<sup>b</sup> Ibid., ut tres... sic et tres [forsan, sicut et tres].

<sup>c</sup> Deus est potestatem, non proprietatem [i. potestatis, non proprietatis], proprium nomen est Patris Pater.

<sup>d</sup> Ibid., omnia dominatur, et omnium est Dominus

a nullo creatus. *Immensus Pater, immensus Filius, immensus et Spiritus sanctus*. Non est mensurabilis in sua natura, quia illocalis est, et incircumscriptus, ubique totus, ubique præsens, ubique potens. *Æternus Pater, æternus Filius, æternus et Spiritus sanctus*; id est non tres æterni, sed in tribus personis unus Deus æternus, qui sine initio et sine fine æternus permanet. *Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens et Spiritus sanctus*. Omnipotens dicitur, eo quod omnia potest, et omnium obtinet potestatem. Ergo si omnia potest, quid est quod non potest? Hoc non potest, quod omnipotenti non competit posse. Falli non potest, quia sanctus est; mori non potest, quia immortalis vita est; finire non potest, quia indefinitus et perennis est. Ita *Deus Pater, Deus Filius, Deus et Spiritus sanctus*.<sup>e</sup> Proprium nomen est Patris *Pater*, et proprium nomen Filii *Filius*, et proprium nomen est Spiritus sancti *Spiritus sanctus*. Ita *Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus*. Dominus dicitur, eo quod<sup>d</sup> dominetur creaturæ cunctæ, vel quod creatura omnis dominatui ejus deserviat. *Quia sicut singillatim, id est sicut distincte unamquamque personam Deum et Dominum confiteri Christiana veritate compellimur*. Quia si me interrogaveris quid est Pater? ego respondebo: Deus et Dominus. Similiter si me interrogaveris quid est Filius? ego dicam: Deus et Dominus; et si dicas: Quid est Spiritus sanctus? Ego dicam: Deus et Dominus. Et in his tribus personis non tres deos, nec tres dominos, sed in his tribus, sicut jam supra dictum est, unum Deum et unum Dominum confiteor. *Unus ergo Pater, non tres Patres*, id est quia Pater semper Pater, nec aliquando Filius. *Unus Filius, non tres Filii*, id est quia Filius semper Filius, nec aliquando Pater; *Unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti*, id est quia Spiritus sanctus semper est Spiritus sanctus, nec aliquando Filius, aut Pater. Hæc est proprietas personarum. *Et in hac Trinitate nihil prius, aut posterius*. Quia sicut nunquam Filius sine Patre, sic nunquam fuit Pater sine Filio, sic et nunquam fuit Pater et Filius sine Spiritu sancto. Coæterna ergo Trinitas, et inseparabilis unitas sine initio, et sine fine. *Nihil majus, aut minus*. Æqualitatem personarum dicit, quia Trinitas æqualis est, et una deitas, Apostolo docente, et dicente: *Per ea quæ facta sunt intellecte conspiciuntur*, et per creaturam Creator intelligitur secundum has comparationes, et alias quam plures. Sol, candor et calor, et tria sunt vocabula, et tria unum. Quod candit, hoc calet, et quod calet, hoc candit<sup>e</sup>: tria hæc vocabula res una esse dignosci-

dominator.

<sup>e</sup> Exempla quæ hoc loco ab auctore expositionis istius proferuntur ad ostendendam et declarandam trium divinarum personarum in eadem natura, sive essentia, unitatem, quamvis in re tam dispere non omni ex parte proposito exemplari conveniant, eo tamen spectant, ut significetur quod quemadmodum terrestribus et inanibus in rebus, etsi natura sint unum, ut diverse tamen ad se referuntur, et varios signant effectus, diversis distinguuntur vocabulis,

tur. Ita Pater, et Filius, et Spiritus sanctus tres personæ in deitate substantiæ unum sunt, et individua unitas recte creditur. Item de terrenis vena, fons, fluvius, tria sunt vocabula, et tria unum in sua natura. Ita trium personarum Patris, et Filii, et Spiritus sancti, substantia et deitas unum est. Est ergo fides recta ut credamus et confitemur quia Dominus Jesus Christus. Jesus Hebraice, Latine Salvator dicitur, eo quod salvat populum<sup>a</sup>; Christus eo quod Spiritu sancto divinitus sit delibutus, sicut<sup>b</sup> in ipsius persona Isaias ait: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me (Isai. LXI, 1)*, etc.<sup>c</sup> Ita et Psalmista de Christo Domino dicit: *Unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis (Psal. XLIV, 8)*. Dei Filius, Deus pariter, homo est. Filius a felicitate parentum dicitur: homo ab humo dicitur, id est de humo terræ factus est. Deus ex substantia Patris ante sæcula genitus, id est Deus de Deo, lumen de lumine, splendor de splendore, fortis de forti, virtus de virtute, vita de vita, æternitas de æternitate. Per omnia, id est, quod Pater in divina substantia, hoc est et Filius. Deus enim Pater Deum Filium genuit non voluntate, neque<sup>d</sup> necessitate, sed natura. Nec quaeratur quomodo genuit Filium, quod et angeli nesciunt, et prophetis est incognitum. Unde et isdem eximius propheta Isaias dicit: *Generationem ejus quis enarrabit (Isai. LIII, 8)*? Ac si dixisset: Angelorum nullus, prophetarum nemo. Nec inenarrabilis et inestimabilis Deus a servulis suis discutiendus est, sed fideliter credendus, et pariter diligendus. Et homo ex substantia matris in sæculo natus. Dei Filius Verbum caro factum, et non quod Divinitas mutasset deitatem, sed assumpsit humanitatem. Hoc est, Verbum caro factum est, ex utero Virginis veram humanam carnem traxit. Et de utero virginali verus homo, sicut et verus Deus, in sæculo natus est, salva virginitatis gratia, quia mater genuit, et virgo mansit ante partum, et post partum. In sæculo, id est in isto sexto milliaro, in quo nunc sumus; sæcula enim generationibus constant, et inde sæcula, quod sequantur; abeuntibus enim aliis alia succedunt. *Perfectus Deus, perfectus homo*, id est verus Deus, et verus homo ex anima rationali, et non, ut Apollinarius hæreticus dixit primum, quasi Deitas pro anima fuisset in carne Christi; postea cum per evangelicam auctoritatem fuisset convictus, dixit:

ita in augustissima Triade nihil impedit quominus tres personæ, quæ natura unum sunt, ut ad se referuntur, sicuti nominibus, ita re distinguantur, id quod superius auctor disertius indicavit.

<sup>a</sup> In codice supra citato additur suum.

<sup>b</sup> Ibid., in ipsius Christi persona.

<sup>c</sup> Ibid., ita psalmus de.

<sup>d</sup> Auctor hujus expositionis aperte hic necessitatem eamit pro coactione, indicans Deum Patrem generare Filium, sed voluntate; quamvis, ut mox solidit, generet illum natura, atque adeo necessario.

<sup>e</sup> In Codice cit.: *Quia mater, quæ genuit, et virgo ante partum, et virgo post partum permansit.*

<sup>f</sup> Deest ibid. integra hæc periculus: *sæcula enim, etc., usque ad succedunt exclusive. Porro hæc alia additur: Deus et homo Christus. Deus unus Dei*

*Habuit quidem animam, quæ vivificavit corpus, sed non rationalem. Et e contrario iste dicit, qui catholice sentit: Ex anima rationali et humana carne subsistens, id est plenus homo, atque perfectus, Æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem, id est secundum formam servi, quam assumere dignatus est. Qui licet Deus sit et homo, non duo tamen, sed unus est Christus.* Et id est, duæ substantiæ in Christo, Deitas et humanitas, non duæ personæ, sed una est persona. *Unus autem non conversione Divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.* Id est non quod Divinitas, quæ incommutabilis est, sit conversa in carnem, sed ideo unus, eo quod humanitatem assumpsit, cœpit esse quod non erat, et non amisit quod erat: cœpit esse homo, quod antea non erat; non amisit deitatem, quia<sup>h</sup> incommutabilis in æternum permanet. *Unus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ.* Id est divinitas incommutabilis cum homine, quem assumere dignata est, sicut scriptum est: *Verbum tuum, Domine, in æternum permanet*, id est divinitas cum humanitate, ut diximus, duas substantias, unam personam esse in Christo, ut sicut ante assumptionem carnis æterna fuit Trinitas, ita post assumptionem<sup>i</sup> humanæ naturæ vera maneat Trinitas, ne propter assumptionem humanæ carnis dicatur esse quaternitas, quod absit a fidelium cordibus vel sensibus dici aut cogitari, cum ita, ut supra dictum est, et unitas in trinitate, et trinitas in unitate veneranda sit.

*Nam sicut anima rationalis, et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus.* Et si Dei Filius nostram luteam et mortalem carnem<sup>j</sup> nostræ conditionis assumpsit, sed tamen se nullatenus inquinavit, et aut naturam Deitatis mutavit, quia si sol aut ignis aliquid immundum tetigerit, quod tangit purgat, et se nullatenus coinquinat, ita Deitas sarcinam quam ex nostra humanitate assumpsit, nequaquam coinquinavit, sed nostræ naturæ carnem, quam assumpsit, purgavit, et a maculis et sordibus peccatorum, ac vitiorum expiavit, sicut Isaias ait: *Ipse infirmitates nostras accepit, et ægrotationes portavit (Isai. LIII, 4)*. Ad hoc secundum humanitatem natus est, ut infirmitates nostras acciperet, et ægrotationes portaret, non quod ipse infirmitates, vel ægrotationes in se haberet, quia salus mundi est, sed ut eas a nobis tolleret, dum suæ sacræ passionis<sup>m</sup> gratiam et sacramenta

*Filius, et ipse Virginis filius, quia dum Deitas in utero Virginis humanitatem assumpsit; et cum ea per portam Virginis, integrum et illæsam, nascendo mundum ingressus est Virginis filius, et hominum [i. homo] quem assumpsit.*

<sup>e</sup> Ibid.: *Idem Dei Filius, sicut supra diximus, ut deitas et humanitas in Christo, Dei Patris pariter et Virginis filio.*

<sup>h</sup> Ibid., immutabilis; item deinceps.

<sup>i</sup> Ibid., carnis humanæ.

<sup>j</sup> Ibid., nostræ redemptionis conditionem assumpsit.

<sup>k</sup> Ibid., neque naturam deitatis.

<sup>l</sup> Ibid., et se nullatenus eo coinquinat.

<sup>m</sup> Ibid., gratia, ac sacramento, chirographo adempto, etc.

ohirographo adempto redeuptionem pariter ac salutem animarum nobis condonaret. *Qui passus est pro salute nostra*, id est secundum id quod pati potuit, quod est secundum naturam humanam; nam secundum divinitatem Dei Filius impassibilis est. *Descendit* <sup>a</sup> *ad inferos*, ut protoplastum Adam, et patriarchas, et prophetas, et omnes justos, qui pro originali peccato ibidem detinebantur, liberaret, et de vinculo ipsius peccati absolutos de eadem captivitate, et infernali loco, suo sanguine redemptos ad supernam patriam, et ad perpetuæ vitæ gaudia revocaret. <sup>b</sup> Reliqui vero, qui supra originali peccato principalia crimina commiserunt, ut asserit Scriptura, in pœnali tartaro remanserunt, sicut in persona Christi dictum est per prophetam: *Ero mors tua, o mors* (*Osee xiii, 14*), id est, morte sua Christus humani generis inimicam mortem interfecit, et vitam dedit. *Ero morsus tuus, inferne*. Partem momordit infernum pro parte eorum quos liberavit, partem reliquit pro parte eorum qui pro principalibus criminibus in tormentis remanserunt. *Surrexit a mortuis primogenitus mortuorum* (*Apoc. i, 5*). Et alibi Apostolus dicit: *Ipsè primogenitus ex multis fratribus*, id est, primus a

A mortuis resurrexit. *Et multa corpora sanctorum dormientium cum eo surrexerunt*, sicut evangelica auctoritas dicit (*Math. xxvii, 52*); sed ipse, qui caput est, prius; deinde qui membra sunt, continuo. Postea *ascendit ad cœlos*, sicut Psalmista ait: *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem* (*Eph. iv, 18*), id est humanam naturam, quæ prius sub peccato venundata fuit, et captiva, <sup>c</sup> eandemque redemptam, captivam duxit in cœlestem altitudinem, et ad cœlestis patriæ regnum sempiternum, ubi antea non fuerat, et collocavit in gloriam sempiternam. *Sedet ad dexteram Patris*, id est prosperitatem paternam, et in eo honore, quod Deus est. *Inde venturus est judicare vivos, et mortuos*. Vivos dicit eos quos tunc adventus Dominicus in corpore viventes invenerit, et mortuos jam antea sepultos. Et aliter dicit vivos justos, et mortuos peccatores. *Ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, et reddituri sunt de factis propriis rationem, et qui bona egerunt ibunt in vitam æternam; qui vero mala, in ignem æternum. Hæc est Fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.*

<sup>a</sup> Ibid., ad inferna.

<sup>b</sup> Ibid., reliqui, qui supra originale peccatum.

<sup>c</sup> Ibid., eoque redempto.

## APPENDIX.

### VENANTII FORTUNATI VERSUS PRÆVIIS EDITORIBUS IGNOTI.

#### I

<sup>a</sup> AD RADEGUNDEM ET AGNETEM.

Dulcibus alloquiis quæ fabula fertur in <sup>b</sup> aurem!

Si mihi jam placidas mensa benigna tenet,  
Placitos animos, tabula redeunte, notate,  
Prodat ut affectum littera pictâ manu.

Dulcis amore pio pariter materque sororque  
Gaudia festivo concelebrate sono.

Sic vos Cæsarii monitis honor <sup>c</sup> ornet in orbe,

Atque <sup>d</sup> ambas caro cum patre Christus amet,  
Sic hic Cæsaria et præcelsa Cæsaria surgat,  
Ut per vos priscus hic reparetur honor.

Gratia sic <sup>e</sup> talis niteat, qua crescat in ævo  
Per vos Pietavis Arelatense decus.

Sic pie cœlesti mereamur vivere regi,  
Et mea vobiscum membra sepulcra tegunt.

Si quod in offenso retinetur pectore murmur,  
In vice laxatum sit veniale, precor.

Pacem Christus amans, mira dulcedine plenus  
Pectora vestra sacer, se mediante, liget.

Hi versus, qui desunt in omnibus præviis editionibus, paucis abhinc annis in Sangermanensi mss. Bibliothecæ Regiæ reperti sunt a D. Guerard, et ab illo primum in *Notitiarum de manuscriptis* tomo XII editi. <sup>b</sup> Ms., ore. <sup>c</sup> Ms., urnet. <sup>d</sup> Ms., ambas. <sup>e</sup> Ms., tales. <sup>f</sup> Verisimiliter soror. <sup>g</sup> Ms., Diliciæ. <sup>h</sup> Ms., fratres. <sup>i</sup> Ms., sua.

D Obtineat pariter veneranda casaria mecum,  
Quæ simul amplexu vos cupit esse pio.

Quam prius inscribam fixam pietate parentem,

Quo geminæ matres exstat et una... <sup>f</sup>

Hanc præponit honor, quæ junior exstat in annis,  
His ætas gravior jure senile favit.

Sed mihi dulce tribus pariter mandare salutem,  
Est quoniam vobis carus et unus amor.

Felix quæ retinet pariter tria lumina mensa,  
Et Paschale bonum multiplicare facit,

Angelico cœtu sic participante fruuntur,  
<sup>g</sup> Deliciæ vobis in regione Dei.

Nocte salutifera maneant materque sororque,

D Hoc nati et <sup>h</sup> fratris prospera vota ferant!

Angelicos cœtus, præcordia vestra, rev. it,  
Et relegat alloquia pectoris cara <sup>i</sup> sui.

Tempora noctis agunt ut hac brevitate salutem,  
Sex modo versiculis vel duo ferte, precor.



Quamvis quod cuperem <sup>a</sup> fugiat me, vespere fac'o, A  
Te mihi non totam nox tulit ista tamen.

Etsi non oculis, animo cernuntur amantes,  
Nam quo forma <sup>b</sup> nequit, mens ibi nostra fuit.

Quam ille locus pius, qui <sup>c</sup> nunquam abruptit aman-  
Quo capiunt oculis quos sua vota petunt, [tes,

In medio posito bonitatis principe Christo,  
Cujus amore sacro corda ligata manent!

Illic quoque sed plures carmina jussa per annos,  
Illinc rapias tecum quo tibi digna loquar.

Plaudite voce, Deo pia reddite vota, sorores,  
Quod sic vobiscum gaudia tanta sedent.

Ne foris excluso, vos hanc retinetis amantes:  
Quod commune placet non simul esse licet.

Hec longeva diu maneat per singula nobis,  
Floreat et cunctis participanda bonis.

<sup>d</sup> Cuncti hodie festiva colunt: ego solus in orbe  
Absens natali conqueror esse meo.

<sup>e</sup> Qui si forte latens alia regione fuisset,  
Ad vos <sup>f</sup> debueram concitus ire magis?

Nunc alii tibi dant, ego munera nulla sorori  
Vel dare qui potui pomula <sup>g</sup> more joci.

Sed quamvis absens specie, sum pectore præsen<sup>2</sup>,  
Et rogo que mihi dona libenter habe.

Sic Deus omnipotens parcat matri atque sorori,  
Que non egerunt me retinere sibi.

Illic pia festa diu multos <sup>h</sup>, senis ipsa, per annos,  
Læta matre, simul me quoque <sup>i</sup> fratre, colas

Sic <sup>j</sup>, hesternæ dies totas mihi transtulit horas,  
Ut matris vocem non meruisse querar.

Qualiter agnus amans genetricis ab ubere pulsus,  
Tristis et herbosis anxius errat agris;

Nunc fugit ad campos feriens balatibus auras,  
Nunc redit ad caulas, nec sine matre placens.

Sic me de vestris absentem suggero verbis;  
Vix tenet incluso nunc domus una loco.

<sup>k</sup> Sed refer hinc gratis placidæ caræque...  
Quod me consolvit de pietatis ope.

Tu retines medium, medium me possidet illa;  
Cum <sup>g</sup> minas video, tunc ego totus agor.

Num tibi, cara precor, Martinus, Hilarius adstent,  
Et te vel natos spes tegat una Deus.

<sup>l</sup> Si nequeo præsens, absens tibi solvo tributum,  
Ut probet affectum, mater amata meum.

Si non essem <sup>m</sup> absens facerem quodcumque juberis:  
Obsequiis parvis forte placeret iners;

Pectore devoto sed rustica lingua dedisset  
Pastoris calamo matris in aure sonum

Inperitiis famulans <sup>n</sup> tererem mea membra diurnis;  
Servirent dominæ subdita colla suæ.

Nalla recusarent digiti, puteoque profundo  
Quæ manus hoc scripsit prompta levaret aquas.

<sup>a</sup> Ms., fugiet. <sup>b</sup> Ms., nequid. <sup>c</sup> Ms. nunquid. <sup>d</sup> Recens editor annotat ad calcem paginæ cunctas: nescio

quare. <sup>e</sup> Sane qui. <sup>f</sup> Ms., dubieram. <sup>g</sup> Ms., mora joci. <sup>h</sup> Sic in Ms. <sup>i</sup> Ms., frater. <sup>j</sup> Ms., eterna.

<sup>k</sup> Hic versus posset legi: Sed refero hinc grates placidæ caræque sorori. <sup>l</sup> Ms., Sine quæ. <sup>m</sup> In Ms. ver-

bum absens eraditur. <sup>n</sup> Ms., tererem. <sup>o</sup> Ms., cocinæ. <sup>p</sup> Ms., thoro. <sup>q</sup> Præter editor, Domine.

<sup>r</sup> Sic in Ms.

Plantaret, coleret dulce libenter olus.

Splendor erat tecum mea membra tradere <sup>o</sup> coquinæ  
Et nigra de puro vasa lavare lacu.

Hinc tibi nunc absens Marcelli manera misi,  
Cui dedit excelsum vita beata locum,

Et si displiceant indigno verba relatu,  
Complaceant animo signa superna tuo.

Sis longeva mihi cum nata et messe sororum,  
Virgineoque <sup>p</sup> choro restat ovile Dei!

Si tua verba dares, essent plus dulciora quam si  
Floribus electis nulla dedisset apes.

Anxius, afflictus, curarum pondere curvor,  
Pectore confuso nec dare verba queo.

<sup>B</sup> Murmure sub dubio laceror, neque carmina laxo,  
Nescio certo loqui, mente vacante mihi.

Heu! tristem si vota velint audire fatentem,  
Me subito ferrent nubila missa tibi!

Dedalico lapsu si pinnas sumere nossem,  
Ad vos quantotius jam revolasset amans.

Novit enim Dominus, qui corda latentia pulsat,  
Quæ mea, sed tacite, viscera cura domet.

Reddite, cum nequeo, <sup>q</sup> dominæ promissa benignæ;  
Nec tamen hic culpam crede fuisse meam,

Excusa, si forte potes, per sidera testor,  
Me neque velle moras matris in aure feres.

Oret pro famulo; citius remeare parabo,  
Et cum præsentor, verbera voce domet.

<sup>C</sup> Supplicibus votis referat mandata salutis  
Matribus ac dominis pagina missa loquens;

Dumque recusat iter nostrum tibi reddere vultus,  
Affectum saltim sollicitudo probet.

Non sumus absentes, si nos oratio dulcis  
Præsentis semper cordis amore tenet.

Matri natus ego, frater simul ipse sorori,  
Pectore devoto parvula dona fero.

Tertius unitus tria munera porta duabus:  
Tam dulces animas dulcia poma decent.

Sed date nunc veniam mihi quod fano tali habetur,  
Munera quæ portet charta canister erit.

<sup>D</sup> Pergimus inclusas a gurgite cernere terras,  
Qua v.igus Oceanus fertque refertque vices

Fluctibus assiduis cum surgit ad æthera pontus,  
Huc feritate sua mobilis unda la rat.

Littus arena suum refugit, nunc suscipit æstiv;  
Nunc mare dum turget, naufraga terra latet;

Quo gelidas se esse <sup>r</sup> rea..... dicus occupat ardor.  
Atque loco huc una sunt tria dona Dei,

Quamvis sit sterilis, fructus fert illa beatos,  
Dum cœlo dignos pascit arena viros.

Ast ego vel si qua sine vobis urbe tenerer.

A

Inter multa tamen millia solus eram.

Cernere vos ketas merear, materque sororque,

Cum venit a excelsi cœna Dei beata.

Si citius redeat frater simplicius, oro,

A me mandatae ferre salutis opem.

Et rogo, per vestras me commendate sorores :

Sic faciat cunctis Christus amore suas.

<sup>a</sup> Ms., *exele*. <sup>b</sup> Ms., *opus*. <sup>c</sup> Ex Maili Spicilegio Romano tom. IX.

II

EPIGRAMMA DE THEUDICHELDE.

Hunc regina locum monachis construxit ab imo  
Theudichildis, rebus nobilitando suis.

Cujus nunc licet hoc corpus claudatur in intro,  
Spiritus astrigero vivit in axe Dei.

Implorans rectis pastoribus euge beatum.

Det sapientibus huic heu mala digna Deus!

VENANTII FORTUNATI FINIS.

ANNO SÆCULI VIII INCERTO.

# DEFENSOR

LOCOCIAGENSIS MONACHUS.

## NOTITIA HISTORICA IN DEFENSOREM.

(Histoire littér. de la France, tom. III.)

Deux époques nous déterminent à placer ici cet écrivain (a). La première se prend de l'ouvrage qu'il a laissé à la postérité, où, entre les auteurs dont il s'est servi, il n'en cite point de plus récent que saint Isidore de Séville, mort vers l'an 636 (b). L'autre époque se tire encore du même ouvrage, où Défenseur témoigne avoir été élevé et instruit par Ursin (c), qui n'est autre que le prieur ou abbé de même nom, qui a écrit une des Vies de saint Léger, évêque d'Autun, dix-sept ou dix-huit ans avant la fin de ce siècle, comme on l'a dit en son lieu. C'est donc sur un légitime fondement que nous assignons à notre auteur le temps marqué; et quoiqu'il ait pu vivre jusque dans le siècle suivant, il nous paraît que ce serait le renvoyer trop loin (d), que de ne le placer avec Dom Mabillon que vers 752.

(e) Défenseur ayant embrassé la vie monastique à Ligugé, près de Poitiers, comme il le dit lui-même, fit de l'étude une de ses principales occupations. Il se rendit si habile, qu'il mérita de porter la qualité de Grammairien, qu'on donnait anciennement à ceux qui avaient de la littérature. Il s'appliqua surtout à la lecture des Pères de l'Eglise, et de l'avis d'Ursin, qui dirigeait ses études, il en recueillit les endroits qui lui parurent les plus édifiants; et les rapportant à certains chefs, il en forma un livre qu'il intitula : *Scintillarum seu Sententiarum catholicorum Patrum*, Recueil d'Étincelles ou de Sentences tirées des Pères orthodoxes.

(f) Rendant compte de son dessein dans une petite

(a) Mab. An., l. XXI, n. 12.

(b) T. II, p. 704, § 25.

(c) L. XVII, n. 3.

(d) L. XXI, n. 12.

(e) T. II, p. 704, § 25.

B préface qui se lit à la tête de l'ouvrage, il dit qu'il l'a entrepris pour épargner à ses lecteurs la peine de lire un grand nombre de volumes; qu'il a eu soin de recueillir dans le sien tout ce qu'ils pourraient souhaiter sur les matières qu'il entreprend d'y traiter; que, pour éviter d'être taxé d'imposture, et de peur qu'on ne regardât son ouvrage comme apocryphe, il a été attentif à marquer à chaque sentence le nom du Père dont il l'a prise (g). Ces sentences sont ordinairement fort courtes; et les Pères qu'il cite sont S. Clément, Origène, S. Cyprien, S. Basile, S. Augustin, Eusèbe qui semble être celui d'Emèse, ou plutôt l'auteur à qui l'on a donné ce nom, un certain Joseph que l'on ne connaît guère d'ailleurs; S. Césaire, S. Grégoire, pape, S. Isidore de Séville, et les Vies des Pères. L'ouvrage est tout de morale, et divisé en quatre-vingt chapitres (h), ou seulement soixante-dix, suivant d'autres manuscrits. L'auteur y traite des principales vertus chrétiennes, comme la charité, la patience, l'amour de Dieu et du prochain, l'humilité. On voit par sa préface qu'il était bien instruit de la doctrine de S. Augustin, et qu'il avait beaucoup de modestie. Son style est dur, embarrassé, obscur et quelquefois barbare.

(i) Sixte de Siennes, qui avait lu cet ouvrage, puisqu'il en rapporte les premiers mots, ne laisse pas d'en parler avec éloge. Dès le commencement du 11<sup>e</sup> siècle il se trouvait, sans nom d'auteur, dans la bibliothèque de Saint-Riquier en Ponthieu (j). Dom Mabillon en ayant recouvré un exemplaire manus-

D (f) Ibid.

(g) L. XXI, n. 12.

(h) *Spic.*, t. IV, p. 484.

(i) *Six. Bib.*, l. IV, p. 24, 2.

(j) *Mab. Mus. Ital.*, p. 128; *An.*, t. II, p. 704, § 25.

crit dans celle du Mont-Cassin, en a fait imprimer A Anvers chez Steelsius en 1550, l'autre à Venise à l'en-  
la préface dans l'appendice du second tome de ses seigne de l'Espérance, c'est-à-dire, chez Barthélemy  
Annales. Il semble supposer que l'ouvrage n'a ja- de Albertis, en 1552, et la troisième à Cologne en  
mais été mis sous la presse (a). Cependant Possevin 1554. Il faut que ces éditions soient rares; car nous  
en marque trois éditions différentes: l'une faite à ne les trouvons point ailleurs.

(a) Poss. App., t. I, p. 387, 680.

## ALIA NOTITIA IN DEFENSOREM.

(Fabric. Bibl. med. et inf. ætatis.)

*Defensor*, grammaticus et monachus Locociagen-  
sis apud Pictones, auctor *Scintillæ*, sive locorum  
communium et sententiarum (a) per capita 80 col-  
lectarum ex sacra Scriptura et sanctis Patribus,  
Ambrosio, Anastasio, Augustino, Basilio, Cæsario,  
Clementis libris, Collationibus Cassiani, Cypriano,  
Ephræm, Isaia, Eusebio, Gregorio, Hieronymo,  
Hilario, Isidoro, Josepho, Origene et Vitis Patrum.  
Hunc librum ex bibliotheca Montis Casini descrip-  
sisse se refert Joannes Mabillonius, pag. 123 Musei  
Italici, ubi veterem auctorem appellat, ut qui nullum  
e Patribus Isidoro posteriorem adducit. Præter rem  
tamen habuit pro inedito; est mihi enim in manibus  
editio Coloniensis an. 1556, forma minore excusa  
apud Petrum Horst. Antwerpensem quoque anni  
1550 a Gesnero, et Venetam 1552 a Simlero memo-  
rari memini, ne dicam de illa quæ ex Romana Anto-  
nii Gangutiæ Siculi editione, Rom. 1560 in-4<sup>o</sup>, sub  
Bedeæ nomine exstat tom. VII ejus Operum, de qua,  
sicut de Anglo-Saxonica illius versione, supra tom. I,  
pag. 191. At enim nomen *Defensoris*, et nutritoris  
sui *Ursini* auctor diserte expressit in præfatione,  
quam integram hic (est enim brevis) infra posui:  
*Lector, quisquis es, libellum hunc legens, flagito te*

*scriptor, ut libenti legas animo et melliflua grate sus-  
cipias verba. Voluntas bona et labor, nihil aliud fuit  
mecum, nisi de Domini et sanctorum dictis, e quibus  
excerpta est hæc SCINTILLA. Nec mea existit industria,  
sed Dei totum est gratia, meique nutritoris Ursini doc-  
trina obtemperare volens, paginas quasque scrutans,  
sententiam reperiens fulgentem, seu inventam quis  
margaritam aut gemmam, ita avidus collegi. Guttæ  
quemadmodum collectæ multæ fontem efficiunt, diver-  
sorum sic voluminum congregans testimonia, hoc con-  
dere tentavi. Velut de igne procedunt scintillæ, ita hic  
minutæ sententiæ pluribusque libris scriptæ vocentur  
SCINTILLA SCRIPTURARUM. Quam qui legere vult, labo-  
rem sibi ut amputet, nec præ cæteris paginas iterando  
lassescat, hic habet ex pluribus carptum. Ne id opus  
quoque putaretur apocryphum, unicuique sententiæ per  
singulas capitulatim virtutes suam scripsi auctorem,  
nomen ascribens meum quod est DEFENSOR, non ob  
gloriam vanam, sed ut quicumque legerit, mei memo-  
riam habeat. Caput quod in editis desideratur, tri-  
gesimum quintum de Doctoribus, vulgavit B. Nicolaus  
Staphorstius noster tomo III Historiæ ecclesiasticæ  
Hamburgensis, pag. 359-361, ex codice Ms. biblio-  
thecæ templi Petri et Pauli Hamburgensis.*

(a) Alii Alvaro Cordubensi *Scintillas* tribuunt, alii  
Cæsario episcopo, ut codex bibliothecæ Paulinæ  
Lipsiensis in Catalogo Mss. Felleriano, pag. 122. De  
Græcis similis generis collectionibus dictum libro v

Bibliothecæ Græcæ, cap. 30. Latine post *Defensorem*  
ætia circa annum 1516 composita a Thoma Hibernico,  
de quo infra suo loco.

## DEFENSORIS

LOCOCIAGENSIS MONACHI

## SCINTILLARUM

LIBER.

### PROLOGUS.

*Lector, quisquis es, libellum legens hunc, flagito  
te scriptor, legas animo, et melliflua grate suscipias  
verba. Voluntas bona et labor: aliud nihil fuit meum.  
De Domini et sanctorum suorum dictis est excerpta  
Scintilla; nec mea existit industria, sed Dei totum  
gratia meique nutritoris Ursini illud operari. Jussioni  
et doctrinæ obtemperare volens, paginas quasque*

*Hæc lectio, desumpta ex Mabill. tom. II Annal.  
Bened. p. 704, satis differt ab illa quam supra da-  
mus ex Fabricio: utraque habens lector, utramque  
dijudicet ipse. Apud Mabillonum prologo præposita*

*D scrutans, sententiam reperiens fulgentem, sicuti in-  
ventam quasi margaritam aut gemmam statim avi-  
dus collegi. Quemadmodum guttæ multæ fontem  
efficiunt, sic de diversorum voluminibus congre-  
gans testimonia, hunc libellum condere tentavi. Ve-  
luti de igne procedunt scintillæ, ita hunc minutæ  
sententiæ pluresque libri inveniuntur fulgentes, ad  
quarum inter hoc scintillarum volumen, quod qui*

*sunt hæc verba: In Dei omnipotentis nominis incipit  
liber Scintillarum seu Sententiarum catholicorum Pa-  
trum, editus a Defensore grammatico.*

legere vult, laborem sibi amputat, ne per cæteras A paginas iterandum lassescat. Hic habentur quod reperiri desiderat : sed ne id opus quasi sine auctore putetur apocryphum, unicuique sententiæ per singula proprium scripsi auctorem. Cænovio Locutiense Martini sancti, in quo comam mei totondi caritis, ipsum dono, donatumve in perpetuam colligat ætatem, qua sua ab adolescentia ibi me dotaverunt mei degentes Domini ; scripsi Jesu favente ipse, coramque debet adolescere Christo, si me facit eorum obedire jussui, et illorum in omnibus efficere copiose perlucens famulatum. Et, si aliquid præter id quod minus studiose gessi, te oro legentem, non ut æmulus vituperes, sed ut benivulus emendes, nomen scribens meum, quod est DEFENSOR, non ob gloriam vanam, sed ut quicumque legit memoriam mei habeat. Sicuti naviganti portus, ita et mihi versus fuit optabilis. Novissime legentibus conjuro et audientibus imploro pro me exorare ultimum, ut quandiu subsisto Dei affluar sapientia, de carne iturus perfrui vitam merear beatam æternam. Amen.

## CAPUT PRIMUM.

## De charitate.

## CHRISTUS.

Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis (Joan. xiii).

## PETRUS.

Ante omnia mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum (I Petr. iv; Rom. xiii; Prov. x).

## PAULUS.

Charitas patiens est, benigna est, et reliqua (I Cor. xiii).

Charitate fraternitatis invicem diligentes (Rom. xii).

## JOANNES.

In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit : et nos debemus pro fratribus animam ponere (I Joan. iii).

Deus charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo (I Joan. iv).

## SALOMON.

Oidium suscitatur rixas, et universa delicta operit charitas (Prov. x).

## AUGUSTINUS.

Si per viam veræ charitatis volumus currere, ad D æternam patriam feliciter possumus pervenire.

Sine charitate enim omnia quæcumque facimus, nihil prodest facere.

Vacuum et inane expendimus studium, si non habemus charitatem quæ Deus est.

Regnat enim carnalis cupiditas, ubi non est Dei charitas.

Tunc enim homo perfectus est, quando charitate plenus est.

Sine amore charitatis, quamvis quisque recte credat, ad beatitudinem pervenire nequaquam potest.

Tanta est charitatis virtus, ut etiam prophetia et martyrium sine illa nihil esse credantur.

Tanta est charitatis virtus, quæ si desit, frustra

habentur cætera ; si adsit, recte habentur omnia.

Ille autem tenet quod pater, et illum nihil latet in divinis inoribus, qui charitatem tenet in sermonibus.

Sectamini charitatem dulci ac salubri cibo, sine qua dives pauper est, et in qua pauper dives.

Qui claudunt oculos suos contra charitatem, obdormiscunt in concupiscentiis et in delectatione carnis.

Extende charitatem per totum orbem, si vis Christum amare : quia membra Christi per orbem jacent.

Quomodo enim corpus tuum sine spiritu, hoc est sine anima, si fuerit, mortuum : ita et anima tua sine Spiritu sancto, id est sine charitate, mortua deputabitur.

Non enim habitant in unum, nisi in quibus fuerit B perfecta charitas Christi.

Nam in quibus non est perfecta charitas, cum in unum sunt, odiosi sunt, molesti sunt, turbulenti sunt, anxietate sua turbant cæteros.

## AMBROSIVS.

Sicut sine via nullus venit quo tendit, ita sine charitate, quæ dicta est via, non ambulare possunt homines, sed errare.

Eos autem quos ad tolerantiam peccatorum fortes Dei charitas reddit, nulla delectatio carnis, nulla voluptas mala blande corrumpit.

## GREGORIUS.

Una quippe et summa est probatio charitatis, si et ipsi diligitur qui adversatur, et ille qui bona impedit.

C Amandi enim sunt proximi, et impendenda charitas est omnibus, et propinquis et extraneis.

Nec tamen pro eadem charitate a Dei amore fluctendum.

Sicut enim multi rami arboris ex una radice procedunt, sic cæteræ virtutes ex una charitate generantur.

Nec habet aliquid ramus viriditatis boni operis, qui non permanet in radice charitatis.

Ille vero charitatem habet, qui et amicum diligit in Deo, et inimicum diligit propter Deum.

Pro inimico nihil postulat, qui ex charitate pro eo non erant.

Lex quippe Christi est, charitas unitatis. Nihil hominis est operatio, si non habemus charitatem, quæ in his omnibus mandatis Dei, arcem atque principatum tenet.

Charitas est dilectio Dei et proximi in toto corde, et in tota mente : ut quæcumque volumus ut faciant nobis homines bona, ita et nos faciamus illis.

Hæc est enim lex et prophetæ.

Habenti namque dabitur, et abundabit : quia qui qui charitatem habet, etiam dona percipit alia.

Quisquis charitatem non habet, etiam dona quæ percepisse videbatur, amittit.

Necesse est ut erga charitatis vinculum vigilemus.

Tanto namque amplius peccati rubigo confunditur, quanto cor peccatoris magno igne crematur.

Tunc enim mirabiliter ad altam charitas surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer inclinat : et cum benigne descendit ad infima, valenter recurrit ad summa.

Virtus ergo veræ orationis est celsitudo charitatis.

Lata quippe est charitas, quæ inimicorum dilectione capitur.

Fraterna mala charitas longanimitèr portat.

Charitas autem vera est, et amicum diligere in Deum, et inimicum diligere propter Deum.

Quisquis charitatem non habet, omne bonum amittit quod habet.

Vires, quas imperitia denegat, charitas subministrat.

Plerumque charitas quibusdam occupationibus præpedita, et integra flagrat in corde, et tamen non monstratur in opere.

Quia sol cum nube tegitur, non videtur in terra, et tamen ardet in cælo : sic esse occupata charitas solet, et intus vim sui ardoris exurit, et foris flammæ sui operis non ostendit.

HIERONYMUS.

Terrarum longitudo non separat quoscunque amor jungit.

ISIDORUS.

Quamvis nonnulli fide atque operibus sanctis videntur esse participes, tamen quia privantur charitate fraternæ dilectionis, nullum habent incrementum virtutis.

Nullum præmium charitate pensatur.

Charitas enim virtutum omnium obtinet principatum.

Tenenda cum sanctis viris unitas charitatis : et quanto se unusquisque subtrahit mundo, tanto necesse est ut se associet bonorum consortio.

Charitas in dilectione Dei et proximi constat.

Servat autem in se dilectionem Dei, qui a charitate non dividitur proximi.

Qui a fraterna societate secernitur, a divinæ charitatis participatione privatur.

A regno autem Dei se separant qui semetipsos a charitate dissociant.

Perfecta charitas est dilectio Dei et proximi.

Omnis enim bonitas ex charitate et humilitate procedit.

CYPRIANUS.

A dissensionis malo continere suam linguam debet qui novit et diligit vinculum charitatis.

BASILIIUS.

Qui charitate plenus est, tranquillo animo et serenissimo vultu procedit.

Vir autem odio plenus ambulat iracundus.

CÆSARIUS.

Veram autem charitatem et veram obedientiam retinentes, nihil de nostris meritis præsumamus, sed de Dei virtute confidamus.

Talia enim sunt sine charitate jejunia, qualis sine oleo lucerna.

Nihil nobis prodest quod nos continuis vigiliis laboribusque conficimus, si intra nos charitatem non habemus.

Quia nihil prodest quod affligis corpus tuum, quando nihil proficit in corde tuo.

Si charitas vera et humilitas non adfuerint, de solo habitu religionis præsumere et considerare non debemus.

EPHREM.

Charitas columna et firmamentum in anima sancta est.

CAPUT II.

De patientia.

CHRISTUS.

Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur (*Matth. v*).

In patientia vestra possidebitis animas vestras (*Luc. xxi*).

PETRUS.

Hæc est enim gratia, si propter conscientiam Dei sustinet quis tristitias, patiens injuste (*I Petr. ii*).

Quæ enim gratia est, si peccantes et colaphizati suffertis (*Ib. d.*) ?

Sed si beneficientes, patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum (*Ibid.*).

PAULUS.

Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem (*Rom. v*).

Spes autem non confundit : quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis (*Ibid.*).

Si fieri potest, quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes (*Rom. xii*).

Patientia enim vobis necessaria, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem (*Hebr. x*).

Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum (*Hebr. xii*).

JACOBUS.

Patientia autem opus perfectum habeat, ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes (*Jacob. i*).

Beatus vir qui suffert tentationem : quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repro-misit Deus diligentibus se (*Ibid.*).

SALOMON.

Qui patiens est, nulla gubernatur sapientia ; qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam (*Prov. xiv*).

Melior est patiens viro forti : et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium (*Prov. x*).

Doctrina viri per patientiam noscitur (*Prov. xix*). Patientia lenietur princeps, et lingua molis confringet duritiam (*Prov. xxv*).

Melior est patiens arrogante (*Eccl. vii*).

AUGUSTINUS.

Qui ergo fuerit patientior ad injuriam, potentior constituetur in regno.

Quantum patiens est Dominus noster in sustinendis delictis nostris, tantum severus erit in discutiendis actibus nostris.

HIERONYMUS.

Si autem credentium pax Christus est, quicumque sine pace est, consequenter nec Christum habet.

Apud Christianos enim non qui patitur, sed qui A ram possidet mentem. At invidus in tribulatione est facit contumeliam, miser est.

Gravius est sustinere quem nolis, quam desiderare quem diligis.

Sicut ad proprias injurias patientes esse debemus, ita si aliquem viderimus erga Deum ore sacrilego blasphemantem, illi tenere non debemus patientiam, quin potius sacrilego resistere, et os blasphemum veritatis responsione damnare.

AMBROSIIUS.

Ad faciem publicam patientiam fingunt, et in animo iracundiæ virus abscondunt.

Ad nocendum parati, cum nocendi tempus advenit.

Tribus modis virtus patientiæ exerceri solent.

Aliquando enim sunt quæ a Deo, aliquando quæ B ab antiquo adversario, aliquando quæ a proximo sustinemus.

A proximo namque persecutiones, damna et contumelias.

Ab antiquo adversario tentamenta, a Deo autem flagella toleramus.

GREGORIUS.

Ad pacis donum nequaquam pervenire potest qui pacem Domini discordiæ furore rumpit.

Patientia vera est aliena mala unanimiter perpeti, et contra eum qui mala irrogat nullo dolore morderi.

Sine ferro martyres esse possumus, si patientiam veritatis in animo servamus.

Tanto ergo quisque minus ostenditur doctus, C quanto minus convincitur patients.

Igitur, cum patientia relinquitur, etiam bona reliqua quæ jam gesta sunt, destruuntur.

Patientia enim vera est quæ et ipsum amat quem portat.

Non tolerare et odisse, non est virtus mansuetudinis, sed velamen furoris.

Cum resistere possumus iræ superbientium, humiliter declinemus.

Gloriosius est injuriam tacendo fugere, quam superare respondendo.

Supernus arbiter noster, etsi pondus considerat in retributione, tamen vires pensat in pondere.

Quantum læta mens fuerit per amorem, tantum D erit et patients per longanimitatem.

Tantum quisque portat proximum, quantum amat: si enim amas, portas; si desistis amare, desistis et tolerare.

Quem minus diligimus, minus etiam toleramus.

BASILIIUS.

Pacificus homo consortium angelorum merebitur; invidus autem particeps dæmoniorum efficietur.

Qui patienter hic tolerat mala, in futuro gloriam merebitur.

Pax enim effugat discordias, invidia autem copulat eas.

Sicut pax secreta mentis illuminat, ita invidia occulta cordis obcæcat: homo autem pacificus secu-

ram possidet mentem. At invidus in tribulatione est semper.

Fili, si cupis patientiam habere, moneo primum teipsum ut ad mandata divina excites mentem tuam.

Ex abundantia lætitiæ pacificus homo dignoscitur, et ex vulu marcido et furore pleno invidus demonstratur.

Vir benignus etiamsi patiatur injuriam, pro nihilo ducit.

Iniquus autem etiam parvum verbum audiens a proximo, contumeliam arbitratur.

Qui enim amplectitur pacem in mentis suæ hospitio, mansionem præparat Christo; quia Christus pax est, et in pace consuevit requiescere.

Si quis tibi intulerit mala, ne irascaris; sed dole B potius pro eo, quia Deus illi irascitur.

ISIDORUS.

Non autem potest esse in pace qui spem suam ponit in homine.

Qui vitæ futuræ diligenter excogitat præmia, mala omnia vitæ præsentis æquanimiter portat.

Gravius torquetur impius, mundi excogitando commoda, quam justus tolerando adversa.

Qui enim bona mundi diligit, velit nolit, timoris pænæ succumbit.

Patienter ab uno ferendum est, quod multis accidit tolerabile.

Pœna hujus mundi brevis est: et qui affligit, et qui affligitur, mortalis est.

Malorum perversitas non te occidit, sed erudit. C Habeto patientiam in adversis: et promptior esto ad suscipienda, quam ad ferenda molesta.

Contumelias detrahentium patientia superat.

Sagittas contumeliæ patientiæ clypeus frangit.

Contra linguæ gladium, patientiæ præbe scutum.

Magna est virtus, si non lædas a quo læsus es.

Major virtus, si etiam læsus remittas.

Maxima autem virtus gloriæ, si, cui potuisti nocere, parcas.

CYPRIANUS.

Pacificos enim et concordēs Deus in domo sua habitare præcepit.

Ut qui filii Dei esse cœpimus, in Dei pace maneamus: et quibus spiritus unus est, unus sit animus et sensus.

Sacrificium Deo majus est pax vera et fraterna D concordia.

Qui pacem Christi et concordiam rumpit, adversus Christum facit, qui dixit: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.

Pacem quippe querere debet filius pacis.

Neque enim potest quis accipere dolorum et passionum coronam, nisi præcesserit in dolore et passione patientia.

Neque enim potest veraciter bona docendo impendere, si vivendo nescit æquanimiter aliena mala tolerare.

Quisquis lenis et mitis est, Dei patris imitator est.

## EX VITIS PATRUM.

Patiens homo rivulus fons est, omnibus exhibens delectabilem potum.

JOSEPHUS.

Vir enim patiens est qui præsentia non timet, et futura cogitat, et nescit trepidare ubi est timor.

## CAPUT III.

De dilectione Dei et proximi.

CHRISTUS.

Qui diligit me, mandatum meum servabit (*Joan. xv*).

Si diligitis me, mandata mea servate (*Ibid.*).

Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint: quodeunque volueritis, petetis, et fiet vobis (*Joan. xv*).

In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis adinvicem (*Joan. xiii*).

In fraternitatis amore simplici, ex corde invicem diligitte attentius (*1 Petr. i*).

PAULUS.

Dilectio proximi malum non operatur (*Rom. m*).

Plenitudo ergo legis est dilectio (*Ibid.*).

Ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo, in odorem suavitatis (*Ephes. v*).

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum (*Rom. viii*).

Quod oculos non vidit, nec auris audivit, et in cor hominis non ascenderunt, quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum (*1 Cor. ii*).

JOANNES.

Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, et scandalum in eo non est (*1 Joan. ii*).

Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est: et in tenebris ambulat, et nescit quo eat: quoniam tenebræ obcæcaverunt oculos ejus (*Ibid.*).

Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos (*1 Joan. iv*).

Si quis dixerit quoniam diligo Deum, et fratrem suum oderit, mendax est (*Ibid.*).

Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum (*Ibid.*).

Qui autem non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere (*Ibid.*)?

JESUS SIRACH.

Omni tempore diligit qui amicus est, et frater in angustiis comprobatur (*Prov. xvii*).

Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, et continebit se ab illis, et in oratione dierum exaudietur (*Eccles. iii*).

Dilige eum qui fecit te, et ministros ejus non derelinquas (*Eccles. vii*).

Dilige Deum, et invoca eum in salute tua (*Eccles. xiii*).

Omne animal diligit simile sibi, sic et omnis homo proximum sibi (*Ibid.*).

Omnis caro ad similem sibi conjungetur, et omnis homo simili sui sociabitur (*Ibid.*).

**A** Dilige proximum, et conjungere fide cura illo (*Eccles. xvii*).

Sicut qui dimittit avem de manu sua, sic qui dereliquisti proximum tuum (*Ibid.*).

Oculi Domini in diligentes se (*Eccles. xxxiv*).

AUGUSTINUS.

Vita nostra dilectio est: si vita nostra dilectio est, mors odium est.

Hominem enim vincis humana felicitate, diabolum vincis inimici dilectione.

Enutriatur in te dilectio, quæ sola ducit ad vitam.

Non autem carnalis, sed spiritualis inter vos debet esse dilectio.

Nihil pretiosius Deo virtute dilectionis.

**B** Nihil desiderabilius est diabolo extinctione charitatis.

HIERONIMUS.

Sanctus amor impatientiam non habet, falsus rumor cito opprimitur.

Omnem hominem fratrem tuum judica esse: memento quod unus artifex condidit nos.

Amor ordinem nescit.

Facilius enim negligentia emendari potest, quam amor nasci.

AMBROSIVS.

Proximos autem nostros tunc diligimus sicut nos, si non propter accepta beneficia vel impetrata, sed propter hoc tantummodo, quia sunt naturæ nostræ participes.

**C** Acquirat filium, qui fratrem acquirit amore.

GREGORIUS.

Probatio ergo dilectionis, exhibitio est operis.

Qui diligit Deum, et ejus mandata custodit, in illius cor Dominus venit, et mansionem facit.

Neque enim posset quisquam diligere Deum, si eum quem diligit, non haberet.

In proximi enim dilectione dignoscitur, qualiter perveniri debeat ad amorem Dei.

Ita nimirum et proximum diligunt, et tamen illa sublimia dilectionis præmia non assequuntur, qui amorem suum non spiritualiter, sed carnaliter impendunt.

Sicut autem ignis amoris mentem erigit, ita ignis malitiæ mentem involvit.

**D** Amando enim Deum, nostra in nobis mala persequimur.

Diligendo enim proximum, in quo prodesse possumus, festinamus.

Sicut mors corpus interimit, sic amorem rerum corporalium æternæ vitæ charitas occidit.

Vis amoris hoc agere solet in animo ut quæ ipse semper cogitat nullum alium credat ignorare.

Sancta enim desideria ex dilectione crescunt; si autem dilatione deficiunt, desideria non sunt.

Quidquid præcipitur, in charitate sola pensatur.

Nec Deus vere sine proximo, nec proximus vere diligitur sine Deo.

Si quis autem quemlibet amat, et propter Deum

non amat, charitatem non habet, sed habere se A  
putat.

Charitas autem vera est, cum et in Deo diligitur  
amicus, et propter Deum diligitur inimicus.

Ille enim propter Deum diligit eos quos diligit,  
qui etiam eos diligere scit a quibus non diligitur.

BASILIIUS.

Unaquæque anima, quantum lata fuerit in amore  
proximi, tantum alta erit in cogitatione Dei.

Qui diligit fratrem, in tranquillitate est cor ejus.

Fratrem vero odians, tempestate circumdatus  
est.

Ex tota igitur mente tua dilige Deum, ut in omni-  
bus actibus tuis placeas illi.

Deus enim non tantum vult verbis diligi, sed corde  
puro et operibus justis.

Magis ergo omnibus diligamus Deum, qui et nos  
et parentes nostros propriis manibus finxit : et cun-  
cta nobis bona quæ erga nos geruntur quotidie ejus  
beneficiis ascribamus.

Christus diligendus est supra parentes, quia non  
nobis tribuunt parentes ea quæ Christus.

Proximum tuum habeto tanquam unum ex mem-  
bris tuis.

Cum nobis Deus magna beneficia præstat, nihil  
exigit a nobis, nisi ut diligamus eum, et templa no-  
stra ei servemus : ut ille semper in nobis habitet, et  
nos in illo permaneamus.

ISIDORUS.

Ex toto corde Christum non diligit qui hominem  
odit.

Dilectio Dei morti comparatur, dicente Salo-  
mone : Valida est ut mors dilectio (*Cant. viii*).

Sicut mors violenter separat animam a corpore,  
ita dilectio Dei violenter segregat hominem a mun-  
dano et carnali amore.

Diligendo proximum, purgas oculum ad videndum  
Deum.

Qui Dei præcepta contemnit, Deum non diligit.

Neque enim regem diligimus, si odio leges ejus  
habemus.

Nec poterit Deum diligere qui noscitur in proximi  
dilectione errare.

Bonorum discretio est, non odisse personas, sed  
culpas : et recta pro falsis non spernere, sed pro-  
bare.

Qui imperfecti sunt in Dei amore, sæpe se a vitiis  
separare disponunt : sed pondere vitiorum aggra-  
vati, rursus ad ea vitia quæ optant relinquere, re-  
volvuntur.

Minus quam inter duos dilectio Dei esse non potest.

Multum in terra diversus est, qui carnaliter homi-  
nem moriturum plus diligit quam oportet.

Dum rem amore concupiscimus temporalem, amit-  
timus veram dilectionem.

Amendo enim Deum, nostra in nobis mala perse-  
quimur.

Diligendo autem proximum, in quo prodesse pos-  
sumus, festinamus.

CYPRIANUS.

Deus, inquit, dilectio est : qui manet in dilectione,  
in Deo manet, et Deus in eo.

Cum Deo non possunt manere qui esse in Ecclesia  
Dei unanimes noluerunt.

EX LIBRO CLEMENTIS.

Stultum est enim aliquid amare plus quam Deum.  
Menti enim quam repleverit memoria Dei, maligno  
non dabitur locus.

EPHRAËM.

Si quis autem dilexerit Deum, illius in terra non  
erit mens : sed semper superiora desiderat quæ  
amavit.

Inde educatur, inde illuminatur, inde reficitur,  
tanquam de dulcissimo fonte.

B

CAPUT IV.

De humilitate.

CHRISTUS.

Discite a me quia mitis sum et humilis corde, et  
invenietis requiem animabus vestris (*Math. xi*).

Deus per prophetam dixit : Ad quem autem respi-  
ciam, nisi ad pauperem et contritum spiritu, et  
tremorem sermones meos (*Esa. lxxvi*)?

Omnis enim qui se exultat, humiliabitur ; et qui se  
humiliat, exaltabitur (*Luc. xiv*).

PETRUS.

Omnes autem invicem insinuate humilitatem : quia  
Deus superbis resistit, humilibus autem gratiam dat  
(*I Petr. v*).

C

Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut vos  
exaltet in tempore visitationis (*Ibid.*).

JACOBUS.

Humiliamini in conspectu Dei, et exsultabit vos  
(*Jacob. iv*).

PAULUS.

Estote unanimes, idipsum sentientes, nihil per  
contentionem, neque per inanem gloriam, sed in hu-  
militate superiores sibi invicem arbitantes (*Phi-  
lip. ii*).

Non alta sapientes, sed humilibus consentientes  
(*Rom. xii*).

SALOMON.

Ubi fuerit superbia, ibi erit et contumelia (*Prov.  
xi*).

Ubi autem humilitas, ibi et sapientia.

Superbum sequitur humilitas, et humilem spiritu  
suscipiet gloria (*Prov. xxix*).

Priusquam conteratur, exaltatur cor hominis ; et  
antequam glorificetur, humiliatur (*Prov. xviii*).

Melius est humiliari cum mitibus, quam dividere  
spolia cum superbis (*Prov. xvi*).

JESUS SIRACH.

Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram  
Deo invenies gratiam (*Eccles. iii*).

Ab humilibus honoratur Deus (*Ibid.*).

Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliter  
in stultitia seducaris (*Eccles. xii*).

Est qui nequiter humiliat se, et interiora ejus  
plena sunt dolo (*Eccles. xxix*).



ORIGENES.

Si humilis et quietus non fueris, non potes habere in te gratiam Spiritus sancti.

AUGUSTINUS.

Deus humilis factus est, erubescat homo fieri superbus.

Semper conscientia servi Dei humilis esse debet et tristis : scilicet ut per humilitatem non superbiat, et per utilem mœrorem cor ad lasciviam non dissolvat.

Illam namque attendit laudem Dei, et verba oris eius cujus cervicem inclinat humilitas, et non erigit superbia.

HIERONYMUS.

Ad summam virtutum non potentia, sed humilitate venit.

GREGORIUS.

Cor quippe carnale, dum hujus vite querit gloriam, humilitatem respicit.

Humilitas quantum inclinatur ad ima, tantum proficit in excelsa.

Tantum enim necesse est ut se unusquisque in humilitate deprimat, quantum, si sit electus, ignorat.

Quamvis bona sua unusquisque in proximo suo percipiendi ostendat, recta non erunt, si humilitate caruerint.

Qui enim humilis fuerit, exaltabitur in gloria.

Magna virtus humilium est : qui ex desiderio loca ultima tenentes (si per humilitatem in altum non sublevent) cœlestis regni purpuram in mente servant.

Via Domini ad cor dirigitur, cum veritatis sermo humiliter auditur.

In cunctis se despicit, qui in suis oculis esse humilem profitetur.

Quælibet adsint, nulla opera sunt nisi humilitate condiantur.

Tanto ergo esse debet humilior quisque ex munere, quanto se obligatorem esse conspicit in reddenda ratione.

Eam quippe, quam non invenit humilem, veritas fugit mentem.

Illic eos a sorte humilium iudex separat, qui se hic in superbie cornibus exaltant.

Humiles donum accipiant, quo a se corda superbientium repellunt.

BASILIUS.

Humilis licet habitu vilissimus sit, gloriosus tamen est virtutibus.

Superbus autem etsi decorus videatur aspectu, tamen operibus vilis est.

ISIDORUS.

Qui enim sine humilitate congregat virtutes, quasi inventum pulvorem portat.

Cogitatio cordis nostri tanto apud Deum in imo est, quanto ab hominibus in alto.

Et humilitas cordis nostri tantum apud Deum in alto est, quantum hominibus in imo.

Humilia valde spiritum tuum, quoniam vita carnis impie ignis et vermis est.

A Sine humilitate et charitate, vitus quælibet in vitium deputabitur.

Summa monachi virtus est humilitas.

Summum ejus vitium, superbia.

Esto in humilitate fundatus, esto omnium novissimus et ultimus.

Humilia te ut exalteris, minimum te fac omnibus, nulli te præponas, nullum te superbiorem reposes.

Æstima omnes superiores esse te.

Quamvis summus cum sis, humilitatem tene : quia si humilitatem tenueris, gloriosus eris. Quantum enim humilior fueris, tantum te sequetur altitudo gloriæ.

Descende ut ascendas, humiliare ut exalteris, ne exaltatus humiliaris.

B Humilitas lapsum non novit.

Humilitas lapsum nunquam passa est.

Qui enim sibi vilis est, ante Deum magnus est.

Et qui sibi displicet, Deo placet.

Esto igitur parvus in oculis tuis, ut sis magnus in oculis Domini.

Tanto enim eris pretiosior ante Deum, quanto fueris despectior ante oculos tuos.

Porta quoque semper verecundiam in vultu, de recordatione delicti.

Pulvis es, et in pulvere sede.

Cinis es, et in cinere vive.

In summo honore, summa tibi sit humilitas.

C Non te extollat honor. Tanto majore humilitate eris perspicuus, quanto majore dignitate magis probatus.

CÆSARIUS.

Nunquam enim vera humilitas et vera obedientia sine charitate aut erunt, aut esse poterunt.

Quia sicut ignis sine calore vel splendore non est, ita et charitas sine humilitate et vera obedientia esse non potest.

EX VITIS PATRUM.

Corporalis labor dux est humilitatis.

Omnis enim labor sine humilitate vanitas est.

Humilitas nec ipsa irascitur, nec aliis irasci permittit.

Humilitas est, si, quando peccaverit in te frater tuus, antequam ille poniteat, indukeris ei.

Sicut Joannes præcursor fuit Jesu, omnes trahens ad eum, ita et humilitas præcursor est charitatis.

Qui non habet charitatem, perdit vitam.

CAPUT V.

De indulgentiis.

CHRISTUS.

Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius, reconciliare fratri tuo, et tunc veniens offer munus tuum (*Matth. v*).

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis et Pater vester cœlestis delicta vestra : si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra (*Matth. vi*).

PAULUS.

Cum patientia supportantes invicem, et donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam. Sicut Deus donavit vobis, ita et vos (*Ephes. iv*) (*Coloss. iii*).

PETRUS.

Non reddentes malum pro malo, vel maledictam pro maledicto, sed e contrario benedicentes : quia in hoc vocati estis, ut benedictione hæreditatem possideatis (*Prov. xx*; *I Pet. iii*).

SALOMON.

Ne dicas, Reddam malum. Expecta Dominum, et liberabit te (*Proverb. xx*; *Rom. xii*).

Remitte proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur (*Eccli. xxviii*).

AUGUSTINUS.

Unusquisque talem in iulgentiam accepturus est a Deo, qualem et ipse dederit proximo suo.

HIERONYMUS.

Quomodo Deus in Christo nobis nostra peccata donavit, sic etiam nos iis qui in nos peccant, dimittamus.

GREGORIUS.

Ille recte sui delicti veniam postulat, qui hoc quod prius in ipso delinquitur, relaxat.

Dimittamus enim quod debetur nobis, ut dimittatur quod debetur a nobis.

Tunc quisque quod recte petit, adipiscitur, cum ejus animus in petitione nec inimici odio fuscatur.

Fundit os pro adversario precem, sed utinam cor teneat amorem.

Cum diligendo lucrum de inimicis facere possumus, etiam ipsi amici sunt qui persequuntur.

Nec curat antiquus hostis ut terrena tollat a nobis, sed ut charitatem in nobis feriat.

ISIDORUS.

Non enim possunt peccata dimitti ei qui in se peccanti debita non dimittit.

Qui fratrem suum tardius sibi conciliat, Deum sibi tardius placat.

Frustra enim propitiare Deum querit qui cito placari proximo negligit.

Quomodo Deus in Christo nobis nostra peccata donavit, sic et nos iis qui in nos peccant dimittamus. Ignoscendum est cuique, dum veniam postulat.

CECILIUS.

Qui enim in se peccanti clementer indulserit, nullum peccati vestigium in illius anima remanebit.

ANASTASIUS.

Si non dimittis injuriam quæ tibi facta est, non orationem pro te facis, sed maledictionem super te inducis.

Sic enim dicis : Sic mihi dimitte, sicut et ego dimisi.

IN COLLATIONIBUS.

Tantum enim remittitur nobis quantum nos remisimus eis qui nobis quacunquè malignitate nocuerunt.

A

CYPRIANUS.

Quisquis enim illi qui in eum peccavit dimittit ignoscendo peccatum, sine dubio eleemosynam facit.

## CAPUT VI.

De compunctione.

CHRISTUS.

Amen, amen dico vobis : Quia plorabitis, et flebitis vos, mundus autem gaudebit : vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium (*Joan. xvi*).

PAULUS.

Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus (*Rom. xii*).

B Qui flent, tanquam non flentes sint : et qui gaudent, tanquam non gaudentes (*I Cor. vi*).

JACOBUS.

Miseri estote, lugete et plorate : risus vester in luctum convertatur, et gaudium in mœrorem (*Jacob. iv*).

SALOMON.

Risus dolore miscabitur, et extrema gaudii luctus occupat (*Prov. xiv*).

AUGUSTINUS.

Qui non habet compunctionem, non habet mercedem orationem.

Thesaurus est bona compunctio, et inenarrabile gaudium in anima hominis.

Anima hominis quæ in oratione compungitur, valde illi proficit ad salutem.

HIERONYMUS.

Non minus laudandus est vir fortis in luctu quam in bello.

AMBROSIUS.

Vox enim psalmodiæ cum intentione cordis agitur : per hanc omnipotenti Deo iter ad cor paratur, ut intentæ menti prophetiæ mysteria, vel compunctionis gratiam infundat.

Cum per orationem compunctio infunditur, via nobis in corde, per quam ad Jesum in fine pervenitur, paratur.

Irriguum quippe superius accipit anima, cum esse in lacrymis celestis regni desiderio affligit : irriguum vero inferius accipit anima, cum inferni supplicia flendo pertimescit.

Revertentes nos Dominus clementer amplectitur, quia peccatorum vita ei esse indigna jam non potest quæ flentibus lavatur.

Non dubitare debemus circa finem justificari hominem per poenitiæ compunctionem. Sed quia raro id fieri solet, metuendum est ne dum ad finem differtur conversio, insperata ante occupet mors quam subveniat poenitentia. Non ergo in flentibus, non in actibus, sed in Domino confidamus.

Quia ergo post baptismum inquinamus vitam, baptizemus in lacrymis conscientiam.

Inquinati post aquam salutis, renascamur ex lacrymis.

## SASILIUS.

Ubi autem fuerint lacrymæ, spiritualis ignis accenditur, qui secreta mentis illuminat.

## ISIDORUS.

Prius enim purganda lacrymis sunt vitia quæ gesimus, et tunc mundata mentis acie, id quod quaerimus contemplerur, ut dum antea flendo a nobis peccati caligo detergitur, mundatis cordis oculis libere superna inspiciantur.

Qui veras lacrymas indesinenter fundit, et tamen peccare non desinit, hic lamentum habet, sed mundationem non habet.

Compunctio cordis est humilitas mentis cum lacrymis oriens de recordatione peccati et timore iudicii.

Illa est conversis perfectior compunctionis affectio quæ omnes a se carnalium desideriorum affectus repellit, et intentionem suam toto mentis studio in Dei contemplationem defigit.

Geminam esse compunctionem dicimus, qua propter Deum anima cujusque electi efficitur: id est, vel dum operum suorum mala considerat, vel dum desiderio æternæ vitæ suspirat.

Quatuor sunt qualitates affectionum quibus mens justi salubriter tædio compungitur, hoc est, memoria præteritorum facinorum, consideratio peregrinationis suæ in hujus vitæ longinquitate, recordatio poenarum futurarum, et desiderium supernæ patriæ, quatenus ad eam quantocius valeat pervenire.

Sunt qui ex vera cordis compunctione sui accusat res fiunt: sed tantum ad se esse peccatores assignant, ut ex ficta humilitate confessionis locum inveniant sanctitatis.

Lacrymæ enim poenitentiae apud Deum pro baptisate reputantur.

Quapropter dilige lacrymas, et suaves tibi sint lacrymæ.

Delectent te semper luctus et lacrymæ.

Esto tantum pronus ad lamenta, quantum fuisti pronus ad culpam.

Qualis tibi fuit ad peccandum intentio, talis sit ad poenitendum devotio.

Gravia enim peccata grandia lamenta desiderant.

## EPHRAËM.

Beatus namque est, et ter beatus, quisquis habet compunctionem secundum Deum.

Compunctio sanitas est animæ.

Compunctio illuminatio est animæ.

Compunctio remissio peccatorum est.

Compunctio Spiritum sanctum perducit ad se.

Compunctio unigenitum Christum facit habitare in se.

Lacrymæ apud Deum fiduciam dant semper.

Ubi lacrymæ abundant, ibi cogitationes sordidæ non approximant.

## CAPUT VII.

## De oratione.

## CHRISTUS.

Omnia quæcumque petieritis, in oratione credentes, accipietis (*Math. xxi*).

**A** Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere omnia quæ futura sunt, et stare ante Filium hominis (*Luc. xxi*).

Orate autem, ne fiat fuga vestra in hieme vel Sabato (*Math. xxiv*).

## PETRUS.

Impertientes invicem honorem tanquam coheredibus gratiæ vitæ, ut non impediatur orationes vestræ (*1 Petr. iii*).

## PAULUS.

Orationi instantes, orantes omni tempore in spiritu, vigilantes in omni iustitia (*Rom. xii*).

## JACOLUS.

Orate pro invicem, ut salvemini (*Jacob. v*).

Multum enim valet deprecatio justi assidua (*Ibid.*).

## SALOMON.

Longe est Dominus ab impiis, et orationes justorum exaudiet (*Prov. xv*).

Melior est finis orationis quam principium (*Eccles. vii*).

Ante orationem præpara animam tuam, et noli esse quasi homo qui tentat Deum (*Eccles. xviii*).

Qui conservat verbum, multiplicat orationem (*Eccles. xxxv*).

Deprecationem læsi exaudiet Deus (*Eccles. xxxiv*).

Oratio humiliantis se nubes penetrabit (*Ibid.*).

Fili, in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Deum, et ipse curabit te (*Eccles. xxxviii*).

Averte a delicto, et dirige manus, et ab omni delicto munda cor tuum (*Ibid.*).

## AUGUSTINUS.

Orationibus mundamur, lectionibus instrumur: utrumque bonum est si liceat: si non liceat, melius est orare quam legere, quia in lectione cognoscimus quid facere debemus, in oratione eadem accipimus quæ postulamus.

Neque die vaces, neque nocte: sed cum somnus de oculis tuis ceciderit, tunc sensus tuus in oratione vigilet.

Oratio munda a peccatis habet salutem.

In oratione paratus esto: ostende conscientiam cordis tui, ut ampliorem gratiam consequaris.

## HIERONYMUS.

**D** Sicut militem sine armis ad bellum exire non convenit, ita homini christiano procedere quolibet sine orationibus non expedit.

Egredientes de hospitio armet oratio.

Regredientibus de platea oratio occurrat.

## GREGORIUS.

Quanto graviori tumultu cogitationum carnalium premimur, tanto orationi ardentius insistere debemus.

Ad Deum quippe corda cum manibus levare, est orationi nostræ studium cum merito boni operis imponere.

Citius ad precem iudex flectitur, si a pravitate sua petitor corrigatur.

Ille ergo in nomine Salvatoris petit, qui illud petit quod ad veram salutem pertinet.

Nam si id quod non expedit petitur, non in nomine A Jesu petitur.

Cum verò orationi vehementer institerimus, stat Jesus ut lucem restituat. Quia Deus in corde ligitur, lux amissa reparatur.

Qui autem terrenis actibus liber soli Deo vacare meruit, pro delinquentibus proximis exoret.

Ea quæ perscrutari in nobismetipsis plenius nitimur, sæpe verius orando quam investigando penetramus.

ISIDORUS.

Oratio cordis est, non labiorum : neque enim verba deprecantis Deus intendit, sed orantis cor aspicit.

Melius est autem cum silentio orare cordis, quam solis verbis sine intuitu mentis.

Quod si tacite cor oret, et vox sileat, quamvis homines lateat, Deum latere non potest, qui conscientia præsens est.

Pura est oratio, quam in suo tempore sæculi non interveniunt curæ.

Longe quippe a Deo est animus, qui in oratione cogitationibus sæculi fuerit occupatus.

Tunc ergo veraciter oramus, quando aliunde non cogitamus.

Sed valde pauci sunt qui tales orationes habeant ; et licet in quibusdam sint, difficile est tamen ut semper sint.

Sicut orationibus regimur, ita psalmodum studiis delectemur : psallendi enim utilitas tristia corda consolatur.

Tantum esse debet orantis erga Deum affectus, ut non desperet precis effectum.

Inaniter autem oramus, si spei fiduciam non habemus.

Qui a præceptis Dei avertitur, quod in oratione posulat non merebitur.

Si autem id quod præcepit Deus, facimus, id quod petimus sine dubio obtinemus.

Oratio in præsentem vitam pro remedio peccatorum effunditur, psalmodum autem decantatio perpetuam Dei laudem demonstrat, et gloriam sempiternam.

Dei servus quoties quolibet tangitur vitio, toties ad orationem se subdat.

Quia frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit.

Tamen perseveranter intendere oportet animum non trum orando atque psallendo, quousque importunas desideriorum carnalium suggestiones, quæ nostris obstrepunt sensibus, fortissima intentione superemus.

Dum enim oramus, ad memoriam culpam reducimus.

Cum Deo assistimus, gemere et flere debemus, reminiscentes quam gravia sint scelera quæ commisimus, et quam dura inferni supplicia quæ timemus.

Mens enim nostra cœlestis est : et tunc orando Deum bene contemplatur, quando nullis terrenis curis aut erroribus impeditur.

Purgandus est itaque primum animus, atque a temporalium rerum cogitationibus segregandus, ut pura acies cordis ad Deum vere et simpliciter dirigatur.

Tunc impetrari divinam misericordiam credimus, quando simplici affectu assistimus cum oramus.

Tunc autem magis diabolus cogitationes curarum sæcularium humanis ingerit mentibus, quando orantes aspexerit.

Qui læditur, non desistat orare pro se lædenti-bus ; alioquin, juxta Dei sententiam, peccat qui pro inimicis non orat.

Nihil proficit oratio illius, cujus adhuc dolor in mente, vel odium manet in pectore.

Cor enim cum manibus levat qui orationem cum opere subleval.

Quisquis orat, et non operatur, cor levat et manus non levat.

Quisquis ergo operatur et non orat, manus levat, et cor non levat.

Ergo et orare necesse est, et operari.

Culpabiliter ad Dominum manum erigit, qui facta sua orando jactanter prodit.

Qui enim jactanter orat laudem appetendo humanam, non solum oratio ejus non delet peccatum, sed etiam ipsa vertitur in peccatum.

Quoties orantes non cito exaudimur, nostra nos facta in oculis proponamus ; ut hoc ipsum quod differtur, divinæ reputetur justitiæ et culpæ nostræ.

Sæpe enim multos Deus non exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad salutem.

Non enim conciliat Deum multiplex orantis sermo, sed purissima sinceraque orationis intentio.

Oratio frequens diaboli jacula submovet.

Oratio continua diaboli tela exsuperat.

Inmundos enim spiritus orationis vincit instantia, quia dæmonia per orationem vincuntur.

EX LIBRO CLEMENTIS.

Disciplina nobis est orare pro interfecto-ribus et pro persecutoribus nostris.

BASILIIUS.

Oratio namque grandis monitio est animæ.

Per orationes purissimas omnia nobis utilia tribuantur a Domino, et cuncta noxia procul dubio effugantur.

CYPRIANUS.

Bona est oratio cum jejuniis, et eleemosyna cum justitia.

Cito orationes ad Dominum ascendunt, quas ad eum merita nostri operis imponunt.

CÆSARIUS.

Sic lectioni et orationi debetis incumbere, ut interdum etiam manibus aliquid possitis exercere.

ISIDORUS.

Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quisque valeat postulata : hoc est, si aut mala quisque adhuc committit, aut si delinquenti sibi debita non dimittit.

EX VITIS PATRUM.

Sicut venenata animalia fortiores herbæ vel pigmenta expellunt, ita et cogitationes sordidas oratio cum jejunio repellit.

Quales orationes volumus invenire, tales nos ante tempus in orationem præparare debemus.

Christo enim mens conjuncta, et præcipue tempore orationis intenta, nihil malum, nihil superfluum recipit.

## CAPUT VIII.

## De confessione.

CHRISTUS.

Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in cælis est (*Matth. x.*).

PAULUS.

Ore autem confessio fit ad salutem (*Rom. x.*).

JACOBUS.

Confitemini alterutrum peccata vestra, et orate pro invicem, ut salvemini (*Jacob. v.*).

SALOMON.

Qui abscondit peccata sua, non dirigetur (*Prov. xviii.*).

Qui autem confessus fuerit et reliquerit ea, misericordiam consequetur (*Ibid.*).

JOANNES.

Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est (*I Joan. i.*).

Si confiteamur peccata nostra, fidelis et justus est, ut remittat nobis peccata nostra, et mundet nos ab omni iniquitate (*Ibid.*).

JESUS SIRACH.

Non confundaris confiteri peccata tua, et ne subicias te omni homini pro peccato (*Eccles. iv.*).

Confiteberis vivens, vivus et sanus confiteberis, et laudabis Dominum, et gloriaberis in miserationibus illius (*Eccles. xvii.*).

OBIGENES.

Si dixeris peccata tua prior, exaudiet te Dominus tanquam populum suum.

AUGUSTINUS.

Confessio omnium malorum initium est omnium operum bonorum.

Qui confitetur peccata sua, et accusat scelera sua, cum Deo facit pactum.

Ferte patrem erudientem, ne sentias judicem punientem.

Tempus confessionis est confiteri quæ fecisti, quæ in verbo, quæ in opere, quæ in nocte, quæ in die.

Confitere in tempore opportuno, et in die salutis accipies cælestem thesaurum.

HIERONYMUS.

Ridiculum est, debilitato et fracto toto corpore, vulnera pauca monstrare.

AMBROSIVS.

Neque enim potest ei adhiberi remedium, cujus est vulnus occultum.

PATROL. LXXXVIII.

A

GREGORIUS.

Non vult Deus ulcisci malitiam, qui confiteri delicta persuadet.

Optat Deus dissolvi confidentes, ne contumaces punire cogatur.

Tantumque erit homo sarcinis peccatorum gravatus, quantum a bonis operibus fuerit alienus.

Ea quæ ingrata esse hominibus solet importunitas, judici veritatis placet.

Qui delinquentes vulnera conclusa in pectore retinent, quanto amplius silentio premunt, tanto graviores dolorem intrinsecus nutriunt.

Nam cum putredo quæ intrinsecus fuerit ejicitur, ad salutem dolor aperitur.

Omnis quippe peccator, dum culpam suam intra conscientiam abscondit, intrinsecus latet, et in suis penetralibus occultat.

Peccatores Deus videt et sustinet; resistentes Deus tolerat et damnat: et quotidie per Evangelium clementer vocat.

Confessionem nostram ex puro corde desiderat, et cuncta quæ delinquimus, relaxat.

Peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod pestifere latebat in mente.

Confitendo peccata, quid aliud agimus, nisi qui malum quod in nobis latebat, aperimus?

Peccator enim conversus de peccatis in fletum, jam justus esse inchoat, cum cœperit accusare quæ fecerit.

ISIDORUS.

Qui peccata sua hominibus occultant, et per semetipsos confessi non fuerint, Deum quem testem habent, ipsum habebunt ultorem.

Ex eo unusquisque esse justus incipit, ex quo sui accusator exstiterit.

Multi autem contra semetipsos peccatores fatentur, et tamen semetipsos a peccato non subtrahunt.

Magna jam justitiæ pars est seipsum noscere hominem, quod pravus sit: ut ex eo divinæ virtuti subdatur humilior, ex quo suam infirmitatem agnoscit.

Bene se judicat justus in hac vita, ut non judicetur a Deo damnatione perpetua.

Tunc autem judicium de se quisque sumit, quando per dignam pœnitentiam sua prava facta condemnat.

Duplicem habere debet fletum in pœnitentia omnis peccator, sive quia per negligentiam bonum non fecit, seu quia malum per audaciam perpetravit.

Quod enim oportuit non gessit, et gessit quod agere non potuit.

Quædam enim jam justitiæ portio est iniquitatem suam homini non abscondere, et in semetipso de peccatis propriis erubescere.

Qui illatas sibi contumelias tranquillo animo prodat, dolorem cordis aperit, et viri quod servet in animo, facile resistit.

Vulnera enim mentis aperta cito exsultant: clausa, nimis exulcerant.

Confessio enim hominem justificat, confessio peccati veniam donat.

Omnis spes in confessione consistit, in confessione locus misericordiae.

Peccatum proditum cito curatur.

Crimen autem tacendo ampliatur.

Si patet vitium, sit ex magno pusillum.

Si latet vitium, sit ex minimo magnum.

Silentio culpa crescit.

BASILIIUS.

Melior enim est in malis factis pura confessio, quam in bonis operibus superba gloriatio.

EX LIBRO CLEMENTIS.

Tacentibus non facile potest medela opportuni et necessarii sermonis adhiberi.

Proferre debet unusquisque, in quo animus per ignorantiam languet.

### CAPUT IX.

*De poenitentia.*

CHRISTUS.

Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum (*Matth. III*).

PETRUS.

Poenitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum, et accipietis donum Spiritus sancti (*Act. II*).

PAULUS.

Iis quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et corruptionem quaerunt, vitam aeternam: iis autem qui sunt ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio (*Rom. II*).

SALOMON.

Quam bonum est correptum manifestare poenitentiam: sic enim effugies voluntarium peccatum (*Eccles. XX*).

Ne dixeris: Peccavi, et quid accidit mihi triste? Altissimus enim patiens est redditor (*Eccles. V*).

De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adjicias peccatum super peccatum (*Ibid.*).

Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem.

Ne despicias hominem avertentem se a peccato, neque impropere ei.

Memento quoniam omnes in corruptione sumus (*Ibid.*).

Altissimus odio habet peccatores, et misertus est poenitentibus (*Eccles. XII*).

Convertere ad Dominum, et relinque peccata tua (*Eccles. XVII*).

Fili, peccasti, ne adjicias iterum, sed et de pristinis deprecare, ut remittantur tibi (*Eccles. XXI*).

Quasi a facie colubri fuge peccata, et si accesseris ad illa, suscipient te (*Ibid.*).

ORIGENES.

Poenitentia, quamvis sit exigua, non despicitur apud iudicem justum Deum.

AUGUSTINUS.

Ille vero qui sua scelera cogitat, et statim conversus fuerit, veniam sibi credat.

Si enim tunc vis poenitentiam agere, quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.

Impia anima plangitur in malis, dum sperat de bonis.

HIERONYMUS.

Utinam tam cito convertatur peccator ad poenitentiam, quam cito Dominus praeparatus est praenitentiam mutare sententiam.

Non enim longitudinem temporis requirit Dominus, sed affectum sinceritatis poenitentis pensat.

Qui enim in Christo tota mente confidit, etiamsi ut homo lapsus mortuus fuerit in peccato, fide sua vivet in aeternum.

Cavendum est vulnus quod dolore curatur.

Putredo carnis ferro indiget et cauterio.

Catena, sordes et comae, non sunt diadematis signa, sed fletus et lacrymarum.

Saccus et jejunium arma sunt poenitentiae et remedium peccatorum, quia inanis venter et habitus luctuosus Deum deprecantur.

Deus natura misericors est, et paratus ut salvet clementia quod non potest salvari iustitia.

Nos autem vitio nostro paratam misericordiam, et ultro se offerentem, perdimus et derelinquimus.

Dominus nec bona implet quae sanctis promisit, si illi revertantur ad vitia; nec mala quae peccatoribus comminatur, si illi reversi fuerint ad salutem.

Homino iniquus, qui per nefas perituras divitias congregavit, si aliquando conversus evadere cupit aeterna supplicia, debet ita agere, ut multitudinem peccatorum possit exaequare ubertate virtutum.

HILARIUS.

Poenitudo enim mores mutat, et longi temporis crimina in ictu oculi pereunt, si cordis nata fuerit compunctio.

GREGORIUS.

Neque enim delictis satisfacimus, si ab iniquitate non cessamus.

Qui commisit prohibita, sibi metipsi abscindere debet concessa: et se reprehendat in minimis, qui meminit deliquisse in maximis.

Satis alienus a fide est, qui ad agendum poenitentiam tempora senectutis expectat.

Metuendum est ne dum sperat misericordiam, incidat in iudicium.

Poenitentiam quippe agere, est perpetrata mala plangere, et plangenda non perpetrare.

Nam qui sic peccata deprecatur ut tamen alia committat, adhuc poenitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat.

Deus omnipotens laborare se denuntiat, cum duras hominum pravitates portat.

Si quis te de peccato forinsecus correxerit, tu confitere interius quod ille nescit.

Neque enim potest esse gratia delictorum, nisi ubi fuerit venia peccatorum.

Majus ergo de peccatore converso, quam de justo stante gaudium fit in caelo.

Necessarium est ergo ei qui vult se omni modo

purgare a peccato, primum ipsas culpas succidere. **A** Quia ipsi quod male gesserunt pœnitendo cognoscunt.  
Internus iudex mentem potius quam verba considerat.

Nunquam peccatores ad lamentum pœnitentiæ redirent, si nulla essent honorum exempla, quæ eorum mentem traherent.

Omne enim peccatum grave est, quia non permittit animam ad sublimia levare.

Næque enim tunc veniam inveniet, qui modo apertam veniam tempus perdit.

Ibi jam a Deo non potest mereri quæ petit, qui hic soluit audire quod jassit.

Qui tempus congruæ pœnitentiæ perdit, frustra ante regni januam cum precibus venit.

ISIDORUS.

Pœnitentia agenda est non verbo, sed facto.

Cito corripitur culpa quæ cito manifestatur.

Tardius autem sanatur vulnus, cui jam putrescentibus membris longo post tempore curatio adhibetur.

Nam qui consuetudinem facit peccandi, jam sepultus est.

Grande scelus grandem habet necessario satisfactionem.

Qui ergo cupit esse certus in morte de indulgentia, sanus pœniteat, sanusque perpetrata facinora debeat.

Lavamini, mundi estote (*Isai 1*).

Lavatur itaque et mundus est, et præterita plangit, et stenda iterum non committit.

Lavatur, et non est mundus, qui plangit quod gessit, nec deserit, et post lacrymas quæ fieverat repetit.

Ei autem qui prave vivendo pœnitentiam in morte agit, periculum est; sicut enim damaatio incerta est, sic et remissio dubia.

Ille pœnitentiam digne agit qui reatum suum legitima satisfactione plangit: condemnando scilicet, ac debendo quæ gessit, tanto in deplorando profusius, quanto exstitit in peccato proclivius.

Quamvis quisque sit peccator et impius, si ad pœnitentiam convertatur, consequi creditur posse veniam.

Festinare debet ad Deum pœnitendo unusquisque dum potest: ne, si dum non potest, voluerit omnino, **D** cum tarde voluerit, non possit.

Amplius lætatur Deus de anima desperata, et aliquando conversa, quam de ea quæ nunquam exstitit perdita.

Plus est enim gaudii coram Deo et angelis ejus de eo qui a periculo liberatur, quam de eo qui nunquam novit peccati periculum.

Quanto contristat res perdita, tanto magis si fuerit inventa, lætificat.

Multi superna respersi gratia, in extremis suis ad Deum revertuntur per pœnitentiam.

Et quæcumque mala gesserant, quotidianis fletibus purgant: atque bonis factis mala gesta commutant, quibus juste totum quod deliquerant, ignoscitur.

Est autem pœnitentia medicamentum vulneris, spes salutis, per quam Deus ad misericordiam provocatur: quæ non pensatur tempore, sed profunditate fletus et lacrymarum.

Pœnitentia autem nomen sumpsit a pœne, quia anima cruciatur, et mortificatur caro.

Qui vero pœnitentiam agunt, proinde capillos et barbam nutriunt, ut demonstrent abundantiam criminum quibus caput peccatoris gravatur.

Capilli enim pro vitis ponuntur, sicut scriptum est:

Crinibus peccatorum suorum unusquisque constringitur.

**B** Idcirco in cilicio pœnitentiam agimus, ut et in punctione cilicii cognoscamus vitia quæ per culpam commisimus.

Non tantum consideranda est mensura temporis, quantum doloris.

Quanta fuit in malo abruptæ mentis intentio, tanta necesse est sit in dilectione devotio.

Duplex autem est pœnitentiæ genitus: vel dum plangimus quod male gessimus, vel dum non egimus quod agere debueramus.

Iste autem vere pœnitentiam agit, qui nec pœnitere præterita negligit, nec adhuc pœnitenda committit.

Si bona est in extremis conversio, melior tamen est quæ longe ante finem agitur, ut ab hac vita securius transeat.

In hoc sæculo pœnitentiam operantibus Dei misericordia subvenit.

In futuro autem jam non operamur, sed rationem operum nostrorum ponimus.

Nullus desperare debet veniam, etiamsi circa finem vitæ ad pœnitentiam convertatur.

Si enim pœnitendo digna Deo acta gesserimus, severitatem ejus in clementiam commutabimus.

Deus qui nos malos tolerat, non dubium est quin conversis clementer ignoscat.

Sicut enim non oportet reminisci peccati affectus, sic necesse est unumquemque suum in debendo commemorare peccatum.

Omne peccatum per pœnitentiam recipit vulneris sanitatem.

Nihil autem pejus quam culpam agnoscere, nec deffere.

In hac vita tantum pœnitentiæ patet libertas, post mortem vero nulla est correctionis licentia.

Pœnitentibus divina clementia subvenit, et per pœnitentiam indulgentia datur.

Vulnus iteratum tardius sanatur.

Secundum morbum impedeada est medicina.

Juxta vulnus adhibenda sunt remedia.

CASSIUS.

Valde dura et nimium dolenda conditio est, omni intentione studio tempus impendere et fructum non recipere post laborem.

Dicit enim aliquis : Cum ad senectam venero, tunc A potest, lumen habere non potest; ita jejunium sine eleemosyna carnem quidem cruciat, sed charitas lumine animam non illustrat.

Quare hoc de se fragilitas humana præsumat, cum unam diem vitæ suæ in potestate non habeat?

Iniquitatem enim nostram si nos agnoscimus, Deus ignoscit.

Multi enim se credebant longo tempore victuros, et ita illos mors repentina subtrahit, ut nec ad illam momentaneam possint poenitentiam pervenire.

Erubescimus modo parvo tempore poenitentiam agere, et non timemus sine ullo termino aeterna supplicia sustinere.

Qui enim pro peccatis sibi ipsi non parcat, Deus illi cito indulgentiam tribuet

### CAPUT X.

#### De abstinentia.

#### CHRISTUS.

Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur (*Matth. v*):

#### PAULUS.

Ille qui manducat, non manducantem non spernat (*Rom. xiv*).

Et qui non manducat manducantem non judicet (*Ibid.*).

Qui enim manducat Domino manducat, gratias enim agit Deo.

Et qui non manducat, Domino non manducat, et gratias agit Deo (*Ibid.*).

Omnis creatura Dei bona : nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur ; sanctificatur enim C per verbum Dei et orationem (*II Tim. iv*).

#### SALOMON.

Justus comedit, et replet animam suam, venter autem impiorum insatiabilis (*Prov. xiii*).

Anima saturata calcat favum, anima esuriens amarum pro dulci sumit (*Prov. xxvii*).

Qui abstinens est, adjiciet sibi vitam (*Eccle. xxxvii*).

#### AUGUSTINUS.

Mens ciborum inanitate lassata perdet orationis vigorem.

Nihil prodest tota die longum ducere jejunium, si post ciborum satietatem vel nimietatem anima obruatur.

Sit ergo temperatus cibus escæ, et irrigata corporis nostri terra spinas libidinum non germinabit.

Qualis est caro quæ post multos dies percipit cibum, talis est anima quæ non assidue pascitur Dei verbo.

Item dicit : Qui non potest jejunando curari, potest eleemosynam dando rodimi.

Bonum est jejunare, sed melius est eleemosynam dare.

Eleemosyna sufficit sine jejunio, jejunium non sufficit sine eleemosyna.

Jejunium cum eleemosyna duplex bonum est.

Tale est jejunium sine eleemosyna qualis sine oleo lucerna.

Sicut lucerna quæ sine oleo accenditur, fumigare

potest, lumen habere non potest; ita jejunium sine eleemosyna carnem quidem cruciat, sed charitas lumine animam non illustrat.

#### HIERONYMUS.

Jejunia moderata debent esse, ne nimis debilitent stomachum, quia modicus et temperatus cibus carni et animæ utilis est.

Pinguis venter non gignit tenuem sensum.

Plenus venter facile de jejniis disputat.

Melius est stomachum dolere quam mentem.

Tantum tibi jejunium impone, quantum in ferre potes : multoque melius est quotidie parum, quam raro satis sumere.

Pluvia illa optima est quæ non superflue descendit in terram.

B Subitusque et nimis imber in præceps arva subvertit.

In ipsis etiam leguminibus inflantia quæque et grava declinanda sunt

Nihil tam scias conferre Christianis adolescentibus, ut esum olerum.

Ardorque corporum frigidioribus epulis temperandus est.

Nonnulli vitam pudicam appetentes in medio itinere co ruunt, dum solam abstinentiam carnis servant, et leguminibus onerant stomachum.

Nihil sic inflammat et titillat membra genitalia, quam indigestus cibus ructusque convulsus.

Parcus cibus semper ventri esurienti triduanis jejniis præfertur.

C Sensus officium exhibens Deo vigeat semper, et tenuis sit.

#### AMBROSIVS.

Jejunia, vigiliæ, eleemosynæ et cætera hujusmodi augere bonum nostrum debent, non velare peccatum.

Ille abstinens vir credendus est, qui vitiorum omnium liber effectus est.

Neque enim reputanda est abstinentia, ubi fuerit ventris saturitas subsecuta.

Membra sua quæ sunt supra terram mortificant, quando insolens corpus jejuniorum continuatione castigant.

Nihil contra abstinentiam faciunt qui vinum non ebrietate, sed tantum pro salute corporis percipiunt; nec hoc eis offert voluptas, sed permittit infirmitas.

Abstinentia ciborum sola non sufficit, nisi opera ei bona jungantur.

#### GREGORIUS.

Plus enim est verbi pabulo victuram in perpetuo mentem reficere, quam ventrem morituræ carnis terreno pane satiare.

Cibo corpus pascitur, pro opere spiritus nutritur.

Abstinentes et arrogantes per abstinentiam quidem corpus affigunt, sed per desiderium vanæ gloriæ vivunt.

Cum mens de præcepto charitatis tenditur, restat proculdubio ut per abstinentiam caro maceretur.

Non enim Deo, sed sibi quisque jejunat, si ea quæ



ad tempus ventri subtrahit, non inopibus tribuit, sed A ventri postmodum offerenda custodit.

Admonendi sunt abstinentes, ut noverint quia tunc placentem Deo abstinentiam offerunt, cum ea quæ sibi de alimentis subtrahunt indigentibus largiuntur.

ISIDORUS.

Qui a cibus abstinent, et prave agunt, dæmones imitantur.

Illi autem a cibus bene abstinent, qui a malis actibus vel a mundi ambitione jejulant.

Escis enim libido crescit, jejunio luxuria superatur.

Hoc est perfectum et rationabile jejunium: quando noster homo jejunit exterior, interior orat.

Per jejunium etiam occulta ministeriorum revelantur, et divini sacramenti arcana panduntur.

Jejunia fortia tela sunt adversus tentamenta dæmoniorum.

Cito enim per abstinentiam adversarii devincuntur.

Inmundi enim spiritus ibi magis insistent, ubi plus viderint escam et potum.

Caro autem tunc Deum sitit, quando per jejunium abstinet et arecit.

Abstinentia vivificat moderata, et occidit superflua: vivificat animam, corpus necat.

Quidam incredibiliter abstinent, ut hominibus curiosis, qui ex orationis studio sancti apparent, non abstinentie voto ac escis carniam se suspendunt. Hi potius execrandi sunt, quia Dei creaturam a cibus humanis concessam rejiciunt.

Spernitur enim jejuniū quod in vesperum repletionem ciborum reficitur.

Spernitur jejunium quod in vesperum deliciis compensatur.

Tota enim die epulas in cogitatione ruminat, qui ad replendam gulam vesperis sibi delicias præparat.

Corporis debilitas nimia vires animæ frangit, mentisque ingenium facit marcescere, nec valet quidquam boni per imbecillitatem perficere.

Quidquid cum inodo et temperamento fit, salutare est.

Quidquid autem nimis et ultra modum est, perniciosum fit, studiumque suum in contrarium vertit.

Corpus autem quod abstinentia frangit, tentatio non urit.

Sicut omnes cupiditates carnales abstinentia rescantur, ita omnes animæ virtutes edacitatis vitio destruantur.

Neque enim quisquam potest virtutem perfectionis attingere, nisi prius ventris edomaverit ingluviem.

BASILIVS.

Non bene possumus vigilare, cum dapibus fuerit venter onustus.

Vigiliis stude copulare jejunia, ut cunctis virtutibus florere possis.

Sicut equis frena sunt imponenda, ita corda nostra jejuniis sunt frenanda.

Escæ enim plurimæ non sojum corda nostra, sed etiam corpus et animam lædunt.

Nihil prodest ventrem ab escis resecare, et animam obruere passionibus.

Talem te exhibe, filii, ut cum volueris jejunare, et cum te a cibus abstines, et linguam tuam abstinence ab illicitis cogitationibus.

Corpus exerceamus jejuniis, et mentem purgemus a vitiiis.

Ad vigilandum autem multum jejunium prodest. Sicut enim miles plurimo onere prægravatur, et impeditur ad bellum, ita et impeditur monachus ad vigilias, cum escarum largitate ferrescit.

Sæpe enim per ciborum aviditatem franguntur stomachi vires, necnon abundantiam sanguinis, et cholerae plurimas ægritudines escarum largitate patimur.

CÆSARIUS.

Quid prodest, si carnem nostram jejuniis et vigiliis affligamus, et mentem nostram non emendemus, aut quæ interiora sunt, non curemus?

DE COLLATIONIBUS.

Tantum cibum unusquisque comedat, quantum sustentatio corporis, non quantum desiderium carnis exposcit.

Qui nimium cibus utuntur, quanto magis ventrem corrumpunt, tanto amplius sensum obtundunt.

EX VITIS PATRUM.

Quemadmodum enim flamma comburit silvam, sic visiones malas exstinguit esuries.

Qui continet ventrem suum, minuet vitia.

Nam qui vincitur ab escis, augmentat vitia.

Incrementum ignis silva, et incrementum ventris esca multa.

Ligna multa magnam extollunt flammam, abundantia autem escarum nutriunt desideria mala.

Flamma minuitur deficiente silva, et escarum indigentia mitescere facit desideria mala.

Desiderium escæ genuit inobedientiam, et gustus suavis expulit de paradiso.

Multæ escæ delectant gulas, nutriunt autem vermem fornicationis.

Vacuus venter in orationibus vigilare facit.

Nam qui repletus est, somnum infert gravissimum.

Sicut enim flammam ignis in paleas currentem retinere est impossibile, sic et libidinis impetum ardentem, ventre satiato, retinere est impossibile.

Vapor thymiamatis replet aerem, et abstinentis oratio adorat Deum. Mensura competens replet vas venter vero disruptus non dicit: Sufficit.

Passiones et vitia corporis nostri, si fame jejuniorum ac vigiliarum labore macerentur, tunc adversa riorum nostrorum demoniorum humiliatur virtus

CAPUT XI.

De derelinquendo sæculo.

CHRISTOS.

Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut so-

rores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut filias, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit (*Math. xix*).

PAULUS.

Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et bene placens, et perfecta (*Rom. xii*).

Qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur (*I. Cor. vii*).

JACOBUS.

Quicumque ergo voluerit esse amicus hujus sæculi, inimicus Dei constituetur (*Jacob. iv*).

SALOMON

Convertere ad Dominum, et relinque peccata tua (*Eccl. i. xii*).

AUGUSTINUS.

Sunt quidam qui facilius omnia sua pauperibus tribuunt, quam ut ipsi pauperes Dei sint.

HIERONYMUS.

Multi percepta veritatis via, capti sæculi voluptatibus, de medio itinere revertuntur.

Facilius sæculum quam voluptas contemnitur.

Multi divitias relinquentes, vitia non relinquunt.

Malum est quod in eo studio servimus, quo quæsitam quærimus.

Unusquisque cujus opera facit, ejus filius appellatur.

Christum sequi cupiens, si habes in potestate, rem tuam vende; non habes, a magno onere liberatus es.

Totum Deo dedit, qui seipsum obtulit.

Facile contemnit vitia, qui se semper cogitat morturum.

Qui vult esse perfectus, multitudines nominum, officia et salutationes, et convivia quasi catenas fugiat voluptatum.

Utinam quod renuntiamus sæculo, voluptas sit, non necessitas.

Nudam Christum, nudam crucem Christi, nudus sequere.

Dominus magis querit animas credentium quam opes.

AMBROSIVS.

Qui vult Deum possidere, renuntiet mundo, ut sit illi Deus beata possessio.

Is non renuntiat mundo, quem terrenæ possessionis delectat ambitio.

Dum sua quisque non relinquit, mundo, cujus bona retinet, servit.

GREGORIUS.

Qui cælestis vitæ dulcedinem, in quantum possibilitas admittit, perfecte cognoverit, ea quæ in terris amaverat, libenter cuncta relinquit.

Quisquis igitur jam æternam vitam cognovit, apud ejus animum temporales fructus vilescunt.

Tergat ergo sordes pravi operis, qui Deo præparat domum mentis.

A Electi enim sic ad bona tendunt, ut ad mala pertranda non recidunt.

Qui autem quod plene potest agere, agit place, quod Deus promisit, accipiet.

Multi relinquitis, si desiderii renuntiatis.

Exteriora etenim nostra Domino, quamlibet parva, sufficiunt.

Cor namque, et non substantiam, pensat: nec perpendit quantum in ejus sacrificio, sed et quando offeratur.

Regnum Dei tantum valet, quantum habes.

Quos Deus diu ut convertantur, tolerat, non conversos durius damnat.

Negotia, quæ ad peccatum implicant, ad hoc necesse est, ut per conversionem animus recurat.

Laboriosum non est homini relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum.

Minus quippe est abnegare quod habet, valde enim multum est abnegare quod est.

Nihil prodest nobis abrenuntiatio corporis sine abrenuntiatione mentis.

Sunt nonnulli qui, despectis carnis desideriis, cuncta relinquere pertractant; sed cum cecidisse et alios post boni operis initia conspiciunt, hoc ipsum facere quod deliberaverunt pertimescunt.

BASILIVS.

Nulli studeas placere in vita tua, nisi soli Deo.

Sicut enim qui militant regi terreno, omnibus jussis ejus obediunt, sic et qui militant regi cælesti, debent custodire præcepta cælestia.

Miles terrenus contra hostem visibilem pergit ad bellum.

Tecum vero hostis invisibilis quotidie dimicando non desinit.

ISIDORUS.

Necesse est omni converso ut post timorem con surgere ad charitatem Dei debeat quasi filius, nec semper sub timore jaceat, quasi servus.

Primordia conversorum blandis refovenda sunt modis, ne si ab asperitate incipiunt, exterriti ad priores lapsus decurrant.

Qui conversum sine lenitate erudit, exasperare potius quam corrigere novit.

Ille enim perfectus est qui huic sæculo corde et corpore perfectus est.

Multi enim post conversionem etiam nolentes motum libidinis sustinent, quod tamen ad damnationem non tolerant, sed ad probationem.

Utile est Dei servo post conversionem tentari, quatenus a torpore negligentia, sollicitantibus vitiis, ad virtutes animam per exercitium præparet vitiorum.

Ea quæ sæculi amatoribus chara sunt, sancti velut adversa refugiunt, plusque adversitatibus mundi delectantur quam prosperitatibus gaudeant.

Servis Dei cuncta hujus mundi contraria sunt, ut dum ista adversa sentiunt, ad cæleste desiderium ardentius erigantur.

Magna apud Deum fulget gratia, qui huic mundo a contemptibilis fuerit.

Nam revera necesse est ut quem mundus odit, diligatur a Deo.

Sanctis viris in hoc mundo tabernaculum non est, quibus patria et domus in caelo est.

Qui enim hunc mundum diligunt, turbulentis ejus curis et sollicitudinibus conturbantur.

Sancti viri saeculo renuntiantes, ita huic mundo moriuntur, ut soli Deo vivere delectentur.

Quantum enim sancti ab hujus saeculi conversatione se subtrahunt, tantum internae mentis facie praesentiam Dei et angelorum societates et frequentiam conemplantur.

Si ita quisque renuntiet quae possidet, ut suis in aliis non renuntiet moribus, non est Christi discipulus.

Qui enim renuntiat rebus, sua abnegat.

Et qui renuntiat moribus pravis, seipsum abnegat. Longe quippe a Deo est animus, cui adhuc haec vita dulcis est.

Multi cupiunt convolare ad gratiam Dei, sed timent carere oblectamenti mundi.

Provocat quidem eos amor Christi, sed revocat cupiditas saeculi.

Multis modis terret Deus homines, ut vel sero convertantur, atque inde magis erubescant quod tardius expectati sint ut redirent. Nam nunc minis, nunc plagis, nunc revelationibus quosdam concutit, ut qui voluntate converti despiciant, commoti terroribus corrigantur.

Tunc enim amorem nostrae conversionis ostendimus, si Dominum ut patrem ditigimus, quem prius servili mente vere ut Deum formidabamus.

CESARIUS.

Nihil prodest quod justum locum expectamus, si tales hic sumus quales in saeculo esse poteramus.

EX VITIS PATRUM.

Qui diligit saeculum, tristabitur plurimum: contemtuens autem quae in eo sunt, letabitur semper.

EX LIBRO CLEMENTIS.

Difficilis est subita permutatio: longo autem tempore si paulatim assueant, laboris non erit quod ex usa venit.

Non quaerit a te Deus pecuniam, sed animam misericordem et piam mentem.

## CAPUT XI.

De timore.

CHRISTUS.

Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere (Matth. x).

Sed potius eum timete qui potest animam et corpus mittere in gehennam (Ibid.).

PETRUS.

In timore incolatus vestri tempore conversamini: Deum timeo, regem honorificate (I Petr. ii).

Considerantes in timore castam conversationem vestram (I Petr. iii)

PAULUS.

Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater (Rom. vi).

Gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo et Patri subjecti invicem in timore Christi (Ephes. v).

SALOMON.

Initium sapientiae timor Domini (Prov. i).

Time Dominum, et recede a malo (Prov. iii).

Timor Domini apponet dies, et anni impiorum abbreviabuntur (Prov. x).

In timore Domini fiducia fortitudinis, et filius ejus e it spes.

Timor Domini fons vitae, ut declinent a ruina mortis (Prov. xiv).

Qui Deum timet, nihil negligit (Ibid.).

JESUS SIRACH.

Timor Domini gloria, et gloriatio, et laetitia, et corona exultationis (Eccles. i).

Timor Domini delectabit cor, et dabit laetitiam et gaudium, et longitudinem dierum (Ibid.).

Timenti Deum bene erit in extremis, et in die defunctionis suae benedicetur (Ibid.).

Timor Domini scientiae religiositas: plenitudo sapientiae est timere Deum (Ibid.).

Corona sapientiae timor Domini, replens pacem, et salutis fructum.

Radix sapientiae est timere Deum, rami enim illius longevi.

Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit justificari (Ibid.).

Sapientia et disciplina timor Domini (Ibid.).

Non sis incredibilis timori Domini, et ne accesseris ad illum dupliet corde (Ibid.).

Metuentes Dominum, sustinete misericordiam ejus, et non deflectatis ab illo, ne cadatis (Eccl. s. ii).

Qui timetis Deum, credite illi, et non evacuabitur merces vestra.

Qui timetis Deum, laudate illum, et in oblatione veniet vobis misericordia (Psal. xxi).

Qui timetis Deum, diligite Altum, et illuminabuntur corda vestra (Eccles. ii).

Qui timent Deum, non erunt increduli verbo illius: et qui diligunt Dominum, conservabunt viam ejus.

AUGUSTINUS.

Qui timent Dominum, inquirunt quae beneplacita sunt illi: et qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius.

Qui timent Dominum praeparabunt corda sua, et in conspectu illius sanctificabunt animas suas.

Qui timent Dominum, custodiunt mandata ejus, et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius.

Cogitatum habe in praecipis Dei, et in mandatis illius maxime assiduus esto.

In tota anima tua Deum time: qui timent Deum, erunt in oculis illius.

Timor Domini est, non despiciere hominem mendicium et pauperem.

Magnus est iudex et potens in honore, non est major illo qui timet Deum.

Nihil melius quam timor Dei.

Omne execramentum erroris odit Deus, et non amabile erit timentibus Deum.

Oculi Domini ad timentes eum, et ipse agnoscit omnia opera hominis.

Homo sapiens in omnibus metuit, et in diebus electorum attendit ab inertia.

Confirmatio timoris Dei sapientia.

Qui timet Dominum, accipiet doctrinam ejus : et justitiam quasi lumen accendet.

Qui timet Dominum, accipiet doctrinam ejus, et qui vigilaverit ad illum, inveniet benedictionem ejus.

Timenti Dominum non occurrunt mala, sed in tentatione illum conservabit, et liberabit a malis.

Spiritus timentium Deum quæritur, et in respon- sione illius benedicitur.

Spes enim timentibus Deum, in salvationem illorum.

Qui timet Deum, nihil trepidat, et non pavebit, quoniam ipse est spes ejus.

Timentibus Deum, beata est anima : et oculi Domini super timentes eum.

Timor Domini sicut paradisi benedictionis, et super omnem gloriam operuerunt illum.

Beatus est cui donatum est habere timorem Domini.

Timor Domini, initium dilectionis ejus.

Facultates et victus exaltant cor, et supra hæc timor Domini.

HIERONYMUS.

Nulla res nos ita servat ab omni peccato immunes, sicut timor supplicii et amor Dei.

AMBROSIVS.

Qui timet Deum, declinat ab errore, et ad virtutis semitam vias suas dirigit.

GREGORIUS.

Prava mens, si non prius per timorem evertitur, ab assuetis vitis non emendatur.

Deum timere, est nulla quæ faciendæ sunt bona præterire.

ISIDORUS.

Timor Domini semper emendat.

Timor Domini expellit peccatum.

Et timor Domini reprimit vitium.

Timor cautum facit hominem, atque sollicitum.

Ubi vero timor non est, ibi dissolutio vitæ est.

Ubi timor non est, ibi sceleratio est.

Ubi timor non est, ibi scelerum abundantia est.

Si Deum metuere in tranquillitate non volumus, saltem ejus iudicium attriti timeamus.

CAPUT XIII.

De virginitate.

CHRISTUS.

Filii sæculi hujus nubunt et traduntur ad nuptias : Hi vero qui digni habentur sæculo illo et resurre-

ctione ex mortuis, neque nubunt, neque ducunt uxores, neque enim ultra inori poterunt : æquales enim angelis sunt, et filii sunt Dei, cum sint filii resurrectionis (*Luc. xx*).

PACLLUS

Virgo quæ innupta est cogitat quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo (*I Cor. vii*).

Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit; et qui non jungit, melius facit (*Ibid.*).

AUGUSTINUS.

Nihil prodest virginitas corporis ubi operatur corruptio mentis.

Sicut enim occisus inimicus tibi non facit injuriam, sic mortificata caro non turbabit animam tuam.

Tales enim decet Domino habere ministros, qui nullo carnis contagio corrumpantur, sed potius continentia castitatis splendeant.

HIERONYMUS.

Multum distat inter puritatem virginalis animæ nulla contagione pollutæ, et sordes ejus quæ multorum libidini subjacuit.

Centenarius numerus perfectus est, qui pro virginitatis corona virginibus deputatur.

Sexagenarius, secundus gradus pro continentia viduarum.

Tricenarius, tertius locus nuptiarum fœdera ipsa dictorum conjunctione testatur : ac si viduæ amisso gradu primo per tertium perveniunt ad secundum.

Tenera res in feminis fama pudicitie est, et quasi flos pulcherrimus, cito ad levem auram marcescit.

Auræ levi quæ fluctu corrumpitur, maxime viri ætas consentit, si maritalis deest auctoritas.

Stude non solum oculos tuos castos servare, sed et linguam.

Nihil prodest carnem habere virginem, si mens quis nupserit.

ISIDORUS.

Quidam in juventute luxuriose viventes, et in senectute continentem fieri delectantur; et tunc ligunt castitati servire, quando eos libido servos habere contempsit.

Tales non habebunt præmium, qui non habuerunt laboris certamina. Eos enim spectat gloria, in quibus fuerunt laboriosa certamina.

Qui corpus suum continentie dedicant, cum feminis habitare non præsumant.

Geminum est bonum virginitatis : quia in hoc sæculo sollicitudinem sæculi amittit, et in futuro æternum castitatis præmium recipit.

Qui casti perseverant et virgines, angelis Dei efficiuntur æquales.

Castitas fructus suavitatis est.

Castitas securitas mentis, sanitas corporis.

Virginitas si labitur, nullatenus reparatur.

Quamvis per vitio veniæ fructus recipiat, incorruptionem tamen nullatenus recipit pristinam.

Virgo carne, non mente, nullum præmium habet in remissione.

Continentia hominis Deo proximum facit : ubi A  
ista manserit, ibi et Deus manet. Mors enim per  
oculos capitur.

Castitas hominem ad cœlos conjungit.

Castitas hominem ad cœlos pertrahit.

CÆSARIUS.

Nihil prodest virginitatem et integritatem corpo-  
ris custodire, si cœlorum concupiscentias nolunt  
curare.

Longa castitas post peccatum, imitatrix est virgi-  
nitatis.

Non enim carnis integritas servatur, ubi animus  
superbiæ timore corrumpitur.

Virginitas in corpore nihil proderit, si charitas aut  
humilitas a corde discesserit. Melior est humilis  
conjugalitas, quam superba virginitas.

CAPUT XIV.

De justitia.

CHRISTUS.

Querite primum regnum Dei et justitiam ejus, et  
hæc omnia adjicientur vobis (*Matth. vi*).

Non egent qui sani sunt medico, sed qui male ha-  
bent (*Luc. v*).

Non enim veni vocare justos, sed peccatores ad  
penitentiam (*Ibid.*).

Sicut per unius delictum in omnes homines mors  
pertransiit, ita per unius justitiam in omnes homines  
justificatio vitæ (*Rom. v*).

Ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita et gra-  
tia regnet per justitiam in vitam æternam (*Ibid.*).

JACOBUS.

Fructus autem justitiæ in pace seminatur, facien-  
tibus pacem (*Jacob. iii*).

SALOMON.

Non affligit Dominus fame animam justî, et insi-  
dias impiorum subvertit (*Prov. x*).

Memoria justî cum laudibus, et nomen impiorum  
putrescit (*Prov. x*).

Opus justî ad vitam, et fructus impîi ad pecca-  
tum. (*Ibid.*)

Argentum electum lingua justî, cor impiorum pro  
nihil (*Ibid.*).

Quod timet impius, veniet super eum, desiderium  
suum justis dabitur (*Ibid.*).

Lingua justî considerat placida, et os impiorum  
perversa.

Justus de angustia liberatus est, et traditur im-  
pius pro eo (*Prov. ii*).

Semen justorum salvabitur, desiderium justorum  
omne bonum est (*Prov. xii*).

Verte impios, et non erunt, domus autem justo-  
rum permanebunt

Domus injustorum delebitur, tabernacula vero ju-  
storum germinabunt (*Prov. xiv*).

Noli esse justus multum (*Eccles. vii*).

Domus autem justî plurima fortitudo, in fructibus  
impîi conturbatio (*Prov. xv*).

Abominatio est Domino via impîi : qui sequitur  
justitiam, diligitur ab eo.

Sunt justî sapientes, et opera eorum in manu Dei,  
et tamen nescit homo utrum amore aut odio dignus  
sit, sed omnia in futuro reservantur incerta (*Eccle-  
cles. ix*).

Sunt justî quibus malaveniunt, quasi opera  
impiorum egerint (*Eccles. viii*). Et sunt impîi, qui  
ita securi sunt, quasi justorum facta habeant (*Ibid.*).

Fugit impius nemine persequente (*Prov. xviii*).

Justus autem quasi leo confidens, absque errore  
erit. (*Ibid.*)

JESUS SIRACH.

In justitia agonizare pro anima tua, usque ad  
mortem (*Eccles. iv*).

Certa pro justitia, et Deus expugnabit pro te ini-  
micos tuos (*Ibid.*).

B Datio Dei permanet justis (*Eccles. xi*).

Benedictio Dei in mercedem justî festinat (*Ibid.*).

Ante hominem vita et mors, bonum et malum ;  
quod placuerit illi, dabitur ei (*Eccles. xv*).

Ante judicium para justitiam tibi (*Eccles. xviii*).

Qui custodit judicium, continebit sensum suum  
(*Ibid.*).

Si sequaris justitiam, apprehendes illam, et in-  
dues quasi pudorem honoris (*Eccles. xvii*).

Qui custodit justitiam, ipse exaltabitur (*Eccles.  
xx*)

AUGUSTINUS.

Si enim justus sum, nihil timeo, nemo me terrere  
potest.

Justus, inquit, confidit ut leo.

GREGORIUS.

Justitia, si modum non habet, in crudelitatem  
vadit.

Malitia remanentium meretur ut hi qui prodesse  
poterant, festine subtrahantur ; et cum mundi finis  
appropinquat, electi tolluntur, ne deteriora videant.

Sic injustis irascitur Deus, ut tamen eorum corda  
per justorum consortium consolentur.

ISIDORUS.

Multi apud homines putantur electi, et apud  
Deum reprobi assistunt.

Et multi apud homines reprobi sunt, et apud Deum  
electi sunt.

Nullus enim se putet electum, ne forte apud Deum  
jam sit reprobus.

EX LIBRO CLEMENTIS.

Perfectio legis, pax est.

Ex peccatis bella nascuntur et certamina.

Ubi autem peccatum non sit, pax est animæ.

Ubi autem pax est, in disputationibus veritas, in  
operibus justitia, invenitur.

CAPUT XV.

De invidia.

CHRISTUS.

Nolite judicare invicem (*Matth. vii*).

Cavete autem a fermento Phariseorum (*Matth.  
xvi*).

PETRUS.

Deponentes igitur omnem malitiam et omnem do-

lum, et simulationes, et omnes detractiones, et invidias (*I Pet. 1*).

Charitas non æmulator (*I Cor. 1*).

Quidam quidem et propter invidiam Christum prædicant, quidam autem propter bonam voluntatem (*Phil. 1*).

SALOMON.

Vita carniū sanitas cordis, putredo ossium invidia (*Prov. 14*).

Ne comedas cum homine invido, nec desideres cibos ejus : quoniam in similitudine arioli et conjectoris æstimat quod ignorat (*Prov. 23*).

Comede et bibe, dicet tibi, et mens ejus non est tecum (*Ibid.*).

Qui sibi invidet, nihil est illo nequulus (*Eccle. 10*).

AUGUSTINUS.

Invidia cunctas virtutes concremat; per invidiam prædicatur tibi Christus crucifixus.

Invidia et livor super omnia inebriant animam.

Ubi est invidia, amor fraternitatis esse non potest.

Qui invidet non amat : præceptum diaboli in illo est, quia diabolus invidendo decidit.

Ideo cognoscitur invidia non posse esse in charitate.

Per invidiam enim Christus crucifixus est.

Ideo autem qui invidet fratri suo, crucifigit Christum.

HIERONYMUS.

Semper virtutes sequitur invidia.

Magnus est vir qui invidiam humilitate superat.

AMBROSIVS.

Invidus est certe qui facit bonum suum in videndo supplicium alienum.

GREGORIUS.

Mors peccatorum est invidere in aliis virtutibus bonum, quod ipsi habere non appetunt.

Qui in se donorum gratiam minime recognoscunt, majora aliis non invideant.

ISIDORUS.

Unde bonus proficit, inde invidus contabescit.

Invidus membrum est diaboli, cujus invidia mors introivit in orbem terrarum.

Multi bonos imitari volunt, et de honorum profectibus invidiæ livore tabescunt.

Flexibiliter deplorandi sunt qui odio in fratrem tabescunt.

Invidia sensum mordet, mentem afficit, pectus urit.

Invidia cor hominis quasi quædam pestis depascit.

Adversus invidiam charitas præparetur.

De bono alterius non doleas, de alterius profectibus non tabescas.

Nullius prosperitate lacereris.

EUSEBIUS.

Invidiæ error non solum religiosas, sed et viles animas pervadit.

EPHRAËM.

Invidia enim manifestat nos charitatem Dei penitus non habere.

JOSEPHUS.

Difficile est in prosperis invidia carere.

## CAPUT XVI.

De silentio.

CHRISTUS.

Bonus homo de bono thesauro profert bona, et malus homo de malo thesauro profert mala (*Matth. 12*).

Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam querit (*Joan. 7*).

PAULUS.

Verbosi, otiosi et curiosi, loquentes quod non oportet (*I Tim. 6*).

Tu autem loquere quæ decet sanam doctrinam (*I Tim. 4*).

SALOMON.

In multiloquio peccatum non deerit (*Prov. 10*).

Qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est (*Prov. 17*).

Propter peccata labiorum, ruina proximat mala (*Prov. 12*).

Qui custodit os suum, custodit animam suam (*Prov. 21*).

Qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala, in omni opere bono erit abundantia (*Prov. 13*).

Ubi autem verba sunt plurima, ibi frequens egestas (*Ibid.*).

Lingua placabilis, lignum vitæ.

Quæ immoderata est, conteret spiritum (*Prov. 1*).  
Hominis est animum præparare, et Domini gubernare linguam suam (*Prov. 16*).

Voluntas regum labia justa : qui vera loquitur, diligitur (*Ibid.*).

Qui attonitis oculis cogitat prava, mordens labia sua, perficit malum (*Prov. 17*).

Qui exaltat cor suum, querit ruinam (*Ibid.*).

Qui moderatur sermones suos, doctus et prudens est, et pretiosi spiritus vir eruditus (*Ibid.*).

Mors et vita in manibus linguæ.

Cum obsecrationibus loquitur pauper, et dives affabiter rigide.

Qui autem neglexerit vias suas mortificabitur (*Prov. 1*).

Labia deosculabitur, qui recta verba respondet (*Prov. 24*).

Qui custodit os suum, et linguam suam, custodit ab angustiis animam suam (*Prov. 21*).

JESUS SMACH.

Noli citatus esse in lingua tua, et inutilis et remissus in operibus tuis (*Eccle. 17*).

Priusquam audias ne respondeas verbum, et in medio seniorum ne adjicias loqui (*Eccles. 18*).

Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, et non est stimulatus in tristitia delicti (*Eccle. 1*).

Antequam loquaris, dice (*Eccle. 12*).

Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam (*Eccle. 13*).

Ne iteres verbum nequam et durum, et non immi- A noraberis (*Eccle. xviii*).

Est qui labitur in lingua sua, sed non ex animo (*Eccles. xv*).

Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua (*Ibid.*)?

Est qui emittit verbum suum, et narrans veritatem (*Eccles. xix*).

Verbum nequam immutabit cor (*Eccle. xxxv*).

Est tacens qui invenitur saplens: et est odibilis qui procax est ad loquendum (*Eccle. xx*).

Est autem tacens, non habens sensum loquelæ; et est tacens sciens aptum tempus (*Eccle. xx*).

Homo sapiens tacebit usque ad tempus, lascivus autem et imprudens non servabit tempus (*Prov. ii*).

Qui multis utitur verbis, lædit animam suam (*Eccle. xxxix*).

Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic qua i qui interierunt per linguam suam (*Eccles. xx*).

Jugum cuius linguæ suæ ferreum est, et vinculum illius vinculum æreum est (*Eccle. xxviii*).

Sepi aures tuas spinis, et noli audire linguam nequam (*Ibid.*).

Ori tuo facito ostia, et seras auribus tuis (*Ibid.*).

Verbis tuis facito stateram, et frenos ori tuo re- ctos (*Ibid.*).

Attende ne forte labaris in lingua, et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et fiat casus tuus insanabilis in mortem.

Supra mensam magnam sedisti? non aperias super illam faucem tuam prior (*Eccle. xxxi*).

Adolescens, loquere in causa tua vix cum necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput tuum responsum (*Eccle. xxxii*).

In multis esto quasi inscius, et audi tacens simul et querens (*Ibid.*).

Ubi sunt senes, non multum loquaris.

Ubi auditus non est, non effundas sermonem, et importune noli extolli in sapientia.

HIERONYMUS.

Discat aliquando recte cessare, qui nunquam didicit loqui.

AMBROSIVS.

Est homo qui silentium affectat quidem, sed ejus cor multum se condemnat.

Iste talis multum loquitur.

Et est alius qui a mane usque ad vesperum loquitur, et cum discretione silentium magnum custodit.

GREGORIUS.

Non superbe quis audeat vel contemnere vel judicare quod non intelligit.

ISIDORUS.

Scito quo tempore loquaris, considera quando dicas.

Tempore congruo loquere: tempore congruo tace.

Non loquaris nisi interrogatus fueris: non dicas priusquam audias: interrogatio os tuum aperiat.

Linguosus homo imperitus est, sapiens paucis utitur verbis.

Brevem sermonem scientia facit.

Loqui multum stultitia est.

Vox enim insipientis in multiplicatione sermonis. Maneat igitur in verbo mensura, in sermone sit statera.

Semper verba tua sint moderata, modum loquendi non transeas.

Plus dilige audire quam dicere; plus auscultare quam loqui.

In principio audi et loquere.

Novissimus finis plus habet honoris.

Melior est novissimus sermo quam principium.

BASILIVS.

In conventu noli proferre sermonem, sed opportuna verba procedant ex ore tuo.

Cum opportunum tempus inveneris, loquere ut te audientibus gratiam præbeas.

CÆSARIUS.

Nihil prodest si in habitatione silentium sit, et in habitationibus vitiorum tumultus et colluctatio passionum.

EX VITIS PATRUM.

Cum silentio et oratione age quod agis in veritate.

## CAPUT XVII.

De superbia.

CHRISTUS.

Omnis qui se exultat, humiliabitur: et qui se humiliat, exaltabitur.

Quod hominibus altum est, abominatio est apud Deum (*Luc. xiv, xviii*).

PAULUS.

Noli altum sapere, sed time (*Rom. xi*).

Scientia inflat, charitas ædificat (*I Cor. viii*).

Charitas non inflatur.

SALOMON.

Contritionem præcedit superbia, et ante ruinam exaltatur cor (*Prov. xvii*).

JESUS SIRACH.

Odibilis coram Deo est et hominibus superbia (*Eccle. x*).

Initium superbiæ hominis, apostatare a Deo (*Ibid.*).

Initium omnis peccati est superbia (*Ibid.*).

Perdidit Deus memoriam superborum (*Ibid.*).

Non est creata hominibus superbia (*Eccles. xiii*).

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea; et qui communicaverit superbo, induet superbiam (*Eccle. v*).

Devoratio pessima superbi lingua.

Effusio sanguinis in rixa superborum, dolor autem consumit illos antequam moriantur (*Eccle. xxvii*).

Sicut capra inducitur in laqueum, sic et corpus superborum (*Eccle. xi*).

Non te extollas in cogitatione animæ tuæ sicut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam (*Eccles. vi*).

AUGUSTINUS.

Vitanda est nobis superbia, quæ et angelos voluit decipere, quanto magis homines dissipare?

HIERONYMUS.

Vir superbus nec decorabitur, nec voluntatem suam perducit ad finem.

Gravis culpa est quando ad imperitiam et negligentiam superbiæ crimen accendit.

Nihil magis Christianus studeat vitare quam tumorem et erectam cervicem. Dei contra se odium provocantem.

AMBROSIVS.

Superbia ex angelis dæmonia fecit.

Humilitas autem homines sanctos angelis similes reddit.

Superba voluntas facit Dei præcepta contemnere, humilitas custodire.

Superbi cupiunt in se prædicare quod non faciunt; humiles refugiunt quicquid boni operantur agnoscere. **B**

GREGORIUS.

Nequaquam valet culmen humilitatis discere qui in minimis rebus non desinit superbere.

ISIDORUS.

Tantum quisque sit veritati vicinior, quantum se esse longius a superbia fuerit arbitratus.

Superbiam diaboli imitantur superbi, adversus quam opponitur humilitas Christi, qua humiliantur electi.

Principalium vitiorum regina superbia est, et omnis peccans superbus est.

Omnis superbia tantum in imo jacet, quantum in altum se erigit: tantoque profundius labitur, quanto excelsius elevatur.

Qui enim per propriam superbiam attollitur, per Dei justitiam inclinatur.

Qui inflantur superbia, vento pascuntur.

Superbia, sicut origo est omnium criminum, ita et ruina cunctarum virtutum: ipsa in peccato prima, ipsa est in conflictu postrema.

Qui de virtutum profectibus existunt superbi, cadentes carnis vitio humiliantur ut resurgant.

EX VITIS PATRUM.

Fructus putrefactus inutilis agricolæ, et virtus superbi inutilis Deo.

Sicut enim pondus fructuum frangit ramum, sic superbia decorem frangit animæ.

Anima superbi derelinquitur a Deo, et sit dæmonum desiderium.

Superbia de cælis deposuit archangelum, et tantam fulgurem fecit cadere super terram.

Humilitas hominem elevat in cælum, et cum angelis lætari facit.

Noli per superbiam negare progeniem, quamvis egena sit et tu locuples, sed ipse cognitor plasmavit utrosque.

JOSEPHUS.

Quod enim superbiæ est vel ruinæ, cito labitur; quod gratiæ, diu tenetur.

## CAPUT XVIII.

## De sapientia.

CHRISTUS.

Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ (Matth. x).

**A** Justificata est sapientia a filiis suis (Matth. xi).

Filii hujus sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sunt sua (Luc. xvi)

PAULUS.

Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem (Rom. xii).

Nolite prudentes esse apud vosmetipsos (Ibid.). Quia in Dei sapientia, non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes.

Sapientia enim hujus mundi, stultitia est apud Deum (I Cor. iii).

SALOMON.

Inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam (Prov. ii).

Si enim sapientiam invocaveris, et inclinaveris cor tuum prudentiæ, si quæsieris eam quasi pecuniam, et sicut thesauros effoderis eam: tunc intelliges timorem Dei, et scientiam Domini invenies.

Dominus dat sapientiam, et ex ore ejus scientia et prudentia.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et non innitaris prudentiæ tuæ, ne sis sapiens apud temetipsum (Prov. iii).

Beatus homo qui invenit sapientiam, et cui affluit prudentia (Ibid.).

Melior est enim acquisitio ejus negotiatione argenti et auri: primi et purissimi fructus ejus, pretiosior est cunctis opibus, et omnia quæ desiderantur huic non valent comparari (Prov. viii).

Gloriam sapientes possidebunt, et stultorum ex latitudo ignominia (Prov. iii).

Principium sapientiæ, posside sapientiam, et in omni possessione tua acquirere prudentiam (Prov. iv).

Arripere illam, et exaltabit te.

Glorificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus (Ibid.).

Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, et corona inclita proteget te (Prov. iv).

Dic sapientiæ: Soror mea es, et prudentiam vocavi amicam meam (Prov. viii).

Melior est sapientia cunctis pretiosissimis, et omne desiderabile non potest ei comparari.

Principium sapientiæ timor Domini, et sanctorum scientia timor Domini atque prudentia (Prov. x).

Sapiens corde præcepta suscipit, stultus cæditur labiis (Ibid.).

In labiis sapientis invenitur sapientia.

Sapientes abscondunt sapientiam.

Os autem stulti confusioni proximum est.

Labia justi erudiunt plurimos: qui autem indocti sunt, in cordibus egestate moriuntur (Ibid.).

Lingua autem sapientum sanitas est (Prov. xii).

Lex sapientis fons vitæ, ut declinet a ruina mortis (Prov. xiii).

Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus stultorum efficietur similis eis.

Sapiens timet, et declinat a malo (Prov. xvi).



Corona sapientum divitiarum eorum, et imprudentia A stultorum fatuitas.

In corde prudentis requiescit prudentia, indoctus quoque eruditur.

Labia sapientum disseminabunt scientiam, cor stultorum dissimile erit.

Cor sapientis querit doctrinam, et os stultorum pascitur imperitia (Pr v. xvi).

Posside sapientiam, quia auro melior: acquire prudentiam, quia pretiosior est argento. Qui sapiens corde est, appellabitur prudens: et qui dulcis est eloquio, majora percipiet.

Cor sapientis erudit os ejus, et labiis illius addit gratiam (Ibid.).

Aqua profunda, verba ex ore viri; et torrens redundans fons sapientiarum (Prov. xviii).

In facie prudentis lucet sapientia (Prov. xvii).

Oculi stultorum in finibus terrarum (P. ov. xix).

Custos prudentiarum invenit bona (Prov. xx).

Est enim aurum et multitudo gemmarum. Vas autem pretiosum labia scientiarum (Ibid.).

Noli vendere sapientiam, et doctrinam, et intelligentiam (Prov. xxiii).

Vir sapiens fortis est (Prov. xxiv).

Vir doctus robustus est, et validus: neque plus sapias quam necesse est, ne obstupescas (Ibid.).

Sapientia confortabit sapientem super principem decem civitatum (Eccles. vii).

Verba sapientum audiuntur in silentio, plus quam clamor principis inter stultos (Eccles. ix).

Melior est sapientia quam arma bellica (Eccles. x).

Verba oris sapientis gratia, et labia insipientis præcipitabunt eum (Ibid.).

#### JESUS SIRACH.

Omnis sapientia a Domino Deo est (Eccles. i).

Dilectio Dei honorabilis sapientia (Ibid.).

In thesauris sapientiarum, intellectus et scientiarum religiosus (Ibid.).

Exsecratio autem peccatoribus sapientia.

Concupisce sapientiam, conserva justitiam, et Deus præbebit illam tibi (Ibid.).

Non enim est tibi necessarium ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis (Eccles. iii).

Cor sapientis intelligitur in sapientia, et auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam D (Ibid.).

Sapiens cor et intelligibile abstinere se a peccato (Ibid.).

Sapientia filiis suis vitam inspirat, et suscipit exquirentes se (Eccl. iv).

Qui sapientiam diligit, diligit vitam: qui tenuerunt sapientiam, vitam hæreditabunt (Ibid.).

In lingua enim dignoscitur sapientia (Ibid.).

Sensus et scientia et doctrina in verbo veritatis (Ibid.).

Aspera est nimium sapientia indoctis hominibus (Eccles. vi).

Decor enim vitæ est in sapientia, vincula illius ligatura salutaria.

Si inclinaveris aurem tuam: excipies doctrinam: et si dilexeris audire, sapiens eris (Ibid.).

Sapientia humiliati exaltabit caput illius, et in medio magnatum considerare illum faciet (Eccles. xi).

Beatus vir qui in sapientia sua morabitur, et qui in justitia sua meditabatur.

Qui continens est justitiarum, apprehendet sapientiam, et obviabit illi quasi mater honorificata (Eccle. xv).

Non est pretiosa laus in ore peccatoris, quonia a Deo profecta est sapientia (Ibid.).

Sapientiarum enim astabit laus, et in ore fideli habitabit, et dominator dabit eam illi.

Omnis haustus agnovit sapientiam.

Omnis sapientia est timor Dei, et in illa timere Deum, in omni sapientia dispositio legis (Eccles. xix).

B Homo prudens placebit magnatibus (Eccles. xx).

Melior est homo qui minuitur sapientia, et deficiens sensu in timore Dei, quam qui abundat sensu et transgreditur legem Altissimi (Eccles. xix).

Sapiens in verbis seipsum amabilem facit (Eccl. les. xx).

Gratia autem fatuorum effunditur.

Sapientia absconsa, et thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque?

Omnamentum aureum prudenti doctrina, et quasi brachiale in brachio dextero (Eccles. xxi).

Verba autem prudentium statera ponderabuntur (Ibid.).

Flagella et doctrina in omni tempore sapientia (Eccles. xxii).

C Magnus est qui invenit sapientiam et scientiam, sed non est super timentem Deum (Eccles. xxiii).

Homo sanctus in sapientia manet sicut sol, nam stultus ut luna mutatur (Eccles. xxvii).

Sapiens non odit mandata et justitias (Eccl. s. xxxiii).

Vir sapiens plebem suam erudit (Ibid.).

Sapientia in ore fidelium plantabitur (Eccles. xxxvii).

Vir peritus multos erudit, et animæ suæ suavis est (Ibid.).

Vir sapiens implebitur benedictione, sapiens in populo hæreditabit honorem, et nomen illius erit vivens in æternum.

Sapientiam scribe in tempore vacuitatis, et qui minoratur actu, sapientiam percipiet (Eccles. xxxviii).

Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens (Eccles. xxx).

Sapiens occulta proverbiorum exquiret, et in absconditis parabolarum conversabitur (Ibid.).

Sapiens bona et mala in omnibus tentabit (Eccles. xxxix).

#### AUGUSTINUS.

Docti ut stellæ fulgebant claritate.

Nutrire animam tuam lectionibus divinis, præparabis tibi mensam spiritalem.

Ubi enim sapientis possessio, ibi amor mulieris excluditur.

HIERONYMUS.

Multo melius vera rustice quam diserte falsa proferre.

Sapientes mundi ideo Scripturas despiciunt sacras, quia eas non ex majestate sensuum, sed ex verborum judicant vilitate.

GREGORIUS.

Sapientia est timere Deum, abnegare autem se ipsum a malis.

Prima sapientia est vitare malum.

Secunda sapientia est facere bonum.

Quisquis autem vult audita intelligere, festinet ea quæ jam potuit intelligere, opere implere.

Scire autem, Deo approbare est.

Nescire autem, reprobare.

Scripturæ sacræ intelligentia si in cunctis esset aperta, vilesceret, et tantum majore dulcedine inventa reficit, quantum majore labore fatigat animam quæ sita.

Qui verba Dei audit, semper oculos cordis ponere ad exitum debet, et sine cessatione meditari, quando a præsentī vita exeat, atque ad æterna gaudia pertingat.

EX LIBRO CLEMENTIS.

Melior est sapientia quam vires, et vir prudens magis quam fortis.

Multitudo autem sapientiæ sanitas est orbis terrarum.

Omne aurum in comparatione sapientiæ arena est exigua.

Neminem enim diligit Dominus, nisi eum qui cum sapientia habitat.

ISIDORUS.

Omnis homo qui secundum Deum sapiens est, beatus est.

Beata vita, cogitatio Divinitatis; virtus boni operis est.

Virtus boni operis fructus æternitatis est.

Qui secundum sæculum sapiens est, secundum Deum stultus est.

Nullus sapientiam Dei plene recipit, nisi qui se ab omni abstrahere vitiorum cura contendit.

Tunc autem recte Deum cognoscimus, quando eum perfecte scire nos denegamus.

Nullus autem major in culpa est, quam ille qui Deum nescit.

Investigationem veri multorum est querere, sed paucorum invenire.

Omnis sapientia et scientia ex opinatione consistit.

Melior est autem ex scientia veniens, quam ex opinatione sententia.

Nam illa vera est, ista dubia.

Simplicitatem cum ignavia vocavi stultitiam.

Simplicitatem cum prudentia vocavi sapientiam.

Utile est multa scire, et recte vivere.

Quod si utrumque non valemus, melius est ut bene vivendi studium, quam multa sciendi sequamur.

Non enim pertinet ad beatitudinem consequendam scientia rerum.

A Nec est beatum multa scire, sed est magnum beate vivere.

Multi Deum noscunt per scientiam, per actionem autem non venerantur.

Nihil sapientia melius, nihil prudentia dulcius, nihil scientia suavius.

Noxia non vitamus, nisi per sapientiam.

Sapientia dando largior sit, retinendo minoratur.

Larga redundatio est scientia, et dum plus confertur, plus abundatur.

CYPRIANUS.

Quo modo enim sapiens, vel patiens esse potest, qui nec sapientiam, nec patientiam habet?

Sapiens ille est qui humilis et mitis est.

## CAPUT XIX.

De iracundia.

CHRISTUS.

Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio (Matth. v).

PAULUS.

Sol non occidat super iracundiam vestram (Ephes. iv).

Irascimini et nolite peccare.

JACOBUS.

Ira enim viri iustitiam Dei non operatur (Jacob. i).

SALOMON.

Fatuus statim indicat iram suam (Prov. xii).

Qui autem dissimulat injuriam, callidus est (Prov. xii).

C I ter superbos semper jurgia sunt (Prov. iii).

Qui autem agunt cuncta cum consilio, reventur sapientia (Prov. xiii).

Responsio mollis frangit iram (Prov. xxv).

Sermo durus suscitatur furorem (Ibid.).

Vir iracundus provocat rixas (Ibid.).

Qui sapiens est, mitigat suscitatas (Prov. xv).

Ne sis velox ad irascendum; quia ira in sinu stulti requiescit (Eccles. viii).

Semper jurgia querit malus, angelus autem crudelis mittetur contra eum (Prov. xvii).

Sicut fremitus leonis, ita ira regis; et quasi ros super terram, ita hilaritas ejus (Prov. xix).

Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam, spiritum vero ad irascendum facilem quis poterit sustinere (Prov. xviii)?

Ira non habet misericordiam, nec irrumpens furor.

Impetum concitati spiritus ferre quis poterit (Prov. xxvii)?

JESUS SIRACH.

Cum iracundo non facias rixas (Eccles. ix).

Cor hominis immutat faciem illius, sive in bonum, sive in malum (Eccles. xxxi).

Vestigium cordis boni, et faciem bonam, difficile invenies et cum labore (Ibid.).

Non est caput nequius super caput colubri, et non est ira super iram inimici (Eccles. xv).

Memorare timoris Dei, et non irascaris proximo (Eccles. xxviii)

Secundum enim ligna sylvæ, sic ignis exardescit; A  
et secundum virtutes hominis, sic iracundia illius  
erit (*Ibid.*).

Homo iracundus incendit litæa

Zelus et iracundia minuunt dies, et ante tempus  
ad senectutem producunt.

AUGUSTINUS.

Furor incipiens ira est, et fervens in animo indi-  
gnatio.

Ira est, cujus amaritudo et furor species sunt,  
quæ furorẽ extincto desiderat ultionem, et eum  
quem recepit putat, vult lædere.

GREGORIUS.

Inde enim diabolus in alterius corde rixæ malum  
solet immittere, unde alium conspicit ad pietatis B  
negotium excitari.

In nostro enim bono opere, aliquando cavendum  
est scandalum proximi, aliquando vero pro nibilo  
reputandum.

Quantum enim sine peccato possumus, vitare  
proximorum scandalum debemus.

Si autem de veritate sumitur scandalum, utilis  
permittitur nasci scandalum quam veritas relinqua-  
tur.

HIERONYMUS.

Si te præoccupaverit ira, mitiga illam.

EX LIBRO CLEMENTIS.

Ira illa mala est, ubi mentem turbat, ut rectum  
consilium perdat.

Illam vero iram quæ malos punit, perturbationem C  
mentis non infert.

Hæc est enim justa et necessaria iracundia, quæ  
unusquisque in iis in quibus erravit et perperam  
gessit, indignatur et semetipsum incusat.

EX VITIS PATRUM.

Oculi iracundi, turbulenti et sanguinei, sunt ira-  
cundi cordis nuntii.

Vulpes inhabitat animam quæ memor est malitiæ,  
et bestię cubant in turbulentis corde.

Sicut enim pælearum fumus conturbat oculum; sic  
memoria malitiæ in tempore orationis.

Iracundi oratio abominata thymiamata, et psalmo-  
dia iracunda sonus horribilis.

Omnis enim boni impedimentum est tristitia.

Nimis tristans homo non movet sensum ad divinæ  
cogitationis intuitum, nec orationem mundam emit-  
tet aliquando.

Vincula pedum impedimenta cursoris, et tristitia  
impedimentum est visioni divinæ: qui vincus est a  
tristitia, jam superatus est ab aliis vitis.

Ventus validissimus non movet turrem, et animam  
sine ira non movet indignatio.

Aqua movetur per violentias ventorum, et iracun-  
dia conturbatur a cogitationibus iracundis.

Qui linguam suam non tenuerit in tempore iræ,  
nec passionem carnis suæ poterit aliquando retinere.

Sicut Africanus ventus in pelago ita furor viri in  
corde.

## CAPUT XX.

### De vana gloria.

CHRISTUS.

Attendite ne faciatis justitiam vestram coram ho-  
minibus, ut videamini ab eis (*Matth. vi*).

Alioquin mercedem non habebitis apud Patrem  
vestrum (*Ibid.*).

PAULUS.

Qui gloriatur, in Domino gloriatur (*I Cor. i*).

SALOMON.

Ne gloriaris in crastinum, ignorans quid super-  
ventura pariat dies (*Prov. xxvii*).

Laudet te alienus, et non os tuum; extraneus, et  
non labia tua (*Ibid.*).

JESUS SIRACH.

Noli te extollere in faciendo opere tuo (*Ec-  
cles. i*).

Nolite quærere ab homine ducatum, neque a rego  
cathedram honoris (*Eccles. vii*).

Non laudes virum in specie sua, neque spernas ho-  
minem in visu suo (*Eccles. xi*).

Non te justifies ante Dominum, quoniam agnitor  
cordis ipse est (*Eccles. vii*).

In vestitu ne gloriaris unquam, nec in die honoris  
tui extollaris (*Ibid.*).

Ante mortem non laudes hominem quemquam,  
quoniam in filiis suis agnoscitur vir (*Ecl. s. xi*).

In vanitate apprehenditur peccator et superbus  
(*Eccles. xxiii*).

Ante sermonem non laudes virum (*Eccles. xxvii*).  
Hæc enim tentatio est hominum (*Ibid.*).

Penes regem noli velle videri sapiens (*Eccles. vii*).

Curam habe de bono nomine, hoc enim magis  
proderit tibi, quam mille thesauri magni et pretiosi  
(*Eccles. xli*).

Bonæ vitæ numerus dierum, bonum autem nomen  
permanebit in æternum.

HIERONYMUS.

Non quæras gloriam, et non dolebis cum inglo-  
riosus fueris.

Qui laudari non appetit, nec contumeliam sentit.

Non ileo te bonum aestimes, si bonus prædixeris.

Nemo magis scire potest qui sis, sicut tu qui con-  
sciis tibi es.

D Quid enim tibi prodest dum malus es, si bonus  
prædiceris?

Cave ne rumu culis hominum eleveris, ne offensus  
Deo, populorum laudes comedas.

GREGORIUS.

Sancti non solum gloriam supra modum suam  
omnino non appetunt, sed etiam hoc ipsum refu-  
giunt quod se habere sciunt.

Tunc veraciter hoc quod agit homo bonum est,  
quando ei placere concupiscit a quo est.

Qui bonum agere videtur, et per hoc non Deo, sed  
hominibus placere desiderat, in vanum laborat.

Magnus ergo unusquisque esse studeat, sed tamen  
aliquo modo esse se nesciat, ne dum si sibi magnitu-  
dinem arroganter tribuit, amittat.

Bono operi dum laus humana obviat, mentes operantes immutat.

Per hoc quod agimus, laudes exterius non queramus.

Sic autem sit opus in publico, quatenus in tentatione maneat in occulto.

Qui enim accepta qualibet gratia, vanis suis laudibus nitorem gloriæ offerunt, quasi oleum vendunt.

Impinguat caput oleo peccatoris, cum demulcet mentem favor adulationis.

ISIDORUS.

Qui eleemosynam vanæ gloriæ ex causa impertit, ex virtute vitium facit.

Qui aliquod donum Dei quod meruit, in suam laudem convertit, procul dubio virtutem in vitium transfert.

Non declinat ad dexteram qui non sibi, sed Deo tribuit bona quæ agit.

Inde se nonnulli esse justos confidunt, unde maxime reprobantur.

Amator vanæ gloriæ, unde semper possit laudari, agere non quiescit.

Ille autem debet publicare bonum quod agit, qui perfecta humilitate fundatus, nulla elatione contingitur.

Cum enim causa jactantæ pauper pascitur, etiam ipsum opus in peccatum convertitur.

Fraudem facimus Deo, quoties de bono opere nostro nosmetipsos, non Deum laudamus.

Prudentissimi autem viri solerter discretio prospicit, ne bonum intemperanter agat, et de virtute in vitium transeat.

EX VITIS PATRUM.

Vana gloria vitium est, sine ratione et omni bono inserit se.

Lapis emissus non pergit ad cælum, et oratio hominis sibi placentis non ascendit ad cælum.

Noli applicare secretam abstinenciam, neque ostendas eam quasi in lumine, testibus multis: ut qui videt in absconso Pater, reddat tibi in palam.

Non perdas labores propter humanam gloriam, neque futuram æternam gloriam tradas pro parva et temporali gloria.

Gloria enim humana in pulverem redigitur, et honor ejus exstinguitur super terram.

Gloria autem virtutum glorificat in sæcula.

## CAPUT XXI.

### De fornicatione.

CHRISTUS.

Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris (*Luc. xii*).

PETRUS.

Iniqui luxuriantes, oculos habentes plenos adulterio, et incessabili delicto (*I Pet. ii*).

PAULUS.

Fugite fornicationem, fratres: omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur in corpus suum, peccat (*I Cor. vi*).

Fornicatores enim et adulteros judicabit Deus (*Hebr. xiii*).

SALOMON.

Fovea enim profunda est meretrix, et puteus angustus aliena. Insiaditur in via quasi latro, et quos incantans videt, interficit (*Prov. xxiii*).

JESUS SIRACH.

Non des mulieri potestatem animæ tuæ, nec ingrediatur in virtute tua, et confundaris (*Eccles. ix*).

Virginem non conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius (*Ibid.*).

Propter spem mulieris multi perierunt, et ex hac concupiscentia quasi ignis exardescit (*Ibid.*).

Qui se jungit fornicariis, erit nequam (*Eccles. xix*).

B Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere (*Eccles. xviii*).

Qui tenet mulierem nequam, quasi qui apprehendit scorpionem (*Eccles. xxvi*).

Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus ejus (*Ibid.*).

Nequitia mulieris immutat faciem ejus, et obvertit vultum ejus tanquam ursus (*Eccles. xxv*).

Fornicatio mulieris in excellentia oculorum, et in palpebris illius agnoscitur (*Eccles. xxvi*).

AUGUSTINUS.

Si verum est quod in te vivit, fornicatio in te mortua est.

HIERONYMUS.

C Væ illis qui tunc habuerunt terminum luxuriæ, quando vitæ.

Luxuria inimica Deo, perditio paternæ hæreditatis, vel substantiæ.

Fornicatio non solum conscientiam fornicatoris, sed et corpus maculat inter epulas et illecebras voluptatum.

Etiam ferreas mentes libido domat.

Difficile enim inter delicias servatur pudicitia.

Sine Cerere et Libero friget Venus.

Qui luxuriatur vivus, mortuus est: ergo qui inebriatur mortuus et sepultus est.

GREGORIUS.

Unde satietate venter exten-ditur, inde aculei libidinis excitantur.

ISIDORUS.

D Fornicatio carnis adulterium est.

Fornicatio animæ servitus idolorum.

Luxuria vero carnis ideo notabilis hominibus est, quoniam statim per se turpis.

Sicut per superbiam mentis itur in prostitutionem corruptæ libidinis, ita per humilitatem mentis salvabitur castitas carnis.

Principaliter his duobus vitiis diabolus humano generi dominatur, id est, superbia mentis et luxuria carnis.

Per hæc enim duo vitia diabolus humanum genus possidet, dum mentem in superbiam erigit, vel per luxuriam carnem corrumpit.

Prima fornicationis oculorum tela sunt, secunda

verborum; sed qui non capitur oculis, potest verbis A resistere.

Qui delectationem refrenat libidinosæ suggestio- nis, non transit ad consensum libidinis.

Cito enim resistit operi, qui titillanti consensum non accommodat delectationi.

Si plus oblectat mentem delectatio fornicationis quam amor castitatis, adhuc in homine peccatum regnat.

Certe si amplius delectat pulchritudo intimæ castitatis, jam non regnat peccatum, sed regnat justitia.

Omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur: ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, et homo separatur a Deo.

Fornicatio maximi est sceleris, quia per carnis immunditiam templum Dei violat, et tollens membra Christi, facit membra meretricis.

Luxuriosa namque vita carnem cito debilitat, fractamque celeriter ducit ad senectutem.

Omnibus peccatis fornicatio major est, quia fornicatio antecedit mala.

Melius est enim mori quam fornicari, vel libidine maculari.

Libido in infernum hominem mergit.

Libido in Tartarum hominem mittit.

Graviss libido urit quem occisum invenerit.

Corporis enim labore fatigatum minus delectatur flagitio.

Otio enim dedito, cito luxuria subrepat.

Vacans cito luxuria preoccupatur.

CÆSARIUS.

Contra reliqua vitia oportet nos omni virtute resistere: contra libidinem vero non expedit repugnare, sed fugere.

EX VITIS PATRUM.

Castitas gignit abstinentiam, gastrimargia autem mater est incontinentiæ.

Viridis herba prope aquam nascens, et vitium libidinis in visitationibus mulierum.

Magis approxima igni ardenti quam mulieri juveni, cum et ipse sis juvenis.

Nihil enim valet cum mundum esse corpore, qui pollutus est mente.

Non enim æstus hominis declinabit, nisi qui animæ motus ante comprehenderit.

## CAPUT XXII.

### De perseverantia.

CHRISTUS.

Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit (*Matth. xxiv*).

PAULUS.

Nunc vere liberati a peccato, servi autem facti Deo, habentes fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam (*Rom. vii*).

SALOMON.

Melior est finis orationis quam principium (*Eccles. vii*).

Sta in testamento tuo, et in illo colloquere, et in opere mandatorum tuorum veterasce (*Eccles. xi*).

HIERONYMUS.

Non quæruntur in Christianis initia, sed finis; quia Paulus male cœpit, sed bene finivit.

Judæ laudantur exordia; sed finis perditionis damnatur.

Cœpisse multorum est, ad culmen venisse paucorum.

GREGORIUS.

Virtus boni operis perseverantia est.

Incassum quippe bonum agitur si ante terminum vitæ deseratur.

Ille bene immolat qui sacrificium boni operis usque in finem debitæ producit actionis.

ISIDORUS.

Tunc enim placet Deo nostra conversatio, quando bonum quod inchoamus perseverantissime complemus.

Bonum est ergo non cœpisse, sed perfecisse virtus est.

Non inchoantibus præmium promittitur, sed perseverantibus datur.

Semper in vita hominis finis quærendus est: quia non respicit quales antea fuerimus Deus, sed quales circa finem vitæ exstiterimus.

Unumquemque enim Deus de suo fine, non de vita præterita judicat.

CYPRIANUS.

Ex fine enim suo unusquisque aut justificatur, C aut condemnatur.

## CAPUT XXIII.

### De securitate.

CHRISTUS.

Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus est (*Matth. xxiv*).

Omnibus dico, vigilate (*Marc. xiii*).

PETRUS.

Estote itaque prudentes, et vigilate in orationibus (*I Petr. iv*).

PAULUS.

Cum enim dixerint homines, Pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus (*I Thess. i*).

HIERONYMUS.

Cavendum est ne quod in nobis optimum est labatur in vitium.

Ideo nobis Dominus temporis sui celavit adventum, ut penduli ob expectationis incertum, semper judicem nostrum credamus esse venturum, quem, quando venturus sit, ignoramus.

Omnis vita sapientis meditatio est mortis.

Si qua est præsentis temporis lætitia, ita est agenda, ut nunquam amaritudo sequentis judicii recedat a memoria.

Plerumque enim hostis callidus mentem cum peccato supplantat: et cum de ruina afflictam respicit, securitatis pestiferæ blanditiis seducit.

Qui igitur mente securus est perpetratis iniquitatibus, ipse sibi testis est quia innocens non est.

Cumque mens secreta redditur in corpore, animus A laxatur.

Cum bona, fratres, agitis, semper ad memoriam mala acta revocate.

Ut cum caute culpa agnoscitur, nunquam de bono opere incaute animus letetur.

Alorum vero ultimam Deus noster idcirco voluit nobis esse incognitam, ut semper possit esse suspecta, ut dum illam videre non possumus, ad illam nos sine intermissione præparemus.

ISIDORUS.

Neque justus de sua justitia confidat, neque de Dei misericordia desperet, sed habeat in corde spem pariter et metum: sic speret misericordiam, ut justitiam metuat; sic sit spes indulgentiæ, ut metus affligat.

Quamvis quisque sit justus, nunquam necesse est ut in hac vita sit securus.

Quamvis sanctorum conversatio probabilis sit, incertum tamen hominibus est quo sint fine destinati.

Nulla res de peccato securum faciat, quamvis poenitentia peccatorum sit propitiâ, sine metu tamen homo esse non debet: quia poenitentiae satisfactio divino tantum pensatur judicio, non humano.

Neque unquam oportet poenitentem habere de peccatis securitatem.

Nam securitas inducit negligentiam, negligentia autem sæpe incautum facit hominem, et ad vitia transacta reducit.

ISIDORUS.

Incertainamque est uniuscujusque vitæ tempus, et idcirco festinandum est, ne forte subito mors repentina præveniat.

CÆSARIUS.

Quantum sumus securi de præteritis, tantum sumus solliciti de futuris.

Omnia enim crimina vel peccata cito ad nos revertuntur, si non quotidie bonis operibus expungentur.

## CAPUT XXIV.

### De stultitia.

CHRISTUS.

Omnia qui audit verba mea, et non facit ea, similis est viro stulto (*Matth. vii*).

PAULUS.

Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes (*I Cor. i*).

Sustinetis enim insipientes, cum sitis ipsi sapientes (*II Cor. xi*).

SALOMON.

Stulti ea quæ sunt sibi noxia cupiunt, et imprudentes odio habuerunt scientiam (*Prov. i*).

Stultus cæditur labiis, stultus labiis verberatur (*Prov. x*).

Os autem stulti confusioni proximum est (*Ibid.*).

Qui stultus est, serviet sapienti (*Prov. xi*).

Homo versutus celat scientiam, cor insipientium provocabit stultitiam (*Prov. xii*).

Qui autem fatuus est, aperit stultitiam suam (*Prov. xiii*).

Cor stultorum dissimile erit (*Prov. xv*).

Stultus pascitur imperitiâ (*Ibid.*).

Stultitia gaudium stulto (*Ibid.*).

Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentians (*Prov. xvii*).

Expedit magis ursæ occurrere raptis fetibus, quam fatuo confidenti sibi in stultitia sua (*Ibid.*).

Quid prodest habere divitias stulto, cum sapientiam emere non possit (*Ibid.*)?

Homo stultus plaudet manibus, cum spondere pro amico suo.

Stultus si tacuerit, putabitur sapiens: et si compresserit labia sua, intelligens (*Ibid.*).

B Os stulti, contritio ejus: et labia illius ruina animæ ejus (*Prov. xviii*).

Stultitia hominis supplantat gressus ejus, et contra Deum fervet animo suo (*Prov. xix*).

Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis (*Ibid.*).

Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola (*Ibid.*).

Responde stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur (*Ibid.*).

Sicut qui mittit lapideum in acervum Mercarii, ita qui tribuit insipienti honorem (*Ibid.*).

Si contuderis stultum in pila, quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia ejus (*Prov. xxvii*).

C Stultus complicat manus suas (*Eccles. iv*).

In vita stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat (*Eccles. x*).

Labia insipientis præcipitabunt eum, initium verborum ejus stultitia et novissimus oris illius error pessimus (*Ibid.*).

JESUS SIRACH.

Homines stulti non apprehendunt sapientiam, et non videbunt illam (*Eccles. xv*).

Stultos acriter improperebit (*Eccles. xviii*).

A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis (*Eccles. xix*).

D Sagitta infixâ femori caris sic verbum in ore fatui (*Ibid.*).

Da us insipientis non erit utilis tibi, oculi enim illius septemplex sunt: exigua dabit et multa improperebit, et apertio oris illius infamatio est (*Eccles. xx*).

Fatuo non erit amicus, et non erit gratia in bonis illius (*Ibid.*).

Qui enim edunt panem fatui, falsæ lingue sunt (*Ibid.*).

Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim illam dicet in tempore suo (*Ibid.*).

Cor fatui quasi vas contractum, et omnem sapientiam non tenebit narratio (*Eccles. xxi*).

Narratio fatui quasi sarcina in via (*Ibid.*).

Compedes in pedibus, stulto doctrius (*Ibid.*).

In ore fatuorum cor illorum, et in corde sapien-  
tum os illorum (*Ibid.*).

Confusio patris est de filio indisciplinato (*Eccles.*  
xxi).

Qui decet fatuum, quasi qui conglutinat testam.

Cum stulto non multum loquaris, et cum insen-  
sato ne abieris (*Ibid.*).

Aream, et sal et massam ferri, facilius est por-  
tare, quam hominem imprudentem, et fatuum, et  
impium.

Præcordia fatui, quasi rota carri; et quasi axis  
versatilis, sic cogitatio stulti (*Eccles.* xxxiii).

Melior est homo qui abscondit stultitiam suam,  
quam qui abscondit sapientiam suam (*Eccles.* xli).

Labia insipientium narrabunt stultitiam (*Eccl.* xxi).

Verba autem prudentium statera ponderabuntur  
(*Ibid.*).

Non communices homini indocto, ne male de pro-  
genie tua loquatur (*Eccles.* viii).

HIERONYMUS.

Stultiloquium enim et scurrilitas vel scyrrum  
non decet Christianum.

Decet autem sermonem ejus sale esse conditum,  
ut gratiam apud audientes habeat.

Quidquid enim amens loquitur, vociferatio et cla-  
mor est appellandum.

BILARIUS.

Stultus juxta infirmitates suas sentit, et juxta im-  
becillitatem naturæ suæ sentit.

GREGORIUS.

Sicut nec auris escas, nec guttur verba agnoscit,  
ita nec stultus quisque sententiam sapientiæ intel-  
ligit.

Fatum cum sapientibus in prædicatione non  
suscipies, nec per eum qui implere non valet, illi  
qui prævalet obsistas.

ISIDORUS.

Nihil stultitia pejus, nihil insipientia deterius,  
nihil ignavia turpius.

Ignorantia vitiorum nutritrix est.

Ignorantia enim, quid sit culpa dignum non sentit.

Insipiens quotidie peccat.

Indoctus enim facile decipitur, stultus in vitium  
cito delabitur.

## CAPUT XXV.

### De avaritia.

CHRISTUS.

Cavete ab omni avaritia, quia non in abundantia  
ejusque vita ejus est, ex his quæ possidet (*Luc.* xii).

PAULUS.

Omnis fornicatio, et immunditia, et avaritia, nec  
nominentur in vobis (*Ephes.* v)

Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus  
(quod est idolorum servitus), non habet hæreditatem  
in regno Christi et Dei (*I Cor.* v).

SALOMON.

Conturbat domum suam, qui sectatur avaritiam  
(*Prov.* xv).

Nullumque est justitiæ in illo corde vestigium, in  
quo sibi avaritia facit habitaculum.

Qui autem odit munera, vivet (*Eccles.* v).

Avarus non impletur pecunia, et qui amat divi-  
tias, fructus non capiat ex eis.

Avaro autem nihil est scelestius, nihil est iniquius  
quam amare pecuniam: habet enim animam suam  
venalem.

Multos perdit aurum atque argentam (*Eccles.* viii).

Non sit porrecta manus tua ad capiendum, et ad  
dandam collecta.

AUGUSTINUS.

Sicut enim avaritia in infernum ponit, ita jugum  
Christi in cælum levare consuevit.

HIERONYMUS.

Avaro tam deest quod habet, quam quod non  
habet.

Avaritia modum ignorat, et cum omnia devoret,  
nescit penitus saturari.

Esurit semper et inops est, et cum ferilibus den-  
tibus universa mundi regna discerpit, et se adhuc je-  
junam consuetur.

GREGORIUS.

Impetiginem quoque habet in corpore, quisque  
avaritia vastatur in mente.

Si autem non possumus relinquere propria, sal-  
tem non concupiscamus aliena.

Ad avaritiam cor parentis allicit secunditas prolis,  
eo enim ad habitum congregandæ hæreditatis accen-  
ditur, quia multis hæredibus fecundatur.

CYPRIANUS.

Avarus vir inferno est similis.

EX VITIS PATRUM.

Qui amat argentum, non videbit scientiam; et  
qui congregat illud, obscurabitur.

## CAPUT XXVI.

### De virtutibus.

CHRISTUS.

Nemo qui faciat virtutem in nomine meo, et possit  
cito male loqui de me (*Marc.* ix).

PAULUS.

Non est enim in sermone regnum Dei, sed in vir-  
tute (*I Cor.* iv).

Alii per Spiritum sanctum datur operatio virtutum  
(*I Cor.* xii).

Fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in  
virtute Dei (*I Cor.* ii).

SALOMON.

Noli prohibere benefacere eum qui potest, si va-  
les et ipse benefacere (*Prov.* iii).

Omnis custodia conserva cor tuum, quia ex ipso  
vita procedit (*Prov.* iv).

HIERONYMUS.

Multæ sunt virtutum species, quæ sectatoribus  
suis retribuunt regna cælorum. Unum quidem iter,  
sed perveniendi multa compendia. Qui perficere stu-  
det, etiamsi gradum perfectionis attingat, semper  
tamen invenit quod crescat, ut per dies singulos  
seipso melior fiat.

Nemo potest et virtutes simul et divitias possidere. **A**

AUGUSTINUS.

Imitatur virtutem malitia, et zizania confundit frumentum.

AMBROSIVS.

Non potest mens regnum habere virtutum, nisi prius excusserit jugum vitiorum.

GREGORIUS.

Scientia etenim virtus est, humilitas autem custos virtutis.

Sanctus quisque etiam cum perversa mente requiritur, a bonitatis suæ studio non mutatur.

In via Dei socios habere desiderate.

Illæ mentes supernos cives aspiciunt, quæ cum virtutum odoribus ad Deum per sancta desideria proficiscuntur.

Cum vero adhuc in timore quis bona agit, a malo penitus non recessit.

Ex timore frequenter vitium prætermittitur, ex ebaritate autem virtutes oriuntur, fides, spes, charitas.

Gaudeat in opus bonum, quod unaquæque virtus administrat.

ISIDORUS.

Ad virtutes difficile confugimus, ad vitia sine labore labimur.

Occultæ virtutes pro elatione sunt.

Grandes enim sudores patimur, ut ad cælum ascendere valeamus.

Sicut paulatim homo a minimis vitiis in maxima proruit, ita gradatim ad ea quæ sunt excelsa consurgit.

Qui autem virtutes inordinate comprehendere nititur, cito periclitatur.

Hæc est causa in rerum natura, ut quicumque velociter ad perfectum tendunt sine dubio celeriter finiantur.

Prius vitia stirpanda sunt in homine, deinde inærendæ virtutes.

Nam conjungi non potest veritas cum mendacio.

Vis autem virtutes tuas augere, publicare noli.

CYPRIANUS.

Nihil prodest verbis proferre virtutem, et factis destruere veritatem.

## CAPUT XXVII.

### De vitiis.

CHRISTUS.

Ab intus enim de corde hominum cogitationes male procedunt (*Matth. xv*).

Adulteria, fornicationes, homicidia, furta, avaritia, nequitia, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia, omnia hæc mala ab intus procedunt, et coinquinant hominem (*Ibid.*).

PAULUS.

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus (*Rom. vi*).

SALOMON.

Iniquitates suæ capiunt impium, et funibus peccatorum suorum constringitur (*Prov. v*).

AUGUSTINUS.

Nulla caro exultat in Deo, quæ vivit in vitiis.

HIERONYMUS.

Non purgantur mala vitiorum, nisi ex comparatione virtutum.

Malo arboris nodo, malus clavus, aut cuneus inflendus est.

Non poterunt in uie iudicii, aliorum virtutes, aliorum vitia sublevare.

Circumdati enim vitiis, non possunt videre virtutes.

Omne vitium expelle ab anima tua, ut virtutes animæ consequi possis.

Nos vero amore virtutum vitia superemus.

Omnes enim homines vitiis nostris favemus: et quod propria facimus voluntate, ad naturæ ferimus necessitatem.

ISIDORUS.

Recedens homo a Deo, statim vitiorum traditur potestati.

Ut dum patitur infesta vitia, revertendo, unde cecidit, resipiscat.

Satis delicate se palpant, qui volunt sine labore vitia superare.

Perfecte renuntiat vitio, qui occasionem evitat in perpetrando peccato.

Vitia vero cordis tui revela.

Nonnunquam hominem sua persequuntur, quia nimirum qui prius volendo ea sibi fecit socia, postea sentit etiam nolens stimulosa dupliciter.

Est autem criminis reus, qui et admittit scelera per voluntatem et defendit ea per contumaciæ tumorem.

Invicem sibi succrescunt vitia, ut dum unum abierit, succedat aliud.

Aliquando utiliter peccat in minimis vitiis, ut major ac utilius caveantur.

Veraciter enim sanantur vitia, quæ vitia virtutibus, non vitiis, excluduntur.

CESARIUS.

Vitia enim nostra hostes nostri sunt.

IN VITIS PATRUM.

Sicut pinguis terra germinat quod absconsum est in ea, sic et caro pinguis producit vitium.

## CAPUT XVIII.

### De ebrietate.

CHRISTUS.

Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra crapula vel ebrietate, et curis hujus vitæ (*Luc. xxi*).

PAULUS.

Nolite inebriari vino, in quo est luxuria (*Ephes. v*).

SALOMON.

Luxuriosa res vinum, et tumultuosa ebrietas: quicumque in his delectatur, non erit sapiens (*Prov. xx*).

Nec intuearis vinum quando flavescit, et cum splenderit in vitro color ejus: ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber, et sicut regalus venena diffundit (*Prov. xxiii*).



Nullum secretum est ubi regnat ebrietas.

JESUS SIRACH.

Operarius ebriosus non locupletabitur, et qui spernit modica, paulatim decidit (*Eccles. xix*).

Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes, et arguunt sensatos (*Ibid.*).

Sufficiens est homini erudito vinum exiguum, in dormiendo non laborabis ab illo, nec senties dolorem (*Eccles. xxxi*).

Diligentes vinum noli provocare, multos enim exterminat vinum (*Ibid.*).

Amaritudo animæ, vinum multum potatum (*Ibid.*).

Æqua vita hominibus, vinum in sobrietate (*Ibid.*).

Si bibas illud moderate, sobrius eris.

Vinum in jocunditatem creatum est, non in ebrietate (*Ibid.*).

Vinum moderate potatum sanitas est corporis et animæ (*Ibid.*).

Vinum multum potatum irritationem et iram, et ruinas multas facit (*Ibid.*).

Sicut ignis probat ferrum durum, sic vinum corda arguet (*Ibid.*).

HIERONYMUS.

Ubiunque saturitas atque ebrietas fuerit, ibi libido dominatur.

Religiosus nunquam vino redoleat, ne audiat illud Philosophi : Hoc non est osculum porrigere, sed propinare.

Quidquid inebriat, et statum mentis evertit, similiter fugiamus ut vinum.

Ventrem distentum cibo, et vino et potionibus irrigatum, voluptas genitalium sequitur.

Quidquid est seminalium voluptatum, est venenum potatum.

AMBROSIUS.

Infirmum stomachum moderatus cibus et vinum confortat, ebrietas autem corpus debilitat.

Plerosque enim gula et abundantia vini turpiter in luxuriam seducunt.

Vinum quippe non reputatur in usu, sed condemnatur in excessu.

ISIDORUS.

Ebrietas autem perturbationem gignit mentis, furorem cordis, flammam libidinis.

Ebrietas autem ita mentem alienat, ut ubi sit nesciat : unde etiam malum non sentitur quod ebrietate committitur.

Plerisque laus est multum bibere, et non inebriari. Audiant hi adversum se dicentem prophetam : *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem.*

Non solum ex vino inebriantur homines, sed etiam ex cæteris potandi generibus quæ vario modo consueverunt.

BASILIIUS.

Sicut enim piscis se præparat ut glutiat escam, ita et ebriosus in vino suscipit inimicum.

Vinum enim Dominus nobis ad lætitiâ cordis, non ad ebrietatem donavit.

A Plurimi namque homines per vinum maximam debilitatem contraxerunt, nec potuerunt consequi pristinam firmitatem, quia non temperaverunt gulæ ardorem.

Ebriosus putat se aliquid optimum habere, cum fuerit in præcipitia devolutus.

In omnibus te exhibe sobrium vitæ, sobrietas in omnibus exhibeatur Deo.

## CAPUT XXIX.

De decimis.

CHRISTUS.

Omnem decimam vestram distribuite, inferte omnem decimam in horreo meo, ut sit cibus in domo mea, et probate me in his, dicit Dominus (*Malach. iii*).

PAULUS.

De filiis Levi sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere a populo, secundum legem, id est a fratribus suis (*Hebr. vii*).

Hilarem datorem diligit Deus (*II Cor. i*).

SALOMON.

Alii dividunt propria, et ditiores sunt (*Prov. xi*).

Alii rapiunt non sua, et semper in egestate sunt (*Ibid.*).

JESUS SIRACH.

In omni dato hilarem fac vultum, et in exultatione sanctifica decimas (*Eccles. xxv*).

C Da Altissimo secundum datum ejus, et in bano oculo adinventionem facito manuum tuarum : quoniam Dominus Deus noster retribuens est, et septies tantum reddet tibi (*Ibid.*).

AUGUSTINUS.

Decimæ enim tributa sunt egentium animarum : quod si decimas dederitis, non solum abundantiam fructuum recipietis, sed etiam sanitatem corporis consequemini.

Non eget Dominus Deus, non præmium postulat, sed honorem.

Deus enim noster qui dignatus est totum dare, decimam a nobis dignatur repetere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam. Unde propheta dicit : Primitias aræ et vineæ torcularis tui non tardabis offerre mihi (*Exod. xxii, Ezech. xliiv*).

D Si tardius dare peccatum est, quanto magis est non dedisse ?

De militia, de negotio, de artificio, redde decimas.

Cum enim decimas dando, et ex terrenis cælestia possis promereri, quare per avaritiam duplici te benedictione defraudas ?

Hæc est enim Domini justissima consuetudo, ut si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam revoce-  
ris.

Dabis impio militi quod non vis dare sacerdoti.

Benefacere Deus semper paratus est, sed hominum malitia prohibetur.

Decimæ enim ex debito requirantur, et qui eas dare noluerit, res alienas invasit.

Et quanti pauperes in locis ubi ipse habitat, illo decimam non dante, fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante tribunal æterni iudicis apparebit, quia rem a Deo pauperibus delegatam suis usibus reservavit.

Qui ergo sibi aut præmium comparare, aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimas Deo.

Unusquisque Christianus, et omnis ordo catholicorum etiam de novem partibus studeat eleemosynam dare.

### CAPUT XXX.

#### *De cupiditate.*

CHRISTUS.

Quam difficile est confidentes in pecuniis in regnum Dei introire: difficile qui pecunias habet, in regnum Dei introibit (*Marc. x*).

PAULUS.

Radix omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis (*I Tim. vi*).

SALOMON.

Semitæ omnis avari animas possidentium rapiunt (*Prov. i*).

Aquæ furtivæ dulciores sunt, et panis absconditus suavior (*Prov. ix*).

Statera dolosa abominatio est apud Deum, et pondus æquum voluntas ejus (*Prov. xi*).

Suavis homini panis mendacii, postea implebitur os ejus calculo (*Prov. xx*).

JESUS SIRACH.

Viro cupido et tenaci, sine ratione est substantia (*Eccle. xiv*).

Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis, non satiabitur, donec consumat arefaciens animam suam (*Ibid.*).

Qui ædificat domum impendiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hieme (*Eccle. xxi*).

Muli dati sunt in auri casus, et facta est in specie illius perditio illorum.

AMBROSIVS.

Porro cupiditas atque superbia, in tantum unum est malum, ut nec superbus sine cupiditate, nec sine superbia possit cupidus inveniri.

ISIDORUS.

Gravi enim dolore amittuntur, quæ cum magno amore habentur.

Minus autem amittendo dolemus, quod minus possidendo diligimus.

Gloriam temporalem sequentes, etsi nitidi sunt foris fulgore potentie, intus tamen vacui sunt elatione superbie.

Qui in appetendis honoribus sæculi, aut prosperitatibus mundi instanter desudat laborare, hic et in futuro vacuus invenietur a requie.

Nemo potest spiritualia bella suscipere, nisi prius carnis edomaverit cupiditates.

Non potest ad contemplandum Deum mens esse

A libera, cum desideris hujus mundi et cupiditatibus inhiat.

Neque enim poterit alta conspiceret oculos quem pulvis claudit.

Omni peccato pejor est avaritia, et amor pecuniarum.

Cupiditas omnium criminum mater est. Ergo si succidit mater criminum, non pullulant ceteræ soboles peccatorum.

Nunquam satiari novit cupiditas, semper avarus eget; quantumque magis acquirit, tantum amplius quærit.

Plurimi potentes tanta cupiditatis rabie inflammantur, ut de consensibus suis pauperes excludant.

Non est mirum quod morientes in inferni ignibus deportentur, si viventes flammam cupiditatis suæ minime exstinxerunt.

Qui desiderio cupiditatis æstuant, flatu diabolicæ inspirationis uruantur.

EUSEBIUS.

Pecuniæ cupiditas populorum corda mortalium superat, etiam fraternam necessitatem violat.

EX VITIS PATREM.

Nihil prodest pecuniam non habere, si voluntas fuerit possidendi.

Tantum habemus, quantum necessitas poscit, non quantum cupiditas concupiscit.

Nihil prodest ei nuditas cui inest cupiditas.

### CAPUT XXXI.

#### *De disciplina.*

JOANNES.

Ego quæ amo, castigo et arguo (*Apoc. iii; Hebr. xii*).

PAULUS.

Omnis autem disciplina in præsentem videtur non esse gaudii, sed morosis: postea fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit justitiam (*Hebr. xii*).

SALOMON.

Audi, fili mi, disciplinam patris tui, et non dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, et torques collo tuo (*Prov. i*).

Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua (*Prov. iv*).

Accipite disciplinam, et nolite abjicere eam.

Noli ergo arguere derisorem, ne oderit te (*Prov. ix*).

Argue sapientem, et amabit te (*Ibid.*).

Qui diligit disciplinam, diligit scientiam (*Prov. xii*).

Qui autem odit increpationem, insipiens est (*Ibid.*).

Via vitæ custodiendi disciplinam (*Prov. x*).

Qui autem increpationes reliquerit, errat (*Ibid.*).

Egestas et ignominia ei qui deserit disciplinam (*Prov. xiii*).

Qui autem acquiescit arguenti, gloriabitur (*Ibid.*).

Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autem custodit increpationes, astutior fiet (*Prov. xv*).

Qui increpationes odit, morietur (*Prov. xvii*).

Pius prodest una correctio apud prudentem, quam A centum plagæ apud stultum (*Prov. xvii*).

JESUS SIRACH.

Vir prudens et disciplinatus non murmurabit correptus (*Eccle. x*).

Priusquam interroges, ne vituperes quemquam : et cum interrogaveris, corripere iuste (*Eccle. xi*).

Qui odit correptionem, minuetur vita (*Eccle. xix*). Corripere amicum, sæpe enim sit commissio, et non omni verbo credas (*Ibid.*).

Est correptio mendax in ira contumeliosa (*Ibid.*). Corripere proximum antequam commiseris, et da hoc cum timori Altissimi (*Ibid.*).

Peccator homo devitat correptionem (*Eccle. xxxii*). Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris (*Eccle. xxi*).

Nam qui timet Deum, convertetur ad eum suam (*Ibid.*).

AMBROSIIUS.

Leniter castigatus exhibet reverentiam castiganti : aspera autem increpatione offensus, nec increpationem recipit, nec salutem.

Sustenta æquanimitè, ut infirmos, quos emendare non poteris, castigatos.

Blanda pietate portandi sunt qui increpari pro sua infirmitate non possunt.

Pro diversitate peccantium, alii portandi, alii castigandi sunt, quia modus diversus est peccatorum.

Tunc enim protervos melius corrigimus, cum ea quæ bene egisse se credunt mala demonstravimus.

CÆCILIUS.

Sunt nonnulli qui increpationis verba audiunt, et ad poenitentiam redire contendunt, quia poenæ terrent quos alioquin præmia non invitant.

Audiat de regno quod amet, audiat de supplicio unusquisque quod timeat : ut si amor ad regnum non trahat, timor invitet.

ISIDORUS.

Salubriter accipiunt iusti, quoties de suis excessibus arguuntur.

Plerumque mali, similes sibi in malo, defendunt. Qui per blanda verba castigatus non corrigitur, acrius necesse est ut arguatur.

Cum dolore enim abscindenda sunt quæ leniter sanari non possunt.

Quia admonitus secreto, corrigi de peccato negligit, publice arguendus est, ut vulnus quod occulte sanari nescit, manifeste debeat emendari.

Palam sunt arguendi qui palam nocent, ut dum aperta obfurgatione sanantur, hi qui eos imitando deliquerunt, corrigantur.

Dum unus corripitur, plurimi emendantur.

Melius est ut pro multorum salvatione unus condemnatur, quam pro unius licentia multi periclitentur.

## CAPUT XXXII.

De fide.

CHRISTUS.

Omnia possibilis sunt credenti (*Marc. ix*).

Habete fidem Dei (*Marc. xi*).

Qui non hæsitaverit in corde suo, sed crediderit : quia quodcumque dixerit fiat, fiet ei (*Ibid.*).

Qui credit in Filium Dei, habet vitam æternam (*Joan. iii*).

Qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum (*Ibid.*).

JACOBUS.

Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat?

Nunquid poterit fides salvare eum (*Ibid.*)?

Fides sine operibus otiosa est (*Ibid.*).

Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est (*Ibid.*).

PAULUS.

Virtus enim Dei est, in salutem omni credenti (*Rom. iv*).

Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fidei Abraham (*Gal. iii*).

In omnibus sumentes scutum fidei, et galeam salutis accipite, et gladium spiritus, quod est verbum Dei (*Ephes. vi*).

Sine fide impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, et inquirentibus se remunerari sit (*Hebr. xi*).

SALOMON.

Fidem posside cum proximo in paupertate illius, ut et in bonis illius læteris (*Eccle. xxii*).

AUGUSTINUS.

Si enim iustus est qui ex fide vivit, iniquus est qui non habet fidem.

Homini fidei, totus mundus divitiæ; infideli autem nec ad modicum divitiæ sunt.

Fidelibus nox in diem mutatur; infidelibus autem etiam ipsa lux tenebræ sit : usque adeo prævalet fides, ut homines super mare pedibus faciat ambulare.

Magna est fides, sed nihil prodest, si non habuerit charitatem.

HIERONYMUS.

Quid prodest si impie agens Deum voce invocas quem operibus negas?

Deus in bonis operibus fidelium non tantum considerat oblationis magnitudinem, quantum fidei veritatem.

GREGORIUS.

Ille enim vere credit qui exercet operando quod credit : per fidem namque ab omnipotenti Deo cognoscimur.

Quid prodest si eidem Redemptori nostro per fidem jungimur, si ab eo moribus disjungamur?

ISIDORUS.

Beatus est autem qui et recte credendo bene vivit, et bene vivendo fidem rectam custodit.

Christianus enim malus, dum secundum Evangelii doctrinam non vivit, etiam ipsam fidem quam verbo colit, oborta tentatione facile perdit.

Deus si creditur, merito invocatur et quaeritur ; ac per hoc tunc perfecte laudatur, quando et creditur.

Fides nequaquam vi extorquetur, sed ratione atque exemplis suadetur in corde.

Respicit Deus fidem, ubi se non possunt homines excusare : fides enim quæ corde retinetur confessione oris ad salutem profertur.

Multi fidem Christi ex corde non amant, sed humano terrore, eandem per hypocrisim tenere se simulant : et qui esse non possunt aperte mali, per terrorem fide noscuntur boni.

### CAPUT XXXIII.

*De spe.*

PAULUS.

Nos ipsi primitias spiritus habentes, expectamus redemptionem : spe enim salvi facti sumus (*Rom. viii*).

Spes autem quæ videtur, non est spes (*Ibid.*).

Nam quod videt quis, quid sperat (*Ibid.*)?

Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus (*Ibid.*).

JACOBUS.

Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento movetur et circumfertur (*Jacob. i*).

SALOMON.

Expectatio justorum, lætitia : spes impiorum peribit (*Prov. x*).

Spes quæ differtur, affligit animam (*Prov. xiii*).

ORIGENES.

Neque salus esse cuiquam potest, nisi prius sibi propitium faciat Dominum.

ISIDORUS

Qui male agere non desistunt, vana spe indulgentiam de Dei pietate requirunt, quam recte quærent, si ab actione prava cessarent.

Metuendum valde est ut neque per spem veniæ, quam promittit Deus, perseveranter peccemus; neque quia juste peccata distingit, veniam desperemus : sed, utroque periculo evitato, et a malo declinemus, et de pietate Dei veniam speremus.

Omnis quippe justus spe et formidine nitet; quia nunc illum ad gaudium spes erigit, nunc ad formidinem terror gehennæ adducit.

Qui enim veniam de peccato desperat, plus de desperatione quam de commisso scelere se damnat.

Desperatio auget peccatum.

Desperatio pejor est omni peccato.

Corrige igitur teipsum, et indulgentiæ habeto spem.

Nulla tam gravis est culpa, quæ non habeat veniam.

Nulla te securitas deceptum a pœnitentiæ intentione suspendat.

Incessanter in corde tuo spes et formido consistant, pariter sint in te timor atque fiducia.

### CAPUT XXXIV.

*De gratia.*

CHRISTUS.

Gratis accepistis, gratis date (*Matth. x*).

Gratia et veritas per Jesum Christum facta est (*Joan. i*).

PAULUS.

Ubi autem abundavit peccatum, superabundavit

A gratia : ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita et gratia regnet per justitiam in vitam æternam (*Rom. v*)

Stipendia enim peccati, mors ; gratia autem Dei, vita æterna (*Rom. vi*).

Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi (*Ephes. iv*).

SALOMON.

Qui bonusest, a Domino hauriet gratiam (*Prov. xii*). Oculi tui vias Domini custodiant, ut addatur gratia capiti tuo.

Gratia datur in conspectu omnis viventis.

Est datus, cui non est utilis ; et est datus, cui retributio duplex est.

GREGORIUS.

**B** Dominus qui talenta contulit, rationem positurus reddit : quia is qui nunc pie spiritualia dona tribuit, districte in judicio merita exquiret.

Bonum quod in tranquillitate sumitur, in tribulatione manifestatur.

Sunt namque nonnulli qui donum intelligentiæ perceperunt, sed sola quæ carnis sunt, sapiunt.

ISIDORUS.

Interdum peccantibus nobis, sua Deus dona retrahit, ut ad spem divini propitiationis mens humana consurgat.

Ab illo enim nobis omnia bona, gratia præveniente, donantur.

Profectus hominis donum Dei est, nec a se potest quisquam, sed a Domino corrigi. Non enim quidquam boni habet proprium homo, cujus via non est ejus.

Cum quisque aliquid donum Dei accipit, non appetat amplius quam quod meruit, ne dum alterius membri officium arripere tentat, id quod meruit perdat.

Conturbat enim corporis ordinem totum, qui non suo contentus officio subripit alienum.

Quod enim sapientes sumus, quod divites, quod potentes existimus, non alterius, sed potius divino munere sumus.

Utamur ergo optime divinis beneficiis, quatenus et Deum non pœniteat dedisse, et nobis accepisse sit utile.

**D** In divisione bonorum diversi percipiunt diversa Dei munera, non tamen conceduntur uni omnia, ut sit pro utilitatis studio, quod alter admiretur in altero. Item dicit : Munera gratiarum alia isti, alia vero donantur illi, nec dantur ita habere uni, ut non egeat alterius.

Auferre Deus dicitur homini donum quod homo non habuit, id est, quod accipere non meruit.

EUSEBIUS.

Sicut gratia gratis accipitur a Deo, ita gratis eadem ministretur.

### CAPUT XXXV.

*De discordia.*

CHRISTUS.

Omne regnum divisum contra se desolabitur : et

omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit A  
(*Matth. xii et Luc. xi*).

Necesse est enim ut veniant scandala (*Matth. x*).

Verumtamen vae homini illi per quem scandalum venit (*Ibid.*).

PABULUS.

Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini qui per offendiculum manducat (*Rom. xiv*).

In pace autem vocavit nos Deus (*I Cor. vii*).

Non enim dissensionis est Deus, sed pacis (*I Cor. xiv*).

Pax fratribus, et charitas cum fide, a Deo Patre et Domino Jesu Christo (*Rom. i et Apoc. i*).

SALOMON.

Abominatio est Domino labia mendacia : qui autem fideliter agunt, placent Deo (*Prov. xii*).

Vir iracundus provocat rixas : qui patiens est, mitigat suscitatas (*Prov. xv*).

Homo perversus suscitatur lites, et verbosus separat principes (*Prov. xvi*).

Semper jurgia querit malus, angelus autem crudelis mittetur contra eum (*Prov. xviii*).

GREGORIUS.

Deus quippe in unitate est, et illi ejus gratiam habere merentur qui se ab invicem per sectarum scandalum non dividunt. Munus enim non accipitur, nisi ante discordia ab animo pellatur.

Quam gravis est culpa discordiae, pro qua nec munus accipitur.

Quidquid enim protervus vel indignus amicus protulerit, objurgantis furor est, non dilectio correctionis. C

Quale jam est misericordiae sacrificium, quod cum discordia proximi offertur?

#### CAPUT XXXVI.

##### De juramento.

CHRISTUS.

Audistis quia dictum est antiquis : Non pejerabis (*Matth. v*).

Reddes autem Domino juramenta tua (*Ibid.*).

Ego autem dico vobis, non jurare omnino, neque per caelum, neque per terram (*Ibid.*).

Sit autem sermo vester : Est est, Non non (*Matth. v*).

Quod autem his abundantius est, a malo est (*Ibid.*).

Qui jurat in caelo, jurat in throno Dei, et in eo qui sedet super eum (*Matth. xxiii*).

PAULUS.

Homines enim per majorem sui jurant, et omnis controversiae eorum finis ad confirmationem juramentum est (*Hebr. vi*).

SALOMON.

Qui autem mentitur testis est fraudulentus (*Prov. xii*).

Jurationi non assuescat os tuum (*Eccles. xxiii*).

Vir multum jurans replebitur iniquitate, et non discedit a domo illius plaga (*Ibid.*).

Si in vacuum juraverit vir, non justificabitur (*Ibid.*).

In disciplinae loquelae non assuescas os tuum : est enim in illa verbum peccati (*Ibid.*).

ISIDORUS.

Sicut mentiri non potest qui non loquitur, sic perjurare non poterit qui non appetit jurare.

Non est contra Dei praecipuum jurare, sed dum usum jurandi facimus perjurii crimen incurrimus.

Nunquam ergo juret, qui perjurare timet.

Multi ut fallant perjurant, ut per fidem sacramenti fidem faciant verbi, sicque fallendo, dum perjurant et mentiuntur, homines decipiunt.

Interdum et falsis lacrymis seducti, decipimur : et credimus dum plorant, quibus credendum non erat.

Plerumque sine juramento loqui disponimus, sed incredulitate eorum qui non credunt quod dicimus jurare compellimur.

Talique necessitate jurandi consuetudinem facimus.

Sunt multi ad credendum pigri, qui non moventur ad fidem verbi.

Graviter autem delinquent, qui sibi loquentes jurare cogunt.

Quacunque arte verborum quis juret, Deus tamen, qui conscientiae testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui juratur, intelligit.

Dupliciter autem reus sit, qui et Dei nomen in vanum assumit, et proximum dolo capit.

Non est observandum juramentum, cum malum incaute promittitur : veluti si quisquam adulterae perpetim cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quam permanere in stupri flagitio.

#### CAPUT XXXVII.

##### De cogitationibus.

CHRISTUS.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbant (*Matth. v*).

Ab intus enim de corde hominum cogitationes male procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, avaritiae, nequitiae, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia (*Marc. vii*).

Omnia haec mala ab intus procedunt, et coinquant hominem.

PETRUS.

Charissimi, obsecro vos, tanquam advenas et peregrinos, abstinere vos a carnalibus desideriis, quae militant adversus animam (*I Petr. ii*).

PAULUS.

Charitas non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem, congaudet autem veritati (*I Cor. xiii*).

Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt (*I Cor. xv*).

Charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore spiritus.

Dico autem spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis (*Gal. v*).

SALOMON.

Qui autem confidit in cogitationibus suis, impie agit (*Prov. xii*).

Cogitationes justorum, judicia : consilia impiorum fraudulenta (*Ibid.*).

Dolus in corde cogitantium mala (*Ibid.*).  
Abominatio est a Domino cogitatio mala (*Prov.*  
xv).

Revela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tuæ (*Prov.* xvi).

Qui attonitis oculis cogitat prava, mordens labia sua perlicit malum (*Prov.* xvii).

Non præterit Dominum omnis cogitatus, et non abscondit se ab eo ullus sermo (*Eccle.* xlii).

In cogitationibus enim impij interrogatio erit (*Sap.* i).

Impii autem secundum quæ cogitaverunt, correptionem habebunt (*Sap.* iii).

Corpus autem quod corrumpitur, aggravat animam: et deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem (*Sap.* ix).

Non est cogitatus impiorum prudentia.

Qui minoratur corde, cogitat inania, et vir imprudens et errans cogitat stultitiam (*Eccle.* xvi).

Ante tempus ad senectutem ducit cogitatus.

AUGUSTINUS.

Nemo potest a diabolo decipi, nisi qui præbere voluerit suæ voluntatis assensum.

HIERONYMUS.

Potestas quippe diaboli, non in temeritate illius atque jactantia, sed in tua est voluntate.

Diabolus per ea quæ patere videt, aut certe non firmiter clausa, quarit irrumperere, et ad ipsam arcem cordis et animæ pervenire.

Sola pietatis causa est, ubi carnis nulla notitia est.

Non sinas cogitationes malas in corde tuo crescere.

HILARIUS.

Non omnes cogitationes nostræ male per diaboli instigationem excitantur, sed aliquoties et nostre nutu emergunt: bonæ autem cogitationes semper a Deo sunt.

CYRILLUS.

Sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mente disponuntur.

Dum enim in cogitatione voluntas non reprimitur, etiam in agnitione dominatur.

Omnia enim corda scrutatur Dominus, et universas mentium cogitationes intelligit.

Maligni quippe spiritus undique animam angustant, quando ei non solum operis, verum etiam cogitationis, atque iasuper locutionis iniquitates replicant.

Tunc enim in capite oculos habemus, cum vitam Redemptoris nostri tacita cogitatione conspiciamus.

Quid prodest quod contra hostium insidias tota civitas custoditur, si unum foramen apertam relinquitur, unde ab hostibus intretur?

Omne enim quod subtiliter cogitamus, quasi mente coquimus.

Quia ergo in pace subigere carnis desideria nolumus, quomodo in bello pro Deo ipsam carnem daremus?

Mens nostra a carnali delectatione abigenda est, et a carnis cura necessaria abscindenda non est?

A

ISIDORUS.

Bipertita est causa peccandi, id est, operis et cogitationis: quorum unum dicitur iniquitas, quod opere geritur; aliud injustitia, quod cogitatione admittitur.

Prius autem actio resecanda est, postea cogitatio. Prius prava opera, postmodum desideria.

Viciisim enim et a cogitatione opera procedunt, et ab opere cogitatio nascitur.

Quamvis ab opere malo quisque vacet, pro solius tamen pravæ cogitationis malitia non erit innocens.

Non enim solum factis, sed et cogitationibus delinquimus, si eis illicite occurrentibus delectemur.

Non est timendum, si bona et mala in cogitationem veniant: sed magis gloriandum est, si mens

B mala a bonis intellectu rationis discernat.

Nihil juvat quod inter bonum et malum sensu prudentiori discernimus, nisi opere aut mala cogitata caveamus, aut bona intellecta faciamus.

In ipso cogitationis initio resiste, et evades cetera.

Si separaveris cogitationes a corde, non prorumpent in opera.

Si cogitationibus non consenseris, operi cito resistes.

Non enim potest corpus corrumpi, nisi prius corruptus sit animus.

Nihil potest caro facere, nisi quod voluerit animus.

C Munda enim a cogitatione animus, et caro non peccabit: melius est ut vites vitium quam ut emendes.

EX LIBRO CLEMENTIS.

Diabolus enim, nisi quis voluntatibus ejus se sponte subdiderit, potestatem adversus hominem non habebit.

EX VITIS PATRUM.

Sicut ignis tepescit ceram, ita et vigilie bonæ cogitationes pessimas.

CAPUT XXXVIII.

De mendacio.

CHRISTUS.

Non falsum testimonium dices (*Math.* xix, et *Exod.* xx).

PAULUS.

D Deponentes omnes mendaciam, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo (*Ephes.* iv).

Nolite mentiri invicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novam, eum qui renovatur in agnitionem Dei secundum imaginem ejus qui creavit eum (*Colos.* iii).

SALOMON.

Qui autem mentitur, testis est fraudulentus (*Prov.* xii).

Qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii (*Ibid.*).

Abominatio est Domino labia mendacia (*Ibid.*).

Qui autem fideliter agunt, placent illi (*Prov.* xiv).

Liberat animam testis fidelis; profert mendacia versipellis (*Ibid.*).

Testis fidelis non mentietur, profert mendacia te-  
stis dolosus. (*Ibid.*).

JESUS SIRACH.

Non accipias adversus animam tuam mendacium  
(*Eccles. 11*).

Noli amare mendacium adversus fratrem tuum,  
nequo in amicum similiter facias (*Eccles. vii*).

Noli velle mentiri omne mendacium : assiduitas  
enim illius non est bona (*Ibid.*).

Responsum obscurum in vacuum non ibit, os au-  
tem quod mentitur occidit animam (*Sap. 1*).

HIERONYMUS.

Mendaces faciant ut nec vera dicentibus credatur.

ISIDORUS.

Sæpe vera præmittit qui falsa dicturus est, ut cum  
primum acquisierit fidem, ad reliqua mendacia au-  
dientes credulos faciat.

Multis videntur vera esse quæ falsa sunt, et ideo  
non ex Deo, sed ex suo mendacio loquuntur.

Plerumque a veritate incipit qui falsa conlingit.

Latent sæpe venena circumdata melle verborum :  
et tandiu deceptor veritatem simulat, quousque fal-  
lendo decipiat.

Summopere cavendum est omne mendacium :  
omne quoque genus mendacii magnopere fuge.

Omne quod a veritate discordat, iniquitas est.

Esto in verbo verax, neminem mendacio fallas.

Non aliud loquaris, aliudque facias.

Non aliud dicas, et aliud in animo teneas.

Assiduitas jurandi perjurii consuetudinem facit.

Sine consideratione vero non promittas.

Quod non potes facere, non pollicearis.

Multum reus eris, si non reddas quod noveris.

Veritas angulos non habet, nec quærit usuras.

Quod incaute vovisti, non facias ; impia est pro-  
missio quæ scelere adimpletur.

#### CAPUT XXXIX.

##### *De monachis.*

MOSES.

Cum voveris votum Domino Deo tuo, non tarda-  
bis reddere, quia requirit illud Dominus Deus tuus  
(*Deut. xiii, Eccles. v*).

PAULUS.

Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus  
se abstinere (*I Cor. ix*).

Et ille quidem, ut corruptibilem coronam accipiat,  
nos autem incorruptam (*II Tim. u*).

Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcula-  
ribus, ut ei placeat cui se probavit (*Ibid.*).

SALOMON.

Semita justorum declinat mala : custos autem ani-  
mæ suæ servat viam suam (*Prov. xvi*).

HIERONYMUS.

Nunquam de ore monachi turpis aut lascivus ser-  
mo egrediatur.

His enim signis libidinosus animus ostenditur, et  
per exteriorem hominem interioris hominis vitia de-  
monstrantur.

Monachus non desideret urbium frequentiam, quia  
de singularitate censetur.

Monachus sit vigil sensu, ne vanis cogitationibus  
polluatur.

Amet scientiam Scripturaram, et carnis vitia non  
amabit.

Episcopi imitantur apostolos, et monachi per-  
fectos Patres : ut quorum honorem possident, ha-  
bere nitantur et meritum.

Monachus habeat simplicitatem columbæ, nec cui-  
quam machinetur dolos.

Habeat et serpentis astutiam, ne aliorum supplan-  
tetur insidiis.

Monachus teneat humilitatem veram.

Monachus qui Christum desiderat, nihil aliud in-  
dagat, sed est ei cella pro paradiso, varia Scriptu-  
rarum dona discerpit, his utitur deliciis, harum  
fruitur amplexu.

Ille verus est monachus qui aurum contemnit, et  
Scripturas sectatur ; et cum in paupertatem incidit,  
ornatior instat ornata.

Monachis specialis expetenda est solitudo, ex urbe  
habitatio facienda.

Non quæras in monacho gloriæ nitorem, sed ani-  
mi pietatem.

Quidquid in monachos dicitur, redundat in cleri-  
cos.

Adversum nos loquaces, pro se muti.

Monachus cum corpore clausa cellula lateat, lin-  
gua per orbem non discurrat.

GREGORIUS.

Ipsi dispensationibus terrenis inserviant, quos dona  
spiritualia non exornant.

Qui penetrare ad intima nequeunt, saltem neces-  
saria foris operentur.

Monachus qui intra possessionem quærit, mona-  
chus non est.

ISIDORUS.

Tunc se quisque monachum judicet, cum se mi-  
nimum existimaverit cunctis.

BASILIVS.

Cœleste enim donum accipit monachus qui terre-  
nos actus a semetipso projicit, nec implicat se ne-  
gotiis sæcularibus militans Deo.

EX VITIS PATRUM.

Monachus enim non solum propterea dicitur quia  
uxorem non habet, sed religioni Dei, et servitio  
ipsius mancipatus est : cura illi est quemadmodum  
sæculo non placeat, quia magis elegit castitatem,  
quæ Deo curæ est, et Spiritus sancti habitatio.

Monachus, si ventrem suum et linguam continet,  
et vacationem non fecerit, confidat quia non ino-  
rietur in æternum.

Monachus edens multum, et operans multum, non  
confidat in hoc.

Qui autem parum edit, etiamsi parum operetur,  
confidat, et viriliter agat, non perdet mercedem  
suam.

Qui vult ædificare domum, multa procurat, ut  
possit perficere opus suum : ita monachum multam  
curam habere oportet, ut possit opus Dei perficere.

Quanti monachorum, dum patris matrisque non amiserantur, suas animas perdidit?

Melior est sæcularis mansuetus, quam monachus animosus et iracundus.

Melior est sæcularis infirmitas serviens fratri, super monachum non miserentem proximo suo.

Monachus bilinguis turbat fratres.

Fidelis autem requiem adducit.

Pal'or enim cum humilitate, et maceries, decus est monachi.

Si potueris injuriari ac tacere, et affici conviciis, et portare, magna est læce res super alia mandata.

EPHRAËM.

Sicut enim sata in bona terra culta, sic anima monachi fructificans cogitationibus divinarum Scripturarum.

Sicut lampas lucida in loco tenebroso refulgens, sic monachus mente sobria, in corde pervigil, in tempore psalmodiæ suæ et orationis.

Sicut pondus salis deprimit infirmum, sic somnus deprimit monachum in oratione.

Sicut vermis corrumpit lignum, sic invidia corrumpit animam monachi.

Sicut tinea exterminat vestimentum, sic detractio animam monachi.

#### CAPUT XL.

##### De detractioe.

PAULUS.

Omnia autem facite sine murmurationibus et hæsitacionibus, ut sine querela sitis, et simplices filii Dei sine reprehensione (*Philip. 11*).

JACOBUS.

Nolite detrahare alterutrum, fratres mei; qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrem suum detrahit legi, et iudicat legem (*Jacob. 14*).

SALOMON.

Remove a te os pravum, et detrahentia labia procul sint a te (*Prov. 17*).

Qui detrahit alicui rei, ipse sese in futurum obligat (*Prov. 13*).

Qui autem timet præceptum, in pace versatur (*Ibid.*).

Cum detractoribus ne commiscearis: quoniam repente consurget perditio illorum, et ruinam utriusque quis novit (*Rom. 15*)?

Tumultus murmurationum non abscondetur (*Sapient. 1*).

AUGUSTINUS.

Ne ergo detrahas, nec audias detrahentem.

BIERONYMUS.

Nunquam ulli detrahes. Accusamus sæpe quod facimus, et contra nosmetipsos nostra vitia invenimus.

Noli detrahare, sed verum dicere.

Cave ne linguam aut aures habeas prurientes: id est, ut nec ipse aliis detrahas, aut alios detrahentes audias.

Malorum quoque solatium est bonos capere, dum peccantium multitudine putant minui peccata.

GREGORIUS.

Cælorum etenim regnum nullus murmurans accipit, nullus qui accipit murmurare potest.

ISIDORUS.

Non detrahas peccanti, sed condole.

Quo in alio detrahis, in te potius pertimesce.

Detractores omnes reprehendunt, omnes vituperant.

Quando alii detrahis, teipsum discute.

Quando alium mordes, tua peccata redargue.

Non alterius delicta, sed tua propria cerne.

Nunquam detrahes, si te bene perspexeris.

Uterque simile crimen imponit, et qui detraheatem audit, et is qui detrahit.

EX VITIS PATRUM.

**B** Melius est comedere carnem, et vinum bibere, quam contemnere in vituperatione fratrem suum.

Sicut susurrans serpens Evam de paradiso expulit, sic qui detrahit fratri suo, non solum suam, sed etiam audientis animam perdit.

#### CAPUT XLI.

##### De voluntate.

CHRISTOS.

Si quis Dei cultor est, et voluntatem ejus facit, hunc exaudit Deus (*Joan. 12*).

PAULUS.

Si voluntas prompta est, secundum quod habet accepta est, non secundum quod non habet (*11 Cor. 8*).

Quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit et perficiendi (*Ephes. 5*).

Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Domini.

SALOMON.

Abominabile est Domino pravum cor; voluntas ejus est in iis qui simpliciter ambulant (*Prov. 11*).

AUGUSTINUS.

Omnibus enim erit in voluntate quod unusquisque habebit in retributione.

Omne opus præcedit voluntas nostra, dum cogitamus quod operari debemus.

Nihil enim aliud nostrum quærit Deus, nisi voluntatem bonam.

Malum proprii arbitrii, germinatio est voluntatis.

GREGORIUS.

Ante Dei namque oculos nunquam est vacua manus a munere, si cordis arca repleta fuerit bona voluntate.

Bonum ergo opus nobis sit in voluntate, nam ex divino adiutorio erit in perfectione.

Illic coactus patitur tenebras ultionis, qui hic libenter sustinuit tenebras voluntatis.

Voluntas autem bona est, sic adversa alterius sicut nostra pertimescere: nulli quod tibi juste impendi desideras, denegare: necessitati proximi juxta vires occurrere, et prodesse etiam ultra vires velle.

Semper invidia a bona voluntate discordat.

Deus enim per multa voluntates aliorum in aliis multa operatur bona.



CYPRIANUS.

Nec excusat oppressum necessitas criminis, ubi crimen est voluntatis.

## CAPUT XLII.

De indumentis.

CHRISTUS.

Corpus vestrum plus est quam vestimentum (Matth. vi).

Qui duas tunicas habet, det non habenti: et qui habet escas, similiter faciat (Luc. iii).

PAULUS.

Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus (I Tim. vi).

SALOMON.

Fallax gratia, et vana est pulchritudo (Prov. xxxi).  
Omni tempore vestimenta tua sint candida, et oleum de capite tuo non deliciat (Eccles. ix).

AUGUSTINUS.

Vestis autem tibi pura circumdetur, non ad pulchritudinem, sed propter necessarium tegumentum, ne dum exquisitis indumentis vestiris, in alteram turpitudinem cadas.

HIERONYMUS.

Plumarum molities juvenilia membra non foveat. Quidquid enim corpora nostra defendere potest, et humanæ succurrere imbecillitati, hoc una appellanda est tunica.

GREGORIUS.

Nemo quippe vestimenta pretiosa, nisi ad inanem gloriam quærit, videlicet, ut honorabilior cæteris videatur.

Nemo vult pretiosis vestibus ibi indui, ubi ab aliis non possit videri.

Pro sola enim inani gloria vestimentum pretiosum quæritur.

EPHRAËM.

Ornatus quippe vestium indicat qualiter ea quæ æterna sunt sapiamus, et per studium clarioris amictus, ab æterna claritate nudi esse dignoscamur.

Lavare faciem, manus ac pedes impensus, servos nos indicat esse vitiorum.

BASILIUS.

Dum enim nimis ornatum corporum conspicimus, corporis et animæ offendimus creatorem.

## CAPUT XLIII.

De misericordia.

CHRISTUS.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur (Matth. v).

Estote misericordes, sicut et Pater vester cælestis misericors est (Luc. vi).

PAULUS.

Estote autem invicem benigni, et misericordes: induite vos, sicut electi Dei sancti et dilecti, viscera misericordiæ (I Tim. iv).

Exerce teipsum ad pietatem.

Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis (Ibid.).

A

Non negabis mercedem tuam egenis et pauperibus (Deut. xxiv).

SALOMON.

Misericordia et veritas non te deseret; benefacit animæ suæ vir misericors (Prov. iii).

Qui autem crudelis est, propinquos abjicit (Prov. vi).  
Clementia præparat vitam, misericordia et veritas præparant bona (Ibid.).

Misericordia et veritas custodiunt regem, et roboratur clementia thronus ejus (Prov. xx).

Facere misericordiam et iudicium, magis placet apud Deum quam victimæ (Prov. xxi, et Matth. ix).

JESUS SIRACH.

In iudicando esto pupillis misericors ut pater (Eccles. iv).

Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum suorum operum (Eccles. xvi).

Quam magna misericordia Dei, et propitiatio illius convertentibus ad se (Eccles. xvii).

Miseratio hominis circa proximum suum (Eccles. xviii).

Misericordia autem Dei super omnem carnem (Ibid.).

Qui misericordiam habet, docet et erudit, quasi pastor gregem suum custodit (Ibid.).

Qui facit misericordiam, offert sacrificium (Ecl. s. xxxv).

AUGUSTINUS.

Oportet quippe etiam eum qui misericordiam requirit, et ipsum pro salute sua aliquid elaborare.

Invenire possumus misericordiam, sed in anima conturbata et spiritu humilitatis.

In exitu tuo cogita Deum, et in testamento tuo relinque pauperibus: tu illuc vades, et opera tua hic permanent.

GREGORIUS.

Ubi misericordia quæritur sine controversia, salus est.

Disciplina sine misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur.

CYPRIANUS.

Neque enim Dei misericordiam promereri poterit, qui misericors ipse non fuerit.

Neque enim impetrabit a divina pietate aliquid in precibus, qui ad preces pauperis non fuerit humanus.

ISIDORUS.

Misericordia a compatiendo alienæ miseræ vocabulum sortita est.

Nullus autem in alio esse misericors potest, qui prave vivendo in se misericors non est.

## CAPUT XLIV.

De compassione proximi.

CHRISTUS.

Omnia ergo quæcunque vultis ut faciant vobis homines, ita et vos facite illis: hæc est enim lex et prophætæ (Matth. vii).

PAULUS.

Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus (Rom. xii).

Necessitatibus sanctorum communicantes, per charitatem servite invicem (*Ibid.*).

Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis: considerans teipsum, ne et tu tenteris (*Galat. vi*).

Suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.

SALOMON.

Qui despicit proximum suum, peccat (*Prov. xiv*).

Eadem posside cum proximo in paupertate illius, ut et in bonis illius læteris (*Eccles. xxii*).

In tempore tribulationis permane fidelis, ut in hæreditate illius hæres sis (*Ibid.*).

Perde pecuniam propter fratrem et amicum (*Eccles. xxxi*).

Ne avertas faciem tuam a proximo tuo (*Eccl. xli*).

Qui foveam fodit proximo, in illam cito decidit: et qui statuit lapidem proximo, offendit in eo (*Eccles. x*).

Quæ laqueum alteri ponit, peribit in illo (*Prov. xxii*, et *Eccles. xxvii*).

ORIGENES.

Si quis ea quæ videt in delicto proximi sui, vel non indicat, vel in testimonio vocatus non quæ vera sunt dixerit, poena commissi revolvitur ad conscium.

GREGORIUS.

Compassioni enim proximi plerumque obsistit pietas falsa.

Qui enim dolorem excipit in aliena necessitate, crucem portat in mente.

Neque enim aliter Redemptoris nostri membra efficiuntur, nisi inhærendo Deo, et compatiendo proximo.

Crux quippe a cruciata dicitur: et duobus modis crux tollitur, cum aut per abstinentiam crucem Domini bajulamus, aut per compassionem proximi, necessitatem illius nostram putamus.

Nam si hæc quisque pro temporali mercede exhibet, crucem quidem bajulat, sed ire post Dominum recusat.

Duobus enim modis crux tollitur: cum aut per abstinentiam affligitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus.

Compassionem quippe homini debemus, et rectitudinem a vitiis in eo desiderare oportet, ut in uno eodemque homine et diligamus bonum quod factum est, et persequamur mala quæ fecit: ne dum culpas incaute remittimus, non tam per charitatem compuncti, sed per negligentiam veniam concessisse videamur.

Hoc ergo nos debemus exhibere proximis quod indignis nobis a Creatore nostro conspicimus exhiberi.

Minus proximam amare convincitur, qui non cum eo in necessitate illius, etiam ea quæ sibi sunt partitur.

A Nulla quæ possumus fratribus impendere bona, recusemus.

Inde enim ei qui est super omnia, propinquamus, unde nos per compassionem proximi etiam sub nosmetipsos deponimus.

Quantum plis per compassionem proximi affligimur, tantum altius Deo propinquamus.

Quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam testis est quia bonus non est.

Bonus non fuit quem malorum pravitas non probavit.

Ferrum nostræ animæ nequaquam perducitur ad subtilitatem acuminis, si hoc non eraserit aliena lima pravitatis.

B Tantum ergo magis mali tolerandi sunt, quantum et amplius abundant.

Sic agere debemus curam nostram, ne negligamus curam proximi.

Sic enim et quod impendi nobis recte volumus, aliis impertiamur: et quod nobis fieri volumus, hoc aliis facere ipsi devitemus.

Charitatis jura illæsi servemus.

BASILIUS.

Quod tibi accidere non vis, nec proximo tuo cupias evenire.

Condole alienis calamitatibus, et sociare scilicet in alienis mœroribus.

In tribulatione alterius et tu esto tristis: talis esto aliis, quales optas esse circa te alios.

C Quod non vis pati, non facias, et non inferas alteri, mala ne patiaris similia.

Ita clemens esto in alienis delictis sicut in tuis, ut nec aliter te, nec aliter alios peases: et sic alius judica, ut judicari cupis.

EPHREM.

Cum enim invicem opera nostra portamus, coluctatorem nostrum diabolum confundimus et superamus, et Dominum nostrum qui in cœlis est, honorificamus.

Sicut potus aquæ sitienti in æstu solis, sic sermo consolationis fratri in tribulatione tentationis positus.

## CAPUT XLV.

## De elatione.

CHRISTUS.

Omnis qui se exultat, humiliabitur: et qui se humiliat, exaltabitur (*Luc. xvi et xviii*).

PAULUS.

Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem (*Gal. i. i*).

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes (*Galat. v*).

Si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse seipsum seducit (*Ibid.*).

SALOMON.

Abominatio est Domino omnis arrogans: etiam manus ad manum fuerit, non erit innocens (*Prov. xvi*).

Qui se jactat et dilatat, jurgia concitat (*Prov. xviii*).

Qui sperat in Domino, sublevatur (*Prov. xxxi*).

GREGORIUS.

In omne quod scit sese mens deprimat, ne quod virtus scientiæ congregat, ventus elationis tollat.

Miranda quippe actio cum elatione non elevat, sed gravat.

Dum superna gratia ad altiora intelligenda ducimur, quantum subtilius levamur, tantum semper in humilitatem nosmetipsos in intellectu nostro premere debemus.

Valde quippe elata mens retunditur, si ipsi, super quem se extollit, supponatur.

Arrogantes viri inter sanctam Ecclesiam, quamvis Deum fugiundo refugiunt, eum tamen veraciter credendo confitentur.

ISIDORUS.

De justitiæ virtute, nulla elatione superbias.

De bonis factis non extollaris, et de bono opere non glorieris.

Elatio excelsum deiecit, et arrogantia sublimes humiliavit.

Quod manifestando potes amittere, tacendo custodi.

## CAPUT XLVI.

De vita hominis.

CHRISTUS.

Ne cogitatis in corde vestro quid manducetis, aut quid induamini (*Math. vi*).

Nonne anima plus est quam esca (*Ibid.*)?

Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore coinquinat hominem (*Math. xv*). **C**

PAULUS.

Non est regnum Dei esca et potus, sed justitia, et pax, et gaudium in Spiritu sancto (*Rom. xiv*).

Optimum enim est, gratia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulanti in eis (*Hebr. xiii*).

SALOMON.

Non alligit Dominus animam iusti (*Prov. x*).

Melior est buccella panis sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum jurgio (*Prov. xvii*).

JESUS SIRACH.

Initium vitæ hominis, aqua et panis, et vestimentum (*Eccles. xxix*).

Vita nequam hospitatur de domo in domum (*Ibid.*).

Melior est mors quam vita amara, et requies æterna quam languor perseverans (*Eccles. xxx*).

Omnem escam manducabit venter, et est cibus cibo melior (*Eccles. xxxvi*).

Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, et ferrum, lac et panis similagineus, mel et botrus, cæx, et oleum et vestimentum (*Eccles. xxxix*).

Hæc omnia sanctis in bona, sic et impiis et peccatoribus in mala convertentur (*Ibid.*).

AUGUSTINUS.

Omnis malus aut ideo vivit ut corrigatur, aut ideo vivit ut per illum boni exercentur.

A

## CAPUT XLVII.

De muneribus.

MOYSES.

Munera excæcant oculos sapientum, et immutant verba justorum (*Deut. xvi*; *Eccles. xx*; *I Cor. ii*).

SALOMON.

Munera de sinu impius accipit, ut pervertat semitas iudicii (*Prov. xvii*).

Non des alieno honorem tuum (*Prov. v*).

JESUS SIRACH.

Donec accipiant, osculantur manus dantis, et in promissionibus suis humiliant voces suas, et in tempore redditionis postulabit tempus (*Eccles. xxix*).

Ubi manus multæ sunt, claude. Quodcumque trades, numera et appende (*Eccles. xlii*):

Datum vero et acceptum omne describe. Cum dederis, ne improperes (*Eccles. xli*).

AUGUSTINUS.

Adulantur frequenter, quod non ex voluntate datur: quod enim ex propria voluntate præstatur, cum omni voluntate donatur.

GREGORIUS.

Tantum ergo esse humilior quisque debet ex munere, quantum obligatiorem esse se conspicit in reddenda ratione.

Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit: quando in divinis rebus non solum nullam pecuniam, sed etiam humanam gloriam non requirit.

JOSEPHUS.

Non debemus recusare vitæ istius muhus, quod dedit nobis Deus.

Si hominibus data rejiciamus, contumeliosi sumus; quanto magis servare debemus quod a Deo nostro accipimus?

## CAPUT XLVIII.

De elemosynis.

CHRISTUS.

Date elemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis (*Luc. xi*).

Vendite quæ possidetis, et date elemosynam (*Luc. xii*).

Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis, ubi fur non aperiat, neque tinea corrumpit (*Ibid.*).

EX LIBRO TORÆ.

Melius est facere elemosynam quam thesauros auri condere (*Tob. xii*).

Qui faciunt elemosynam et justitiam, saturabuntur vita.

PAULUS.

Beatius est dare quam accipere (*Act. xx*).

Qui parce seminat, parce et metet (*I Cor. ix*).

Bonum autem facientes non deficimus: dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos Iudei (*Galat. vi*).

SALOMON.

Redemptio animæ viri, divitiæ suæ (*Prov. xiii*).

Qui autem miserebitur pauperi, beatus erit (*Prov. A grii, cum illis Christus conviva esse noscatur.* XIV).

Qui calumniatur pauperem, exprobrat factori ejus: honorat autem eum qui miseretur pauperis (*Ibid.*).

JESUS SIRACH.

Conclude eleemosynam in sinu pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni malo (*Eccles. xxix.*).

Ignem ardentem exstinguit aqua, et eleemosyna resistit peccato (*Eccles. iii.*).

Non est eis bene qui assidue sunt mali, et eleemosynam non dant.

Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso (*Eccles. xxix.*).

Propter mandatum assume pauperem, et propter inopiam ejus ne dimittas eum vacuum (*Ibid.*).

Pone thesaurum in præceptis Altissimi, et proderit tibi magis quam aurum (*Ibid.*).

Eleemosynam pauperis non fraudes, et oculos tuos ne transvertas a paupere (*Eccles. iv.*).

Animam esurientem ne despexeris, et ne exasperes pauperem in inopia sua (*Ibid.*).

Cor inopis ne afflixeris, et non protrahas datum angustianti (*Ibid.*).

Rogationem contribulati ne abicias, et non avertas faciem tuam ab egeno (*Ibid.*).

Ab inope ne avertas oculos tuos propter iram (*Ibid.*).

Maledicentis tibi pauperis in amaritudine, exaudietur precatio illius.

Exaudiet autem eum qui fecit illum (*Ibid.*).

Congregationi pauperum affabilem te facito (*Ibid.*).

Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, ut perficiatur propitiatio tua, et benedictio tua (*Ibid.*).

Ante mortem benefac amico tuo, et secundum vires tuas exporrigens da pauperi (*Eccles. xiv.*).

Da pauperi et accipies: justifica animam tuam: ante obitum tuum operare justitiam tuam, quoniam non est apud inferos invenire cibum (*Ibid.*).

Qui facit misericordiam, fenerat proximo suo (*Eccles. xxix.*).

Fenera proximo tuo in tempore necessitatis illius (*Ibid.*).

AUGUSTINUS:

In largitate enim pauperum, non spolia, sed dona requiruntur.

Quale illud munus est quod alter cum gaudio accipit, alter cum lacrymis amittit.

Super quod ille gratulatur, ille suspirat.

Quamvis largiaris tuum, meliorem eleemosynam facis, si reddis alienum.

Alienum enim est quod habemus, si non competenter eo utimur ad salutem.

Hæc enim est apud Deum grata eleemosyna quæ ex vernacula exhibetur substantia, non quæ ex fraudulenta præda tribuitur.

Malunt se sua perdere largiendo, quam aliena instituerè componendo.

HIERONYMUS.

Ad mensulam ubi sunt religiosi pauperes et pere-

Gloria episcoporum, pauperibus providere: ignominiaque omnium sacerdotum, propriis studere divitiis.

Non sis vanus cum feceris eleemosynam indigenti, neque te meliorem illo cui feneraris aestimes.

GREGORIUS.

Sunt enim qui magna diligunt, et multa ex his quæ possident egenis distribuere pertractant, ut culpas suas ante Dei oculos misericordiæ visceribus redimant.

Dum quælibet necessaria indigentibus damus, sua illis reddimus, non nostra largimur.

Terrena quippe omnia servando amittimus, sed bene largiendo servamus.

Quisquis nunc bona opera indigentibus exhibet, ea is specialiter impendit illi cujus hæc amore præbuerit.

ISIDORUS.

Nulla scelera eleemosynis possunt redimi, si in peccatis quisque permanserit.

Nulla est delicti venia, quando sic præcedit misericordia, ut eam sequantur peccata.

Qui inimicum diligit, et qui lugenti affectum compassionis et consolationis impertit, aut in quibuslibet necessitatibus consilium adhibet, eleemosynam procul dubio facit.

Quamvis quisque sit egens, nullus tamen unde tribuat egenti excusationem inopiæ potest obtendere,

C quando ex præcepto Salvatoris etiam calicem aquæ frigidæ præcipiamur indigenti præbere.

Dux sunt eleemosynæ: una corporalis, egenti dare quidquid potueris; altera spiritualis, dimittere a quo læsus fueris.

De rapinis alienis eleemosynam facere, non est officium miserationis, sed emolumentum sceleris.

Qui ergo injuste tollit, juste nunquam tribuit: nec alteri bene præbet, quod ab alieno male extorquet.

Magnus scelus est, res pauperum præstare divitibus, et de sumptibus inopum acquirere sapes potentum.

Ne eligas cui miserearis, ne forte prætereas eum qui meretur accipere.

D Melior est benevolentia quam quod datur.

Qui cum tristitia manum porrexerit, fructum remunerationis amittit.

Non est enim misericordia, ubi non est benevolentia.

Non auferas alteri, unde aliis tribuas.

Nihil proficit si alium inde reficis, unde alium iustum facis.

CYPRIANUS.

Qui secundum Deum sapiens est, et eleemosynam facit, Deum credit: et qui habet fidei veritatem, servat Dei timorem.

Qui autem timorem Dei servat in miserationibus pauperum, Deum cogitat et honorat.

## CAPUT XLIX.

*De tribulationibus.*

CHRISTUS.

Ego quos amo, arguo et castigo (*Apoc. III*).

PAULUS.

Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei (*Hebr. XII*).In omnibus tribulationem patimur, sed non coangustamur (*Act. XIV*).Aporiamur, sed non destituimur (*II Cor. IV*).Persecutionem patimur, sed non derelinquimur (*Ibid.*).

Dejicimur, sed non perimus.

Semper enim mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu Christi in corporibus nostris manifestetur. **B**

AUGUSTINUS.

Qui in hoc mundo flagellari non merebitur, in inferno torquebitur.

Cum enim a Domino flagellamur, si patienter accipimus, et humiliter gratias agimus; si mali fuerimus, peccatorum indulgentiam accipiemus; si autem boni, æternam beatitudinem consequemur.

HIERONYMUS.

Qui semel recipit malum in vita sua, non eosdem cruciatus patitur in morte quos est passus in vita.

Multoque melius est stomachum dolere quam mentem.

Cavendum est vulnus quod cum dolore curatur.

Magna misericordia est, quando peccantibus tra- **C**  
scitur Deus.

Medicus si cessaverit curare, desperat.

GREGORIUS.

Divina dispensatione agitur, ubi prolixiora vitia, ægrotatio prolixior exurat.

ISIDORUS.

Revertens enim Deus hominem cruciat: quem peccantem desererat, flagellando iterum visitat.

Ordinata est miseratio Dei, quæ prius hic hominem per flagella a peccato emendat, et postea ab æterno supplicio liberat.

Electus enim Dei, doloribus vitæ istius atteritur, ut perfectionem vitæ futuræ lucretur.

Justis temporalia flagella ad æterna proficiunt **D**  
gaudia: ideoque et justus in pœnis gaudere, et impius in prosperitate lugere debet.

Neque justo, neque reprobo, Deus misericordiam abstrahit.

Bonos hic per afflictionem judicat, ut illic remuneret per miserationem: et malos hic remunerat per temporalem clementiam, et illic punit per æternam justitiam.

In hac enim vita Deus parcit impiis, et tamen non parcat electis.

In illa parcat electis, non tamen parcat iniquis.

Quantum quisque aut in corpore aut in mente flagella sustinet, tantum se in finem remunerari speret.

**A** Dum enim multa damnabilia reprobi commisisse videantur despecti a Deo, nullo emendationis verbera feriuntur.

Gemina est percussio divina: una, in bonam partem, qua percuntur in carne ut emendemur; altera, qua vulneramur in conscientia, ex charitate, ut Deum ardentius diligamus.

Deus ideo justum flagellat, ne de justitia superbiens cadat.

Flagellum namque tunc delebit culpam, cum mutaverit vitam.

Omnis divina percussio aut purgatio vitæ præsentis est, aut initium pœnæ sequentis.

Nam quibusdam flagella ab hac vita inchoant, et in æternam percussione perdurant. Quamvis enim una culpa non bis percuntur, una tamen percussio intelligitur, quæ hic cœpta, illic perficitur: ut in illis qui omnino non corriguntur, præcedentium percussio flagellorum sequentium sit initium tormentorum.

Quibusdam, secreto Dei judicio, hic male est, illic bene: scilicet ut dum hic castigati corriguntur, ab æterna damnatione liberentur; quibusdam vero hic bene est, illic male: sicut diviti illi evangelico accidit.

Porro quibusdam et hic male, et illic male: quia corrigi nolentes, et flagellari in hac vita incipiunt, et in æterna passione damnantur.

Murmurare in flagellis Dei peccator homo non debet, quia maxime per hoc quod corripitur emendatur. **C**

Unusquisque autem nunc levius portat quod patitur, si sua discussit mala, pro quibus illi infertur retributio justa.

Justi in adversis probari se cognoscant, non dejici.

Viri sancti plus formidant prospera quam adversa: quia servos Dei prospera dejiciunt, adversa vero erudiunt.

Tunc magis sunt Dei oculi super justos, quando eos affligi ab iniquis providentia superna permittit.

Tunc justis gaudia disponuntur æterna, quando præsentis tribulatione probantur.

Quantum enim in hoc sæculo frangimur, tantum in perpetuo solidamur.

Quantum in præsentis affligimur, tantum in futuro gaudebimus.

Si hic flagellis atterimur, purgati in judicio adveniemus.

Semper hic Deus tolerat quos ad salutem perpetuam præparat.

Non igitur murmures, non blasphemias, non dicas: Quare sustineo mala? quia juxta modum criuinis, minor est retributio ultionis.

Qui enim in flagellis murmurat, Deum plus irritat.

Qui vero patienter adversa tolerat, Deum citius placat.

Si enim vis purgari in pœna, te accusa, et Dei justitiam lauda.

Universa quæ tibi accidunt, absque Dei non sunt A voluntate.

Iniquorum potestas super te ex Dei datur licentia.

Omnes qui tibi adversantur, Dei consilio faciunt.

Patienter leviora portabis, si graviora fueris recordatus.

Languor enim vitia excoquit, languor vires libidinis frangit.

Infirmas gravis sobriam facit animam.

CYPRIANUS.

Nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitaverit esse moriturum.

Infirmam animam infirmitate corporis vincimus.

Scitisne hanc Dei esse censuram, ut qui beneficiis non emendatur, vel plagis saltem respiscat?

EX VITIS PATRUM.

Melius est hic persolvere pœnas quam post exitum vitæ hujus in æterno cruciari igne.

### CAPUT L.

#### De primitiis.

PAULUS.

Beneficentiæ autem et communicationis nolite oblivisci (Hebr. xiii).

Talibus enim hostiis promeretur Deus (Ibid.).

SALOMON.

Victimæ impiorum abominabiles Domino, vota justorum placabilia (Prov. xv).

Fili, si habes, benefac: et Deo dignas oblationes offer. Memor esto quoniam mors non tardabit (Eccles. xiv).

JESUS SIRACH.

Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata (Eccles. xxxiv).

Dona iniquorum non probat Altissimus (Ibid.).

In oblationibus iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum, propitiabitur Deus peccatis (Ibid.).

Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui (Ibid.).

Non apparebis in conspectu Dei vacuus (Deut. xvii).

Oblatio justi impinguat altare, et odor suavitatis est in conspectu Altissimi (Eccles. xxxv).

Sacrificium justi acceptum est, et memoriam illius non obliviscetur Dominus (Ibid.).

Noli offerre munera prava, non enim suscipiet illa Deus (Ibid.).

Bono animo gloriam redde Deo, et non minus primitias manuum tuarum (Ibid.).

GREGORIUS.

Magna purgatione sacrificiorum diluendæ sunt culpæ conviciorum.

### CAPUT LI.

#### De tristitia.

CHRISTUS.

Amen, amen dico vobis quia plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit (Joan. xvi).

Vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

PAULUS.

Tristitia quæ secundum Deum est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur (II Cor. vii).

Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediatur, et per illam inquinentur multi (Hebr. xii)

SALOMON.

Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animæ dejicitur spiritus (Prov. xv).

Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus vero tristis exsiccat ossa.

JESUS SIRACH.

Fili, in bonis non des querelam, et in omni dato non des tristitiam verbi mali (Eccles. xviii).

Omnis plaga tristitia cordis est.

Tristitiam non des animæ tuæ.

B Jucunditas cordis, hæc vita hominis est (Eccles. iii).

Tristitiam expelle a te, multos enim occidit tristitia, et non est utilitas in illa (Eccles. xxx).

Cor pravum dabit tristitiam, et homo peritus resistit illi (Eccles. xxxvi).

Ad tristitiam enim festinat mors.

Tristitia cordis flectit cervicem (Ibid.).

Non dederis in tristitiam cor tuum, sed repelle eam a te (Eccles. xxviii).

ISIDORUS.

Vis autem nunquam esse tristis? bene vive.

Secreta conscientia tristitiam leviter sustinet.

Bona vita gaudium semper habet.

Conscientia autem rei semper in pœna est.

Reus animus nunquam securus est.

C Sicut vestimentum tinea, et vermis devorat lignum, ita tristitia cor hominis exedit.

Cor lætum bonam valetudinem facit, viri autem tristitia arescunt ossa.

### CAPUT LII.

#### De pulchritudine.

CHRISTUS.

Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam (Joan. vi).

SALOMON.

Fallax gratia et vana est pulchritudo (Prov. xxxi).

BASILIVS.

Pulchritudo diligenda est, fili, quæ lætitiæ spiritalem consuevit infundere.

Evitemus pretiosas pulchritudines, ne omnium malorum genera in nos irrogentur.

Sapiens vir non considerat corporis decorem, sed animæ.

Inspiciens autem in carnalibus se detinet.

Sapiens mulierem respuit gestuosam.

Stultus autem concupiscens eam supplantatur.

Vir prudens ab imprudenti muliere avertit oculos suos.

Luxuriosus autem intuens eam, solvitur ut cera a facie ignis.

Deus non in corporis, sed in animæ pulchritudine delectatur.

Illam ergo et tu dilige, in qua delectatur Deus.

## CAPUT LIII.

*De conviviiis.*

CHRISTUS.

Cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos : et beatus eris, quia non habent unde retribuunt tibi (*Luc. xiv*).

Retribuuntur enim tibi in resurrectione justorum.

PAULUS.

Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid faciatis, omnia in gloriam Dei facite (*II Cor. x*).

SALOMON.

Melius est vocari ad olera cum gaudio, quam ad vitulum saginatum cum odio (*Prov. xv*).

Noli avidus esse in omni epulatione, et non te confundas super omnem escam (*Eccles. xxxvii*).

In multis enim escis erit infirmitas, et aviditas B appropinquabit usque ad choleram (*Ibid.*).

Super mensam non extendas manum tuam prior, ne invidia contaminatus erubescas (*Eccles. xxxi*).

Si in medio sedes, tu prior illis non extendas manum tuam, nec prior potcas bibere (*Ibid.*).

Si coactus fueris in edendo multum, surge de medio et vome, et refrigerabit te, et non adduces corpori tuo infirmitatem (*Ibid.*).

In convivio vini non arguas proximum, et non despicias eum in jucunditate illius (*Eccles. xxxi*).

Vir respiciens in mensam alienam, non est vita ejus in cogitatione victus : alit enim animam suam cibus alienus (*Eccles. xl*).

HIERONYMUS.

Ad convivium peccatoris rogatus, ad hoc ambula ut spirituales invitatori tuo præbeas cibos.

Bonarum rerum postulatio est, quando corpus eadem vult habere quæ et spiritus.

GREGORIUS.

Abundare in conviviiis loquacitas solet, semper enim voluptas comitatur epulas.

Cum corpus in refectionis delectatione resolvitur, cor ad inane gaudium relaxatur.

Semper epulas loquacitas sequitur, cumque ventor reficitur, lingua defrenat.

## CAPUT LIV.

*De risu et tristitia.*

CHRISTUS.

Beati qui lugent nunc, quoniam ipsi consolabuntur (*Matth. v*).

Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis (*Luc. vi*).

PAULUS.

Gaudete et perfecti estote (*II Cor. xii*).

JACOBUS.

Miseri estote, lugeate et plorate, risus vester in luctum convertatur, et gaudium in mœrorem (*Jacob. iv*).

SALOMON.

Lux justorum lætificat animam (*Prov. xv*).

Cor gaudens exhilarat faciem (*Ibid.*).

In mœrore animæ dejicitur spiritus.

A Animus gaudens, ætatem floridam facit : spiritus vero tristis exsiccat ossa (*Prov. xvii*).

Risus dolore miscebitur, et extrema gaudii luctus occupabit (*Prov. xiv*).

Quasi per risum stultus operatur scelus (*Prov. x*).

Quærit derisor sapientiam, et non invenit : doctrina prudentum facilis (*Prov. xiv*).

Parata sunt derisoribus judicia, et mallei percipientes stultorum corpora (*Prov. xix*).

JESUS SIRACH.

Fatuus in risu exultat vocem suam : vir autem sapiens vix tacite ridebit (*Eccles. xxviii*).

AUGUSTINUS.

Lætitia sæculi vanitas, cum magna expectatione speratur ut veniat, et non potest teneri cum venerit.

Melior est tristitia iniqua patientis, quam lætitia iniqua facientis.

Melior est ira risu, quia per risum stulti operantur scelus.

HIERONYMUS.

Vir sapiens gravitate morum hilaritates frontis temperat.

Si felicitas eluceat, non sis jactans ; si calamitas contigerit, pusillanimis non existas.

Qui temerarius est in lætitia, perennis erit in pœna.

GREGORIUS.

Præsentia gaudia sequuntur perpetua lamenta.

Nemo etenim potest et hic gaudere cum sæculo, et illic regnare cum Domino.

C Si qua est præsentis temporis lætitia, ita est agenda ut nunquam amaritudo sequentis judicii recedat a memoria.

ISIDORUS.

Habeto temperamentum in prosperis : mentem nec gaudio nec mœrore commutes.

Et ad bona igitur et ad mala tempera cor tuum.

BASILIIUS.

Noli dissolutis labiis risum proferre.

Amentia namque est cum strepitu ridere, sed subridendo tantum lætitiæ mentis indica.

Non convenit ei qui ad perfectionem nititur jocari cum puero.

Et in lætitia parvulus, et vir perfectus in sensu.

D In quibusdam te exhibe senem, in quibusdam infantem.

Jocus autem remissam efficit animam negligentem erga Dei præcepta : et tum nec delicta sua potest ad memoriam revocare, et obliviscens ea, non se instigat ad poenitentiam.

Nullum habebit accessum cordis compunctio, ubi fuerit immoderatus risus ac jocus.

## CAPUT LV.

*De honore parentum.*

CHRISTUS ET MOYSES.

Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi, et sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi (*Matth. xv, Exod. xx*).

Patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed docete illos in disciplina et correctione Domini (*Ephes. vi*).

Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis (*II Cor. xii*).

SALOMON.

Qui affligit patrem, et fugit matrem, ignominiosus est et infelix (*Prov. xix*).

Filius sapiens lætificat patrem, filius stultus mortificatio est matris suæ (*Rom. x*).

JESUS SIRACH.

Sicut qui thesaurizat, ita qui honorificat matrem suam (*Eccles. iii*).

Qui honorat patrem suum, vita vivet longiore (*Ibid.*).

Qui obedierit patri, refrigeravit matrem (*Ibid.*).

Qui timet Deum, honorat parentes (*Ibid.*).

Honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio a Domino (*Ibid.*).

Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta (*Ibid.*).

Ne glorieris in contumelia patris tui: non est enim tibi gloria, sed confusio (*Ibid.*).

Gloria enim hominis ex honore patris sui est: et dedecus filii, pater sine honore (*Ibid.*).

Fili, suscipe senectam patris tui, et ne contristes eum in vita illius: et da veniam si defecerit sensu, et ne spernas eum in tua virtute (*Eccles. iii*).

Eleemosyna enim patris non erit in oblivione (*Ibid.*).

Mala famæ est qui relinquit patrem: et est maledictus a Deo qui exasperat matrem (*Ibid.*).

Honora patrem tuum, et gemitus matris tuæ ne obliviscaris: memento quoniam nisi per illos non fuisses.

Retribue parentibus quomodo illi tibi (*Eccles. vii*).

HIERONYMUS.

Bonum est quidem post Deum amare parentes ac filios; sed si necessitas venerit ad amor parentum ac filiorum Dei amori comparetur, et non possit utrumque servari, tunc in propinquos odium, pietas in Deum est.

Honora patrem, sed si te a vero patre non separat: tandiu sis tu sanguinis copula, quandiu ille suum noverit Creatorem.

BASILIVS.

Parentes nostros ut propria viscera diligamus, si accedere nos ad servitutem Christi non prohibuerint.

Si autem prohibuerint, nec sepulcra illorum nobis debentur.

## CAPUT LVI.

### De filiis.

CHRISTUS.

Qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus (*Matth. x*).

PAULUS.

Filii, obedite parentibus vestris in Domino; hoc enim justum est. Honora patrem, ut bene sit tibi, et

et sis longævus super terram (*Ephes. vi*; *Deut. v*; *Exod. xx*).

SALOMON.

Bonus pater relinquit hæredes, filios et nepotes (*Prov. xiii*).

Qui parcat virgæ, odit filium suum (*Ibid.*).

Qui autem diligit eum, instanter illum erudit (*Ibid.*).

Corona senum filii filiorum, et gloria filiorum patres eorum (*Prov. xvii*).

Ira patris filius stultus, et dolor matris quæ genuit eum (*Ibid.*).

JESUS SIRACH.

Si filii tibi sunt, erudi illos a pueritia eorum (*Eccles. xix*).

Filiæ si tibi sunt, serva corpus earum, et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas (*Ibid.*).

Ne jucunderis in filiis impiis, si multiplicentur (*Eccles. xvi*).

Ne oblecteris super filios, si non est timor Dei cum ipsis (*Ibid.*).

Melior est unus timens Deum, quam mille filii impii (*Ibid.*).

Qui diligit filium suum, assiduatur illi flagella (*Eccles. xxx*).

Qui docet filium suum, laudabitur in illo, et in medio domesticorum gloriabitur (*Ibid.*).

Qui docet filium suum, in zelum mittit inimicum, et in melio inimicorum gloriabitur in illo (*Ibid.*).

Non des filio potestatem a juventute sua, et ne despicias cogitatus illius (*Ibid.*).

A filiis tuis cave, et a domesticis tuis separare (*Eccles. xxii*).

Filio et mulieri, fratri et amico, non des potestatem super te in vita tua (*Eccles. xxxiii*).

Melius est enim ut filii te rogent, quam te respicere in manus filiorum (*Ibid.*).

Utilius est sine filiis mori quam relinquere filios impios.

Doce filium tuum, et operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas (*Eccles. xxx*).

Ne dederis alii possessionem tuam, ne forte pœniteat te (*Eccles. xxxiii*).

Super filiam luxuriosam firma custodiam, ne quando faciat in opprobrium venire inimicis (*Eccles. xlii*).

D

HIERONYMUS.

Vir sapiens quando filium suum bonæ indolis amittit, non doleat quod talem perdiderit, sed gaudeat quod talem habuerit.

## CAPUT LVII.

### De divitibus et pauperibus.

CHRISTUS.

Dives difficile intrabit in regnum cælorum: et facilius est camelum per foramen acus intrare, quam divitem in regnum cælorum (*Matth. xix*).

DAVID.

Patientia pauperum non peribit in æternum (*Ephes. ix*).



Dum superbit impius, incenditur pauper (*Ibid.*). A

JACOBUS.

Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, et hæredes regni quod repromisit diligentibus se (*Jacob. II*).

PAULUS.

Divitibus hujus sæculi præcipe non superbe sapere, nec sperare in incerto divitiarum, sed in Domino qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum (*I Tim. VI*).

Qui volunt divites fieri incidunt in tentationem et in laqueum diaboli (*Ibid.*).

Sicut egentes, multos autem locupletantes: tantquam nihil habentes, et omnia possidentes.

SALOMON.

Benedictio Domini divites facit, nec sociabitur eis afflictio.

Non proderunt divitiæ in die ultionis, justitia vero liberabit a morte (*Prov. XVIII*).

Qui confidit in divitiis suis, corruet (*Prov. XI*).

Custoditur justo substantia peccatoris (*Ibid.*).

Qui congregat thesauros lingua mendacii, vanus est, et impingetur ad laqueos mortis (*Prov. XIII*).

Melior est pauper et sufficiens sibi, quam vir gloriosus et indigens pane (*Prov. XXI*).

Qui despicit pauperem, exprobrat factori ejus: et qui in ruina alterius lætatur, non erit impunitus (*Prov. XII*).

Qui calumniatur pauperem, exprobrat factori ejus (*Prov. XVI*).

Honorat autem Deum, qui misceretur pauperi (*Prov. XIV*).

Potentes autem potenter tormenta patientur (*Ibid.*).

Fortior instat cruciatio illis (*Sap. VI*).

JESUS SIRACH.

Noli attendere ad possessiones iniquas: et non dixeris: Est mihi sufficiens vita (*Eccles. V*).

Noli anxius esse in divitiis injustis: nihil enim proderunt tibi in die ultionis et vindictæ.

Noli fenerari homini fortiori te: quod si feneraveris, tanquam perditum habe (*Eccles. VIII*).

Qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur (*Eccles. XVIII*).

Fili, ne in multis sint actus tui etiam si dives fueris, non eris immunis a delicto (*Eccles. XI*).

Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia (*Eccles. XIII*).

Divites autem et pauperis cor bonum, in omni tempore vultus eorum hilaris (*Eccles. XXVI*).

Qui quærit locupletari, avertit oculum suum (*Eccles. XXVII*).

Bonus dives, qui inventus est sine macula (*Eccles. XXXI*).

Substantiæ inistorum sicut fluvius siccabuntur, et sicut tonitruum magnum in pluvia pertransivit (*Eccles. XL*).

Est nequissima paupertas in ore impii (*Prov. XIII*).

Laborabit pauper in diminutione victus ejus, et in fine sit inops (*Eccles. XXXI*).

Bona et mala, vita et mors, paupertas et honestas, a Deo sunt (*Eccles. XI*).

Memento paupertatis in tempore abundantiae, et necessitatem paupertatis in die divitiarum (*Eccles. XVIII*).

AUGUSTINUS.

Plus est pauperi videre cælum stellatum, quam diviti tectum inauratum.

HIERONYMUS.

Quantum enim major honor, tantum majus periculum.

Cito petitur insidiis gloriosus.

Non laus est possidere divitias, sed pro Christo eas contemnere.

Sufficit nobis de presentibus hujus sæculi angustiis cogitare.

Quid necesse est sensum ad incerta ea tendere quæ aut consequi non possumus, aut cito inventa perdi?

Quandiu versamur in curis hujus sæculi, et anima nostra possessionum procuracione devincta est, de Deo libere cogitare non possumus.

CÆCORIUS.

Terrena altitudo confunditur, cum celsitudo celestis aperitur.

In hoc sæculo potens quilibet si fructum non habeat bonæ operationis, etiam impedimentum præstat cæteris.

In populo plus solent nomina divitum quam pauperum sciri.

Solet enim eorum abundantia tanto magis divino timore mentem solvere, quanto magis hanc erigit diversa cogitare.

Ad majorem dolorem mentem commovent damna majora.

Nunquam quippe sine dolore amittitur, nisi quod cum dolore possidetur.

Quisque dum temporalia ac defectiva sequitur, occasum petit.

Qui vero superna desiderat, in oriente habitare demonstrat.

CYPRIANUS.

Pœnam de adversis mundi ille sentit, cui lætitia et amor omnis in mundo est.

Leviter ille morret et deflet, quia male gessit in sæculo, cui non potest bene esse post sæculum.

ISIDORUS.

Divites in hac fallaci vita, dum de potentiæ gloria rerum abundantiam gestiunt, repentina hora quam nesciunt, improvise exitu rapiuntur, atque absorbente profundo, cruciandi æternis gehennæ incendiis deputantur.

Quanto quisque amplius secularis honoris dignitate sublimatur, tanto gravius curarum ponderibus aggravatur.

Quanto quisque curis mundi majoribus occupatur, tanto facilioribus vitiiis premitur.

Si enim vix valet peccata animus devotus quietus, quanto magis occupatione seculari detentus?

Qui hoc sæculo bene imperat, sine fine in perpetuum regnat, et de gloria sæculi hujus ad æternam transit gloriam.

Qui vero regnum prave exercent, propter vestem fulgentem, et nitorem papillorum, nudi et miseri ad inferna torquendi descendunt.

Pro malitia plebis etiam reges mutantur : et qui ante videbantur esse boni, accepto regno fiunt iniqui.

Quosdam superbos divites copia rerum facit elatos.

Non sunt opes in vitio, sed voluntas.

Nam crimen in rebus non est, sed in usu agentis.

Bonis bene utuntur, qui divitias sibi concessas in rebus salutaribus perfruuntur.

Bonis male utuntur qui aut juste pro temporali lucro judicant, aut aliquid boni pro vanæ gloriæ appetitu faciunt.

Malis male utuntur qui noxias cogitationes operibus pravis perficiunt.

Bene malis utuntur qui luxuriam carnis conjugali honestate restringunt.

Graviter in Deum delinquant qui divitiis a Deo concessis non in rebus salutaribus, sed in usibus pravis utuntur.

Cave honores quos sine culpa tenere non potes.

Sublimitas honorum, magnitudo scelerum est.

Hoc habet tamen bonum possessio præsentium rerum, si vitam reficiat miserorum; propter hoc tentatio est mundi lucrum.

Tantoque majora supplicia in futuro dabunt, quantum et ipsa majora sunt.

Dia enim cum rebus nostris durare non possumus, quia aut nos illas moriendo deserimus, aut illæ nos morientes deserunt.

Potestas cito ruinam patitur.

Nunquam mentis requiem habet qui curis terrenis se subdit.

Semper requiem mentis habebitis, si ante mundi curam reliqueritis.

Valde rarum est, ut qui divitias possident, ad requiem tendant.

Est elatio pauperum quos nec divitiæ elevat, et voluntas in eis sola superbia est. His etsi opes desunt, propter mentis tamen tumorem, plus quam superbi divites condemnantur.

Potentes si iracundi sunt, vinum non bibant, ne cum biberint, obliviscantur sapientiæ.

Paucis præesse natura dedit, pluribus obtemperare.

### CAPUT LVIII.

#### *De acceptatione personarum.*

MOYSES.

Non accipias personam nec munera: nulla erit distantia personarum: ita parvum audias ut magnum. (*Deut. xvi et Exod. x*).

PAULUS.

Gloria autem et pax omni operanti bonum, Judæo primum et Græco (*Rom. ii*).

Non est enim personarum acceptio apud Deum. Si personam hominis non accipit, non est personarum acceptor (*Rom. ii, et Col. iii*).

Qui timet et operatur justitiam, acceptus est illi (*Act. x*).

SALOMON.

Accipere personam impii, non est bonum, ut delinea a veritate judicii (*Prov. xviii*).

Qui dicit impio: Justus es, maledicent ei populi, et detestabuntur eum tribus: et qui arguunt eum laudabuntur, et super ipsos veniet benedictio (*Prov. xxiv*).

Qui cognoscit in judicio faciem, non facit bene (*Prov. xxviii*).

JESUS SIRACH.

Non accipias personam ut delinquas (*Eccles. xliii*).

Non resiste contra faciem potentis (*Eccles. iv*).

Sicut abominatio est superbo humilitas, sic exsecratio divitis in paupere (*Eccles. xiii*).

Substantiæ superbi eradicabuntur, et domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbia.

HIERONYMUS.

Æquum judicium est, ubi non personæ, sed opera considerantur.

GREGORIUS.

Quid vero apud Deum vilius est quam honorem apud homines servare, et interni testis oculos non timere?

ISIDORUS.

Non est persona in judicio consideranda, sed causa. Plus venerantur homines in hoc sæculo pro temporali potentia, quam pro reverentia sanctitatis.

Suspiciunt enim quod magis sunt divites: et quod homines sunt, omnino non respiciunt.

Causam respice, non personam.

### CAPUT LIX.

#### *De itinere.*

CHRISTUS.

Intrate per angustam portam, quia lata et spatiosa est via quæ ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam (*Matth. vii*).

Quam angusta est via et difficilis quæ ducit ad vitam, pauci sunt qui inveniunt eam (*Ibid.*).

PAULUS.

Videte itaque quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes (*Ephes. v*).

Gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur (*Hebr. xii*).

SALOMON.

Non delecteris semitis impiorum, nec tibi placeant viæ malorum (*Prov. iv*).

Iustorum autem semitæ, quasi lux splendens, procedunt et crescunt usque ad perfectam diem (*Ibid.*).

Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant (*Ibid.*).

Oculi tui recta videant, et palpebræ tuæ præcedant gressus tuos (*Ibid.*).

Dirige semitam pedibus tuis, et omnes viæ tuæ A stabillentur (*Ibid.*).

Averte pedem tuum a malo: vias enim quæ a dextris sunt, novit Dominus (*Ibid.*).

Respicit Dominus vias hominis, et omnes gressus illius considerat (*Prov. v.*).

Iter autem impiorum decipiet eos (*Prov. xii.*).

Vir prudens dirigit gressus (*Prov. xv.*).

Dum placuerint Domino viæ hominis, inimici quoque ejus convertentur ad pacem (*Prov. xvi.*).

JESUS SIRACH.

Non ventiles te in omnem ventum, et non eas in omnem viam (*Eccles. ix.*).

Cum audace non eas in via, ne forte gravet mala sua in te (*Eccles. viii.*).

In via ruinæ non eas, et non offendas in lapides B (*Eccles. xxxi.*).

ORIGENES.

Melius est enim perfectam vitam querenti in itinere mori, quam nec proficisci quidem ad perfectionem querendam.

GREGORIUS.

Stultus viator est qui, in itinere amœna prata conspiciens, obliviscitur quo tendebat.

Inoffenso pede iter nostrum agitur, si Deus ac proximus integra mente diligatur.

CAPUT LX.

De sensibus.

CHRISTUS.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam, etiam corpus tuum tenebrosum erit (*Luc. xi.*) C

PAULUS.

Unusquisque in suo sensu abundet (*Rom. xiv.*).

Non ambuletis sicut gentes ambulantes in vanitate sui sensus, tenebris obscuratum habentes intellectum (*Ephes. iv.*).

JESUS SIRACH.

Bonus sensus usque in tempus abscondit verba ejus, et labia multorum enarrabunt sensum ejus (*Eccles. i.*).

Honor et gloria in sermone sensati (*Eccles. v.*).

Lingua vero imprudentis subversio est ipsius (*Ibid.*).

Si videris sensatum, evigila ad illum (*Eccles. vi.*) D

Ex visu cognoscitur vir, et ab occursum faciei cognoscitur sensatus.

Non est sensus ubi abundat amaritudo (*Eccles. xxi.*).

Amictus corporis, et risus dentium, et ingressus hominis enuntiant de illo (*Eccles. xvi.*).

In labiis sensati invenitur gratia (*Eccles. xxi.*).

Tacitus et sensatus honorabitur.

Serva ab insensato, ut non modestiam habeas (*Ibid.*).

Deflecte ab insensato, et invenies requiem, et non exacerberis in stultitia illius (*Eccles. xxii.*).

Pangens oculum deduxit ad lacrymas: et qui pungit cor, profert sensum (*Ibid.*).

In medio insensatorum conserva verbum temporibus (*Ibid.*).

Ab uno sensato inhabitabitur patria, et a tribus impiis deseretur.

In præceptis Dei cogitatum habe.

CAPUT LXI.

De servis et dominis.

CHRISTUS.

Beati servi illi, quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes (*Luc. xviii.*).

Nemo potest duobus dominis servire; aut enim unum odiet, et alterum diligit: aut uni adhærebit, et alterum contemnet (*Matth. vi.*).

PETRUS.

Servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam discolis (*I Petr. ii.*).

PAULUS.

Dominus autem spiritus est; ubi autem spiritus Domini, ibi libertas (*I Cor. iii.*).

Quicumque sunt sub iugo servitutis, dominos suos omni honore dignos arbitrentur (*I Tim. vi.*).

Domini, quod justum est et æquum servis præstate, scientes quoniam et vos Dominum habetis in cælo (*Ibid.*).

Unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, sive servus, sive liber (*Ephes. vi.*).

SALOMON.

Servus sensatus dominabitur filiis stultis, et inter fratres hæreditatem dividet (*Prov. xvii.*).

Qui delicate a pueritia nutrit servum suum, postea sentiet illum contumacem (*Prov. xxix.*).

JESUS SIRACH.

Non lædas servum operantem in veritate (*Eccles. vii.*).

Servus sensatus quasi anima tua dilectus sit (*Ibid.*).

Non defraudes servum tuum sensatum, neque inopem derelinquas illum (*Eccles. x.*).

Servo sensato liberi serviunt, et inscius non honorabitur (*Eccles. xxxiii.*).

Cibaria et virga, et onus asino: panis et disciplina, et opus servo (*Ibid.*).

Jugum et onus curvant cervicem duram, et servum inclinant operationes assidue (*Ibid.*).

Servo malevolo tortura et compedes, mitte illum in operationem, ne vacet (*Ibid.*).

Si tibi est servus fidelis, sit tibi quasi anima tua, et quasi fratrem siceum tracta (*Ibid.*).

Si læseris servum injuste, in fugam convertetur (*Ibid.*).

Laxa manus servo, et quæret libertatem (*Ibid.*).

Melior est subjecta servitus quam elata libertas (*Eccles. xxxiii.*).

In opere constitue servum tuum, sic enim condecet illum (*Ibid.*).

HIERONYMUS.

Quid majus potest præstari servo quam esse cum domino?

Satis dives est qui pane non indiget.

Nimum potens est qui servire non cogitur.

ISIDORUS.

Unus enim Dominus æqualiter et dominis et servis fert hæreditatem.

CYPRIANUS.

Qualem cupis erga te esse Dominum, talis esto ipse contra servum tuum.

#### CAPUT LXII.

*De consortio bonorum et malorum.*

PAULUS.

Rogamus vos, fratres, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate (*II Thess. III*).

Discedant ab iniquitate omnes qui invocant nomen Domini (*II Tim. I*).

Justum igitur et valde justum est separare eum qui salvari vult ab eo qui non vult.

SALOMON.

Fili mi, si te lactaverint peccatores, non acquiescas eis (*Prov. I*).

Ne æmuleris hominem injustum, nec imiteris vias ejus (*Prov. II*).

JESUS SIRACH.

Discede ab iniquo, et deficient mala abs te (*Eccles. VII*).

Viri justi sint tibi convivæ, et in timore Dei sit tibi gloriatio (*Eccles. IX*).

Pondus super se tollit, qui honestiori se communit: et ditiori te ne socius fueris (*Eccles. XIII*).

Quemcumque cognoveris observantem timorem Dei, assiduus esto illi (*Eccles. XXXVII*).

AMBROSIVS.

Sanctorum vita cæteris vivendi norma est.

GREGORIUS.

Qui cum sancto viro adhæret, ex ejus assiduitate et usu locutionis exemplum operis boni accipit, ut accendatur in amore charitatis.

Qui alios ad iniquitatem suadendo pertrahunt, in semetipsis ministerium dæmonum ob iniquitatem suscipiunt, quamvis per naturam dæmones non sint.

Sancta enim Ecclesia in carnalibus ampla est, in spiritualibus angusta.

Neque enim valde laudabile est bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis.

Sicut enim gravioris culpæ est inter bonos bonum non esse, ita immensi præconii est bonum etiam inter malos bonum exstitisse.

ISIDORUS.

Sicut enim optandum est ut boni pacem habeant ad invicem, sic optandum est ut mali ad invicem sint discordes.

Illi qui supernam patriam desiderant, non solum malorum mores sed et consortia fugiant.

Si fueris socius conversationis bonorum, eris et virtutis eorum.

Similis enim simili conjungi solet.

Periculum vere est vitam cum malis ducere, perniciosum est cum his qui prævæ voluntatis sunt sociari.

**A** Melius est habere malorum odium quam consortium. Sicut multa bona habet communis vita sanctorum, sic plura mala affert societas malorum.

#### CAPUT LXIII.

*De amicitia et inimicitia.*

CHRISTUS.

Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis (*Joan. VI*).

PAULUS.

Finis autem præcepti est charitas de corde puro, conscientia bona et fide non ficta (*I Tim. I*).

JACOBUS.

Amicitia hujus mundi inimica est Deo (*Jacob. IV*). Quicumque ergo voluerit esse amicus sæculi hujus, inimicus Dei constituetur (*Ibid.*).

SALOMON.

Ne dicas amico tuo: Vade et revertere, et cras dabo tibi, cum statim possis dare (*Prov. II*).

Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam (*Prov. III*).

Qui despicit amicum suum, indigens corde est (*Prov. XI*).

Amici divitum multi. Causam tuam tracta cum amico tuo, et secretum extraneo non reveles (*Prov. XIV*).

Sicut qui mittit lanceas et sagittas in mortem, sic vir qui fraudulentè nocet amico suo (*Prov. XXVI*).

Noli fieri pro amico inimicus proximo (*Ibid.*).

JESUS SIRACH.

**C** Verbum dulce multiplicat amicos, et mitigat inimicos (*Eccles. VI*).

Si possides amicum, in tentatione posside eum, et ne facile credas illi (*Ibid.*).

Est enim amicus secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis (*Ibid.*).

Est amicus qui egreditur ad amicitiam. (*Ibid.*)

Est autem amicus socius mensæ, qui non permanebit in die necessitatis.

Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi æqualis, et in domesticis tuis fideliter agat (*Eccles. VI*).

Ab amicis tuis attende, et ab inimicis tuis separare.

Amicus fidelis, protectio fortis (*Ibid.*).

Qui autem invenit illum, invenit thesaurum.

Amico fideli nulla est comparatio (*Ibid.*).

**D** Amicus fidelis medicamentum vitæ est et immortalitatis (*Ibid.*).

Qui metuunt Dominum,veniunt amicum fideliem (*Ibid.*).

Non derelinquas amicum antiquum: novus enim non erit similis illi (*Eccles. IX*).

Vinum novum amicus novus: si veterascit, cum suavitate bibes illud (*Eccles. XI*).

Non omnem hominem inducas in domum tuam (*Eccles. XI*).

Multæ enim sunt insidiæ diaboli dolosi (*Ibid.*).

Non agnoscitur in bonis amicus, et non absconditur in malis inimicus (*Eccles. XII*).

Amico et inimico noli narrare sensum tuum, et si est tibi delictum, uoli nudare: audiet enim te, et

custodiet te; et quasi defendens peccatum, odiet te **A** (*Eccles. xix.*)

Audisti verbum adversus proximum tuum, commoriatur in te, fideus quoniam non te dirumpet (*Ibid.*).

Corripe amicum, ne forte non intelligat te, et dicat: Non feci: aut si fecit, ne iterum addat facere.

Qui conviciatur amico, is dissolvit amicitiam (*Eccles. xxii.*)

Ad amicum etiam si produxeris gladium, non desperes: est enim regressus ad amicum (*Ibid.*).

Si humiliaverit se coram te, et a facie tua absconderit se, unanimum habebis amicitiam bonam (*Eccles. v.*).

Amicus si apparuerit os triste, ne timeas (*Eccles. xxii.*)

Amicum salutare non confundaris, a facie illius non te abscondas: et si mala tibi obvenerint per illum, sustine (*Ibid.*).

Beatus qui invenit amicum verum (*Prov. xv.*)

Qui denudat arcana amici, perdit fidem, et non inveniet amicum ad animam suam (*Eccles. xxvii.*)

Denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ (*Ibid.*).

Cum amico tuo confirma verbum, et fideliter age cum illo, et omni tempore invenies quod tibi necessarium est (*Eccles. xxix.*)

Est amicus solo nomine amicus (*Eccles. xxxvii.*)

Non obliviscaris amici tui in animo tuo, et non immemor sis illius in operibus tuis (*Ibid.*).

Qui timet Dominum, habebit amicitiam bonam: quoniam secundum illum erit amicitia illius (*Eccles. vi.*)

Secundum virtutem tuam cave te a proximo tuo, et cum sapientibus tracta (*Eccles. ix.*)

Non credas inimico tuo in æternum (*Eccles. xii.*)

Sicut enim ærumentum æruginabit malitia illius (*Ibid.*).

In labiis suis indulcat inimicus, et in corde suo insidiatur, ut subvertat te in foveam (*Ibid.*).

In oculis tuis lacrymatur inimicus, et quasi adjuvans suffodiet plantas tuas.

Caput suum movebit, et multa susurrans commutabit vultu suum.

In oculis tuis lacrymatur inimicus, et si invenerit tempus, non satiabitur sanguine (*Eccles. xii.*)

Si incurrerint tibi mala, invenies illic inimicum tuum priorem (*Ibid.*).

Peccator turbabit amicum, et in medio pacem habentium immittit inimicitiam (*Eccles. xxviii.*)

Non statuas inimicum tuum penes te, nec sedeat ad dexteram tuam (*Eccles. xii.*)

AUGUSTINUS.

Malevolus vero animus contristatur, si ejus inimicus correptus evaserit.

HIERONYMUS.

In amicis enim non res quæritur, sed voluntas. Sanctus amor impatientiam non habet, falsus amor cito opprimitur.

Quos charitas jungit, terrarum longitudo non separat.

GREGORIUS.

Tunc enim veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus, opere adimplemus.

Qui enim inimicum gladio non potest persequi, persequatur oratione.

ISIDORUS.

Tunc vere amicus amatur, si non pro se, sed pro Deo ametur.

Qui enim intemperanter amicum amat, pro se magis illum, non pro Deo amat.

Sæpe per simulationem amicitia colligitur, ut qui non potuit aperte decipere, decipiat fraudulentè.

Tunc quisque magis sit pietati divinæque justitiæ **B** contrarius, cum despicit amicum aliqua adversitate percussus.

Unde enim adversa procedunt, amicus fraudulentus detegitur, statimque despicit quem se diligere simulavit.

Amicitia certa nulla vi excluditur, nullo tempore aboletur: ubicunque se verterit tempus, illa firmissima est.

Rari sunt amici, qui usque ad finem existant chari.

Quos enim aliqui conglutinatos charitate habuerunt, postquam ad culmen honoris venerint, amicos habere despiciunt.

Illam vera amicitia est, quæ nihil ex rebus amici quærit, nisi solam benevolentiam, scilicet, ut gratis amet amantem.

**C** Plerumque amicitia ex necessitate vel indigentia nascitur, ut sit per quem quisque quod desiderat, consequatur.

Ille autem veraciter amicitiam quærit, qui nihil agendo eam appetit.

Nam illa ex inopia brevis et fucata, ista pura atque perpetua.

Non sis levis in amicitia tua, retine semper eam in vinculo charitatis.

Qui amicum fidelem perdiderit, tunc sentit quid boni habuerit, postquam habere desierit.

Melius est inimicitias hominum infidelium subire perpetuas, quam Dei offensam amicitiiis noxiis provocare.

Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari.

**D** Non læteris super inimici interitum, ne superveniant in te similia.

Qui enim gaudet et inimici casu, cito incidit in illum.

#### CAPUT LXIV.

##### De consiliis.

##### EX ACTIS APOSTOLORUM.

Si est ex hominibus consilium aut opus, dissolvetur (*Act. v.*)

Si vero ex Deo est, non potest dissolvi (*Ibid.*).

SALOMON.

Consilium custodiet te, et prudentia servabit te (*Prov. ii.*)

Custodi legem atque iudicium, et erit vita animæ tuæ, gloria faucibus tuis (*Prov. ii.*)

Via stulti recta in oculis ejus (*Prov. xii*).

Qui autem sapiens est, audit consilia (*Ibid.*).

Qui ineunt pacis consilia, sequetur eos gaudium.

Qui autem agunt cuncta cum consilio, aguntur sapientia (*Prov. xiii*).

Astutus omnia agit cum consilio (*Ibid.*).

Dissipantur cogitationes ubi non est consilium (*Prov. xv*).

Ubi vero plures sunt consiliarii, confirmantur (*Ibid.*).

Cogitationes consiliis confirmantur, et gubernaculis tractanda sunt bella (*Prov. xx*).

Erit salus ubi multa consilia sunt (*Prov. xxiv*).

Sicut aqua profunda, sic consilium in ore viri, sed homo sapiens exhauriet illud (*Ibid.*).

JESUS SIRACH.

Multi pacifici sint tibi, consiliarius sit tibi unus de mille (*Eccles. vi*).

Cum fatuis ne consilium habeas (*Eccles. viii*).

Non enim poterunt diligere, nisi quæ ipsis placeant (*Ibid.*).

Coram extraneo ne facias consilium (*Ibid.*).

Non omni homini cor tuum manifestes, ne forte auferat tibi gratiam, et convicietur tibi (*Ibid.*).

Lingua sapientis quasi diluvium abundabit, et consilium ejus sicut fons vitæ est (*Eccles. xxi*).

Loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificii non dissolvitur, sic et cor confirmatum in cogitatione consilii (*Eccles. xxii*).

Facienti nequissimum consilium, super ipsum dissolvitur, et non agnoscet unde veniat illi (*Eccles. xxvii*).

Sine consilio nihil facias, et post factum non poenitebit (*Eccles. xxxii*).

A zelantibus te absconde consilium (*Eccles. xxxvii*).

Cum viro religioso tracta de sanctitate, et cum justo de justitia.

Cor bonum consilia statuet.

Ante omnem actum tuum consilium stabile sit.

GREGORIUS.

Consiliatorem animus inhabitat, qui dolens de presentibus ad æterna festinat.

ISIDORUS.

Ante factum cogita, ante tempus meditare diu, quid vis agere diu exquire, proba, et sic facies: cum diu cogitaveris, tunc fac quod probaveris.

BASILIVS.

In omni opere quod cogitas facere, primum cogita Deum, et si secundum Deum est quod cogitas, diligenter examina: et si est rectum coram Deo, perfice illud; si vero perversum fuerit, nec etiam incipe.

#### CAPUT LXV.

##### De defunctis.

CHRISTUS.

Stulte, hac nocte anima tua egredietur a te; quæ autem parasti, cujus erunt (*Luc. xii*)?

JOANNES.

Beati mortui, qui in Domino moriuntur (*Apoc. viii*).

A

PAULUS.

Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur (*Rom. xiv*).

Sive enim vivimus, Domino vivimus: sive morimur, Domino morimur (*Rom. viii*).

SALOMON.

Memoria justi cum laudibus, et nomen impiorum putrescit (*Prov. x*).

Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes (*Prov. i*).

JESUS SIRACH.

Mortuo non prohibeas gratiam (*Eccles. vii*).

Cum lugentibus ambula, non te pigeat visitare iustum (*Ibid.*).

Ex his enim in dilectione versaberis (*Ibid.*).

Noli de mortuo inimico gaudere, sciens quoniam

B omnes morituri sumus (*Eccles. viii*).

Omnis potentatus brevis vita: brevem languorem præcidit medicus (*Eccles. x*).

Sic et rex hodie est, et cras morietur (*Ibid.*).

Cum enim moritur homo, hæreditabit serpentes, et bestias et vermes (*Ibid.*).

Modicum plora super mortuum, quoniam requievit lux ejus. In tempore exitus tui distribue hæreditatem tuam (*Eccles. xxii et xxxiii*).

Fili, in mortuum produc lacrymas, et quasi dira passus incipe plorare (*Eccles. xxxviii*).

HIERONYMUS.

Qui in hoc tempore moritur, non tam plangendus est quod hæc luce caruerit, quam congratulandus est quod de tantis malis evaserit.

GREGORIUS.

Sicut electos beatitudo lætificat, ita credi necesse est, quia die exitus sui ignis reprobos exurat.

Tunc maligni spiritus egrediente anima, sua opera requirunt: tunc mala quæ suaserunt, replicant, ut secum eam ad tormenta trahant.

ISIDORUS.

Iniquus post mortem ducitur cruciandus, justus vero dormit post laborem securus.

Et si pietas pro defunctis fieri habeatur, fides tamen pro ipsis lugere vetat.

Illi enim deplorandi sunt in morte, quos miseros infernus ex hac vita recipit, non quos cælestis aula lætificans includit.

JOSEPHUS.

Nemo poterit recusare eventum quem vel casus intulerit, vel Dei voluntas signaverit.

#### CAPUT LXVI.

##### De Dei consilio.

CHRISTUS.

Non potest homo a se accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cælo (*Joan. iii*).

Non difficile salvare est Domino, vel in multis, vel in paucis (*I Reg. xiv*).

PAULUS.

Omnes enim peccaverunt et egent gloria Dei (*Rom. iii*).

Si Deus pro nobis, quis contra nos (*Rom. viii*)?

Igitur non volentis, neque currentis, sed est Dei **A** miserentis (*Rom. ix.*)

SALOMON.

Habe fiduciam in Domino Deo tuo (*Prov. iii.*)  
Ne paveas repentino terrore, ad irruentes tibi potentias impiorum (*Ibid.*).

Dominus erit in latere tuo, et custodiet pedem tuum ne capiaris (*Ibid.*).

Eruditus in verbo reperiet bona: et qui in Domino sperat, beatus est (*Prov. xvi.*)

HIERONYMUS.

Felices sunt quibus Deus spes est, et omne opus operatio.

Absque noticia Creatoris sui homo pecus est.

GREGORIUS.

Deus qui imperfectorum desideria dignatur inflammare, eos quandoque ad imperfectionem roborat.

ISIDORUS.

In omni opere tuo Dei auxilium posce.

JOSEPHUS.

Necesse est adesse divinum, ubi humanum cessat auxilium.

#### CAPUT LXVII.

*De senibus et juvenibus.*

CHRISTUS.

Sinite parvulos venire ad me, et ne prohibueritis eos. Talium est enim regnum cœlorum (*Matth. xix.*).

Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum (*Matth. xviii.*).

PAULUS.

Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem, juvenes ut fratres (*I Tim. v.*).

Juvenilia autem desideria fuge (*II Tim. ii.*).

Sectare vero justitiam (*Tim. ii.*).

Senes sobrii sint, pudici, prudentes: sani in fide, dilectione et patientia (*Ibid.*).

Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote, sensibus autem perfecti estote (*I Cor. iv.*).

SALOMON.

Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque numero annorum computata (*Sap. iv.*).

Canis sunt autem sensus hominis, et ætas senectutis vita immaculata placens Deo (*Ibid.*).

Adversio parvulorum interficiet eos (*Prov. i.*).

Intelligite parvuli astutiam, et insipientes animadvertite (*Prov. viii.*).

Relinquitte infantiam, et vivite, et ambulate per vias prudentiæ (*Prov. ix.*).

Ex studiis suis intelligit puer, si munda sunt et recta opera ejus.

Corona dignitatis senectus, quæ in viis justitiæ reperietur (*Prov. xvi.*).

Exsultatio juvenum fortitudo eorum, et dignitas senum canities (*Prov. xx.*).

JESUS SIRACH.

Quæ enim in juventute non congregasti, quomodo invenies ea in senectute?

Fili, a juventute excipe doctrinam, et usque ad

canos invenies sapientiam (*Eccles. vi.*).

Corona senum multa peritia, et gloria eorum timor Domini.

Fili, in vita tua tenta animam tuam: et si fuerit nequam, non des illi potestatem: non enim omnibus omnia expediunt (*Ibid.*).

GREGORIUS.

Quoadusque enim infirmi sumus, continere nos metipsum debemus, ne dum bona terrena, quæ citius ostendimus, amittamus.

BASILICUS.

In quibusdam te exhibe senem, in quibusdam infantem.

Perfectus enim dicitur, non qui in ætate, sed in sensu perfectus est.

Non tibi obest puerilis ætas, si fueris mente perfectus: nec semel proderit ætas, si fueris parvulus sensu.

#### CAPUT LXVIII.

*De contentione.*

PAULUS.

Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis (*I Cor. iii.*)?

Nolite verbis contendere, ad nihilum enim est utile, nisi ad subversionem audientium (*II Tim. ii.*).

Oportet hæreses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant in vobis (*I Cor. xi.*).

Hæreticum hominem post unam aut alteram correptionem devota (*Tit. iii.*).

SALOMON.

Inter superbos semper jurgia sunt, semper jurgia quærit malus (*Prov. xvii.*).

Angelus autem crudelis mittetur contra eum (*Ibid.*).

JESUS SIRACH.

Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius: nec cum bilingue, ut non struas in illius ignem ligna (*Eccles. viii.*).

#### EX LIBRO CLEMENTIS.

Hoc quæramus, quod libenter agere oportet.

Nam si exiguum hoc vite tempus permanens, occupemus inutilibus quæstionibus, inanes sine dubio et vacui pergemus ad Deum, ubi judicium operum nostrorum fiet.

GREGORIUS.

Omnes hæretici dum Deum defendere nituntur, offendunt.

Hæreticorum sacrificia accepta esse Deo nequeunt.

ISIDORUS.

In nulla causa contendas, quia contentio litem parat.

Contentio rixas gignit.

Contentio fauces odiorum accendit.

Contentio concordiam rumpit

Sicut instruere solet concordia, ita contentio destruit.

## CAPUT LXIX.

*De curiositate.*

CHRISTUS.

Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis  
(*Luc. III*).

Non stabit testis unus contra aliquem, quidquid  
illud peccati et facinoris fuerit (*Deut. XIX*).

Sed in ore duorum aut trium testium, stabit omne  
verbum (*Deut. XVII*).

SALOMON.

Qui autem investigator malorum est, opprimetur  
(*Prov. XI*).

JESUS SIRACH.

In supervacuis rebus noli scrutari sensum tuum  
multipliciter : non est tibi necessarium ea quæ sunt  
abscondita videre oculis tuis. De re ea quæ te non  
molestat, ne certaveris (*Eccles. III*).

AUGUSTINUS.

O quam irreprehensibiles esse poteramus, si tam  
diligenter nostra vitia caveremus, sicut scrutamur  
aliena.

Sed hinc est quod nostra obliviscimur, dum aliena  
scrutamur.

HIERONYMUS.

Qui proficere studet, non consideret quod malum  
alii faciant, sed quod bonum ille facere debeat.

Committere igitur caveat, qui reprehendere vult.

Sufficit nobis de presentibus hujus sæculi angu-  
stis cogitare.

Quid necesse est sensum ad incerta et futura exten-  
dere? quæ aut consequi non possumus, aut cito in-  
venta perdimus.

Qui ergo de futuris nos cogitare prohibuit, con-  
cessit curare de presentibus propter humanæ vitæ  
fragilitatem.

Sufficit nobis contra malitiam hujus sæculi præ-  
sens habere certamen.

AMBROSIIUS.

Tandiu enim quis peccata sua quæ cognoscit flere  
debet, quandiu curiose aliena considerat.

Quod si mores suos ad seipsum conversus aspiciat,  
non requirit quod in aliis ipse specialiter reprehendat,  
sed de seipso quod lugeat.

GREGORIUS.

Nos ergo tantum minus debemus aliena corda au-  
daciter reprehendere, quantum non possumus visu  
nostro alienæ cogitationis tenebras illustrare.

Nec profecto diluere aliena delicta valet, quem  
adhuc propria devastant.

ISIDORUS.

De malo alieno os tuum non coinquines.

Vitia tua, non aliena attende.

De tua igitur correctione esto sollicitus.

De tua igitur salute et emendatione esto attentus.

Quod ad te non pertinet, noli inquirere.

Quod inter se loquuntur homines, cognoscere nun-  
quam desideres.

Noli quærere quid quisque dicat vel faciat. Evita

A curiositatem, omitte curam quæ ad causam tuam  
non pertinet.

Curiositas periculosa præsumptio est.

Multi aliorum vitia discernunt, sua non aspiciunt :  
et cum ipsi maximis criminibus teneantur obnoxii,  
minima peccata fratribus non dimittunt.

Sæpe adversa in aliis indicamus, quæ in nobis no-  
civa esse minus sentimus.

Facilius vitia uniuscujusque quam virtutes inten-  
dimus.

Non quid boni quis gesserit agnoscere, sed quid  
mali gesserit perscrutamur.

Erit autem ille apud Deum condemnatus, qui ad-  
versus innocentem falsum testimonium vel dicit,  
vel dicentibus credit. Improbi iudices opponunt  
B falsos testes.

## CAPUT LXX.

*De mansuetis et timoratis.*

CHRISTUS.

Discite a me quia mitis sum et humilis corde  
(*Matth. V*).

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

PAULUS.

Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, om-  
nem ostendentes mansuetudinem ad omnes homi-  
nes (*Thess. V*).

SALOMON.

Illusores Dominus deridet, mansuetis dabit gra-  
tiam (*Prov. III*).

Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater  
est sua opera dissipantis (*Prov. XVIII*).

Cum enim sit timida nequitia, dat testimonium  
condemnationis (*Sap. XVII*).

Semper enim præsumit sæva turbata conscientia  
(*Ibid.*).

JESUS SIRACH.

Homo linguosus et temerarius in verbo suo odibili-  
lis est.

AUGUSTINUS.

Cum sint homines per iniquitatem, inferiores se  
putant omnibus hominibus.

Mansuetudo non ex voluntate, sed ex natura ho-  
minum venit.

D in mansuetudine opera tua perfice, et supra ho-  
minum gloriam diligeris.

Esto mansuetus ad intelligendum verbum, ut intel-  
ligas : et cum sapientia profer verum responsum.

Fili, in mansuetudine serva animam tuam, et da  
illi honorem secundum meritum suum.

HIERONYMUS.

Sicut enim civitas dirupta et non circumdata, sic  
est vir qui non cum consilio aliquid agit.

GREGORIUS.

In rectitudine justitia, in simplicitate mansuetudo  
figuratur.

Sæpe enim quisque nimis mansuetudini studens,  
subjectorum vitia aspicit, atque hæc per fervorem  
zeli corrigere negligit : quem in eis crudeliter non



corrigeno multiplicat, atque ut ejus lenitas sibi A  
sit noxia, et subjectis inimica.

ISIDORUS.

Ne quid ultra leniter agas, ne temere aliquid facias.

CYPRIANUS.

Docibilis autem ille est qui est ad discendam pa-  
tientiam humilis et mitis.

BASILIIUS.

Levitas cupit semper laudari, sicut navis jactatur  
absque gubernatore.

Sicut jactatur a fluctibus, ita et levis circumfer-  
tur instabilis per omnes actus suos.

EX VITIS PATRUM.

Mansuetum diligit Dominus, turbulentum autem  
repellit a se.

Sicut enim lucifer in cœlo, et sicut felix in para- B  
diso, sic in anima miti mens pura.

Quantum enim quisque in lenitate ac patientia  
cordis fuerit, tantum in cordis puritate proficiet.

EUSEBIUS.

Bestiarum feritas Dei virtute mansuescit.

Humana vero rabies nec ferarum mitescit exemplis.

JOSEPHUS.

Inconsulta temeritas nescit consilium expectare  
ducis.

## CAPUT LXXI.

*De rectoribus sive judicibus.*

CHRISTUS.

Nolite judicare, ut non judicemini (*Matth. vii*).

In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini C  
(*Ibid.*).

Et in qua mensura mensi fueritis, eadem remetetur  
vobis (*Ibid.*).

Nolite judicare secundum faciem, sed justum ju-  
diciam judicate (*Joan. vii*).

MOYSES.

Juste quod justum est, persequeris (*Deut. vi*).

PAULUS.

Non ergo amplius judicemus invicem, sed hoc ju-  
dicare magis, ne ponatis offendiculum fratribus vel  
scandalum (*Rom. xiv*).

SALOMON.

Justitia rectorum liberabit eos, et in insidiis suis  
capiuntur iniqui (*Prov. xi*).

Novit justus animas jumentorum suorum (*Prov. xii*).

In multitudine populi dignitas regis, et in pauci-  
tate plebis ignominia principis (*Prov. xiv*).

In hilaritate vultus regis vita, et clementia ejus  
quasi serotinus imber (*Prov. xxviii*).

Propter peccata terræ, multi principes ejus.

Aufer rubiginem de argento, et egredietur vas pu-  
rissimum (*Prov. xxv*).

Aufer impietatem de vultu regis, et firmabitur ju-  
stitia thronus ejus (*Ibid.*).

Dux indigens prudentia, multos opprimit per ca-  
lumniam (*Prov. xxviii*).

Rex justus erigit terram, et homo durus destruet  
eam (*Prov. xxix*).

JESUS SIRACH.

Judex sapiens judicabit populum suum, et civita-  
tes inhabitabuntur per sensus prudentum (*Eccles. x*).

Eximia dona excæcant oculos judicum (*Eccles. ii*).

Rectorem posui te dicit Dominus, noli extolli  
(*Eccles. xxxii*).

Esto in illis, quasi unus ex illis (*Ibid.*).

Regnum a gente ingentem transfertur, propter in-  
justitias, et injurias, et contumelias, et diversos do-  
los (*Eccles. x*).

Sedes ducum superborum destruxit Deus, et se-  
dere fecit mites pro illis (*Ibid.*).

HIERONYMUS.

Non lætificemur ad laudes humanas, nec vitupe-  
rationes eorum expavescamus.

Deo enim placere curantes, minas hominum pe-  
nitentis non timeamus.

GREGORIUS.

Non morientem quippe mortificat, qui justum  
damnat; et non victurum vivificare nititur, qui reum  
a supplicio solvere conatur.

ISIDORUS.

Qui recte judicat, et præmium inde remuneratio-  
nis expectat, fraudem in Domino perpetrat: quia  
justitiam, quam gratis impartiri debuit, acceptione  
pecuniæ vendit.

Omnia quippe primum quære, ut cum justitia  
desinas.

Nullum condemnes ante judicium.

Ante proba, et sic judica.

Non enim qui accusatur, sed qui convincitur,  
reus est.

## CAPUT LXXII.

*De simplicitate.*

CHRISTUS.

Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sic-  
ut columbæ (*Matth. x*).

MOYSES.

Homo delicatus et luxuriosus valde invidet fra-  
tri suo (*Deut. xxviii*).

PAULUS.

Bonum autem facientes non deficiamus, tempore  
autem suo metemus non deficientes (*Gal. vi*).

SALOMON.

Simplicitas justorum dirigit eos, et supplantatio  
perversorum vastabit illos (*Prov. xi*).

Justitia simplicis dirigit viam ejus, et in impietate  
sua corruet impius (*Ibid.*).

Innocens credit omni verbo.

Qui decipit justos in via mala, in interitu suo cor-  
ruet, et simplices possidebunt bona ejus (*Prov. viii*).

Viri sanguinum oderunt simplicem, justi autem  
quærunt animam ejus.

HIERONYMUS.

Sancta rusticitas sibi soli prodest, et quantum  
ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantum  
nocet si destruentibus veritatem non resistat.

In servo Dei non corporis cultus, sed animæ vigor

quæritur, qui carnis infirmitate sit fortior, nec rusticus, sed tantum simplex.

Multo melius est nobis imperfectis rusticitatem sanctam habere, quam eloquentiam peccatricem.

Venerationi habenda est, non verbosa, sed sancta rusticitas.

Fabrica spiritualis est fides firma in corde, galea salutis in capite.

Signum Christi in fronte.

Verbum veritatis in ore, bona in mente voluntas.

Dilectio Dei in pectore.

Præcincta castitas in ardore.

Honestas in actione.

Sobrietas in consuetudine.

Stabilitas in bonitate.

Patientia in tribulatione.

Spes in Creatore.

Amor vitæ æternæ.

Perseverantia usque in finem.

GREGORIUS.

Si nostra intentio apud Deum simplex fuerit, in ejus judicio nostra actio tenebrosa non erit.

Qui cauti esse per rectitudinem nesciunt, nequam innocentes persistere per simplicitatem possunt.

Sancta electorum Ecclesia simplicitatis suæ et rectitudinis vias custodit.

Oportet ut in zelo quo quis fervet, sit etiam temperans: ne si plus ferveat quam oportet, perdat justitiam, cujus servare moderamina ignorat.

Sæpe enim cum quis iracundiæ stimulis victus, contra delinquentes zelo ulciscendæ justitiæ plus quam necesse est inflammatur, justitiæ limitem in ultione transiens agit crudeliter quod se agere juste suspicatur.

ISIDORUS.

Sit in gressu tuo simplicitas, nihil lenitatis in gressu tuo appareat.

Animus enim in corporis habitu appareat.

Gestus corporis signum est mentis.

Corporis gestu animus proditur.

Incessus tuus alterum non offendat.

BASILIIUS.

Deus enim non verborum, sed cordis inspector est, et diligit eos qui in simplicitate cordis serviunt ei.

EUSEBIUS.

Ea quæ apud homines despecta sunt et in contemptu habentur, in magna gloria sunt apud Deum.

Charitas Dei, quæ fragilia sunt per naturam, per gratiam facit esse firmissima.

### CAPUT LXXIII.

De medicis.

CHRISTUS.

Non est opus sanis medico, sed male habentibus (Luc. 11).

Medice, cura teipsum prius (Luc. 14).

JESUS SIRACH.

Honora medicum propter necessitatem, etenim illum creavit Altissimus (Ecclesiasticus. xxxviii).

A Deo est omnis medela.

Disciplina medici exaltabit caput ipsius, et in conspectu magnorum collaudabitur (Ibid.).

Unguentarius faciens pigmenta suavitatis et unctio-nis confert sanitatem. (Ibid.)

Da locum medico, etenim illum creavit Dominus (Ibid.).

Et non discedat a te, quoniam opera ejus sunt necessaria (Ibid.).

Qui delinquit in conspectu ejus qui fecit illum, incidit in manus medici.

CYPRIANUS.

Aperendum vulnus est et secundum, et putraminibus amputatis, medela fortiore curandum.

Vociferetur et clamet, licet et conquærat æger B impatiens per dolorem; gratias agat postmodum, cum senserit sanitatem.

### CAPUT LXXIV.

De ligatione.

CHRISTUS.

Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis (Matth. xvi).

Non suscipies vocem mendacii, nec jungas manum tuam, et pro impio dicas falsum testimonium (Exod. xxiii).

GREGORIUS.

Quos omnipotens Deus suscitavit per compunctionis gratiam, illos pastoris sententia absolvat.

Illos nos debemus per pastorem auctoritatem solvere, quos auctorem nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam vivificare.

Sub magno moderamine pastores Ecclesiæ vel absolvere studeant, vel ligare.

Utrum juste an injuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est: ne hic qui subest, et cum injuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur.

Pastor ergo vel absolvere indiscrete timeat vel ligare.

Is autem qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel injuste, ne pastoris sui judicium temere reprehendat.

### CAPUT LXXV.

De exemplis.

CHRISTUS.

Super cathedram Moysi sederunt scribæ et Pharisei (Matth. xxiii).

Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, facite et servate: secundum vero opera eorum nolite facere (Ibid.).

Dicunt enim et non faciunt (Ibid.).

PAULUS.

Bonum autem æmulamini in bono semper (1 Tim. iv).

Exemplum esto fidelium, in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, ut profectus tuus manifestus sit omnibus.

In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum (Tit. ii).

SALOMON.

Homini bono in conspectu suo dabit Deus sapientiam, et scientiam, et lætitiã (Prov. 1).

HIERONYMUS.

Sicut assiduitas familiaritatem, ita familiaritas contemptum parit.

Melius est rem familiarem minui, quam animæ salutem perdere.

GREGORIUS.

Qui enim vitam suam ab aliis sciri refugiunt, sibi-metipsis accensi sunt, sed aliis in exemplo luminis non sunt.

Hi enim qui exempla virtutum prærogant, et lumen boni operis per vitam et verbum iterantibus demonstrant, jure lampades appellantur.

In exemplo culpa vehementer ostenditur, quando B pro reverentia ordinis peccator honoratur.

Ille igitur modis omnibus debet ad exemplum protrahi, qui cunctis passionibus carnis moriens jam spiritualiter vivit.

ISIDORUS.

Ne quisquam post lapsum pœnitendo desperet veniam, dum conspicit sanctorum reparationem fuisse etiam post ruinam.

Ob hanc utilitatem scribuntur sanctorum ruinæ et reparationes, ut spem faciant salutis humanæ.

Si apti fuimus imitari iniquos in malum, cur pigri sumus imitari justos in bonum?

## CAPUT LXXVI.

De discipulis.

CHRISTUS.

Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit si sit sicut magister ejus (Luc. vi).

PAULUS.

Sermo vester in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere (Coll. iv).

SALOMON.

Lætatur homo in sententia oris sui, et sermo opportunus est optimus (Prov. xv).

Ferrum ferro acuitur, et homo exacuet faciem amici sui.

JESUS SIRACH.

Si est tibi intellectus, responde proximo tuo (Eccles. v).

Sin autem sit manus tua super os tuum, ne capiaris verbo indisciplinato, et confundaris (Ibid.).

HIERONYMUS.

Cave ne ante magister sis quam discipulus, ante miles velis esse quam tiro.

Cave ne sine doctore ingrediaris viam quam nunquam ingressus es; et parte altera declinans, errorem patiaris, et plus ambules quam necesse est; et currens laxeris, aut moras faciens dormias.

Nulla ars absque magistro discitur.

Multo tempore discere quam doceas.

Ne credas laudatoribus tuis, imo irrisoribus aures ne accomodes.

Non appetas majora viribus tuis, quia melius est

A in humilioribus pergere, quam pendulo gradu in altioribus fluctuare.

Non erudit pater filium, nisi quem amat: nec corrigit magister discipulum, nisi eum quem ardentioris cernit ingenii.

Quicumque interrogat non voto discendi, sed studio redarguendi, per similitudinem Pharisæorum, non quasi discipulus, sed quasi tentator accedit.

Vir studiosus et sapiens, etiam si discere aliqui vult, magis docet dum prudenter interrogat.

Sunt aliqui qui nimia facilitate verborum per audaciam edisserunt aliis quod ipsi non intelligunt.

ISIDORUS.

De bono interrogatus, taceo: melius est enim reticere improbis quam respondere.

CYPRIANUS.

Ille melius docet qui quotidie crescit, et proficit discendo meliora.

Neque enim idoneus potest esse miles qui non exercitatus in campo prius fuerit.

Tunc enim demum sermo et ratio salutaris effluciter discitur, si patienter quod discitur, auditur.

Disciplina custos spei, receptaculum fidei, dux itineris salutaris, fomentum ac negotium bonæ indolis, magistra virtutis, facit in Christo manere semper, ac jugiter Deo vivere, ad promissa cœlestia et divina præmia pervenire.

EUSEBIUS.

Neque enim dignum est philosophum nominari eum qui de his quæ nescit publice protestatur.

C

## CAPUT LXXVII.

De tentatione ac martyrio.

CHRISTUS.

In hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subjiciuntur (Luc. x).

Gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in cœlis (Ibid.).

Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.

PETRUS.

Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus quasi leo rugiens circuit, quærens quem devoret (I Petr. v).

JACOBUS.

D Resistite autem diabolo, et fugiet a vobis (Jacob. iv).

PAULUS.

Arma militiæ nostræ, non carnalia, sed potentia Dei (II Cor. vi).

ORIGENES.

Qui bene exit de tentatione, et quem tentatio probabilem reddit, iste venit ad sanitatem judicii.

Si ergo videris persecutorem tuum nimium aliquando sævientem, scito quia ab ascensore suo dæmone perurgetur.

AUGUSTINUS.

Omnis homo qui alium in corpore persequitur, prius ipse in corde persecutionem sustinere cognoscitur.

Nam si etiam illi quem persequitur aliquid de A natura uniuscujusque attendit, et inde se applicat unde aptum hominem ad peccatum aspexerit.

Quia nemo habet injustum lucrum, sine justo damno.

Ubi lucrum, et ibi damnum.

Lucrum in arca, damnum in conscientia.

Tollit vestem, perdit fidem.

Acquirat pecuniam, et perdit justitiam,

HIERONYMUS.

Nihil eo fortius quam qui vincit diabolum, nihil intolerabilius quam qui carnem superat.

Si astra cœli non sunt munda in conspectu Domini, quanto magis homines, quorum vita tentatio est?

Diaboli sagittæ jejuniorum et vigiliarum fragore restringendæ sunt.

Grandis ergo virtutis est, et sollicitæ diligentæ, B superare quod natus sis in carne et non carnaliter vivere.

Non solum effusio sanguinis in confessione reputatur, sed devotæ mentis immaculata servitus quotidianum martyrium est.

Hostis callidus tarda ad mortem supplicia conquirit, animas cupit jugulare, non corpora.

Non timeamus malorum persecutorum sævitiam, et blasphemantium rabiem, quia veniet dies iudicii, in quo nostra virtus coronabitur, et eorum sævitia punietur.

GREGORIUS.

Cum vero malorum perversitas crescit, non solum frangi prædicatio non debet, sed etiam augeri.

Hæc auget divina misericordia, ut ex una eademque re, ex qua carnalibus dat flagellum ex ea spiritualibus virtutibus præstet incrementum.

Quasi ergo lupus gregem dissipat, cum fidelem populum diabolus per tentationem vocat.

Quamvis occasio persecutionis deest, habet tamen et pax nostra martyrium suum: quia etsi carnis colla ferro non subdimus, spirituali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus.

ISIDORUS.

Quamvis diabolus tentationem justis semper inferre cupiat, tamen si a Deo potestatem non accipiat, nullatenus adipisci potest quod petit.

Non alibi diabolus concupiscentiæ fomenta succendit, nisi ubi prius prævæ cogitationis delectationem aspexerit, quam si a nobis spernimus, sine dubio ille confusus abscedit a nobis.

Tunc enim bene de se judicant sancti, quando eos Deus fallacia dæmonum tentamenta facit intelligere.

In oculis carnalium diabolus terribilis est.

In oculis electorum terror ejus vilis est.

Diabolus enim serpens est lubricus, cuius si capiti, id est primæ suggestioni, non resistitur, totus in interna cordis, dum non sentitur, illabitur.

Tunc contra eum quem possidet diabolus acrius sævit, quando se virtute divina ab eo expellendum agnoscit.

Diabolus quando vult decipere quemquam prius

naturam uniuscujusque attendit, et inde se applicat unde aptum hominem ad peccatum aspexerit.

Nunquam enim diabolus adversus hominem justum pugnare cessat.

Aut enim tribulationes cordis illi exagitat, aut dolorem corporis suscitatur.

Quælibet enim adversa justus patitur, ex Dei utique permissu patitur.

Quod si hoc ipsum humiliter ad Dei gloriam fuerat, iste non separatur a Deo, sed conjungitur.

Ibi peccamus ubi cupiditatem ad voluntatem deflectimus.

Quos enim vigilantes immundi spiritus vitis tentant nec superant, acriter dormientes impugnant.

Sæpe enim ea in quibus cogitationum nostrarum sensum porrigimus, quodam mentis excessu revelantur dum requiescimus.

Qui nocturna illusionem polluitur, quamvis extra memoriam turpium cogitationum sese persentit inquinatum; tamen hoc ut tentaretur, culpæ suæ tribuat, statimque suam immunditiam fletibus tergat.

Facile vincimus hostem quem videmus: quem autem non videmus, difficile a nobis expellimus.

Unusquisque ad tentationem animum præparare debet.

Tentari autem justum oportet, sed tentatione plagæ, non tentatione luxuriæ.

Tentatio arguit te, et non te interficit.

Qui non est tentatus, quid scit?

Vir in multis expertus cogitat multa.

Qui multa didicit, enarrabit intellectum: et qui non est expertus, pauca recognoscit.

CYPRIANUS.

Quantoque major fuerit persecutionis injuria, tanto justior fiet et gravior persecutionis vindicta.

Nullus his dolor est de incursione malorum presentium, quibus fiducia est futurorum bonorum.

Neque enim licere tantum inimico potest, ut non, qui Deum toto corde, et anima, et virtute diligimus, beatitudinem ejus et laudes semper et ubique cum gloria prædicemus.

EX VITIS PATRUM.

Sicut enim aurum et argentum probat ignis, sic cor monachi tentatio.

Ubi crux Christi superinducitur, non prævalet malitia diaboli.

EUSEBIUS.

Nihil terribile est ubi diligitur Christus, nihil doloris est ubi fides Christi est.

Melior est qui nos defendit, quam qui persequitur.

## CAPUT LXXVIII.

### De verbis otiosis.

CHRISTUS.

Dico autem vobis quia ex omni verbo otioso quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii (*Matth. XII*).

Unusquisque enim ex verbis suis justificabitur, aut ex verbis suis condemnabitur (*Ibid.*).

PAULUS.

Nemo vos seducat inanibus verbis (*1 Tim. iv*).  
Ineptas autem et inanes fabulas devita (*Prov. xi*).

SALOMON.

Propter peccata labiorum, ruina proximat malo.

HIERONYMUS.

Mens Christo dedita, sic cavet minora quomodo  
et majora, sciens etiam pro verbo otioso reddendam  
esse rationem.

GREGORIUS.

Otiolum quippe verbum est, quod aut utilitate  
rectitudinis, aut ratione justæ necessitatis caret.

Sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita in-  
discretum silentium hos quos erudire poterat in er-  
rore derelinquit.

BILORUS.

Claude aures tuas, ne audiant malum.

Fuge incauta verba.

Vanus sermo cito polluet mentem.

Facile agitur quod libenter auditur.

Nihil ex ore tuo quod impedire possit, procedat.

Nihil quod non expedit, sonus vocis prorumpat,  
hoc procedat ex labiis quod aures non polluat au-  
dientis.

Sermo vanus vanæ conscientie index est.

Qualis sermo ostenditur, talis et animus compro-  
batur.

Retice verbum quod non ædificat. Auris quæ otiosa  
verba non reprimit, ad noxia cito transit.

Paulatim crescunt vitia, et dum parva non cave-  
mus, in magna prolabimur.

In loquendo et in tacendo peritus esto.

Disce quid loquaris, quid taceas: lingua tua non  
te perdat.

Oppone lingue tuæ claustra silentii.

## CAPUT LXXIX.

De brevitate hujus vite.

CHRISTUS.

Qui manducat me, et ipse vivet propter me  
(*Jean. vi*).

JACOBUS.

Quæ enim est vita nostra? Vapor est ad medicum  
parens (*Jacob. iv*).

PAULUS.

Id enim quod in presenti est, momentaneum est. **D**

SALOMON.

Ne gloriaris in crastinum, ignorans quid superven-  
tura pariat dies (*Prov. xvii*).

Vita ducis longior erit (*Prov. xxvii*).

Tempus nascendi, et tempus moriendi (*Eccles. iii*).

Nemo est qui semper vivat, et qui hujus rei ha-  
beat fiduciam (*Eccles. ix*).

AUGUSTINUS.

Omnis malus aut ideo vivit ut corrigatur, aut ideo  
vivit ut per illum bonus exerceatur.

HIERONYMUS.

Humane vite brevitatis damnatio delictorum est.

Brevis est hujus vite felicitas, modica est hujus  
 sæculi gloria.

PATROL. LXXXVIII.

**A** Caduca est et fragilis temporalis potentia.

Die ubi sunt reges? ubi imperatores? ubi princi-  
pes? ubi locupletes rerum? ubi potentes sæculi?

Certe quasi umbra transierunt, et velut somnium  
evanuerunt.

Quærentur et non sunt.

Divitias usque ad periculum ducunt.

Multi propter opes periclitantur, multis propter  
opes mors occurrit.

Toto ergo animo et odi et damna quod diligit  
mundus.

Esto mortuus mundo, et mundus tibi.

Contemne vivens quæ post mortem habere non  
potes.

ISIDORUS.

**B** Tantum enim in hac vita est licitum operari  
bonum.

Illic namque non jam operatio expectatur, sed  
retributio meritorum.

Qui vite presentis longitudinem non de suo spa-  
tio, sed ejus sine considerat, quam sit misera et bre-  
vis, satis utiliter pensat.

Tela enim consummatur filis, et vita hominis extol-  
litur diebus singulis.

Si longam vitam quæris, ad eam tende vitam pro  
qua Christianus es, id est æternam.

Hæc est enim vita immortalis, nam ista vita mor-  
talis est.

Mori oportet hominem in carne mundo, ne moria-  
tur in anima Christo.

**C** Tunc quisque vivere creditur, si secundum sæcu-  
lum moriens, in solo Deo vivere delectetur.

De mora vite istius tedium patitur justus, eo quod  
ad desideratam patriam tarde perveniat.

Sollicite debet unusquisque vivere, semper termi-  
num vite sue considerare, ut hujus sæculi blan-  
ditias caveat.

Venturi exitus ignorantia incerta est: et dum  
mori quisque non æstimat, tollitur.

Unde festinet unusquisque, ne iniquitatibus suis  
rapiatur, simulque vita finiatur cum culpa.

Diabolus quos viventes incendit ad vitia, subito  
morientes pertrahere nititur ad tormenta.

Quamvis enim quisque in hac vita sit justus,  
tamen dum de corpore isto egreditur, pertinescat  
ne dignus supplicio sit.

Nullus est enim homo sine peccato: nec quis-  
quam potest de Dei esse securus judicio, cum et de  
otiosis verbis reddenda sit ratio.

Finem justorum optimum vocatio tranquilla com-  
mendat, ut ex eo intelligantur sanctorum habere  
consortium angelorum, ex quo ab hoc corpore sine  
vexatione dura tolluntur.

Nihil est diu, nihil est longum, quod non in  
brevis finiatur.

Impossibile est ut homo sis, et non gustes an-  
gustias.

Nemo est qui in hoc sæculo non doleat.

Nullus est qui in hac vita positus non suspirat.

Malis omnia plena sunt.

CYPRIANUS.

Hæc tempora terrena jam computat qui æternitatem de Deo sperat.

CAPUT LXXX.

De lectione.

CHRISTUS.

Qui legit, intelligat (*Math. xxiv*).

Omnis autem cui multum est datum, multum quaeretur ab eo (*Luc. xxi*).

PAULUS.

Attende lectioni et exhortationi doctrinæ; noli negligere gratiam quæ in te est (*I Tim. iv*).

Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est (*II Tim. iii*).

Verbum Christi habitet in vobis abundanter (*Coloss. iii*).

JACOBUS.

Scienti igitur bonum, et non facienti, peccatum est illi (*Jacob. iv*).

SALOMON.

Post industriam sequitur sapientia (*Eccles. i*).

AUGUSTINUS.

Nutri animam tuam lectionibus divinis, parabit enim tibi mensam spiritualem.

HIERONYMUS.

Qui assidue instat lectioni, in præsentem quidem laborat, sed postea gratulabitur, cum cœperit.

De amaribus seminibus litterarum dulces fructus cape.

Prudens lector cavet semper superstitiosam intelligentiam ut non ad suum sensum attemperet Scripturas, sed Scripturæ jungat sensum suum, ut intelligat quid sequatur.

Illam studeamus dicere in terris, quorum nobis notitia perseveret in cœlis.

Beatus est qui, divinas Scripturas legens, verba vertit in opera, et nudam crucem nudus sequitur puris manibus et pedibus, et candido pectore pauperem se spiritu et operibus gloriatur.

GREGORIUS.

Scire etenim cuiquam quod non potest facere, poena magis quam virtus est.

Quanto enim quis in Scriptura sacra proficit, tanto hæc eadem Scriptura proficit apud ipsum.

Tantum in sacro eloquio profectum invenies, quantum apud illud ipse profeceris.

ISIDORUS.

Qui vult cum Deo semper esse, frequenter debet orare, et frequenter legere.

Nam cum oramus, ipsi cum Deo loquimur.

Cum vero legimus, Deus nobiscum loquitur.

Omnis profectus ex lectione et meditatione procedit.

Quæ enim nescimus, lectione discimus.

Quæ autem discimus, meditationibus conservamus.

Geminum confert donum lectio sanctarum Scripturarum, quod intellectum mentis erudit, et quod

A a mundi vanitatibus abstractum hominem ad amorem Dei perducit.

Tanto una spes mortalitatis huius nobis vilescit, quanto amplius legendo, spes æterna claruerit.

Lector strenuus potius ad implendum quæ legit, quam ad sciendum promptissimus esto.

Minor enim poena est nescire quid appetas, quam ea quæ noveris non implere.

Sicut enim legendo scire concupiscimus, sic sciendo recta quæ didicimus, implere debemus.

Nemo potest sensum Scripturæ sacræ cognoscere, nisi legendi familiaritate.

Quantum quisque magis in sacris eloquiis assiduus fuerit, tantum ex eis uberiorem intelligentiam capit.

Quanto amplius in quamlibet artem homo conscendit, tanto magis ad hominem ars ipsa descendit.

Cuidam habent intelligentiæ ingenium, sed negligunt lectionis studium; et quod legendo scire possunt, negligendo contemnunt.

Quamvis sensus habitudo sit frequens, tamen lectio intellectum adhibet.

Sicut qui tardus est ad capiendum, pro intentione tamen boni studii, præmium percipit: ita qui præstitum sibi a Deo ingenium intelligentiæ negligit, condemnatione reus existit, quia donum quod accipit, despicit et per desidiam derelinquit.

Quidam Dei iudicii donum scientiæ quod negligerunt, accipiunt, ut durtus de rebus creditis puniantur.

Tardiores autem ideo quod scire cupiunt difficulter C inveniunt ut pro maximo exercitio laboris maximum præmium habeant retributionis.

Donum sine adjuvante Dei gratia quamvis infundatur auribus, ad cor nunquam descendit.

Plerique in cacumine intelligentiæ vivaces existunt, sed loquendi inopia angustiantur.

Quidam vero in utraque pollent.

Plerique scientia accepta Scripturarum, non ad Dei gloriam, sed ad suam laudem utuntur, dum ex ipsa scientia extolluntur, et ibi peccant ubi peccata mundare debeverunt.

Semper enim superbi legunt, et nunquam inveniunt.

Divinæ legis penetrabilia, humilibus et bene ad Deum intendentibus patent: pravis autem atque D superbis clauduntur.

Quamvis divina eloquia in lectione arrogantibus aperta sint, in mysterio tamen clausa atque occulta sunt.

Sermo Dei fidelibus lux est, reprobis autem ac superbis quodam modo tenebrescit: et unde illi illuminantur, inde isti cæcantur.

Nequaquam legem intelligit, qui carnaliter verba legis percurrit; sed is qui eam sensu interioris intelligentiæ percepit.

Qui litteram legis attendunt, ejus occulta penetrare non possunt.

Ideo prohibetur Christianis fragmenta poetarum legere, quia per oblectamenta inanium fabularum, mentem excitant ad incentiva libelinum.

Idem libri sancti simplici sermone scripti sunt, ut non in sapientia verbi, sed in ostensione spiritus homines ad fidem perducerentur.

In lectione non verba, sed veritas est amanda.

Cum sit utilis ad instruendum lectio, adhibita tamen collatione majorem intelligentiam præbet.

Melius est enim conferre quam legere.

Quod enim obscurum est aut dubium, conferendo cito perspicitur.

Sicut instruere solet collatio, ita contentio destruit.

Cum opere vaca lectioni, lectio enim docet quid caveas.

Lectio ostendet quid attendas.

Multum prolucis cum legis, si tamen facias quod legis.

Vide ne quod perspicis, vivendo contemnas.

BASILIIUS.

Sicut enim in carnalibus escis alitur caro, ita ex divinis lectionibus interior homo nutritur ac pascitur.

ANNO SÆCULI VII INCERTO.

# EVANTIUS

ABBAS.

## NOTITIA HISTORICA IN EVANTIUM ABBATEM.

(Hist. Muér. de la France, tom. III.)

On a déjà parlé de l'écrit, qui donne occasion à cet article. C'est une lettre dogmatique sous le nom d'Evance, abbé, contre certaines personnes qui soutenaient qu'en ne doit point manger du sang des animaux, parce qu'il est impur, quoiqu'elles regardassent autrement leur chair, et qu'elles en mangeassent sans scrupule. Cette erreur était particulièrement répandue en Espagne, aux environs de Saragosse, comme le porte la lettre. On a vu que presque tous nos critiques l'attribuent à Evance, évêque de Vienne, mort en 586. Mais c'est ce qui ne se peut soutenir, comme on l'a observé en passant. On y cite en effet le Pastoral de S. Grégoire, pape, à qui l'on donne la qualité de saint, qui suppose qu'il n'était plus au monde (a), circonstances qui ne peuvent convenir au temps d'Evance de Vienne.

Le cardinal d'Aguirre qui rejette ce sentiment avec raison, en établit un autre qui tend à donner cette lettre à Evance, archidiacre de Tolède, homme de lettres, qui florissait vers l'an 630 (b). Il faut avouer que cette circonstance, et celle qui regarde les personnes pour qui la lettre fut écrite, favorisent beaucoup le sentiment de ce docte cardinal. Mais il se trouvera toujours combattu par le titre de la lettre même, qui, suivant les manuscrits sur lesquels elle a été imprimée, l'attribue non à un archidiacre, mais à un abbé.

C'est ce qui a porté Dom Mabillon à croire que

B l'auteur de cette lettre n'est autre qu'Evance, abbé de Troclar au diocèse d'Albi, célèbre dans la Vie de sainte Sigolène, abbesse au même endroit, où il y avait un monastère double, l'un pour des moines, l'autre pour des vierges (c). Tout concourt à affermir cette opinion, déjà autorisée par le titre de la lettre. Evance, abbé de Troclar, vivait à la fin du VII<sup>e</sup> siècle, temps auquel elle appartient; il était à portée d'avoir des relations du côté de Saragosse, puisque l'Albigeois, où il faisait sa résidence, se trouvait dans le voisinage des provinces des Gaules soumises aux Visigoths d'Espagne jusqu'à Charles Martel; enfin il paraît qu'on cultivait les lettres dans son monastère, puisqu'un moine de la maison écrivit peu après la Vie de sainte Sigolène.

C L'écrit en question a été d'abord mis au jour sur un manuscrit de saint Gal, dans le cinquième volume du recueil de Canisius. De là il est passé dans la Bibliothèque des Pères, et enfin dans la collection des Conciles d'Espagne par le cardinal d'Aguirre (d). L'auteur s'y montre parfaitement instruit de l'Écriture sainte, et fort versé dans la lecture des Pères de l'Église. Il y prouve fort bien qu'on peut sans nul scrupule manger du sang des animaux, comme l'on mange de leur chair, et qu'en user autrement ce serait introduire une espèce de judaïsme dans la religion chrétienne.

(a) Mab. Act. B. t. II, p. 540, n. 4.

(b) Conc. Hisp. t. III, p. 83, 87.

(c) Mab. ibid., p. 540, n. 4; 545, n. 16; An. l.

XVIII, n. 42.

(d) Canis. t. V, p. 555, 557; Bib. PP., t. XI, p. 1092, 1093; Conc. Hisp., ib., p. 87, 88.

## ALIA NOTITIA IN EVANTIUM ABBATEM.

(Galland. Bibl. Patr. tom. XII.)

Distinguendum esse Evantium sive Evantum nostrum ab Evantio Viennensi, qui obiit anno 586, probe animadvertunt Basnagius et Fabricius. Scripsit enim epistolam contra eos qui Cæsaraugustæ aiebant sanguinem animalium esse immundum. In ea porro laudat librum Regulae Pastoralis S. Gregorii. Quare ab Evantio Viennen i omnino est distinguendus, qui ante editum illum librum diem supremam obierat.

A Erravit igitur in hac parte Cavæus (*ad ann. 581*). Cardinalis Aguirrius (*Conc. Hisp. t. III*) nititur demonstrare Evantium hunc nostrum fuisse archidiaconum Toletanum. Hispanum certe fuisse constat ex ipsa epistola. De eo non plura apud scriptores invenies. Nec tamen ab re affirmaveris eum ob oculos præsertim habuisse Pirminium abbatem, ut constabit ex iis quæ in illo infra dicentur.

## EVANTII ABBATIS EPISTOLA,

*Contra eos qui sanguinem animalium immundum esse judicant, et carnem mundam esse dicunt.*

Quia se præbuit occasio opportuna, ideo hanc exiguitatis meæ paginulam vestris obtulibus perferendam mea curavit destinare. Misera; per quam et salutis munia impensius pando, et me sacris vestris orationibus tuendum committo. His a explosis, ad agnitionem nostram venit, quod exsurgentes in quibusdam Cæsaraugustæ partibus reperisse vos adseritis Christianos, nec dum eruditos paginibus sacris, Judaico more sequi litteram occidentem, et postponere spiritum villificantem: qui dicunt immundum fieri hominem alicujus animalis sanguinem comedentem, nescientes, neque intelligentes præcepta prisca magis mores hominum demonstrare, quam in natura servare. Nam si ista ita sunt, cur aperta fronte cum Judæis et alia quæ vetita sunt præcepta prisce legis carnaliter non teneant, nescio. Quid carnes suillæ vel cuniculinas non abjiciunt, qui piscium carnes pinnulis carentium non reprobant, qui vetera sacrificia non immolant, qui uxorem fratris sine filii morientem ad suscitandum semen ejus non accipiunt, aut ad sacerdotium debiles corpore, aut aliqua macula corporis laborantem, qui tamen animo digni videntur accedere, non repudiant, qui paxillos in balteis non gestant, ut egesta humo operiant; cur avem cum pullis inventam, si possunt, tenent, et non, sicut præceptum est, tenentes pullos, matrem sinunt abire? Cur etiam otium Sabbati cum Judæis non sectant, et novam gratiam Evangelii absterso rubore Christianitatis non abjiciant? Nam in Christi nomine frontis et fidei Christianæ affecti, et sanguinem comedendum Christianos aperte docemus, et a sanguinis opera declinare omnes hortamur. Carnes suillas edere concedimus, et a volutabro vitiorum recedere omnibus modis optamus. Pisces pinnulis carentes manducare permittimus; et tamen ad cœ-

Blestia quasi alas habentes convolare fideles omnes optamus. Sacerdotibus corpore debilibus, vel maculam corporis habentibus liber Pastoralis S. Gregorii legatur, quia nobis longum est plurima enodare. Paxillo egesta humo operire est, cum mala perpetrata bonis operibus insudando fœtores carnalium voluptatum opprimimus, de quibus scripsum est: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata* (Psal. xxxi, 1). Matrem cum pullis inventam abire sinimus, et pullos tenemus, cum testimonia ex lege excerpta ad refutandos Judæos atque hæreticos tenemus, et legi carnaliter non servimus. Otium Sabbati negligimus, quia propter illam futuram requiem, quam istud Sabbatum figurat, ut ad illam perveniamus, legem Domini spiritualiter intelligendo deestamus. Quod si forte obijciunt, ista in canonibus haberi; nec ego me ista fateor ignorare; sed in antiquis canonibus ista reperiuntur, quando Ecclesia ex circumscriptione et præputio ad fidem congregabatur; quando adhuc non solido cibo, sed læte nutriebatur. Tale quid ad Corinthios apostolos dixisse neverint, et in Actibus Apostolorum facta invenient. Nunc vero Ecclesia Dei solido cibo fide reborata consistit, ut viriliter contra impetus hæreticorum pugnet, non in infantium mollitie enervata succumbat.

Ne tamen epistolaris consuetudo in longinquas periodos pertracta leporibus lepulis fastidium nutriat; veniant ad illud, quod Apostolus ait: *Omnis munda mundis. Coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum* (Tit. 1, 15). Et in alio loco idem apostolus ait: *Omnis creatura Dei bona, et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur* (1. Tim. iv, 4). Et Salvator in Evangelio ait: *Nihil est introiens in hominem, quod possit coinquinare eum; quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit,*

<sup>a</sup> Forte expletis.

<sup>b</sup> Ms., portantem.

<sup>c</sup> Ms., sacerdotibus c. debilibus. — Forte leg. d sacerdotibus corp. debilibus. EDIT.



et in accessum emittitur, nec hæc coincidunt hominem, sed quæ de corde procedunt: de corde enim procedunt adulteria, homicidia et his similia (Matth. xv, 17-19). Nam quod Apostoli primitivæ Ecclesiæ a fornicatione, et a suffocato, et a sanguine abstinere præceperunt (Act. xv, 19), hæc exstitit causa: tunc ex circumcissione, et gentibus credentes congregabantur, ne propter discretionem ciborum a se invicem scinderentur: ideo lacte nutriebantur, non solido cibo. Quibus et postea scribebat, dicens: *Non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam parvulis in Christo: lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis; sed nec adhuc quidem potestis, adhuc enim estis carnales* (I Cor. iii, 1, 2). Nam si ubicunque sanguinem legunt prohibitum et hoc ad litteram intelligunt et nihil spiritaliter hoc dictum putant, quid est quod propheta dicit: *Speculatorem dedi te domui Israel. Si non annuntiaveris impio, ut se custodiat ab iniquitate sua, ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem ejus de manu tua requiram* (Ezech. iii, 17, 18)? Quis est iste sanguis, nisi opera sanguinis? Quid est in peccato, ubi dicit: *Libera me de viris sanguinum* (Psal. lvm, 3), nisi ab operibus iniquitatis? Et quid est, quod alius propheta dicit: *Sanguis sanguinem tetigit: propter hoc lugebit terra, et infirmabitur omnis qui habitat in ea* (Osee iv, 2, 3).

Quod tria ista præcepta ex libro Actuum Apostolorum tenere gloriantur, id est, abstinere a suffocato, et sanguine, vel fornicatione; confiteantur, si primum et secundum cum tertio implent, id est, si non fornicantur, si aucupam ministeriis non utuntur, si audiunt Apostolum dicentem: *Qui habent uxores, tanquam non habentes sint: si obediunt præcepto*

*a Mæ., et caelestia jussa agere enerviter perhorrescunt.*

A ejus, ubi ait, *Bonum est non manducare carnem, et non bibere vinum: si consentiant, quod eis præcipit, Imitatores mei estote; sicut et ego Christi: si faciunt quod idem apostolus dicit: Castigo corpus meum, et in servitatem redigo, ne forte aliis prædicans, ipse reprobos inveniar: si faciunt quod intonat: Exhibete vos sicut Dei ministros, in multa patientia, in castitate, in vigiliis, in jejuniis, et his similia, unde peccatum non incurrant, sed cum gratiarum actione, quæ Deus bona creavit, sumerent. Quasi enim apostolis obedientes a duobus abstinent, a suffocato, et sanguine, et tertium præceptum quod gravius peccatum est, dissimulantes abjiciunt, et negligunt a caelestia jussa, et cæremonias enormiter perhorrescunt. Talibus Salvator in Evangelio dicit: *Vae vobis hypocritæ; qui decimalis mentam, et anetum, et cyminum; et ea, quæ legis sunt graviora omittitis* (Matth. xxiii, 23). Quid multa? Legant libros Doctorum, et maxime sancti Augustini contra Faustum Manichæum, in quo ista, quæ isti evacuant, et faciebant et dicebant, et secum illos victos erubescant. Nam et librum sancti Hieronymi contra Donatianum legant, et salutem suam ibi reperient. Nam ridiculum est carnes mundas, quas Deus creavit, usque ad nauseam devorare, et sanguinem illarum carniū, quasi immundum respuere: quasi Deus carnem creaverit mundam, et sanguinem carniū, qui utique nutrimentum et salus carnis est, fecerit immundum. Alia scribere debui, sed cui modica utilia non sufficiant, nec plurima proderunt. Absit a fidelium cordibus, ut ista carnaliter intelligentes, a sinu matris Ecclesiæ discedant, et se cum taliter credentibus gehennæ ignibus tradant.*

ANNO SÆCULI VIII INCERTO.

# S. ARCULFUS

ET

## S. ADAMANUS.

### NOTITIA HISTORICA IN S. ARCULFUM.

(Cave, Hist. litt. p. 392.)

Arculfus, urbis cujusdam in Gallia episcopus, claruit 690. Suscepto, religionis causa, in Orientem itinere, ac illustratis locis sanctis, Damascum quoque, Constantinopolim, Alexandriam aliaque loca adiit, ac demum in Galliam rediens, vi tempestatis in occidentalia Britanniae littora delatus, et ab Adamano abbate Hyensi hospitio benigne exceptus est. Ab il-

lius ore exceptam peregrinationis hujusce historiam et locorum sanctorum descriptionem litteris consignavit Adamanus, rem voluminibus tribus complexus. Exstant hi libri *De situ terræ sanctæ* inscripti, a Serulario editi Ingolstadt 1619, dein le a Mabillonio sæc. Bened. iii, parte ii, p. 502.

## NOTITIA HISTORICA IN S. ADAMANUM.

(Fabric. Bibl. med. et inf. ætatis.)

Adamanus, sive Adamnanus, Benedictinus abbas A in Insula Hyensi (Ilu sive Iley), vicina Scotiæ, octogenario propior defunctus A. C. 704, 1x Kal. Octobr. Ejus *Libri tres de vita S. Columbæ* cum notis Francisci Baertii exstant in Actis Sanctorum 9 Junii tomus II pag. 197 seq., ut Canisii, Surii, Mabillonii sicc. 1 Bened., Stephani Vici in Triade Sanctorum Hiberniæ, Thomæ Messingani in Florilegio Hiberniæ Sanctorum, Benedicti Gononi in Vitis Patrum Occidentis (Lugduni 1625, fol. p. 420) aliasque editiones omittam. Prologum et epitogum ad Columbæ Vitam vulgavit Usserius in Epistolaram Hibernicarum Sylloge, p. 42, una cum adjuratione ab Ibrarios. Prologum ad *Libros tres de Locis Sanctæ Terræ* ex ore dictantis Arculfii episcopi, gente Galli, ex Palestina redueis, accepto; edidit Labbeus tom. I Bibl. novæ B

Ms. p. 667. Libros ipsos, post Jacobum Gretserum (Ingolstadt, 1619, in-4°), Joannes Mabillonius sæc. III Bened. parte II, p. 502. Laudat Beda v, 16 de Gestis Anglorum et in Marci xv, 46, et ad calcem libelli de Locis Sanctis tom. III, p. 371, ubi Arculfii et Adamani vestigia legisse se non distitetur. De *legitimo Paschatis tempore* num scripserit, et *Cunones* in litteras miserit, ex Bedæ v, 16, de Gestis Anglorum non adeo firmiter colligitur, nec ex loco Matthæi Monasteriensis ad A. C. 701, quam adduxit Vossius p. 272 de Historicis Latinis. Tertiam syllabam in nomine Adamani corripit Alcuinus in his verbis, qui ad pag. 1756 ejus operum leguntur :

Patricius, Chæranus, Scotorum gloria gentis,  
Atque Columbanus, Coogalms. Adamannus, atque  
Præclari Patres, morum vitæque magistri.  
Hic pietas precibus horum nos adjuvet omnes.

## JACOBI BASNAGII OBSERVATIO IN S. ADAMANUM.

Quamvis hic multa de Adamnana subjiciantur, aliqua tamen supersunt observanda. Primo genuinum esse illius nomen *Adamnanus* : sibi ipsi notissimum esse debuit Adamannus ; at sæpius se ipsum Adamnanum vocat hoc in opusculo. 2º Distinguendam esse ab alio Adamnana, qui vixit monachus in cœnobio Coludiensi. De priori Beda libro v, c. 16 ; de posteriori libro iv, c. 19. Hic fuit qui nihil unquam cibi vel potus, excepta die Dominica et Quinta Sabbati, percipiebat, ab altero qui Vitam Columbæ scripto reliquit, plane diversus. Pe. caverunt igitur Possevinus et Gesnerus, quorum fragmenta hic subjecta sunt, imo et ipse Canisius, qui duo loca Trithemii male conjunxit. 3º Præfuit Adamnanus Hiensi monasterio sub finem sæculi septimi ; nam Columba moriens, anno 598, Batheneum sibi successorem indicaverat. Obiit Batheneus abbas an. 622, et Segieno monasterii præfecturam reliquit. Ilam tenuit Segienus ad annum 652, tuncque successit est Failbeus, quem Adamnanus *decessorem suum* appellat ; ipse autem nonnisi an. 665 ex Anglia in patriam reversus est. 4º Adamnanus Scotorum more Pascha celebrare fuit solitus. Altera fuit eo tempore questio celeberrima de tonsura, ut patet ex concilio Pharensi anno 664 habito. Tondebatur caput Romanorum in formam coronæ, idque a P. tro accepisse fingebatur ; aliis tonsuram suam a Simone Mago, ut ferebatur, habentibus. Stabat primum a partibus Scotorum adversus Romanos Adamnanus ; sed tum circa tonsuram, tum circa Paschatis celebrationem a Ce-Ilfrido abbate reversus, monasterium Hiense pristinam mutare sententiam voluit, sed frustra ; monachi enim a Romanorum ritibus alieni permanserunt. Quinto denique monendus est lector, ante Adamnanum jam fuisse conscriptam Columbæ Vitam a Cumneneo Albo, quam ipse viderat et laudavit libro secundo. Hancque Vitam edidit eruditissimus Mabillonius sæculo Benedictino primo ; sed multo brevior est ea quam in lucem prodire facimus : quippe plurima a Cumneneo omissa complexus est Adamnanus a Canisio editus ; tota tamen Vita miraculis est referta, quæ a traditione seniorum satis incerta hauserat. De signo crucis et aqua benedicta sæpius fecit mentionem. Verbum Dei prædicaturus Columba provinciis Septen-

trionalium Pictorum, hoc est Scotorum, transnavigaverat in Angliam ; anno 665 reversus in patriam, ibi *terdenos et quatuor annos*, ut asserit Adamnanus libro tertio, commoratus est : obiit igitur Columba, ut prius dictum, anno 598. Sepultus dicitur cum Patrikio et Brigida ; unde versus quos retulit Sylvester Gyraldus Cambrensis in Hiberniæ Topographia :

In Burgo Duno  
Tumulo tumelantur in uno  
Belgida Patrius  
Atque Columba pius.

Post Columbæ Vitam scripsit Adamnanus abbas Hiensis tres libros de Locis Sanctis ; sed fabulæ quæ ibi leguntur, debentur Arculpho Galliarum episcopo, cui nimia cum supinitate fidem adhibuit miraculorum indagator scriptor noster.

« Texere librum de Locis incipio Sanctis Arculphus, sanctus episcopus, gente Gallus, diversorum longe remotorum penitus locorum verax et index satis idoneus in Hierosolymitana civitate per menses novem hospitatus et locis quotidianis visitationibus peragratis mihi Adamnana hæc universa quæ infra sunt exaranda experimentis diligentius perscrutanti et primo in tabulas describenti fideliter et indubitabili narratione dictavit. »

Unicum proferam exemplum, ut de cæteris judicium feratur : Inter ilham quoque Golgothanam basilicam et Martyrum quædam inest exedra, in qua est *Calix Domini*, quem a se benedictum *propria manu* in cœna pridie quam pateretur ipse, *convivis apostolis tradidit convivantibus* : qui *argenteus Calix Sæxtarii Gallici mensuram* habens duasque ansulas in se ex utraque parte altrinsecus continens compositas. In quo utique calice illa inest spongia, quam aceto plenam hyssopo circumponentes Dominum crucifigentes obtulerunt ori ejus. De hoc eodem calice Dominus post resurrectionem *cum apostolis convivans bibit*, quem S. Arculfus vidit, etc. Inde concludunt viri docti argenteos calices in usu fuisse ab institutione Sacramenti. Errabant igitur toto cœlo qui vitreis, ut Exuperius, utebantur.

Denique missus fuit Adamnanus ad *Aldfridum regem*. Is fuit rex Northumbro- rum, qui anno 705 diem suum clausit.

## PLURIUM OBSERVATIONES IN MARTYROLOGIUM ROM. IX JUNII.

*In Scotia S. Columbanæ Presbyteri et Confessoris.*

Ad qua notat hæc Baronius : « De eo hæc die Beda et alii recentiores. Pluribus de eo idem Beda hist. de Gest. Angl. l. iii. c. 4 et 23, ubi eundem appellat Columbanum, Columbam autem in epitome ann. Dom. 565, quo anno ex Hibernia se contulit in Britanniam vixitque ibi annis triginta duobus, ut idem testatur auctor ; sicque pervenisse videtur neque ad annum Domini 597 : de quo et Sigebertus in Chron. anno 586 et 588, ubi semper Columbanum appellat. Scripsit ejus vitam Adamandus eidem æqualis, de quo Sigebert. de Vir. illust. c. 64. Nec moveat quemquam, quod Columba hic, præter morem Ecclesiæ, Pascha celebrabat decima quarta luna : excusat enim eum Beda hist. Angl. l. iii. c. 4, in fine, et Walfridus apud eundem eodem lib. in c. 25. Alius ab hoc est S. Columbanus abbas Luxemburgensis, de quo inferius ad xi Kal. Decemb. » Hæc Baronius.

Trithemius de Scriptor. Eccles. : « Adamannus presbyter et abbas monasterii Huensis, quod S. Columbanus quondam construxit in insula Scotiæ, vir in divinis Scripturis valde studiosus et eruditus, seculariam quoque litterarum non ignarus, ingenio cautus, et dulcis eloquio, vita et conversatione præclarus, non sine opinione sanctitatis, pater multorum monachorum fuit. Scripsit inter cetera satis compositè sermonem volumen de Locis Terræ Sanctæ lib. i, et quasdam Epistolas. Claruit sub Justiniano juniore Augusto. Anno D. 690. » Hæc Trithem., qui lib. iii de Viris illust. Ord. S. Benedicti c. 124, hæc habet de eodem S. Adamanno : ita enim ponit titulum : « Adamannus, monachus et presbyter monasterii sanctimonialium in Anglia, quod Colodi urbs dicitur, præpositus, natione Scotus, vir austere conversationis, et sanctæ vitæ ; ita ut præter Dominicam et quintam feriam nihil in hebdomada penitus comederet, sæpe etiam noctes integras pervigil in oratione transigeret. Magna effulsit virtutibus. Claruit anno Domini 670. » Hæc Trithemius, qui eodem lib. iii. c. 153, hæc : « Adamannus, abbas monasterii quod B. Columbanus olim in insula Hu feuda-

vit in Hibernia, vir doctus et sanctus, et pater multorum monachorum, sua prædicatione sanctissima plurimam partem Scotorum in Hibernia, et etiam Britones in Britannia, ad debitum Paschalis celebratis tempus reduxit. Claruit anno 700. » Hæc Trithem.

Antonius Possesinus in Apparatu sacro : « Adamannus Scotus, Coludius, monachus et abbas monasterii insulæ Huensis in Scotia, quod S. Columbanus construxit, congregationis Benchorensis, floruit anno 680, scripsitque de Locis Terræ Sanctæ librum unum ; De Paschate Epistolas : De Vita S. Columbæ (fortassis Columbanæ), monachi et confessoris, librum unum cujus initium est : *B. Patris N. Christo suffragante vitam descripturus*. Exstat ad S. Glionem. Arnold. et ante illum Trithemius, qui non omnia ejus scripta cognoverat. »

Epitome Biblioth. Gesneri : « Adamannus Coludius, Scotus, monachus Ordinis Apostolici, et comœbii Huensis moderat., scripsit de locis Terræ Sanctæ librum unum. De situ Hierusalem librum unum, de Paschate legitimo librum unum. Epistolas quoque edidit. Ab hoc Bedam multa sumpsisse, et suis libris inseruisse tradunt. Claruit anno 680. » Hæc Gesa.

Molanus in appendice ad Usuardi Martyrologium : « Adamannus abbas, plurimam partem Scotorum in Hibernia, et nonnullam etiam de Britonibus, ad catholicam Paschalis temporis observantiam sua prædicatione correxit. Scripsit idem librum de Locis Sanctis. *Beda lib. v Historiæ, cap. 16 et 22.* » Hæc Molanus : qui cum Columbam inter Sanctos recenset, notandum est, quod codex m. s. Rebdorfensis expresse in titulo libri vocat *sanctum*. Ita etiam Trithemius, lib. iii de Viris illust. Ord. S. Benedicti, cap. 124 et 153, *sanctum* vocat.

Porro de nomine Adamanni observandum, variè a variis appellari. Aliqui, ut etiam Baronius, vocant Adamandum. Alii plerique Adamannum. Codex ms. Rebdorfensis ubique vocat Adamannum, vel Adamannum.

**SANCTI ADAMANI**

BENEDICTINI ABBATIS

**DE VITA S. COLUMBÆ**

LIBRI TRES.

INCIPIT PRIMA PRÆFATIO.

APOLOGIAQUE ADOMNANI ABBATIS SANCTI SCRIPTORIS.

Beati nostri Patroni, Christo suffragante, vitam descripturas, fratrum flagitationibus obsecundare volumus ; imprimis eandem lecturos quoque admonere procurabo, ut fidem dictis adhibeant comperitis, et res magis quam verba perpendant, quæ, ut æstimo, inculta et vilia esse videntur, meminerint-

que regnum Dei non eloquentiæ exuberantia, sed in fidei florulentia constare, et nec ob aliqua Scotiæ, vili videlicet linguæ, aut humana onomatæ, aut gentium diversæ vilioscant linguas ; utilium et non sine divina opitulatione gestarum despiciant rerum pronuntiationem.

• Forte, quæ vilioscant.

Sed et hoc lectorem admonendum putavimus, A quod de beatæ memoriæ viro, plura studio brevitate, etiam memoriæ digna, a nobis sunt prætermittenda; et quasi pauca de plurimis, ob evitandum fastidium lectorum, sint exarata.

Et hoc, ut arbitror, quisque hæc lecturus forte

annotabit, quod minima de maximis per populos fama de eodem beato viro divulgata disperserit, ad horum paucorum comparisonem, quæ nunc breviter exarare disponimus. Hinc post hanc primam præfatianculam de nostri vocamine præsulis, in exordio secundæ, Deo auxiliante, intimare exordiar.

## INCIPIT PRÆFATIO SECUNDA.

Vir erat vitæ venerabilis et beatæ memoriæ, mo- B nasteriorum pater et fundator; cum Jona propheta homonymum sortitus est nomen. Nam licet diverso trium diversarum sono linguarum, unam tamen eandemque rem significat; hoc quod Hebraice dicitur *Jona*, Græcitas vero <sup>a</sup> *Ἰωνῆς*, *Peristeram*, vocitat; et Latina lingua *Columba* nuncupatur.

Tale tantumque vocabulum homini Dei, non sine divina Providentiã inditum esse credimus. Nam et juxta Evangeliorum fidem Spiritus sanctus super unigenitum æterni Patris Filium descendisse monstratur in forma illius aviculæ quæ columba dicitur. Unde plerumque in sacrosanctis libris mystice Spiritum sanctum significare dignoscitur. Proinde et Salvator in Evangelio suis præcepit discipulis, ut columbarum in corde puro insertam simplicitatem C continerent. Columba etenim et simplex, innocensque nuncupari debuit, qui in se columbinis moribus Spiritu sancto hospitium præbuit: cui nomini non inconvenienter congruit illud, quod in Proverbiis scriptum est: *Melius est nomen bonum quam divitiæ multæ* (Prov. xxii, 1).

Hic igitur noster præsul non immerito non solum a diebus infantis hoc vocabulo, Deo donante, adornatus proprio ditus est; sed etiam præmissis multorum cœlis annorum ante suæ nativitatis diem cuidam Christi niliti, Spiritu sancto revelante, quasi filius repromissionis mirabili prophetatione nominatus est.

Nam quidam proselytus Britto, homo sanctus, sancti Patricii episcopi discipulus, Maveteus nomine, D

ita de nostro prophetizavit patrone sicuti nobis ab antiquis traditum expertis compertum habetur.

In novissimis, inquit, temporibus sæculi, filius nasciturus est, cujus nomen Columba per omnes insularum Oceani provincias divulgabitur notum; novissimaque orbis tempora clare illustrabit. Mei et ipsius duorum monasteriorum agelluli unius <sup>b</sup> sepiscalæ intervallo disternabuntur: homo valde Deo charus, et grandis coram ipso meriti.

Hujus igitur nostri Columbæ vitam et mores describens, imprimis brevis sermonis textu, in quantum valuero, strictim comprehendam, et ante lectoris oculos sanctam ejus conversationem pariter exponam. Sed et de miraculis ejus succincte quedam quasi legentibus, avide prægustanda ponam: quæ tamen inferius per tres divisa libros plenius explicabuntur. Quorum primus propheticas revelationes; secundus vero divinas per ipsum virtutes effectas; tertius angelicas apparitiones continebit, et quasdam super hominem Dei cœlestis claritudinis manifestationes.

Nemo itaque me de hoc tam prædicabili viro, aut mentitum æstimet, aut quasi quædam dubia vel incerta scripturum; sed ea quæ majorum, fideliumque virorum, tradita expertorum cognovi relatione narrantium; et si e ulla ambiguitate <sup>c</sup> caraxaturum sciat. Et vel ex his, quæ ante nos inserta paginis reperire potuimus; ut ex his, quæ audivi ab expertis quibusdam fidelibus, antiquis, sine ulla dubitatione narrantibus, diligentius disciscitantes didicimus.

subjiciemus, de Virginitate c. 10, flexis litterarum apicibus in quadrata, *parietis paginæ caraxata*. BASN.

<sup>a</sup> *Lego περιστεράν.*

<sup>b</sup> *Pro sepiscalæ.*

<sup>c</sup> *Id est, descripturum, sic Aldhelmus, quem mox*

## INCIPIT LIBER PRIMUS,

### DE PROPHETICIS REVELATIONIBUS.

I. Sanctus igitur Columba nobilibus fuerat oriundus genitibus, patrem habens Fedilintum, filium Cerguso, matrem Æthneam nomine: cujus pater latine Filius Navis dici potest, Scotica vero lingua Magnave. Hic anno secundo post Culedebrine bellum, ætatis vero suæ 42, de Scotia ad Britanniam pro Christo peregrinari volens enavigavit. Qui etiam a puero deditus Christiano tyrocinio, et sapientiæ studiis, integritatem corporis et animæ puritatem, Deo

donante, custodiens; quamvis in terra positus, cœlestibus se aptum moribus ostendebat. Erat enim aspectu angelicus; sermone nitidus; opere sanctus; ingenio optimus; consilio magnus; per annos 34 insularum miles est versatus. Nullum etiam unius horæ intervallum transire poterat, quo non aut orationi, aut lectioni, vel scripturæ, vel etiam alicui operationi incumberet. Jejunationum quoque et vigiliarum indefessus laborationibus, sine ulla intermissione diu noc-

taque occupatus, ita ut supra humanam possibilitatem uniuscujusque pondus specialis operis videretur. Et inter hæc omnibus charus, hilarem semper faciem ostendens, sanctorum specie sancti Spiritus gaudio in intimis lætificabatur præcordiis.

II. Sanctus Fintenus, qui postea per universas Scotorum Ecclesias valde nobiles habitus est, a puerili ætate integritatem carnis et animæ, Deo adjuvante, custodiens, studii dialecticalis sophias deditus, hoc propositum in annis juventutis conversatus in corde habuit, ut nostrum sanctum <sup>a</sup> Columbam, Hiberniam desorens, peregrinaturus adiret.

Eodem æstuens desiderio ad quemdam vadit seniore sibi amicam, in sua gente prudentissimum, venerandumque clericum, qui Scotice vocitabatur <sup>b</sup> Columbus, ut ab eo prudentiæ quasi aliquod audiret consilium. Cui cum suos tales denudaret cogitatus, hoc ab eo responsum accepit: « Tuum, ut æstimo, adeo inspiratum devotumque desiderium quis prohibere potest, ne ad sanctum Columbam transnavigare debeas? »

Eadem hora casu adveniunt duo monachi sancti Columbæ, qui de sua interrogati ambulatione, « Nuper, aiunt, de Britannia remigantes hodie a Roberto venimus. » — « Sospesne est, ait Columbus, vester Columba sanctus Pater? » Qui valde illacrymati, cum magno dixerunt mœrere: Vere salvus est noster ille patronus, qui his diebus nuper migravit ad Christum. Quibus auditis Fintenus et Columbus, et omnes qui ibidem ierant, prostratis in terram vultibus amare flevere. Fintenus consequenter percontatur, dicens: « Quom postæ successorem reliquit? — Batheneus, aiunt, suum alumnum. Omnibusque clamitantibus, *Dignum et debitum*; Columbus ad Fintenum ait: Quid ad hæc, Fintene, facies? Qui respondens, ait: « Si Dominus permiserit, ad Batheneum virum sanctum et sapientem enavigabo; et si me susceperit, ipsum abbatem habebō. »

Tum deinde supra memoratum Columbum osculatus, et valedicens, navigationem præparabat, et sine ulla morula transnavigans Jovam devenit insulam. Et necdum in id temporis usque nomen ejus in his locis erat notum. Unde et imprimis quasi quidam ignotus hospes hospitaliter susceptus; al a die internuntium ad Batheneum mittit, ejus allocationem facie ad faciem habere volens, qui ut erat affabilis, et peregrinis appetibilis, jubet ad se adduci. Qui statim adductus, primo ut veniebat, flexis genibus in terram se prostravit, visusque a seniore sancto surgit; et residens interrogatur a Batheneo, adhuc incisco de gente et provincia, nomineque et conversatione, et pro qua causa inierit navigationis laborem. Qui ita interrogatus omnia per ordinem enarrans, ut susciperetur, humiliter exoptulat.

Cui sanctus, senior his ab hospite auditis, simulque

A hunc esse virum cognoscens, de quo pridem aliquando sanctus Columba propheticè vaticinatus est: « Gratias, ait, Deo meo agere debeo quidem in tuo adventu, filii. Sed et hoc indubitanter scito, quod noster monachus non eris. »

Hoc audiens valde contristatus inft: « Forsitan ego indignus tuus non mereor fieri monachus. » S nior consequenter inquit: « Non quod, ut dicis, indignus esses, hoc dixi; sed quamvis maluissem te apud me retinere, mandatum tamen sancti Columbæ mei defensoris profanare non possum, per quem Spiritus sanctus de te prophetavit. Aliaque die mihi soli seorsum propheticè sic profatus ore inter cætera dixit: Hæc mea, o Bathenee, intentius debes audire verba; statim namque post meum de hoc ad Christum sæculo expectatum, et valde desideratum transitum, quidam de Scotia frater, qui nunc bene juvenilem bonis moribus agens ætatem, sacræ lectionis satis studiis imbutus, nomine Fintenus, ad te, inquam, perveniens humiliter exoptulabit, ut ipsum suscipiens inter cæteros annumeres monachos. Sed hoc ei in Dei præsentia prædestinatum non est, ut ipse alicujus fieret monachus; sed et monachorum abbas, et animarum dux ad cœlestem regnum olim electus a Deo est. Nobis [*Leye Noli*] itaque hunc memoratum virum in his nostris apud te retinere insulis, ne et Dei voluntati contraire videaris. Sed hæc ei intimans verba, ad Scotiam in pace remittas, ut in Laginestum vicinis mari finibus monasterium construat; et ibidem Christi ovium pascens gregem, innumeras ad patriam animas cœlestem perducat. »

Hæc audiens sanctus junior, Christo lacrymas fundens, agit gratias, inquires: « Secundum sancti Columbæ propheticam fiat mihi et mirabilem præsentiam. »

His denique verbis sanctorum obtemperans, et a Batheneo accipiens benedictionem, in pace ad Scotiam transnavigavit.

III. Alio in tempore vir beatus in mediterranea Hiberniæ parte monasterium, quod Scotice dicitur Dairmag, divino fundans nutu, per aliquot demoratur menses. Libuit animo visitare fratres, qui in Cloensi Sancti Cerani cœnobio commanebant.

Audito itaque ejus accessu universi undique ab agellulis monasterio vicinis, cum his qui ibidem inventi sunt, congregati, cum omni alacritate suum consequentes abbatem Alitherum, quasi angelo Domini obviam egressi vallum monasterii, unanimes pergunt, humiliatisque in terram vultibus, eo viso, cum omni reverentia exosculatus est ab eis; hymnisque et laudibus resonantes, honorifice ad ecclesiam perducebant; quamdamque de lignis pyramidem erga sanctum deambulantem constringentes a quatuor viris æque ambulantibus supportari fecerunt: ne videlicet sanctus senior Columba ejusdem fratrum multitudinis constipatione molestaretur.

<sup>a</sup> Ab alijs *Columbanus* dicitur. MABILL.

<sup>b</sup> Diversus plane a Columba nostro fuit et alter: primus doctor fidei Christianæ Transmontanus Pictis ad Aquilonem primusque fundator monasterii quod

in Hie insula multis diu Scotorum Pictorumque populis venerabile mansit. Hic videlicet Columbus, nunc a nonnullis composito a cella et Columbario nomine Columcelli vocatur. Beda. iv, cap. 10. BASN.

Eadem hora quidam valde despectus vultu et habitu, puer familiaris, et ne dum senioribus placens, retro in quantum valuit, se occultans accessit; ut videlicet vel illius amphibali simbriam, quo vir beatus induebatur, occulte et, si fieri posset, ipso nesciente et non sentiente, tangeret; sed hoc tamen sanctum non latuit. Nam quod corporalibus oculis retro se actum intueri non potuit, spiritualibus perspexit. Unde subito restitit, et post se extendens manum, cervicem pueri tenet, ipsumque trahens ante faciem suam statuit, omnibusque, qui ibidem circiter astabant, dicentibus: « Dimitte, dimitte, quare hunc infelicem et injuriosum retines puerum? » Sanctus e contra hæc puro pectore verba depromit propheticè: « Sinite fratres, sinite modo. » Ad puerum vero valde tremefactum dicit: « O fili, aperi os tuum, et porrige linguam. » Jussus tum puer com ingenti tremore aperiens os suum, linguam porrexit; quam sanctus, sanctam manum extendens, et diligenter benedicens, ita propheticè profatur dicens: « Hic puer quamvis nunc despiciabilis et valde vilis videatur, nemo tamen ipsum ob id despiciat; ab hac enim hora non solum vobis non displicebit, sed valde placebit, honisque moribus et animæ virtutibus paulatim de die in diem crescet: sapientia quoque et prudentia magis ac magis in eo ab hac die adaugebitur; et in hac nostra congregatione grandis est futurus proventus. Lingua quoque ejus salubri et doctrina, et eloquentia a Deo donabitur. »

Hic erat Ereneus postea per omnes Scotiæ Ecclesias famosus, et valde notissimus. Qui hæc omnia supra scripta verba Segeneo abbati de se prophetata enarraverat, meo decessore Faltheo intentius audiente, qui et ipse cum Segeneo præsens inerat; cujus relatione et ego I, se cognovi hæc eadem quæ narravi.

Sed et multa alia hisdem diebus, quibus in Cloensi cœnobio sanctus hospitabatur, revelante Spiritu Sancto prophetavit; hoc est, de illa quæ post dies multos ob diversitatem Paschalis festi orta est inter Scotiæ Ecclesias discordia, et de quibusdam angelicis frequentationibus sibi manifestatis: quibus quedam intra ejusdem cœnobii septa ab angelis tunc temporis frequentabantur loca.

IV. Alio in tempore, cum in Jova insula die fragosæ et inpestatis, et intolerabilis undarum magnitudinis, sedens in domo sanctus, et fratribus præcipiens, diceret: « Præparate ocius hospitium, aquamque ad lavandos hospitem pedes haurite; » quidam ex ipsis frater consequenter: « Quis, ait, hac die valde ventosa, et nimis ventosa (sic), et nimis periculosa, licet breve fretum, prospere transnavigare potest? » Quo audito, sanctus sic profatur: « Cuidam sancto et electo homini, qui ad nos ante vesperam perveniet, Omnipotens tranquillitatem quamlibet in tempestate donabit. »

Et ecce eadem die aliquandiu a fratribus expectata navis, in qua sanctus inerat Chamnachus, juxta sancti prophetationem pervenit. Cui sanctus cum fratribus obviam venit, et ab eo honorifice et hospitaliter susceptus est. Illi vero nautæ, qui cum Chamnecho inerant, interrogati a fratribus de qualitate navigationis, sic retulerunt, sicut sanctus Columba prius de tempestate et tranquillitate pariter Deo donante, in eodem mari, et hisdem horis mirabili divisione prædixerat, et tempestatem eminus visam non sensitisse præfati sunt.

V. Alio itidem die sanctus Columba in sua commanens matrice Ecclesia, repente in hanc subridens vocem erupit dicens: « Columbanus aq nos transnavigare incipiens, nunc in undosis charybdis æstibus valde periclitatur. Abbasque ad eorum in prora sedens, palmas elevat; turbatum quoque et tam formidabile pelagus benedicit, quem tamen Dominus sic terret, non ut navis naufragio, in qua ipse resedit, undis obruatur, sed potius ad orandum intentius suscitetur, ut ad nos, Deo propitio, post transvadatam perveniat periculum. »

VI. In tempore quoque alio, de Cormaca, vir utique sancto, qui tribus non minus vicibus Erenum [F. erenum] in Oceano laboriose quæsit, nectamen invenit, sanctus Columba, ita prophetizans ait: « Hodie iterum Cormachus desertam cupiens reparire, enavigare incipit ab illa regione quæ ultra Modam fluvium sita est, et Cirros dicitur; nec tamen etiam hac vice, quod quærit, inveniet; et non ob aliam ejus culpam, nisi quod alicujus religiosi abbatibus monachum, ipso non permittente, discessorem secum non recte comitari navigio susceperit. »

VII. In tempore alio, hoc est, post multos annorum transcursus, cum esset vir sanctus in Jova insula, subito dicit ad suum ministratorem: « Cloecam pulsa, » cujus sonitu fratres incitati, ad ecclesiam, ipso sancto præsule præeunte, ocius currunt, ad quos ibidem flexis genibus inquit: « Nunc intente pro hoc populo et Aldano rege Dominum oremus, hac enim hora ineunt bellum. » Et post modicum intervallum egressus oratorium, respiciens in eorum, inquit: « Nunc barbari in fugam vertuntur; » Aldanoque quamlibet infelici, tamen concessa est victoria. Sed et de numero, de exercitu Aldani interfectorum trecentorum et trium virorum, vir beatus prophetice narravit.

VIII. Alio quoque in tempore, ante supra dictum bellum, Sanctus Aldanum regem interrogat de regni successore. Illo respondente, nescire quis caset de tribus illis regnaturus, Sanctus consequenter hoc profatur modo: « Nullus ex his tribus erit regnaturus, nam in bellis cadent ab iniuriis trucidandi; sed nunc si alios juniores habeas, ad me veniant, et quem ex eis elegerit Dominus regem, subito super meum irruet gremium. » Quibus accitis secundum

\* De hujus insule situ in mari Hibernico, quæ Hiona sive Iona vocatur, non una est scripto-

rum sententia. Mabillon. not. ad Camucan p. 362. Bax.

verbum Sancti, Ezechodius adveniens; in sinu ejus recubuit; statimque Sanctus eum osculatus benedixit, et ad patrem ait: « Hic est superstes, et rex post te regnaturus, et filii ejus post eum regnabunt. » Sic omnia post suis temporibus plene adimpleta sunt, et Ezechodius post patrem in regnum successit.

IX. Domnallus filius Aido adhuc puer, ad sanctum Columbam per nutritores adductus est, quem intuens percontatur, inquiens: « Cujus est filius hic, quem adduxistis? » Illis respondentibus, « Hic est Domnallus, qui ad te ideo perductus est, ut tua redeat benedictione ditatus. » Quem cum Sanctus benedixisset, continuo ait: « Hic super omnes fratres suos superstes erit, et rex valde famosus, nec unquam in manus inimicorum tradetur; sed morte placida in senectute, et intra domum suam coram amicorum familiarium turba super suum morietur lectum. » Quæ omnia secundum beati vaticinium viri de eo vere adimpleta sunt.

Eodem tempore Sanctus, et in eodem loco, ad Scandalanum filium Colmanni apud Aidum regem in vinculis retentum, visitare eum cupiens pergit; ipsamque cum benedixisset, confortans ait: « Fili, noli contristari, sed potius lætare et confortare. Aidus enim rex, apud quem vinculatus es, de hoc mundo te præcedet, et post aliqua exillius tempora triginta annis in gente tua rex regnaturus eris, iterumque de regno effugaberis, et per aliquos æjulabis [Fort. exulabis] dies; post quos a populo renuntiatus [F. reinvitat] ut infra per tria regnabis brevia tempora. »

Quæ cuncta juxta vaticinationem Sancti plene expleta sunt. Nam post annos triginta de regno expulsus per aliquod exulavit spatium temporis, sed post a populo reinvitat; non ut putabat, tribus annis, sed tenuis regnavit mensibus; post quos continuo obiit.

XI. In tempore alio duo plebeii ad Sanctum in Jova commorantem insula deveniunt; quorum unus Meldanus de filio suo, qui præsens erat, sanctum interrogat, quid esset ei futurum. Cui sanctus sic profatur: « Nonne Sabbati dies hodierna est? Filius tuus sexta feria in fine morietur septimanæ, octavaque die, hoc est, Sabbato, hic sepeliatur. »

Alter proinde plebeius, et ipse de filio, quem ibidem secum habuit, nihilominus interrogans, talem sancti audit responsonem: « Filius tuus suos videbit nepotes, et in hac insula senex sepeliatur. » Quæ omnia secundum verbum Sancti de pueris ambobus suis temporibus plene sunt expleta.

XII. Quadam die, cum vir venerabilis in Jova demoraretur insula, quidam frater Berachus nomine ad Ethicam proponens insulam navigare, ad Sanctum mare accedens, ab eo benedici postulat; quem sanctus intuitus, inquit: « O fili, hodie intentius præcaveo, ne Ethicam cursu ad terram directo per latus coneris transmeare pelagus; sed potius circumiens minores secus naviges insulas, ne, videlicet, alio

A monstruoso perterritis prodigio, vix inde passus evadere. »

Qui accepta a Sancto benedictione recessit, et navim ascendens Sancti verbum quasi parvipendens transgreditur. Majora proinde Ethici transmeans spatia pelagi, ipse, et qui ibi inerant nautæ, vident; et ecce cetus miræ et immensæ magnitudinis se instar montis erigens, ora aperit patula, nimis densosa, supernatans. Tum proinde remiges deposite velo valde perterriti, retroversi illam obortam ex belluine motu fluctuationem vix evadere potuerunt; Sanctique verbum recognoscentes propheticum admirabantur.

Eodem quoque die Sanctus, Baltheneo ad supra memoratam insulam navigaturo, mane de eodem intinavit ceto inquiens: « Hac præterita nocte media cetus magnus de profundo maris se sublevavit, et inter Jovam et Ethicam insulam se hodie in superficiem eriget æquoria. » Cui Baltheneus respondens inquit: « Ego et illa bellua sub Dei potestate sumus. » Sanctus: « Vade, ait, in pace: fides tua in Christo te ab hoc defendet periculo. » Baltheneus tum deinde a Sancto benedictione accepta, a portu enavigavit; transcursumque non parvis per spatia, ipse et socii cetum aspiciunt, perterritisque omnibus, ipse solus æquor et cetum ambabus manibus elevatis benedicit intrepidus; eodemque momento bellua magna se sub fluctibus immergens, nusquam deinceps eis apparuit.

XIII. Alio quoque in tempore fratres intempesta nocte suscitatur Sanctus, ad quos in ecclesia congregatos dicit: « Nunc intentius Dominum precemur, nam in hac hora aliquod inauditum peccatum perpetratum est, pro quo valde est tremenda judicialis vindicta. De quo peccato oratio die aliquibus paucis percontantibus intimavit, dicens: « Post paucos menses cum Lugaido nesciente infelix ille homuncio ad Jovam perveniet insulam. »

Atto itaque die Sanctus ad Jormitium [Dormitium], interjectis quibusdam mensibus, præcipiens præfatur: « Surge citius, Lugaidus appropinquat; » dicitque ei, ut miserum, quem secum in navi habet, in Maleam propellat insulam, ne hujus insulæ cespitem calcet. Qui præcepto Sancti obsecutus ad mare pergit, Lugaidoque adventanti omnia Sancti prosequitur de infelici viro verba.

Quibus auditis ille infelix juravit, nunquam se cibum cum aliis accepturum, nisi prius Sanctum videret Columbam, eumque alloqueretur. Quæ infelicitatis verba Dormitius ad Sanctum reversus retulit. Quibus compertis, Sanctus ad portum perrexit Baltheneoque, prolatis sacræ Scripturæ testimoniis, suggerenti, ut miseri pœnitudo susciperetur, Sanctus consequenter inquit: « O Balthenee, hic homo fratricidium in modum Cain perpetravit, et cum sua matre mœchatus est. »

Tum dein miser in littore flexis genibus leges pœnitentiæ expleturum se promisit, juxta Sancti indicationem. Cui sanctus ait: « Si duodecim annis inter Britones cum fletu et lacrymis pœnitentiam ege-

ris, nec ad Scotiam usque ad mortem reversus fueris, forsā Deus peccato ignoscet tuo. »

Hæc dicens, Sanctus ad suos conversus dicit : « Hic homo filius est perditionis, qui quam promisit poenitentiam, non explebit ; sed mox ad Scotiam revertetur, ibique in brevi ad inimicis interficiendus peribit. » Quæ omnia secundum Sancti prophetiam ita contigerunt. Nam miser iisdem diebus ad Hiberniam reversus in regionem quæ vocatur Lea, in manus incidens inimicorum trucidatus est.

XIV. Alio itidem in tempore Lugbeus, cujus supra mentionem fecimus, quadam die ad Sanctum post frugum veniens triturationem, nullo modo ejus faciem intueri potuit, miro superfusam rubore ; valdegre pertimescens cito aufugit ; quem Sanctus complosis paululum manibus revocat. Qui reversus a Sancto statim interrogatus, cur ocius aufugisset, hoc dedit responsum : « Ideo fugi, quia nimis pertimui. » Et post aliquod modicum intervallum fiducialius agens, audent Sanctum interrogare, inquit : « Nonquid in hac hora aliqua tibi formidabilis ostensa visio erat ? » Cui Sanctus tale dedit responsum : « Tam terrificæ ultio nunc in remota orbis parte peracta est ! « Qualis, ait juvenis, vindicta, et in qua regione facta ? » Sanctus tum sic profatur : « Sulphurea de cælo flamma super Romani juris civitatem intra Italiæ terminos sitam hac hora effusa est ; triaque millia ferme virorum, excepto matrum, puerorumque numero, disperierunt : et antequam præsens annus [Add. absolvatur], Gallici nautæ de Galliarum provinciis adventantes, hæc eadem tibi enarrabunt. »

Quæ verba post aliquot menses veridica fuisse, sunt comprobata. Nam idem Lugbeus simul cum sancto viro ad Capuæ regionis (sic) pergens, nauclerum et nautas adventantes parca interrogans, sic omnia illa de civitate cum civibus ab eis audit enarrata, quemadmodum a prædicabili viro sunt prædicta.

XV. Quadam brumali et valde frigida die Sanctus magno molestatus mærore levit : quem suus ministrator Diormitius de causa interrogans mæstitiæ, hoc ab eo responsum accepit : « Non immerito, o filiole, ego in hac hora contristor, meos videns monachos, quos Laifranus nunc gravi fatigatos labore in alicujus majoris domus fabrica molestat, quod mihi valde displicet. » Mirum dictu, eodem momento horæ, Laifranus, habitans in monasterio Roboreti campi, quodammodo coactus et quasi quadam pyra intrinsecus succensus, jubet monachos a labore cessare, aliquamque cibationum consolationem præparari ; et non solum in eadem die otiosi, sed et in cæteris asperæ tempestatis diebus requiescere. Quæ verba ad fratres consolatoria a Laifrano dicta Sanctus in spiritu audiens flere cessavit, et mirabiliter gavisus, ipse in Jova insula commanens, fratribus, qui ad præsens inerant, per omnia enarravit, et Laifranum monachum benedixit consolatorem.

XVI. Alio in tempore, Sanctus in cacumine sedens montis, qui huic monasterio eminens supereminet, ad

suum ministratorem Diormitium conversus, profatus est, dicens : « Miror quare tardius appropinquat quædam de Scotia navis, quæ quemdam advehit sapientem virum, qui in quodam facinore lapsus lacrymosam gerens poenitentiam mox adveniet. » Post proinde haud grande intervallum ad Austrum prospiciens minister velum navis vidit ad portum appropinquantis ; quam cum Sancto adventantem demonstraret : « Cito surgito, inquit [F. inquit] : eam proseyto obviam, cujus veram Christus suscepit poenitentiam. » At vero Fechnaus de navi descendens, Sancto ad portum pervenienti obvius occurrit cum fletu, et lamento, ante pedes ejus ingenucularum flexigenibus, amarissime ingemuit ; et coram omnibus qui ibidem inerant peccantias confitetur suas.

B Sanctus cum eo pariter illacrymatus ad eum ait : « Surge, fili, et consolare, dimissa sunt tua, quæ commisisti, peccamina. Quia sicut scriptum est : *Cor contritum et humiliatum Deus non spernit.* » Quisurgens gaudenter a Sancto susceptus, ad Baitheneum tunc temporis in campo Longo præpositum commorantem, post aliquot dies in pace commigrans.

XVII. Alio in tempore binos mittens monachos ad suum alium monachum, nomine Caitanum, qui eodem tempore præpositus erat in cella, hæc per eosdem nuntios Sanctus commendat verba : « Cito euntes ad Caitanum properate, diciteque illi, ut ad me sine ulla veniat morula. » Qui verbo Sancti obsecuti, exeuntes, et ad cellam pervenientes suæ legationis qualitatem Caitano intimaverunt. Qui eadem hora nullo demoratus modo, Sancti prosecutus legatos ad eum in Jova insula commorantem, eorum itineris comes, celeriter pervenit. Quo viso Sanctus ad eum taliter locutus, his compellat verbis : « O Caitane, bene fecisti ad me obedienter festinando. Requiesce paulisper, idcirco ad te invitandum misi, amans amicum, ut hic mecum in vera finias obedientia vitæ cursum tuæ ; nam ante hujus hebdomadis finem ad Deum in pace transibis. » Quibus auditis, gratias agens Deo, Sanctum lacrymans exosculatus est, et ad hospitium, accepta ab eo benedictione, pergit ; eademque subsecuta nocte infirmatus, juxta verbum Sancti, in eadem septimana ad Christum Dominum emigravit.

D XVIII. Quadam Dominica die ultra sæpe memoratum clamatum est fretum ; quem audiens Sanctus clamorem, ad fratres, qui ibidem inerant : « Ite, ait, celeriter, peregrinosque de longinqua venientes regione, ad nos ocius adducite. » Qui continuo obsecuti transfretantes adduxerunt hospites, quos Sanctus exosculatus consequenter de causa percontatur itineris. Qui respondentes aiunt : « Ut hoc etiam anno apud te peregrinemur, venimus. »

Quibus Sanctus hanc dedit responsonem : « Apud me, ut dicitis, anni unius spatio peregrinari non poteritis, nisi prius monachicum promiseritis votum. Quod qui inerant præsentibus valde mirati sunt, ad hospites eadem hora adventantes dicit : « Ad quæ Sancti verba senior respon lens frater ait : « Hæc in



mente propositum licet in hanc horam usque nul-  
latenus habuerimus, tamen tuum sequemur consilium,  
divinitus, ut credimus, inspiratum. » Quid plura?  
Eodem horæ momento oratorium cum Sancto in-  
gressi devote, flexis genibus votum monachile vove-  
runt.

Sanctus tum deinde ad fratres conversus ait:  
« Hi duo proselyti, vivam Deo seipsos exhibentes  
hostiam, longaque in brevi Christianæ tempora  
militiæ complentes, hoc mox eodem mense ad Chri-  
stum Dominum in pace transibunt. » Quibus auditis  
ambo fratres gratias Deo agentes, ad hospitium de-  
ducti sunt, interjectisque diebus septem, senior fra-  
ter cœpit infirmari, et e idem peracta septimana, ad  
Domisium emigravit. Similiter et alter post se, tem-  
alios dies infirmatus ejusdem in fine hebdomalis ad  
Dominum feliciter migravit. Etsic, secundum Sancti  
veridicam prophetiam, intra ejusdem mensis termi-  
num ambo presentem finierunt vitam.

**XIX.** Dum per aliquot dies in insula demoraretur  
Scotia vir beatus, alienus loci terrulam, mari vicini-  
nam, baculo percussus, ad comites ait: « Mirum  
dictu, o filii, hodie in hac hujus loci terrula quidam  
gentilis senex, naturale per totam bonum custodiens  
vitam, et baptizabitur, et morietur, et sepelietur. »  
Et ecce quasi post unius intervallum horæ navicula  
ad eundem supervenit portum, cujus in prora qui-  
dam advectus est decrepitu senex Geone primarius  
cœhortis, quem bini juvenes de navi sublevantes,  
ante beati viri conspectum deponunt. Qui statim  
verbo Dei a Sancto per interpretem recepto credens,  
ab eodem baptizatus est; et post expleta baptizatio-  
nis mysteria, sicut Sanctus prophetizavit, eodem in  
loco consequenter obiit, ibidemque socii congesto  
lapidum acervo sepeliunt, qui hodieque in hac ora  
cernitur maritima, fluviusque ejusdem loci, in quo  
idem baptisma acceperat, ex nomine ejus in  
bodiernum diem nominatus et ab accolis vocitatus.

**XX.** Alio in tempore, Sanctus cum in Scotiensium  
paulo superius moraretur memorata regione, casu  
Dominica die ad quoddam devenit vicinum monaste-  
rium, quod *Scotice Triolt* vocitatur. Eadem die  
proinde quemdam audiens presbyterum sacræ Eu-  
charistiæ mysteria confitentem, quem ideo fratres,  
qui ibidem commanebant ad Missarum elegerant  
peragenda solennia, quia valde religiosum æstima-  
bant, repente hanc formidabilem de ore profert  
vocem: « Munda et immunda pariter nunc permis-  
ceri cernuntur, hoc est, munda sacræ oblationis  
mysteria per immundum hominem ministrata, qui  
in sua interim conscientia aliquod grande occultat  
facinus. » Hæc qui inerant audientes, tremefacti  
nimis obstupere. Ille vero, de quo dicebantur hæc  
verba, coram omnibus peccantium compulsus est  
confiteri suam, Christianique commilitones, qui in eccle-  
sia Sanctum circumstantes, occulta cordis audierant  
manifestantem, divinam in eo scientiam cum magna  
admiratione glorificarunt.

Alio tempore, Sanctus in Jova commaneas insula,

A accitis ad se binis de fratribus viris, quorum voca-  
bula Lugbeus et Silnanus, eidem præcipiens dicit:  
« Hinc ad Maleam transfretate insulam, et in Cam-  
pulis mari vicinis Ertum quærite furacem, qui nocte  
præterita solus occulte de insula Coloso perveniens,  
sub suo fœno tecta navicula inter arenarum cumulos  
per diem se occultare conatur, ut noctu ad parvam  
transnaviget insulam, ubi marini nostri juris vituli  
generantur et generant, ut de illis furtim occisis edax  
valde furax suam replens naviculam ad suum repe-  
det habitaculum. »

Qui hæc audientes obsecuti emigrant, furemque  
in locis a Sancto præsignatis absconsum reperiunt;  
et ad Sanctum, sicuti illis præceperat, perduxerunt.  
Quo viso, Sanctus ad eum dicit: « Quare tu res ali-  
enas, divinum transgressus mandatum sæpe furaris?  
Quando necesse habueris, ad nos veniens necessaria  
accipies postulata. » Et hæc dicens præcepit verve-  
ces occidi, et pro furtis dari misero furaci, ne vacuus  
ad sua remearet. Et post aliquantum tempus San-  
ctus in spiritu prævidens vicinam furis mortem, ad  
Baltheneum eo tempore præpositum, commorantem  
in campo Lunge mittit, ut eidem ferri quoddam pin-  
gue pecus, et septem modias novissima mittat mu-  
nera. Quibus a Baltheneo, sicut Sanctus commenda-  
verat, transmissis, ea die inventus est morte subita  
præventus furax misellus, et in exsequiis ejus trans-  
missa expensa sunt xenia.

Alio tempore, Sanctus cum juxta stagnum Dei prope  
ostium fluminis, quod Latine *bos* dicitur, die all-  
qua cum fratribus sederet, quidam ad eos Scoticus  
poeta devenit, qui cum post aliquam recessisset ser-  
mocinationem, fratres ad Sanctum: « Cur, aiunt, a  
nobis regrediente Coronano aliquod ex more suæ ar-  
tis canticum non postulasti modulabiliter decantari? »  
Quibus Sanctus: « Quare et vos nunc inutilia pro-  
fertis verba? Quomodo ab illo misero homuncione  
postulare cæcæ carmen lætitæ, qui nunc ab inimicis  
trucidatus, usque ad finem oculis pervenit vitæ? »  
His a sancto dictis, et ecce ultra flumen aliquis cla-  
mitat homo, dicens: « Ille poeta, qui a vobis nuper  
sospes rediit, hora in hac ab inimicis in via interfec-  
tus est. » Omnes tum, qui præsentem inerant, valde  
mirati, se invicem intuentes obstupere.

**XXIII.** Alio itidem tempore, Sanctus in Jova conver-  
sans insula, repente inter legendum summo cum in-  
genti admiratione gemitu ingenuit mœsto: quod vi-  
dens qui præsens inerat Lugbeus, cœpit ab eo percon-  
tari subiti causam mœroris. Cui Sanctus valde mœstifi-  
catus hanc dedit responsonem: « Duo quidam nunc  
regii generis viri in Scotia mutuis inter se vulneribus  
transfixi disperierunt, haud procul a monasterio,  
quod dicitur *Cellarois* in provincia Magdænorum.  
Octava de hac peracta hebdomada, ultra fretum ali-  
quis clamitabit, qui hæc de *Hibernia* veniens ita ta-  
litter facta enarrabit; sed hæc, o filiole, quamdiu  
vixero, nemini indicæ. » Octava proinde ultra fre-  
tum clamatum est die.

Sanctus tum supra memoratum ad se Lugbeum

vocans silenter ad eum ait: « Qui nunc clamitat A ultra fretum ipse est, de quo tibi prius dixeram longævus viator; vade, et educ eum ad nos. » Qui ce- leriter adductus inter cætera hoc etiam retulit: « Duo, inquit, nobiles viri se mutuo vulnerantes mortui sunt, hoc est, Colmanianus et Romanus. »

Post hæc illius verba narratoris, idem Lugbeus Christi miles Sanctum seorsim cæpit interrogare, dicens: « Quæso mihi de his talibus narres propheticis revelationibus, quomodo si per visum tibi, an auditum, an alio hominibus incognito manifestantur modo? » Ad hæc Sanctus: « De qua nunc, ait, inquiris, valde subtili re, nullatenus tibi quamlibet aliquam particulam intimare potero, nisi prius flexis genibus per nomen excelsi Dei mihi firmiter promittas, hoc te obscurissimum sacramentum nulli unquam hominum cunctis diebus vitæ meæ enarraturum. » Qui hæc audiens, flexit continuo genua, et prostrato in terram vultu, juxta Sancti præceptionem plene omnia promisit. Qua statim perfecta promissione, Sanctus ad surgentem sic locutus inquit: « Sunt nonnulli, quamlibet pauci admodum, quibus divina hoc contulit gratia, ut etiam totius terræ orbem cum ambitu oceani et coeli uno eodemque momento, quasi sub uno solis radio, mirabiliter laxato mentis sinu, clare et manifestissime speculentur. »

Hoc miraculum Sanctus quamvis de aliis electis dicere videatur, vanam utique fugiens gloriam, de seipso tamen dixisse, per obliquam licet, nullus dubitare debet, qui Paulum legit apostolum vas electionis de talibus narrantem sibi revelatis visionibus; non enim ita scripsit: Scio me; sed, Scio hominem raptum usque ad tertium cælum. Quod quamlibet de alio dicere videretur, nemo tamen dubitat sic de propria, humilitatem custodientem, enarrare persona. Quem etiam et noster Columba in spiritualium visionum narratione secutus est, superius memorata, quam ab eo supra dictus vir, quem plurimum Sanctus amabat, magnis precibus præmissis vix potuit extorquere: sicut ipse coram aliorum personis Sanctorum post sancti Columbæ transitum testatus est, a quibus hæc quæ de Sancto supra narravimus indubitanter didicimus.

XXIV. Alio in tempore, quidam frater ad Sanctum eadem scribentem hora veniens dicit ad eum: « Hoc ferrum, quod in manu habeo, quæso, benedicas. » Qui paululum extensa manu sancta, cum calamo signans, benedixit, ad librum, de quo scribebat facie conversa. Quo videlicet supradicto fratre cum ferro benedicto recedente, Sanctus percuntatur dicens: « Quod fratri ferrum benedixi? » Diormitius pius ejus ministrator: « Pugionem, ait, ad jugulandos tauros vel boves benedixisti. » Qui o contra respondens inquit: « Ferrum quod benedixi confido in Domino meo, quod nec homini, nec pecori nocebit. » Quod Sancti firmissimum eadem hora comprobatum est verbum. Nam idem frater vallum egres- sus monasterii bovem jugulare volens tribus firmis

vicibus, et forti impulsione conatus, nec tamen poterat etiam ejus transigere pellem. Quod monachi scientes experti, ejusdem pugionis [Add. ferrum] ignis resolutum calore per omnia monasterii ferramenta liquefactum dividerunt ininitum, nec postea ullam potuere carnem vulnerare, illius Sancti manente benedictionis fortitudine.

XXV. Alio in tempore Diormitius, Sancti pius ministrator, usque ad mortem ægrotavit: ad quem in extremis constitutum Sanctus visitans accessit, Christique invocato nomine, infirmi ad lectulum stans, et pro eo exorans dixit: « Exorabilis mihi fias precor, Domine, et animam mei ministratoris pii de hujus carnis habitaculo me non auferas superstiti. » Et hoc dicto aliquantisper contuit. B Tum proinde hanc de sacro ore profert vocem, dicens: « Illic meus non solum hac vice nunc non morietur puer, sed etiam post meum obitum annis multis vivet. » Cujus hæc oratio est exaudita. Nam Diormitius statim post Sancti exandibilem precem, plenam recuperavit salutem. Per multos quoque annos post Sancti ad Dominum emigrationem supervixit.

XXVI. Alio in tempore, quidam de Numinensium provincia proselytus ad Sanctum venit, qui se in quantum potuit humiliter, quod nullus sciret (sic) quod episcopus esset, sed tamen hoc Sanctum non poterat latere. Nam alia die Dominica a Sancto jussus Christi corpus ex more conficere, Sanctum advocat, ut simul quasi duo presbyteri Dominicum panem frangerent. Sanctus proinde ad altarium accessit, repente intuitus faciem ejus sic eum compellat: « Benedicat te Christus, frater; hunc solus episcopus episcopali ritu frange panem; nunc scimus quod sis episcopus. Quare lucusque te occultare conatus es, ut tibi a nobis debita non redderetur veneratio? » Quo audito Sancti verbo, humilis peregrinus valde stupefactus Christum in Sancto veneratus est, et qui inerat præsentis nimis admirati glorificaverunt Deum.

XXVII. Alio eodem in tempore, vir venerandus Ernanus presbyterum senem suum avunculum ad præposituram illius monasterii transmisit, quod in Himba insula ante plures fundaverat annos. Itaque cum ipsum Sanctum emigrantem exosculatus benediceret, hoc de eo intulit vaticinium, dicens: « Illic meum nunc ingredientem amicum, non me spero iterum in hoc sæculo viventem visurum. »

Itaque idem Ernanus post non multos dies quadam molestatus ægritudine ad Sanctum volens reportatus est; cujus in perventione valde gavisus ire obvius ad portum cæpit. Ipse vero Ernanus quamlibet infirmus, propriis tamen vestigiis a porte obviare Sancto conabatur valde alacer; sed cum esset inter ambos quasi viginti quatuor vice passuum intervallum, subita morte præventus priusquam Sanctus faciem ejus videret viventis, expirans in terram cecidit, ne verbum Sancti ullo modo frustraret. Unde in eodem loco ante januam

Canebat crux infixæ est, et altera ubi Sanctus restitit, illo expirante similiter crux hodieque infixæ stat.

XXXIII. Alio quoque in tempore, quidam inter ceteros ad Sanctum plebeius venit, quam cum Sanctus ad se vespere venientem vidisset: « Ubi, ait, habitas? » Ille inquit: « In regione quæ littoribus stagni contermina est, ego inhabito. » — « Illam quam dicis provinciolum, ait Sanctus, nunc barbari populantur vastatores. » Quo audito, miser plebeius maritam et filios deplangere cepit. Quem Sanctus valde merentem videns consolans, inquit: « Vade, homuncule, vade, tua familiola tota in montem fugiens evasit, tua vero omnia pecuscula secum invasores abegerunt, omnemque domus suppellectilem similiter sævi raptores cum præda rapuere. » Hæc audiens plebeius ad patriam regressus cuncta, sicut a Sancto prædicta sunt, invenit exempla.

XXIX. Alio itidem in tempore, omalium illius ætatis in populo fortissimus virorum, sanctam percontatus est virum, qua morte esset præveniendus: cui Sanctus: « Nec in bello, ait, nec in mari morieris, comes tui itineris, a quo non suspicaris causa erit tuæ mortis. » Fortassis, inquit Gorens, aliquis de meis comitantibus amicis me trucidare cogitet, aut marita ob alicujus junioris viri amorem me maleficio mortificare. Sanctus: « Non ita, ait, continget. Quare, Gorens inquit, de meo interfecitore mihi nunc intimare non vis? Sanctus: « Idcirco, ait, nolo tibi de illo tuo comite nocuo nunc manifestius aliquid edicere, ne ejus crebra recordatio nimis te incutiat, donec veniat dies, qua ejusdem rei veritatem probabis. » Quid immoramur verbis? Post aliquot annorum excursus idem supra memoratus Gorens casu aliqua die sub navi residens, cultello proprio christilianam de castili eradebat: tum deinde alios prope inter se belligerantes audiens citius surgit, ut eos a belligeratione separaret, eodemque cultello illa subitatione negligentius in terra demisso ejus genicula offensa graviter vulnerata est; et tali faciente comite causa ei mortificationis oborta est: quam ipse continuo, secundum sancti vaticinationem viri, mente percussus recognovit, postque aliquantos menses eodem aggravatus dolore moritur.

XXX. Alio namque in tempore, cum Sanctus in Jova, inhabitaret insula, unum de fratribus advocans sic compellat: « Tertia ab hac inlucescente die debebis in occidentali hujus insulæ parte expectare super maris oram sedens. Nam de Aquilonari Hiberniæ regione quadam hospita grus, ventis per longos aeris agitata circuitus, post nonam dici horam valde lesa et fatigata superveniet, et pone consumptis viribus coram te in litore cadens recumbet, quam misericorditer sublevare curabis, et ad propinquam deportabis domum; ibidem hospitaliter receptam per tres dies et noctes ei ministrans sollicitè cibabis, et post expleto recreata triduo nolens ultra apud nos peregrinari, ad priorum Scotiæ dulcem, unde orta est, remeabit regio.

A nem, pleno resumtis viribus. Quam ideo tibi diligenter commendo, quia de nostræ paternitatis regione est oriunda. »

Obsecundat frater, tertianque die post horam nonam, ut jussus fuerat, præcitus adventum prætolatur hospitis; adventantemque de littore levat lapsam, ad hospitium portat infirmam, esurientem cibant. Cui ad monasterium vespere reverso Sanctus, non interrogans, sed narrans, ait: « Benedicat te Deus, mi fili, qui peregrinæ bene ministrasti hospiti, quæ in peregrinatione non demorabitur, sed post ternos soles ad patriam repedabit. » Quod ita, ut Sanctus prædixit, res etiam probavit. Nam trinalibus hospitata diebus, coram hospite ministro de terra se primum volando elevans in sublime, paulisperque in aere viam speculans, oceani transvadato aequore, ad Hyberniam recto volatus cursu, die repedavit tranquillo.

XXXI. Alio in tempore vir beatus cum ad campos reverteretur aequoreos, ipse et Congellus abbas quadam secreta ætati temporis die, haud procul a supra memorata munitione resident. Tum proinde aqua de quodam proximo ad manus lavandas fonticulo ad Sanctos in æneo defertur vasculo; quam cum sanctus Columba accepisset, ad abbatem Congellam a latere sedentem, sic profatur: « Ille fonticulus, o Congelle de quo hæc effusa nobis allata est aqua, ei veniet dies quando nullis usibus humanis aptus erit. » — « Qua causa, ait Congellus, ejus fonticuli corruptetur unda? » Sanctus tum Columba: « Quia humano, inquit, cruore replebitur. Nam mei cognationales amici, et tui secundum carnem cogenti in hac vicina munitione belligerantes, committent bellum; unde in supra memorate fonte aliquis de mea cognatione trucidabitur homuncio, cujus cum cæteris interfecit sanguine ejusdem fonticuli locus replebitur. »

Quæ ejus veridica suo tempore post multos vaticinatio expleta est annos. In quo bello, ut multi norunt populi, Domanalis Aidi filius victor sublimatus est; et in eodem, secundum sancti vaticinium viri, fonticulo quidam de parentela interfectus homo.

Alius mihi Adomnans, Christi miles, Finanus nomine, qui vitam multis anachoreticæ annis juxta Roboreti monasterium Campi irreprehensibiliter ducebat, de eodem bello se præserte commissæ aliqua enarrans, protestatus est in supra dicto fonte truncum cadaverinum vidisse, eademque die ad monasterium sancti Congelli quod Scotice dicitur Cambes, commissæ reversum bello, quia inde prius venerat; ibi denique duos sancti Congelli senes monachos reperisse, quibus cum de bello eorum se acto, et de fonticulo humano cruore corrupte aliquanta enarraret, illi consequenter: « Verus est propheta Celumbanus, aient, qui hæc omnia quæ hodie de bello et fonticulo expleta enarras, ante multos annos futura nobis audientibus coram sancto Congello juxta Coethirni sedens munitionem præsentaverit. »

XXXII. Eodem in tempore Conallus episcopus A pene innumerabilibus xeniis beato viro hospitium præparavit post conductum supra memoratorum regum turba prosequente multa, revertenti. Proinde sancto adveniēti viro xenia populi multa in platea monasterii strata benedicenda adsignantur, quæ cum benedicens aspiceret xenium alicujus opulenti viri, specialiter demonstrans virum ait : « Cujus est hoc xenium pro misericordiis pauperum, et ejus largitione Dei comitatur misericordia. » Itemque aliud discernerit, inter alia multa, xenium, inquit : « De hoc ego xenio viri sapientis et avari nullo modo gustare possum, nisi prius veram de peccato avaritiæ poenitentiam egerit. » Quod verbum cito in turba divulgatum audiens, occurrit Columbus, filius Aidi, conscius, et veram Sancto flexis genibus po-

nitentiam agit, et de cætero avaritiæ abrenuntia- turum se promittit, et largitionem cum morum emen- datione consecuturum. Et jussus a Sancto surgere, ex illa hora est sanatus de vitio tenacitatis. Erat enim vir sapiens, sicuti Sancto in ejus re-vertum erat xenio. Ille vero dives, largus Brandeus nomine, de cujus xenio paulo superius dictum est; audiens et ipse Sancti verba de se dicta, ingenuitatis ad pedes Sancti precatur, ut pro eo ad Dominum Sanctus fundat precem, qui ab eo primum pro quibusdam suis objurgatus peccatis, poenitentiam gerens, de cætero se emendaturum promisit, et sic uterque de propriis emendatus et sanatus est vitiis.

Huic primo libro hic inponitur terminus. Nunc sequens orditur Liber de Virtutum miraculis, quæ plerumque etiam prophetali præsentia comitatur.

## INCIPIT LIBER SECUNDUS, DE VIRTUTUM MIRACULIS.

I. Alio in tempore, cum vir venerandus in Scotia B apud sanctum Find Barrum episcopum, adhuc juvenis, Sapientiam sacræ Scripturæ addiscens, commeneret, quadam solemnī die vinum ad sacrificale mysterium casu aliquo minime inveniebatur. De cujus defectu cum ministros altaris inter se conquirentes audiret, ad fontem sumpto pergit urceo, ut ad sacræ eucharistiæ ministeria aquam quasi diaconus fontanam hauriret. Ipse quippe illis in diebus erat in diaconatus gradu administrans.

Vir itaque beatus aquaticum, quod de latice hau- sit, elementum, invocato nomine Jesu Christi, fideliter benedixit, qui in Cana Galitiæ aquam convertit in vinum, quo etiam operante miraculo inferior, hoc est, aquatica natura, in gratiorem, vi- delicet vinalem, per manus prædicabilis viri conver- sa est speciem. Vir itaque sanctus à fonte reversus, et ecclesiam intrans talem juxta altare urceum intra se habentem deponit liquorem, et ad ministros : « Habetis, ait, vinum quod Dominus Christus ad sua misit peragenda mysteria. » Quo cognito, sanctus cum ministris episcopus eximias Deo referunt gra- tias. Sanctus vero juvenis hoc non sibimet, sed sancto Vinniano ascribebat episcopo. Hoc itaque primum virtutis documentum Christus Dominus per suum declaravit discipulum, quod in eadem re initium ponens signorum in Cana Galitiæ operatus est per semetipsum.

II. Quædam erat arbor valde pomosa prope mo- nasterium Roboris Campi, in australi ejus parte, de qua cum incolæ loci quondam haberent pro nimia fructus amaritudine querimoniam, quadam die Sanctus ad eam accessit Autumnali tempore, videns- que lignum incassum abundos habere fructus, qui ex eis gustantes plus læderent quam delectarent; Sanctus elevata manu benedicens, ait ; « In nomine omnipotentis Dei omnis tua amaritudo, o arbor auara a te recedat, utaque huc usque amarissima,

nunc in dulcissima vertantur poma. » Mirum dictu, dicto citius eodemque momento ejusdem arboris omnia poma, amissa amaritudine, in miram, secun- dum verbum Sancti, versa sunt dulcedinem.

III. Alio in tempore Sanctus suos misit monachos, ut de alicujus plebei agellulo virgarum fasciculos ad hospitium afferrent construendum. Qui cum ad Sanctum oneraria repleta navi de supra dictis vir- gularum materiis, reversi venirent, dicerentque ple- beium causa ejusdem valde dispendii contristatum, Sanctus consequenter præcipiens dicit : « Ne ergo scandalizemus virum, ad ipsum a nobis bis terni deferantur hordei modii, eosdemque his in diebus arata ipse seminet in terra. » Quibus ad plebeium, Frindehanum nomine, juxta Sancti jussionem missis, et coram eo cum tali commendatione adsignatis, gratanter accipiens, ait : « Quomodo post medium æstivum tempus seges seminata contra hujus terræ naturam proficiet? » Marita e contra : « Fac, ait, secundum Sancti mandatum, cui Dominus donabit quæcumque ab eo postulaverit. » Sed et qui missi sunt simul hoc addiderunt dicendo : « Sanctus Col- umba, qui nos ad te cum hoc misit munere, hoc mandatum per nos de tua commendavit segete, dicens : Homo ille in omnipotentia Dei confidat, quamvis de mense Junio præmissis diebus semi- nata in principiis Augusti mensis metetur. » Obser- quitur plebeius arando, et seminando, et messem, quam supra dicto in tempore contra spem seminavit, cum omnium admiratione vicinorum in exordio Augusti mensis maturam juxta Sancti verbum mes- suit.

IV. Alio itidem in tempore, cum Sanctus in Jova comoraretur insula, sedens in monticulo, qui Latine Munitio Magna dicitur, videt ab aquilone nubem densam, et pluvialem de meridie serenam abortam. Qua ascendente visa, Sanctus ad quemdam de suis juxta se monachum sedentem, nomine Sil-

vanum : « Hæc nubes, ait valde nocua hominibus et pecoribus erit ; hacque die velocius transvolans super aliquantam Scythiæ partem , pluviam vespere distillabit morbiferam : quæ gravia et purulenta humanis in corporibus, et in pecorum uberibus nasci faciet ulcera, quibus homines morbidi, et pecudes illa venenosa gravitudine usque ad mortem molestati laborabunt. Sed nos eorum miserati subvenire languoribus Domino miserante debemus. Tu ergo, Silvane, nunc mecum descendens de monte navigationem præpara, crastina die vita comite et Deo volente, a me pane accepto, Dei invocato nomine, benedicto ; quo in aquam intincto, homines ea conspersi et pecora celerem recuperabunt salutem. »

Quid moramur ? Die crastina his quæ necessaria erant citius præparatis, Silvanus, accepto de manu Sancti pane benedicto, in pace enavigavit. Cui Sanctus a se eadem emigranti hora addit hoc etiam consolatorium verbum, dicens : « Confide, filii, ventos habebis secundos, et prosperos diu noctuque usque dum ad illam pervenias regionem, ut languentibus ibidem celerius cum salubri subvenias pane. » Qui plura ? Silvanus verbo obsecutus Sancti prospera et celeri navigatione, auxiliante Domino, ad supra memoratam perveniens partem, illius regionis plebem, de qua Sanctus prædixerat, devastatam nubis prædictæ morbifera reperit pluvia superfluente citius præcurantem, imprimisque bis terni viri in eadem mari vicinâ domo reperti in extremis mortepositi appropinquante, ab eodem Silvano aqua benedictionis aspersi, in eadem præsentî die opportunius sanati sunt. Cujus subitæ sanationis rumor per totam illam morbo pestilentiore vastatam regionem cito divulgatus, omnem morbidum ad sancti Columbæ legatum invitavit populum. Qui juxta Sancti mandatum homines et pecora, pane intincto benedicto, aqua conspersit, et continuo penam recuperantes salutem, homines cum pecudibus salvati Christum in sancto Columba cum eximia gratiarum actione laudarunt. In hac enim supra scripta narratione, ut æstimo, duo hæc manifeste pariter conitantur, hoc est, gratia prophetationis de nube, et virtus miraculum in ægrotantium sanitate. Hæc per omnia esse verissima supradictus Silvanus Christi miles, sancti legatus Columbæ, coram Segeneo abbate, et cæteris testatus est senioribus.

V. Alio in tempore, cum Sanctus in Jova demoraretur insula, prima diei hora quemdam advocans fratrem Lugaidum nomine, taliter eum compellat, dicens : « Præpara cito ad Scythiam celerem navigationem, nam mihi valde est necesse te usque ad Chiliocherum destinare legatum. In hac enim præterita nocte casu aliquo Maugina sancta virgo ab Oratorio post Missam domum reversa titubavit, coxæque ejus in duas confisæ sunt partes. Hæc sæpius meum inclamitans nomen commemorat, a Domino sperans se accepturam per me consolationem. »

Quid plura ? Lugaido obsecundanti et consequenter emigranti Sanctus pineam tradit cum benedictione

A capsellam, dicens : « Benedictio quæ in hac capsellula continetur, quando ad Mauginam pervenies visitandam, in aquæ vasculum intinguatur, eademque benedictionis aqua super ejus infundatur coxam, et statim invocato Dei nomine coxale conjungetur os, et densabitur ; et sancta virgo plenam recuperabit salutem. » Et hoc sanctus addidit : « En ego ponam in hujus capsulæ operculo numerum viginti trium annorum, quibus sacra virgo in hac præsentî post eandem salutem victura est vita. »

Quæ omnia sic plene expleta sunt, sicuti a Sancto prædicta. Nam statim ut Lugaidus ad sanctam pervenit virginem, aqua benedicta, sicut Sanctus commendavit, perfusa coxa, sine ulla morula condensato osse, plene sanata est ; et in adventu sancti Columbæ cum ingenti gratiarum actione gavisa, viginti tribus annis, secundum Sancti prophetiam, post sanitatem in bonis actibus permanens vixit.

VI. Vir vitæ prædicabilis, sicuti nobis ab expertis traditum est, diversorum languores infirmorum, invocato Christi nomine illis in diebus sanavit, quibus ad regum pergens conductum, in dorso cæcæ brevi commoratus est tempore. Nam aut sanctæ manus retentione, aut aqua ab eo benedicta, ægroti plures aspersi, aut etiam smbricæ ejus tactu amphibali, aut alicujus rei, salis videlicet, vel panis benedictione accepta, et lymphis intincta, plenam credentes recuperarunt salutem.

VII. Alio itidem in tempore, quidam a Sancto petram salis benedictam accepit, sorori et suæ nutricia profuturam oculorum dolori ; quæ opthalmiæ laborabat valde gravi languore, id est, oculorum dolore. Talem eulogiam eadem soror et nutricia de manu fratris accipiens, in pariete super lectum suspendit, casuque post aliquantos contigit dies, ut idem viculus cum supra dictæ domuncula femine flamma vastante totus concremaretur. Mirum dictu, illius parietis particula, ne beati viri in ea deperiret suspensa benedictio, post totam anibustum domum stans illæsa permansit ; nec ignis ausus est attingere binales, in quibus talis pendebat salis petra, sudes.

VIII. Aliud miraculum æstimo non tacendum, quod aliquando factum est per contrarium elementum. Multorum namque transcursum annorum circulis post beati ad Dominum transitum viri, quidam juvenis de equo lapsus in flumine mersus, et mortuus, viginti sub aqua diebus permansit. Qui sicuti sub ascella cadens, libros in pellicio reconditos sacculo habebat ; ita etiam post supra memoratum dieum numerum est repertus sacculum cum libris inter brachium et latus continens. Cujus et ad aridam reportato cadavere, et aperto sacculo, folium sancti Columbæ sanctis scriptum digitulis, inter aliorum folia librorum non tantum corrupta, sed et putrefacta, inventum est nullo modo corruptum, ac si in scrinio esset reconditum.

IX. Alio namque tempore, cum Sanctus in sua versaretur peregrinatione, infans ei per parentes ad baptizandum offertur iter agenti. Et quia in vicinia

aqua non inveniebatur locis, Sanctus ad proximam declinans rupem, flexis genibus pauli-per oravit Et post orationem surgens, ejusdem rupis fontem benedixit, de qua consequenter aqua ebulliens abundanter fluxit, in qua continuo infantulum baptizavit, de quo et baptizato hæc vaticinans intulit verba, inquit : « Illic puerulus usque ad extremam longævus vivet ætatem; in annis juvenilibus carnalium desiderijs satis serviturus, et deinceps Christianæ usque in exitum militiæ mancipandus; in bona senectute ad Dominum emigrabit. » Quæ omnia eodem viro juxta sancti contigerunt vaticinium, et qui fonticulus adhuc sancti nomine Columbæ ibidem pollens cernitur.

X. Alio in tempore, vir beatus cum in Pictorum provincia per aliquot demoraretur dies, audiens in plebe gentili de aliquo fonte divulgari famam, quem quasi divinum stolidi homines, diabolo eorum obcæcante sensus, venerabantur; nam de eodem fonticulo bibentes, aut in eo manus vel pedes de industria lavantes, dæmoniaca, Deo permittente, percussi arte, aut leprosi, aut luscii, aut etiam debiles, aut quibuscunque alijs infestati infirmitatibus revertebantur, ob quæ omnia seducti gentiles, divinum fonti deferebant honorem; quibus compertis, Sanctus alia die intrepidus accessit ad fontem. Quod videntes Magi, quos ipse sæpe confusos et victos a se repellebat, et valde gavisus sunt, scilicet putantes eum similia illius nocuæ tactu aquæ passerum.

Ille vero inprimi, elevata manu sancta, cum invocatione Christi nominis, manus lavat et pedes, tum deinde cum sociis de eadem a se benedicta bibit, ex illaque die dæmones ab eodem recesserunt fonte, et non solum nulli nocere permissus est, sed etiam post Sancti benedictionem, et in eo lavationem, multæ in populo infirmitates per eundem sanate sunt fontem.

XI. Alio in tempore, vir sanctus in mari periclitari cœpit: totum namque vas navis valde concussum magnis undarum cumulis fortiter ferebatur, grandi undique insistente ventorum tempestate. Nautæ tum forte Sancto cum illis exhaurire conanti, aiunt : « Quod nunc agis, non magnopere nobis proficit periclitantibus; exorare potius debes pro pereuntibus. » Quo audito, aquam cessat amaram exinanire, dulcem vero et intentam precem cœpit ad Dominum fundere. Mirum dictu, eodem horæ momento, quo Sanctus in prora stans extensis ad cœlum palmis Omnipotentem exoravit, tota aeris tempestas, et maris savitia dicto citius sedata cessavit; et statim serenissima tranquillitas supersecuta est. Qui vero erant in navi, obstupefacti, cum magna admiratione referentes gratias glorificaverunt Dominum in sancto et prædicabili viro.

XII. Alio quoque in tempore, sæva nimis insistente et periculosa tempestate, sociis, ut pro eis Dominum Sanctus exoraret, inclamantibus, hoc eis dedit responsum, dicens : « Hac in die non

• Locus mendosus, ut multi alii, quos ultra notare supersedebimus. EDIT.

A est meum pro vobis in hoc periculo constitutus orare; sed est abbas Cahinnichi sancti viri. Mira dicturus sum : Eadem hora quinta Cahinnichus in suo conversans monasterio, quod Latine Campulus Bovis dicitur, Spiritu revelante sancto supra dictam sancti Columbæ interiore cordis aure vocem audierat. Et cum forte post nonam cœpisset horam in oratorio eulogiam frangere, ocius deserit mensulam, unoque in pede inhærente calceo, et altero præ nimia festinatione relicto, festinanter pergit hac cum voce ad ecclesiam : « Non est nobis nunc tempus prandere, quando in mari periclitatur navis sancti Columbæ. » Hoc enim nomen Cahinnichi ingemians commemorat, ut pro eo et socijs pereclitanibus exoret.

B Post hæc illius verba oratorium ingressus flexis genibus paulisper oravit, ejusque orationem exaudiente Domino, illico tempestas cessavit, et mare valde tranquillum factum est. Tum dein sanctus Columba Cahinnichi ad ecclesiam præparationem in spiritu videns, quamlibet longe conversantis, mirabiliter hoc de puro pectore profert verbum, dicens : « Nunc cognovi, o Cahinniche, quod Deus tuam exaudierit precem; nunc valde nobis proficit tuus ad ecclesiam velox cum uno calceamento cursus. » In hoc itaque tali miraculo amborum, ut credimus, oratio cooperata est sanctorum.

XIII. Alio quoque in tempore, superius memorati viri sancti ad Sanctum venientes ab eo simul unanimis postulant, ut ipse a Domino postulans impetraret, prosperum crastina die ventum sibi dari, diversa emigraturis via. Quibus Sanctus respondens hoc dedit responsum : « Mane crastina die Baitheus a portu Jovæ enavigans insule statum habebit secundum, usquequo ad portum perveniat Campilunce. » Quod ita juxta Sancti verbum Dominus donavit. Nam Baitheus plenis eadem die velis magnum totum pelagus usque ad Æthicam transmeavit terram. Hora vero diei ejusdem tertia, vir venerandus Columbanum advocat presbyterum, dicens : « Nunc Baitheus prospere optatum pervenit ad portum : ad navigandum te hodie præpara; mox Dominus ventum convertet aquilonem. » Cui sic præloato beati viri verbo, eadem hora auster obsecundans ventus se in aquiloneum convertit statum, et ita in eadem die uterque vir sanctus alter ab altero in pace aversus, Baitheus mane ad Æthicam terram, Columbanus post meridiem Hiberniam incipiens appetere, plenis enavigavit velis, et statibus secundis.

Hoc illustris viri virtute orationum, Domino donante, effectum est miraculum, quia sicut scriptum est : Omnia possibilia sunt credenti.

Post illa in die sancti Columbani egressum, Sanctus hoc de illo propheticum Columba protulit verbum : « Vir sanctus Columbanus, cui emigranti benediximus, nusquam in hoc sæculo faciem videbit meam. » Quod ita post expletum est. Nam eodem anno sanctus Columba ad Dominum transivit.

XIV. • Alio quoque in tempore, quidam juvenis Co-

lumbanus nomine, qui ad januam tugurioli subito A  
perueniens restitit, in quo vir beatus scribebat. Illic  
idem post vaccarum reversus mulsionem, in dorso  
portans vasculum novo plenum lacte, dicit ad  
Sanctum, ut juxta morem tale benediceret onus.  
Sanctus tum ex adverso eminus in aere signum  
manu elevata salutare depinxit. Quod illico valde  
concussum est, gergennaque operculi per sua bina  
foramina retrusa, longius projecta est; operculum  
terra tenus cecidit; lac ex majore mensura in solum  
defusum est. Juvenculus vas cum parvo quod reman-  
serat lactis, super fundum in terra deponit, genua  
flectit suppliciter. Ad quem: « Surge, ait Columba,  
hodie in tua operatione negligenter egisti. Dæmo-  
nem enim in fundo vacui lautantem vasculi impresso  
Domnico crucis signo ante infusionem lactis non ef-  
fugasti, cujus videlicet signi nunc virtutem non sus-  
tinens tremefactus, toto pariter turbato vase, veloci-  
ter cum lactis effusione aufugit. Hoc ergo ad me  
propius vasculum ut illud benedicam, approxima.  
Quo facto, Sanctus semivacuum benedixerat vas,  
eodemque momento divinitus repletum repertum  
est, subvumque quod prius in fundo remanserat vas-  
is, sub sanctæ manus benedictione usque ad sum-  
mum citius excreverat.

XV. Hoc factum subsequens in domo alicujus  
plebei divitis, ubi cum Sanctus hospitaretur, intra  
rusticanos contendentes duos, quorum prius adven-  
tum præscivit, recta judicatione judicavit. Unusque  
ex eis, qui maleficus erat, a Sancto jussus, de hove  
masculo, qui prope erat, lac arte diabolica expres-  
sit. Quod Sanctus non ut illa confirmaret maleficia  
feri jussit, quod absit; sed ut ea coram multitudine  
destrueret. Vir itaque beatus vas, ut videbatur tali  
plenum lacte, sibi ocius dari poposcit, et hac cum  
sententia benedixit, dicens: « Modo probabitur non  
esse verum, quod putabatis lac, sed dæmonum  
fraude ad decipiendos homines decoloratus sanguis. »  
Et continuo lacteus ille color in naturam propriam,  
hoc est, in sanguinem versus est. Bos quoque qui  
per unius horæ momentum turpi macie tabidus et  
maceratus erat, morti proximus, benedicta a Sancto  
aqua superfusus, mira sub celeritate sanatus est.

XVI. Alio quoque in tempore, vir beatus quadam  
nocte cum apud Columbanum tunc temporis inopem D  
bene hospitaret, mane primo Sanctus de quantitate et  
qualitate substantiæ plebeium hospitem interrogat.  
Qui interrogatus: « Quinque tantummodo, ait, vac-  
culas habeo; quæ si eas benedixeris, in majus  
crecent. » Quas illico a Sancto jussus adduxit,  
et hujus Columbani buculas quinales æqualiter be-  
nedicens, inquit: « Centenas et quinque, Deo do-  
nante, habebis vaccas; et erit in filiis et nepotibus  
tuis florida benedictio. » Quæ omnia juxta sancti  
viri prophetationem in agris et pecoribus ejus et  
prole plenissime adimpleta sunt. Mirumque in mo-  
dum numerum a Sancto præfinitus supra memorato  
viro in centenario et quinario vaccarum expletus nu-  
mero, nullo modo superaddi potuit. Nam illa quæ

supra præfinitum numerum excedebant diversis  
prærepta casibus nusquam comparuerant, excepte  
eo quod aut in usus proprios familiæ, aut in opus  
elemosinæ expendi poterat. In hac itaque narra-  
tione, ut in cæteris virtutibus, miraculum et pro-  
phetia simul aperte ostenditur. Nam in magna vac-  
carum ampliatione benedictionis pariter et orationis  
virtus apparet, et in præfinitione numeri propheta-  
lis præscientia.

XVII. Vir venerandus supra memoratum Columba-  
num, quem de paupere virtus benedictionis ejus divi-  
tem fecit, valde diligebat, quia ei multa pietatis officia  
præbebat. Erat autem illo in tempore quidam male-  
factor homo honorum persecutor, de regio ortus  
genere. Hic supra dictum Columbanum sancti ami-  
cum Columbæ persequabatur, domumque ejus om-  
nibus in ea inventis devastaverat ereptis, non semel,  
sed bis inimiciter agens. Unde forte non immerito  
eidem maligno accidit viro, ut tertia vice post ejus-  
dem domus tertiam deprædationem, beatum virum,  
quem quasi longius despexerat, propius appropin-  
quantem ad navim revertens præda onustus cum so-  
ciis obvium haberet. Quem cum Sanctus de suis cor-  
riperet malis, prædamque deponere rogans suade-  
ret, ille immitis insuadibiliter permanens Sanctum  
despexit, navimque cum præda ascendens, beatum  
virum subsannabat et deridebat. Quem Sanctus us-  
que ad mare prosecutus est, vitreasque intrans aquas,  
usque ad genua, æquoreas, levatis ad cælum amba-  
bus manibus Christum intente precatur, qui suos glo-  
rificantes se glorificat electos. Tum deinde Sanctus  
expleta oratione ad aridam reversus, in eminentiore  
cum comitibus sedet loco; ad quos illa in hora for-  
midabilia valde profert verba, dicens: « Hic misera-  
bilis homuncio, qui Christum in suis despexit ser-  
vis, ad portum, a quo nuper coram vobis emigravit,  
nunquam revertetur; sed nec ad alias, quas appetit  
terras, subita præventus morte, cum suis perveniet  
malis cooperantibus. Hodie, quam mox videbitis, de  
nube a Borea orta immitis immissa procella eum  
cum sociis submerget; nec de eis etiam unus remea-  
lit fabulator. » Post aliquantum paucularum inter-  
ventum morarum, die serenissima, ecce, de mari  
oborta, sicut Sanctus dixerat, nubes cum magno fra-  
gore venti emissa raptorem cum præda inter Maleam  
et Colosum insulam inveniens subito turbato sub-  
mersit medio mari; nec ex eis, juxta verbum Sancti,  
qui navi inerant, vel unus evasit; mirumque in mo-  
dum toto circumquaque manente tranquillo æquore,  
talis una rapaces ad inferna submersos prostravit  
procella; misere quidem, sed digne.

Alio quoque in tempore, vir sanctus quemdam de  
nobili Pictorum genere exsulem in manum alicujus  
ditis viri diligenter assignans commendavit, ut in  
ejus comitatu, quasi unus de amicis, per aliquot  
menses conversaretur. Quem cum tali commenda-  
tione de sancti manu viri suscepisset commendatam,  
post paucos dies dolose agens crudeli eum jussione  
trucidavit. Quod immane scelus cum Sancto a coin-

meantibus esset nuntiatum, sic respondens profatus est: « Non mihi, sed Eo infelix ille homunculus mentitus est: ejus nomen de vitæ libro delebitur. Hæc verba æstivo nunc mediante proloquimur tempore; sed autumnali, atequam de suilla gustet carne, arboreo saginata fructu, subita præventus morte, ad infernaliam rapietur loca. »

XVIII. Hæc sancti propheta viri cum misello nuntiaretur homuncioni, despiciens irrisit Sanctum. Et post dies aliquot autumnalium mensium, eo jubente, serosa nucum impinguata nulis jugulatur, necdum aliis ejusdem viri jugulatis suis. De qua celeriter exenterata partem sibi in veru celerius assari præcepit, ut de ea impatiens prægustans beati viri prophetationem destrueret. Qua videlicet assata, dari sibi poposcit aliquam prægustandam morsum particulam; ad quam percipiendam, extensam manum, priusquam ad os converteret, expirans mortuus retro in dorsum cecidit. Et qui viderant et audierant valde tremefacti, admirantes, Christum in sancto propheta honorificantes glorificaverunt.

XIX. Alio quoque in tempore, cum vir beatus in Pictorum provincia per aliquot moraretur dies, necesse habuit fluvium transire Nesam. Ad cujus cum accessisset ripam, alios ex accolis aspexit misellum humanans homunculum, quem, ut ipsius sepulchros ferebant, quædam paulo ante nantem aquatilis præripiens bestia morsu momordit ævissimo: cujus miserum cadaver, sero licet, quidam in alno subvenientes porrectis proripuerunt uncinis. Vir e contra hæc audiens, præcepit ut aliquis e comitibus enatans capulum in altera stantem ripa ad se navigando reducat. Quo audito sancti prædicabilis viri præcepto, Lugneus, nihil moratus, obsecundans, depositis vestimentis excepta tunica immittit se in aquas. Sed bellua, quæ prius non tam satiata, quam in præda accensa in profundo fluminis latitabat, sentiens, eonante, turbatam supra aquam, subito emergens natatilis ad hominem in medio natantem alveo cum ingenti stremitu aperto occurrit ore.

Vir tum beatus videns, omnibus qui inerant, tam barbaris, quam etiam fratribus, quibus terrore percussis, cum salutare devota manu in vacuo et in aere crucis pinxisset signum, invocato Dei nomine, feroci imperavit bestie, dicens: « Nolis ultra progredi, nec hominem tangas, retro citius revertere. » Tum bestia hæc, Sancti aulita voce, retrorsum, ac si funibus retraheretur, velociore cursu fugit tremefacta; quæ prius Lugneo nanti eo usque appropinquavit, ut inter hominem et bestiam non amplius esset, quam unius contuli longitudo. Fratres tum recessisse videntes bestiam, Lugneumque commilitonem ad eos intactum et incolumem in navicula reversum, cum ingenti admiratione glorificaverunt Deum in beato viro; sed et gentiles barbari, qui ad præsens inerant, ejusdem miraculi magnitudine, quod et ipsi viderant, compulsi, Deum magnificaverunt Christianorum.

XX. Illo in tempore quo sanctus Columba in Pictorum provincia per aliquot demorabatur dies, qui-

dam cum tota plebeius familia verbum vitæ per interpretatorem, sancto prædicante viro, audiens credidit, credensque baptizatus est, maritus cum marita, liberisque, et familiaribus. Et post aliquantum dieularum intervallum paucarum unum filiorum patrisfamilias gravi corruptus ægritudine, usque ad confinia mortis et vitæ perducus est. Quem cum magi morientem vidissent, parentibus cum magna exprobratione coeperunt illudere, suosque quasi fortiores deus magnificare, Christianorum vero tanquam infirmiori derogare. Quæ omnia cum intemerentur beato viro, zelo suscitatus Dei, ad domum cum suis comitibus amici pergit plebeii, ubi parentes nuper defunctæ prolis mœstas celebrant exequias. Quos Sanctus valde tristificatus videns confirmat, dictis compellat consolatoriis, ut nullo modo de divina omnipotentia dubitent. Consequenter percussatur, dicens: « In quo hospitio corpus defuncti jacet pæri? » Pater tum orbatus Sanctum sub mœstum deducit culmen, qui sta im omnem foris exclusam relinquens catervam, solus mœstificatus intrat habitaculum. Ubi illico flexis genibus faciem ubertim lacrymis irrigans, Christum precatur Dominum, et post ingeniculationem surgens oculis convertit ad mortuum dicens: « In nomine Domini Jesu Christi reuscitare, et sta super pedes tuos. » Cum hæc Sancti honorabili voce anima ad corpus rediit, defunctusque aertis revixit oculis, cujus manum tenens apostolicus homo erexit, et in stationem stabilis secum domum egressus deducit, et parentibus redivivum assignavit. Clamor tum populi attollitur, plangor in lætationem convertitur, *Deus Christianorum* glorificatur.

Hoc noster Columba cum Helia et Heliseo prophetis habeat sibi commune virtutis miraculum, et cum Petro et Paulo et Joanne apostolis partem honoris similem in defunctorum reuscitatione, et inter utrosque, hoc est, prophetarum et apostolorum honorificam cœlestis patriæ sedem, homo propheticus et apostolicus æternalem cum Christo, qui regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti per omnia sæcula.

XXI. Eodem in tempore, vir venerabilis quondam a Broichano Mago Scotibicam postulavit servam, humanitatis miscratione liberandam; quam cum in duro valde et stolido retentaret animo, Sanctus ad eum locutus, hoc profatur: « Modo scito, Broichanescito, quia si mihi hanc peregrinam liberare captivam nolueris, priusquam de hac revertar provincia, citius morieris. » Et hoc coram Brudo rege dicens domum egressus regiam, ad Nesam venit fluvium de quo videlicet fluvio lapidem attollens candidum ad comites: « Signate, ait, hunc candidum lapidem per quem Dominus in hoc gentili populo multas ægrotarum perficit sanitates. » Et hoc effatus verbum consequenter intulit, inquit: « Nunc Broichanus fortiter concussus est. Nam Angelus de cœlo missus, graviter illum percussit, vitream in manu ejus, de qua bibebat, confregit in multa fragmenta; ipsum vero anhelantem ægra reliquit suspiria, morti



vicinum. Hoc in loco paululum expectemus binos regis nuntios ad nos celeriter missos, ut Broichano morienti citius subveniamus. Nunc Broichanus formidabiliter correptus ancillam liberare est paratus. »

Adhuc Sancto hæc loquente verba, ecce, sicuti prædixerat, duo a rege missi equites adveniunt, omnia quæ in regis [Fort., notione] motione de Broichano juxta Sancti vaticinium sunt acta, enarrantes, et de poculi contractione, de Broichano juxta, et de Magi correptione, de servulæ parata absolute; hocque intulerunt, dicentes: « Rex et ejus familiares nos ad te miserunt, ut nutritio ejus Broichano subvenias mox morituro. »

Quibus auditis legatorum verbis, Sanctus binos de conitum numero ad regem cum lapide a se benedicto mittit, dicens: « Si in primis promiserit se Broichanus famulam liberaturum, tum deinde hic lapillus intingatur in aqua; et sic de eo bibat, et continuo salutem recuperabit. Si vero reuerit refragens absolvi servam, statim morietur. »

Duo missi verbo Sancti obsequentes ad aulam deveniunt regiam, verba viri venerabiliter enarrantes regi. Quibus intimatis regi et nutritio ejus Broichano, valde expaverunt. Eadem hora liberata famula sancti legatis viri assignatur, lapis in aquam intingitur, nitramque in modum lapis contra naturam in aquis supernat, quasi pomum, vel nux; nec potuit Sancti benedictio viri submergi: de quo Broichanus natante bibens lapide, statim a vicina rediit morte, integramque carnis recuperavit salutem. Talis vero lapis postea in thesauris regis reconditus, multas in populo ægrotudinum sanitates similiter in aqua natans intactus, Domino miserante, effecit.

Mirum dictu, ab his ægrotis, quorum vitæ terminus supervenerat, requisitus idem lapis nullo modo reperiri poterat. Sic et in die obitus Brudei regis quærebatur, nec tamen in eodem loco, ubi fuerat reconditus prius, inveniebatur.

XXII. Post supra memorata peracta, quadam die, Broichanus ad sanctum proloquens virum, inquit: « Dicitio mihi, Columba, quo tempore cupis enavigare. » Sanctus: « Tertia, ait, die, Deo volente, et vita comite, navigationem proponimus incipere. » Broichanus e contra: « Non poteris, ait, nam ego ventum tibi contrarium facere, caliginemque umbrosam superinducere possum. » Sanctus: « Omnipotentia Dei, ait, omnium dominatur, in cujus nomine omnes nostri motus ipso gubernante diriguntur. » Quid plura? Sanctus eadem die, sicut proposuit, ad lacum fluminis Nisæ longum multa prosequente caterva, venit. Magi vero gaudere tum cæpere, magnam videntes superinductam caliginem, et contrarium cum tempestate flatum. Nec mirum hæc interdum arte dæmonum posse fieri, Deo permittente, ut etiam venti et æquora in asperius concitentur. Sic enim aliquando dæmoniorum legiones sancto Germano episcopo de sinu Gallico causa humane salutis ad Britanniam naviganti medio in æquore occurrerant; et opposites pericula procel-

las concitabant, cœlumque diemque tenebrarum caligine obducebant. Quæ tamen omnia, sancto orante Germano, dicto citius sedata detera cessarunt caligine. Noster itaque Columba videns contra se elementa concitari furentia, Christum invocat Dominum, cimbulamque ascendens, nautis hesitantibus, ipse constantior factus velum contra ventum jubet subtrigi.

Quo facto, omni inspectante turba, navigium contra flatus mira vectum occurrit velocitate; et post haud grande intervallum venti contrarii ad iter ministeria cum omnium admiratione revertuntur. Et sic per totam illam diem, flabris lenibus secundis flantibus, beati cimba viri optatum provecta ad portum pulsa est. Perpendat itaque lector, quantus et qualis idem vir venerandus fuerit, in quo Deus omnipotens talibus præscriptis miraculorum virtutibus coram plebe gentilica illustre suum manifestavit nomen.

XXIII. Alio in tempore, hoc est, in prima Sancti fatigatione itineris ad regem Brudeum, casu contingit, ut idem rex fastu elatus regio suæ munitionis superbe agens, in primo beati adventu viri, non aperiret portas. Quod ut cognovit homo Dei cum comitibus ad valvas portarum accedens, primum Dominicæ crucis imprimens signum, tum deinde marem pulsans contra ostia ponit. Quæ continuo sponte retro retrusis fortiter seris cum omni celeritate aperta est. Quibus statim apertis, Sanctus consequenter cum suis sociis intravit. Quo cognito, rex cum senatu valde pertimescens, domum egressus obviam cum veneratione beato pergit viro, pacificisque verbis blande admodum compellat, et ex ea in posteram die sanctum et venerabilem virum idem regnator suæ omnibus vitæ reliquis diebus valde magna honoravit, ut decuit, honorificentia.

XXIV. Alio itidem in tempore, vir beatus aliquantisper in Scothia versatus ad visitandos fratres, qui in monasterio divini ruris commanebant Rivulorum. ab eis invitatus perrexit; sed casu aliquo accidit, ut eo ad ecclesiam accedente claves non reperiretur Oratorii. Cum vero Sanctus de non repertis adhuc clavibus, et obseratis foribus inter se conquirentes alios audisset, ipse ad ostium appropinquans: « Potens est Dominus, ait, domum suam etiam sine clavibus servis aperire. » Cum hac tum voce subito retro retrusis forti motu pessulis, sponte aperta janua Sanctus cum omnium admiratione ad ecclesiam ante omnes ingreditur, et hospitaliter a fratribus susceptus honorabiliter ab omnibus veneratur.

XXV. Alio in tempore, quidam ad Sanctum plebeius venit pauperrimus, qui in ea habitabat regione, quæ stagni litoribus aporici est contermina. Hic ergo miserabili viro, qui unde maritam et parvulos cibaret, non habebat, vir beatus petenti miseratus, ut potuit, quamdam largitus eleemosynam, ait: « Misselle homuncio, tolle de sylva contulum vicina, et ad me citius defer. » Obscurandans miser juxta Sancti jussionem detulit materiam; quam Sanctus excipiens

in veru exacult, quodque propria exacuminans manu benedicens, et illa adsignans inopi dixit : « Hoc veru diligenter custodi, quod, ut credo, nec homini, nec alicui pecori nocere poterit, exceptis feris bestiis quoque et piscibus. Et quandiu talem habueris sudem, nunquam in domo tua cervinæ carnis cibatio abundans deerit. » Quod audiens miser mendiculus valde gavisus, domum revertitur, veruque in remotis terræ infixio locis, quæ sylvestres frequentabant feræ, et vicina transacta nocte, mane primo pergit revisitare volens veru, in quo miræ magnitudinis cervum cecidisse reperit transmissum. Quid pura? Nulla, ut nobis traditum est, transire poterat dies, qua non aut cervum, aut cervam, aut aliquam reperiret in veru infixio cecidisse bestiam. Repleta quoque tota de ferinis carnibus domo, vicinis superflua vendebat, quæ hospitium suæ domus capere non poterant.

Sed tamen diaboli invidia per sociam, ut Adam, et hunc etiam miserum invenit, quæ non quasi prudens, sed fatua taliter ad maritum locuta est : « Tolle de terra veru; nam si in eo homines, aut etiam pecora perierint, tu et ipse, et ego cum liberis nostris aut occidemur, aut captivi ducemur. » Ad hæc maritus inquit : « Non ita fiet; nam sanctus vir mihi benedicens sudem dixit, quod nunquam hominibus, aut etiam pecoribus nocebit. » Post hæc verba mendicus uxor consentiens, pergit, et tollit de terra veru intra domum quasi amans illud secus parietem posuit, in quo mox domesticus ejus incidens canis disperit. Quo pereunte, rursus marita : « Unus, ait, filiorum tuorum incidet in sudem, et peribit. » Quo audito ejus verbo maritus veru de pariete removens ad sylvam reportat, et in densioribus infixit dumis, ut putabat, ubi a nullo posset animante offendi; sed postera reversus die capream in eo cecidisse et peritase reperit. Inde quoque illud removens in fluvio, qui Latine potest dici *Nigra Dea*, juxta ripam sub aquis abscondens infixit. Quod alia revisitans die escocem in eo miræ magnitudinis transfluxum et retentum invenit, quem de flumine elevans vix solus ad domum reportare poterat; veruque secum de aqua simul reportans extrinsecus in superiore tecti affixit loco, in quo et corvus de volatus impetu lapsus disperit jugulatus.

Quo facto, miser fatuæ consilio conjugis depravatus veru tollens de tecto, assumpta securi, in plures concidens particulas, in ignem projecit, et postea quasi suæ paupertatis amisso non mediocri solatio, remendicare, ut meritas, coepit. Quod videlicet penurix rerum solamen sæpe superius in veru memorato dependebat, quod pro pedicis, et retibus, et omni venationis et piscationis genere servatum posset sufficere, beati viri donatum benedictione, quodque amissum miser plebeius eo ditatus pro tempore ipse cum tota familiola sero licet omnibus de cætero deplanxit reliquis diebus vite.

XXVI. Alio in tempore, beati legatus viri Lugai us nomine ad Scothiam jussus navigare proponens in-

ter navalia navis sancti instrumenta utrem lactarium quæsitum inveniens sub mari, congestis super eum non parvis lapidibus madefaciendum posuit, veniensque ad Sanctum, quod de utre fecit, intinnavit. Qui subridens, inquit : « Uter quem, ut dicis, sub undis posuisti, hac vice, ut æstimo, non te ad Hiberniam comitabitur. » Cur, ait, non mecum in navi comitem cum habere potero? » Sanctus : « Altera, inquit, die, quod res probabit, scies. » Itaque Legaidus mane postera die ad retrahendum de mari utrem pergit, quem tamen noctu salatia subtraxit unda. Quo non reperto, ad Sanctum reversus tristis, flexis in terram genibus, suam confessus est negligentiam. Cui Sanctus, illum consolatus ait : « Noli, frater, pro fragilibus contristari rebus : uter quem salatia sustulit ad suum locum post tuum egressum reportabit venalia. »

Eadem die post Lugaidi de Jova insula emigrationem, hora transacta nona Sanctus ex circumstantibus sic profatus, ait : Nunc ex vobis unus ad æquor pergat, utrem de quo Legaidus querebatur, et quem salatia sustulerat unda, nunc [Fort., venalia] venalia retrahens, in loco unde subtractus est, representavit. Quo Sancti audito verbo, quidam alacer juvenis ad oram cucurrit maris, repertumque utrem, sicut prædixerat Sanctus, cursu reversus concito, reportans valde gavisus coram Sancto cum omnium, qui ibidem erant, admiratione assignavit. In his, ut sæpe dictum est binis narrationibus superius descriptis, quamlibet in parvis rebus, sude videlicet et utre, prophetice simul et virtutis miraculum comitari cernuntur. Nunc ad alia tendamus.

XXVII. Quadam die Sanctus in Jova commanens insula cito a lectione surgens et subridens dicit : « Nunc ad orationem mihi properandum, ut pro quadam misellula deprecor Deum femina, quæ nunc in Hibernia nomen hujus inclamans commemorat Columbæ in magnis parturitionis difficillimæ tortorisationibus, et ideo per me a Domino de angustia absolutionem dari sibi sperat, quia et mihi est cognationalis, de meæ matris parentela genitorem habens progenitum. » Hæc dicens Sanctus illius mulierculæ motus miseratione ad ecclesiam currit, flexisque genibus pro ea Christum de homine natum exorat. Et post precationem oratorium egressus ad fratres profatur occurrentes, inquit : « Nunc propitius Dominus Jesus de muliere progenitus opportune miseræ subveniens eam de angustiis liberavit, et prospere prolem peperit; nec hac mihi rietur vice. » Eadem hora, sicuti Sanctus prophetizavit, misella femina nomen ejus invocans absoluta salutem recuperavit. Ita ab aliquibus postea de Scothia, et de eadem regione, ubi mulier inhabitabat, transmeantibus intimatum est.

XXVIII. Alio in tempore cum vir sanctus in Rechrea hospicaretur insula, quidam plebeius ad eum veniens, de sua querebatur uxore; quæ, ut ipse dicebat, odio habens eum ad maritalem nullo modo admittebat concubitus accedere. Quibus auditis

Sanctus maritam advoceas, in quantum potuit eam hac de causa corripere cœpit, inquires : « Quare, mulier, tuam a te carnem abdicare conaris? Domino dicente: Erunt duo in carne una. Inque caro tui conjugis tua caro est. » Quæ respondens : « Omnia, inquit, quæcunque mihi præceperis, sum parata, quamlibet sint valde laboriosa, adimplere, excepto uno, ut me nullo compellas modo in uno lecto dormire cum Lugneo. Omnem domus curam exercere non recuso, aut si jubeas vel maria transire, et in aliquo puellarum monasterio permanere. » Sanctus tum ait : « Non potest recte fieri quod dicis. Nam adhuc viro vivente alligata es lege viri. Quod enim Deus licite conjunxit, nefas est reparari. » Et his dictis consequenter intulit : « Hac in die tres, hoc est, ego, et maritus cum conjuge jejunantes Dominum precemur. » Illa dehinc : Scio, ait, quia tibi impossibile non erit, ut ea quæ vel difficilia, vel etiam impossibilia videntur, a Deo impetrata donentur. » Quid plura? marita eadem die cum Sancto jejunare consentit, et maritus similiter, nocteque subsequente Sanctus in somnis pro eis deprecatus est; posteraque die Sanctus maritam præsentem sic compellat marito : « O femina, si, ut hesternam dicebas die, parata hodie es ad feminarum emigrare monasterium? » Illa : « Nunc, inquit, cognovi, quia tua a Deo de me est exaudita oratio. Nam quem heri oderam, hodie amo; cor enim meum hac nocte præterita, quoniam modo igo, in me immutatum est de odio in amorem. » Quid moramur? Ab eadem die usque ad diem obitus animam ejusdem maritus indissociabiliter in amore conglutinata est marito, ut illa maritalis concubitus debita, quæ prius reddere renuebat, nullo modo deinceps recusaret.

XXIX. Alio in tempore Cormacus, Christi miles, de quo in primo hujus opusculi libello breviter aliqua commemoravimus, pauca etiam secunda vice, conatus est eremum in oceano quærere, qui postquam a terris infinitum oceanum plenis evagavit velis, iisdem diebus sanctus Columba cum ultra dorsum moraretur Britannix, Brudeo rege præsentem Orcadum regulo commendavit, dicens : « Aliqui ex nostris nuper emigraverunt, desertum in pelago intransmeabili invenire optantes, qui si forte post longos circuitus Orcadas devenerint insulas, huic regulo ejus obsides in manu tua sunt, diligenter commenda, ne aliquid adversi intra terminos ejus contra eos fiat. » Hoc vero Sanctus ita dicebat, quia in spiritu præcognovit quod post aliquot menses idem Cormacus esset ad Orcadas venturus. Quod ita postea evenit, et propter supra dictam sancti viri commendationem de morte in Orcadibus liberatus est vicina.

Post aliquantum paucorum intervallum mensium cum sanctus in Jova commemoraretur insula, quadam die coram eo ejusdem Cormaci mentio ab aliquibus subito oboritur sermocinantibus, et taliter dicentibus. « Quomodo Cormaci navigatio prospere an non provenit, adhuc nescitur. » Quo audito verbo,

Sanctus hac profatur voce, dicens : « Cormacum, de quo nunc loquimur, hodie mox pervenientem videbitis. » Et post quasi unius horæ interventum, mirum dictu! et ecce inopinato Cormacus superveniens Oratorium cum omnium admiratione et gratiarum ingreditur actione. Et quia de hujus Cormaci secunda navigatione beati prophetationem breviter intulimus viri, nunc et tertia æque prophetica ejus scientia aliqua describenda sunt verba.

XXX. Dum idem Cormacus tertia in Oceano mari fatigaretur vice, usque ad mortem periclitari cœpit. Nam cum navis ejus a terris per quatuordecim æstivi temporis dies totidemque noctes plenis velis, austro flante vento ad septentrionalem plagam cœli directo excurreret cursu, ejusmodi navigatio ultra humani excursus modum et inremediabilia videbatur. Unde contigit ut post decimam ejusdem quarti et decimi horam diei quidam peccati insistentibus undique, et valde formidabiles consurgerent terrores. Quædam quippe in id temporis invisæ mare obtegentes occurrerant tetra et infestæ nimis bestiolæ, quæ horribili impetu carinam et latera, puppiumque, et proram ita fortiter feriebant percussura, ut pollicium tectum navis putarentur penetrare posse; quæ, ut hi qui inerant ibidem postea narrarunt, prope magnitudine ranarum, aculeis permolestæ non tamen volatiles, sed nataliles erant. Sed et remora infestabant palmulas. Quibus visis inter cætera monstra, quæ non hujus est temporis enarrare, Cormacus cum nantis comitibus valde turbati, et pertimescentes, Deum, qui est in angustiis pius et opportunus auxiliator, illacrymanti precantur.

Eadem hora et sanctus noster Columba, quamlibet longe absens corpore, spiritu tamen præsens, in navi cum Cormaco erat. Unde eodem momento personante signo fratres ad oratorium convocat, et ecclesiam, dicens : « Fratres, tota intentione pro Cormaco orate, qui nunc humane discursionis limitem immoderate navigando excessit, nunc quasdam monstruosas ante non visas pene indicibiles patitur horribilas perturbaciones. Inque nostris commembribus in periculo intolerabili constitutis mente compati debemus fratribus, et Dominum exorare cum eis. Ecce enim nunc Cormacus cum suis nautis faciem lacrymis irrigans ubertim Christum intensus precatur, nos ipsum orando adjuvemus, ut austrum flantem ventum usque hodie per quatuordecim dies nostri miseratus in aquilonem convertat; qui videlicet aquilonens ventus navem Cormaci de periculis retrahebat. »

Et hæc dicens flexis genibus flebili cum voce ante altarium omnipotentiam Domini ventorum et cunctarum gubernatricem precatur rerum. Et post orationem cito surgit, et abstinens lacrymas gaudenter grates Deo agit, dicens : « Nunc, fratres, nostris congratulemur, pro quibus oramus caris, quia Dominus nunc austrum in aquilonarem convertit flatum, nostros de periculis commembres retrahente, quos huc ad nos iterum reducet. » Et continuo cum

ejus voce auster cessavit ventus, et inspiravit aquiloneus.

Per multos post dies et navis Cormaci ad terras redacta est, et pervenit Cormacus ad sanctum Columbanum, et se, donante Deo, facie ad faciem cum ingenti omnium admiratione representavit, et non mediocri lætatione. Perpendat itaque lector quantum et qualis idem vir beatus fuerit, qui talem prophetiam habens scientiam ventis et oceano Christi invocato nomine potuit imperare.

XXXI. Alio in tempore cum in Scotia per aliquot dies Sanctus conversaretur, aliquibus ecclesiasticis utilitatibus coactus, cursum, ab eo prius benedictum, ascendit junctum, sed non insertis primo, quæ necio negligentia accedente, necessariis obicibus per axionum extrema foramina. Eadem autem erat diecula Columbanus filius Echudi vir sanctus illius

A monasterii fundator, quod Scotia vocatur lingua Snamluthir; qui operam aurigæ in eodem curriculo cum sancto exercebat Columba. Fuit itaque talis ejusdem agitatio diei per longa viarum spatia sine ulla rotarum humerulorumque separatione sive labefactione; nulla, ut supra dictum est, obi un retentione vel communitone retinente, sed soladiali, sic venerando præstante gratia viro, ut currus cui insederat salubriter absque ulla impeditioe recta incederet orbita.

Hucusque de virtutum miraculis quæ per prædicationem virum in præsentem conversantem divina vita operata est omnipotentia, scripsisse sufficiat. Hic secundus de virtutum miraculis finiendus est liber, in quo animadvertere lector debet quod et de competentis in eo multa propter legentium prætermissa sunt fastidium.

## INCIPIIT LIBER TERTIUS,

### DE ANGELICIS APPARITIONIBUS, ET DE TRANSITU S. COLUMBÆ.

I. In primo, ex his tribus libellis, libro, ut superius commemoratum est, de prophetis revelationibus quedam breviter succinctorum, Domino juvante, descripta sunt. In secundo superiore, de virtutum miraculis quæ per beatum declarata sunt virum, et quæ, ut sæpe dictum est, plerumque prophetationis comitatur gratia. In hoc vero tertio de angelicis apparitionibus, que vel ab iis de beato viro, vel ipsi de aliis revelatae sunt. Et de his quæ utroque, quamlibet disparili modo, hoc est, ipsi proprie et plenius, aliis vero improprie, et ex quadam parte sunt manifestatae, hoc est extrinsecus et explorative: in tandem tamen vel angelorum vel celestis visionis locis, quæ utique talium descriptarum visionum suis caraxatae l. cis inferius clarebunt.

Sed nunc a primordiis beati nativitatibus viri eadem describere angelicas apparitiones incipiamus. Angelus Domini in somnis genitrici venerabilis viri nocte quadam inter conceptum ejus et partum apparuit, eique quasi quoddam miræ pulchritudinis peplum assistens detulit, in quo veluti universorum decorosi colores florum depicti videbantur, quodque post aliquod breve intervallum ejus de manibus reposcens abstulit, elevansque et expandens in aere dimisit vacuo.

Ille vero de illo tristificata sublato, sic ad illum venerandi habitus virum: Cur a me, ait, hoc lætificantem tam cito abstrahis pallium? Ille consequenter: Idcirco, inquit, quia hoc sagum tam magnifici honoris alicujus est, quod apud te diutius retinere non poteris. His dictis supra memoratum peplum mulier paulatim a se elongari volando videbat, camporumque latitudinem in majus crescendo excedere, montesque et saltus majore sui mensura superare; vocemque hujusmodi subsequam audierat: Mulier, noli tristificari. Viro enim cui matrimonio li es junc a foedere, talem filium

editura es floridum, qui quasi unus prophetarum Dei, inter ipsos connumerabitur, innumerabiliumque animarum dux ad caelestem a Deo patriam est prædestinatus. In hac audita voce mulier expurgiscitur.

C II. Afa in nocte ejusdem beati pueri nutritor, spectabilis vir vitæ, presbyter, post Missam ab ecclesia ad hospitium revertens, totam invenit domum clara irradiatam luce. Globum quippe igneum super pueruli dormientis faciem vidit stantem: quo viso statim intremuit, et prostrato in terram vultu, valde miratus, Spiritus sancti gratiam super suum intellexit alumnum colitus effusam.

D III. Post multorum intervalla temporum cum a quadam synodo pro quibusdam venialibus et excusabilibus causis, non recte, ut post in fine claruit, sanctus excommunicaretur Columba, ad eandem contra ipsam collectam venit congregationem. Quem cum eminus appropinquantem sanctus vidisset Brendenus, illius monasterii fundator, quod Scotice Birra nuncupatur, citius surgit; et inclinata facie eum veneratus exosculatur. Quem cum aliqui illius seniores cœtus seorsum cæteris redarguerent semotim dicentes: Quare coram excommunicato surgere, et eum osculari non revereris? Taliter ad eos inquit: Si vos, ait, videretis ea quæ mihi Dominus hac in die de hoc suo, quem dehonoris, electo manifestare non dedignatus est, nunquam excommunicassetis, quem Dominus non solum secundum vestram non rectam sententiam nullo modo excommunicat, sed et magis et magis magnificat. Illi e contra: Quomodo, aiunt, ut dicis, ipsum glorificat Deus quem nos non sine causa excommunicavimus, scire cupimus. Ignicomam vel valde luminosam, ait Brendenus, columnam vidi, eundem quem vos despicitis, antecedentem Bei hominem, angelos quoque sanctos per campum ejus itineris comites. Hunc itaque

pernere non audeo, quem populorum ducem ad vitam a Deo præordinatum video. Illis ab eo dictis non tantum ultra Sanctum excommunicare non ausi, cessarunt, sed et valde venerati honorarunt.

IV. Alio in tempore, vir sanctus venerandum episcopum Finnionem suum videlicet magistrum juvenis senem adiit. Quem cum sanctus Finnio ad se appropinquantem vidisset, angelum Domini pariter ejus comitem itineris vidit. Et, ut nobis ab expertis traditur, quibusdam astantibus intimavit fratribus, dicens: Ecce nunc videtis sanctum adventantem Columbam, qui sui commeatu meruit habere socium angelum cœlicolam.

Iisdem diebus Sanctus cum duodecim commilitonibus discipulis Britanniam transnavigavit.

V. Alio in tempore, cum vir prædicabilis in Hibernia commoraretur insula, quadam nocte in extasi mentis angelum Domini ad se missum vidit, qui in manu vitreum ordinationis regum habebat librum, quem cum vir venerandus de manu angeli accepisset, ab eo jussus legere cœpit. Qui cum, secundum quod ei in libro erat commendatum, Aidanum in regem ordinare recusaret, quia magis Jogenanum fratrem ejus diligeret, subito angelus extendens manum, Sanctum percussit flagello: cujus livorosum in ejus latere vestigium omnibus sæcæ diebus permansit vitæ; hocque intulit verbum: Pro certo scias, inquit, quia ad te a Deo missus sum, cum vitreo libro, ut juxta verba quæ in eo legis Aidanum in regnum ordines. Quod si obsecundare huic nolueris jussioni, percutiam te iterato.

Hic itaque angelus Domini cum per tres continuas noctes eundem in manu vitreum habens Codicem apparisset, eademque Domini jussa de regis ejusdem ordinatione commendasset; Sanctus verbo obsecutus Domini, ad Jovam transnavigavit insulam, ibidemque Aidanum iisdem adventantem diebus in regem, sicut jussus erat, ordinavit, et inter ordinationis verba de filiis et nepotibus pronepotibusque ejus futura prophetizavit: imponensque manum super caput ejus ordinans benedixit.

Commeneus Albus, in libro quem de virtutibus sancti Columbæ scripsit, sic dixit, quod sanctus Columba de Aidano, et de posteris ejus, et de regno suo prophetare cœtit dicens: Indubitanter credo, o Aidane, quod nullus adversariorum tuorum tibi poterit resistere, donec prius fraudulentiam agas in me, et in posteris meos. Propterea ergo tu filiis commendes ut et ipsi filiis et nepotibus et posteris suis commendent, ne per consilia mala eorum sceptrum regni hujus de manibus suis perdant. In quocumque enim tempore malum adversum me, aut adversus cognatos meos, qui sunt in Hibernia, fecerint, flagellum, quod causa tui ab angelo sustinui, per manum Dei super eos in magnum flagitium vertetur, et cor virorum auferetur ab eis, et inimici eorum vehementer super eos confortabuntur. Hoc autem vaticinium temporibus nostris completum est in Beileroth Domuallo Brecco, ne-

A pote Aidani sine causa vastante provinciam Donnail nepotis Amureg. Et a die illa usque hodie adhuc in proclivo sunt ab extraneis, quod suspiria doloris pectori incutit.

VI. Alio in tempore, cum vir sanctus in Jova conversaretur insula, quidam de suis monachus Britto, bonis actibus intentus, molestia correptus corporis, ad extrema perductus est; quem cum vis venerandus in hora sui visitaret exitus, paulisper ad ejus lectum assidens, et ei benedicens, ocius domum egreditur, nolens videre morientem. Qui eodem momento post Sancti de domo recessum viri, præsentem finivit vitam.

Tum vir prædicabilis in plateola sui deambulans monasterii porrectis ad cœlum oculis, diutius valde obstupescens admirabatur. Quidam vero frater Aidanus nomine, bonæ indolis, et religiosus homo, qui solus de fratribus eadem adfuit hora, flexis genibus rogare cœpit ut sanctus eidem tantæ admirationis causam intimaret. Cui sanctus: Nunc sanctos Angelos in aere contra adversarias potestates beligerare vidi; Christoque agonothetæ gratias ago, quia victores angeli animam hujus peregrini, qui primus apud nos in hac in ula mortuus est, ad cœlestis patriæ gaudia evererunt. Sed hoc, queso, sacramentum nemini in vita mea reveles.

VII. Cum vir beatus adhuc juvenis Diaconus in parte Eagenensium divinam addiscens sapientiam conversaretur, quadam accidit die ut Bono quidam innocuorum immitis persecutor crudelis quidam in campi planitie filiolam fugientem sequeretur. Quæ cum forte germanum senem supra memorati juvenis diaconi magistrum in campo legitem vidisset, ad eum recto cursu, quanta valuit velocitate confogit: qui tali perturbatus subitatione Columbam eminus legitem advocat, ut ambo, in quantum va'uissent, filiam a persequente defenderent. Qui statim superveniens, nulla eis ab eo data reverentia, filiam sub vestimentis eorum lancea jugulavit; et relinquens jacentem mortuam super pedes eorum aversus abire cœpit. Senex tum valde tristificatur conversus ad Columbam, Quanto, ait, sancte puer Columba, hoc scelus cum nostra dehonoratione temporis spatæ inultum fieri Judex justus patietur Deus? Sanctus consequenter hanc in ipsum sceleratorem protulit sententiam, dicens:

Eadem hora, qua interfectæ ab eo filia anima ascendit ad cœlos, anima ipsius interfactoris descendet ad inferos. Et dicto citius cum verbo, sicut Ananias coram Petro, sic et ille innocentium jugulator coram oculis sancti juvenis in eadem mortuus cecidit terrula, cujus rumor subitæ et formidabilis vindictæ continuo de multis Scotiæ provincias cum mira sancti diaconi fama divulgatus est.

VIII. Alio in tempore, vir beatus cum in Sicilia insula aliquantis demoraretur diebus, paulo longius solus orationis intuitu separatus a fratribus, sylvam ingressus densam, miræ magnitudinis aprum, quem forte venatici canes persequerentur, obvium habuit.

Quo viso eminens Sanctus aspiciens eum restitit. Tum deinde invocato Dei nomine, sancta elevata manu, cum intenta dicit ad eum oratione : Uterius huc procedere nolis : in loco ad quem nunc devenisti morere. Quo sancti in silvis personante verbo, non solum ultra accedere non valuit, sed ante faciem ipsius terribilis ferus verbi ejus virtute mortificatus cito corruit.

IX. Alio in tempore, cum prædicabilis viri Scotiales strenui piscatores quinos in rete pisces cepissent in fluvio Sale piscoso, Sanctus ad eos irato ait : Rete in flumen jicite, et statim invenietis grandem, quem mihi Dominus præparavit piscem. Qui verbo Sancti obtemperantes, miræ magnitudinis traxerunt in reticulo cibum a Deo sibi præparatum.

X. Quadam die, quidam bonæ indolis juvenis Lugneus nomine, qui postea senex in monasterio insulæ Helenæ præpositus erat, ad Sanctum veniens querit de fluvio sanguinis, qui crebro per multos menses naribus ejus immoderate profluebat : quo propius accito Sanctus ambas ipsius nares binis manus dexteræ di. it's constringens benedixit; ex qua hora benedictionis nunquam sanguis de naso ejus usque ad extremum distillavit diem.

XI. Alio in tempore, quidam Everniensis peregrinus ad Sanctum perveniens, per aliquot apud eum menses in Jova commanebat insula. Cui vir beatus alia die, Nunc, ait, quidam de provincialibus tuis clericus ad cælum ab Angelis portatus, cujus adhuc ignoro nomen.

Fratrè vero hoc audiens, cœpit secum de provincia perscrutari anteriorum, et de illius beati hominis vocabulo, hocque consequenter intulit verbum inquis : Alium Christi commilitonem scio, qui sibi in eodem territorio in quo et ego cominabam, monasteriolum construxit nomine Diormitium. Cui Sanctus ait : Ipse est de quo dicis, qui nunc ab Angelis Dei in paradysum deductus est.

Sed hoc etiam non negligenter adnotandum est quod idem vir venerabilis multa sibi a Dei arcana ab aliis celata sacramenta, nullo modo in hominum notitiam prodi passus est; duabus, ut ipse aliquando paucis intimaverat fratribus, causis existentibus; hoc est, ut jactantiam devitaret, et ad semetipsum interrogandum insustentabiles turbas de se aliqua interrogare volentes divulgata revelationum fama non invitaret.

XII. Alia die vir sanctus in Jova conversans insula remotiorem ab hominibus locum aptumque ad orationem in saltibus quæsit, ibidemque cum orare cœpisset, subito, ut ipse postea paucis intimaverat fratribus, videt contra se tetram et nigerrimam dæmonum cum ferreis veribus aciem præliari : qui, sicuti sancto viro per spiritum revelatum erat, monasterium ejus invadere, et multos et ex fratribus iisdem volebant jugulare sudibus. Ipse vero contra tales æmulos unus homo innumeros accepta Pauli armatura apostoli, forti conflictu dimicabat, et ita ex majore diei parte utrinque dimicatum est, nec innumerabiles unum vincere poterant, nec eos unus

A de sua valebat insula repellere; donec angeli Dei, ut Sanctus post quibusdam non multis retulerat, in admiculum adfuerit, quorum timore perturbati dæmones loco cessere.

Eademque die, Sanctus ad monasterium post dæmoniorum reversus de sua insula effugationem, hoc de eisdem turmis hostilibus verbum profatur, inquis : Illi exitiabiles æmuli, qui hac die de hujus terræ, Deo propitio, regione angelis nobis subvenientibus, ad æthicam fugati sunt terram, ibidem sævi invasores fratrum monasteria invadent, et pestilentas inferent morbos, quorum molestia infestati multi morientur. Quod iisdem diebus, juxta beati præscientiam viri, ita et factum est. Et post interveniente biduo, ei revelante Spiritu : Bene, ait, Baitheneus auxiliante Deo, dispensavit, ut ejusdem Ecclesiæ cui Deo auctore præest in Campo Lunge, jejuniis et orationibus collectio a Dæmonum defendatur invasione; ubi nemo, excepto uno, qui mortuus est hac vice morietur. Quod ita juxta vaticinium ejus expletum est. Nam cum multi in cæteris ejusdem insulæ monasteriis eodem morbo morerentur, nemo nisi unus de quo Sanctus dixit, apud Baitheneum in sua est mortuus congregatione.

XIII. Quidam faber ferrarius in mediterranea Scotiæ habitabat parte, eleemosynarum operibus satis intentus, et cæteris justitiæ actibus plenus; hic cum ad extrema in bona senectute perduceretur, supra memoratus Columbus, eadem hora qua de corpore eductus est, sanctus Columbus in Jova commanens insula, paucis se circumstantibus sic profatus senioribus : Columbus, ait, Faber ferrarius, non incassum laboravit, qui de propria manuum laboratione suarum præmia emax felix comparavit æterna. Ecce enim nunc anima ejus a sanctis vehitur angelis ad cœlestis patriæ gaudia. Nam quodcumque de suæ artis negotiatione acquirere potuit, in egenorum eleemosynas expendit.

XIV. Alio itidem tempore vir sanctus in Jova conversans insula, quadam die subito oculos ad cælum dirigens hæc profatus est verba : Felix mulier, felix, bene morata, cujus animam nunc angeli Dei ad paradysum evehunt. Erat autem quidam religiosus frater Genereus nomine, Saxo, pistor opus pistorum exercens, qui hoc audierat verbum ex ore Sancti prolatum; eademque die mensis, eodem terminato anno, Sanctus eidem Genereo Saxoni : Miram rem video, ait. Ecce mulier de qua, te præsentem, præterito dixeram anno, nunc mariti sui religiosi cujusdam plebei in ære obviavit animæ, et cum sanctis angelis contra æmulas pro ea belligerat potestates, quorum admiculo ejusdem homuncionis justitia suffragante a dæmonum belligerationibus erepta ad æternæ refrigerationis locum anima ipsius est perducta.

XV. Alia itidem die, dum vir venerandus in Jova conversaretur insula, mane primo suum advocat sæpe memoratum ministratorem Diormitium nomine, eique præcepit, inquis : Sacra celeriter Eucharistiæ

ministeria præparentur, hodie enim natalis beati Brendini est dies. Quare, ait minister, talia Missarum solennia hodierna præparari præcipis die? Nullus enim ad nos de Scotia sancti illius viri obitus pervenit nuntius. Vade tu, ait Sanctus, meæ obsecundare jussioni debes. Hac enim nocte præterita vidi subito apertum cœlum, angelorumque chorus sancti Brendini animæ obvios descendere, quorum luminosa et incomparabili claritudine totus eadem hora illustratus est mundi orbis.

Quadam itidem die, cum fratres se calciantes mane ad diversa monasterii opera ire præpararent, Sanctus e contra ea die etiam præcepit sacræque oblationis obsequia præparari, et aliquam quasi in Dominico prandioli adjectionem fieri. Meque, ait, hodie quamlibet indignus sim, ob venerationem illius animæ, quæ hac in nocte inter sanctos angelorum chorus vecta ultra siderea cœlorum spatia ad Paradisum ascendit, sacra oportet Eucharistiæ celebrare mysteria.

Et his dictis fratres obsequuntur, et juxta Sancti jussionem, eadem die etiam, preparatisque sacris ad ecclesiam ministeriis, quasi die solemnibus, alibi cum Sancto pergunt. Sed forte cum inter alia cum modulatione officia illa consueta decantaretur deprecatio, in qua sancti Martini commemoraretur nomen, subito Sanctus ad cantores ejusdem onomatidis ad locum pervenientes: Hodie, ait, pro sancto, Columbano episcopo decantare debetis. Tunc omnes qui inerant fratres intellexerunt quod Columbanus episcopus Laginensis, charus Columbæ amicus, ad Dominum emigravit. Et post alicujus temporis intervallum aliquid de Lagenea comitante provincia, ea nocte eundem obiisse nuntiant episcopum, qua Sancto ita revelatum est.

XVII. Alio in tempore, vir sanctus cum in Jova conversaretur insula, quadam subitatione incitatus, signo personante, collectis fratribus, Nunc, ait, oratione monachis abbatis Congelli auxiliemur, hac in hora, in stagno demersis Vituli. Ecce enim hoc momento in aere contra adversarias belligerant potestates, animam alicujus hospitis cum eis demersi eripere conantes. Tum post lacrymosam et intentam orationem cito ante altarium surgens inter fratres pariter in oratione prostratos, lætificato vultu: Christo, ait, gratias agite; nunc enim sancti angeli sanctis obviante animabus, et ipsum hospitem ereptum a dæmonum belligerationibus, quasi victoriales librarunt belligeratores.

XVIII. Alio in tempore, vir sanctus ultra Britanniam dorsum iter agens secus Nise fluminis lacum, subito inspiratus Spiritu sancto, ad fratres pariter comitantes: Properemus, ait, sanctis obviam angelis qui de summis cœli regionibus ad perferendam alicujus gentilici animam emissi, nos illic usque pervenientes expectant, ut ipsum naturale bonum, per totam vitam usque ad extremam senectutem conservavimus, priusquam moriatur oportune baptizemus. Et hæc dicens sanctus senex in quantum potuit co-

mites festinus præcedebat, donec in illum agrum devenit, ibidemque quidam repertus senex Euichatus nomine, audiens a Sancto verbum Dei prædicatum; et credens est baptizatus.

XIX. Alio in tempore, vir sanctus cum in tuguriolo suo scribens sederet, subito ejus immutata facies, et hanc puro de pectore promit vocem, dicens, Auxiliare, auxiliare. Duo vero fratres ad januam stantes, videlicet Colgas et Lugnus, causam talis subitæ interrogati vocis. Quibus vir venerabilis hoc responsum dedit, inquit: Angelo Domini, qui nunc inter vos stabat, jussi ut alicui ex fratribus de summo culmine magis domus lapso tam cito subveniret, quæ his in diebus in Roboreti campo fabricatur. Hocque Sanctus consequenter intulit famen, inquit: Valde admirabilis et pene indicibilis est angelica volatus pernicitas, fulgorem, ut æstimo, celeritati parilis; nam ille cœlicola, qui hinc a nobis nunc illo viro labi iacipiente avolvit, quasi in ictu oculi priusquam terram tangeret subveniens, eum sublevavit; nec ullam fracturam, aut læsuram ille qui cecidit sentire potuit. Quam stupenda hæc inquam velocissima et opportuna subventio, quæ dicto citius tantis maris et terræ interjacentibus spatiis tam celerrime effici potuit.

XX. Alio item in tempore, quadam die vir beatus in Jova conversans insula fratribus congregatis cum ingenti animi aversione denuntiavit ad eos dicens: Hodie in occidentalem nostræ campulum insulæ solus exire cupio. Nemo itaque ex vobis me sequatur. Quibus obsecundantibus solus quidem, ut voluit, egreditur. Sed frater quidam, callidus explorator, alia means via in ejuisdam monticelli cacumine, qui eidem supereminet campulo se occulte collocat, videlicet ejus causam solitariæ beati egressionis viri explorare cupiens. Quem cum idem explorator de monticelli vertice illius in quodam campuli colliculo stantem, et expansis manibus ad cœlum orantem oculosque ad cœlum elevantem conspiceret, mirum dictu, et ecce subito res miranda apparuit, quam idem supra memoratus homo, ut æstimo, non sine permissu Dei de prioris monticelli loco oculis etiam corporalibus aspexerat, ut nomen Sancti et ejus honorificentia, quamvis ipso nolente, ob hanc manifestatam visionem postea magis in populis divulgaretur. Nam sancti angeli cœlestis patriæ cives mira advolantes subitatione, sanctum virum orantem circumstare cœperunt induti albis vestibus. Et post aliquam cum beato sermocinationem viro illa cœlestis caterva quasi se exploratam sentiens, ad summa citius repedavit cœlorum. Beatus et ipse vir post angelicum conductum reversus ad monasterium, iterum collectis fratribus, cum quadam non mediocri objurgatione inquit quis de illis esset transgressionis obnoxius. Quibus consequenter se nescisse protestantibus, ille conscius sui inexcusabilis transgressus ultra non sustinens delictum celare suum, flexis genibus in medio fratrum choro coram Sancto veniam supplex precatur. Quem San-

ctus seorsum ducens ingeniculanti cum grandi comenlat cominatione, ut nulli hominum de illa angelica visione in diebus ejusdem beati viri aliquid, etiam parum occultumque aperiret. Post egressum vero de corpore sancti viri illam cœlestis cœtus apparitionem fratribus cum grandi intimavit protestatione. Unde hodieque et locus illius angelici conducti, rem in eo gestam suo proprio protestatur vocabulo, qui latine potest dici Colliculus angelorum, *Scotice* vero Cnogangei.

Hinc itaque animadvertendum est, vel non negliger perscrutandum, quantæ et quales ad beatum virum hiemalibus plerumque noctibus insomnem, et in locis remotioribus, aliis quiescentibus, orantem angelicæ fuerint et suaves frequentationes, quæ nullo modo venire in hominum notitiam potuerunt; quæ procul dubio valde numerosæ fuerunt, si etiam quædam ex ipsis quoquo modo ab hominibus vel in die vel nocte explorari potuerint, quæ absque dubitatione pauca ad earum comparationem angelicarum frequentationum, quæ videlicet a nemine sciri poterant. Hoc idem similiter de quibusdam luminosis manifestationibus adnotandum, quæ a paucis exploratæ inferius caraxabuntur.

XXI. Alio in tempore, quatuor ad sanctum visitandum Columbam monasteriorum sancti fundatores de *Scotia* transmeantes in Hymba eum invenerunt insula, quorum illustria vocabula Concellus, Cabinnechus, Brendanus, Cormacus. Hi uno eodemque consensu elegerunt ut sanctus Columba coram ipsis in ecclesia sacra Eucharistiæ consecraret mysteria. Qui eorum obsecundans jussioni simul cum eis die Dominica ex more post Evangelii lectionem, ecclesiam ingreditur, ibidemque, dum Missarum solemnitas celebrarentur, sanctus Brendanus, sicut post Concello et Cabinnecho intimavit, quemdam crinosum igneum globum, et valde luminosum de vertice sancti Columbæ ante altare stantis, et sacram oblationem consecrantis, tam diu ardentem, et instar alicujus columnæ sursum ascendentem vidit, donec eadem perficerentur sacrosancta mysteria.

XXII. Alio in tempore, cum sanctus vir in Hymba commaneret insula, gratia sancti Spiraminis super eum abunde et incomparabiliter effusa, per triduum mirabiliter mansit, ita ut per tres dies totidemque noctes intra obseratam et repletam cœlesti claritudine domum manens, nullum ad se accedere permetteret, neque manducans, neque bibens. De qua videlicet domo immensæ claritatis radii per rimulas valvarum, et clavium foramina erumpentes noctu visebantur. Carmina quoque quædam spiritualia et ante inaudita decantari ab eo audiebantur. Sed et multa quædam, ut ipse post coram paucis ad domum [*Fortè*, admodum] professus est, occulta ab exordio mundi arcana aperte manifestata videbat. Scripturarum quoque sacrarum obscura quæque et difficillima plena et luce clarius aperta mundissimi cordis oculis patebant, Baitheneumque alumnus non a lesse querebatur. Qui si

A forte adesset illo in triduo vel de præteritis, vel de futuris deinceps sæculis ab ore viri beati quædam plurima ab aliis ignorata hominibus mysteria describeret, aliquantas quoque sacrarum explanationes voluminum. Qui tamen Baitheneus in Egea insula venti contrarietate detentus usquequo illi trinitates illius incomparabilis, et honorificæ visitationis dies, et totidem noctes terminarentur, adesse non potuit.

XXIII. Quadam hiemali nocte, supra memoratus Virgnous in Dei amore fervens, ecclesiam orationis studio aliis quiescentibus solus intrat; ibidemque in quadam exedra, quæ oratorii adhebat parieti, devotus orabat. Et post a quantum quasi horæ unius intervallum vir venerandus Columba eandem sacram ingreditur domum, simulque cum eo surra B lux de summa cœli altitudine descendens totum illud ecclesiæ spatium replevit, sed et illius exedricke separatim conclave, ubi se Virgnous, in quantum potuit, latitare conabatur, ejusdem ecclesiæ claritas luminis per interioriorem illius cubiculi januam, quæ ex minore patebat parte erumpens, non sine aliquo formidabili repleverat terrore. Et sicut nullus astivum et meridionalem solem rectis et irreverberatis potest intueri oculis, sic et illam cœlestem claritudinem ille Virgnous, qui viderat, sustinere nullo poterat modo, quia valde oculorum reverberabat aciem illa luminosa et incomparabilis effusio. Quo fulminali et incomparabili splendore viso in tantum idem supra memoratus frater exterritus erat, ut nulla in eo virtus remaneret. Sanctus vero Columba post non C prolixam orationem egreditur ecclesiam, Virgnoumque valde timoratum ad se crastina advocat die, hisque brevibus compellat verbis consolatoriis: Bene, o filiole, ingeminans hac præterita nocte in conspectu Dei placuisti; oculos ad terram deprimendo, claritatis timore perterritus ejus. Nam si non ita fecisses, illa inestimabili obcæcarentur tui luce visa oculi. Sed hoc non negligenter observare debes, et ut talem hanc lucis manifestationem nemini unquam in mea denudes vita.

Hæc itaque prædicabilis et admirabilis res post beati viri transitum multis eodem Virgnouo narrante innotuit. Cujus scilicet Virgnoui sororis filius Commanus honorabilis presbyter mihi Adomnans de hac supra visione caraxata aliquando sub testificatione enarraverat, qui eam enarratam ab ore ipsius Vergnoui abbatis et avunculi sui ab eo, in quantum potuit visam audierat.

XXIV. Illa itidem nocte quidam de fratribus Gotgus nomine, cujus in primo fecimus mentionem, casu ad januam ecclesiæ aliis dormientibus, devenit; ibidemque aliquandiu stans orabat; tum proinde subito totam videt ecclesiam cœlesti luce repleri; quæ scilicet fulguralis lux dicto citius ab ejus recessit oculis. Sanctum vero Columbam hora eadem intra ecclesiam orantem ignorabat, postque talem subitam luminis apparitionem valde pertimescens, domum revertitur. Postera die Sanctus illum advocans asperius objurgavit inquisiens: De cætero præca-



vera debes, fili, ne quasi explorator celeste lumen, quod tibi non est donatum inspicere coneris; quia te effugiet. Et ne alicui in meis diebus quod vidisti enarres.

XXV. Alio itidem in tempore, vir beatus cuidam suo sapientiam discenti alumino nomine Berchano non mediocriter quadam denuntiavit die inquis: Caveto, fili, ne hac sequente nocte juxta tuam semper consuetudinem ad meum appropinques hospitium. Qui hoc audiens contra interdictum ad domum beati viri in noctis silentio aliis acquiescentibus accessit callideque explorans oculos e regione ad clavium foramina posuit, aestimans scilicet, ut res probavit, aliquam intus visionem celestem sancto manifestari. Nam eadem hora beati viri illud hospitium celestis splendore claritudinis erat impletum: quam non sustinens intueri transgressor juvenis illico aufugit, quem die crastina Sanctus seorsum ducens, cum magna severitate objurgans, hæc ad eum profatur verba dicens: Hac in nocte, fili, coram Deo peccasti, nam tuæ infimalis explorationem calliditatis a Spiritu sancto celari vel abscondi posse inaniter putasti. Nonne ad mei ostium hospitoli te illa hora appropinquantem, et inde redeuntem vidi? Et nisi ego eodem momento pro te orarem, ibidem autem januam aut cadens morereris, aut tui de suis foraminibus oculi eruerentur. Sed tibi hac vice propter me Dominus pepercit. Et hoc scito, quod in tua libernali patria luxurie vivens, exprobrationem facies tua omnia vix patietur diebus vitæ tuæ. Hoc tamen a Domino orans impetravi, ut quia noster sis alumnus, lacrymosam ante exitum agas penitendum, et a Deo misericordiam consequeris. Quæ omnia secundum verbum beati viri ita ei postea contigerunt sicuti de eo prophetata sunt.

XXVI. Alio in tempore, dum vir beatus in Jova commaneret insula quadam die sancta facies ejus subita mirifica et lætifica hilaritate effloruit, oculoque ad cælum elevans incomparabili repletus gaudio valde lætificabatur. Tum post modicum alicujus momenti intervalum illa sapida et suavis lætificatio in mœstam convertitur tristificationem. Duo vero viri, qui eadem hora ejus tugurioli ad januam stabant, quod in eminentiori loco erat fabricatum, et ipsi cum eo valde tristificati, quorum Lugneus unus erat, alter vero Pidu nuncupabatur, Saxo, causam ipsius subite lætificationis inquirunt, et illius subsequente mœstitiæ. Ad quos Sanctus sic profatur: Ite in pace; ne illius lætaminis causam nec et tristificationis a me nunc inquiratis manifestari. Quo audito ilacrymati, et ingenuculantes, prostratis in terram vultibus, suppliciter rogant, scire volentes aliquid de illa re quæ hora eadem Sancto erat revelata. Quos valde tristificatos videns: Quia vos amo, ait, tristificari nolo, promittere prius debetis, ne ulli hominum sacramentum quod inquiritis in vita mea prodatis. Qui continuo sanctum ejus commendationem prompte promiserunt, et post talem promissionem vir venerandus sic ad eos proloquitur: Uque in hunc præ-

A seantem diem, inquis, mese in Britannia peregrinationis ter deni completi sunt anni. Interea multis ante diebus a Domino meo devote postulavi ut in fine hujus tricesimi anni præsentis me de meo absolveret incolatu, et ad celestem illico patriam advocaret. Et hæc fuit mea causa lætaminis, de qua vos me mœsti interrogatis. Angelos enim sanctos de excelso vidi missos thro'o ad meam de carne animam obvios educendam. Sed ecce nunc subito retardati ultra nostræ fretum ins læstunt in rupe, scilicet volentes ad me de corpore advocandum appropiare; sed propius accedere non permittuntur; mox ad cælorum summa rep daturi, quia Dominus quod mihi totis viribus roganti donavit, ut hac in die ad ipsum de mundo transirem, multarum magis B Ecclesiarum pro me orationes exaudiens dicto citius innutavit. Quibus scilicet Ecclesiis exorantibus sicut a Domino donatum est, ut quamlibet contra meam voluntatem, quatuor ab hac die mihi in carne manenti superaddantur anni.

Hæc talis mihi mœsta retardatio hodiernæ tristificationis non immerito causa fuit, quibus videlicet quatuor futuris Deo propitio terminatis in hac vita annis, subita emigratione, nulla præcedente corporis molestia, cum sanctis mihi obviaturis illo in tempore anglis, ad Dominum lætus emigrabo. Secundum hæc verba viri venerabilis, quæ non sine magno genu et mœrore, ut traditur, nec non et ingenti lacrymabilitate prolocutus est, quatuor postea annis in carne mansit.

C XXVII. Annorum supra quatuor memoratorum termino jam appropinquante, post quorum completionem finem præsentis vitæ veridicus præagator sibi futurum fore multo ante præsciebat tempore, quadam die mense Maio, sicut in priore secundo scripsimus libro, ad visitandos operarios fratres, sanctus senex senio fessus plaustro vectus pergit, ad quos in occidua insula Jovæ laborantes parte, sic e die exorsus est loqui, dicens: In Paschali solemnitate nuper Aprilis peracta mense desiderio desideravi ad Christum Dominum, sicut et mihi ab eo concessum erat, si maluissem emigrare; sed ne vobis lætitia festivitatis in tristitiam verteretur, dicam mee de mundo emigrationis paulo diutius protelari malui. D Iis ab eo mœsti monachi familiares auditis interim dictis valde tristificati sunt. Quos in quantum poterat, verbis cepit consolatoris lætificare. Quibus finitis, ut erat in vehiculo sedens, ad orientem suam convertens faciem, insulam cum insulanis benedixit habitatoribus. Ex qua die, ut in supra memorato caraxatum est libello, viperarum venena trisulcarum linguarum usque in hodiernum diem nullo modo aut homini aut pecori nocere potuere. Post ejusdem benedictionis verba Sanctus ad suum revehitur monasterium.

Tunc proinde paucis diebus transactis, dum Missarum soleunia ex more Dominica celebrarentur die, subito sursum elevatis oculis facies venerabilis viri florido respersa rubore videtur; quia, sicut scri-

ptum est, corde lætante vultus florēt. Eadem nam- que hora angelum Domini supra volitantem solus vidit intra ipsius oratorii parietes : et quia sanctorum angelorum amabilis et tranquillus aspectus gaudium et exultationem electorum pectoribus infundit, hæc fuit illius subitæ causæ lætitiæ beato infusa viro ; de qua scilicet causâ inspiratæ lætationis, cum qui inerant ibidem præentes, inquirerent, hoc eis Sanctus responsum sursum respiciens dedit : Mira et incomparabilis est angelicæ subtilitas naturæ. Ecce enim angelus Domini ad repetendum aliquid Deo charum missus depositum, nos desuper intra ecclesiam aspiciens et benedicens, rursus per parasticiam ecclesiæ reversus, nulla talis vestigia exitus reliquit. Hæc Sanctus. Sed tunc de qualitate illius depositi, ad quod missus est angelus requirendum, nemo de circumstantibus recognoscere potuit. Noster vero patronus sanctam propriam a Deo sibi commendatam animam depositum nuncupavit ; quæ, sicuti inferius narrabitur, alia senis intervenientibus continuis diebus Dominica nocte ad Dominum emigravit.

XXVIII. Vir itaque venerabilis in fine ejusdem hebdomadis, hoc est, die Sabbati, ipse et pius minister Diormitius, ad proximum pergunt benedicendum horreum, quod intrans Sanctus cum benedixisset, et duos in eo frugum sequestratos vidisset acervos, hoc intulit verbum cum gratiarum actione, inquit : Valde congratulor meis familiaribus monachis, quia hoc etiam anno, si quidem a vobis emigrare me oportuerit, annonam sufficientem habebitis. Quo audito verbo Diormitius minis er tristificari cœpit, et sic dixit : Hujus anni tempore sæpius nos contristas, quia de tuo transitu crebro commemoras.

Cui Sanctus hoc dedit responsum : Aliquem arcana habeo sermusculum, quem si mihi firmiter promiseris, nemini ante meum denudare obitum, de meo egressu tibi aliquid manifestius intimare poterō. Quam cum talem promissionem minister juxta Sancti voluntatem flexis genibus terminasset, vir venerandus consequenter sic profatur : Hæc in sacris voluminibus dies Sabbatum nuncupatur, quod interpretatur requies ; et vere mihi hæc est Sabbatum hodierna : quia hujus præsentis laboriosæ vitæ mihi ultima est : in qua post meas laborationum molestias sabbatizo ; et hac sequenti media nocte venerabili Dominica, secundum eloquia Scripturarum, patrum ingrediar viam. Jam enim Dominus meus Jesus Christus me invitare dignatur, ad quem, inquam, hac mediante nocte, ipso me invitante emigrabo. Sic enim mihi ab ipso Domino est revelatum. Hæc moesta minister audiens verba cœpit amare flere ; quem Sanctus in quantum potuit consolari conabatur.

XXIX. Post hæc Sanctus horreum egreditur, et ad monasterium revertens media residet via. In quo

A loco crux molari postea infixâ lapidi, hodieque stans in marginæ cernitur via. Dumque ibidem Sanctus, ut præfatus sum, senio fessus paulum sedens requiesceret, ecce albus occurrit caballus, obediens servitor, qui scilicet lactaria intra bocetum monasterium vascula gestare consueverat. Hic ad Sanctum accedens, mirum dictu, caput in sinu ejus ponens, ut credo, inspirante Deo, cui omne animal brutum sapit, sensu quo ipse jusserit Creator, dominum a se suum mox emigraturum, et ipsum ultra non visurum sciens, cœpit plangere, ubertimque quasi homin lacrymas in gremium Sancti fundere, et valde spumans flere. Quod videns minister cœpit illum flebilem repellere lamentatorem. Sed Sanctus prohibuit eum dicens : Sine hunc si nostri ne amator B est<sup>a</sup> ut in hunc sinum fletus effundat amarissimi plangoris. Ecce tu homo cum sis, et rationabilem animam habeas, nullo modo scire de meo exitu potuisti, nisi quod tibi ego ipse nuper manifestavi ; huic vero bruto et irrationabili animanti quoquomodo ipse Conditor voluit egressurum a se dominum manifeste revelavit [*Forse*, revelare]. Et hæc dicens, moestum a se, revertentem equum benedixit ministratorem, et inde egrediens, et monticellum monasterio supereminentem ascendens, in vertice paululum stetit et stans ambas elevans palmas, suum benedixit cœnobium inquit : Huic loco, quamlibet angusto et vili, non tantum Scotorum reges cum populis, sed et barbararum et exterarum gentium regnatores cum plebibus sibi subjectis, grandem et non mediocrem conferent honorem. A sanctis quoque et aliarum Ecclesiarum non medioeris veneratio conferetur.

Post hæc verba de illo descendens monticellulo, et ad monasterium revertens sedebat in tugurio, Psalterium scribens, et ad illum trigesimi tertii psalmi versiculum perveniens, ubi scribitur : *Inquirentes autem Dominum non deficient omni bono* : Hic, ait, in fine cessandum est paginæ : quæ vero sequuntur Baltheneus scribat.

Sancto congruenter convenit decessuro novissimus versiculus, quem scripserat, cui nunquam bona deficient æterna, successori vero sequens patri spiritualium doctori filiorum, *Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos*, congruenter convenit. D Qui sicut decessor commendavit non solum ei dicendo, sed etiam scribendo successit. Post talem superius memoratum terminatæ versum perscriptum paginæ Sanctus ad vespertinalem Dominicæ noctis Missam ingreditur ecclesiam, quæ continuo consummata, ad hospitium revertens in lectulo residet pernox, ubi pro stramine nudam habebat petram, et pro pulvillo lapidem, qui hodieque quasi quidam juxta sepulcrum ejus stat titulus monumenti.

Ibidem itaque residens ultima ad fratres mandata, solo audiente ministro, commendat, inquit : Hæc vobis, o filioli, novissima commendo verba, ut

*Forse, sine hunc, sine nostri amatorem. Vel : sine hunc si nostri amator est.*

inter vos mutuam et non fletam habeatis charitatem cum pace. Et si ita juxta sanctorum exempla observaveritis, Deus confortator bonorum vobis auxiliabitur; et ego cum ipso manens pro vobis interpellabo, et non tantum presentis vitæ necessaria vobis ab eo administrabuntur, sed etiam æternæ bonorum præmia divinorum observatoribus præparata præceptorum tribuentur. Huc usque extrema venerabilis patroni verba, quasi de hac tædiali peregrinatione ad cœlestem patriam transmeantis brevi textu narrata deducta sunt.

XXXI. Post felici appropinquante novissima paulisper hora Sanctus conticuit; tum proinde media nocte pulsata personante clocca, festinus surgens ad ecclesiam pergit, citiorque cæteris currens solus intr. gressus juxta altare flexis in oratione genibus recumbit. Diormitius minister tardius prosecutus eodem momento eninus totam intrinsecus ecclesiam angelica luce erga Sanctum repleri videt, quo ad januam appropinquante eadem lux visa ocuis recessit; quam et alii de fratribus pauci et ipsi eninus astantes viderant.

Diormitius ergo ecclesiam ingrediens flebili voce ingeminat. Ubi es pater? Et necdum allatis fratrum lucernis per tenebras palpans sanctum ante altare recubantem invenit: quem paululum erigens, et juxta sedens sanctum in suo gremio posuit caput: et inter hæc cœtus monachorum cum luminaribus accurrens Patre visum moriente cœpit plangere. Et ut ab aliquibus, qui præsentis aderant, didicimus, Sanctus necdum egrediente anima apertis sursum oculis ad utrumque latum cum viva vultus hilaritate et lætitia circumspectabat, sanctos scilicet angelos obvios intueus. Diormitius tum sanctam sublevar ad benedicendum monachos Sancti dextera manum, sed et ipse venerabilis Pater in quantum poterat, simul suam movebat manum, ut videlicet quod voce in egressu non valebat animæ, vel motu manus fratres videretur benedicere. Et post hæc am benedictionem taliter significatam continuo spiritum exhalavit.

Quo tabernaculum corporis egresso, facies rubens, et mirum in modum angelica visione exhilarata in tantum remansit, ut non quasi mortui, sed dormientis videretur viventis. Tota interim personabat noctis plangoribus ecclesia.

Sed non prætereundem videtur quod eadem hora beatæ transitus animæ cuidam therniensi sancto revelatum est. In quodam nãque Monasterio Scottorum quidam homo erat sanctus et senex Christi miles, qui Lugadius vocitabatur, justus, et sapiens. Hic itaque primo mane cuidam æque Christiano militi suam enarravit visionem cum ingenti gemitu dicens: Hæc præterita nocte media sanctus Columba multarum columna Ecclesiarum ad Dominum transiit, et in hora beati exitus ejus Jovam insulam, ad quam corpore nunquam perveni, totam angelorum claritudine in spiritu vidi irradiatam, totaque spatia aeris usque ad æthera cœlorum, eorundem angelo-

rum claritate illustrata; quia ad sanctam ipsius animam perferendam de cœlis missi descenderant innumeri, altisona quoque carninalia, et valde suaviter audiavi angelicorum canica, eodem momento egressionis, inter angelicos sanctæ ipsius animæ ascendentes choros. Hanc angelicam manifestationem Virgnous, ut prædictum est, qui ab ore illius sancti senis, cui revelata erat, indubitanter didicerat.

Iisdem diebus de Scotica remigans Ilymba in insula reliquis diebus vitæ suæ permanens sancti Columbæ monachis sæpius enarrabat, qui videlicet Virgnous post multos in subjectatione inter fratres irreprehensibiliter expletos annos, alios duodecim in loco Anachoretarum in Miurbulemar vitam deducens anachoreticam Christi victor miles explevit.

Hanc prædictam visionem non solum paginis inscriptam reperimus, sed et aliquibus expertis senioribus, quibus ipse Virgnous retulerat, sine ullo didicimus enctamine.

Eadem quoque hora aliam visionem aliter revelatam unus ex eis qui viderant, Christi miles valde senex, cui nomen etiam potest dici Ferreolus, qui inter aliorum S. Columbæ monachorum reliquias, et ipse S. Monachus in Dorso Thomæ sepultus cum sanctis resurrectionem exspectat, mihi Adomano illo juvene in tempore cum grandi retulerat testificatione dicens: Illa in nocte, qua S. Columba de terris ad cœlos felici et beato sine transiit, ego et alii mecum viri laborantes in captura piscium in valle piscosi luminis Fende, subito totum aeri illustratum cœli spatium vidimus, cujus miraculi subita permoti, oculos ad Orientem elevatos convertimus; et ecce quasi quædam pergrandis ignea apparuit columna, quæ in illa nocte media sursum ascendens, ita nobis videbatur mundum illustrare totum, sicuti dies æstivus et meridianus sol. Et postquam illa penetravit columnam cœlum, quasi post occasum solis tenebræ succedunt. Hujus itaque claritudinem luminosæ et prædicabilis columnæ non tantum nos, qui simul in eodem loco ineramus, cum ingenti admiratione vidimus, sed et alii multi piscatores, qui sparsim per diversas fluminales piscinas ejusdem fluminis piscabantur, sicuti nobis postea retulerant, simili apparitione visa, magno pavore sunt perculsi. Harum igitur trium miracula visionum eadem transitus hora venerandi apparentium patroni æternos ei a Deo collatos protestantur honores. Ad propositum revertamur.

XXXIII. Interea post sanctæ egressum animæ hymnis matutinalibus terminatis, sacrum corpus de ecclesia ad hospitium, unde paulo ante vivens venerat, cum canora fratrum reportatur psalmodia, honesteque ternis diebus et totidem noctibus honorabiles rite expleantur exsequiæ. Quibus in Dei sapientis laudibus terminatis, sancti et beati patroni venerabile corpus mundis involutum sindonibus, et præparata positum intra busta debita humatur cum veneratione in luminosa et æternali resurrectionum claritudine. De supra memoratis ergo tribus illis exse-

quarum diebus, more peractis ecclesiastico, quod A nobis ab expertis traditum est, hujus prope finem enarrabitur libri

XXXIV. Quidam namque aliquando unus de fratribus coram venerabili viro simpliciter loquens: Ad celebrandas, ait ad Sanctum, tuas post tuum obitum exsequias, ut putatur, totus harum provinciarum populus hanc Jovam remigans replebit insulam. Quod verbum audiens Sanctus consequenter ait: O mi filiole, non ut loqueris, sic res probabitur, nam promiscuum populi vulgus nullo modo ad meas poterit exsequias venire. Mei soli familiares monachi mea sepulcralia complerunt, et exsequialia honestabant officia. Quod verbum ejus propheticum statim post transitum ipsius omnipotentia Dei adimpleri fecit. Nam per tres illas exsequiales dies et noctes grandis sine pluvia facta est ventosa tempesta, qua fortiter prohibente nullus hinc et inde navicella velut transfretare poterat. Et post consummatam sepultionem viri continuo tempestate sedata, et cessante vento totum tranquillatum est æquor.

Perpendat itaque lector, quanti et qualis apud Deum prædicabilis patronus honoris habeatur, cui aliquando in carne mortali conversante, Deo dignante, oranti tempestates sedatæ sunt, et maria tranquillata, et rursus quando necesse habuit supra memorata occasione, orto flamine ventorum, et ventosa, cum voluit, concitata sunt æquora; que subsequenter, ut superius dictum est, expletis ejus sepulchri ministeriis, in magnam conversa sunt tranquillitatem.

Illic itaque predicabili nostro patrono vitæ terminus fuit, ista merito eum exordia, qui secundum sententias Scripturarum æternis comes triumphis Patribus additus, apostolis et prophetis consertus, numero aggregatus albatum millium, agnino in sanguine suas sanctorum qui laverunt stolas, Agnum ductorem comitatur, virgo immaculatus, ab omni integer labe, ipso Domino nostro Jesu Christo dirigente cui est cum Patre honor, virtus, laus et gloria et imperium sempiternum in unitate Spiritus sancti per omnia sæcula sæculorum. Amen.

## J. MABILLONII OBSERVATIONES PRÆVIÆ IN LIBRUM SEQUEMTEM.

(Act. SS. Bened. sæc. III.)

1. *Adamnanus* seu *Adornanus*, quem alii *Adamnanus*, corrupte *Ad mandum* vocant in monasterio Hiberniensi seu sancti Columbæ sub finem sæculi VII floruit. Is ad monasterium situm erat in insula Hii, contermina Hiberniæ ac provinciæ Pictorum, quæ vulgato Scotiæ nomine nostro ævo appellatur. Post Columbam, de quo in sæculo I egimus, locum rexere *Baitheneus*, *Segeneus*, aliis *Segienus* *Segenuse*, et *Failbeus*, cui successit *Adamnanus*. Hæc constare videntur ex Actis sancti Columbæ, quæ *Adamnanus* tribus libris descripsit, ubi se ipse exprimit *Adornanus* non semel, tametsi *Adamnanus* dicitur apud Bedam, et in libris de Locis sanctis. *Baitheneus* successorum suum dixit *Columba* in extrema vitæ suæ periodo, quæ anno 598 accidit. *Segienus* *Baitheneo* successit est ab anno 622 ad 657, ut ex *Annalibus Ultoniensibus* probat *Usserius* in *Sylloge Hibernicarum epistolarum*. Is est *Segenus* seu *Segeneus*, qui in epistola Romani cleri ad Hibernicum nominatur, et cui *Ereheus ille famosus per omnes Scotiæ Ecclesias* quædam de seipso ab *Columba propheta* enarrasse perhibetur in lib. I de Vita sancti *Columbæ*: quo in loco *Adornanus Failbeum decesserem suum* memorat.

2. *Adamnanus* iste laudatur a Beda in lib. V cap. 16 in hæc verba: « Quo tempore plurima pars Scotorum in Hibernia, et nonnulla etiam de Britannia, rationale ecclesiasticum paschalis observantia tempus Domino donante suscepit. Siquidem *Adamnanus* pre-byter et abbas monachorum qui erant in insula Hii, cum legationis gratia missus a sua gente venisset ad *Aldfridum* regem Anglorum, et aliquandiu in ea provincia moratus videret ritus Ecclesiæ canonicos; sed et a pluribus qui erant cruditiones, esset solerter admonitus, ne contra universalem Ecclesiæ morem vel in observantia paschali, vel in aliis quibuscunque decretis cum suis paucissimis in extremo mundi angulo positus vive-

C præsumeret; mutatus mente est, ita ut ea quæ viderat et audierat in Ecclesiis Anglorum, suæ suorumque consuetudini libentissime præferret. Erat enim vir bonus et sapiens, et scientia Scripturarum nobilissime instructus. Qui cum domum redisset, curavit suos qui erant in Hii, quive eidem erant subditi monasterio, ad eum quem cognoverat, quemve ipse toto ex corde susceperat, ritatis callem perducere, nec valuit. Navigavit Hiberniam, et predicans eis ac modesta exhortatione declarans legitimum Paschæ tempus; plurimos eorum et pene omnes qui ab Hiberniensi dominio erant liberi, ab errore avito correctos ad unitatem reduxit catholicam, ac legitimum Paschæ tempus observare perlocuit. Qui cum celebrato in Hibernia canonico Pascha ad suam insulam revertisset, sua quoque monasterio catholicam temporis paschalis observantiam insistentissime predicaret, nec tamen perficere quod conabatur posset; contigit eum ante expletum anni circulum inigrasse de sæculo, divina utique gratia disponente, ut vir unitatis et pacis studiosissimus ante ad vitam raperetur terrenam, quam redeunte tempore paschali graviores cum eis qui eum ad veritatem sequi volebant cogere haberet discordiam. »

3. *Aldfridus*, ad quem legatus missus est *Adamnanus*, rex erat *Nortanhumborum*, *Egfridi* filius ac successor, is qui anno 705 vitam absolvit. *Adamnanus*, vero catholicis partibus accessit hortante potissimum *Ceolfrido* abbate *Wiremuthensi*, ut *Ceolfridus* ipse testatur in epistola sua ad *Wiltonum* regem scripta apud Bedam in lib. V cap. 22 « Neque vero me hæc ita persecutum existimes, quasi eos qui hanc tonsuram habent, condemnandos judicem, si fide et operibus unitati catholice faverent; imo confidenter profiteor plurimos ex eis sanctos ac Deo dignos existisse. *Adamnanus* abbas et sacerdos *Columbiensis* egregius, cum legatus suæ gentis ad *Aldfridum* regem missus, nostrum quoque

monasterium videre voluisset, miramque in moribus ac verbis prudentiam, humilitatem, religionem ostenderet, dixi illi inter alia colloquens: Obsecro, sancte frater, qui ad coronam te vitæ quæ terminum nesciat tendere credis, quid contrario tuæ fidei habitu terminatam in capite coronæ imaginem portas? et si beati Petri consortium quæris, cur ejus quem ille anathematizavit, tonsuræ imaginem imitaris? et non potius ejus, cum quo in æternum beatus vivere cupis, etiam nunc habitum te, quantum potes, diligere monstras? Respondit ille: Scias pro certo, frater mi dilecte, quia etsi Simonis tonsuram ex consuetudine patriæ habeam, simoniacam tamen perfidiam tota mente detestor ac repuo: beatissimi autem apostolorum principis, quantum mea parvitas sufficit, vestigia sequi desidero. At ego: Credo, inquam, vere quod ita sit, sed tamen indicio sit quod ea quæ apostoli sunt Petri in abdito cordis amplectimini, si quæ ejus esse nostis, etiam in facie tenetis... Hæc tum Adamnanus dixi. Qui quidem quantum conspectis Ecclesiarum nostrarum statutus profecisset probavit, cum reversus ad Sco iam multas postea gentis ejusdem turbas ad catholicam temporis paschalis observantiam sua prædicatione corripuit, tametsi eos qui in Hii insula morabantur monachos, quibusque speciali rectoris jure præerat, necdum ad viam statuti melioris reducere valebat. »

4. Ex duobus locis istis intelligimus primo, Adamnanum hortatu Ceolfridi (ut jam dicebam) adductum esse ad Romanos ritus, deinde eum aliquandiu moram egisse in monasterio Wiremuthensi, ubi r gula Benedictinæ, quæ ibi servabatur, mores habuit susceptique cum ritibus Romanis. Ea enim erat illorum temporum consuetudo penes monachos, ut qui Scotorum tonsura abjecta Romanam suscipiebant cum legitima Paschatis observatione, in Benedictinis sese institutis conformarent. Testes ea de re sunt monachi Lindisfarnenses in Britannia insula, Landevennenses in Armorica, Luxovienses in Gallia. Præterea ex iisdem locis apparet Adamnanum mortuum esse paulo post suam legationem ad Aldfridum, anno 705 defunctum, te te Beda in lib. v cap. 19, anno regni sui vigesimo necdum impleto. Ad hæc ipsum Adamnanum a Ceolfrido rectorem Columbiensium monachorum appellari et sanctum; quo etiam nomine appellatur apud Alcuinum in epigrammate quodam :

Patricius, Charabus, Scotorum gloria gentis,  
Atque Columbanus, Congallus, Adamnanus atque,  
Præclari Patres, morum vitæque magistri.  
Hic pietas precibus horum uos adjuvet omnes.

Quæ videtur inscriptio altaris ejusdem fuisse, uti et alia fere epigrammata.

Certe Adamnanus in fastis nostris colitur ix Kal. Octobris.

5. Colitur et alius Adamnanus vi Kal. Januarii, qui monachus vixit in cœnobio Coludiensi, cui præerat sancta Eba abbatissa, amita Egfridi regis, quæ sanctimonialis habitum ab antistite Wilfrido, regulæ nostræ propagatore exiit, acceperat, auctore Beda in lib. iv cap. 19. Erat monasterium istud, ut cætera sanctimonialium passim, duplex, virorum æque ac puellarum, positum in loco quem Coludi urbem nominant, inquit Beda, in Merchia Scotie recentioris regione, Coldingham modo appellatam. Erat in eodem monasterio vir de genere Scotorum, Adamnanus vocabulo, ducens vitam in continentia et orationibus multum Deo devotam, ita ut nihil unquam cibi vel potus, excepta die Domini a et quinta sabbati, perciperet, sepe autem noctes integras pervigil in oratione transeret. Quæ quidem illi districtio vitæ arctioris primo ex necessitate emendandæ suæ pravitate crebuerat; sed precedente

tempore necessitatem in consuetudinem verterat, et cætera quæ Beda fuse commemorat in lib. iv cap. 25, ubi Adamnanus Ebbæ abbatissæ incendium sui monasterii prædixisse perhibetur. Cave ergo confundas istum Adamnanum monachum Coludiensem (ut jam erratum a multis est) cum Adamnno abbate Hiiensi, de cujus lucubrationibus quædam observantia.

6. Adamnanus abbas, præter vitam sancti Columbæ abbatis, quam in tres libros digessit, scripsit de Locis sanctis librum legendibus multis utilissimum, ait Beda in lib. v cap. 16, cujus auctor erat docendo ac dictando Galliarum episcopus Arculfus, qui locorum gratia sanctorum venerat Hierosolymam. Quis fuerit Arculfus ille, quisve Petrus ejus socius ac dux itineris, incompertum. Tantum scimus Arculfum episcopum Gallum fuisse; Petrum eremitam e Burgundis ortum. Adamnani librum, id est opusculum de Locis sanctis, in tres libros distinctum, dudum perquisivi, ac reperi tandem in ms. Codice Corbeiensi, sed mutilum ac imperfectum. Revolvendo tonium I Bibliothecæ novæ Labbeanæ, incidi in eum locum ubi Labbeus indicat, ex schedis Sirmondi, exstare librum illos manu descriptos in bibliotheca Vaticana. Scripsi ea de re ad nostrum Antonium Durbanum amicum et popularem meum, qui res congregationis nostræ in curia Romana procurat. Lustravit ille bibliothecam Vaticanam, invenit apographum diu desideratum, et Codicis Corbeiensis lacunas et hiatus supplevit; movitque insuper Adamnani opusculum de Locis sanctis in bibliotheca Barberina reperiri editum Ingolstadii anno 1619, opera et studio Jacobi Gretseri theologi ac presbyteri Societatis Jesu. Ejus editionis exemplum tandem a V. C. Raimundo Formentino doctore Sorbonico accepi cura ac providentia V. C. Antonii Vionis Herovallii, qui litteratorum studis invigilare non cessat. At quia istius editionis exempla in his partibus adeo rara sunt, ut vix cuiquam nota esset hæc editio, e re litteraria esse existimaverunt viri eruditi, si istos Adamnani libros recuderemus. Quod et locus suasit, et Adamnani memoria, his libris illustrior futura. Gretserus e regione textus Adamnani opposuerat textum Bedæ, qui librum de Locis sanctis ex Adamnani scriptione collegerat. Nobis sat visum est solum reddere Adamnanum cum figuris quatuor, quarum quarta deest apud Gretserum, aliæ imperfectæ sunt. Ratus est librorum numerus in exemplaribus, sed non series capitulorum, quæ variat apud Gretserum et in Codicibus Vaticano et Corbeiensi.

7. Adamnani libris subjiciendum visum est Itinerarium cujusdam Franci in loca sancta (a), factum sæculo ix jam inclinante, pontificatu scilicet Nicolai primi. Eo in Itinerario fit mentio ignis illius qui quotannis in sabbato sancto lampadas sepulcri Dominici cœlitis accendebat: qua de re nulla mentio in libris Adamnani, frequens tamen apud historicos qui de bello Hierosolymitano postea scripserunt, tametsi nullum qui ejus rei meminere legi auctorem hoc Anonymo antiquiore. Id inter consueta miracula commemoravit V. C. Carolus Fresnius Cangii dominus in Notis ad Annam Comnenam, pag. 389, astipulantibus in primis Rodulfo Glabro in lib. iv cap. 6, Willelmo Malmesburiensi in lib. iv de Regibus Anglorum cap. 2 duobus in locis, sectione 35 et 48, Chronico Andrensi in tomo IX Spicilegii, pag. 463, Chronico monasterii de Fontanis cap. 4, in tomo X Spicilegii: quos locos idem vir humanissimus mihi indicavit. Willelmi Malmesburiensis locus primus ascribendus hic est, quo discimus auctorem posterioris Itinerarii esse Bernardum monachum Francum, eumque in loca sancta profectum anno 870. Sic enim habet Willelmus de Hierosolymis agens: « Ibi decenti opere compacta ecclesia sancti Sepulcri capax, a Constantino Magno ædificata, nullam unquam ab inimicis fidei tulit injuriam, metu (sicut conjicio) pro igne cœlesti percussis, qui quotannis

(a) Vid. Mabil., Act. SS. Bened., sæc. II, part. II, p. 525. E: 17.

in vigilia Paschæ serenus infulget. Quod miraculum quando cœperit, vel si ante tempora Saracenorum fuerit, nullius historiæ cognitione discernitur. Legi ego in scripto Bernardi monachi quod abbas annis ducentis quinquaginta, id est anno incarnationis octingentesimo septuagesimo idem Hierosolymam profectus, ignem illum viderit, hospitatusque fuerit in xenodochio quod idem gloriosus Carolus Magnus construi jusserat, ubi et bibliothecam ingentis ex-

penae compererat. Et infra: « Verumtamen quia Bernardus Theodosii tunc patriarchæ nomen non tacet, ipsa me monet occasio, ut omnia patriarcharum nomina proponam. » Hæc omnia conveniunt in posterius lûperarium, cujus proinde Bernardum monachum auctorem certo pronuntiare non vereor, tametsi nomen deest in Codice Reinigiano quo usus sum. Quis vero fuerit Bernardus ille, forsân aliquando assequi licebit. Jam Adamani libros videamus.

## SANCTI ADAMANI

ABBATIS HIIENSIS

### DE LOCIS SANCTIS

EX RELATIONE ARCULFI EPISCOPI GALLI

LIBRI TRES.

(Ex mss. codd. Vat. et Corb. et edit. Gretseri, apud Mabill. Act. SS. Ben. sæc. III.)

#### Prologus Auctoris.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, texere librum de locis incipio sanetis. Arculfus sanctus episcopus, gente Gallus, diversorum longe remotorum peritus locorum, verax index et satis idoneus, in Hierosolymitana civitate per menses novem hospitatus, et locis quotidianis visitationibus peragratis,

B mihi Adamano hæc universa quæ infra exaranda sunt experimenta diligentius perscrutanti, et primo in tabulas describenti, fideli et indubitabili narratione dictavit, quæ nunc in membranis brevi textu scribuntur.

#### LIBER PRIMUS.

##### CAPUT PRIMUM.

###### De situ Hierusalem.

De situ Hierusalem nunc quædam scribenda sunt pauca ex his quæ mihi sanctus dictavit Arculfus; ea vero quæ in aliorum libris de ejusdem civitatis positione reperiuntur a nobis prætermittenda sunt. In cujus magno murorum ambitu idem Arculfus LXXXIV numeravit turres et portas bis ternas, quarum per circuitum civitatis ordo sic ponitur. 1. Porta David ad occidentalem partem montis Sion prima numeratur. 2. Porta villæ Fullonis. 3. Porta S. Stephani. 4. Porta Benjamin. 5. Portula, hoc est parvula porta ab hac per gradus [At., grados] ad vallem Josaphat descenditur. 6. Porta Tecutis.

Hic itaque ordo per earumdem portarum et turrium intercapedines a porta David supra memorata per circuitum, septentrionem versus exinde ad orientem dirigitur. Sed quamlibet sex portæ in muris numerentur, celebriores tamen ex eis portarum introitus frequentantur, unus ab occidentali, alter a septentrionali, tertius ab orientali parte.

Ea vero pars murorum cum interpositis turribus quæ a supra descripta David porta per aquilonale montis Sion supercillium, quod a meridie supereminet civitati, usque ad eam ejusdem montis frontem

C dirigitur, quæ prærupta rupe orientalem respicit plagam, nullas habere portas comprobatur.

Sed et hoc etiam non esse prætereundum videtur quod nobis sanctus Arculfus de hujus civitatis in Christo honorificentia præfatus narravit, inquiens: Diversarum gentium undique prope innumera multitudo xv die mensis Septembris anniversario more in Hierosolymis convenire solet ad commercia mutuis [At., motuis] venditionibus et emptionibus peragenda. Unde fieri necesse est ut per aliquot dies in eadem hospita civitate diversorum hospitentur turbæ populorum, quorum plurima camelorum et equorum asinorumque numerositas mulorum, necnon et boum [At., bovum] masculorum diversarum vectorum rerum, per illas politanas plateas stercoreum abominaciones propriorum passim sternit: quorum nidor non mediocriter civibus invehit molestiam, quæ et ambulandi impeditionem præbent. Mirum dictum! post diem supra memoratum recessione cum diversis turmarum jumentis, nocte subsequente, immanis pluviarum copia de nubibus effusa super eandem descendit civitatem: quæ totas obstergens abominabiles de plateis sordes, ablutam ab immunditiis fuit eam. Nam Hierosolymitanus ipse situs a supercillio aquilonali montis Sion incipiens, ita est molli

a conditore Deo dispositus declivio usque ad humiliora aquilonalium orientaliumque murorum loca, ut illa pluvialis exuberantia nullo modo in plateis, stagnantium aquarum in similitudinem, supersedere possit, sed instar fluviorum de superioribus ad inferiora decurrit. Quæ scilicet cælestium aquarum inundatio per orientales interfluens [Al., influens] portas, et omnia secum stercoralia aufrens abominamenta, vallem Josaphat intrans, torrentem Cedron auget; et post talem Hierosolymitanam baptismationem continuatim eadem fluminalis exuberatio cessat. Hinc ergo non negligenter adnotandum est quanti vel qualis honoris hæc electa et prædicabilis civitas in conspectu æterni Genitoris habeatur, qui eam sordidatam diutius remanere non patitur, sed ob ejus Unigeniti honorificentiam citius eam emundat, quæ intra murorum ejus ambitum sanctæ crucis et resurrectionis ipsius loca habet honorifica.

Cæterum in illo famoso [Al., forinoso] loco, ubi quondam templum magnifice constructum fuerat, in vicinia muri ab oriente locatum, nunc Saraceni quadrangulam orationis domum, quam subrectis tabulis et magnis trabibus super quasdam ruinarum reliquias construentes vili fabricati sunt opere, ipsi frequentant: quæ utique Domus tria hominum millia simul (ut fertur) capere potest.

Arculfus itaque de ipsius civitatis habitaculis a nobis interrogatus respondens ait: Memini me et vidisse et frequentasse multa civitatis ejusdem ædificia, plurimasque domos grandes lapideas per totam magnam civitatem intra mœnia circumdata, mira fabricatas arte, sæpius considerasse. Quæ omnia nunc a nobis sunt prætermittenda, ut æstimo, exceptis eorum ædificiorum structuris quæ in locis sanctis, crucis videlicet et resurrectionis, mirifice fabricata sunt.

## CAPUT II.

### *De ecclesia rotundæ formulæ super sepulcrum ædificata.*

De quibus diligentius sanctum interrogavimus Arculfum præcipue de sepulcro Domini et ecclesia super illud constructa, cujus mihi formam in tabula cerata ipse depinxit. Quæ utique valde grandis ecclesia tota lapidea mira rotunditate ex omni parte collocata, a fundamentis in tribus consurgens parietibus, inter unumquemque parietem et alterum latus [Al., latum] habens spatium viæ; tria quoque altaria in tribus locis parietis medii artifice fabricatis. Hanc rotundam et summam ecclesiam supra memorata habentem altaria, unum ad meridiem respiciens, alterum ad aquilonem, tertium ad occasum versus, xii miræ magnitudinis lapideæ sustentant columnæ. Hæc bis quaternales portas habet, hoc est quatuor introitus per tres e regione interjectis viarum spatiis stabilitos parietes: ex quibus quatuor exitus ad Vulturum spectant, qui et Cabeias dicitur ventus; alii vero quatuor ad Eauram [Al., occasum] respiciunt. In medio spatio hujus interioris rotundæ de-


mas rotundum inest in una eademque petra excisum tegorium [Al., tegurium], in quo possunt ter terni homines stantes orare, et a vertice alicujus non brevis staturæ stantis hominis usque ad illius domunculæ camaram [Al., cameram] pes et semipes mensura in altum extenditur. Hujus tegorioli introitus ad orientem respicit: quod totum extrinsecus electo tegitur marmore, cujus exterius summum culmen auro ornatum, auream nam parvam sustentat crucem. In hujus tegorii aquilonali parte sepulcrum Domini in eadem petra interius excisum habetur; sed ejusdem tegorii pavementum humiliter est loco sepulcri. Nam a pavimento ejus usque ad sepulcri marginem lateris quasi trium mensura altitudinis palmorum\* haberi dignoscitur. Sic mihi Arculfus, qui sæpe sepulcrum Domini frequentabat, indubitanter emensus pronuntiavit. Hoc in loco proprietas sive discrepantia nominum notanda inter monumentum et sepulcrum. Nam illud sæpe supra notatum rotundum tegorium, alio nomine evangelistæ monumentum vocant; ad cujus ostium advolutum et ab ejus ostio revolutum lapidem resurgente Domino pronuntiant. Sepulcrum vero proprie dicitur ille locus in tegorio, hoc est in aquilonali parte monumenti, in quo Dominicum corpus linteaminibus involutum conditum quievit: cujus longitudinem Arculfus in septem pedum mensura propria mensus est manu. Quod videlicet sepulcrum non (ut quidam falso opinantur) duplex est, et quandam de ipsa maceriosa petram habens excisum, duo crura et femora, duo intercedentem et separantem, sed totum simplex a vertice usque ad plantas, lectum [Al., latum] unius hominis capacem super dorsum jacentis præbens [Al. add. spatium] in modum spelunçæ, introitum a latere habens ad australem partem monumenti e regione respicientem, culmenque humile desuper eminens fabrefactum: in quo utique sepulcro duodenæ lampades juxta numerum xii sanctorum apostolorum semper die ac nocte ardentes lucent, ex quibus quatuor in imo illius lectuli sepulcralis loco inferius positæ, aliæ vero bis quaternales super marginem ejus superius collocatæ ad latus dexteram, oleo nutritive præfalgent.

## CAPUT III.

### *De ipsius sepulcri figura et ejus tegurioli.*

Sed et hoc notandum esse videtur quod mausoleum [Al., magisoleum] Salvatoris, hoc est sæpe supra memoratam tegorium, spelæum sive spelunca recte vocitari possit, de quo videlicet, Domino Jesu Christo in ea sepulto, propheta vaticinatur dicens: *Hic habitavit in excelsa spelunca petre fortissimus (Isa. xxxiii).* Et paulo post de ipsius Domini resurrectione ad apostolos kalficandos subinfertur: *Regem cum gloria videbitis.* Supradictæ igitur ecclesie formulam cum rotundo tegoriolo in medio ejus collocato, in cujus aquilonali parte Dominicum habetur sepulcrum, subjecta declarata pictura (pag. seq.), necnon et trium aliarum figurarum ecclesiarum, de quibus inferius intimabitur.

\* Al., quasi mensuræ a pollice usque ad auriculam, altitudinis trium palmorum.



- A Tegorium rotundum.  
 B Sepulcrum Domini.  
 C Altaria dualia.  
 D Altaria.  
 E Ecclesia.  
 F Golgothana ecclesia.  
 G In loco altaris Abraham.

- A II In quo loco crux Dominica cum binis latronum crucibus sub terra reperta est.  
 I Mensa lignea.  
 K Plateola, in qua die ac nocte lampades ardent.  
 L Sanctæ Mariæ ecclesia.  
 M Constantiniana basilica, hoc est martyrium.  
 N Exedra cum calice Domini.

In eadem vero ecclesia quædam habetur in petra excisa spelunca infra locum Dominicæ crucis, ubi super altare pro quorundam honoratorum animabus sac iſcium offertur : quorum corpora interim in platea jacentia ponuntur ante januam ejusdem Golgothanæ ecclesiæ, usquequo ſiniantur illa pro ipsis defunctis sacrosancta mysteria. Has itaque quaternarium figuras ecclesiarum juxta exemplar quod mihi (ut superius dictum est) Arculfus in paginola figuravit cerata, depinximus, non quod possit earum similitudo formari in pictura; sed ut Dominicum monumentum, licet tali vili ſignatione, in medietate rotundæ ecclesiæ constitutum monstretur, aut quæ huic propior ecclesia vel quæ eminus posita declaretur.

#### CAPUT IV.

*De ipso lapide qui ad ostium monumenti advolutus est.*

Sed inter hæc de illo supra memorato lapide, qui ad ostium monumenti Domini post ipsius Domini sepultionem crucifixi multis tradentibus viris advolutus est, breviter intimandum esse videtur : quem Arculfus intercium et in duas divisum partes refert, cujus pars minor ferramentis dolata est, et quadratum altare in rotunda suprascripta ecclesia ante ostium sæpe illius memorati tegorii, hoc est Domini monumenti stans, constitutum cernitur : major vero illius lapidis pars æque circumdolata est, et in orientali ejusdem ecclesiæ loco quadrangulum aliud altare sub linteaminibus stabilitum exstat.

De illius ergo petræ coloribus, in qua illud sæpe

B dictum tegorium dolatorum ferramentis interius cavatum Dominicumque sepulcrum in aquilonali loco ipsius habens de una eademque petra excisum qua et monumentum, hoc est ipsum tegorium, Arculfus me interrogatus dixit : Illud Domini monumenti tegorium nullo intrinsecus ornatu tectum usque hodie per totam ejus cavaturam ferramentorum ostendit vestigia, quibus dolatores sive excisores in eodem usi sunt opere : color vero illius ejusdem petræ monumenti et sepulcri non unus, sed duo permitti videntur, ruber utique et albus, unde et bicolor eadem ostenditur petra. Sed de his ista sufficiant.

#### CAPUT V.

*De ecclesia B. Mariæ semper virginis, quæ rotundæ ecclesiæ coheret.*

Cæterum de sanctorum structuris, locorum pauca addenda sunt aliqua. Illi rotundæ ecclesiæ supra sæpius memoratæ, quæ et Anastasis, hoc est resurrectio vocatur, quæ in loco Dominicæ resurrectionis fabricata est; a dextera coheret parte sanctæ Mariæ matris Domini quadrangulata ecclesia.

#### CAPUT VI.

*De illa ecclesia quæ in Calvariæ loco constructa est.*

Alia vero pergrandis ecclesia orientem versus in illo fabricata est loco qui Hebraice Golgotha vocatur : cujus in superioribus grandis quædam sereæ cum lampadibus rota in funibus pendet, infra quam magna argentea crux infixæ statuta est eodem in loco ubi quondam lignea crux, in qua passus est humani generis Salvator, infixæ stetit.



## CAPUT VII.

*De basilica Constantini vicina supradictæ.*

Hæc ecclesiæ in loco Calvaria: quadrangulata fabricata: structura, lapidea illa vicina orientali in parte coheret basilica, magno cultu a rege Constantino constructa, quæ et Martyrium [Al., Monasterium] appellatur, in eo (ut fertur) fabricatum loco ubi crux Domini cum aliis latronum binis crucibus sub terra abscondita, post ducentorum xxxiii annorum cyclos, ipso Domino donante, reperta est. Inter eas itaque duales ecclesias ille famosus occurrit locus in quo Abraham patriarcha altare composuit, super illud imponens lignorum struem; et ut Isaac immolaret filium suum, evaginatum arripuit gladium: ubi nunc mensa habetur lignea non parva, super quam pauperum eleemosynæ a populo offeruntur. Sed et hæc mihi diligentius interroganti sanctus addit Arculfus inquit: Inter Anastasim, hoc est illam sæpe supra memoratam rotundam ecclesiam et basilicam Constantini, quædam patet plateola usque ad ecclesiam Golgothanam, in qua videlicet plateola die ac nocte semper lampades ardent.

## CAPUT VIII.

*De alia exedra intra ecclesiam Calvaria:.*

Inter illam quoque Golgothanam basilicam et Martyrium quædam inest exedra, in qua est calix Domini, quem a se benedictum propria manu in cœna pridie quam pateretur, ipse convivæ apostolis tradidit convivantibus: qui argenteus calix sextarii Gallici mensuram habens, duasque ansulas in se ex utraque parte alirinsecus continens compositas. In quo utique calice illa inest spongia, quam aceto plenam byssopo circumponentes Dominum crucifigentes obtulerunt ori ejus. De hoc eodem calice (ut fertur) Dominus post resurrectionem cum apostolis convivans bibit. Quem sanctus Arculfus vidit, et per illius scrinioli, ubi reconditus habetur, operculi foramen pertusi [Al., perforati] manu tetigit propria osculatus [Al., et osculatus est]. Quem videlicet calicem universus civitatis populus cum ingenti veneratione frequentat.

## CAPUT IX.

*De lancea militis qua latus Domini ipse pupugit.*

Item Arculfus nihilominus et illam conspexit lanceam militis, qua latus Domini in cruce pendens ipse percusserat. Hæc eadem lancea in porticu illius Constantini basilicæ inserta habetur in cruce lignea, cujus hastile [Al., bassale] in duas intercisum est partes: quam similiter tota Hierosolymitana frequentans osculatur et veneratur civitas.

## CAPUT X.

*De sudario illo quo Domini caput sepulti contactum est.*

De illo quoque sacrosancto sudario, quod in sepulchro super caput ipsius fuerat positum, sancti Arculfus relatione cognovimus, qui illud propriis conspexit oculibus, hanc quam nunc craxamus [Al., caraxamus, id est exaramus] narrationem, quam totus Hierosolymitanus veram esse protestatur po-

A pulus. Plurimorum namque testimonio Hierosolymitanorum civium hanc pronuntiationem sanctus Arculfus didicit, qui sic ipso intentione audiente sæpius pronuntiarunt dicentes: Ante annos ferme ternos sacrosanctum linteolum, quod quidam satis idoneus credulus Judæus statim post ejus resurrectionem de sepulchro Domini furatus, multis diebus apud se occultavit; ipso donante Domino post multorum circulos annorum repertum, in notitiam totius populi venit. Ille igitur felix et fidelis fur illud Dominicum sudarium quod in primis fertim abstulit, in extremis constitutus duobus filiis manifestans accersitis detulit, dicens: O filii mei, nunc optio vobis datur. Dicat ergo quisvis e vobis duobus quid potius optare desiderat, ut et ego indubitanter B scire possim quis ex vobis erit, cui juxta propriam optionem, aut omnem substantiam meam quam habeo, commendare debeam; aut hoc solummodo Domini sacrum sudarium. Quibus auditis ex ore patris verbis, unus qui genitoris divitias accipere cupiebat universas, suscipit eas a patre, juxta promissionem a patre commendatas. Mirum dictu! ex illa die omnes ejus divitiæ et patrimonium omne, propter quod sudarium Domini vendidit, decrescere cepit; et universa quæ habuit, diversis casibus perditæ ad nihilum redacta sunt. Alter vero supradicti furis filius beatus, qui sudarium Domini omnibus prætulit patrimoniis; ex qua die illud de morientis manu accepit genitoris, magis ac magis donante Deo, terrenis etiam opibus est ditatus, nec fraudatus cœlestibus. C Et ita hoc Dominicum sudarium patres filii de ejusdem ter beati hominis progenie sati, quasi hæreditario jure fideles fidelibus, secundum eorum prospicere seriem, fideliter usque ad quintam commendabant generationem. Sed post quintæ tempore generationis annorum multis processibus transactis, ejusdem cognationis deficientibus hæreditariis fidelibus, sacrum linteum in manus aliorum infidelium devenit Judæorum: qui et ipsi, quamlibet indigni tali munere, tamen illud honorifice amplexi, divina donante largitione, nimis diversis locupletati opibus divites facti sunt. Judæi vero credentes, orta in populo de sudario Domini certa narratione, cœperunt cum infidelibus Judæis de sacro illo linteamine fortiter contendere, totis viribus illud appetentes in manus accipere. Quæ subnixæ contentio Hierosolymitanam plebem in duas diremit partes, hæc est fideles et credulos contra infideles et incredulos. Unde et Sarracenorum rex, nomine Navias [Al., Majuvias], ab utrisque interpellatus partibus, ad eos incredulos Judæos, qui sudarium Domini pertinaciter retinebant, \* inter utrosque dijudicans dixit: Sacrum quod habetis linteolum date in mea manu. Qui regis verbo obtemperantes, illud de scrinio proferentes, regnatoris in sinu deponunt; quod cum magna reverentia suscipiens rex, in platea coram omni populo rogum fieri jussit. Quo nimia inflammatione ardente, surgens ipse et ad ipsum accedens rogum,

\* Grets. addit: præsentibus Christianis Judæis.

elevata voce ad utrasque discordes dixit partes : A Nunc Christus mundi Salvator passus pro humano genere, qui hoc quod nunc in sinu conteneo sudarium, in sepulcro suo super caput habuit positum, inter vos de hoc eodem linteo contententes per flammam judicet ignis, ut sciamus cui parti horum duum exercituum contentiosorum hoc tale donum condonare dignetur. Et hæc dicens, sacrum Domini sudarium projecit in flammam, quod nullo modo ignis tangere potuit, sed integrum et incolu- me de rogo surgens, quasi avis expansis alis cœpit in sublime volare, et utrasque dissidentes contra se populi partes et quasi in procinctu belli consertas sedentes acies de summis prospiciens duas, in vacuo aere per aliquorum intervallum momentorum circumvolans, proinde paulatim descendens, Deo gubernante ad partem Christianorum interim Christum judicem exorantium declinans, in eorum sinu consedit. Qui Deo gratias levatis ad cœlum manibus agentes, cum ingenti lætatione ingeniculantes, sudarium Domini magna cum honorificentia suscipiunt ad se de cœlo venerabile missum donum, hymnificasque laudes Christo ejus donatori referunt, et in scrinio ecclesiæ in alio involutum linteamine recondunt. Quod noster frater Arculfus alio die de scrinio elevatum vidit, et inter populi multitudinem illud osculantis et ipse osculatus est in ecclesiæ conventu, mensuram longitudinis quasi octenos habens pedes; de quo hæc dicta sufficiant

## CAPUT XI.

*De linteo quod (ut fertur) sancta contexit Maria virgo.*

Aliud quoque linteum majus Arculfus in eadem Hierosolymitana civitate vidit, quod (ut fertur) sancta Maria contexit, et ob id magna reverentia in ecclesia habitum totus veneratur populus. In quo videlicet linteo duodecim Apostolorum formulæ habentur intextæ, et ipsius Domini imago figurata, cujus linteaminis una pars rubei coloris, et altera e regione in altero latere viridis habetur.

## CAPUT XII.

*De alia summa columna in illo posita loco ubi, cruce Domini superposita, mortuus revixit juvenis.*

De aliqua valde summa columna quæ in locis sanctis ad septentrionem in medio civitatis stans pergentibus obvia habetur, breviter dicendum est. Hæc eadem columna in eo statuta loco, ubi mortuus juvenis, cruce Domini superposita, revixit, mirum in modum in æstivo solstitio meridiano tempore ad centrum cœli sole perveniente umbram non facit. Solstitio autem transmissio, quod est viii Kal. Julii, ternis diebus interjectis, paulatim decrescente die umbram primum facit brevem, deinde processu dierum longiorem. Hæc itaque columna, quam solis claritas in æstivo solstitio meridiano horis stantis in centro cœli e regione desuper circumfulgens ex om-

\* Al., requievit, ut satis apparet.

ni parte circumfusa perlustrat, Hierosolymam orbis in medio terrarum sitam esse protestatur. Unde et Psalmographus propter sancta passionis et resurrectionis loca, quæ intra ipsam Æliam [Id est, Hierusalem] continentur, vaticinans canit: *Deus autem Rex noster ante sæculum, operatus est salutem in medio terræ* (Psal. lxxviii), hoc est Hierusalem, quæ mediterranea et umbilicus terræ dicitur.

## CAPUT XIII.

*De ecclesia S. Mariæ in valle Josaphat fabricata, in qua monumentum ejus habetur.*

Sanctorum locorum sedulus frequentator sanctos Arculfus sanctæ Mariæ ecclesiam in valle Josaphat frequentabat: cujus dupliciter fabricatæ inferior pars sub lapideo tabulato mirabili rotunda structura est fabricata: in cujus orientali parte altarium habetur; ad dexteram vero ejus partem, sanctæ Mariæ inest saxeam cavum sepulcrum, in quo aliquando sepulta pausavit. Sed de eodem sepulcro quomodo, vel quo tempore, aut a quibus personis sanctum corpusculum ejus sit sublatum, vel quo loco resurrectionem expectat, nullus (ut fertur) pro certo scire potest. Hanc inferiorem rotundam sanctæ Mariæ ecclesiam intrantes, illam vident petram ad dexteram parieti insertam, supra quam Dominus in agro Gethsemani [Al., Gethsamani], illa nocte qua tradebatur a Juda in manus hominum peccatorum, flexis oravit genibus ante horam traditionis ejus: in qua videlicet petra duorum vestigia genuum ejus quasi in cera mollissima profundius impressa cernuntur. Ita nobis noster frater Arculfus pronuntiavit, sanctorum visitator locorum, qui hæc quæ nos describimus, propriis conspexit oculis. In superiore igitur æque rotunda ecclesiæ sanctæ Mariæ, quatuor altaria inesse monstrantur.

## CAPUT XIV.

*De turre Josaphat in eadem constructa valle. — De monumentis Simeon et Joseph.*

In eadem supra memorata valle, non longe ab ecclesia sanctæ Mariæ, turris Josaphat monstratur, in qua ipsius sepulcrum cernitur: cui videlicet turricula quædam lapidea domus a dextera cohæret parte, de rupe excisa et separata montis Oliveti, in qua intrinsecus ferramentis cavata duo monstrantur sepulcra sine aliquo ornatu: quorum unum illius Simeonis justi viri est, qui infantulum Dominum Jesum in templo ambabus [Al., ambis] amplexus manibus de ipso prophetizavit: alterum vero æque Justi Joseph, sanctæ Mariæ sponsi, et Domini Jesu nutritoris.

## CAPUT XV.

*De spelunca in rupe montis Oliveti habita contra vallem Josaphat, in qua quatuor mensæ et putei sunt duo.*

In latero montis Oliveti quædam inest spelunca,


b Al., Nullus pro certo, ut prædictus vir testatur, scire potest.

hanc procul ab ecclesia sancta Mariae, in eminentiore loco posita contra vallem Josaphat, in qua duo profundissimi habentur putei, quorum unus sub monte in altum infinita profunditate productus extenditur; alter vero in speluncæ pavimento, ejus vastissima (ut fertur) concavitas in profundum dimorsa descendens, recto tracta dirigitur: qui duo putei semper supercluduntur. In eadem ergo spelunca quatuor insunt lapideæ mensæ, quarum una est juxta introitum speluncæ ab intus sita Domini Jesu, cui procul dubio mensulæ sedes ipsius adheret, ubi cum duodenis apostolis simul ad alias mensas ibidem habitas sedentibus et ipse conviva aliquando recumbere sæpe solitus erat. Illius putei os conclusum [Al., clausum] quem in pavimento speluncæ inesse supra descripsimus, apostolorum mensis proprias haberi monstratur. Hujus speluncæ portula ligneo (ut refert Arculfus) concluditur ostio, qui eandem Domini speluncam frequentavit sæpius.

## CAPUT XVI.

De porta David.

Porta David montis Sion molli clivo [Al., clivo] C



A Locus cœnæ Domini.

B Hic Spiritus sanctus super apostolos descendit.

C Hic columna marmorea stat cui Dominus ad-

hærens flagellatus est.

D Hic sancta Maria obiit.

E Porta.

Hic petra monstratur super quam Stephanus lapidatus extra civitatem obdormivit. Extra hanc supra descriptam grandem basilicam, quæ intrinsecus talia sancta complectitur loca, alia memorabilis existat ad occidentalem partem petra, super quam (ut fertur) flagellatus est Dominus. Hæc itaque apostolica ecclesia (ut supra dictum est) in montis Sion superiore campestri planitie lapideæ est fabricata structura.

## CAPUT XIX.

De agello illo qui Hebraice Acheldemach vocitatur.

Hunc parvam agellulum ad australem montis Sion partem situm noster Arculfus sæpe frequentans visitabat, lapidum maceriam habentem, in quo diligentius plerimi humanantur peregrini: alii vero ex ipsis aut pannis aut pelliculis tecti, negligentius relinquuntur inhumati, super terræ faciem putrefacti jacentes.

A ab occidentali adhaeret parte. Per eandem de civitate egredientibus portam, et montem Sion proximam ad sinistram habentibus pons lapideus occurrat, eminus per vallem in austrum recto tramite directus, arcubus suffultus.

## CAPUT XVII.

De illo loco in quo Judas Scariothes laqueo se suspendit.

Ad cujus medietatem ab occasu ille vicinus habetur locus, ubi Judas Scariothes, desperatione cœtus, laqueo se suspendens disperit. Ibidem et grandis hodieque monstratur ficus, de cujus (ut fertur) vertice illaqueatus pependit, ut de ipso Juda Juvenecus presbyter versificus cecinit:

Informem rapit ficus de vertice mortem.

## CAPUT XVIII.

De forma grandis basilicæ in monte Sion fabricatæ et de ipsius montis situ.

Et quia paulo superius montis Sion mentio intercessit, de quadam pergrandi basilica in eo constructa quædam breviter succincteque intimanda sunt: cujus sic describitur formula.

## CAPUT XX.

De asperis et petrosis locis ab Hierusalem usque ad civitatem Samuelis late patentibus, et usque ad Cæsaream Palæstinæ occasum versus succedentibus.

Ab Ælia septentrionem versus usque ad Samuelis civitatem, quæ Ramathas [Al. Armatham] nominatur, terra petrosa et aspera per quædam monstratur intervalla. Valles quoque spinosæ usque ad Tamniticam regionem patentes. Altera vero a supradicta Ælia et monte Sion qualitas regionum monstratur usque ad Cæsaream Palæstinæ occasum versus. Nam quamvis aliqua reperiantur angusta et brevia aspera loca interposita, præcipue tamen latiores plani monstrantur campi interpositis olivetis lætiores.

## CAPUT XXI.

De monte Olivarum.

Aliarum arborum genera, exceptis vitibus et olivis,

in monte Oliveti, ut refert Arculfus, raro reperiri possunt : segetes vero frumenti et hordei in eo valde læte consurgunt. Non enim brucosa, sed herbosa et florida illius terræ qualitas demonstratur. Altitudo autem ejus æqualis esse altitudini Sionei montis videtur, quamvis mons Sion ad montis Oliveti comparationem in geometricæ dimensionibus, latitudine videlicet et longitudine, parvus et angustus esse videtur. Inter hos duos montes vallis Josaphat, de qua superius dictum est, mediâ interjacet, a septentrionali plaga in australem porrecta partem.


## CAPUT XXII.

*De loco Dominicæ ascensionis et de ecclesia in eo ædificata.*

In toto [Al. isto] monte Oliveti nullus alius locus altior esse videtur illo, de quo Dominus ad cœlos ascendisse traditur, ubi grandis ecclesia stat rotunda, ternas per circuitum cameratas habens porticus [Al. porticos] desuper tectas. Cujus videlicet rotundæ ecclesiæ interior domus sine tecto et sine camara, ad cœlum sub aere nudo aperta patet, in cujus orientali parte altare sub angusto protectum tecto constructum existat. Ideo itaque interior illa domus camaram supra collocatam non habet, ut de illo loco in quo postremum divina institerant vestigia, cum in cœlum Dominus in nube sublevatus est, via semper aperta et ad æthera cœlorum directa oculis in eodem loco exorantium pateat. Nam cum hæc, de qua nunc pauca commemorantur, basilica fabricaretur, idem locus vestigiorum Domini, ut alibi scriptum repertum est, continui pavimento cum reliqua stratorum parte non potuit. Siquidem quæcunque applicabantur, insolens humana suscipere terra respueret, in ora apponentium excussis marmoribus [Grets., mox prioribus]. Quin etiam calcati Deo pulveris adeo perenne documentum est, ut vestigia cernantur impressa; et cum quotidie confluentium fides a Domino calcata diripiat, damnum tamen area non sentit, et eandem adhuc sui speciem veluti impressis signata vestigiis terra custodit. In eodem igitur loco, ut sanctus refert Arculfus, sedulus ejusdem frequentator, ærea grandis per circuitum rota desuper explanata collocata est, cujus altitudo usque ad verticem haberi monstratur mensurata: in cujus medietate non parva patet pertusura [Al., percussura], per quam desuper apertam vestigia pedum Domini plane et lucide impressa in pulvere demonstrantur. Illa quoque in rota ab occidentali parte quasi quædam semper patet porta, ut per eam intrantes facile adire locum sacrati pulveris possint, et per apertum desuper ejusdem rotæ foramen de sacro pulvere porrectis manibus particulas sumant. Igitur nostri Arculfi de loco vestigiorum Domini narratio cum aliorum scriptis recto concordat, quod nec culmine domus, nec aliquo speciali inferiore et viciniore tegmine ullo quoque modo protegi potuerit, ut semper manifeste ab universis ejus

frequentatoribus conspiciatur, et Dominicorum vestigia pedum in ejusdem loci pulvere depicta clare demonstrantur. Hæc enim eadem Dominica vestigia ingentis claritudine lampadis supra eandem rotam in trochleis pendentis die et nocte flammantis illuminantur. Illius itaque supra memoratæ ecclesiæ rotundæ in occidentali parte bis quaternales supernæ fabricatæ habentur fenestræ, valvas habentes vitreas, quibus utique fenestris ejusdem numeri vicinæ lampades intrinsecus e regione positæ in funibus pendentibus ardent; quæ videlicet lampades sic collocatæ sunt, ut unaquæque lampas nec superius nec inferius pendeat, sed quasi adhærens eidem fenestræ videatur cui interior e regione propinqua specialiter cernitur. Quarum utique lampadum in tantum claritas refulget, ut earum lumine, quasi de superiore montis Oliveti loco coruscantium, per vitrum abundanter effuso, non tantum ea ejusdem montis pars, quæ ad occasum versus eidem adhæret rotundæ et lapideæ basilicæ, sed etiam civitatis Hierosolymæ de valle Josaphat ascensus per quosdam gradus [Al., grados] in altum sublimatus clare quamlibet in tenebris similiter noctibus mirabiliter illustretur, et major ejusdem pars urbis anterior e regione positæ eadem illuminetur claritate. Hæc fulgida et prædicabilis octonarium magnarum coruscationum lucernarum, de monte sancto et de loco Dominicæ ascensionis noctu refulgentium, majorem (ut Arculfus refert) divini amoris alacritatem credulorum respicientium cordibus infundit, quemdamque pavorem menti cum ingenti interna compunctione incutit.

Sed et hoc nobis non esse tacendum videtur, quod sæpe memoratus Arculfus de hac eadem rotunda ecclesia mihi diligentius interroganti retulit dicens: In anniversaria diei Dominicæ Ascensionis solemnitate per omnes annos validissimi flaminis procella meridianis horis, post peracta in eadem basilica sacrosancta missarum solemnia, forti impetu irruere in tantum solet, ut nullus hominum stare vel etiam sedere in illa ecclesia et vicinis eis locis quoquo possit modo, sed omnes tandiu in terra prostratis vultibus superstrati jacent, donec illa terribilis procella pertranseat. Hujus terrifici flatus causa facit ut illa pars domus habere camaram non possit supra locum impressorum Domini vestigiorum, quæ intra supradictæ rotæ medium foramen aperte monstrantur, ad cœlum semper patefacta appareat. Nam quascunque materias deuper ad camaram componendam si quando humanæ manus ars ædificare conabatur, supra memorati divinitus emissa venti validitas destruebat. De hac itaque formidabili procella sanctus Arculfus taliter nobis enarravit, qui eadem hora qua in die Dominicæ ascensionis ille validissimus irruit flatus, et ipse præsens in eadem ecclesia Oliveti interfuit montis. Cujus videlicet rotundæ ecclesiæ figura, vili quamvis pictura sic depicta, declaratur; æræ necnon in ejus medietate collocatæ rotæ formula hæc descripiuntula demonstratur subjecta (p. 79. seq.).



Sed et hoc etiam sancti relatione Arculfus didicimus, quod in eadem rotunda ecclesia ad consuetum vii supra memoratarum noctu intrinsecus refulgentium lucernarum prope innumerabiles in nocte festiva Dominicæ ascensionis ad æ adjici solent lampades : quarum terribili et admirabili coruscatione per vitreas fenestrarum valvas, abundanter effusa mons Oliveti non solum illuminari, sed etiam ardere totus videtur, totaque civitas illustrari in humiliori et vicino sita loco.

#### CAPUT XXIII.

*De sepulcro Lazari et ecclesia super illud constructa, et de monasterio eidem adhærente.*

Arculfus, sanctorum supra memoratorum frequentator locorum, quemdam Bethaniæ campulum magna Olivarum silva circumlatum visitavit : ubi grande inest monasterium, et grandis basilica super illum ædificata speluncam, de qua Dominus quatruiduanum mortuum suscitavit Lazarum.

#### CAPUT XXIV.

*De ecclesia ad dextram Bethaniæ partem constructa.*

De alia celebriore ecclesia ad australem Bethaniæ partem, et in eo montis Oliveti loco fundata in quo Dominus ad discipulos habuisse sermonem dicitur, breviter scribendum arbitramur. Hinc non negligenter inquirendum est qualem sermonem, et quo tempore, vel ad quas speciales personas discipulorum Dominus sit locutus. Quæ tria, si trium Evangelia scriptorum aperire voluerimus, Matthæi, Marci, Lucæ, nobis manifeste clarebunt, qui de sermonis qualitate concinnanter [Al., concinentes] loquuntur, de loco ipsius conventionis nemo du-

bitare poterit, et de sermonis forma [Corb., styma] qui Matthæi Evangelium legit, ubi de Domino ipse commemorat evangelista dicens : *Sedente autem eo super montem Oliveti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes : Dic nobis quando hæc erunt ? et quod si, num adventus tui et consummationis sæculi ?* (Matth. xxiv.)

De personis interrogantium hic Matthæus tacuit, sed Marcus non tacet, qui ita scribens dicit : *Interrogabant eum separatim Petrus, et Jacobus, et Joannes, et Andreas* (Marc. xiii). Quibus interrogantibus respondens qualitatem habiti sermonis juxta tres superius commemoratos evangelistas ostendit ita dicendo : *Videte ne quis seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego sum Christus* (Ibid.), et cætera sequentia de novissimis temporibus et sæculi consummatione, quæ Matthæus prolixo sermone prosequitur usque ad eum locum, quo et tempore [Al., tempus] hujus manifeste idem evangelista ex verbis Domini protracti sermonis ostendit ita dicens : *Et factum est cum consummasset Jesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis : Scitis quia post biduum Pascha fiet, et Filius hominis tradetur ut crucifigatur* (Matth. xxvi), et cætera. Aperte ergo ostenditur Dominum in die quartæ feriæ, biduo restante usque ad primam azymorum diem qui dicitur Pascha, supra commemoratum sermonem prolixum ad interrogantes fuisse locutum quatuor supradictos apostolos. In loco itaque habiti illius sermonis superius memorati, ob recordationem fundata ecclesia in magna habetur honorificentia. Huc usque de locis sanctis Hierosolymitanæ civitatis et montis Sion montisque Oliveti et vallis Josaphat interjacentis juxta sancti Arculfus eorumdem frequentatoris locorum certam narrationem sufficiat descripsisse.

## LIBER SECUNDUS.

## CAPUT PRIMUM.

*De Bethlehem civitatis situ.*

In hujus nostri secundi libelli exordio de situ Bethlehem civitatis, in qua noster Salvator ex Virgine sancta nasci dignatus est, pauca breviter craxanda sunt aliqua. Quæ civitas, non tam situ grandis, sicuti nobis Arculfus retulit qui eam frequentavit, quam fama prædicabilis per universarum gentium ecclesias diffamata, in dorso [*Supple montis*] sita est angusto, undique ex omni parte vallibus circumdato, quod utique terræ dorsum ab occidentali plaga in orientalem partem quasi mille passibus porrigitur. In cujus campestri planitie superiore humilis sine turribus murus in circuitu per ejusdem monticuli extremitatis supercilium constructus, valliculis hinc et inde circumjacentibus supereminet : mediaque intercapedine intra muros per longiorem tramitem habitacula civium sternuntur.

## CAPUT II.

*De loco nativitatis Domini.*

In ejusdem vero civitatis orientali et extremo angulo quasi quædam naturalis dimidia inest spelunca, cujus interior ultima pars præsepe Domini nominatur, in quo natum puerum reclinavit Mater : alius vero supradicto contiguus præsepio introeuntibus proprius, locus proprie nativitatis Dominicæ traditur fuisse. Illa ergo Bethlehemica spelunca præsepius Domini tota intrinsecus ob ipsius Salvatoris honorificentiam marmore adornata est pretioso : cui utique semianthro super lapideum coenaculum sanctæ Mariæ ecclesia supra ipsum locum, ubi Dominus natus specialius traditur, grandi structura fabricata fundata est.

## CAPUT III.

*De illa petra extra muros sita, super quam aqua primæ lavationis ejus post nativitatem effusa est.*

De illa petra extra murum posita, super quam aqua primæ post nativitatem Domini ablutionis corpusculi, de muri summitate inclinato, in quo fuit effusa vasculo, breviter commemorandum æstimo. Quæ sacri lavacri aqua de muro effusa in petra inferius jacente, quasi quamdam naturam cavatam invenit fossam : quæ eadem undula in primo Dominico repleta natalitio, ex eadem die ad nostra usque tempora per multos sæculorum circuitus purissima plena monstratur lymphæ sine ulla defecatione vel diminutione, nostro Salvatore hoc miraculum a die nativitatis suæ peragente, de quo Propheta canit : *Qui eduxit aquam de petra* (*Psal. LXXVII*). Et apostolus Paulus : *Petra autem erat Christus* (*I. Cor. x*), qui de durissima contra naturam petra in deserto sitiienti populo consolatoriam produxit undam. Idem ipse est Dei virtus

\* Honorarium scilicet seu cenotaphium ; nam verum Davidis sepulcrum Hierosolymis fuisse probant Adrichomius et Gretserus ex lib. II Esdræ iii, 8, et

A et Dei sapientia, qui et de Bethlehemica illa petra aquam eduxit, ejusque lacunam plenam semper lymphis conservat. Quam noster Arculfus propriis obtutibus inspexit, et in ea faciem lavit.

## CAPUT IV.

*De illa ecclesia in qua illud Davidicum conspicitur monumentum \*.*

Arculfus de sepulcro David regis a me interrogatus hoc nobis responsum dedit, inquit : Sepulcrum David regis in terra humati ego ipse non negligenter inquirens frequentabam, quod in parte media pavimenti ecclesiæ sine aliquo habetur superposito ornamento, humilem lapideam habens pyramidem lam-pademque semper superpositam. Hæc ergo ecclesia extra civitatis muros in valle contigua est fundata, quæ Bethlehemico in parte aquilonali monticulo cohæret.

## CAPUT V.

*De alia ecclesia in cujus interiori parte sancti Hieronymi sepulcrum habetur.*

De sepulcro quoque sancti Hieronymi simili sollicitudine nobis inquirentibus Arculfus sic ait : Sepulcrum sancti Hieronymi de quo inquiretis, ego conspexi, quod in alia habetur ecclesia, quæ extra eandem civitatem in valle est fabricata, quæ in meridiano latere sita supra memorati dorso monticelli est contermina Bethlehemici. Quod videlicet Hieronymi sepulcrum, simili opere ut Davidicum monumentum compositum, nullum ornatum habet.

## CAPUT VI.

C *De monumentis illorum trium pastorum quos nascente Domino celestis circumfulsit claritudo.*

De monumentis illorum pastorum quos nocte Dominicæ nativitatis cælestis circumfulsit claritudo, Arculfus nobis brevem contulit relatiunculam, inquit : Trium illorum in ecclesia pastorum tria frequentavi monumenta juxta lapidem [*Corb., turrem*] grandem humatorum, quæ mille circiter passibus contra orientalem distant Bethlehem. Quos in eodem loco nascente Domino, hoc est prope turrem gregis, angelicæ lucis claritas circumdedit : in quo eadem ecclesia est fundata eorundem pastorum continens sepulcra.

## CAPUT VII.

*De sepulcro Rachel.*

D Rachel in Ephrata, hoc est in regione Bethlehem, etiam liber Geneseos sepultam narrat ; sed et locorum liber in eadem regione juxta viam humatam refert Rachel. De qua via Arculfus mihi percunctanti respondens ait : Est quædam via regia, quæ ab Ælia contra meridianam plagam Chebron ducit ; cui viæ Bethlehem vicina sex millibus distans ab Hieroso-

Actuum ii, quanquam Hieronymus in epist. 17 et in lib. de Locis Hebraicis cum Arculfo consentit.

lyma, ab orientali plaga adhaeret. Sepulcrum vero Rachel in eadem viâ extremitate ab hac identali parte, hoc est in dextro latere habetur pergentibus Chebron coherens, villi operatione collocatum, et nullam habens adorationem, lapidea circumdatum pyramide. Ibidem et nominis ejus titulus hodieque monstratur, quem Jacob maritus super illud erexit.

#### CAPUT VIII.

##### *De Chebron.*

Chebron, quæ et Mambre, olim Philistinorum metropolis et habitaculum gigantum fuerat, et in qua David septem regnavit annis; nunc, sicut sanctus refert Arculfus, murorum non habet ambitum, et quædam solummodo dirutæ olim civitatis in reliquis vestigiâ ostendit ruinarum, vicos tamen habet quosdam villi opere constructos et villas, alias intra et alias extra illas muralium reliquias destructionem, per campestram collocatas planitiem: in quibus videlicet vicis et villis multitudo populi inhabitat.

#### CAPUT IX.

##### *De valle Mambre.*

Ab orientali. verò plaga ejusdem Chebron ager occurrit speluncæ duplicis respiciens Mambre, quem enit Abraham ab Effron Hethæo in possessionem duplicis sepulcri.

#### CAPUT X.

##### *De sepulcris quatuor patriarcharum.*

In hujus valle sanctus Arculfus locum sepulcrorum Arbee visitavit, hoc est quatuor patriarcharum, Abraham, et Isaac, et Jacob, et Adam primi hominis; quorum plantæ, non sicut in aliis orbis regionibus ad orientem humatorum converti moris est, sed ad meridiem versæ et capita contra septentrionalem plagam conversa. Horum locus sepulcrorum quadrato humili circumvenitur muro. Adam protoplastus cui peccanti continuo post perpetratum peccatum a Deo creatore dictum est: *Terra es et in terram ibis*, separatur a cæteris tribus haud longe ad borealem illius extremam quadrangulati lapidei valli partem, non in saxeo in petra exciso sepulcro super terram, ut cæteri de semine ejus honorati quiescunt; sed in terra humatus humo tectus, et ipse pulvis in pulverem versus, exspectans resurrectionem cum universo semine suo pausat. Et sic de tali sepulcro ejus ad ipsum de se ipso prolata expletur divina sententia. Et juxta exemplum primi parentis sepulcri, cæteri tres patriarchæ et ipsi villi pulvere tecti dormientes pausant: quorum quatuor sepulcra habent circumcisas et dolatas de singulis lapidibus superpositas, quasi ad formam alicujus basilicæ, parvas Memorias fabricatas, juxta mensuram longitudinis et latitudinis uniuscujusque sepulcri formatas. Abraham et Isaac et Jacob tria sepulcra vicina tribus superpositis duris conditis lapidibus, ad hanc de qua scripsimus figuram formatis, ut superius dictum est, proteguntur: Adam vero sepulcrum superposito quidem, sed obscurioris lapide

A coloris et vilioris operis protegitur. Trium quoque seminarum viliores et minores Memorias ibidem asperxit Arculfus, Saræ videlicet et Rebeccæ et Liæ, humatarum in terra. Illorum itaque patriarcharum sepulcralis agellus a muro illius antiquissimæ Chebron in unius stadii spatio orientem versus distare dignoscitur. Quæ utique Chebron, ut fertur, ante omnes non solum Palæstinæ civitates condita fuerat, sed etiam universas Ægyptiacas urbes in sua præcessit conditione: quæ nunc misere monstratur destructa. Huc usque de sepulcris patriarcharum sufficiat craxasse.

#### CAPUT XI.

##### *De monte et quercu Mambre.*

Mambre collis, mille passibus a monumentis supra descriptis ad boream separatim distat, herbosus valde et floridus, respiciens Chebron ab Africo sibi occurrentem. Idem itaque monticellus, Mambre nominatus, habet in cacumine campestram plantitiam; ubi ad aquilonalem ejusdem cacuminis partem lapidea magna fundata est ecclesia: in cujus dextra parte inter duos grandis ejusdem basilicæ parietes (mirum dicta!) quercus Mambre exstat in terra radicata, quæ et quercus Abraham dicitur, eo quod sub ea quondam angelos hospitio receperit. Quam sanctus Hieronymus alibi narrat ab exordio mundi usque ad Constantini regis imperium permansisse; et fortassis ideo non dixit penitus defecisse, quia eadem ætate, quamvis non tota illa, sicuti prius fuerat, grandissima quercus monstrabatur; tamen aliqua pars ejus permansit in suo stabilita loco; ex qua, ut refert Arculfus qui eam propriis conspexit oculis, adhuc quoddam truncatum [Gre's., quidam truncus] remanet spurium radicatum in terra, ecclesiæ protectum tegmine, mensuram quasi duorum longitudinis virorum habens: de quo videlicet cæso [Gre's., corroso] spurio ex omni parte securibus circumciso, hastellarum ad diversas orbis provincias particulæ asportantur ob ejusdem quercus venerationem et reoordationem, sub qua (ut superius commemoratum est) angelorum quondam conventio ad Abraham patriarcham famosa et prædicabilis fuerat condonata. In circuito ejusdem ecclesiæ, quæ ibidem ob loci illius honorificentiam constructa habetur, pauca quædam religiosorum habitacula fabricata monstrantur. Sed de his ista sufficiant dixisse, ad alia pergamus.

#### CAPUT XII.

##### *De illo pineto ex quo ligna in camellis adignis ministrantur in Hierosolymis perficienda vehuntur.*

Egredientibus de Chebron in campi latitudine sita ad aquilonalem plagam, haud procul a margine viæ ad sinistram, occurrit pinosus non grandis mons, tribus millibus a Chebron distans: a cujus pineto pinea ad Hierosolymam usque in camelis vehuntur ligna ad focos nutriendos. In camelis, inquam, nam in omni Judæa, ut Arculfus refert, plaustra vel etiam currus raro reperiri possunt.

\* Vide hæc de re homiliam Haimonis episcopi Halerstadi. in vigilia Pascha, et Baron. ad an. 34.

## CAPUT XIII.

*De Jericho.*

Jericho urbis, quam Josue Jordane transmissio subvertit, rege illius interfecto, sanctus noster Arculfus conspexit locum, pro qua Oza de Bethel ex tribu Ephraim aliam exstruxit, quam noster Salvator sua presentia visitare dignatus est. Quæ eodem tempore, quo Hierusalem Romani obsidebant, propter civium perfidiam capta et destructa est, pro qua tertia condita est, quæ post multa temporum intervalla et ipsa subversa est: cujus nunc quædam (ut Arculfus refert) ruinarum vestigia monstrantur. Mirum dictu! sola domus Rahab post tres in eodem loco destructas civitates remansit, quæ duos exploratores quos Jesu-beu-Nun [*Id est Josue filius Nun*] transmisit, in solario ejusdem domus suæ lini stipula abscondit: cujus lapidei parietes sine culmine permanent. Locus vero totius urbis ab humana desertus habitatione, nullam domum habens commorationis, segetes et vineta recipit. Inter locum ejusdem destructæ civitatis et Jordanem fluvium grandia insunt palmeta, in quorum medio campuli interpositi habentur, in quibus quorundam Chanaanæ stirpis homuncionum prope innumeræ sunt fabricatæ habitantium domus.

## CAPUT XIV.

*De Galgalis.*

Arculfus sæpe memoratus quamdam grandem ecclesiam in Galgalis fundatam vidit, eo in loco constructam in quo filii Israel, Jordane transgresso, castra metati primam in terra Chanaan mansionem habuere.

## CAPUT XV.

*De duodecim lapidibus quos filii Israel, transvadato Jordanis fluvio, siccato detulerunt profundo.*

In qua videlicet ecclesia idem sanctus Arculfus illos consideravit duodenos lapides, de quibus ad Josue Dominus post transitum Jordanis locutus est, dicens: *Elige duodecim viros singulos per singulas tribus, et præcipe eis ut tollant de medio Jordanis alveo, ubi sacerdotum steterunt pedes, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum, ubi fixeritis hac nocte tentoria (Josue IV).* Hos, inquam, Arculfus viderat: e quibus senos in dextera ecclesiæ parte in pavimento jacentes, et alios ejusdem numeri in aquilonali, omnes impolitos et viles, conspexit: quorum unumquemque (ut ipse refert Arculfus) hujus temporis duo juvenes viri fortes vix possunt de terra sublevare. Ex quibus unus, quo casu accidente nescitur, in duas contractus partes, iterum ferro condensatus, manu artificis conjunctus est. Galgal itaque, ubi supra memorata fundata est ecclesia, ad orientalem antiquæ Jericho plagam eis Jordanem est in sorte tribus Juda, in quinto milliaro a Jericho: ubi et tabernaculum fixum multo tempore fuit, in cujus loco (ut traditur) est ecclesia supradicta constructa, in qua illi duodeni supra memorati habentur lapides, ab illius regionis mortalibus miro cultu et honorificentia habita honorificantur.

## A

## CAPUT XVI.

*De isto loco in quo Dominus a Joanne baptizatus est.*

Ille sacrosanctus et honorabilis locus, in quo Dominus a Joanne baptizatus est, semper aquis fluminis tegitur Jordanis: et, sicut Arculfus refert qui ad eundem pervenerat locum, hucque et illuc per eundem transnavit fluvium, in eodem sacrosancto loco lignea crux summa infixa est, juxta quam aqua usque ad collum longissimi venit stantis viri; aut alio in tempore nimie siccitatis aquis imminuitis ad mamillas usque: inundatione vero facta majore, illa tota crux aquarum adjectione protegitur. Locus itaque ejusdem crucis, in quo (ut superius dictum est) Dominus baptizatus est, citra alveum fluminis habetur: a quo usque in alteram ripam in parte Arabiæ homo fortis jactare lapidem potest funda impellente. Igitur a loco supra memoratæ crucis pons lapideus arcubus fultus ad aridam usque porrigitur, per quem ipsam adeuntes crucem, per clivum homines descendunt, ad aridam reversi ascendunt. In extremitate vero fluminis quædam habetur parva quadrata ecclesia, in eo (sicut traditur) fundata loco ubi Dominica vestimenta hora illa custodita sunt qua baptizatus est Dominus. Hæc quatuor lapideis sustentata caneris, stat super aquas inhabitabilis, quia sub ipsam hinc et inde subintrant aque. Hæc desuper coctili protegitur creta: inferius vero, ut dictum est, caneris et arcubus sustentata. Hæc talis ecclesia in locis inferioribus illius vallis exstat, per quam influit Jordanis fluvius. In superioribus vero locis quoddam inest grande monachorum monasterium, quod supra descriptæ supereminet ecclesiæ in supercilio monticuli e regione constructum; ibidemque et ecclesia in honore sancti baptizatoris Joannis fundata, eodem monasterii circumdatur muro, quadratis constructo lapidibus.

## CAPUT XVII.

*De Jordanis colore.*

Jordanici color fluminis, sicut nobis Arculfus intimavit, albidus in superficie quasi lac videtur: cujus talis color mare salinarum intrantis longo tramite a colore maris Mortui per alveum ejus facile discerui potest.

## CAPUT XVIII.

*De mari Mortuo.*

Quod videlicet Mortuum mare in magnis tempestatibus fluctuum collisione ad terras sal efficit per illius circuitum maris abundanter haberi: quod non solum undique vicinis, sed etiam longe positis nationibus valde magnum profectum præbet, solis calore satis sufficienter siccatum. Aliter vero sal in quodam Siculo monte haberi solet. Nam illius montis lapides de terra evulsi verum naturaliter salsissimum sal es e gustu comprobantur, quod proprie nominatur sal terræ. Aliter ergo sal maris atque aliter sal terræ vocitari solet. Unde et Dominus in Evangelio per similitudinem ad apostolos dixisse creditur: *Vos estis sal terræ, etc. (Math. v.)* De hoc itaque sal: terræ in Sicilia monte reperto



nobis sanctus intinavit Arculfus, qui illud per ali- A  
quot dies in Sicilia manens visu et gustu atque tactu  
comprobavit esse verum salsissimum sal. Idem nobis  
et de maris Mortui sale narravit : quod similiter iis-  
dem tribus supradictis sensibus a se comprobatum  
nuntiavit; qui etiam ejusdem superius memorati la-  
cus maritimam frequentavit oram, cujus longitudo  
usque ad Zoaris Arabiae stadiis quingentis octua-  
ginta dirigitur, latitudo stadiis centum quinquaginta  
usque ad viciniam Sodomorum.

#### CAPUT XIX.

##### *De fontibus Jordanis.*

Arculfus noster et ad illum pervenit locum in pro-  
vincia Phœnicis, ubi Jordanis ad Libani radices de  
duobus vicinis fontibus emergere videtur, quorum  
unum nomine Jor, et alter Dan vocitatur, qui simul  
mixti compositum Jordanis accipiunt nomen. Sed  
notandum non esse in Panio exordium Jordanis, sed  
in Traconitide terra cxx interjectis stadiis usque ad  
Cæsaream Philippi, quæ nunc Pnias a Panio monte  
tractum nomen accipiens vocitatur. Est ergo illius  
fontis nomen, qui est in Trachonitide, Fiala, plena  
aquarum semper, unde Jordanis subterraneis meatibus  
derivatur, et in Panio divisus, aquarum effusio-  
nibus ebullit : quæ (ut supra dictum est) Jor et Dan  
nominari solent. Unde quoque emergentes et inter-  
jecto quodam intervallo in unum confluentes fluvium  
coeunt, qui exinde suum dirigens cursum, cxx stadia  
sine ulla interfusione usque ad urbem, cui nomen  
est Julias, progreditur. Postea lacum qui Genezar  
dicitur, medio transit fluente : quibus ex locis plu- C  
rima circumvagatus deserta, Asfaleo suscipitur lacu,  
atque in eum conditur. Itaque duos lacus victor  
egressus, in tertio hæret.

#### CAPUT XX.


##### *De mari Galilææ.*

Noster sæpe memoratus sanctus Arculfus mare  
Galilææ, quod et lacus Cinereth et mare Tiberiadis  
nominatur, ex majore circumvix parte, cui magis  
finitimæ adhærent silvæ. Lacus ipsi [Corb., latus ip-  
sius] veluti quoddam mare amplissimis in longitu-  
dinem cxx stadiis extenditur, latitudine xl diffunditur:  
cujus aquæ dulces et ad potandum sunt habiles, si-  
quidem nec palustris uliginis crassum aliquid aut  
turbidum recipit, quia arenoso undique littore cir-  
cumvenitur, unde et purior haustus ejus ac melior  
est ad usum. Genera quoque piscium gustu et specie  
nusquam in alio loco præstantiora reperiri possunt.  
Hæc brevia de Jordanis exordio et lacu Cinereth,  
partim de tertio Judaicæ captivitatis libro, partim de  
sancti Arculfi experientia excerpta retulimus, qui, ut  
ipse indubitanter refert, ab eo loco quo de faucibus  
maris Galilææ Jordanis egreditur, usque ad eum lo-  
cum ubi in mare Mortuum intrat, viii dierum iter  
habuit : quod scilicet idem mare salsissimum et de  
montis Oliveti specula sæpius (sicut ipse narrat)  
sanctus prospexit Arculfus.

#### CAPUT XXI.

##### *De puteo Samariæ.*

Arculfus sacerdos sanctus regionem Samariæ per-  
agens, ad ejusdem provinciæ pervenit civitatem  
quæ Hebraice dicitur Sichem, Græca vero et Latina  
consuetudine Sicima seminatur : quæ, quamlibet vi-  
tiose, Siehar vocitari solet. Itaque prope hanc eam-  
dem civitatem, quamdam extra murum vidit con-  
structam ecclesiam, quæ quadrifida in quatuor mundi  
cardines formata extenditur, quasi in similitudinem  
crucis, cujus figura inferius describitur.



In cujus medietate fons Jacob, qui et puteus dici solet, ad ejus quatuor respiciens partes, intrinsecus ineditus habetur, super quem Salvator, itineris labore fatigatus, cujusdam diei hora seiebat sexta, et ad eundem puteum illa Samaritana mulier eodem meritorio tempore aquam haurire venit. De quo videlicet puteo eadem mulier inter cætera ad Dominum respondens dixit: *Domine, neque in quo haurias habes, et puteus alius est* (Joan. iv). Arculfus itaque qui de ejusdem putei bibit aqua, et de illius altitudine enarrat dicens: Ille quem aspexi puteus altitudinis habet bis vicenas orias, hoc est xl cubitos. Oria ergo sive cubitus est utriusque manus a latere extensio utroque. Sichem ergo, quæ et Sicima, quondam sacerdotalis civitas et fugitivorum, habetur in tribu Manasse et in monte Ephraim, ubi et ossa Joseph sunt humata.

#### CAPUT XXII.

*De quodam solitudinis fonticulo.*

Arculfus sæpe memoratus quemdam in deserto lucidum fonticulum aspexit, de quo (quemadmodum traditur) sanctus Joannes bibebat baptizator, lapideo protectum tecto, calce perlito.

#### CAPUT XXIII.

*De locustis et melle silvestri.*

De eodem namque Joanne evangelistæ scribunt: *Esca autem ejus erant locustæ et mel silvestre.* Idem noster Arculfus in illa solitudine, ubi Joannes habitabat, quoddam locustarum vidit minimum genus, quarum corpuscula in modum digiti manus, exilia et brevia sunt; et quia earum brevis est volatus similibus leviam saltibus ranarum, facile in herbis capiuntur, et coctæ per oleum, pauperem præbent victum. De melle vero silvestri hanc ab Arculfo experientiam diligimus, ita dicente: In eodem deserto quasdam videram arbores, quarum folia lata et rotunda sunt lactei coloris et saporis mellei, quorum utique foliorum natura fragilis valde est; et qui ea in escam sumere cupiunt, primum manibus confricant, deinde comedunt, et hoc est silvestre mel, in silvis sic repletum.

#### CAPUT XXIV.

*De illo loco in quo Dominus quinque panes et duos benedixit pisces.*

Ad quem locum noster sæpe memoratus pervenit Arculfus: cujus herbosus et planus campus ex qua die in eo Salvator v millia quinque panibus et duobus piscibus saturavit, nunquam aratus est. In quo nulla cernuntur ædificia: quasdam solummodo columnas paucas Arculfus aspexit lapideas, super marginem illius fonticuli jacentes, de quo illi eadem biberunt (ut fertur) die qua Dominus esurientes eos tali refectioe recreavit. Qui videlicet locus citra mare Galilææ est; respiciens civitatem Tiberiadem ab australi plaga sibi occurrentem.

#### CAPUT XXV.

*De Capharnaum.*

Qui ab Hierosolymis descendentes Capharnaum

A adire cupiunt, ut Arculfus refert, per Tiberiam eam vadunt recta: deinde secus lacum Cineroth, quod est et mare Tiberiadis et mare Galilææ, locumque superius memoratæ benedictionis pervium habent: a quo per marginem ejusdem supra commemorati stagni non longo circuitu Capharnaum perveniunt maritimam, in finibus Zabulon et Nephthaim; quæ, ut Arculfus refert, qui eam de monte vicino prospexit, murum non habens, angusto inter montem et stagnum coarctata spatia, per illam maritimam oram longo tramite protenditur, montem ab aquilonali plaga, lacum vero ab australi habens, ab occasu nortum extensa dirigitur.

#### CAPUT XXVI.

*De Nazareth et ecclesia ejus.*

Civitas Nazareth, ut Arculfus, qui in ea hospitatus est, narrat, et ipsa ut Capharnaum murorum ambitum non habet, supra montem posita; grandia tamen lapidea habet ædificia, ibidemque duæ pergrandes habentur constructæ ecclesiæ: una in medio civitatis loco super duos fundata cacros, ubi quondam illa fuerat ædificata domus in qua noster nutritus est Salvator. Hæc itaque eadem ecclesia duobus (ut superius dictum est) tumulis et interpositis arcibus [Corb., arcibus] subsulta, habet inferius inter eosdem tumulos lucidissimum fontem collocatum, quem totus civium frequentat populus, de illo exhauriens aquam, et de latice eodem sursum in ecclesiam superædificatam aqua in vasculis per trocleas subegitur. Altera vero ecclesia in eo fabricata habetur loco, ubi illa fuerat domus constructa in qua Gabriel archangelus ad beatam Mariam ingressus, ibidem eadem hora solam est locutus inventam. Hanc de Nazareth experientiam a sancto didicius Arculfo, qui in illa duabus hospitatus est noctibus et totidem diebus; et idcirco in ea diutius hospitari non poterat, quia ipsum coquebat locorum peritus Christi miles festinare, de Burgundia ortus, vitam ducens solitariam, Petrus nomine, qui post eundem circuitum ad illum in quo prius commoratus reversus est solitarium locum.

#### CAPUT XXVII.

*De monte Thabor.*

D Mons Thabor in Galilæa tribus millibus a lacu Chenereth distat, mira rotunditate ex omni parte collectus, a parte boreali respiciens supradictum stagnum; herbosus valde et floridus. In cujus arcæna summitate ampla planities, silva prægrandi circumcincta habetur: cujus in medio campo monachorum inest grande monasterium, et plurimæ eorundem cellulæ. Nam illius montis campestris vertex, non in angustum coarctatur cacumen, sed in latitudinem dilatatur stadiorum viginti quatuor, altitudo autem ejus triginta stadiis sublimatur.

In eadem quoque superiori platea, non parvi ædificii ternæ fundatæ sunt ecclesiæ celebres, juxta illorum tabernaculorum numerum, de quibus in eodem sancto monte Petrus cælesti lætificatus visione, et

valde pav. factus, ad Dominum locutus, ait: *Bonum A est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, et Moysi unum, et Eliæ unum (Matth. xvii)*. Itaque supra memorati monasterii, et trium ecclesiarum ædificia cum cellulis monachorum, lapideo omnia circumveniuntur muro: ubi sanctus Arculfus una hospitatus est nocte in ejusdem sancti montis celsitudine. Nam Petrus Burgundio Christicola, in illis terris semitarum ejus ductor, non ipsum sinebat in uno eodemque hospicio diutius immorari, festinationis intuitu.

Sed inter hæc et hoc est notandum quod illius famosi montis nomen Græcis litteris sic oporteat scribi per  $\Theta$  et  $\omega$  longum,  $\Theta\omega\delta\omega\rho$ ; Latinis vero litterulis cum aspiratione Thabor, producta  $\delta$  littera. Hujus orthographia vocabuli in libris Græcitatibus est inventa. B

### CAPUT XXVIII.

#### De Damasco.

Damascus civitas regalis magna, ut Arculfus refert, qui in illa per aliquot hospitatus est dies, in campo posita lato, amplo murorum est ambitu circumcincta, iasuper et crebris turribus communita, plurima extra muros habens oliveta, quam et magna flumina quatuor interfluentia gaudenter lætificant. In qua Sarracenorum rex adeptus est principatum, et regnat; et ibidem in honore S. Joannis Baptistæ grandis fundata est ecclesia. Quidam etiam Sarracenorum ecclesia incredulorum et ipsa in eadem civitate, quam ipsi frequentant, est fabricata.

### CAPUT XXIX.

#### De Tyro.

Plurimarum peragratum regionum noster Arculfus, etiam Tyrum Phœnicis provincie metropolim introivit, quæ Hebraico et Syro sermone Soar appellatur, quæ nullum habuisse de terra introitum in Græcis et Latinis barbarisque historiis legitur. Sed postea a Nabuchodonosor rege Chaldæorum jactos esse aggeres nonnulli affirmant, et ab oppugnatore jaculis et arcibus locum fuisse præparatum, ac delude iusulam factam esse et campi planitiem. Hæc pulchra et nobilis valde erat, quæ non immerito Latine interpretatur angustia, nam eandem terræ dimensionem angusta habet insula et civitas. Hæc in terra Chanaan posita est, de qua mulier Chananea sive Tyrophœnissa in Evangelio fuerat commemorata. D

Notandum itaque est quod sancti Arculfi de situ Tyri relatio per omnia concordat cum his quæ superius de sancti Hieronymi commentariis excerpta detulimus. Similiter et ea quæ supra de montis Thabor sita et forma juxta sancti Arculfi narrationem descripsimus, nullo discrepant modo ab his quæ de situ ejusdem montis et mira rotunditate sanctus Hieronymus narrat: a quo videlicet Thabor monte usque ad Damascum iter septem [Al., octo] dierum Arculfus habuit.

### CAPUT XXX.

#### De Alexandria et Nilo flumine, et crocodillis ejus.

Grandis illa civitas, quæ quondam metropolis

Ægypti fuerat, Hebraice olim No vocitabatur: urbs valde populosa, quæ ab Alexandro rege Macedonum ejusdem conditore famoso, Alexandria noto per universas gentes nominatur vocabulo, et magnitudinem urbis et nomen accipiens ab eodem reædificatore. De cujus situ etiam Arculfus enarrans, ab his quæ prius lectione didicimus, nullo discrepat modo. Qui ab Hierosolymis descendens, et ab Joppe navigare incipiens, xl (sic) dierum iter usque ad Alexandriam habuit, de qua breviter Naum prophetæ sermo habetur, ita dicentis: *Aqua in circuitu ejus*. Cujus divitiæ, mare; aquæ, muri ejus. Ab australi namque parte ostiis Nili fluminis cingitur, ab aëquilonali vero plaga, lacu Mareotico. Sic itaque descriptus aperte situs monstratur ejus, quod super Nilum et mare posita, hinc et inde aquis ambiatur; quæ quasi claustrum inter Ægyptum et mare Magnum interjacet, civitas importuosa et ab externo difficilis accessu. Cujus portus cæteris difficilior, quasi ad formam humani corporis in capite ipso et statione capaciior, in faucibus vero angustior, qua meatus maris ac navium suscipit, quibus quædam spirandi subsidia portui subministrantur. Ubi quis angustias atque ortus evaserit, tanquam reliqua corporis forma, ita diffusio maris longe lateque extenditur. In ejusdem dextera parte portus parva insula habetur, in qua maxima turris est, quam in commune Græci ac Latini ex ipsius rei usu Pharum vocitaverunt, eo quod longe a navigantibus videatur, ut priusquam in portum appropinquent nocturno tempore, terram finitimam sibi et propinquam esse flammarum incendio cognoscant, ne tenebris decepti in scopulos incidant, aut ne vestibuli limitem nequeant comprehendere. Sunt itaque illic ministratores, per quos subjectis facibus cæterisque lignorum struibus adoletur ignis, quasi terræ prænuntius et index, portensium faucium demonstrans ingredienti angustias, undarum sinus et vestibuli anfractus: ne tenuis carina perstringat cautes, et in ipso ingressu inter opertos fluctibus scopulos offendant. Itaque directum cursum paulisper inflecti oportet, ne cæcis illis saxis ini incurrat navis periculum. Angustior enim aditus in portu est, qui a dextera parte laterali arcatur; a læva vero latus est portus. Circa insulam ergo iustitiae ingentis magnitudinis moles dejectantur, ne assiduo æurgentis impetu maris, insulæ collisa cedant fundamenta, atque ventorum injuria solvantur. Unde procul dubio fit ut in adverso inter scrupulosas rupes molesque disruptas canalis ille medius semper sit inquietus atque exasperans, toto transitu periculosum fiat navis ingressus. Amplitudo autem portus stadiorum triginta patet dimensione. Et quamvis maxima tempestas sit, iustus tutissimus est portus conversatione, qui a supra memoratis angustis atque obstructu insulæ a se maris repellit undas: quam [Fortis, quoniam] per eandem portuensis litteris angustias totius portus distensus sinus submovetur a tempestatibus, placidatur a frigidibus, per quas ingressus exasperatur. Nec immerito vel tutamen, vel angui-

tudo hujus portus est ejusmodi : cum in eum quæ ad A usum totius orbis proficiant, convectari necessarium sit. Nam et populi innumerabiles eorumdem locorum ad usum sui totius urbis [Fort., orbis] expetunt commercia, et frugum regio est ferax, cæterorumque terræ munerum vel negotiatorum abundans, totum fumento alit atque instruit necessariis mercibus orbem terrarum. Cui scilicet tali regioni, quæ procul dubio pluviarum indigua est, Nili irrigua spontaneos imbres ministrant; ubi utrumque arva temperat, hoc est cæli ubertas et terræ fecunditas; et ubi opimentum nautis et agricolis solum commodum habetur. Illi navigant, illi serunt; isti circumvehunt navigiis, illi excolunt terram sine aratro serentes, viantes sine carpento. Distinctam fluentis cernas regionem, et quasi quibusdam excelsa mœnibus navigiorum totis B domicilia terris, quæ Nili fluminis riparum marginibus ex utraque cohærent parte. Navigabilis enim est usque ad urbem (ut appellant) Elephantorum : ulterius navem procedere cataractæ, hoc est fluminales aquarum colles, non sinunt, non defectu gurgitis, sed totius fluminis præcipitis et quadam ruina currentium aquarum. Sancti igitur Arculfii relatio de Alexandria situ et Nili non discrepare comprobatur ab his quæ in aliorum libris scripta ex lectione cognovimus : de quibus quædam brevi textu excerpta in hac præsentī descriptione interposita inseruimus, hoc est de illius importunitate urbis vel portuensi difficultate, de insula et turre in ea constructa, de Alexandria inter [Vatic., vel] mare vel ostia fluminis Nili terminata positione, et de cæteris. Quæ C procul dubio causa facit ut ejusdem civitatis locus, qui ita ex duabus coarctatus partibus strangulatur, longo valde et angusto trauitis spatio ab occasu in ortum protenditur. Quod etiam Arculfii narratio demonstrat, quia, ut ipse refert, hora diei tertia cœpit

• Hic articulus deest in cod. Vaticano.

intrare in civitatem mense Octobri, per longitudinem deambulans urbis; et vix ante vespertinum tempus ad extremitatem longitudinis ejus pervenire poterat. Hæc longo murorum ambitu crebris insuper turribus communitorum, per marginem fluminis et oram curvi maris ambitur compositorum. Item de parte Ægypti adventantibus, et urbem intrantibus Alexandrinam, ab aquilonali propinquo latere occurrit grandis structuræ ecclesia, in qua Marcus evangelista in terra humatus jacet, cujus sepulcrum ante altare in orientali ejusdem quadrangulæ loco ecclesiæ Memoria superposita marmoreis lapidibus constructa monstratur.

• Hæc itaque de Alexandria, quæ priusquam ab Alexandro Magno in majus aucta ædificaretur, No (ut supra dictum est) vocitabatur. Cui (ut superius dictum est) ostium Nili fluminis cohærens, quod Copenopium nominatur, Asiam cum Ægypto et Libyam disternit. Ob cujus itaque Nili fluminis inundationem Ægyptii excelsos aggeres circa ripas ejus construunt : qui si custodum negligentia vel nimia aquarum eruptione rupti fuerint, subjacentes campos nequaquam rigant, sed opprimunt et populantur. Ob quam causam plurimi qui plana Ægypti incolunt, ut sanctus refert Arculfus, qui eundem fluvium in Ægypto means sæpe transmeavit, in domibus, transversis trabibus suffultis, aquas supra inhabitant.

Crocodili, ut Arculfus refert sacerdos, in Nilo fluvio aquaticæ commorantur quadrupes bestia, non grandes, valde edaces, et in tantum validæ, ut etiam una ex eis, si forte equum vel asinum vel bovem juxta ripam fluminis herbam carpentem invenire poterit, subita irruptione emergens invadat, et vel etiam animantis unum pedem mordens, et sub aqua trahens, penitus totum devoret animal.

## LIBER TERTIUS.

### CAPUT PRIMUM.

#### *De Constantinopolitana civitate.*

Arculfus sæpe memoratus, Alexandria reversus, per aliquot dies in Creta hospitatus insula, et ab ea navigans Constantinopolim appetivit, in qua per aliquot demoratus est menses. Quæ procul dubio Romani est metropolis imperii, undique mari circumdata, excepta aquilonali parte illius, quod mare lx millibus passuum a mari Magno erumpens, ad murum usque civitatis extenditur : a muro vero Constantinopoleos usque ad ostia Danubii fluminis xl [Gret., lx] millibus hoc idem protenditur mare. Hæc itaq; e imperatoria civitas non parvo murorum ambitu per xii millia passuum circumcincta, angulos juxta situm maris habens per maritimam (ut Alexandria sive Carthago) constructos oram, et ad Tyri similitudinem crebris insuper turribus communitos muros, domus intra civitatis mœnia habet nu-

merosas : ex quibus plurimæ miræ magnitudinis lapidæ instar Romæ habitaculorum consurgunt.

### CAPUT II.

#### *De conditione ejusdem civitatis.*

De cujus conditione hanc traditionem cives a majoribus promulgatam enarrant, dicentes : Imperator Constantinus infinita hominum multitudine congregata, et undique infinitis sumptibus pene nuditate omnium civitatum collectis, urbem sui participem nominis in Asia parte, hoc est in Cilicia, interjecto mari, quod in illis finibus inter Asiam et Europam disternit, ædificare cœpit. Quadam vero nocte cum innumerabiles operatorum exercitus per immanem castrorum longitudinem in papilionibus dormirent, omnia ferramentorum genera, quibus diversorum operum artifices uti consueverant, subito quomodo sint sublata, nescitur. De quorum subitanea

et improvisa sublatione cum primo mane ad imperatorem Constantinum plurimi operatores inestitia molestati querimoniam detulissent, rex consequenter inquit dicens: Si alias res de castris abstractas audistis? Nullas, inquit, exceptis omnium operum ferramentis. Tum deinde rex præcepit inquit ad eos: Ite citius, et circumeuntes ultra citraque per maritimas regionum oras cõnterminarum lustrate, et si in aliquo agrorum loco forte vestra repereritis ferramenta, ibidem interim ea custodite, et illa huc non reportetis, sed ad me aliquos ex vobis reverti facite, ut pro certo scire possim de ferramentorum repertione. Quibus auditis, operarii obsequuntur sermonibus a rege descriptis vel dictis: et exeuntes, sicuti fuerant jussi, lustratis hinc et inde ponto, vicinis agrorum terminis; et ecce in Europæ parte ultra mare ferramentorum congeriem reperiunt, et inter duo maria in unum congregatam. Loco reperto ad regem ex eis aliqui veniunt remissi, et inventa nuntiant ferramenta in tali loco. Quo comperto, rex continuo tubicines per castrorum circuitum tubis jubet canere et exercitum movere castra dicens: Conmigremus hinc ad ædificandam civitatem in loco nobis divinitus designato; simulque præparatis cum universo exercitu navibus, ad locum repertorum ferramentorum transfretavit, quem videlicet locum in tali eorum translatione cognovit sibi a Deo præparatum designari. In quo et ipse continuo civitatem condidit, quæ composito nomine ex proprio ejus vocabulo et appellativa civitatis Græca nominatione Constantinopolis vocatur, ut conditoris vocamen in priore ineat compositionis parte. Hæc de situ et conditione illius regis urbis descripta sufficiant.

### CAPUT III.

#### *De illa ecclesia in qua crux Domini habetur.*

Cæterum de celeberrima ejusdem civitatis rotunda miræ magnitudinis lapidea ecclesia silere non debemus, quæ, ut sanctus Arculfus refert, qui eam non brevi frequentavit tempore, ab imo fundamentorum in tribus consurgens parietibus, triplex supra illos altius sublimata, rotundissima et nimis pulchra simplici consummatur culminata camera. Hæc arcubus suffulta grandibus, inter singulos supra memoratos parietes latum habet spatium vel ad inhabitandum, vel ad exorandum Deum aptum et commodum. Interioris domus aquilonali in parte pergrande et valde pulchrum monstratur armarium, in quo capsula habetur lignea, quæ similiter ligneo superclauditur operculo, in quo salutare habetur reconditum crucis lignum, in quo noster Salvator pro humani generis salute suspensus passus est. Quæ videlicet prædicabilis capsula, ut sanctus refert Arculfus, in tribus continuis diebus post expletum annum super aureum altare cum tali elevatur pretioso thesauro. Quod utique altarium in eadem habetur rotunda ecclesia, duos longitudinis habens cubitos et unum latitudi-

nis. In ternis, inquam, tantummodo anniversariis sibi succedentibus diebus dominica crux super altare elevata ponitur, hoc est in Cœna Domini, qua die imperator et exercitus militum ecclesiam intrantes, et ad illud accedentes altare, aperta illa sacrosancta capsella, salutarem osculantur crucem. Primus ante omnes imperator orbis illam inclinato osculatur vultu: deinde juxta conditionum vel ætatum ordinem unus post unum accedens, honorabile osculatur patibulum. Proinde crastino die, hoc est sexta feria ante Pascha, reginæ, matronæ, et omnes populi mulieres, supra memorato ordine accedunt, cum omni veneratione osculantes. Tertia die, hoc est sabbato paschali, episcopus et universus post eum clerus cum timore et tremore et omni honorificentia accedunt ordinatim, victoriale osculantes lignum in sua positum capsula: Ille itaque sanctis et lætificantibus talibus sacrosanctæ crucis osculationibus, illa venerabilis capsula superclauditur, et ad suum cum tam honorifico thesauro reportatur armarium. Sed et hoc non negligenter intuendum quod non duo, sed tria ibidem instar crucis habeantur brevia ligna, hoc est transversum lignum, et longum, incisum et in duas æquas divisum partes; e quibus tripartitis honorificabilibus lignis, quando illa aperitur capsula, miri odoris fragrantia ac si omnium florum inibi collectorum mirabili plena suavitate exoritur, satians et lætificans omnes in propatulo intra illius ecclesie parietes interiores positos, qui eodem temporis spatio intrantes stant. Nam de nodis eorumdem trinalium lignorum liquor qui cum odorifer, quasi in similitudinem olei expressus, talem facit universos intrantes ex diversis gentibus aggregatos supra memoratam sentire suavissimi odoris fragrantiam. Cujus videlicet liquoris si etiam parvula quedam stillula super ægrastantes imponatur, qualicunque languore vel morbo molestati, plenam recuperant sanitatem. Sed de his ista sufficiant descripsisse.

### CAPUT IV.

#### *De sancto Georgio martyre.*

Arculfus homo sanctus, qui nobis hæc omnia de dominica cruce narravit, quam ipse propriis conspexit oculis et osculatus est, aliam nobis de alio confessore, Georgio nomine, relationem contulit, quam in Constantinopoli urbe a quibusdam expertis didicit civibus, qui hoc modo narrare soliti eidem dicebant.

In Diospoli civitate, cujusdam confessoris Georgii in quadam domu statua marmorea in columna, contra quam alligatus persecutionis tempore flagellatus est, formula depicta est; qui tamen post flagellationem solutus e vinculis, multis vixit annis. Quodam vero die, cum quidam duri cordis et incredulus homuncio in equo sedens eandem intrasset domum, eandem videns marmoream columnam, ab his qui ibidem inerant interrogabat dicens: Cujus est imago in marmorea columna formata? Quibus respondentibus et dicentibus: Georgii confessoris hæc figura est,

qui ad hanc vinculatus et castigatus est columnam. Quo audito ille stolidissimus homunculus, valde iratus contra insensibilem rem, sancti confessoris formulam, instigante diabolo, lancea percussit. Quæ videlicet ejusdem adversarii lancea, quasi per globum nivis mollem mæram in modum facile penetrans, lapideam illam perforavit columnam exteriori parte ejus: cujus ferrum interius inhærens retentum est, nec unquam quoquo modo retrahi potuit. Hastile autem ad sancti collisum confessoris marmoream inagunculam exterius confractum est. Illius quoque miselli homuncionis equus quo sedebat, eodem momento sub eo in pavimento domus cecidit mortuus. Ipse autem simul misellus in terram cadens, manus in illam marmoream misit columnam, ejuſque digitum, quasi in palme vel luto intrantes, in eandem impressi columnam inhæserunt. Quod videns miser, qui retrahere duarum digitos manuum ad se non poterat, et in marmorea sancti confessoris inhærentes formula colligatos et insertos, nomen Dei æterni et ejusdem confessoris agens pœnitentiam invocat, et ut ab eodem absolveretur vinculo illacrymatus precatur. Quam ejus lacrymosam pœnitentiam misericors Dominus suscipiens, qui non vult peccatoris mortem, sed ut convertatur et vivat; non solum ab illo præſenti marmoreo visibili absolvit vinculo, sed etiam a peccatorum invisibilibus alligamentis fide salvatum subveniens misericorditer liberavit. Hinc itaque manifeste ostenditur quantæ et qualis honorificentie fuerit apud Deum Georgius suus inter tormenta confessor, cujus thoracileam [Gretz., thoracildam] in re natura impenetrabili penetrabilem potentia fecit, lanceaque adversarii æque naturaliter impenetrabilem mirabiliter effectit penetrabilem, digitosque ejusdem homunculi infirmos in eadem natura impenetrabiles potenter penetrabiles fecit, quos in marmore vinculatos primo et ipse durus retrahere non potuit: sed eodem momento valde perterritus et exinde mitigatus, pœnitens Deo donante retraxit. Mirum dictu! usque in hodiernum diem eadem bis quinquorum ejus vestigia digitorum apparent usque ad radices, in marmorea insertorum columna: in quorum loco sanctus Arculfus suos demos proprios inseruit digitos, similiter ad radices usque intrantes. Eiusdem quoque homunculi sanguis equi, cujus coxa in pavimento mortui cadentis in duas confracta est partes, nullo modo ablui aut deleri potuit, sed indelebilis in pavimento domus usque ad nostra permanet tempora idem equinus cruor.

Aliam quoque de eodem Georgio confessore certam relationem nobis sanctus Arculfus intimavit, quam ab expertis quibusdam satis idoneis narratoribus in supra memorata Constantinopolitana urbe indubitanter didicit, qui hoc modo de illo sancto confessore pronuntiare soliti erant, dicentes. Quidam homunculus sæcularis Diospolim civitatem in equo sedens ingressus eo in tempore quo

A ad expeditionem faciendam multa populorum millia undique conveniebant collecta, illam accedens intravit in domum in qua supra memorata marmorea exstat columna in se sancti confessoris Georgii habens depictam imaginem, ad quam quasi ad præsentem Georgium loqui cœpit dicens: Me tibi Georgio confessori et meum commendo equum, et ut per orationem virtutum tuarum ab universis bellorum atque morborum, aquarumque periculis liberati, antea hanc usque urbem post expeditionis tempus incolumes reversi perveniamus; et si tibi ita Deus misericors nostram reversionem donaverit prosperare secundum optionem nostræ parvitatæ, ego hunc meum, quem valde amo, equum, ipsam tibi pro munere donandum offeram in conspectu tuæ assignaturus formulæ. Qui sermunculis ocius te minatis domum egressus, inter exercitus multitudinem cum cæteris contubernalibus commeans idem homuncio, in expeditionis comitatu emigrat, qui prius multa et diversa bellica pericula interque misella plurimorum millia homunculorum, quæ conſtrata disperierant, ipse in eodem suo sedens dilecto equo ab omnibus in æstis casibus juxta supra memoratam talem exemptum commendationem, Christicolæ Georgio, Deo condonante, ad Diospolim prospere revertitur, illamque domum in qua ejusdem sancti confessoris habebatur imago, secum deferens aurum in equi pretium sui, gaudenter intrat, sanctumque Georgium ac si præsentem alloquitur, dicens: Sancte confessor, Deo æterno grates refero, qui me per tuæ celsitudinis firmitudinem orationis sospitem reduxit. Propterea hos tibi viginti solidos auri affero, equi pretium mei, quem tibi primule commendatum mihi usque in hodiernum conservasti diem. Hæc dicens, supra descriptum auri pondus ante pedes sancti formulæ confessoris deponit, plus equum amans quam aurum: et egressus foras ingeniculatione expleta, tale jumentum supra sedens, ad emigrandum instigat quidem, sed nullo modo moveri potuit. Quod ille homunculus videns, descendit de equo, reversusque domum intrat, aliosque decem affert solidos, inquires: Sancte confessor, mansuetus quidem mihi equi tutor in expeditione inter pericula fuisti; sed tamen, ut video, durus et avarus es in commercio equi. Hæc dicens super xx solidos adjiciens, ad sanctum dicit confesorem: Et hos tibi addo solidos, ut mihi placabilis fias, et meum ad ambulandum resolvas equum. Illoc dicto egressus iterum ascendens equum, ad meandum incitat: qui quasi infixus in eodem stabat loco, nec etiam unum poterat movere pedem. Quid plura? post equum ascensum descensumque per quatuor singulas vices, intrans domum, decem secum solidos afferens, et ad immobilem reversus equum; iterum in domum regressus huc atque illuc currebat: et tandiu illum nulla instigatione removere poterat, usquequo numerus soli-

\* Gretserus legit *politice*, c. rrexit *mollitie*.

dorum LX adimpleretur congregatorum. Tum deinde supra commemoratum repetens sermonem de sancti confessoris mansueta humanitate et tuta in expeditione custodia, et de ejus quasi duritia vel etiam in commerciis avaritia, commemoransque talia verba, ut fertur, per quaternales singulas vices, in domum reversus repelebat; ad ultimum hoc modo sanctum alloquitur Georgium dicens: Sancte confessor, nunc tuam pro certo cognosco voluntatem. Hoc itaque juxta id quod desideras, totum auri pondus, videlicet LX solidos tibi munus offero, ipsum quoque meum equum, quem tibi prius promiseram post expeditionem condonandum, nunc tibi licet invisibilibus alligamentis vinculatum condono, sed mox, ut credo, resolvendum per tuam Deo honorificentiam. Hoc terminato sermone, egressus domum, eodem horæ momento absolutam reperit, ipsumque secum deducens in domum, sancto donatum assignavit confessori in conspectu imaginis ipsius; indeque lætabundus Christum magnificans discessit. Hinc manifeste colligitur quod omne quodcumque Domino consecratur, sive homo erit, sive animal, juxta id quod in Levitico scriptum est libro (Cap. xxv.) nullo modo redimi possit aut motari; nam si quis motaverit, et quod motatum est et pro quo motatum, sanctificabitur a Domino, et non redimetur.

## CAPUT V.

*De imagine S. Mariæ.*

Arculfus sæpe memoratus et de sanctæ Mariæ Matris Domini thoracida [Greta., thoraciola] certam nobis relationem, quam in Constantinopolitana urbe ab expertis quibusdam testibus didicit, indubitanter enarravit inquires. In eadem metropolitana civitate imago beatæ Mariæ in brevi tabula figurata lignea in pariete cujusdam domus suspensa pendebat: de qua cum quidam stolidus et duricors homo percunctaretur ejus esset propria, a quodam respondente didicit quod esset sanctæ Mariæ semper virginis figura faciei. Quod audiens ille Judæus incredulus, diabolo instigante, eandem de pariete valde iratus tulit imaginem, et ad vicinam cucurrit domum, ubi humana stercorea per longam foramina tabularum egesta supra sedentium ventribus egeri solent; ibidemque ob Christi ex Maria nati debonationem, imaginem Matris ejus per foramen super humanum stercore inferius jacens projecit, et ipse supersedens per idem foramen alvum purgans, proprii stercore ventris super thoracidam beatæ Mariæ paulo ante iambi depositam dimittens, stolidissime agens effudit, et post turpissimam illam

ventris purgationem ille infelicissimus discessit homo. Quid vero postea gessit, aut quomodo vixit, vel qualem vitam terminum habuit, incertum habetur. Igitur post illius discessum maligni, alius de Christianorum plebe supervenit, felix homo, zelotypus domini arum rerum, sciens quod factum fuerat, imaginem sanctæ Mariæ requisivit, et inter humana stercorea absconditam inveniens sublevavit, et diligenter abstergens et lavans aquis emundavit mundissimis, secumque in domo honorifice collocatam habuit. Mirum dictum! ex eadem beatæ Mariæ imaginis tabula verum ebulliens distillavit semper oleum, quod Arculfus, ut referre solet, propriis conspexit oculis. Hoc mirabile oleum honorem protestatur Mariæ matris Domini Jesu, de quo Pater ait: *In oleo sancto meo unctus es* (Psalm. lxxxviii.). Item Psalmigraphus ad ipsum Filium Dei loquitur dicens: *Unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ participibus tuis* (Psalm. xlii.). Hæc itaque quæ superius de Constantinopoleos situ et conditione, nec non et de illa rotunda ecclesia in qua salutare lignum reconditum habetur, et cætera ab ore sancti sacerdotis Arculfi intente didicimus, qui in eadem primaria Romani imperii civitate a paschali solemnitate usque ad dominicum permansit natalitium, postea exiit ad Romam appetens enavigavit.

## CAPUT VI.

*De monte Vulcanio qui semper intonat.*

Quædam insula in mari Magno habetur ad orientalem plagam, XII millibus a Sicilia distans, in qua Vulcanus mons quasi tonitruum totis diebus et noctibus in tantum intonat, ut Siciliæ terra longius positæ horribilo tremore submoveri putetur. Sed majus sexta feria et sabbato intonare videtur; qui omni tempore noctibus flammare monstratur, diebus vero famare. Hæc mihi Arculfus scribenti de eodem dicitur monte qui propriis illum oculorum aspexit obtutibus, nocte ignitum, die vero fumosum. Ejus quoque tonitrualem sonitum propriis aurium audivit auditibus, in Sicilia per aliquot hospitatus dies.

Obsecro itaque eos quicumque breves legerint libellos, ut pro eodem sancto sacerdote Arculfo divinam precentur clementiam, qui hæc de sanctis experimenta locis eorum frequentator libentissime nobis dicitur. Quæ et ergo quamlibet inter laboriosas et prope insistentibus tota die unquam globetas ecclesiasticas sollicitudines constitutus, viti quemvis sermone describens declaravi. Horum ergo lectorem admonéo experimentorum, ut pro me misello peccatore eorumdem craxatore [scriptore] Christum judicem sæculorum exorare non negligat.

\* Huc usque codex Vaticanus.

## CANONES ADAMNANI.

(Mansi, Concil. tom. XII, p. 154.)

## I.

Marina animalia ad littora delata, quorum mortes nescimus, sumentia sunt sana fide, nisi putrida.

## II.

Pecora de rupe cadentia, si sanguis eorum effusus sit, recipienda; sin vero, sed fracta sunt ossa eorum et sanguis foras non fluxit, refutanda sunt.

## III.

Ut morticina sunt in aquis extincta, quorum sanguis intrinsecus latet, a bestiis capta animalia et semiviva bestialibus hominibus sumenda sunt.

## IV.

Animal semivivum subita morte preparatum abscissa aure vel alia parte, morticinum est.

## V.

Carnes suille si morticinum comedant, crassa

A vel pinguis ut morticinum quo pinguescunt sues refutandæ sunt. Cum vero decreverint, et ad pristinam maciem reversæ sunt.

## VI.

Si vero una vice vel in morticinum manducaverint, post hujus excessum de ventre eorum sana fide sumendæ sunt.

## VII.

Sues carnem vel sanguinem hominis gustantes illiciti (sic) sunt semper. In lege enim animal cornupetum, si hominem occiderit, illicitum e t.

## VIII.

Equus ac pecus si percusserit hominem in agro civitatis suæ, dimidium uncie reddet pro eo homini B cujus sanguis effusus est. Si percusserit homo animal in agro suo, non redditur pro eo.

ANNO SÆCULI VIII INCERTO.

## CRISCONIUS

AFRICANUS EPISCOPUS.

## NOTITIA HISTORICA IN CRISCONIUM.

(Fabric. Bibl. med. et inf. ætatis.)

*Cresconius* sive *Crisconius*, episcopus Africanus C circa an. 570, scripsit *Breviarium Canonum* ad episcopum Liberinum per titulos ccc (in codice Helmstadiensi [a] cccm) digestum ex canonibus apostolorum, et Nicænis, Ancyranis, Neocesariensibus, Gangrensibus, Antiochenis, Laodicensibus, Chalcedonensibus, Sardicensibus, Carthaginiensibus, nec non ex decretis præsulorum Romanorum, quæ primus Canonibus sociavit ecclesiasticis primique ex illis Siricii, Innocentii, Zosimi, Cælestini, Leonis et Gelasii. Editum primum est hoc Breviarium a Petro Pithæo ex codice ms. ecclesiæ Trecensis, sive Tricassinæ, una cum *Fulgentii Ferrandi*, laudati Cresconio, concinnata circa annum 450 breviatione Canonum, Parisiis 1538, 8°, deinde ad calcem Codicis canonum Ecclesiæ Romanæ, ibid. 1609, 8°. Inde cum *Dyonisii Exigui* (circa an. 500) Codice canonum ecclesiasticorum Christophorus Justellus. Paris. 1528, 8°. Hinc post Antonii Dandini Alteserræ (Flavii Fran-

cisci de Haute-serre a Salvaizon) editionem, cum notis et *Fulgentii Ferrandi* breviatione, Augustoriti Pictonum, 1630, 4°, in qua *indiculus* breviationis antiquus cum notis annectitur: et post editionem Petri Francisci Chiffetii S. J. Divione 1649, 4° emendatius recusum est. (b) hoc Cresconii Breviarium in tomo I Bibliothecæ Canonice Guil. Voelli et Henr. Justelli, pag. 458, Paris. 1661, fol., ubi etiam duplices indices harmonici in Ferrandum et Cresconium exstant, et in appendice præterea, pag. 34, 142, ejusdem Cresconii Concordia Canonum, Canones ipsos et decreta eodem ordine per titulos trecentos descripta exhibens ex codice ms. Bibl. Claromontanæ S. J. Recusum deinde Breviarium quoque in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. tomo IX, ex Chiffetii editione: et ex Pithæi editione cum codice Canonum Ecclesiæ Romanæ et Petri Pithæi Miscellaneis ecclesiasticis, pag. 316, Paris. 1687, fol. In codice ms. Patrum Oratorii Romani. Bibl. Valliscellanæ

(a) Vide B. Gebhardi Theodori Meieri historicam relationem de Collectionibus Canonum, § xvii.

(b) Vide Oudinum, tom. I, pag. 468.



Mabilonius pag. 69, Itinorarii Italici testatur hanc se reperisse notam: *Iste Cresconius bella et victorias quas Joannes Des. patricius apud Africam (circa an. 98) de Saracenis gessit, hexametris versibus descripsit sub libris...* Hi libri nusquam hodie exstant. Vide Pagium ad an. 696, num. 5, et ad an. 527, num. 14. Gesnerus in appendice Biblioth.: Cresco-

nus Afer poeta, quam alii Crescentium nominant, Justiniani imperatoris bella in Africa gesta carmine descripsit, item Concordiam Canonum. Certe hæc Concordia non est carmine descripta a Cresconio. At Cresconium hunc vix dubitem eundem esse cum Flavio Cresconio Corippo, de quo vide, si lubet, quæ mox dicturus sum.

*Hic forte non inutile videbitur ut scripta sequentia, Ferrandi scilicet Breviationem, sicut et Crisconii Breviarium, nec non utrorumque canonum Concordiam, a nobis ex Voelli et Justelli editione recudi moncamus. EDIT.*

### JUSTELLUS LECTORI.

Ferrandus diaconus a Sigeberto inter ecclesiasticos scriptores relatus, libello de ularum ad Reginum comitem meminit Fulgentii Ruspensis episcopi ut nuper vita functi: quod utrumque circa Anastasii imp. tempora vixisse arguit. Et fortassis ejusdem Ferrandi non immerito alieni videatur narratio illa de Vita Ruspensis Fulgentii, quæ inter sanctorum historias edita est. Sed et hic canonum Indiculus, quem ex insignis Ecclesiæ Tricaasinorum nostrorum codice nunc primum edimus, omnium, quantum quidem opinamur, ejus instituti antiquissimum: cui saltem debet Gratianus (*Dist. 63*) restitutionem loci sui, hactenus vel in Romana illa recognitione graviter laborantis, quem ex uno Ferrando tandem al quando ita sanandum didicimus: *Sed, sicut in breviatione Canonum Fulgentii Carthaginensis Ecclesiæ diaconi invenitur, in Septimunicensi concilio et in Macrianensi statutum est, ut ad eligendum episcopum sufficiat matricis arbitrium.* Subjuximus et ex Crisconii repetitione Breviarium Canonici ad Liberianum, vel, ut quædam exemplaria nostra habuerunt, Liberium pontificem Capitula, illud hic adavuisse contenti, illa eadem, usque ad Gelasii tempora, usum videri Crisconium. Et vero ipsa illa collectio est quæ corpus Canonum dicitur, non a Gratiano tantum (*Dist. 19-20*), sed et a summis pontificibus Nicolao I et Leone IV, cujus etiam antiqua exemplaria apud nos plura exstant, quæ ab Hadriano papa ad Carolum Magnum imp. et regem nostrum missa fuisse, præfixa versuum politicorum acrosti-

chis testatur. Continet autem is codex eodem omnino conciliorum canones, quos Græcorum collectio anno 640 a Joan. Tilio V. C. hic edita ex antiquissimo Ecclesiæ S. Hilarii Pictaviensis codice, qui etiam Africæ synodos complectitur, pontificum Romanorum adjectas epistolas a Siricio ad Gregorium juniorem Latinus cod. x habet. Græcos suorum Decretalibus eum locum apud se servasse Photii et Theodori Balsamonis Constantinopolitanorum patriarcharum Nomocanones indicant. Cæterum quæ in nostro corpore Canonum exstat interpretatio, plane diversa est ab illa Dionysii Scythæ monachi (qui et abba, et Exiguus) ad Stephanum Salonitanum episcopum, cujus ille hortatu prisce, ut ait, translationis confusione offensi novam faciendam suscepit, excepit, exceptis tamen qui apostolorum dicuntur canonibus L, nam tot ab Ecclesia Rom. synodali Stephani decreto receptos Anastasius in præfatione Nicænæ et, ad Hadrianum auctor est. Eos hoc numero antiq. uæ, quas videre nobis contigit, collectiones etiam Gallicanæ ex Dionysii interpretatione retinent, ut non immerito vulgaris ea translatio dici possit. Reliquorum vero Græcorum canonum interpretatio varia diversaque occurrit; ut non facile pronunties quæ tum Latinarum Ecclesiarum communis habenda sit, quantum eam quæ in illo corpore Canonum exstat, apud nos quidem in usu magis fuisse verisimile est. Sed hæc ampliorem tractationem desiderant, cui dabit Deus, cum volet, locum tempusque. Interim benefici hoc nostro frueri ac vale.

## BREVIATIO CANONUM FULGENTII FERRANDI

### ECCLESIÆ CARTHAGINENSIS DIACONI.

1. Ut neophyti non ordinentur. Concilio Nicæno, D titulo 2. Concilio Sardicensi, tit. 14. Concilio Laodicensi, tit. 3.

2. Ut quicumque laicus ad episcopatum eligitur, prius annum in ministerio ecclesiastico per omnes gradus transeat. Concil. Sufetuleusi.

3. Ut qui post baptismum sæculari militiæ nomen dederit, ab ordinatione arceatur. Concil. Cellensi.

4. Ut episcopus a tribus ordinetur, consentientibus aliis per-scripta, cum confirmatione metropolitani vel primatis. Nicæn., tit. 4; item, tit. 6. Concil. Antioch., tit. 19. Concil. Laed., tit. 12. Concil. Carthag. sub antistite Genetio, tit. 10. Concil. universali Carthag., tit. 49. Concil. Zellensi, ex epistola papæ Sirici.

5. Ut in ordinando episcopo alii quoque episcopi super tres addantur, si ab aliquo fuerit contradicatum. Concil. Carthag., tit. 50.

6. Ut unus episcopus episcopum non ordinet, excepta Ecclesia Romana. Concil. Zellen., ex epistola papæ Sirici.

7. Ut episcopus qui suscepta manus impositione ministerium recusaverit, excommunicatus maneat donec consentiat. Concil. Antioch., tit. 47. Si autem volens a plebe non suscipitur ad plenariam synodum salvo suo honore sustinere debet. Concil. Antioch., tit. 18.

8. Ut episcopus qui ordinatus non suscipitur, altam Ecclesiam non occupet, sed in Ecclesia ubi

- presbyter fuerat, tanquam presbyter sedeat. Concil. Aquiritano, tit. 18.
9. Ut episcopo ordinato statuta conciliorum primitus inculcentur. Concil. Carthag., tit. 10.
10. Ut episcopus ordinatus ab ordinatore suo litteras subscriptas accipiat, ordinationis ejus diem simul et consulem continentes. Concil. Milevitano, tit. 4.
11. Ut ad eligendum episcopum sufficiat matricia arbitrium. Concil. Septimunicensi. Concil. Maerianensi.
12. Ut episcopus in villa vel vico non ordinetur. Concil. Laodicensi, tit. 55.
13. Ut episcopus non ordinetur in dioecesi quæ episcopum nunquam habuit, nisi eum voluntate episcopi ad quem ipsa dioecesis pertinet, ex concilio tamen plenario et primatis auctoritate. Concil. Carthag., tit. 52. Item quinquagesimo quarto concil. Carthag. in Basilica, tit. 5.
14. Ut episcopus in dioecesi ordinatus ipsam solum teneat. Concil. Carthag., tit. 54.
15. Ut episcopi et presbyteri et diaconi non ordinentur, nisi omnes suos Christianos fecerint. Concil. Carthag., tit. 3.
16. Ut episcopi, presbyteri et diaconi ab uxoribus abstineant. Concil. Carthag., tit. 1. Concil. Zeleni.
17. Ut nullus episcopus dimissa matrice in dioecesi constituat. Concil. Carthag., tit. 6.
18. Ut episcopi vel clerici de civitate ad civitatem non transeant, neque de provincia ad provinciam. Concil. Nicæn. tit. 11. Concilio Sardicensi, tit. 2; item 3. Concilio Antiochæno, tit. 3; item, tit. 21. Concilio Constantinopolitano, tit. 2; item, tit. 3.
19. Ut episcopi in aliena civitate tres tantummodo faciant septimanas. Concil. Sardien., tit. 18.
20. Ut qui metu persecutionis in aliena civitate demorari voluerint, non prohibeantur. Concil. Sardien., tit. 22.
21. Ut nullus episcopus, etiamsi a plebe eligatur, vacantem ecclesiam obtineat, nisi ex auctoritate plenarii concilii. Concil. Antiochæno, tit. 16.
22. Ut nullus episcopus cathedram cui datus fuerit interventus plusquam annum teneat, sed ipsa eis episcopum petat. Concil. Carth., tit. 9.
23. Ut interventores episcopi conveniant plebes quæ episcopum non habent, ut episcopum accipiant: quod si accipere neglexerint, remoto interventore sic remaneant, quandiu sibi episcopum querant. Concil. Maerianensi.
24. Ut nullus episcopus plebem alienam usurpet. Concil. Carthag. sub sancto Grato, tit. 9. Concil. Carthag. sub antistite Genethio, tit. 9. Item, concil. Carthag., tit. 5.
25. Ut episcopus qui sine episcoporum iudicio plebem aliquam, quam ad suam cathedram existi-
- A mat pertinere, tenuerit, causam amittat. Concil. Carthag., tit. 12.
26. Ut in plebe aliena nullus sibi episcopus audeat vindicare. Conc. Juncensi.
27. Ut episcopus alienum clericum non suscipiat, neque ordinet. Concil. Nicæn., tit. 12. Concil. Sardien., tit. 19; item, 20. Concil. Antiochæ., tit. 22. Concil. Carthag. sub S. Grato, tit. 4. Item, concil. Carthag., tit. 22; item, 53.
28. Ut nullus episcopus alienum monachum vel in Ecclesia ordinet, vel in monasterio suo præpositum faciat. Concil. Carthag., tit. 14.
29. Ut episcopus præsentibus catechumenis ordinationem non faciat. Concil. Laodicen., tit. 4.
30. Ut episcopus qui necessitate compellente ante viginti quinque annos virginem velaverit, nihil ei obsit concilium quod de isto numero annorum constitutum est. Concil. Carthag., tit. 18.
31. Ut res episcopi non sint obnoxie rebus ecclesiasticis, sed de his ipse quod voluerit ordinet. Concilio Antiochæno, tit. 24.
32. Ut nullus episcopus hæredes extraneos vel hæreticos etiam consanguineos faciat. Concil. Carthag., tit. 15.
33. Ut episcopi vel clerici his qui catholici non sunt nihil per donationes conferant. Concil. Carthag., tit. 23.
34. Ut episcopi sive presbyteri ea quæ sunt in locis ubi ordinantur ad alia loca non transferant, nisi causas ante reddiderint. Concil. Hipponiregensi, tit. 5.
35. Ut episcopi quidquid nomine suo comparaverint cogantur Ecclesie refundere: quidquid autem eis donatur, cui voluerint conferant. Concil. Hipponiregensi, tit. 8.
36. Ut rebus ecclesiasticis dispensandis episcopus potestatem habeat. Concil. Antiochæ., tit. 25.
37. Ut præter conscientiam episcopi oblationes fructuum Ecclesie debitas nullus vel dare vel accipere audeat. Concil. Gangrensi, tit. 7 et 8.
38. Ut episcopus matricis non usurpet quidquid fuerit donatum Ecclesiis quæ in dioecesi constitutæ sunt. Concil. Hipponiregien., tit. 9.
39. Ut filii episcoporum gentilibus vel hæreticis aut schismaticis matrimonio non jungantur. Concil. Carthag., tit. 21.
40. Ut filii episcoporum aut clericorum spectacula non exhibeant, nec spectent. Concil. Carthag., tit. 20.
41. Ut episcopi filios suos non emancipent, nisi jam probatos. Concil. Carthag., tit. 22.
42. Ut episcopi non passim ad comitatum pergant. Concil. Sardien., tit. 9; item, tit. 10; item, tit. 11. Concil. Antiochæ., tit. 11.
43. Ut quicumque episcopus ab imperatore publicum iudicium postulaverit, honore proprio privetur. Concil. Carthag., tit. 9.

• Ex fide vett. codd. addendum *cathedram*.

44. Ut liceat unicuique episcopo preces constituere, quando de iudiciis publicis contra hæreticos aliquid est petendum. Concil. Marazanensi.
45. Ut episcopus sine metropolitani concilio nihil agat, nisi ea tantum quæ ad gubernationem Ecclesie sue pertinent. Concil. Antioch., tit. 9.
46. Ut episcopi sine formata primatis non navigent. Concilio Carthaginensi, tit. 36.
47. Ut episcopi rem Ecclesie sine primatis consilio non vendant. Concil. Carthag., tit. 5. Concil. Hippon., tit. 9.
48. Ut episcopi providentia virginibus quæ pupillæ fuerint ubi habitent eligatur. Concil. Carthag., tit. 40 [*Tres.*, tit. 11, *male*].
49. Ut episcoporum iudicio pœnitentiæ tempora pœnitentibus decernantur. Concil. Carthag., tit. 39.
50. Ut episcopi iudicio Donatistæ qui apud suos acta pœnitentiæ convertitur, tempus pœnitentiæ vel reconciliationis decernatur. Concil. Carthag., tit. 2.
51. Ut episcopus accusatos presbyteros, convocatis quinque episcopis, audiat: diaconorum cum tribus, reliquorum vero causas ipse solus discutiat. Concil. Carthag., tit. 17.
52. Ut autem unus episcopus cognitionem sibi non vindicet, hoc in alio concilio Carthaginensi actum est.
53. Ut nullus episcopus, vel presbyter, vel diaconus, excommunicatus communicet. Concil. Nicæan., tit. 5. Concil. Sardic., tit. 17. Concil. Carth., tit. 8 [*Cod. Corb.*, tit. 9]. Concil. Antioch., tit. 2.
54. Ut si quis episcopus a synodo fuerit excommunicatus, communicare non audeat: et si fecerit, spem restitutionis non habeat. Concil. Antioch., tit. 4. Concil. Hippoviregion., tit. 3.
55. Ut episcopus si causam habuerit, a duodecim episcopis audiatur. Concil. Carthag. sub sancto Genethlio, tit. 8.
56. Ut episcopi qui in causa iudices dantur, definito temporis die cognoscant. Concil. Septimunicensi.
57. Ut si duo episcopi in una provincia contentionem habuerint, ex alia provincia non advocent episcopos ad iudicium. Concil. Sardic., tit. 4.
58. Ut si de accusato episcopo multæ sententiæ fuerint episcoporum, metropolitanus alterius provincie convocetur. Concil. Antioch., tit. 14. Quid in accusationibus episcoporum observari debeat. Concil. Carthag., tit. 15.
59. Ut ad iudicatus episcopus, ad apostolicam sedem, si voluerit, appellet. Concil. Sardic., tit. 5.
60. Ut si appellaverit [*Fortè alius deeat*] in cathedra ipse non ordinetur. Concil. Sardic., tit. 6.
61. Ut si a iudicibus quos primas dederit appellaverit, affi iudices amphoris numeri decernantur, ut si et ab ipsis appellaverit, ad sententiam concilii differatur. Concil. Thenitano.
62. Ut episcopis iudicantibus condemnatus episcopus, si fuerit apud potiores episcopos absolutus, nihil eis noceat si bono animo iudicaverint. Concil. Carth., tit. 19.
63. Ut episcopus qui ab omnibus episcopis provincie fuerit condemnatus, facultatem iudicii repetendi non habeat. Concil. Antioch., tit. 15.
64. Ut episcopus ab eis episcopis quos elegerit iudices, condemnatus, appellare alibi non audeat. Concil. Carth., tit. 3. Item concilio Carthaginensi, tit. 15.
65. Ut episcopi qui in aliqua causa iudices dantur, ipsi locum audientie deligant. Concil. Zelleni.
66. Ut depositus episcopus ad imperatorem causam suam non deferat. Concil. Antioch., tit. 12.
67. Ut accusatus episcopus, vel quicumque ex clero fuerit apud Ecclesiam accusatus, ad iudicia publica non transeat. Concil. Carthag., tit. 18.
68. Ut episcopus qui secunda vel tertia auctoritate conventus fuerit, et venire contempserit, ab episcoporum consortio suspendatur. Concilio Zelleni.
69. Ut nullus episcopus, vel presbyter, vel diaconus, cum Judæis Pascha celebret. Concil. Antioch., tit. 1.
70. Ut episcopi, presbyteri, vel diaconi non sint conductores aut procuratores. Concil. Carthag., tit. 24.
71. Ut episcopi, sive clerici, in Ecclesia non conviventur nisi transeuntes. Concil. Carthag., tit. 38.
72. Ut episcopi et presbyteri in domo sua oblationes non faciant. Concil. Laodic., tit. 56.
73. Ut episcopus a communione non suspendatur eum quem asserit de peccato aliquo sibi soli fuisse confessum. Concil. Carth., tit. 2.
74. Ut episcopus sibi successorem non eligat. Concil. Antioch., tit. 23 [*Leg.* tit. 6].
75. Ut episcopi ad concilium occurrant, aut non occurrentes in tractoria vel apud primatem excusationes suas allegent. Concil. Laodic., tit. 38. Concil. Carthag., tit. 11.
76. Ut exceptis senibus qui loco moveri non possunt, et infirmis episcopis, qui admonitus ad concilium non occurrerit, communione privetur. Concil. Marazanensi. Concil. Thusdritano. Item, Concil. Thenitano. Concil. Septimunicensi.
77. Ut episcopus qui non suscepta legatione universali concilio interesse præsumpserit, ab eis episcopis qui legationem suscipiunt ad ipsum concilium non admittatur. Concil. Thusdritano.
78. Ut nullus episcopus prioribus suis se audeat antepone. Concil. Milevitano, tit. 2.
79. Ut chorepiscopi, id est vicarii episcoporum, nec presbyteros nec diaconos ordinent, nisi tantum subdiaconos. Concil. Anquiritano, tit. 13. Concil. Antioch., tit. 10.
80. Ut vicariis episcoporum liceat formatas facere. Concil. Antioch., tit. 8.
81. Ut primæ sedis episcopus non appellatur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos. Concil. Carthag., tit. 34.

82. Ut primatem proprium Mauritania Sitifiensis habeat. Concil. Carth., tit. 6.
83. Ut primæ sedis episcopi ex concilio Carthag. episcopi constituantur, quando fuerit oborta contentio. Concil. Carthag., tit. 7.
84. Ut primates diversarum provinciarum nomina episcoporum ad Ecclesiam Carthaginensem mittant. Concil. Carthag., tit. 3.
85. Ut presbyter ante triginta annorum ætatem, quamvis sit dignus, non ordinetur. Concil. Novacæsar., tit. 10.
86. Ut qui in ægritudine fuerit baptizatus non ordinetur presbyter, nisi forte propter vitam bonam aut hominum raritatem. Concil. Novacæsar., tit. 11.
87. Ut presbyter ordinatus, si de aliquo crimine confessus fuerit, aut de his qui lapsi sunt, non suscipiatur. Concil. Nicæn., tit. 8. Concil. Novacæsar., tit. 9.
88. Ut presbyter in convivio secundarum nuptiarum non intersit. Concil. Novacæsar., tit. 7.
89. Ut de oblatione presbyteri conjugati nullus audeat non communicare. Concil. Gangrensi, tit. 4.
90. Ut presbyter inconsulto episcopo in quolibet loco agenda non audeat celebrare. Concil. Carthag., tit. 7.
91. Ut presbyter inconsulto episcopo virgines non consecret, chrisma vero nunquam conficiat. Concil. Carthag., tit. 43.
92. Ut presbyteri civitatis sine jussu episcopi nihil jubeant; nec in unaquaque parœcia aliquid agant. Concil. Anquiritano, tit. 13.
93. Ut presbyteri abstinentes a carnibus tangant eas: ita ut etiam olera quæ cum carnibus coquantur, comedant. Concil. Anquirit., tit. 14.
94. Ut presbyteris formatas dare non liceat. Concil. Antioch., tit. 8.
95. Ut presbyteri rem Ecclesiæ sine conscientia episcopi non vendant. Concil. Anquiritano, tit. 15. Concil. Hipponiregiensi, tit. 9.
96. Ut presbyter qui reatum incurrerit, a sex vel a septem episcopis audiatur. Concil. Carthag. sub antistite Genethlio., tit. 8 [Trec., tit. 9].
97. Ut presbyter qui immolavit idolis, et postea pro fide conflixit, honore quidem non privetur, tamen nec sacrificet, nec sermonem faciat (Conc. Anquiritan., t. 1).
98. Ut presbyter si uxorem duxerit, deponatur: si autem fornicatus fuerit, etiam poenitentiam agere compellatur. Concil. Novacæsar., tit. 1.
99. Ut presbyter vel diaconus qui, deserta Ecclesia sua, ad aliam transierit, si post evocationem episcopi sui reversus non fuerit, deponatur. Concil. Antioch., tit. 5.
100. Ut presbyter vel diaconus, si a proprio episcopo exactoratus sancti ministerii quippiam præsumperit, spem restitutionis non habeat. Concil. Antioch., tit. 4.
101. Ut presbyter vel diaconus qui se ab ecclesia sequestraverit, in domo sua altare erexerit, depo-
- A natur. Concil. Antioch., tit. 5. Concil. Carthag., tit. 7.
102. Ut liceat sive presbyteris, sive diaconibus, si injuste excommunicati fuerint, finitimos episcopos interpellare. Concil. Sardic., tit. 18.
103. Ut presbyteri alterius regionis presentibus presbyteris non sacrificent. Concil. Novacæsar., tit. 12.
104. Ut diaconi septem esse debeant. Concil. Novacæsar., tit. 13.
105. Ut diaconi judicio populi non eligantur. Concilio Laodic., tit. 13.
106. Ut diaconi ante presbyterum non communicent. Concilio Nicæn., tit. 14.
107. Ut diaconus presente presbytero non sedeat nisi jussus. Concil. Laodic., tit. 19.
- B 108. Ut subdiaconus panem non erogat, nec calicem benedicat. Concil. Laod., tit. 21.
109. Ut diaconus vel quilibet clericus ad agapem vocatus, partem non tollat. Concil. Laodic., tit. 26.
110. Ut diaconus aut clericus magus et incantator non sit; neque phylacteria faciat. Concil. Laod., tit. 34.
111. Ut diaconus vel etiam laicus sine formata alicubi non proficiantur. Concil. Laodic., tit. 39.
112. Ut diaconi vel quilibet clerici præter jussionem episcopi ad peregrina non proficiantur. Concil. Laodic., tit. 40 [Trec., t. 11; Corb., t. 20; emendandus uterque].
113. Ut diaconi vel clerici spectaculis quæ in nuptiis exhibentur, non intersint. Concil. Laod., tit. 52.
- C 114. Ut diaconi vel quilibet clerici aut etiam laici Christiani ex symbolis convivium non celebrent. Concil. Laod., tit. 53.
115. Ut diaconi vel quicumque in sacerdotali ministerio constituti usuras et lucra, id est sescupla non exigant. Concil. Laodic., tit. 5.
116. Ut diaconi qui immolaverunt, et postea reluctati sunt in honore quidem suo permaneant, sed ab omni altaris ministerio repellantur (Conc. Anquiritan., tit. 2).
117. Ut diaconus qui in corporale peccatum incidit, ab ordine ministerii absterneatur. Concil. Novacæsar., tit. 9.
- D 118. Ut diaconi vel presbyteri si a ministerio remoti fuerint, non eis manus vel tanquam poenitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponantur. Concil. Carthag., tit. 12.
119. Ut diaconi non ordinentur qui procuratores, et actores, et tutores, et curatores pupillorum fuerint, nisi post deposita universa et reddita ratiocinia. Concil. Carthag., tit. 8.
120. Ut diaconis solis liceat ad altare ingredi et communicare. Concil. Laod., tit. 18.
121. Ut ante viginti quinque annos nec clerici ordinentur, nec virgines consecrentur. Concil. Carthag., tit. 9.
122. Ut clerici cum mulieribus extraneis non habitent. Concil. Nicæn., tit. 3. Concil. Carthag. sub

santo Grato, tit. 3. Concil. universal. Carthagin. A

123. Ut nullus clericus feneret. Concil. Nicæn., tit. 14. Concil. Carthag. sub sancto Grato, tit. 12 [Leg. 13].

124. Ut lectores orario non utantur, sive legant, sive psallant. Concil. Laodic., tit. 23.

125. Ut clericis non liceat administrationem aut procuracionem domorum suscipere. Concil. Carthag. sub sancto Grato, tit. 5.

126. Ut clericus vel laicus non communicet in alia plebe. Concil. Carthag. sub sancto Grato, tit. 6.

127. Ut clerici, sine formata et conscientia episcopi, per alienas plebes non vagentur. Concil. Marazanensi.

128. Ut superbi clerici coeresantur. Concil. Carthag. sub sancto Grato, tit. 10.

129. Ut lectores dum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri. Concil. Carthag., tit. 27.

130. Ut mulierem clericus non ducat uxorem; et ut is qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clericum. Concil. Zellen., ex epistola papæ Sirici.

131. Ut non liceat præter canonicos psaltas qui pulchrum ascendunt et de codice legunt, alium quemlibet in ecclesia psallere (Concil. Laod., tit. 15).

132. Ut clerici vel continentibus, ad viduas vel virgines, sine jussu, vel permisso episcopi vel presbyteri non accedant. Concil. Carthag., tit. 33.

133. Ut clerici apothecarii vel ratiocinatores non ordinentur. Concil. Carthaginensi sub sancto Grato, tit. 8.

134. Ut clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitas coegerit. Concil. Laodic., tit. 7; item 24 et 25. Concil. Carthag., tit. 35.

135. Ut clerici in aliena civitate non immorentur, nisi causas eorum justas episcopus loci, vel presbyteri locorum perviderint. Concil. Carthag., tit. 44.

136. Ut accusatus clericus intra annum causam suam agere debeat. Concil. Carthag., tit. 13.

137. Ut clericus non fiat, cujus uxor, cum adhuc esset laicus, adulterata est: et ut clericus uxorem adulteram deserat. Concil. Novacæsar., tit. 8.

138. Ut abjectum clericum alia Ecclesia non admittat. Concil. Zellen, ex epistola papæ Sirici.

139. Ut non liceat clericum a populo excommunicari, sive præsentem, sive absentem episcopo. Concil. Septimunicensi.

140. Ut ministri non habeant licentiam in secretario ingredi. Concil. Laodic., tit. 21.

141. Ut ministri orario non utantur, nec relinquunt ostia. Concil. Laodic., tit. 21; item 41.

142. Ut non exorcizent illi qui necdum ab episcopo sunt proveci. Concil. Laodic., tit. 25.

143. Ut bis in anno per singulas provincias concilia fiant. Concil. Nicæn., tit. 5. Concil. Antioch., tit. 20. Concil. Carthag., tit. 3.

144. Ut concilium universale non fiat nisi causa communis, id est totius Africæ coegerit: ut syn-

odus plenaria tunc dicatur, cum episcopus metropolitanus adfuerit. Concil. Antioch., tit. 16.

145. Ut hi qui se abscederunt, de clero existantur. Concil. Nicæn., tit. 1.

146. Quæ sint pœnitentiæ tempora iis qui prævaricaverunt decernenda. Concil. Nicæno, tit. 9. Concil. Anquiritano, tit. 3; item, 4, 5, 6, 7, 8 et 9.

147. Ut sponsatæ puellæ, si ab aliis raptæ fuerint, sponso priori reddantur. Concil. Anquirit., tit. 11.

148. Quemadmodum hi qui irrationabiliter vixerint, suscipi debeant. Concil. Anquirit., tit. 16.

149. Ut hi qui sicut muta animalia vixerunt inter energumenos orent. Concil. Anquirit., tit. 17.

150. Ut quicumque virginitatem profluentes, propositum violant, digamorum constitutum impleant gradum. Concil. Anquirit., tit. 19.

151. Ut qui adulterium commiserit, septem annos pœnitentiam agat. Concil. Anquirit., tit. 20.

152. Ut mulieres fornicantes, quæ parvulos suos necant, aut abortu [Forte deest excutiunt], decem annis pœnitentiam agant. Concil. Anquirit., tit. 21.

153. Ut qui voluntarie homicidium fecerint, in novissimo vitæ reconcilientur. Concil. Anquirit., tit. 22.

154. Ut qui casu homicidium fecerit, quinque annis pœnitentiam agat. Concil. Anquirit., tit. 23.

155. Ut qui ariolantur vel in domo sua hujus artis alios introducunt, quinque annis pœnitentiam agant. Concil. Anquirit., tit. 24.

156. Ut mulier quæ duobus fratribus nup̄ erit, in extremis suis reconcilietur. Concil. Novacæsar., tit. 2.

157. Ut quicumque concupiscentiam non consummat, per divinam judicetur gratiam liberatus. Concil. Novacæsar., tit. 4.

158. Ut catechumeni peccantes, nisi se correxerint, abjiciantur. Concil. Novacæsar., tit. 5.

159. Ut qui manducantem carnes ex fide condemnandum crediderit, anathema sit. Concil. Gangrensi, tit. 2.

160. Ut qui domum Dei contemptibilem duxerit, anathema sit. Concil. Gangr., tit. 5.

161. Ut qui nuptias condemnat, anathema sit. Concil. Gangr. tit. 9 et 10.

162. Ut si qua mulier virilem habitum assumpserit, anathema sit. Concil. Gangr. tit. 13.

163. Ut hi qui uxores aut viros dimittunt, alteri non nubant, sed aut continentibus maneat, aut sibi reconcilientur. Concil. Carthag., tit. 7.

164. Ut si qua mulier, quasi religionis causa verum dimiserit, anathema sit. Concil. Gangr., tit. 14.

165. Ut quicumque continentis causa die Dominico jejunaverit, anathema sit. Concil. Gangr., tit. 18.

166. Ut quicumque sanus corpore jejunia communia dissolverit, anathema sit. Concil. Gangr., tit. 2 [Forte leg. t. 19].

167. Ut quicumque martyrum memorias contempserit, anathema sit. Concil. Gangr., tit. 21.

168. Ut quicumque non communicantes, nec orationem facientes, Scripturas tantum divinas in ecclesiis

audire voluerint, abiciantur. Concil. Antioch., tit. 2.

169. Ut quicumque post diversa peccata pœnitentiam fideliter gesserit, ad communionem revocetur. Concil. Laodic., tit. 2.

170. Ut scenicis atque histrionibus reconciliatio non negetur. Concil. Carthag., tit. 42.

171. Ut ad falsas memorias martyrum nullus accedat. Concil. Carth. tit. 17.

172. Ut hi qui nominantur Cathari, accedentes ad Ecclesiam, si ordinati sunt, sic maneant in clero. Concil. Nicæn., tit. 7.

173. Ut Pauliani baptizentur [*Id est rebaptizentur*]. Conc. Nic., tit. 15.

174. Ut venientes a Novatians vel Montensibus, per manus impositionem suscipiantur. Concil. Zeleni., ex epistola papæ Sirici.

175. Ut non liceat hæreticum rebaptizari, baptizatum in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Concil. Carthag. sub sancto Grato, tit. 1. Item Carthaginensi, tit. 48.

176. Ut hæretici in hæresi permanentes domum Dei non ingrediantur. Concil. Laod., tit. 6.

177. Ut Novatiani vel etiam Quartadecimani non recipiantur, nisi prius hæresim suam condemnaverint, ita ut symbolum fidei doceantur, et chrismate ungantur. Conc. Laodic., tit. 7.

178. Ut quicumque convertuntur ab hæresi, qui dicuntur secundum Phrygas, baptizentur. Concil. Laodic., tit. 8.

179. Ut non liceat in hæreticorum cœmeteria ad orationem faciendam catholicis introire. Concil. Laod., tit. 9.

180. Ut nullus ad Ecclesiam pertinens filios suos hæreticorum nuptiis societ. Concil. Laodice., tit. 30.

181. Ut Christiani non judaizent, nec in Sabbato vacent. Concil. Laodic., tit. 28.

182. Ut nullus cum hæreticis connubia miscat. Concil. Laodic., tit. 30.

183. Ut nullus cum hæreticis aut schismaticis oret aut ad falsos martyres eat. Concil. Laod., tit. 32. Conc. Carth., tit. 2.

184. Ut nullus ad angelos congregationem faciat. Concilio Laod., tit. 35.

185. Ut nullus a Judæis vel hæreticis feriatica accipiat. Concil. Laod., tit. 35.

186. Ut nullus a Judæis azyma accipiat. Concil. Laodic., tit. 36.

187. Ut nullus cum paganis festa celebret. Concil. Laod., tit. 37.

188. Ut nullus Christianus ballare vel cantare in nuptiis audeat. Conc. Laod., tit. 41.

189. Ut Donatarum clerici in suis honoribus suscipiantur. Concil. Carthag., tit. 2.

190. Ut quæcunque Ecclesiæ Donatarum catholice factæ sunt, ad eam cathedram pertineant ad quam catholica quæ jam ibi fuerat pertinebat. Concil. Carthag., tit. 10.

191. Ut quicumque episcopus ex Donatis is conversus fuerit, plebes quæ utraque Ecclesias habent cum

episcopo catholico æqualiter dividant. Concil. Carthag., tit. 11.

192. Ut hæreticorum benedictiones nullus accipiat. Concil. Laodic., tit. 31.

193. Ut qui parvuli apud Donatistas baptizantur, ab ordinatione non prohibeantur, si conversi fuerint. Concil. Carthag., tit. 1.

194. Ut qui aliquibus accleribus irretitus est, vocem accusandi non habeat. Concil. Carth. sub sancto Genethlio, tit. 6 [*Rec., tit. 4*] Hoc et in concilio Thenitano statutum est.

195. Ut excommunicatis, sive clericis, sive laicis, accusare non liceat. Concil. Carth., tit. 2.

196. Ut omnes servi, vel proprii liberti, vel omnes quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt, histriones etiam, hæretici, pagani et Judæi, ad accusationem non admittantur. Concil. Carth., tit. 3.

197. Ut qui unum crimen non probaverit, ad aliud non admittatur. Concil. Carthag., tit. 4.

198. Ut accusator, si in loco ubi est ille qui accusatur, violentiam timuerit, locum sibi proximum eligat. Concil. Hipponiensi, tit. 5.

199. Ut baptizandi symbolum fidei discant. Concil. Laod., tit. 44.

200. Ut qui in ægritudine baptizantur, sani facti symbolum doceantur. Concil. Laod., tit. 45.

201. Ut qui baptizati post baptismum chrismate ungantur. Concil. Laodic., tit. 46.

202. Ut agrotantibus, quando ipsi loqui non possunt, si pro eis alii testimonium dixerint, baptismum non negetur. Concil. Carthag., tit. 44.

203. Ut quando de infantibus ignoratur utrum baptizati sint, sine ulla dubitatione baptizentur. Concil. Carthag., tit. 7.

204. Ut prægnantes mulieres baptizentur quando voluerint. Concil. Novacæs. tit. 6.

205. Ut Christiani cum mulieribus lavacra non habeant. Concil. Laod., tit. 29.

206. Ut post duas hebdomadas Quadragesimæ, ad baptismum nullus suscipiatur. Concil. Laodic., tit. 42.

207. Ut in Quadragesima, sabbato tantum et Dominico offeratur. Concil. Laod., tit. 47.

208. Ut in quadragesima, quinta feria ultimæ hebdomadæ, jejunium non dissolvatur. Concil. Laod., tit. 48.

209. Ut in Quadragesima natalitia martyrum non celebrentur. Conc. Laodic., tit. 49.

210. Ut in quadragesima nuptiæ non celebrentur. Concil. Laod., tit. 50.

211. Ut nullus peregrinus sine forma episcopi accipiat. Concil. Antioch., tit. 7.

212. Ut die quintæ feriæ septimanæ sanctæ Paschæ secundo offeratur. Concil. Septimunicensi.

213. Ut in sacrificio absque pane et vino nullus offerat. Conc. Carthag., tit. 32.

214. Ut diebus Quinquagesimæ genua non flectantur. Concil. Sardic., tit. 1.

215. Ut ante Pentecosten nullus audeat jejunare. A Concil. Septimunicensi.

216. Ut non liceat in Dominicis agapem facere, vel in ecclesiis, aut intus accubitus sternere. Concil. Laod., tit. 27.

217. Ut custodiatur fides patrum trecentorum decem et octo. Conc. Constantinop., tit. 2 [Lige tit. 1].

218. Ut conciliorum statuta priscorum ab omnibus observentur. Conc. Zelleni.

219. Ut nullus in precibus nisi ad Patrem dirigat orationem, et ut prius eas cum instructoribus tractet. Concil. Carthag., tit. 31. Item Concil. Carthag., tit. 7.

220. Ut una sit in sacramentis per omne Byzacium disciplina. Concil. Maradianensi.

221. Ut mulieres quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos autem viduæ seniores, uiviræ, et matriculæ, in Ecclesia tanquam ordinatas constitui non liceat. Concil. Laod., tit. 11.

222. Ut mulieres ad altare non ingrediantur. Concil. Laod., tit. 45.

223. Ut sanctæ oblationes ad vices eulogiarum non dirigantur. Concil. Laod., tit. 14.

224. Ut sabbatis Evangelia legantur. Concil. Laodic., tit. 16.

225. Ut de diversis versibus et sensibus libri unum canticum non connectatur. Concil. Laodic., tit. 17.

226. Ut etiam per solemnissimos Paschales dies sacramentum catechumenis non detur nisi solitum salis. Concil. Carthag., tit. 11.

227. Ut corporibus defunctorum Eucharistia non detur. Concil. Carthag., tit. 12.

228. Ut præter scripturas Canonicas nihil in ecclesia legatur. Concil. Laodic., tit. 57. Concil. Carthag., tit. 45.

229. Ut liceat passiones martyrum legere in natalibus eorum. Concil. Carthag., tit. 46.

230. Ut soli Ecclesie Carthagini licet alienum clericum ordinare. Concil. Carth., tit. 54.

231. Ut omnes Ecclesie ab Ecclesia Carthagini diem Pasche audiant tempore concilii. Concil. Carthag., tit. 5.

232. Ut nullus ordinetur nisi probatus vel episcoporum examine, vel populi testimonio. Concil. Carthag., tit. 29.

## CRISCONII

EPISCOPI AFRICANI

## BREVIARIUM CANONICUM.

HIC HABETUR CONCORDIA CANONUM CONCILIORUM INFRA SCRIPTORUM, ET PRÆSULUM ROMANORUM, ID EST CANONUM, APOSTOLORUM, NICÆNORUM, ANCIANORUM, NOVÆCESARIENSIS [scilicet NEOCÆS.] GANGRENSIUM, ANTIOCHENSIS, LAODICENSIS, CHALCEDONENSIS, SARDICENSIS, CARTHAGINENSIS; ITEM PRÆSULUM SIRICII, INNOCENTII, ZOSIMI, CELESTINI, LEONIS ET GELASII.

### INCIPIT PRÆFATIO.

Domino vere sancto semperque beato pontifici Liberino, Crisconius Christi famulorum exiguus. Vestri sacerdotii incomparabile decus, quo fidei puritate ac vitæ probitate admodum resplendetis, vos non desinit præmonere, utilitatibus dominici gregis, cujus gubernacula suscepistis, et sollicitius militare, et solertissime providere. Ad cujus vestri expletionem officii, industriam nihilominus vestrorum exquisitis subjectorum: quos ita necesse est ut spiritualis alimonia panis eum ipsum dominicum gregem largitive nutriatis. Unde pervidens mundanis ac divinis legibus humanæ vitæ regimen consistere, et juris quidem præcepta exorbitantium gressus frenis arctioribus coercere, ecclesiasticas vero sanctiones recte vivendi terminum piis ac fidelibus animis præfixisse: illis floralibus subrelictis, præcipis ut cuncta canonica constituta, quæ ab ipsis exordiis militiæ Christianæ tam SS. apostoli, quam apostolici viri per

successiones temporum protulere vobis colligamus in unum, eorumque concordiam facientes, ac titulum prænotationem interponentes, ea lucidius declavemus. Quod opus, pro tantæ rei magnitudine, nostras excedere vires procul dubio intueris, a quo mecum excusare sæpissime voluissim, paterna auctoritate institisti, subsidium nobis divinum fidentissime pollicens profuturum. Quo mihi suffragio intercluso, item proposui, hoc Canonum Breviatum a viro reverentissimo Ferrando Carthagini Ecclesie diacono jam fuisse digestum, et debere eum nostræ eruditioni sufficere, ne aliud exquirendo, ejus prudentiæ deprehendamus in aliquo derogare. Cui nostræ excusationi penitus submovendæ itidem objecisti, non ad illius sapientissimi viri reprehensionem hoc te exquirere velle, sed nostram potius scientiam industrius capere et elimare. Quibus peractis, jam præcavens Christo in vobis loquenti quamlibet excusa-

\* Al., *Epistola Crisconii ad Liberium.*

tionem obtendere, cœlesti auxilio præmunitus, obsequi malui imperatis, vestrisque votis, Deo favente, libentissime subservire, illa maxime invitatus ex parte quod antefatus venerabilis vir ad conversationem memoriæ eorum hoc effecisse noscitur Breviatum, qui illa ipsa jam bene cognita perceperant, quod per eum cum voluerint quæ cupiunt recordentur: indoctorum vero, quorum est maxima multitudo, in eodem opere studium probatur, ut ita dixerim, sequeretur, dum eos ad inquisitionem earum rerum præmisit quæ nec ab omnibus reperiuntur nec repertæ sine fastidio perleguntur. Nulli siquidem dubium est quam molestissime perferat lector, dum avidius cujusque rei cognitionem exspectat, et ad librum præmittitur quem aut forte non legit, aut ubi reperiat non novit. Quamobrem, antefati viri laude prælata, necessarium duxi profectui subserviens parvulorum, juxta vestrum imperium, cuncta ecclesiastica, ut dictum est, constituta, quæ ad nostram notitiam pervenerunt, in hoc opere sub titulorum serie prærolare, et ea condiscere valentibus et vo-

lentibus dubitationis ambagem auferre, ut eorum plena instructio non ex difficultate scriptoris, sed ex desidia jam dependeat lectoris. Quod opus hæc etiam Deo præstante utilitas consequetur, ut dum unumquodque canonicum decreti, de quo quæstio fuerit pro tempore agitata, æquissimus judex coram perspexerit multimode esse digestum, probabili examinatione discat utrum ex severitate an ex lenitate suum animum debeat moderari. Quam ei instructionem illa maxime consideratio exhibebit, si plurium et maxime auctoritatum ipse qui maluerit constitutus fuerit præmonitus. Unde, queso ut in hac ipsa Canonici Breviarii repetitione, sicut eximius noster ille protestatus est doctor, ignoscant scientes, ne offendantur nescientes. Satius est enim offerre habenti, quam non habentem differre. Vestram quin etiam deprecor sanctitatem, ut si in quo forsitan pervideris tuo desiderio minime satisfactum, devotionem potius approbes, et genuinæ inscientiæ veniam dones. O a pro me, meique semper memento, pontifex Deo digne.

## INCIPIT LIBER CANONUM.

\* Qui episcopus ordinandus est, ante examinetur, si natura prudens est, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper suis negotiis vacans, si hominibus affabilis, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in Scripturarum sensibus castus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, et ante omnia si fidei documenta verbis simplicibus asserat. Item Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum Deum esse confirmans, totamque in Deitate Trinitatem coessentialem et consubstantiallem et omnipotentem prædicans, si singulam unamquamque in Trinitate personam plenum Deum, et totas tres personas unum Deum; si Incarnationem divinam non in Patre, neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantum, ut qui erat in divinitate Dei Patris Filius, ipse fieret in nomine hominis matris filius, Deus verus ex patre, et homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens, et animam humanam rationabilem: simul in eo ambæ naturæ: Item homo, et Deus, unus Filius, unus Christus, unus Dominus Creator omnium quæ sunt, et auctor, et Dominus, et rector cum Patre et Spiritu sancto: qui passus sit veram carnis passionem, mortuus vera corporis morte. Item carnis suæ resurrectionem, et veram animæ resumptionem, in qua veniet judicare vivos et mortuos. Quærendum etiam ab eo, si Novi et Veteris Testamentorum, item legis et prophetarum et apostolorum unum eundemque credat auctorem et Deum: si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus. Quærendum etiam ab eo, si credat hujus

quam gestamus, et non alterius carnis resurrectionem, si credat iudicium futurum, et recepturos singulos pro his quæ in hac carne gesserunt vel penam vel gloriam. Si nuptias non improbat, si secunda matrimonia non damnat, si carnis perceptionem non culpatur; si pœnitentibus reconciliatis communicet, si in baptismo omnia peccata idem tam illud originale, quam illa quæ voluntarie admissa sunt dimittantur; si extra Ecclesiam catholicam nullus salvetur. C m, his omnibus examinatus, inventus fuerit plene instructus, tunc consensu clerico:um et laicorum, et conventu totius provinciæ episcoporum, maximeque metropolitani vel auctoritate vel presentia, ordinetur episcopus; suscepto in nomine Christi episcopatu, non suæ delectationi, nec suis motibus, sed Patrum definitionibus acquiescat.

### I. De ordinatione episcopi.

*In canonibus Apostolorum titulo primo. Episcopus a duobus aut tribus episcopis ordinetur.*

*Concil. Nicæno titulo 4. De his qui ad episcopatum in provinciis provehuntur. Episcoporum convenit maxime quidem ab omnibus qui sunt in provincia episcopis ordinari: si autem hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, a tribus tamen omnimodis in idipsum convenientibus, et absentibus quoque pari modo decernentibus et per Scripturam consentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quæ geruntur per unamquamque provinciam metropolitano tribuatur episcopo.*

\* Hæc non esse Crisconii multa persua lent, quæ licet in ms. codice valde depravata legantur, hic tamen utcumque restituta ponimus.



*Concil. Antiocheno tit. 19, De episcopalis in provinciis ordinationibus.* Episcopus præter synodum et presentiam metropolitanam nullatenus ordinetur. Hoc autem modis omnibus coram posito, melius quidem est ut omnes simul adsint ejusdem provincie sacerdotes, quos metropolitanus episcopus advocare debet; et si quidem omnes occurrerint, optime: quod si hoc difficile fuerit, saltem plures adesse omnimodo convenit, aut certe scriptis ejusdem sententiae comprobari, et ita sub plurimorum vel presentia, vel decreto, ordinatio celebretur. Quod si secus contra definita factum fuerit, nullas ordinationis vires habeat: si vero juxta definitam regulam fiat, et nonnulli pro contentione propria contradicant, obtineat sententia plurimorum.

*Concil. Laodic. tit. 12, De episcopalis ordinationibus.* Ut episcopi judicio metropolitanorum et eorum episcoporum qui circumcirca sunt provehantur ad ecclesiasticam potestatem: hi videlicet qui plurimo tempore probantur tam verbo fidei quam recte conversationis exemplo.

*Concil. Carthag. tit. 13.* Aurelius episcopus dixit: Quid ad hæc dicit sanctitas vestra? Ab universis episcopis dictum est, a nobis veterum statuta debere servari. Sicuti et inconsulto primatu cujuslibet provincie tam facile non præsumant multi congregati episcopi episcopum ordinare: nisi si necessitas fuerit, tres episcopi in quocunque loco sint ejus præcepto ordinare debebunt episcopum; et si quis contra suam professionem vel subscriptionem venerit in aliquo, ipse se honore privabit.

*Item Concil. Carthag., tit. 16.* Honoratus et Urbanus episcopi dixerunt: Et illud nobis mandatum est, ut quia proxime fratres nostri Numidie duo episcopi ordinare præsumperunt pontificem, non nisi a duodecim censeatis celebrari episcoporum ordinationes.

Aurelius episcopus dixit: Forma antiqua servabitur, ut non minus quam tres sufficiant, qui fuerint destinati ad episcopum ordinandum. Propterea, quia in Tripoli forte, et in Arzuge interjacere videntur barbaræ gentes: nam in Tripoli, ut asseritur, episcopi sunt quinque tantummodo, et possunt forte de ipso numero vel duo necessitate aliqua occupari: difficile est enim, ut de quolibet numero omnes possint occurrere. Nunquid debet hæc ipsum impedimento esse ecclesiasticæ utilitati? nam et in hac ecclesia ad quam dignata est vestra sanctitas convenire, crebro ac pene per diem Dominicam ordinandos habemus: nunquidnam frequenter potero duodecim, vel decem, vel non multominus advocare episcopos; sed facile est mihi duos adjungere meæ parvitati vicinos: quapropter cernit me charitas vestra hoc insum observari non posse.

*Item de hoc ipso quod episcopi debeant adici, si de ordinatione ejus fuerit contradictum.*

*Concil. eodem, titulo 17.* Sed et illud est statuendum, ut quando ad eligendum episcopum convenimus, si qua contradictio fuerit oborta, quia talia tractata sunt apud nos, non præsumant ad purgandum eum qui ordinandus est tres, jam; sed postuletur ad numerum supradictorum si haberi possunt, unus, vel duo, et in eadem plebe cui ordinandus est, disutiantur primo personæ contradicentium; postremo etiam illa quæ obijciuntur, pertractentur; et cum purgatus fuerit, in conspectu publico ita demum ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis animo concordat, roboretur vestræ dignationis responsione. Ab universis episcopis dictum est: Satis placet.

*II. De ordinatione presbyteri, diaconi et cæterorum.*

*In canonibus Apost., tit. 2.* Presbyter ab uno episcopo ordinetur, et diaconus, et cæteri clerici.

*Ex decretis papæ Siricii, tit. 8.* Didicimus etiam, licenter ac libere inexplorata vitæ homines, quibus etiam fuerint numerosa conjugia, ad præfatas dignitates prout cuicumque libuerit aspirare, quod non tantum illis qui ad hæc immoderata ambitione perveniunt, quantum metropolitanis specialiter pontificibus imputamus, qui dum inhibitis ausibus conivent, Dei nostri, quantum in se est, præcepta contemunt, et ut taceamus quod altius suspicamus, ubi illud est quod Deus noster data per Moysen lege constituit dicens: Sacerdotes mei semel nubant; et alio loco: Sacerdotes uxorem virginem accipiant, non viduam, non repudiatam, non meretricem. Quod secutus Apostolus ex persecutore prædicator, unius uxoris virum, tam sacerdotem, quam diaconum fieri debere mandavit. Quæ omnia ita a vestrarum regionum despiciuntur episcopis, quasi in contrarium magis fuerint constituta. Et quia non est nobis de hujusmodi usurpationibus negligendum, ne nos indignantis Domini vox justa corripiat, qui dicit: Videbas furem, et concurrebas cum eo, et ponebas cum adulteris portionem tuam: quid ab universis Ecclesiis post hæc sequendum sit, quid vitandum generali pronuntiatione decernimus.

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 32.* Ita sane ut in eos tempora a majoribus constituta serventur, nec cito quilibet lector, cito acolytus, cito diaconus, cito sacerdos fiat; quia in minoribus officii, si diu perduraverint et vita eorum pariter et obsequia comprobantur, ut ad sacerdotium postea emensis stipendiorum meritis veniant, nec præcipiant quod vita probata meretur accipere. Quoniam ergo certa definitione monitum est, qui debeant admitti, qui vero reprobari: ex his omnibus quos vidit dignationa non posse reprobari, eligere debebis, quos clericos facias. Si enim nullam gratiam hominibus aut beneficium præstare velimus, tales invenire possu-

\* Est concilii Africani in antiquo codice Can. Eccl. Rom.

mus, de quorum assumptione, nec incurrere, nec A erubescere valeamus.

*Item de eorum conversatione qui ab infantia Deo se voverunt.*

*Ex decretis papæ Siricii, tit. 9.* Quicumque itaque se Ecclesiæ vovet obsequiis, a sua infantia ante pubertatis annos baptizari, et lectorum debet ministerio sociari: qui ab accessu adolescentiæ usque ad tricesimum ætatis annum, si probabiliter vixerit, una tantum et ea quam virginem communi per sacerdotem benedictione perceperit, uxore contentus; acolytus et subdiaconus esse debet; postque ad diaconi gradum, si se ipse primitus continentia præeunte dignum probaverit accedat: ubi si intra quinquæ annos laudabiliter administraverit, congrue presbyterium consequatur: exinde post decennium episcopalem cathedram poterit adipisci; si tamen per hæc tempora integritas vitæ ac fides ejus fuerit approbata.

*Item ex decretis papæ Zosimi, tit. 3.* Hæc autem singulis gradibus observanda sunt tempora.

Si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, et inter lectores usque ad vicesimam ætatis annum continuata observatione perdet; si major jam et grandævus accesserit: qui tamen post baptismum s alium se divini militiæ desiderat inicipari, sive inter lectores, sive inter exorcistas quinquennium teneatur; exinde acolytus vel subdiaconus quatuor annos et sic ad benedictionem diaconatus si meretur, accedat; in quo ordine quinque annis si inculpate se gesserit hæere debet: exinde suffragantibus stipendiis, per tot gradus datis propriæ fidei documentis presbyterii sacerdotium poterit promereri.

De quo loco si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit, summum pontificatum sperare debet, hac tamen lege servata, ut neque digamus, neque patiens ad hos gradus possit admitti; sane ut etiam defensores Ecclesiæ qui ex laicis fiunt supra dicta observatione teneantur; si meruerint e se in ordine clericatus.

*Item de grandævis.*

*Ex decretis papæ Siricii, titulo decimo.* Qui vero jam ætate grandævus melioris propositi conversatione probatus ex laico ad sacram militiam pervenire festinat, desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo quo baptizatur tempore, statim lectorum, aut exorcistarum numero societur: si tamen eum unam habuisse vel habere, et hæc virginem accepisse constet uxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud, acolytus et subdiaconus fiat, et sic ad diaconatum, si per hæc tempora dignus judicatus fuerit provehatur. Exinde jam accessu temporum presbyterium vel episcopatum, si eum clerici, ac plebis evocarit electio, non immerito sortietur.

<sup>a</sup> Patiens, Dionys. Exig. et Cod. Eccl. Rom.

<sup>b</sup> Provocatus, Dionys. Exig. et Cod. Eccl. Rom.

*Ex decret. papæ Celestini, tit. 16.* Ordinato vero quosdam, fratres charissimi, episcopos, qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tantæ dignitatis fastigium fuerint instituti, contra Patrum decreta, hujus usurpatione, qui se hoc recognoscit fecisse didicimus, cum ad episcopatum his gradibus quibus frequentissime cautum est, debeat perveniri, ut minoribus initiati officiis ad majora firmentur; debet enim ante esse discipulus quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere quod didicit. Omnis vitæ institutio hac ad id quo tenet se ratione confirmat. Qui minime litteris operam dederit, præceptor esse non potest litterarum. Qui non per singula stipendia creverit, ad emeritum stipendii ordinem non potest pervenire: solum sacerdotium, inter ista rogo, vilius est quod facilius tribuitur, cum difficilius impleatur?

### III. De monachorum promotione.

*Ex decretis papæ Siricii, tit. 13.* Monachos quoque, quos tamen inorum gravitas, et vitæ ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officiis adgregari, et optamus et volumus: ita ut qui intra tricesimum annum ætatis sunt in minoribus per gradus singulos crescente tempore promoveantur ordinibus, et sic ad diaconatus vel presbyterii insignia maturæ ætatis consecratione perveniant, nec salto ad episcopatus culmen ascendant, nisi in his eadem quæ singulis dignitatibus superius prædictis tempora fuerint custodita.

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 17.* De monachis qui diu morantes in monasteriis, postea ad clericatus ordinem pervenerunt, non debere eos a priori proposito deviare. Aut enim sicut in monasterio fuit, et quod diu servavit in meliori gradu positus amittere non debet, aut si corruptus, postea baptizatus, et in monasterio sedens, et ad clericatus ordinem accedere voluerit, uxorem omnino habere non poterit: quia nec beneficii cum sponsa potest jam ante corruptus. Quæ forma servatur in clericis; maxime cum vetus regula hoc habet et quisquis corruptus baptizatus clericus esse voluisset, sponderet se omnino uxorem non ducere.

*Ex decretis papæ Zosimi, tit. 1.* Zosimus episcopus urbis Romæ, Hesychio episcopo Salonitano. Exegit dilectio tua præceptum apostolicæ sedis, in quo Patrum decreta consentiunt; et significas nonnullos ex monachorum castro, quorum solitudo quavis frequentia major est, sed et laicos ad sacerdotium festinare. Hoc autem specialiter et sub prædecessoribus nostris et nuper a nobis interdictum constat litteris ad Gallias, Hispaniasque transmissis, in quibus regionibus familiaris est ista præsumptio, quamvis nec Africa super hæc admonitione nostra habeatur aliena, ne quis penitus contra Patrum præcepta qui ecclesiasticis disciplinis imbutus per ordinem non fuisset, et temporis approbatione divinis stipendiis cruditus, nequaquam ad summum clericatus

<sup>c</sup> Statim, addit Dionys. Exig.

sia sacerdotium aspirare præsumeret; et non solum in eo ambitio inefficax haberetur; verum etiam in ordinatore ejus, ut careret eo ordine, quem sine ordine contra præcepta Patrum crediderant præsumendum. *Et post paululum*: Si enim officia sæcularia principalem locum non vestibulum actionis ingressis, sed per plurimos gradus examinatis, temporibus deferunt: quis ille tam arrogans, tam imprudens invenitur, ut in cœlesti militia quæ penitus ponderanda est, et sicut aurum repetitis ignibus explorandum statim dux esse desiderat, cum tiro ante non fuerit, et prius velit docere quam discere? Assuescat in Domini castris in lectorum primitus gradu divini rudimenta servitii, nec illi villescit exorcistam, acolytum, subdiaconum, diaconum per ordinem fieri; nec hoc saltu, sed statutis majorum ordinatione temporibus. Jam vero ad presbyterii fastigium talis accedat, ut et nomen ætas impleat, et meritum probitatis stipendia antea testentur. Jure inde summi Pontificis locum sperare debet.

*Ex decretis papæ Gelasii, titul. 2 et 3 et 16.* Præcis igitur pro sui reverentia manentibus constitutis, quæ ubi nulla vel rerum, vel temporum perurget angustia, regulariter convenit custodire eatenus Ecclesiis, quæ vel cunctis sunt private ministris, vel sufficientibus usque adeo dispoliate servitiis, ut plebibus ad se pertinentibus divina munera supplere non valeant, tam instituendi quam promovendi clericali obsequii sic spatia dispensanda concedimus. Et si quis etiam de religioso proposito, et disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus accedat; imprimis ejus vita præteritis acta temporibus inquiratur: 1° Si nullo gravi factore probatur infectus; 2° Si secundam non habuit fortassis uxorem; 3° Nec a marito relictam sortitus ostenditur; 4° Si penitentiam publicam fortassis non gessit; 5° Nec ulla parte corporis vitiatum appareat; 6° Si servili aut originaariæ non est conditioni obnoxius; 7° Si curiæ jam probatur nexibus absolutus; 8° Si assecutus est litteras, sine quibus vix fortassis ostiarium possit implere. Ut si his omnibus quæ sunt prædicta fulcitur, continuo lector, vel notarius, aut certe defensor effectus, aut post tres menses existat acolytus. Maxime si huic ætas etiam suffragatur, sexto mense subdiaconi nomen accipiat, ac si modeste conversationis honesteque voluntatis existit nono mense diaconus, completo anno sit presbyter, cui tamen quod annorum fuerant interstitia collatura, sancti propiti sponte suscepta doceatur præstitis devotio.

*Ex decretis ejusdem, titul. 3.* Si vero de laicis quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto sollicitius in singulis quæ superius comprehensa sunt, hujusmodi deest examinare personam: quando inter mundanam religiosamque vitam constat esse d-

criminis, quia utique convenientia Ecclesiæ ministeria reparanda sunt, non inconvenientibus meritis generanda; tantoque magis quod sacris aptum possit esse servitiis, in eorum quaerendum est institutis; quantum de tempore quo fuerant hæc assequenda decerpitur, ut morum habere doceatur hoc prohibitas, quod prolixior consuetudo non contulit: ne per occasionem supplendis penuriis clericalis, vitia potius divinis cultibus intulisse judicemur, non legitimæ familiæ confutemur procurasse compendia: quorum promotionibus super anni metas, sex menses nihilominus subrogamus. Quoniam sicut dictum est, distare convenit inter personam divine cultui deditam, et de laicorum conversione venientem. Quæ tamen eatenus indulgentia credidimus, ut illis ecclesiis quibus infestatione bellorum vel nulla penitus, vel exigua remanserunt ministeria, renoventur. Quatenus his Deo propitio restituti in ecclesiasticis gradibus subrogandis, canonum paternorum vetus forma servetur, nec contra eos ulla ratione prævaleat, quod pro accedentis defectus remedio providetur; non adversus acuta majorum nova lege proponitur ceteris Ecclesiis ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas pristinam faciendi ordinationibus convenit tenere sententiam, quo magis hac opportunitate commoti observationem venerandorum canonum propensius delegamus, singulorum graduum conscientias admonentes, ne in illicitis prurumpere moliantur excessus. Nec fas esse censuat quisquam pontificum bigamos aut conjugia sortientes ab aliis derelicta, sive quolibet post penitentiam, vel sine litteris, vel corpore vitiatos, vel conditionatos, aut curiæ publicarumque rerum nexibus implicatos, aut passim nulla temporis congruentie examinatione discussos divinis servitiis applicare mysteriis; neque pro suo libito jura studentem alienam pervadere, absque sedis apostolicæ justa dispositione mandante.

*Item de hoc, titul. 16.* Illitteratos quoque, et nonnulla parte corporis imminutos, sine ullo respectu ad ecclesiasticum didicimus venire se vitium, quod simul antiqua traditio, et apostolicæ sedis vetus forma non recepit; quia nec litteris carens sacris esse potest aptus officiis, et vitiosum nihil Deo proptus offerri legalia præcepta sanxerunt. Itaque de cætero modis omnibus hæc vitentur, nec quinquam talis suscipiatur in clerum: si qui vero, vel temeritate propria, vel incuria præsideum tales ante suscepti sunt, in constitutis locis eatenus perseverent, ut nihil unquam promotionis arripiant, satisque habeant hoc ipsum sibi pro nimia miseratione permissum.

#### IV. Ut neophyti non ordinentur.

*Concl. Nicæno, tit. 2.* Quoniam plura aut per ne-

<sup>a</sup> *Impudens*, Dionys. Exig. et Cod. Can. Eccl. Rom.

<sup>b</sup> *Vile sit*, Dionys. Exig. et Cod. Eccl. Rom.

<sup>c</sup> *Officii*, Dionys. Exig.

<sup>d</sup> *Ostiarium possit implere ministerium*, Dionys. Exig. et Cod. Eccl. Rom.

<sup>a</sup> *Quantum*, Dionys. Exig. et Cod. Eccl. Rom.

<sup>b</sup> *Incredendi*, Dionys. Exig. et Cod. Eccl. Rom.

<sup>c</sup> *Communiti*, Dionys. Exig. et Cod. E. et. Rom.

<sup>d</sup> *Excusi libri habent in his quibus constituti sunt locis.*

cessitate, aut alias cogentibus hominibus adversus ecclesiasticam facta sunt regulam, ut homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, et instructos brevi tempore, mox ad lavacrum spirituale producerent, simulque ut baptizati sunt ad episcopatum, vel prosbyterium promoverent, optime placuit, nihil tale de reliquo fieri: nam et tempore opus est ei, qui catechizatur, et post baptismam probatione quam plurima; manifesta est enim apostolica scriptura, quæ dicit: Non neophytum ne in superbia elatus in iudicium incidat, et laqueum diaboli. Si vero processu temporis, aliquod delictum animæ circa personam reperiat huiusmodi, et a duobus, vel tribus testibus arguatur; a clero talis absteineat. Si quis autem præter hæc fecerit, quasi contra unagnum concilium se effrensus, ipse de clericatus honore periclitabitur.

*Concil. Laodicensi, tit. 3.* De his qui nuper sunt illuminati baptisate, quod eos in sacerdotali non conveniat ordine promoveri.

*Concil. Sardicensi, tit. 13.* Osius episcopus dixit: Et hoc necessarium arbitror, ut diligentissime tractetis: si forte aut dives, aut scholasticus de foro, aut ex administratione episcopus fuerit postulatus; ut non prius ordinetur, nisi et lectoris munere et officio diaconi, aut presbyteri fuerit perfunctus.

Ut per singulos gradus si dignus fuerit ascendat ad culmen episcopatus: potest enim per has promotiones quæ habebunt utique prolixum tempus, probari qua fide sit, qua modestia, qua gravitate, et verecundia, et si dignus fuerit probatus, divino sacerdotio illustretur; quia conveniens non est, nec ratio, nec disciplina patitur, ut temere, et leviter ordinetur aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est, maxime cum et magister gentium Apostolus, nec hoc fieret denuntiasset, et prohibuisse videatur; sed hi quorum per longum tempus examinata sit vita, et merita fuerint comprobata.

*Ex decret. papæ Leonis, tit. 33.* In civitatibus, quarum rectores obierint, de substituendis episcopis hæc forma servetur, ut is qui ordinandus est, etiamsi bonæ viæ testimonio fulciatur, non laicus, non neophytus, nec secundæ conjugis sit maritus, aut qui unam quidem habeat vel habuerit, sed quam sibi viduam copularit. Sacerdotum enim tam excellens est electio, ut hæc, quæ in aliis membris Ecclesiæ non vocantur ad culpam, in illis tamen habentur illicita.

V. Ut nihil aliud in sacrificium præter id quod Dominus statuit offeratur.

*In Canonibus Apostolorum, tit. 3.* Si quis episcopus, aut presbyter, præter ordinationem Domini, alia quæ tam in sacrificio offerat super altare, id est aut mel, aut lac, aut pro vino sicaram, aut confecta quædam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra constitutionem Domini faciens, congruo tempore deponatur.

\* Excusi, exhibe.

A *Concil. Carthaginensi, tit. 4.* Ut in sacramentis corporis et sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est panem et vinum, aqua mistum: primitiæ vero seu mel, et lac, quod uno die solemnissimo in infantum mysterio solet offerri, quamvis in altari offerantur, suam tamen habeant propriam benedictionem, ut a sacramento Dominici corporis, et sanguinis distinguantur; nec amplius in primitiis offeratur quam de uvis, et frumentis.

VI. Quæ species ad altare non ad sacrificium, sed ad benedictionem simplicem debeant offerri.

*In Canonibus Apostolorum, tit. 4.* Offerri non liceat aliquid ad altare præter novas spicas, et uvas, et oleum ad luminaria et thymiana, id est, incensuum, tempore quo sancta celebratur oblatio.

VII. Ut ea quæ in ecclesiis offerri non possunt, ad domos sacerdotum a fidelibus deferantur.

*Ubi supra, tit. 5.* Reliqua poma omnia, primitiæ, ad domum episcopi et presbyteris dirigantur, nec offerantur in altari. Certum est autem quod episcopus et presbyteri dividant et diaconis et reliquis clericis.

VIII. Ut episcopus aut presbyter uxorem suam quam debet caste regere, non relinquat.

*In Canonibus Apostolorum, tit. 6.* Epis opus aut presbyter uxorem propriam nequaquam sub obtentu religionis abiciat. Si vero rejecerit, excommunicatur; sed si perseveraverit, dejiciatur.

C IX. Ut sacerdotes et ministri altaris secularibus curis absteineant.

*Ubi supra, tit. 7.* Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, nequaquam sæculares curas assumant; sin aliter, dejiciantur.

X. Quo tempore Pascha celebretur.

*Ubi supra, tit. 8.* Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus sanctum Paschæ diem ante vernale æquinotium cum Judæis celebraverit, abiciatur.

*Concilio Antiocheno, tit. 4.* Omnes qui ausi fuerint dissolvere definitionem sancti et magni concilii, quod apud Nicæam congregatum est sub præsentia piissimi et venerandi principis Constantini, de salutifera sollemnitate sacratissimæ Paschæ, excommunicandos et de Ecclesia pellendos esse censuimus: si tamen contentiosius adversus ea quæ bene sunt decreta præstiterint et hæc quidem de laicis dicta sint. Si quis autem eorum qui præcesso noscuntur Ecclesiæ, aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus, post hanc definitionem tentaverit ad subversionem populi, Ecclesiarumque perturbationem, seorsum colligere et cum Judæis Pascha celebrare: sancta synodus hunc alienum jam hinc ab Ecclesia judicavit; quod non solum sibi, sed et plurimis causa corruptionis et perturbationis exstiterit; nec solum tales a ministerio removet; sed etiam illos qui post damnationem huiusmodi communicare tentaverint: dam-

natus autem omni quoque extrinsecus honore privari, quem sancta regala et sacerdotium Dei promeruit.

**XI. Quod ministri altaris, oblatione celebrata, debeant communicare.**

*In Canonibus Apostolorum, tit. 9.* Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex sacerdotali catalogo, facta oblatione, non communicaverit; aut causam dicat, ut si rationabilis fuerit, veniam consequatur; aut si non dixerit, communione privetur, tanquam qui populo causa læsionis existerit, dans suspicionem de eo qui sacrificaverit quod recte non obtulit.

**XII. Quod fideles laici ingredientes ecclesiam communicare debeant.**

*Ubi supra, tit. 10.* Omnes fideles qui ingrediuntur Ecclesiam, et Scripturas audiunt, non autem perseverant in oratione, nec sanctam communionem percipiunt, velut inquietudines Ecclesiæ commoventes, convenit communione privari.

*Concil. Antiocheno, tit. 2.* Omnes qui ingrediuntur Ecclesiam Dei, et Scripturas sacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, sed pro quadam intemperie se a perceptione sanctæ communionis avertunt, ii de Ecclesia removeantur quandiu per confessionem penitentiae fructus ostendant, et precibus indulgentiam consequantur; cum excommunicatis autem non licere communicare; nec cum his qui per domos conveniunt, devitantes orationes Ecclesiæ, simul orandum est; ab alia quoque Ecclesia non suscipiendum qui in alia minime congregatur: si quis autem de episcopis, aut presbyteris, aut diaconis, seu quilibet ex clero, deprehensus fuerit cum excommunicatis orare, etiam iste privetur communione, tanquam qui regulam confundat Ecclesiæ.

**XIII. Quod cum excommunicatis non sit orandum.**

*In Canonibus Apost., titul. 11.* Si quis cum excommunicato saltem in domo simul oraverit, iste communione privetur.

*Concil. Nicæno, titul. 5.* De his qui communione privantur, seu ex clero, seu ex laicorum ordine, ab episcopis per unamquamque provinciam, sententia regularis obtineat, ut hi qui abjiciuntur, ab aliis non recipiantur: requiratur autem ne pusillanimitate aut contentione, vel alio quolibet episcopi vitio videatur a congregatione seclusus.

*Concil. Antioch., titul. 6.* Si quis a proprio episcopo communione privatus est, non ante suscipiatur ab aliis quam suo reconcilietur episcopo, aut certe ad synodum quæ congregatur occurrerit, pro se satisfaciat, et persuadens concilio sententiam suscipiat alteram: hæc autem definitio maneat circa laicos, et presbyteros, et diaconos, omnesque qui sub regula esse monstrantur.

**XIV. Quod cum damnatis clericis non sit orandum.**

*In Canonibus Apostolorum, tit. 12.* Si quis cum damnato clerico veluti cum clerico simul oraverit, iste damnetur.

*Concil. Antiochensi, tit. 4.* Si quis episcopus damnatus a synodo, vel presbyter aut diaconus a suo episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, sive episcopus, juxta præcedentem consuetudinem, sive presbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis; sed et communicantes ei omnes abjici de Ecclesia, et maxime si posteaquam didicerint adversus memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare tentaverint.

*Concil. Carthag., titul. 9.* Augustinus episcopus legatus provincie Numidiæ dixit: Hoc statuere dignemini, ut si qui forte merito facinorum suorum ab Ecclesia pulsati sunt, et sive ab aliquo episcopo vel presbytero fuerint in communionem suscepti, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugiente sui episcopi regulare iudicium. Ab universis episcopis dictum est: Omnibus placet.

**XV. Ut nullus fidelium præter commendatitias suscipiatur epistolæ.**

*In Canonibus Apostolorum, tit. 13.* Si quis clericus aut laicus a communione suspensus, seu communicans, ad alteram properet civitatem, et suscipiatur præter commendatitias epistolæ; et qui suscipiunt, et qui susceptus est communione priventur. Excommunicato vero proteletur ipsa correptio, tanquam qui mentitus Ecclesiam Dei seduxerit.

*Concil. Antioch., titul. 7 et 8.* Nullus peregrinorum sine pacificis, id est, commendatitiis suscipiatur epistolæ; presbyteri qui sunt in agris, canonicas epistolæ dare non possunt, ad solos tantum vicinos episcopos litteras destinabunt: chorepiscopi autem qui sunt irreprehensibiles dare possunt pacificas, id est, generales epistolæ.

**XVI. Ut ab episcopis aliena parochia non pervadatur.**

*In Canonibus Apostolorum, tit. 14.* Episcopo non licere alienam parochiam, propria relicta, pervadere, licet cogatur a plurimis, nisi forte quis cum rationabili causa compellat, tanquam qui possit ibidem constitutus plus lucri conferre, et in causa religionis aliquid profecto prospicere; et hoc non a semetipso pertinet, sed multorum episcoporum iudicio et maxima supplicatione perficiat.

*Concil. Antiocheno, tit. 21.* Episcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, nec sponte sua prorsus insiliens, nec vi coactus a populis, nec ab episcopis necessitate compulsus; maneat autem in Ecclesia quam primitus a Domino sortitus est, nec inde transmigret secundum pristinum de hac terminum constitutum.

*Concil. Calchedonensi, tit. 5.* De his qui transmigrant de civitate in civitatem, episcopis aut clericis, placuit ut canones qui de hac re a sanctis Patribus statuti sunt habeant propriam firmitatem.

**XVII. Ut clerici proprias ecclesias non relinquunt.**

*In Canonibus Apostolorum, tit. 15.* Si quis presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum, relinquens propriam parochiam, pergat ad

alienam, et omnino demigrans præter episcopi sui conscientiam in aliena parochia commoretur, hunc ulterius ministrare non patimur, præcipue si vocatus ab episcopo redire contempserit in sua inquietudine perseverans; verumtamen tanquam laicus, ubique communicet.

*Concil. Nicæno, tit. 15.* Propter multam perturbationem et seditiones quæ fiunt, placuit consuetudinem penitus amputari, quæ præter regulam in quibus iam partibus videtur admissa. Ita ut de civitate ad civitatem, non episcopus, non presbyter, non diaconus transferatur; si quis autem post definitionem sancti et magni concilii tale aliquid agere tentaverit, et se hujusmodi negotio manciparit, hoc factum prorsus irritum dicatur, et restituatur ecclesie cui fuit episcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus.

*Concilio Nicæno, tit. 16.* Quicumque temere ac periculose, neque timorem Dei præ oculis habentes, nec agnoscentes ecclesiasticam regulam, discedunt ab Ecclesia, episcopi, presbyteri, aut diaconi, vel quicumque sub regula prorsus existunt, ii nequaquam debent in aliam Ecclesiam recipi, sed omnem necessitatem convenit illis imponi, ut ad suas Ecclesias revertantur: quod si non fecerunt, oportet eos communione privari. Si quis autem ad alium pertinentem audacter invadere, et in sua Ecclesia ordinare tentaverit non consentiente episcopo a quo discessit is qui regulæ mancipatur, ordinatio hujusmodi irrita comprobatur.

*Concil. Chalcedon., tit. 20.* Clericos in Ecclesia ministrantes, sicut jam constituimus, in alterius civitatis Ecclesia statutos fieri non oportet, sed contentos esse in quibus ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis qui, proprias amittentes provincias, ex necessitate ad aliam Ecclesiam transierunt. Si quis autem episcopus post hanc definitionem susceperit clericum ad alium episcopum pertinentem, placuit et susceptum et suscipientem communione privari, donec is qui migraverat clericus ad propriam fuerit regressus Ecclesiam.

*Concil. Antiocheno, tit. 3.* Si quis presbyter, aut diaconus, et omnino quilibet ex clericis, parochiam propriam deserens ad aliam properaverit, dein omnino demigrans in alia parochia per multa tempora nititur immorari ulterius, ibidem non ministret, maxime si vocanti suo episcopo, et regredi ad propriam parochiam commoventi obedire contempserit: quod si in hac indisciplinatio perdurat, a ministerio modis omnibus removeatur, ita ut nequaquam locum restitutionis inveniat. Si vero pro hac causa damnatum alter episcopus suscipiat, hic etiam a communi coerceatur synodo, veluti qui ecclesiastica constituta dissolvat.

*Ex decret. papæ Leonis, tit. 38.* Si quis autem episcopus civitatis suæ mediocritate despecta administrationem loci celebrioris ambiderit, et ad majorem se plebem quacunque ratione transtulerit, a cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit et propria,

ut nec illis præsideat, quos per avaritiam cupivit, nec illis quos per superbiam sprevit. Suis igitur terminis quisque contentus sit, nec supra mensuram juris sui afflectet augeri.

*Ex decretis papæ Gelasii, tit. 23.* Quisquis propriae desertor Ecclesie nullis existentibus causis ad aliam putaverit transeundum, temereque susceptus fuerit, et promotus, reverendorum canonum, vel ipse, vel receptor ejus atque provector, constituta non fugiet, quæ de hujusmodi præsumptoribus præfixere reservanda.

*Concil. Carthag., tit. 21.* Epigonius episcopus dixit: In multis conciliis statutum est, etiam nunc hoc confirmandum est a vestra prudentia, beatissimi fratres, ut clericum alienum nullus sibi præcipiat episcopus præter ejus arbitrium cujus fuerit clericus. Dico autem Julianum qui ingratus est Dei beneficiis per meam parvitatem in se collatis, ita temerarium, et audacem exstitisse, ut eum qui a me baptizatus est, cum esset puer egentissimus mihi ab eodem commendatus, cumque multis annis a me aleretur, atque increceret, hunc baptizatum esse in ecclesia mea per manum parvitatatis meæ constat; idem in diocesi Apaliensi lector esse cœperat, imo annis ferme duobus legerat, nescio quo contemptu humilitatis meæ: idem Julianus eum arripuit, quem dicit quasi proprium civem sui loci Vazapitani me inconsulto usurpare: nam et diaconum illum ordinavit. Hoc si licet, pateat hæc licentia a vobis, beatissimi fratres, si minus tam impudens cohibeatur, ne se misceat communioni cujusquam.

Numidius episcopus dixit: Si non postulata, neque consultâ tua dignatione id videtur fecisse Julianus, judicant omnes inique factum, atque indigne; quapropter nisi idem Julianus correxerit errorem suum, et cum satisfactione eundem clericum quem fuerat ausus ordinare revocaverit tux plebi, contra statuta concilii faciens, contumaciæ suæ, separatus a nobis, excipiet judicium.

Epigonius episcopus dixit: Ætate pater, et ipsa promotione antiquissimus, vir laudabilis frater et collega noster Victor vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

*Concil. Carthag., tit. 22.* Aurelius episcopus dixit: Sermone meum admittite, fratres. Contingit nunquam, ut postulentur ab ecclesiis quæ præpositis egent, vel presbyteris, vel episcopis, et tamen memor statutorum id sequor, ut conveniam episcopum ejus, atque ei inculcem, quod ejus clericus a qualibet ecclesia postuletur; sed forte in hodierno non reluctati sunt, et nequando contingat ut reluctentur, cum fuerint a me in hanc causam postulati, quem scitis multarum ecclesiarum et ordinandorum curam sustinere. Justum est ergo ut quemlibet consacerdotum conveniamus cum duobus e consortio nostro, vel tribus testibus; sin vero indevotus exstiterit, quid censet charitas vestra faciendum? ego enim cunctarum ecclesiarum dignatione Dei, ut scitis, fratres, sollicitudinem sustineo.

Numidius episcopus dixit: Fuit semper hæc licentia huic sedi, ut unde vellet, et de cuius nomine fuisset conventus, pro desiderio cujusque ecclesie ordinaret episcopum.

Epigonius episcopus dixit: Bonitas sequestrat possibilitatem, minus enim præsumis, frater, cum te bonum et clementem omnibus reddis, habes enim hoc in arbitrio. Satis est ut satisfiat personæ uniuscujusque episcopi in prima tantummodo conventionem: si autem quod licet huic sedi vindicandum sibi fuerit arbitratus, necesse habes tu omnes ecclesias sufficere, unde tibi non potestatem damus, sed tuam assignamus, ut liceat voluntati tuæ, etiam semper tenere quem voles, ut præpositos plebibus vel ecclesiis constituas, qui postulati fuerint, et unde voles.

Postumianus episcopus dixit: Deinde qui unum habuerit, nunquid debet illi unus presbyter auferri? Aurelius episcopus dixit: Sed episcopus unus esse potest per quem dignatione divina presbyteri multi constitui possint, unus autem episcopus difficile invenitur constituendus: quapropter si necessarium episcopatu quis habuerit presbyterum, et unum, ut dixisti, frater, habuerit, etiam ipsum ad promotionem dare debet. Postumianus episcopus dixit: Ergo si habet alios abundantes clericos, debet inibi alia plebs subvenire.

Aurelius episcopus dixit: Sane quando tu ecclesie alteri subveneris, persuadetur illi qui plures habet clericos, ut unum tibi ordinandum largiatur.

**XVIII. Ut episcopus qui clericos aliter susceperit communionem privetur.**

In canonibus Apostolorum, tit. 16. Episcopus apud quem demoratos clericos alterius esse constitert, si contra eos decretam cessationem pro nihilo reputans, tanquam clericos forte susceperit, velut magister iniquitatis, communionem privetur.

Concil. Sardicens., tit. 16. Osius episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placet, ut sive diaconus, sive presbyter, sive quis clericorum, ab episcopo suo communionem fuerit privatus, et ad alterum perrexerit episcopum, et scierit ad quem confugit eum ab episcopo suo fuisse abjectum, non oportet ut ei communionem indulget; quod si fecerit, sciat se convocatis episcopis causas esse dicturum. Universi dixerunt: Hoc statutum et pacem servabit, et concordiam custodiet.

Concil. suprascripto, tit. 17. Osius episcopus dixit: Quod me adhuc movet retinere non debeo; si episcopus forte quis iracundus, quod esse non debet, et aspere commovetur adversum presbyterum, sive diaconum suum, et exterminare eum de Ecclesia voluerit, providendum est ne innocens damnetur, aut perdat communionem, et ideo habeat potestatem qui abjectus est ut episcopos finitimos interpellat, et causa ejus audiatur, ac diligentius tractetur, quia non

oportet ei negare audientiam roganti; et ille episcopus qui eum juste aut injuste abjecit, patienter accipiat, ut negotium discutiatur, ut vel probetur sententia ejus a plurimis, vel emendetur; tamen priusquam omnia diligenter, et fideliter examinentur, eum qui fuerit communionem separatus ante cognitionem nullus debet præsumere ut eum communionem societ. Hi vero qui conveniunt ad audiendum, si viderint clericorum esse studium, et superbiam, quia non decet ut episcopus injuriam vel contumeliam patiat; sævioribus eos verbis castigent, ut obediant honesta præcipienti episcopo, quia sicut ille clericis sincerum debet exhibere amorem charitatis, ita quoque vicissimi ministri infucata debent episcopo suo exhibere obsequia.

**B** Ex decretis papæ Innocentii, tit. 14. Ut de aliena ecclesia clericum ordinare nullus usurpet, nisi ejus episcopi precibus exhortatus concedere voluerit; hoc etiam synodus statuit Nicæna, ut abjectum ab altero clericum, altera ecclesia non recipiat.

Ex decretis papæ Leonis, tit. 59. Alienum clericum invito episcopo ipsius nemo suscipiat, nemo sollicitet, nisi forte ex placito charitatis: id interdantem accipientemque conveniat: nam gravis injuriæ reus est, qui de fratris ecclesia id quod est utilius, aut pretiosius, audet vel abjicere, vel tenere: itaque si intra provinciam res agitur, transfugam clericum ad ecclesiam suam metropolitano compellet. Si autem longius recessit, tui præcepti auctoritate revocabitur, ut nec cupiditati, nec ambitioni, occasio relinquatur.

**XIX. Ut digami non admittantur ad clerum.**

In Canonibus Apostolorum, tit. 17. Si quis post baptismum secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse episcopus, non presbyter, non diaconus, aut prorsus ex numero eorum qui ministerio sacro deserviunt.

Concil. Laodic., tit. 1. De his qui secundum ecclesiasticam regulam libere, ac legitime secundis nuptiis juncti sunt, nec occulte nuptiarum copulam fecerunt, oportet ut parvo tempore transacto vacent orationibus, et jejuniis, quibus etiam juxta indulgentiam communionem reddi decrevimus.

**D** Ex decretis papæ Siricii, tit. 11. Quisquis sane clericus aut viduam, aut certe secundam conjugem duxerit, omni ecclesiasticæ dignitatis privilegio mox nudetur, laica tantum sibi communionem concessa; quam ita demum poterit possidere, si nihil postea propter quod hanc perdat, admittat.

Ex decretis papæ Innocentii, tit. 11, 12 et 13. Ut viduam clericus non ducat uxorem, quia scriptum est: Sacerdotes uxorem virginem accipiant, non viduam, non ejectam. Utique qui ad sacerdotium labore suo et vitæ probitate contendit, cavere debet ne hoc præjudicio impeditus pervenire non possit.

Ut is qui viduam licet laicus duxit uxorem, sive

\* In Codice Dionys. Exlg., pag. 113, memoratos, sed perperam.

ante baptismum, sive post baptismum, non admittatur ad clerum, quia eodem vitio videtur exclusus. In baptismo enim crimina dimittuntur, non acceptæ uxoris consortium relaxatur. Ne is qui secundam duxerit uxorem clericus fiat, quia scriptum est: Unius uxoris virum, et alibi: Sacerdotes mei semel nubant; et iterum: Sacerdotes mei non nubant amplius; ac ne ab aliquibus existimetur ante baptismum, si forte quis accepit uxorem, et ea de sæculo recedente alteram duxerit, in baptismo esse dimissum, satis errat a regula, quia in baptismo peccata dimittuntur, non acceptarum uxorum numerus aboletur, cum utique uxor ex legis præcepto ducatur in tantum, ut et in paradiso, cum parentes humani generis conjungerentur, ab ipso sint Deo benedicti; et Salomon dicat: A Deo præparabitur viro uxor, quam formam etiam sacerdotes omnes servare usus ipse demonstrat Ecclesiæ. Satis enim absurdum est aliquem credere uxorem ante baptismum acceptam, post baptismum non computari, cum benedictio, quæ per sacerdotes super nubentes imponitur, non materiam delinquendi dedisse, sed formam tenuisse legis a Deo antiquitus institutæ doceatur. Quod si non putatur uxor esse computanda, quæ ante baptismum ducta est; ergo nec filii qui ante baptismum geniti sunt pro filiis habentur.

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 29.* De digamis autem nec consuli debuit, cum manifesta sit lectio Apostoli, unius uxoris virum ad sacerdotium, sive ad clericatum admitti debere, et hanc ipsam tamen si virginem accepit: nam ea quæ habuerit ante virum, licet defunctus, tamen si clerico postea fuerit copulata, clericus qui eam accepit esse non poterit, quia in lege cautum est non viduam, non abjectam habere posse conjugem sacerdotem.

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 2.* Qualis vero cum unicuique constiterit natalium honestas et morum esse debeat sacri altaris ministerio sociandus, et Apostolo nos docente, et divina præceptione didicimus, et canonum regulis, a quibus plerosque fratrum declinasse, et penitus deviasse reperimus. Nam constat ad sacerdotium pervenisse viduarum maritos, quosdam etiam quibus fuerint numerosa conjugia, et ad omnem licentiam vita liberior, ad sacrum ordinem passim patefactis aditibus fuisse permisso; contra illam beati Apostoli vocem, qua talibus exclamat dicens: Unius uxoris virum; et contra illud antiquæ legis præceptum quo dicitur et cavetur: Sacerdos virginem uxorem accipiat, non viduam, non repudiatam. Illos ergo, quicumque tales admissi sunt, ab ecclesiasticis officiis et sacerdotali nomine apostolicæ sedis auctoritate jubemus arceri; nec hoc enim sibi poterunt vindicare cujus capaces per hoc quod illis obstiterat non fuerunt. Hujus discussionis curam nobis specialiter vindicantes, ut si qua forsitan de his commissa sunt, corrigantur, nec liceat ultra committi, et ne qua excusatio de ignorantione

nascatur: quanquam ignorare nunquam licuerit sacerdotem quid canonum regulis fuerit definitum.

**XX.** *Quod si quis viduam, vel ejectam, aut meretricem, acceperit, non admittitur in clerum.*

*In Canonibus Apostol., tit. 18.* Si quis viduam vel ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de his quæ publicis spectaculis mancipantur, non potest esse episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex numero qui ministerio sacro deserviunt.

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 30.* De laicis vero religio tua consuluit quod canones ordinari prohibeant: certum est quidem hoc regulas ecclesiasticas continere, sed non ita definitum est, ut de omnibus sit laicis constitutum: neque enim clerici nasci et non fieri possunt, sed designata sunt genera de quibus ad clericatum pervenire non possunt, id est, si quis fidelis militaverit, si quis fidelis causas egerit, hoc est, postulaverit, si quis fidelis administraverit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam etsi inveniantur hujusmodi viri qui debeant clerici fieri, tamen quoniam sæpius ad curiam repetuntur, cavendum ab his est propter tribulationem quæ sæpe de his Ecclesiæ provenit.

*Cujus sup., tit. 51.* Eos qui viduas accepisse suggerunt uxores, non solum clericos effectos agnovi, verum etiam ad infulas summi sacerdotii pervenisse, quod contra legis esse præcepta nullus ignorat. Nam cum Moyses legislator clamitet: Sacerdos uxorem virginem accipiat, ac, ne in hoc præceptum aliquid putaretur ambiguum, addidit: Non viduam, neque abjectam, contra quod præceptum divina auctoritate subnixum nulla defensio mandati alterius opponitur, nisi consuetudo vestra, quæ (ut ipsi fatemini) ex ignorantia, ut verecundius dicam, non ex apostolica traditione et ratione integra constitutum est, nos autem omnesque per Orientem Occidentemque Ecclesias noverit vestra dilectio hæc penitus non admittere, nec ad ultimum ecclesiastici ordinis locum tales assumere, et, si reperti fuerint, submoveri.

**XXI.** *Ut qui duas sorores habuerit non admittatur ad clerum.*

*In Canonibus Apostolorum, tit. 19.* Qui duas in conjugio sorores acceperit, vel filiam fratris, clericus esse non poterit.

**XXII.** *Clericum fidejussorem esse non oportere.*

*In Canonibus Apostolorum, tit. 20.* Clericus fidejussionibus inserviens abjiciatur.

**XXIII.** *Quod hi qui non sponte eunuchizati sunt, suscipiantur ad clerum.*

*In Canonibus Apostol., tit. 21.* Eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione ejus sunt amputata virilia, vel si ita natus est, et est dignus, efficiatur episcopus.

*Concil. Nicæno, tit. 4.* Si quis a medicis per languorem desectus est, aut a barbaris abscissus, hic in clero permaneat. Si quis autem se sanum abscidit, hunc et in clero constitutum abstinere conve-

\* In Editis, constituta.



niet, et deinceps nullum debere talium promoveri, A sicut autem hoc claret quod de his qui rem hanc affectant, vel audent semetipsos abscidere dictum sit, sic eos quos aut barbari aut domini castraverunt, inveniantur autem alias dignissimi, tales ad clerum suscipi regula.

**XXIV. Ut is qui se eunuchizavit clericus non fiat.**

In *Canonibus Apostolorum*, tit. 22. Si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputaverit sibi virilia, non fiat clericus, quia suus homicida est, et Dei conditionis inimicus.

**XXV. Ut clericus qui se eunuchizavit abjiciatur a clero.**

*Eorundem* tit. 23. Si quis, cum clericus fuerit abs- B ciderit semetipsum, omnino damnetur, quia \* suis est homicida.

*Ex decretis papæ Gelasii*, tit. 17. De his autem qui semetipsos absciderunt paterni cauones evidenter sequenda posuerunt, quorum tenorem sufficit indidisse; dicunt enim talia perpetrantes mox ut agniti fuerint, ex munere clericali debere secludi; quod modis omnibus custodire nos convenit, quia fas esse nulli suppeditat, præter illa quidquam quæ memorabilis laicis forma censere.

**XXVI. Ut laicus qui se eunuchizavit tribus annis communione privetur.**

In *Canonibus Apostolorum*, tit. 24. Laicus semetipsum abscidens annis tribus communione priver- tur, quia suæ vitæ insidiator exstitit.

**XXVII. Ut episcopus, presbyter, diaconus, si pro cri- C minibus damnati fuerint, minime communione priverentur. Similiter et reliqui Ecclesiæ ministri.**

In *Canonibus Apostolorum*, tit. 25. Episcopus, aut pre-byter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut per- jurio, aut furto, captus est, deponatur, non tamen communione priveretur; dicit enim Scriptura: Non vindicabit Dominus his in idipsum.

*Ibid.*, tit. 26. Similiter et reliqui clerici huic conditioni subjaceant.

*Ex decret. papæ Syricii ad Himmerium episcopum Taraconensem*, tit. 7. Plurimos enim sacerdotes Christi atque levitas, post longa consecrationis suæ tempora, tam de conjugibus propriis, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, et crimen suum hac præscriptione defendere, quia in Veteri Testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat nunc mihi quisquis ille est sectator libidinum præceptorque vitiorum, si aestimat, si in lege Moysi passim sacris ordinibus a Deo nostro laxata sunt frena luxuriæ, cur eos qui- bus committebantur sancta sanctorum præmonet dicens: Sancti estote, quia et ego sanctus sum Dominus Deus vester? Cur etiam procul a suis do- mibus anno vicis suæ in templo habitare jussi sunt sacerdotes: hac videlicet ratione, ne vel cum uxori- bus possent carnale exercere commercium, ut

conscientiæ integritate fulgentes acceptabile Deo munus offerreat, quibus expleto deservitionis suæ tempore, uxoris unius solius successionis causa usus fuerat relaxatus, quia non ex alia nisi ex tribu Levi, quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti: unde et Dominus Jesus cum nos suo il- ustraret adventu in Evangelio protestatur quia legem venerit adimplere, non solvere: et ideo Eccle- siam, cujus sponsus est forma castitatis, voluit splen- doribus radiare, ut in die judicii, cum rursus adve- nerit, sine macula et ruga eam possit, sicut per Apostolum suum instituit, reperire: quarum sanc- tionum omnes sacerdotes atque Levitæ insolubili lege constringimur, ut a die ordinationis nostræ sobrietati, ac pudicitiae, et corda nostra mancipemus, et corpora, dammodo per omnia Deo nostro in his quæ quotidie offerimus sacrificiis placeamus: qui autem in carne sunt, dicente electionis Vase, Deo placere non possunt; vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu; si tamen Spiritus Dei habitat in vobis, et ubi poterit nisi in corporibus (sicut le- gimus) sanctis Dei Spiritus habitare; et quia ali- quanti de quibus loquimur, ut tua sanctitas retulit, ignoratione lapsos esse se dedent, his hac condi- tione misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento in hoc quod detenti sunt quandiu vixerint officio perseverent, si tamen post hæc continentes se studuerint exhibere. Ii vero qui illiciti privilegii excusatione nituntur, ut sibi asse- runt veteri hoc lege concessum, noverint se ab om- ni ecclesiastico honore quo indigne usi sunt apostolice sedis auctoritate dejectos; nec unquam posse veneranda atrectare mysteria, a quibus seipsi dum obscenis cupiditatibus inhiant privaverunt. Et quia exempla præsentia caveri nos præmonent in futu- rum, quilibet episcopus, presbyter atque diaconus (quod non optamus), si deinceps fuerit talis inven- tus, jam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ adi- tum intelligat obseratum, quia ferro necesse est excidantur vulnera quæ fomentorum non senserint medicinam.

*Ex decretis papæ Innocentii Victricio episcopo Rothomagensi*, tit. 21. Proposuisti quid de his obser- vari debeat, quos in diaconii ministerio, aut in offi- cio presbyterii, positos incontinentes esse, aut fuisse, generati filii prodiderunt. De his et divinarum legum est disciplina, et beatæ recordationis viri Syricii episcopi monita evidentia commemorant, ut incontin- entes in officiis talibus positi omni honore eccle- siastico privarentur, nec admittantur ad tale myste- rium, quod sola continentia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacræ legis auctoritas, jam inde ab initio custodita, quod in templo anno vicis- situdinis suæ habitare præcepti sunt sacerdotes, ut servientes sacris oblationibus puros, et ab omni labe purgatos sibi vindicent divina mysteria; neque eos ad sacrificium fas sit admitti, qui exercent vel

\* C. Th., suus est homicida.

cum uxore carnale consortium, quia scriptum est : **A** Sancti estote, quia et ego sanctus sum Dominus Deus vester. Quibus utique propter sobolis successionem propterea utoris usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere. Quanto magis ii sacerdotes, vel Levitæ, pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit dies qua vel a sacrificiis divinis, vel a baptismatis officio vacent? Nam si Paulus ad Corinthios scribit dicens: Abstinete vos ad tempus ut vacetis orationi, et hoc utique laicis præcepit, multo magis sacerdotes, quibus orandi et sacrificandi iuge officium est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere. Qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudora vel sacrificare usurpabit, aut qua consentia, quoque merito, exauferi se credit, cum dictum sit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum. Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est: Unius uxoris virum, non permanentem in concupiscentia generandi hoc dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non amisit, qui ait: Vellem autem omnes esse sicut et ego, et apertius declarat dicens: Qui autem in carne sunt Deo placere non possunt; et habentem filios, non generantem dixit. Sed ea plane dispar et divisa sententia est: nam si ad aliquos fornia illa ecclesiasticæ vitæ pariter, et disciplinæ, quæ ab episcopo Syricio ad provincias commovevit, non probabitur pervenisse; his ignorantibus venia remittetur. Ita ut de cætero penitus incipiant abstinere, et ita gradus suos in quibus inventi fuerint, sic retinent, ut eis non liceat ad potiora conscendere. Quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum quem retinent non amittant. Si quis autem scit se formam vivendi missam a Syricio comperisse, neque statim cupiditates libidinis abjecisse, et illi sunt motus omnibus submovendi, qui post admonitionem cognitam præponendam arbitrati sunt voluptatem.

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 33.* Qui zelo fidei ac disciplinæ ductus non patitur Ecclesiam pollui ab indignis presbyterum filios asserit procreasse. Quod non licere exponerem, nisi nossem vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres charissimi, libelli qui subjectus est tenore perspecto, eos qui talia perpetrasse dicuntur, iubebitis in medio collocari, discussisque objectionibus quæ ipsis presbyteris impinguntur, si convinci potuerint, a sacerdotali removeantur officio, quia qui sancti non sunt sancta tentare non possunt, atque alieni efficiantur a ministerio, quod vivendo illicite polluerunt. Miramur autem hæc eorum dissimulare episcopos, aut connivere, aut nescire esse illicita iudicentur.

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 16.* Alienum est a consuetudine ecclesiastica ut qui in presbyterali

honore, aut diaconii, fuerint gradu consecrati ii pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant penitendi; quod sine dubio ex apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est: Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro illo? Unde huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei est expectanda secessio, ubi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

*Ex decretis papæ Gelasii, tit. 48.* Comperimus etiam horrendis quibusdam criminibus implicatos, tota discretionem submota, non solum de factis atrocibus necessariam penitentiam non habere, sed nec aliqua correctione penitus succedente ad divinum ministerium honoremque contendere: nonnullos autem in ipsis ordinibus constitutos gravibus delinquentes facinoribus non repelli, cum et Apostolus clamet nemini cito manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis, et majorum veneranda constituta pronuntiant, huiusmodi etiam si forte subreperint, tam qui ante peccaverunt, detectos oportere depelli, quam sacræ professionis oblitos prævaricatoresque sancti propositi procul dubio submovendos.

*Concilium Carthag., tit. 27.* Item confirmatum est ut si quando presbyteri vel diaconi in aliqua graviore culpa convicti fuerint, qualiter eos a ministerio necesse sit removeri: non eis manus tanquam penitentibus, vel tanquam fidelibus laicis, imponantur, neque permittendum ut rebaptizati ad clericatum gradum promoveantur.

### XXVIII. Qui clerici debeant conjugibus copulari.

*In Canonibus Apostolorum, tit. 27.* Innuptis autem qui ad clerum proventi sunt præcipimus, ut, si voluerint uxores accipiant, sed lectores, cantoresque tantummodo.

*Concilium Carthag., tit. 16.* Item placuit ut episcopi, presbyteri et diaconi non sint conductores, aut procuratores, neque ullo turpi negotio et inhonesto victu quærant implicari, quia respicere debent scriptum esse: Nullus militans Deo implicat se negotiis sæcularibus. Placuit ut lectores, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri. Item placuit ut clericus si commutaverit pecuniam, eandem accipiat, si speciem, eandem speciem quantum dederit accipiat; et ut ante xxv annos ætatis nec diaconi ordinentur; et ut lectores populum non saluent.

### XXIX. Quod episcopus, presbyter et diaconus, peccantes fideles verberare non debeant.

*In Canonibus Apostolorum, tit. 28.* Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutiente non fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, et per huiusmodi volentem timere, deieci ab officio suo præcipimus, quia nusquam nos hoc Dominus docuit; e contrario vero ipse cum percuteretur non repercutiebat, cum pateretur, non comminabatur.

\* Dionysius Exiguus et Colex Th. interpretant: Cum maledi: chatur, non maledi: cobas.

**XXX.** *Quod officium pristinum damnati pro criminibus usurpare non debeant.*

*In Canonibus Apostolorum, tit. 29.* Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, depositus iuste super certis criminibus, ausus fuerit atrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab Ecclesia penitus abscindatur.

*Item quod clericis damnatis non liceat communicare.*

*Concil. Carthag. universali, tit. 29.* Item placuit universo concilio, ut qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, sive episcopus, sive quilibet clericus, et tempore excommunicationis suæ ante audientiam communionem præsumpserit, ipse in se damnationis iudicetur protulisse sententiam.

*Item universali a Carthag., tit. 29.* Et illud petendum, ut statuere dignentur ut si qui cuiuslibet honoris clericus iudicio episcoporum quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum, sive ab ecclesiis quibus præfuit, sive a quolibet homine, defensari, interposita poena damni pecuniæ, atque honoris, quo nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipiant.

*Item quod intra annum causam suam peragant.*

*Conc. Carthag., tit. 46.* Rursus constitutum est ut quoties clericis convictis et confessis in aliquo crimine, vel propter eorum quorum verecundiæ pareitur, vel propter Ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum atque gentilium, si forte causæ suæ adesse voluerint, et innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant: si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur.

**XXXI.** *Quod non debeant officia ecclesiastica pecuniis obtineri.*

*In Canonibus Apostolorum, tit. 30.* Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, per pecunias obtinuerit dignitatem, dejiciatur, et ipse et ordinator ejus, et a communionem modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus a Petro.

*Concil. Chalcedon., tit. 2.* Si quis episcopus per pecuniam fecerit ordinationem, et sub pretio redegerit gratiam, quæ non potest vendi, ordinaveritque per pecunias episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, vel quemlibet ex his qui connumerantur in clero, aut promoverit per pecuniam dispensatorem, aut defensorem, vel quemquam qui subjectus est regulæ, pro suo turpissimi lucri commodo, is cui hoc attentanti probatum fuerit proprii gradus periculo subiacet; et qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione, vel promotione quæ est per negotiationem facta, proficiat; sed sit alienus a dignitate, vel sollicitudine quam pecuniis quæsivit. Si quis vero mediator tam turpibus et ne-

A fandis datis, vel acceptis exstiterit, si quidem clericus fuerit, proprio gradu decedat: si vero laicus, aut monachus, anathematizetur.

*Ex decretis papæ Gelasii, tit. 24.* De monachis laicisque in prima copiosius præceptionis hujus parte digesta sunt, quæ vel quatenus pro rerum temporumque necessitate concessa sunt, quemadmodum ubi nullius facti necessitas interesse probatur, non nisi vetus institutio debeat custodiri. Quos vero constititerit indignos meritis sacramentis esse pretio dignitatem, convictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale patranter, quia dantem pariter accipientemque damnatio Simonis, quam sacra lectio testatur, involvit.

**XXXII.** *Ut Ecclesia sæculari potentia minime pervadatur.*

*In Canonibus Apostolorum, tit. 31.* Si quis episcopus sæcularibus potestatibus usus Ecclesiam per ipsas obtineat, deponatur, et segregentur omnes qui illi communicant.

**XXXIII.** *De presbyteris qui, contemptis episcopis suis, seorsum conventus congregare tentaverint.*

*In Canonibus Apostolorum, tit. 32.* Si quis presbyter contemnens episcopum suum seorsum e conventum colligit, et altare alui erexerit, nihil habens quod reprehendat episcopum in causa pietatis, et justitiæ, deponatur, quasi principatus amator existens; est enim tyrannus, et cæteri clerici quicunque tali consentiunt deponantur; laici vero segregentur. Hæc autem post unam, et secundam, et tertiam, episcopi obsecrationem fieri conveniat.

*Concil. Antiocheno, tit. 5.* Si quis presbyter, aut diaconus, episcopum proprium contemnens, se ab Ecclesia sequestraverit, et seorsum colligens altare constituerit, et commentum episcopo non acquieverit, nec consentire, vel obedire voluerit, semel et iterum convocati, hic damnetur omnimodo, nec ultra remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem: quod si Ecclesiam conturbare, et sollicitare persistat, tanquam seditiosus per potestates exteras opprimatur.

*Concil. Carthag., tit. 10 et 11.* Alipius episcopus legatus provinciæ Numidiæ dixit: Nec illud præmittendum est, ut si quis forte presbyter ab episcopo suo correptus, timore vel superbia inflatus, putaverit separatim sacrificia Deo offerenda, vel aliud erigendum altare contra ecclesiasticam fidem disciplinamque crediderit, non exeat impunitus. Valentinus primæ sedis provinciæ Numidiæ dixit: Necessario disciplinæ ecclesiasticæ fidei congrua sunt, quæ frater noster Alipius persecutus est. Proinde quid videatur vestræ dilectioni dicite. Ab universis episcopis dictum est: Si quis presbyter a præposito suo correptus fuerit, debet utique apud vicinos episcopos conqueri, ut ab ipsis ejus causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari; quod

\* In Codice Ecclesiæ Rom., est can. 29 concilii Africani; apud Dionys. Exiguum, concilii Carthag. can. 62.

b Dionysius Exig. addit hanc.

c D. est apud Dionys. Exig.

nisi fecerit, sed superbia, quod absit, inflatus A  
secedendum eo ab episcopi sui communionem du-  
erit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens sa-  
crificium Deo obtulerit, anathema habeatur, et lo-  
cum amittat; ac si querimoniam justam adversus  
episcopum non habuerit inquirendum erit.

XXXIV. *Quod clerici damnati non debeant ab aliis  
recipi.*

In *Canonibus Apostolorum*, tit. 33. Si quis pres-  
byter aut diaconus ab episcopo suo segregetur,  
hunc non licere ab alio recipi, sed ab ipso qui eum  
sequestraverat, nisi forte oblerit episcopus ipse qui  
eum segregasse cognoscitur.

*Concil. Sardicensi*, tit. 18. Januarius episcopus  
dixit: Illud quoque statuat sanctitas vestra, ut nulli  
episcopo liceat alterius episcopi civitatis ministrum  
ecclesiasticum sollicitare, et in suis parochiis ordi-  
nare. Universi dixerunt: Placet, quia ex his conten-  
tionibus solet nasci discordia; et ideo prohibet om-  
nium sententia, ne quis hoc facere audeat.

*Concil. Sard.*, tit. 19. Osius episcopus dixit: Et  
hoc universi constituerunt, et quicumque ex alia  
parochia voluerit alienum ministrum sine consensu  
episcopi ipsius et voluntate ordinare, non sit rata  
ordinatio ejus: quicumque autem hoc usurpaverit,  
a fratribus et coepiscopis nostris et admoneri debet  
et corrigi.

XXXV. *Ut nullus episcopus, presbyter, aut diaconus,  
sine commendatitiis suscipiatur epistolis.*

In *Canonibus Apostolorum*, tit. 34. Nullus episco-  
porum, peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaco-  
norum, sine commendatitiis suscipiatur epistolis. Et  
cum scripta detulerint, discutiantur attentius, et ita  
suscipiantur, si predicatorum pietatis exstiterint  
nimius, nec quae sunt necessaria subministrantur eis,  
et ad communionem nullatenus admittantur, quia  
per subreptionem multa proveniunt.

*Conc. Laodic.*, tit. 41. Quod non oporteat sacer-  
dotem, vel clericum, sine litteris proficisci ca-  
nonicis.

*Concil. Chalcedon.*, tit. 11. Omnes pauperes et  
indigentes auxilio, cum proficiscuntur, sub proba-  
tione epistolis vel ecclesiasticis pacificis tantum-  
modo commendari decrevimus; et non commenda-  
titiis litteris, propter quod commendatitias litte-  
ras a honoratis tantummodo praestari personis con-  
veniat.

XXXVI. *De primatu episcoporum.*

In *Canonibus Apostolorum*, tit. 35. Episcopos  
gentium singularum scire conveniat quis inter eos  
primus habetur, quem velut caput existiment, et  
nihil amplius praeter ejus conscientiam gerant, quam  
illa sola singuli, quae parochiae propriae et villis quas  
sub ea sunt competunt; sed nec ille praeter omnium  
consentiam faciat aliquid; sic enim unanimis  
erit, et glorificabitur Deus per Jesum Christum in  
spiritu sancto.

• C. Th., *Ecclesiasticis*,

*Concil. Antioch.*, tit. 9. Per singulas regiones  
episcopos convenit nosse metropolitanum episco-  
pum sollicitudinem totius provinciae gerere: pro-  
pter quod et ad metropolim omnes undique, qui ne-  
gotia videntur habere, concurrant. Unde placuit  
eum, et honore praecellere, et nihil amplius praeter  
eum ceteros episcopos agere secundum antiquam a  
Patribus nostris regulam constitutam, nisi ea tan-  
tum quae ad suam diocesim pertinent, possessiones-  
que subjectas: unusquisque enim episcopus habeat  
suae parochiae potestatem, et regat juxta reveren-  
tiam singulis competentem, et providentiam gerat  
omnis possessionis, quae sub ejus est potestate; ita  
ut presbyteros et diaconos ordinet, et singula suo  
judicio comprehendat: amplius autem nihil agere  
B tentet, praeter antistitem metropolitanam, nec me-  
tropolitanus sine ceterorum gerat consilio sacra-  
dotum.

*De privilegiis quae quibusdam civitatibus competunt.*

*Concil. Nicæno*, tit. 6. Antiqua consuetudo ser-  
vetur per Ægyptum, Libyam, et Pentapolim, ita ut  
Alexandrinus episcopus horum omnium habeat po-  
testatem, quia et urbis Romanæ episcopo parilis  
mos est: similiter autem et apud Antiochiam, cæte-  
rasque provincias suis privilegia serventur eccle-  
siis. Illud autem generaliter clarum est, quod si  
quis praeter sententiam metropolitani factus fuerit  
episcopus, huic magna synodus definivit episcopum  
esse non oportere; sin autem communi ceterorum  
decreto rationabili, et secundum regulam ecclesias-  
ticam comprobato, duo aut tres propter contentio-  
nes proprias contradicunt, obtineat sententia plu-  
rimorum.

*Ex decretis papæ Innocentii*, tit. 9. Primum ut  
extra conscientiam metropolitani episcopi nullus au-  
deat ordinare: integrum enim iudicium est, quod  
plurimorum sententiis confirmatur; nec unus epi-  
scopus ordinare praesumat, ne futurum beneficium  
praestitum videatur: hoc enim a synodo Nicæna  
constitutum est, atque definitum.

XXXVII. *Quod non liceat episcopo in aliena pro-  
vincia clericos ordinare.*

In *Canonibus Apostolorum*, tit. 36. Episcopum  
non audeo extra terminos proprios ordinationes  
facere in civitatibus, aut villis, quae illi nullo jure  
subjectae sunt. Si vero convictus fuerit hoc fecisse  
D praeter eorum conscientiam qui civitates ipsas et  
villas detinent, et ipse deponatur, et qui ab illo  
sunt ordinati.

*Concil. Antioch.*, tit. 15 et 22. Nullus episcopus  
ex alia provincia audeat ad aliam transgredi, et ad  
promotionem ministerii aliquos in ecclesiis ordi-  
nare, licet consensus videantur praebere nonnulli,  
nisi litteris tam metropolitani, quam ceterorum qui  
cum eo sunt episcoporum, rogatus adveniet, et sic  
ad actionem ordinationis accedat. Si vero nullo  
B ro-  
gante inordinato more deproperet super aliquibus  
ordinationibus et ecclesiasticis negotiis ad eum

• Dionysius Exig., *vocante*.

non pertinentibus componendis; irrita quidem quæ ab eo geruntur existant, ipse vero in compositi motus sui et irrationabilis audaciæ subeat ultionem, ex hoc jam damnatus a sancto concilio.

*Item Concil. superscripti, tit. 22.* Episcopus alienam civitatem quæ non est illi subjecta non adeat, nec ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, super ordinatione cujusquam, nec constituat presbyteros aut diaconos alteri subjectos episcopo, nisi forte cum consilio et voluntate regionis episcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentaverit, irrita sit ejus ordinatio, et ipse coercetur a synodo: nam si ordinare non poterit, nullatenus judicabit.

### XXXVIII. De ordinatis nec receptis.

*In Canonibus Apostolorum, tit. 37.* Si quis episcopus non susceperit officium et curam populi sibi commissam, hic communione privetur, quoadusque consentiat obedientiam commodans. Similiter autem presbyter et diaconus. Si vero porrexit, nec receptus fuerit, non pro sua sententia, sed pro malitia populi, ipse quidem maneat episcopus, clerici vero civitatis communione priventur, eo quod eruditores inobedientis populi non fuerunt.

*Concil. Ancyr., tit. 47.* Si qui episcopi ordinati sunt, nec recepti ab illa parochia in qua fuerunt denominati, voluerintque alias occupare parochias, et vim presulibus earum inferre, seditiones adversus eos excitando, hoc abjici placuit. Quod si voluerint in presbyterii ordine ubi prius fuerant ut presbyteri residere, non abjiciantur propria dignitate: si autem seditiones commovent, ibidem episcopis constitutis presbyterii quoque honor talibus auferatur, fiantque damnatione notabiles.

*Concil. Antiochensi, tit. 18.* Si quis episcopus ordinatus, ad parochiam minime cui est electus accesserit, non suo vitio, sed quod eum aut populus vitet, aut propter aliam causam, non tamen ejus vitio perpetrata, hic et honoris sit et ministerii particeps, dummodo nihil molestis Ecclesiæ rebus existat ubi ministrare cognoscitur: quem etiam conservare conveniet quidquid synodus perfecta provincie quod visum fuerit judicando decreverit.

### XXXIX. Ut bis in anno concilia celebrentur.

*In Canonibus Apostolorum, tit. 38.* Bis in anno episcoporum concilia celebrentur, ut inter se invicem dogmata pietatis explorent, et emergentes ecclesiasticas contentiones amoveant: semel quidem quarta septimana Pentecostes; secundo vero duodecimo die mensis Hyperberethæi, id est, juxta Romanos a tertio Idus Octobris,

*Concil. Nicæno, tit. 5.* Bene placuit annis singulis per unamquamque provinciam bis in anno concilia celebrari, ut communiter omnibus simul episcopis congregatis provincie discutiantur hujusmodi quaestiones, et sic qui suo peccaverunt evidenter episcopo, excommunicati rationabiliter ab omnibus æsti-

mentur, usquequo vel in communi, vel episcopo placeat humaniorem pro talibus ferre sententiam. Concilia vero celebrentur, unum quidem ante quadragesimam Paschæ, ut omni dissensione sublata munus offeratur Deo<sup>b</sup> purissime; secundum vero circa tempus autumni.

*Concil. Antiocheno, tit. 20.* Propter ecclesiasticas utilitates et absolutiones earum rerum quæ dubitationem controversiamque recipiunt, optime placuit ut per singulas quasque provincias bis in anno episcoporum concilia celebrentur, semel quidem post tertiam septimanam festi Paschalis, ita ut quarta septimana Pentecostes conveniat synodus, metropolitano provinciales episcopos admonente, secunda vero synodus fiat Idibus Octobris, id est, quinto decimo die mensis Octobris, quæ in Hyperberethæum Græci cognominant. In ipsis autem conciliis adsint presbyteri et diaconi, et omnes qui se læsos existimant, et a synodo experiantur; nullis vero liceat apud se celebrare concilia, præter eos quibus<sup>d</sup> metropolitana jura videntur esse commissa.

*Concil. Chalcedonens., tit. 49.* Pervenit ad aures nostras quod in provinciis statuta episcoporum concilia minime celebrentur, et ex hoc plurima negligantur ecclesiasticarum causarum, quæ correctione indigeant. Decrevit itaque sancta synodus, secundum canonem Patrum, bis in anno episcopos in idipsum, in unaquaque provincia, convenire, quo metropolitani antistes probaverit, et corrigere singula, si qua fortassis emergerint. Quicumque vero non advenerint episcopi, resident autem in suis civitatibus, et hoc dum in sua incolumitate consistunt, omnique inexcusabili et necessaria occupatione probantur liberi, fraternæ corripiantur affectu.

*Ex decret. papæ Leon., tit. 37.* De conciliis autem episcopalibus non aliud indicimus, quam sancti Patres salubriter ordinaverunt, ut scilicet bini conventus per annos singulos, habeantur, in quibus de omnibus querelis quæ inter diversos Ecclesiæ ordines nasci assolent judicetur, ac si forte inter ipsos qui præsumunt de majoribus, quod absit, peccatis causa nascitur, quæ provinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotii qualitate metropolitani curabit instruere, ut si coram positis partibus, nec tuo res fuerit sopita iudicio, ad nostram cognitionem, quod idquid illud est, transferatur. *Item alibi, tit. 41.*

*Ut non amplius a statuto concilii tempore quam dies quindecim remorentur episcopi.*

Et si inter eos de negotio fuerit oborta contentio, cuncta Romano pontifici sub gestoribus insinuatione pandantur, ut ab eo quod Deo placuerit ordinetur.

*XL. Ut curam rerum ecclesiasticarum tantum episcopus habeat.*

*In Canonibus Apostolorum, tit. 59.* Omnium ne-

<sup>a</sup> Dionys. Exig., iv Idus.

<sup>b</sup> Dionysius Exig., purissimum.

<sup>c</sup> Dionys. Exig., synodi experiantur examen.

<sup>d</sup> Metropolitanis, Dionys. Exig.

got'orum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, et ea, velut Deo contemplante, dispenset, nec ei liceat ex his aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis quæ Dei sunt condonare : quod si pauperes sunt, tanquam pauperibus subministret, nec eorum occasione ecclesiæ negotia deprudentur.

*Concil. Antioch., tit. 24.* Quæ sunt ecclesiæ sub omni sollicitudine, et conscientia bona et fide quæ in Deum est, qui cuncta considerat iudicatque, servantur; quæ etiam dispensanda sunt iudicio, et potestate pontificis, cui commissus est populus, et animæ quæ intra ecclesiam congregantur. Manifesta vero sint quæ pertinere videntur ecclesiæ, cum notitia presbyterorum et diaconorum qui circa ipsam sunt, ita ut agnoscant, nec ignorent quæ sunt ecclesiæ propria, nec eos aliquid lateat. Ut si contigerit episcopum migrare de sæculo certis existentibus rebus quæ sunt ecclesiæ, nec ipsæ collapsæ depercant, nec quæ propria probantur episcopi sub occasione rerum pervadantur ecclesiæ. Justum namque et acceptum est coram Deo et hominibus, ut sua episcopus quibus voluerit derelinquat, et quæ ecclesiæ sunt eidem conserventur ecclesiæ, ut nec ecclesia aliquid pat'atur incommodi, nec epi copus sub occasione proscribatur ecclesiæ, et in causas incidant qui ad eum pertinent, et ipse post obitum maledictionibus ingravetur.

**XLI. De dignitate pontificis, et quod rerum suarum habeat potestatem.**

*In Canonibus Apostolorum, tit. 40.* Presbyteri vel diaconi præter episcopum nihil agere pertentent; nam Domini populus ipsi commissus est, et pro animabus eorum hic redditurus est rationem. Sint autem manifestæ res propriæ episcopi, si tamen habeat proprias, et manifestæ dominicæ, ut potesta em habeat de propriis moriens episcopus, sicut voluerit, et quibus voluerit, derelinquere, nec sub occasione ecclesiasticarum rerum, quæ episcopi esse probantur interdiant; fortassis enim aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut servos. Et iustum est hoc apud Deum et homines, ut nec ecclesia detrimentum patiat'ur ignoratione rerum pontificis, nec episcopus, vel ejus propinqui, sub obtentu ecclesiæ proscribantur, et in causas incidant qui ad eum pertinent, morsque ejus injuriis malæ famæ subjaceat.

**XLII. Quod episcopus ecclesiasticarum rerum, pro dispensatione pauperum, habeat potestatem.**

*In Canonibus Apostolorum, tit. 41.* Præcipimus ut in potestate sua episcopus ecclesiæ res habeat; si enim animæ hominum pretiosæ illis sunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere; ita ut potestate ejus indigentibus omnia dispensentur per presbyteros et diaconos, et cum timore omnique sollicitudine ministrentur. Ex his autem qui indiget ad suas necessitates, et ad peregrinorum fratrum usus ipse percipiat, ut nihil eis possit omnino

A deesse : lex enim Dei præcipit ut qui altari deserviunt de altari pascantur, quia nec miles stipendiis propriis contra hostes arma sustulit.

*Concil. Antioch., tit. 25.* Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes qui indigent cum summa reverentia et timore Dei : participet autem et ipse quibus indiget, si tamen indiget, tam suis quam fratrum qui ab eo suscipiuntur necessariis usibus profuturis; ita ut in nullo, qualibet occasione, fraudentur, juxta sanctum Apostolum sic dicentem : Habentes victum et tegumentum, his contenti sumus. Quod si contentus istis minime fuerit, convertat autem res ecclesiæ in suos usus domesticos, et ejus commoda, vel agrorum fructus, non cum presbyterorum conscientia diaconorumque, pertractet, sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis, aut fratribus illisque, committat, ut per hujusmodi personas occulte cæteræ lædantur ecclesiæ, synodo provinciæ poenas iste persolvat. Si autem et aliter accusetur episcopus, aut presbyteri qui cum ipso sunt, quod ea quæ pertinent ad ecclesiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibimet usurpent, ita ut ex hoc affligantur quidem pauperes, criminationi vero et blasphemis tam sermo prædicationis quam hi qui dispensant taliter exponantur, et hos oportet corrigi, sancta synodo id quod condecet approbante.

*Ut quatuor tam de redditibus quam de oblationibus fidei in fiant portiones, et una sit episcopi, alia clericorum, tertia pauperum, quarta vero fabricarum ecclesiasticarum.*

*Ex d. cret. papæ Gelas., tit. 27.* Quatuor autem tam de redivu quam de oblatione fidelium, prout cujuslibet ecclesiæ facultas admittit (sicut dudum rationabiliter est decretum); convenit fieri portiones, quarum sit una pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda. De quibus sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesiæ memoratam dependere quantitatem, sic clerus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expetendum. Ea vero quæ ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum, quia nefas est si, sacris ædibus destitutis, in lucrum suum præsul impendia his designata convertat : ipsam nihilominus ascriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen juxta quod scriptum est, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui est in cælis (Matth. iv), oportet etiam præsentem testificatione prædicari, et bonæ famæ præconiis non taceri.

**XLIII. Quod episcopus, presbyter, et diaconus, aleator et ebriosus esse non debeat. Similiter et clerici et laici, si permanserint in alea, communione priventur.**

*In Canonibus Apostolorum, tit. 42 et 43.* Episcopus

Dionys. Exig. addit ecclesiæ.

presbyter, aut diaconus, alex atque ebrietati deserviens, aut desinat, aut certe damnetur. Subdiaconus, aut lector, aut cantor, similia faciens, aut desinat, aut communione privetur: similiter etiam laicus.

**XLIV. Quod episcopus, presbyter, aut diaconus, non debeat usuras accipere.**

*In Canonibus Apostolorum, tit. 44.* Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, usuras a debitoribus exigens, aut desinat, aut certe damnetur.

*Concil. Nicæno, tit. 17.* Quoniam multi sub regula constituti avaritiam, et turpia lucra sectantur, oblitique divinæ Scripturæ dicentis: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram (Psal. xiv)*, mutuum dantes centesimas exigunt, juste censuit sancta et magna synodus ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipiens, aut ex adinventione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens, aut hemiolia, id est, sescupla exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia, dejiciatur a clero, et alienus existat a regula.

*Conc. Laodicensi, tit. 5.* Quod non oporteat sacerdotes et clericos fenerantes usuras, vel quæ dicuntur sescupla, id est, summam capitis et dimidium summæ percipere.

*Ex de. retis papæ Leonis, tit. 3 et 4.* Nec hoc quoque prætereundum esse duximus, quosdam lucri turpis cupiditate captos usurariam exercere pecuniam, et fenore velle ditescere: quod non dicam in eos qui sunt in clericali officio constituti, sed et in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus, quod vindicari acrius in eos qui fuerunt confutati, decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur. Illud etiam duximus præmonendum, ut sicut non suo, ita non alieno nomine, aliquis clericorum exercere fenus attemet; indecens enim est crimen suum commodis alienis impendere. Fenus autem hoc solum aspicere et exercere debemus, ut quod hic misericorditer tribuimus, ab eo Domino qui multipliciter et in perpetuum mansura retribuet recipere valeamus.

*Ex decretis papæ Gelasii, tit. 15.* Consequens fuit ut illa quoque quæ de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiavit, non prætereunda putaremus; id est plurimos clericorum negotiationibus inhonestis et lucris turpibus imminere, nullo pudore cernentes evangelicam lectionem, quia ipse Dominus negotiatores e templo verberatos flagellis asseritur expulisse. Nec Apostoli verba recolentes, quibus ait: *Nemo militans Deo obligat se negotiis sæcularibus (II Tim. II)*. Psalmistam quoque David surda dissimulantes aure cantantem: *Quoniam non cognovi negotiationis, introbo in potentias Domini (Ps l. Lxx)*: proinde hujusmodi, aut ab indignis posthac quæstibus noverint abstinendum, et ab omnibus quibuslibet negotiationis ingenii cupiditateque cessandum, aut in quocunque gradu sint positi, mox a clericalibus officiis abstinere cogantur, quoniam domus Dei domus orationis, et esse debet et dici, ne officina negotiationis et spelunca potius sit latronum.

**A XLV. Quod non debeat episcopus, presbyter, aut diaconus, cum hæreticis orare.**

*In Canonibus Apostolorum, tit. 45.* Episcopus, presbyter, et diaconus, qui cum hæreticis oraverit, tantummodo communione privetur. Si vero tanquam clericos hortatus eos fuerit agere, vel orare, damnetur.

**XLVI. Quod non liceat catholicis ad hæreticorum speluncas causa orationis accedere.**

*Concil. Laodicensi, tit. 9.* Quod non permittantur ecclesiastici ad hæreticorum cœmeteria, vel ad ea quæ ab eis appellantur martyria, orationis causa, vel sanitatis, accedere, sed hujusmodi, si fideles fuerint, certo tempore communione privari; pœnitentes autem et confitentes se deliquisse convenit suscipi.

**B XLVII. Quod non oporteat catholicos cum hæreticis nuptiarum fœdera copulare.**

*Concil. Laodicen., tit. 10 et 31.* Quod non oporteat indifferenter ecclesiasticos fœdere nuptiarum hæreticis suos filios filiasque conjungere.

Item quod non oporteat cum hæreticis universis nuptiarum fœdera celebrare, nec eis filios dare, vel filias, sed magis accipere, si tamen Christianos se fieri promittant.

*Concil. Chalcedon., tit. 14.* Quoniam in quibusdam provinciis concessum est lectoribus et psalmistis uxores ducere, statuit sancta synodus non licere cuiquam ex his accipere sectæ alterius uxorem. Qui vero ex hujusmodi conjugio jam filios susceperunt, si quidem præventi sunt, ut ex se genitos apud hæreticos baptizarent, offerre eos Ecclesiæ catholice communioni convenit, non baptizatos autem non posse apud hæreticos ulterius baptizari. Sed neque copulari debet nuptura hæretico, Judæo, vel pagano, nisi forte promittat ad orthodoxam fidem se personam orthodoxe copulandam transferre. Si quis autem hanc definitionem sanctæ synodi transgressus fuerit, correctioni canonice subiacebit.

*Concil. Carthag., tit. 21.* Item placuit ut filii clericorum gentilibus vel hæreticis in matrimonio non jungantur.

**XLVIII. Quod non oporteat ab hæreticis eulogias accipere.**

*Concil. Laodicensi., tit. 32.* Quod non oporteat ab hæreticis eulogias accipere, quæ sunt maledictiones potius quam benedictiones.

**XLIX. Quod non debeant hæreticorum baptismata comprobari.**

*In Canonibus Apostolorum, tit. 46.* Episcopum aut presbyterum hæreticorum suscipientem baptismata damnari præcipimus. Quæ enim conventio Christi ad Belial, vel quæ pars fidei cum infidelle?

**L. Quod Ecclesiæ baptismate baptizatus denuo baptizari non debeat, et non ita baptizatus debeat baptizari.**

*In Canonibus Apostolorum, tit. 47.* Episcopus, aut presbyter, si eum qui secundum veritatem habuerit baptismum denuo baptizaverit, aut pollu-

tum ab impiis, \* et non recte baptizatum, non baptizaverit, deponatur, tanquam deridens crucem et mortem Domini, nec sacerdotes a falsis sacerdotibus jure discernens.

Ll. *Quod in nomine Trinitatis debeat baptizari.*

*In Canonibus Apostolorum, tit. 49.* Si quis episcopus, aut presbyter, juxta præceptum Domini, non baptizaverit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sed in tribus sine initio principii, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, abjiciatur.

LII. *Quod non debeat una mersio in baptismo, quasi in morte Domini, provenire.*

*In Canonibus Apostolorum, tit. 53.* Si quis episcopus, aut presbyter, non trinam mersionem unius mysterii celebret, sed semel mergat in baptismo, quod dari videtur in Domini morte, deponatur: non enim dixit nobis Dominus: In morte mea baptizate, sed: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

LIII. *De Arianis non rebaptizandis.*

*Ex decretis papæ Siricii, tit. 1.* Prima itaque paginæ tuæ fronte signasti baptizatos ab impiis Arianis plurimos ad fidem catholicam festinare, et quosdam de fratribus nostris eosdem denuo baptizare velle, quod non licet, cum hoc fieri et Apostolus vetet, et canones contradicant, et post cassatum Ariminense concilium missa ad provincias a venerandæ memoriæ prædecessore meo Liberio generalia decreta prohibeant; quos nos cum Novatianis, aliisque hæreticis, sicut est in synodo constitutum, per invocationem solam septiformis Spiritus, episcopalis manus impositione catholicorum conventui sociamus: quod etiam totus Oriens Occidentisque custodit, a quo tramite vos quoque posthac minime convenit deviare, si non vultis a nostro collegio synodali sententia separari.

*Ex decr. papæ Innoc., tit. 47.* Arianos præterea cæterasque ejusdem modi pestes, quia eorum laicos conversos ad Dominum sub imagine pœnitentiæ, ac sancti Spiritus sanctificatione, per manus impositionem suscipimus, non videtur clericos eorum cum sacerdotii, aut ministerii cujuspiam, suscipere dignitate, quoniam quibus solum baptismum esse permittimus, quod utique in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti perficitur, non sanctum Spiritum eos habere ex illo baptismo aliisque mysteriis arbitramur, quoniam cum a catholica fide eorum auctores desciscerent perfectionem Spiritus, quam acceperant, amiserunt, nec dare ejus plenitudinem possunt, quæ maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis suæ perfidiam potius quam fidem dixerim perdidit. Qui enim fieri potest ut eorum profanos sacerdotes dignos Christi honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos, ut dixi, ad sancti Spiritus perci-

piendam gratiam, cum pœnitentiæ imagine recipiamus? Gravitas itaque tua hæc ad notitiam coepiscoporum, vel per synodum, si potest, vel per harum recitationem faciat pervenire, ut quæ ipse tam necessario percontatus es, et nos elimite respondi- mus, communi omnium consensu studioque serventur.

LIV. *De his qui dicuntur Cathari, id est, mundi.*

*Concil. Nicæno, tit. 8.* De his qui se cognominant Catharos, id est, mundos, si aliquando venerint ad Ecclesiam catholicam, placuit sancto et magno concilio ut, impositionem manus accipientes, sic in clero permaneant. Hæc autem præ omnibus eos scriptis convenit profiteri quod catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ dogmata suscipiant et sequantur, id est, et bigamis se communicare, et his qui in persecutione prolapsi sunt, erga quos et spatia constituta sunt, et tempora definita, ut ita Ecclesiæ catholicæ et apostolicæ placita sequantur in omnibus. Ubicunque vero, sive in civitatibus ipsi soli reperti fuerint ordinati, qui inveniuntur in clero, in eodem habitu perseverent: ubi autem catholicæ Ecclesiæ episcopo, vel presbytero, constituto quidam ex illis adveniunt, certum est quod episcopus ecclesiæ habebit episcopi dignitatem. Is autem qui nominatur apud eos episcopus, honorem presbyterii possidebit, nisi forte placuerit episcopo nominis eum honore censeri. Si vero hoc ei minime placuerit, providebit ei, aut chorepiscopus, aut presbyterii, locum, ut in clero prorsus esse videatur, nec in una civitate duo episcopi probentur existere.

LV. *De his qui a Paulo Samosateno ad Ecclesiam veniunt.*

*Concil. Nicæno, tit. 19.* De Paulianistis ad Ecclesiam catholicam confugientibus definitio prolata est, ut baptizentur omnimodis. Si qui autem de his præterito tempore in clero fuerint, si quidem immaculati, et irreprehensibiles apparuerint, baptizati ordinentur ab episcopo Ecclesiæ catholicæ: quod si discussio incongruos invenerit, abjici tales conveniet. Similiter autem et de diaconissis, et omnino de his qui sub regula versantur, hæc forma servabitur. Meminimus autem de diaconissis quæ in eodem habitu esse probantur, quod non habeant manus impositionem, et ideo modis omnibus eas inter laicos deputari.

LVI. *De aliis hæreticis qui ad Ecclesiam veniunt.*

*Concil. Læodicensi, tit. 7.* De his qui ab hæreticis convertuntur, id est, Novatianis, aut Photinianis, aut Tessarescædecatis, sive baptizati sint illi, seu catechumeni, non ante suscipiantur quam omnes hæreses anathematizent, et præcipue illam qua detinebantur; et tunc demum ii qui apud eos dicebantur fideles, nostræ doceantur fidei symbolum, et uncti sancto chrismate, sic mysteriis communicent sacrosanctis.

\* Hæc verba non sunt apud Dionys. Ex'g.



LVII. *De his qui veniunt ab hæresi Cataphrygarum.*

*Concil. Laodiceni., tit. 8.* De his qui convertuntur ab hæresi quæ dicitur Cataphrygarum, etsi in clero qui apud eos esse creditur fuerint, etsi maxime nominentur, hos sub omni diligentia ab episcopis Ecclesiæ vel presbyteris instrui et baptizari convenit.

LVIII. *De his qui veniunt a Novatianis, et Montensibus.*

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 15.* Ut venientes a Novatianis, vel Montensibus, per manus tantum impositionem suscipiantur, quia quamvis ab hæreticis, tamen in Christi nomine baptizati sunt, præter eos qui forte a nobis ad illos transeunt: rebaptizati sunt; si re ipsæ, et ruinas suas cogitantes, redire maluerint, sub longa pœnitentiæ satisfactione admittendi sunt.

LIX. *De Bonosianis hæreticis, quod Judæis sunt comparandi, et de suscipiendis clericis, quos idem Bonosus antequam damnaretur ordinavit.*

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 49.* Innocentius Laurentio episcopo Senensi. Diu mirati sumus dilectionis tuæ litteris lectis hæreticos Photini venena sectantes in territorio dilectionis tuæ non solum esse, sed et publice sibi conventicula, in aliquorum possessionibus præparare, cum de toto pene orbe nusquam tam multi quam ad vos delegerint habitare. Quorum doctrinæ nefariæ auctor Marcus dudum de urbe pulsus temeritatis tantæ est ductus audacia, ut primum sibi inter eos vindicet locum. Sed ne ulterius debacchandi habeant facultatem, et animas simplicium ac rusticorum secum in gehennam cui destinati sunt trahant, actum est adversus eos a defensoribus Ecclesiæ nostræ; quod eos possint expellere, ut qui Christum Deum ex Patris substantia ante sæcula negant genitum, et cum Judæis qui ejus deitatem negaverunt, et nunc usque negant, participium habent damnationis. Tuum est, frater charissime, quæ præcepta sunt non segnius agere, ne plebem tibi commissam dissimulatione perdis, et incipias Deo de perditis reddere rationem.

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 50.* Item Innocentius Martino episcopo Narsitano. Superiori tempore, si tamen recte recorder, memini, tam ad dilectionem tuam quam ad fratres et coepiscopos nostros Rufum, Eusebium, et cæteros ejusdem modi litteras de clericis Narsensibus transmisisse, his videlicet qui se ante damnationem Bonosi assererent ad eodem tam presbyteros quam diaconos ordinatos, ut si relicto atque damnato ejus errore vellent Ecclesiæ copulari, libenter reciperentur, ne forte qui essent digni recuperandæ salutis in eodem deperirent. Verum nunc in Ravennati urbe mihi constituto, propter Romani populi necessitates creberrimas, Germanus qui se asserit esse presbyterum, atque Lupentius qui se diaconum dicit, multorum talium quasi legatione suscepta, prece fusa, dolores proprios exprimere gestiverunt, asserentes siquidem ecclesias in dilectionis tuæ constitutas parochiis retine-

re, sed tuam communionem non potuisse mereri, ea videlicet ratione qua Rusticus qui iam nomine iterata ordinatione presbyterium suscepisset. Et non levi impedimento sit, dum aut illi dolent hujusmodi hominem in ecclesia retineri, aut ille sic peccare debere in alios arbitretur, [F., quemadmodum] qui in se agnoscit esse peccatum. Et quamvis de eadem re plenius litteræ meæ contineant, quas superius memoravi, tamen etiam nunc admonendam duximus fraternitatem tuam, ut si vere contra aliquos ante damnationem Bonosi ab eodem ordinatos, postea voluisse, vel nunc velle reverti, eos recipiendos esse censemus, maxime cum memorati asserant se in tantum anteriori tempore ordinatos, ut sanctæ recordationis virum Cornelium episcopum Sirmiensi urbis, necnon et fratrem nostrum Nicetam, aliosque nonnullos fuisse præsentem, cum honoribus, quos se habere commemorant, auferantur. Unde, frater charissime, si eorum assertio fidem recepit veri, suscipiendos esse amittere non debes, quos tandiu ecclesias sibi creditas passus es retinere.

LX. *Quod non admittantur ad clerum ab hæreticis ordinati.*

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 53.* Ventum est ad tertiam quæstionem, quæ pro sui difficultate longiorem exigit disputationem, cum nos dicamus ab hæreticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionem habere caput. Ubi vulnus influxum est, medicina est adhibenda, qua possit recipere sanitatem: quæ sanitas, post vulnus secuta, sine cicatrice esse non poterit: atque ubi pœnitentiæ remedium necessarium est, illic ordinationis honor locum habere non possit, nam si, ut legitur, quod tetigerit immundus immundum erit, quomodo ei tribuetur quod munditia ac puritas consuevit accipere? sed contra asseritur, eum qui honorem amisit, honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse, quia nihil in dante erat quod ille posset accipere, acquiescimus, et verum est certe, quia quod non habuit dare non potuit. Damnationem utique quam habuit per pravam manus impositionem dedit, et qui participes factus est damnationis, quomodo debeat honorem accipere, invenire non possum. Sed dicitur vera ac justa legitimi sacerdotis benedictio auferre omne vitium quod a vitioso fuerat infectum.

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 54.* Ergo si ita est, applicentur ad ordinationem sacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei, quia per benedictionem ordinationis crimina, vel vitia, putant auferri. Nullus sit pœnitentiæ locus, quia id potest præstare ordinationis quod longa satisfactio præstare consuevit; sed nostræ lex est Ecclesiæ venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati sunt, per manus impositionem laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare.

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 55.* At vero ii qui a Catholica ad hæresim transierunt, quos non aliter

p r tet, nisi per pœnitentiam suscipi, apud vos non solum pœnitentiam non agunt, verum etiam honore cumulantur, sed Anysii quondam fratris nostri, aliorumque sacerdotum summa deliberatio hæc fuit, ut quos Bonosus ordinaverat ne cum eodem remanerent, ac fieret non mediocre scandalum, ordinati reciperentur; vicimus, ut opinor, ambigua. Jam ergo quod pro remedio hac necessitate temporis statutum est, constat, primitus non fuisse, ac fuisse regulas veteres quas ab apostolis aut apostolicis viris traditas, Ecclesia Romana custodit, custodiendasque mandat his qui eam audire consueverunt, sed necessitas temporis id fieri magnopere postulabat. Ergo quod necessitas pro remedio reperit, cessante necessitate debet utique cessare pariter quod urgebat, quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quam ad præsens fieri tempus impellit. Sed canones apud Nicæam constituti de Novatianis fieri permiserunt: prius ille canon a Patribus institutus ponendus est, ut possimus advertere, vel quid, vel qualiter ab eisdem sensum sit, vel præceptum. De his, inquit, qui nominant se ipsos Catharos, id est, mundos, et aliquando veniunt ad catholicam Ecclesiam, placuit sanctæ magnæ synodo, ut accepta manus impositione sic maneat in clero. Possumus vero dicere de solis hoc Novatianis esse præceptum, nec ad aliarum hæresum clericos pertinere; nam si utique de omnibus ita definirent, addidissent a Novatianis, aliisque hæreticis revertentes debere in suum ordinem recipi. Quod si ita esset, etiam illud maxime, quod de Paulianistis dictum est, poterit confirmare, a quibus venientes etiam baptizari præcipiunt. Nunquidnam cum de Paulianistis jubent, omnes qui ab hæreticis revertuntur erunt hoc exemplo baptizandi? quod cum nullus audeat facere, de ipsis tantum esse præceptum ratio demonstrat. Denique baptizatos rite ab evangelista Philippo Petrus, et Joannes sola manus impositione consummant, illos vero quos apostolus Paulus Joannis baptismate baptizatos reperit, interrogavitque an Spiritum sanctum suscepissent, fatentibus se illud ne quidem nomen audisse, jussit eos baptizari. Videntis ergo rite baptizatos illo dono iterari non posse, et aliter sola aqua lotos baptizari, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, necessarium pervideri. Ita et de Novatianis tantum jussum esse lucida manifestatione perlegitur, quod idcirco distinctum esse ipsis duabus hæresibus ratio manifesta declarat, quia Paulianistæ, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, minime baptizant, nec apud i-tos de unitate potestatis divinæ, hoc est, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, quæstio aliquando commota est, et ideo de omnibus segregatis, hæc sola lecta est, cui istud crederent concedendum, quia nihil in Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sacramento peccarent. Si quis vero de Catholica ad hæresim transiens, aut fidelis ad apostasiam revertens et respiciens redire voluerit, nunquid eadem ratione poterit et clerum committi: quorum commissum non nisi longæ pœnitentia poterit abolere; nec post pœnitentiam

clericum fieri ipsi canones sua auctoritate permittunt. Unde constat qui de Catholica ad Bonosum transierunt damnatum, atque passi sunt vel cupierunt ab eodem ordinari, non oportuisse ordinationis ecclesiasticæ suscipere dignitatem, qui, commune omnium ecclesiarum iudicium deserentes, suam peculiariter in Bonoso vanitatem sequendam esse duxerunt. Sed multos constat vim passos, atque invitos attractos, repugnantesque ab eodem ordinatos. Dicat mihi, volo, quisquis hoc credit, si non post ordinationem Bonosi interfuit, cum conficeret sacramenta, si communioni ejus non est participatus, si statim discedentibus de ejus pessimo conciliabulo ad Ecclesiam rediit, iste talis potest habere colorem aliquem excusationis. Ceterum qui post annum aut mensem ad Ecclesiam redierunt, intelligimus eos qui in Catholica reverterunt se propter vitia sua non posse suscipere ordinationem: idcirco ad illum perrexisse, quia passim sine ulla discussione ordinationes illicitas faciebat, credentes se posse per istam institutionem locum in Ecclesia catholica reperire, de quo ante desperaverant. Nunc illud quod superest interrogo, qui post mensem aut amplius rediit, cum se presbyterum a Bonoso conficeret ordinatum, si non sacramenta confecit, si non populis distribuit, si non missas secundum consuetudinem complevit, quid de his censeatis, quæso, promatis apertius? Ad summam certe qui nihil a Bonoso acceperunt rei sunt usurpatæ dignitatis, qui conficiendorum sacramentorum sibi vindicaverunt aut non vindicaverunt auctoritatem, atque id se putaverunt esse quod his nulla fuerat regulari ratione concessum.

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 56.* Pervidet ergo dilectio vestra hactenus talia transisse, et advertite quod ut dicitis necessitas imperavit, in pace jam ecclesias constitutas non posse præsumere; sed, ut sæpe accidit, quoties a populis aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum soleat transire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, de reliquo maxima sollicitudine præcavendum.

*Ejusdem tit. 57.* Veniam nunc ad maximum quædam quoddam thema Photinum, et quod mihi anxium est ac difficillimum, majorum meorum revolvam sententias. Fuerat de illo quoquo pacto, ut etiam ipsi commeministis, aliquid utique gravius constitutum, verum quoniam id per rumorem saltem, ut asseritis, subreptum huic sedi et elicium per insidias demonstratis, quia res ad salutem rediit: veniam nos hanc in tantum vobis annitentibus, post condemnationem, more apostolico subrogamus, tantisque vestris assertionibus, vobisque tam bonis, tam charis non dare consensum, omnibus duris rebus durius arbitramur. Pro vestra ergo approbatione, fratres charissimi, sententia ac postulatione episcopum Photinum habetote licitum ita consuetudine, ut deprecemini, et nostram in melius conversam sententiam, labore vel testimonio vestro compotes voti suscipite. Atque Eustathium a me sæpissime comprobatum nolite ex-

spectare, ut diaconii gratia exspolietur: sollicitos enim vos pro salute libenter audio contra caput, etiam si faciendum est, non libenter admitto; cui manum porrigitis vobiscum porrigo, cui porrigo mecum porrigite; hæc enim ad Corinthios apostolica est declarata benignitas, ut in uno spiritu ductam ac redactam sententiam boni semper indifferenter sequantur. Nam, fateor, hæc me primum res bene habet erga Eustathium diaconum, quod nec contra fidem quidquam locutus sit, nec loquentem admiserit, nec ad mortem crimen aliquod commisisse, vel jactatum unquam, vel fictum [*Fortè add. de eo*] recognoverim. Et qui in his salvus est, si quo pacto conversationes amabiles non habet, habendus est ut minus pro tempore dilectus, non ut inimicus existimatus diabolo in perpetuum mancipandus. Cognosco illum inter illas similitudines ac turbines contra multorum studia, non dico qualia, diversa sensit, et cum hinc res calamitatesque ipse emendatæ sint, adhuc Dizoniani et Cyriaci subdiaconorum non potuisse apud vos emendationem reviviscere. Compescite, quæso, ab illo prædatisque, quorumcunque videtis animos, ac non justas æmulationes, ut ipse apud nos integer, apud vos cum suis reparatus mereatur pacem, non fictam pervidens charitatem. Omnibus igitur vobis ac singularim occurrat charitas, et vinculis quæ nullis modis a Christo solvuntur vobiscum pariter in perpetuum connexus latetur in Domino.

**LXI.** *Quod omnis cujuslibet ordinis clericus, qui Catholicam deserens hæreticam se communioni miscuerit, si ad Ecclesiam reversus fuerit, in eo gradu quo fuerat sine promotione permaneat.*

*Ex decr. papæ Leonis, tit. 14.* Leo episcopus urbis Romæ Januario episcopo Aquileiensi. Lectis fraternitatis tuæ litteris, vigorem fidei tuæ quem olim noveramus, agnovimus: congratulantes tibi quod ad custodiam gregis Christi pastoralem curam vigilantè exsequeris, ne lupi qui sub specie ovium subintrarunt bestiali sævitia simplices quosque dilacerent, et non solum ipsi nulla correptione proficiant, sed etiam ea quæ sunt sana corrumpant. Quod ne viperea possit obtineri fallacia, dilectionem tuam duximus commendam, insinuantes ad animæ periculum pertinere, si quisquam de his qui a nobis in hæreticorum atque schismaticorum sectam delapsus, et se utcumque hæreticæ communionis contagione macularit, respiscens, in communionem catholicam, sine professione legitimæ satisfactionis habeatur. Saluberrimum enim et spiritualis medicinæ utilitate plenissimum est, ut sive presbyteri, sive diaconi, vel subdiaconi, aut cujuslibet ordinationis clerici qui se correctos videri volunt, atque ad catholicam fidem, quam jam pridem amiserant, rursus redire ambiunt; prius errores suos, et ipsos auctores erroris damnati a se sine ambiguitate fateantur, ut sensibus pravis etiam peremptis nulla sperandi superesset occasio, nec ulla membrum talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria cæperit obviare. Cetera quos etiam illam canonum constitutionem

præcipimus custodiri, ut in magno habeant beneficio, si, adempta sibi omni spe promotionis, in quæveniuntur ordine stabilitate perpetua maneat, si tamen iterata tinctione non fuerint maculati. Non levem apud Dominum noxam incurrit, qui de talibus ad sacros promovendos ordines judicavit, quod si cum grandi examinatione promotio conceditur inculpatis, multo magis non debet licere suspectis. Proinde dilectio tua, cujus devotione gaudemus, jungat curam suam dispositionibus nostris, et det operam ut circumspecte ac velociter impleantur quæ ad totius Ecclesiæ incolumitatem laudabiliter suggesta sunt, et salubriter ordinata. Non autem dubitet dilectio tua, nos, si (quod non arbitramur) neglecta fuerint quæ pro custodia canonum et pro fidei integritate decernimus, vehementius commovendos, quia inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt quam ad desides negligentisque rectores qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere medicinam. Datum III Kalend. Januarii, Alipio et Ardabure consulibus.

**LXII.** *De his quibus dubium est utrum baptismum perceperint, necesse est ut renascantur.*

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 28.* Si nulla exstant indicia inter propinquos aut familiares, nulla inter clericos aut vicinos, quibus illi de quibus quæritur baptizati fuisse doceantur, agendum est ut renascantur, ne manifeste pereant, in quibus quod non ostenditur gestum ratio non sinit ut videatur iteratum. Qui autem possunt meminisse quod ad ecclesiam veniebant cum parentibus suis, possunt recordari an quod eorum parentibus dabatur acceperint. Sed si hoc etiam ab ipsa memoria alienum est, conferendum eis videtur quod collatum esse nescitur, quia non temeritas intervenit præsumptionis ubi est diligentia pietatis.

*Concil. Carthag., tit. 39.* Item placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certissimi testes qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem de traditis sibi sacramentis idonei respondere, absque ullo scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privari: hinc enim legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, quia multos tales a barbaris redimunt.

**LXIII.** *Quod hi qui se baptizatos agnoscunt, sed in qua fide nesciunt, per manus impositionem suscipiendi sunt.*

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 29.* Hi autem de quibus scripsisti, qui non se baptizatos nesciunt, sed cujus fidei fuerint qui eos baptizaverunt se necesse est profiterentur, quoniam quolibet modo forum baptismatis acceperunt, baptizandi non sunt, sed per manus impositionem virtutem sancti Spiritus, quam ab hæreticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt.

**LXIV.** *De his qui non sponte, sed invito, ad iteratum baptismi compulsi sunt.*

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 47.* Hi vero de qui-

bus similiter dilectio tua nos credidit consulendos, A qui ad iterandum baptismum, vel metu coacti, vel errore traducti sunt, et nunc se contra catholicæ fidei sacramentum egisse recognoscunt, ea est custodienda moderatio, qua in societatem nostram, non nisi per poenitentiae remedium, et per impositionem episcopalis manus communionis recipiant unitatem. Tempora poenitudinis, habita moderatione, tuo constituenda iudicio, prout conversorum animos inspexeris esse devotos, pariterque etiam habentes senilis ætatis intuitum, et periculorum quorumque, aut ægritudinum respicientes necessitates. In quibus, si quis ita graviter urgeatur, ut dum adhuc poenitet, de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem communionis gratia subveniri.

LXV. *Ut hi qui ab hæreticis baptizati sunt, sola sancti Spiritus invocatione firmentur.*

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 48.* Nam hi qui baptismum acceperunt ab hæreticis, cum baptizati antea non fuissent, sola sancti Spiritus invocatione, per impositionem manuum confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt. Et hanc regulam, ut scitis, servandam in omnibus Ecclesiis prædicamus, ut lavacrum semel initum nulla iteratione violetur, dicente Apostolo: Unus Deus, una fides, unum baptisma, cujus ablutio nulla iteratione temeranda est, sed, ut diximus, sola sanctificatio Spiritus sancti invocanda, ut quod ab hæreticis nemo accipit, a catholicis sacerdotibus consequatur.

LXVI. *De his qui in ægritudine baptizati consequuntur.*

*Concil. Novacæsariensi, tit. 12.* Si quis in ægritudine fuerit baptizatus, ad honorem presbyterii non potest promoveri, quia non ex proposito fides ejus, sed ex necessitate descendit: nisi forte propter sequens studium ejus, et fidem, atque hominum raritatem, talis possit admitti.

*Concil. Laodicensi, tit. 47.* Quod oporteat eos qui in ægritudine percipiunt baptismum, postquam convalescerint, fidem perdere, et scire cujus muneris participes facti sunt.

*Concil. Carthag., tit. 12.* Ut ægrotantes si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui periculo proprio dixerint, baptizentur. Et ut scenicis atque histrionibus cæterisque hujusmodi personis reconciliatio non negetur.

LXVII. *De Christianis qui sabbatizare, vel juxta quendam modum judaizare noscuntur.*

*Concil. Laodicensi, tit. 29.* Quod non oporteat Christianos judaizare et otari in Sabbato, sed operari eos in eodem die: præferentes autem in veneratione Dominicum diem, si vacare voluerint, ut Christiani, hoc faciant. Quod si reperti fuerint judaizare, anathema sint a Christo.

LXVIII. *De schismaticis.*

*Concil. Laodicensi, tit. 33.* Quod non oporteat cum hæreticis aut schismaticis pariter orare.

LXIX. *De martyribus hæreticorum.*

*Concil. Laodicensi, tit. 34.* Quod omnes Christianos non oporteat deserere martyres Christi, et ire ad pseudomartyres, id est, hæreticorum, et quos ipsos constat hæreticos existisse; hi namque sunt alienati a Deo. Sint igitur anathema qui ad tales accesserint.

*Concil. Carthag., tit. 50.* Item placuit ut altaria quæ passim per agros et per vias, tanquam memoriarum martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiarum martyrum conditæ probantur, ab episcopis qui locis eisdem præsent, si fieri potest, evertantur: si autem hoc per tumultus populares non sinitur, tamen plebes admoneantur ne illa loca frequentent, ut qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione devincti teneantur, et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi ubi corpus aut aliquæ reliquiarum sunt, aut origo alicujus habitationis, vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur: nam quæ per somnia, et per manus, quasi revelationes quorumlibet hominum, ubicunque constituuntur altaria, omnimodo reprobentur.

LXX. *De his qui ab hæreticis, vel Judæis fœderis dona suscipiunt.*

*Concil. Laodicensi, tit. 37.* Quod non oporteat a Judæis vel hæreticis ea quæ mittuntur munera festiva suscipere, nec cum eis festa celebrare.

LXXI. *De Christianis qui Judæorum azyma comederunt.*

C *Concil. Laodicensi, tit. 38.* Quod non oporteat azyma a Judæis accipere, et communicare impietatibus eorum.

LXXII. *De Christianis celebrantibus festa gentilium.*

*Concil. Laodicensi, tit. 39.* Quod non oporteat cum gentilibus festa celebrare, et communicare pravitatibus eorum qui sine Deo sunt.

LXXIII. *De hæreticis intransitibus in ecclesiam, vel basilicas martyrum.*

*Concil. Laodic., tit. 6.* Quod hæretici non permittendi sint ingredi in domum Dei, in hæresi permanentes.

LXXIV. *Captivis cibis immolatiis per necessitatem comedentibus poenitentia concedenda.*

D *Ex decretis papæ Leonis, tit. 46.* Hi autem Christiani qui inter eos a quibus fuerint captivati immolatiis cibis asseruntur esse polluti, consultationi charitatis tuæ hoc etiam respondendum esse credidimus, ut poenitentiae satisfactione purgentur, quæ non tam temporis longitudine quam cordis computatione pensanda est. Et sive hoc terror extorserit, sive fames suaserit, non dubitetur abolendum, cum hujusmodi cibus pro metu aut indigentia, non pro religionis veneratione sit sumptus.

LXXV. *Qualiter debeant in Ecclesia suscipi poenitentes.*

*Concil. Carthag., tit. 10.* Ut poenitentibus secundum differentiam peccatorum episcopi arbitrio poenitentiae tempora decernantur, et ut presbyter incon-

sulto episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absentia episcopi necessitate cogente: cujusunque autem pœnitentis publicum et vulgatissimum crimen est, quod universam Ecclesiam commoverit, ante absida manus ei imponatur.

**LXXVI. De his qui ad ordinem presbyterii sine examinatione proveci sunt.**

*Concil. Nicæno, tit. 9.* Si qui presbyteri sine examinatione sunt proveci, vel cum discuterentur peccata sua confessi sunt, et homines contra canones commoti manus confessis imponere tentaverunt; tales regula non admittit, quia quod irreprehensibile est catholica defendit Ecclesia.

*Quo tempore presbyterum conventat ordinari.*

*Concil. Novæcæsariensi, tit. 11.* Presbyter ante tricesimum ætatis suæ annum nullatenus ordinetur, licet valde sit dignus; sed hoc tempus observet: nam Dominus noster tricesimo ætatis suæ anno baptizatus est, et sic cœpit docere.

**LXXVII. De his qui in persecutionibus negaverunt, et postmodum in clero promoti sunt.**

*Concil. Nicæno, tit. 10.* Quicumque de lapsis ad ordinem cleri promoti sunt, per ignorantiam, vel ordinatorum dissimulationem, hoc ecclesiasticæ non præjudicat regulæ, cogniti namque deponantur.

**LXXVIII. De laicis qui negaverunt, et de his qui abrenuntiaverunt, et iterum ad sæculum sunt conversi.**

*Concil. Nicæno, tit. 11 et 12.* De his qui præter necessitatem prævaricati sunt, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel aliquid hujusmodi quod factum est sub tyrannide Licinii, placuit synodo, quamvis humanitate probentur indigni, tamen eis benevolentiam commodari. Quicumque ergo veraciter pœnitentiam gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur, et sex annis omni se contritione deiciant, duobus autem annis sine oblatione populo in oratione communicent.

Quicumque vocati per gratiam, primum quidem impetum monstraverunt deponentes militiæ cingulum, postmodum vero ad proprium vomitum sunt relapsi, ita ut quidam et pecunias tribuerent, et beneficiis militiam repeterent, ii decem annis post triennii tempus (quo inter audientes erunt) in afflictione permaneant; sed in his omnibus propositum et speciem pœnitentiæ convenit explorare: quotquot enim metu, et lacrymis, atque pœnitentia, vel bonis operibus rebus ipsis conversionem suam, non simulationem, demonstrant, ii definitum tempus auditionis implentes, tum demum fidelibus in oratione communicent, postmodum vero licebit episcopo de his aliquid humanius cogitare. Quicumque vero indifferenter tulerunt, et aditum introeundi ecclesiam sibi arbitrati sunt ad conversionem posse sufficere, ii definitum tempus modis omnibus implebant.

**LXXIX. De his qui communionem tempore mortis exposcunt.**

*Concil. Nicæno, tit. 13.* De his qui ad exitum

PATROL. LXXXVIII.

veniunt etiam nunc lex antiqua regularisque servabitur, ita ut si quis egreditur de corpore, ultimo et necessario viatico minime privetur. Quod si desperatus, et consecutus communionem, oblationisque particeps factus iterum convaluerit, sit inter eos qui communionem orationis tantummodo consequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exituposito, et poeenti sibi communionis gratiam tribui, episcopus probabiliter ex oblatione dare debebit.

**LXXX. De catechumenis lapsis.**

*Concil. Nicæno, tit. 14.* De catechumenis sancto et magno concilio placuit ut tribus annis sint inter audientes tantummodo; post hæc autem cum catechumenis orent.

**LXXXI. De presbyteris qui immolaverunt tempore persecutionis.**

*Concil. Ancyrensi, tit. 1.* Presbyteros immolantes, et iterum luctamen adeuntes, si hoc non per illusionem aliquam, sed ex veritate fecerint, nec ante parantes, et affectantes atque suadentes ut astimentur quidem tormentis aptari, sed hujus visu tantum, et habitu subijci, hos placuit honorem quidem retinere propriæ sedis, offerre vero, aut alloqui populum, aut omnino sacerdotalibus fungi officiis non licere.

**LXXXII. De diaconis qui immolaverunt.**

*Concil. Ancyrensi, tit. 2.* Diaconi similiter qui immolaverunt, honorem quidem habeant, cessent vero ab omni sacro ministerio, sive a pane, sive a calice offerendo, vel prædicando. Quod si quidam episcoporum conscii sunt laboris eorum, et humilitatis, et mansuetudinis, et voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adimere, penes ipsos erit potestas.

**LXXXIII. De his qui ex fuga comprehensi sunt, et per vim immolarunt.**

*Concil. Ancyrano, tit. 3.* Qui fugientes comprehensi sunt, vel a domesticis traditi, vel ademptis facultatibus, sustinere tormenta, aut in custodiam trasi proclamaverunt se Christianos esse, et eo usque astricti sunt, ut manus eorum comprehendentes violenter attraherent, et funestis sacrificiis admoverent, aut aliquid polluti cibi per necessitatem sumere cogentur, conflentes jugiter se esse Christianos, et luctum rei quæ contigit incessabiliter ostendentes omni dejectione, et habitu, et humilitate vitæ; hos velut extra delictum constitutos a communionis gratia non vetari: si vero prohibiti sunt ab aliquibus propter ampliorem cautelam, vel propter quorundam ignorantiam, statim recipiantur; hoc autem similiter, et de clericis, et de cæteris laicis observare conveniet. Perquisitum est autem et illud, si possunt etiam laici qui in hac necessitatis angustias inciderunt, ad clericatus ordinem promoveri: placuit ergo et hos tanquam qui nihil peccaverint, si et præcedens eorum vita probabilis sit, ad hoc officium provehi.

**LXXXIV. De his qui diversis causis gentilitatis ritum aliquid pegerunt.**

*Concil. Ancyrano, tit. 4.* De his qui sacrificare

coacti sunt, insuper et cœnaverunt in idolio. Quicunque eorum cum ducerentur lætiore habitu fuerunt, et vestimentis pretiosioribus nisi sunt, et præparatæ cœnæ indifferenter participes exstiterunt, placuit eos inter audientes uno anno constitui, succumbere tribus annis, in oratione vero communicare biennio, et tunc ad perfectionis gratiam pervenire. Quotquot autem ascenderunt templa vestè lugubri, et recumbentes per omne tempus sèvere discubitus, si compleverunt pœnitentiam triennii temporis, sine oblatione suscipiantur. Si autem non manducaverunt, biennio subjecti pœnitentiæ, tertio anno sine oblatione communicent, ut perfectionem quadriennio consequantur. Penes episcopos autem erit potestas, modum conversationis eorum probantes, vel humanius erga eos agere, vel amplius tempus adjicere. Ante omnia vero præcedens eorum vita et posterior inquiratur, et jta eis impertiatur humanitas.

*Ex decretis papæ Siricii, tit. 3.* Adjectum est etiam quosdam Christianos ad apostasiam (quod dici nefas est) transeuntes, et idolorum cultu ac sacrificiorum contaminatione profanatos, quos a Christi corpore et sanguine quo dudum redempti fuerant renascendo, jubemus abscindi; et si resipiscentes forte aliquando fuerint ad lamenta conversi, his quædam vivunt agenda pœnitentia est, et in ultimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda, quia, docente Domino, nolimus mortem peccatoris, sed tantum ut convertatur et vivat.

*LXXXV. De his qui timore ritus gentilium peregerunt.*

*Concil. Ancyrano, tit. 5.* De his qui minis tantum cessare peccatorum, aut privatione facultatum territi, aut demigratione, sacrificaverunt, et hactenus pœnitentia negligentes neque conversi, nunc hujus concilii tempore semet obtulerunt conversionis suæ consilia capientes, placuit usque ad magnum diem eos inter audientes suscipi, et post magnum diem triennium pœnitentiam agere, et postmodum duobus annis sine oblatione communicare; et tunc demum sex annis completis ad perfectionis gratiam pervenire: si vero quidam ante hanc synodum suscepti sunt ad pœnitentiam, ex illo tempore initium eis sexennii computetur: si quod autem periculum, vel mortis expectatio, aut ex infirmitate, aut ex alia occasione contigerit, his sub definitione statuta communio non negetur.

*LXXXVI. De his qui in locis idolorum manducaverunt.*

*Concil. Ancyrano, tit. 6.* De his qui festis diebus gentilium in remotis eorum locis convivia celebraverunt, cibosque proprios deferentes ibidem comederunt, placuit post pœnitentiam biennii eos suscipi; utrum vero cum oblatione, singuli episcoporum probantes vitam eorum, et singulos actus examinent.

*LXXXVII. De his qui frequenter idolis immolaverunt.*

*Concil. Ancyran., tit. 7.* Hi qui secundo et tertio sacrificaverint coacti, quatuor annis pœnitentiæ sub-

ijciantur, duobus autem aliis sine oblatione communicent et septimo anno perfecte recipiantur.

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 30.* Si convivio solo gentilium et escis immolatiis usi sunt, possunt jejuniis et manus impositione purgari, ut deinceps ab idolothytis abstinentes sacramentorum Christi possint esse participes. Si autem aut idola adoraverunt, aut homicidiis, vel fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos, nisi per pœnitentiam publicam non oportet admitti.

*LXXXVIII. De his qui et aliis sacrificandi causas attulerunt.*

*Concil. Ancyran., tit. 8.* Quotquot autem non solum ipsi deviaverunt, sed etiam insurrexerunt et compulerunt fratres, et causas præbuerunt, ut cogerentur, hi per triennium quidem locum inter audientes accipiant, per aliud vero sexennium pœnitentiæ subjiciantur acriori, et alio anno communionem sine oblatione percipiant, ut perfectionem expleto decennio consequantur. Inter hæc autem et eorum vita pensanda est.

*LXXXIX. De his qui cum essent catechumeni idolis immolaverunt.*

*Concil. Ancyran., tit. 11.* Eos qui ante baptismum sacrificaverunt idolis, et postea baptismum consecuti sunt, placuit ad ordinem provehi, eo quod probentur abjecti.

*XC. De his qui divinationes expetunt.*

*Concil. Ancyran., tit. 23.* Qui divinationes expetunt et morem gentilium subsequuntur, aut in domos suas hujusmodi homines introducunt exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa, sub regula quinquennii jaceant secundum gradus pœnitentiæ definitos.

*De his qui angelos colunt.*

*Concil. Laod., tit. 35.* Quod non oporteat Christianos Ecclesiam Dei relinquere, et ire, atque angelos nominare, et congregationes facere, quæ interdicta noscuntur. Si quis igitur inventus fuerit huic occultæ idololatriæ serviens, sit anathema, quia derelinquit Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, et se idololatriæ tradidit.

*Ut clericus magus et incantator non sit, neque phylacteria faciat.*

*Concil. Laod., tit. 36.* Quod non oporteat sacris officiis deditos, vel clericos, magos aut incantatores existere, aut phylacteria facere, quæ animarum suarum vincula comprobantur. Eos autem qui his utuntur ab Ecclesia pelli præcipimus.

*XCI. De his qui ad presbyterium vel diaconatum promoventur, et ante ordinationem peccatorum sibi sunt conscii.*

*Concil. Novæcasar., tit. 9.* Presbyter, si præoccupatus corporali peccato provehatur, et confessus fuerit de se quod ante ordinationem deliquerit, oblata non consecret; mansens in reliquis officium propter studium bonum, nam peccata reliqua plerique dixerunt per manus impositionem posse dimitti.

Quod si de se non fuerit ipse confessus, et argui manifeste nequiverit, potestatis suæ iudicio relinquatur.

*Concil. eod., tit. 10.* Simili modo etiam diaconus, si eodem peccato succubuerit, ab ordine ministerii subtrahatur.

**XCH. De diaconis qui tempore ordinationis de nuptiis attestati sunt.**

*Concil. Ancyr., tit. 9.* Diaconi quicumque ordinantur in ipsa ordinatione protestati sunt et dixerunt velle se conjugio copulari, quia sic manere non possunt, si postmodum uxores duxerint, in ministerio maneat, propterea quod eis episcopus licentiam dederit. Quicumque sane tacuerunt et susceperunt manus impositionem professi continentiam, et postea nuptiis obligati sunt, a ministerio cessare debebunt.

**XCH. Ut presbyteri modum sibi debitum servent.**

*Ex decretis papæ Gelasii, tit. 6.* Nec minus etiam presbyteros contra suum modum tendere prohibemus, nec episcopali fastigio debita sibi met audacter assumere: non conficiendi chrismatis, non consignationis pontificalis adhibendæ sibi met arripere facultatem; non præsentem quolibet antistitem, nisi fortasse jubeantur, vel orationis, vel actionis sacræ suppetere sibi præsumant licentiam; neque sub ejus aspectu, nisi jubeantur, aut sedere præsumant, aut venerabilia tractare mysteria; nec sibi meminissent ulla ratione concedi sine summo pontifice, subdiaconum vel acolytum jus habere faciendi; nec prorsus addubitent, si quidquam ad episcopale ministerium specialiter pertinens suo motu putaverint exsequendum, continuo se presbyterii dignitate, et sacra communione privari. Quod fieri necesse est, censeamus, si eorum præsentem differente hujusmodi fuerit prævaricatio comprobata, nec ipso eorum episcopo a culpa conniventis et ultione vacaturo, si immoderata facientes dissimulaverit vindicare.

*Concil. Carthag., tit. 6.* Fortunatus episcopus dixit: In præteritis conciliis statutum meminimus esse ut chrisma, vel reconciliatio poenitentium, nec non et puellarum consecratio, a presbyteris non fiat; si quis autem emergerit hoc faciens, quid de eo statuendum sit?

Aurelius episcopus dixit: Audivit dignatio vestra suggestionem fratris coepiscopi nostri Fortunati, quid ad hæc dicitis. Ab universis episcopis dictum est: Chrismatis confectio et puellarum consecratio a presbyteris non fiat, vel reconciliare quemquam in publica missa presbytero non licere: hoc omnibus placet.

*Concil. Carthag., tit. 7.* Aurelius episcopus dixit: Si quisquam in periculo fuerit constitutus, et se reconciliare divinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet utique presbyter consulere episcopum, et sic periclitantem ejus præcepto reconciliare: quam rem debemus salubri consilio roborare. Ab universis episcopis dictum est: Placet

quod sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est.

**XCIV. De privilegiis presbyterorum.**

*Conc. Nicæno, tit. 18.* Pervenit ad sanctum magnumque concilium quod in quibusdam locis et civitatibus presbyteris gratiam sacræ communionis diaconi præbeant, quod nec regula, nec consuetudo tradidit, ut ab his qui potestatem non habent offerendi, illi qui offerunt corpus Christi accipiant. Nec non et illud innotuit quod quidam diaconi ante episcopos sacra oblata contingant. Hæc igitur omnia resecentur, et in sua diaconi mensura permanent, scientes quod episcoporum quidem ministri sint, inferiores autem presbyteris habeantur. Per ordinem ergo post presbyteros gratiam sacræ communionis accipiant, aut episcopo eis, aut presbytero, porrigente; sed nec sedere in medio presbyterorum diaconis liceat; quia si hoc fiat, præter regulam et ordinem probatur existere. Si quis etiam post has definitiones obedire noluerit, a ministerio cessare debëbit.

*Concil. Laodicensi, tit. 20.* Quod non oporteat diaconum coram presbytero sedere, sed jussione presbyteri sedeat: similiter diaconis honor exhibeat ab obsequentibus, id est, subdiaconis et omnibus clericis.

*Ex decretis papæ Gelasii, tit. 8.* Quod non oporteat in presbyterio diaconum sedere, cum divina celebrantur, vel ecclesiasticis habetur, quicumque tractatus, sacri corporis prærogationem sub conspectu pontificis, seu presbyteri, nisi his absentibus, jus non habeant exercendi. Cum enim decreta venerabilium sanctionum nos quoque magnopere custodire nitamur, ac sine eorum dispendio, etiam illa quæ pro alicujus utilitatis fortasse compendio videantur, laxanda dicamus.

**XCIV. Ut diaconi mensuram propriam juxta Patrum statuta custodiant.**

*Ex decr. papæ Gelasii, tit. 7.* Diaconos quoque propriam constituimus servare mensuram, nec ultra tenorem paternis canonibus deputatum quidpiam tentare permittimus, nihil eorum suo ministerio penitus applicare, quæ primis ordinibus proprie decrevit antiquitas, absque episcopo, vel presbytero baptizare non audeant, nisi prædictis fortassis officiis longius constitutis necessitas extrema compellat, quod et laicis Christianis facere plerumque conceditur.

**XCVI. De chorepiscopo, id est, vicario episcopi; quæ ad ejus officium pertineant.**

*Concil. Ancyr., tit. 12.* Chorepiscopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare, sed nec presbyteris civitatis sine præcepto episcopi vel litteris in unaquaque parochia.

*Concil. Antioch., tit. 10.* Qui in vicis vel possessionibus chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem episcoporum perceperint, et ut episcopi consecrati sunt, tamen sancte synodo placuit

ut modum proprium recognoscant, et gubernent A subjectas sibi ecclesias, earumque moderamine curaque contenti sint. Ordinent etiam lectores, et subdiaconos, atque exorcistas; quibus promotiones istae sufficiant. Nec presbyterum vero nec diaconum audeant ordinare praeter civitatis episcopum, cui ipse cum possessione subjectus est. Si quis autem transgredi statuta tentaverit, depositus quo utebatur honore privetur; chorepiscopum vero civitatis episcopus ordinet, cui ille subjectus est.

**XCVII. De rebus ecclesiasticis eo tempore distractis quo ipsae ecclesiae viduantur episcopis.**

*Concil. Ancyrano, tit. 14.* De his quae pertinent ad ecclesiam, quaecunque, cum non esset episcopus, presbyteri vendiderunt, placuit, rescisso contractu, ad iura ecclesiastica revocari. In iudicio autem erit B episcopi, si pretium debeat recipi, necne, quia plerumque rerum distractarum redditus ampliozem summam pro pretio dato reddiderit.

*Concil. Carthag., tit. 26.* Item placuit ut rem ecclesiae nemo vendat: quod si redditus non habet, et aliqua nimia necessitas cogit, hanc insinuandam esse primati provinciae ipsius, ut cum statuto numero episcoporum utrum faciendum sit arbitretur. Quod si tanta urget necessitas ecclesiae, ut non possit hunc consulere, saltem vicinos testes convocet episcopos, curans ad concilium omnes referre suae ecclesiae necessitates: quod si non fecerit, reus Deo et concilio, venditor, honore amisso, teneatur.

**XCVIII. De his qui esum carnum in clero constituti diffugiunt.**

*Concil. Ancyr., tit. 13.* Hi qui in clero sunt presbyteri, et diaconi, et a carnibus abstinent, placuit eas quidem contingere, et ita si voluerint continere. Quod si in tantum eas abominentur, ut nec olera quae cum eis coquantur existiment comedenda, tanquam non consentientes regulae, ab ordine cessare debebunt.

**XCIX. De his qui fornicantur irrationabiliter, id est, cum pecoribus aut cum masculis.**

*Concil. Ancyr., tit. 15.* De his qui irrationabiliter versati sunt, sive versantur, quotquot ante vicesimum annum tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in poenitentia, communionem mereantur orationum, deinde quinquennio in hac communionem durantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant; discutiatur autem et vita eorum, qualis tempore poenitudinis extiterit, et ita misericordiam consequantur. Quod si inexplabiliter his haesere criminibus, ad agendam poenitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autem peracta viginti annorum aetate, et uxores habentes, hoc peccato prolapsi sunt, viginti quinque annis poenitentiam gerentes in communionem suscipiantur orationum; in qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui, et uxores habentes, et transcendentibus quinquagesimum annum aetatis ita deliquerint, ad exitum vitae communionis gratiam consequantur.

*Concil. Ancyr., tit. 16.* Eos qui irrationabiliter vixerunt, et lepra inusti criminis alios polluerunt, praecipit sancta synodus inter eos orare qui spiritu periclitantur immundo.

**C. De monachis et virginibus qui suam professionem non custodiunt.**

*Concil. Ancyr., tit. 18.* Quotquot virginitatem promittentes irritam faciunt sponsonem, inter bigamos censeantur. Virgines autem quae conveniunt cum aliquibus tanquam sorores habitare, prohibemus.

*Concil. Chalcedon., tit. 7.* Qui semel in clero deputati sunt, aut monachorum vitam expetierunt, statuimus neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam, aut hoc tentantes, et non agentes poenitentiam, quominus redeant ad hoc quod propter Deum primitus elegerunt, anathematizari.

*Concil. Chalcedon., tit. 16.* Virginem quae se Domino consecravit, similiter et monachum, non licere nuptialia iura contrahere: quod si hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decrevimus ut habeat auctoritatem ejusdem loci episcopus misericordiam humanitatemque largiri.

*Ex decretis papae Siricii, tit. 6.* Praeterea monachorum quosdam atque monacharum, abjecto proposito sanctitatis, in tantam protestaris demersos esse lasciviam, ut prius clanculo velut sub monasteriorum pretextu illicita ac sacrilega se contagione miscuerint, postea vero, in abruptum conscientiae desperatione perducti, de illicitis complexibus libere filios procrearint, quod et publicae leges et ecclesiastica iura condemnant: has igitur impudicas detestabilesque personas a monasteriorum coetu ecclesiarumque conventibus eliminandas esse mandamus, quatenus retrusae in suis ergastulis tantum facinus continua lamentatione deflentes, purgatorio possint poenitudinis igne decoquere, ut eis, vel ad mortem, saltem solius misericordiae intuitu, per communionis gratiam possit indulgentia subveniri.

**CI. Item de virginibus velatis, si devierint.**

*Ex decretis papae Innocentii, tit. 19.* Item quae Christo spiritaliter nubunt, et a sacerdote velantur, si postea vel publice nupserint, vel se clanculo corruerint, non eas admittendas esse ad agendam poenitentiam, nisi is cui se junxerant de mundo recesserit; si enim de hominibus haec ratio custoditur, ut quaecunque, vivente viro, alteri nupserit, habetur adultera, nec ei agenda poenitentiae licentia concedatur, nisi unus ex his fuerit defunctus; quanto magis de illa tenenda est quae ante immortali se sponso conjunxerat, et postea ad humanas nuptias transmigravit?

*Ex decretis papae Innocentii, tit. 20.* Haec vero quae necdum sacro velamine tectae, tamen in proposito virginali semper se simulaverunt permanere, licet velatae non fuerint, si forte nupserint, his agenda aliquantum tempore poenitentia est, quia sponsio earum



a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione solvi, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt, solvi sine vindicta non poterit? Nam si apostolus Paulus, quæ a proposito viduitatis discesserant, dixit eas habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, quanto potius virgines quæ prioris promissionis fidem frangere sunt conatæ?

*Ex decr. papæ Leonis, tit. 26.* Propositum monachi proprio arbitrio aut voluntate susceptum deserere non potest absque peccato: quod enim quis Deo vovit, debet et reddere. Ude qui relicta singularitatis professione ad militiam vel ad nuptias devotus est, publicæ poenitentiae satisfactione purgandus est, quia, et si innocens militia et honestum potest esse conjugium, electionem meliorum deseruisse transgressio est.

*Tit. 27.* Puellæ quæ non parentum coactæ imperio, sed spontaneo iudicio, virginitatis propositum atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, prævaricantur, etiamsi nondum eis gratia consecrationis accessit: cujus utique non fraudarentur munere, si in proposito permanent.

*Ex decretis papæ Gelasii, tit. 20.* Virginibus sacris tenere se quosdam sociare cognovimus, et post dictum Deo propositum incesta fœdera sacrilegaque miscere; quos protinus æquum est a sacra communione detrudi et nisi per publicam probatamque poenitentiam omnino non recipi: aut his certe viaticum de sæculo transeuntibus, si tamen poeniterint, non negetur.

**CII.** *De his qui adulteras habent uxores, vel adulteri comprobantur.*

*Concil. Ancyran., tit. 19.* Si cujus uxor adulterata fuerit, vel si ipse adulterium commiserit, septem annorum poenitentia oportet eum perfectionem consequi, secundum pristinos gradus.

**CIII.** *De his quæ partus suos ex fornicatione diversis modis interimunt.*

*Concil. Ancyran., tit. 20.* De mulieribus quæ fornicantur, et partus suos negant, vel quæ agunt secum ut utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vitæ eas ab Ecclesia removet; humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus secundum præfixos gradus poenitentiae largiamur.

**CIV.** *De homicidis vel de his qui non sponte homicidium commiserunt.*

*Conc. Ancyran., tit. 21 et 22.* Qui voluntarie homicidium fecerint, poenitentiae quidem jugiter se submittant; perfectionem vero circa vitæ exitum consequantur. De homicidiis non sponte commissis prior quidem definitio, post septennem poenitentiam perfectionem consequi præcipit; secunda vero quinquentennii tempus expleat.

*CV.* *De desponsati puellis, et ab aliis corruptis.*

*Concil. Ancyran., tit. 10.* Desponsatas puellas et

A post ab aliis raptas, placuit erui, et eis reddi quibus ante fuerant desponsatæ, etiamsi eis a raptoribus vis illata constiterit

*Ex decretis Siri, tit. 4.* De conjugali autem violatione requisisti, si desponsatam alii puellam alter in matrimonium possit accipere? hoc, ne fiat, modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cujusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur.

**CVI.** *De his qui virginum corruptionibus concii sunt.*

*Concil. Ancyran., tit. 24.* Quidam sponsam habens, sororem ejus violavit, et gravidam redidit; postmodum desponsatam sibi duxit uxorem, illa vero quæ corrupta est laqueo se peremit: hi qui fuerunt concii post decennem satisfactionem jussi sunt suscipi secundum gradus poenitentiae constitutos.

**CVII.** *Laicum pellentem conjugem suam communione privandum.*

*In Canonibus Apostolorum, tit. 48.* Si quis laicus, uxorem propriam pellens, alteram vel ab alio diuinam duxerit, communione privetur.

**CVIII.** *De presbyteris qui uxores acceperunt, vel fornicati sunt.*

*Concil. Novæcæsar., tit. 1.* Presbyter, si uxorem acceperit, ab ordine deponatur; si vero fornicatus fuerit, aut adulterium perpetrarit, amplius pelli debet et ad poenitentiam redigi.

**CIX.** *Quod sacerdotes et Levitæ cum mulieribus coire non debeant.*

**C** *Ex decretis papæ Innocentii, tit. 16.* Præterea quod dignum et pudicum, et honestum est, tenere Ecclesia omnimodo debet, ut sacerdotes et Levitæ cum uxori- bus suis non coeant, quia a mysterii quotidiani necessitatibus occupantur; scriptum est enim: Sancti estote, quoniam et ego sanctus sum Dominus Deus vester. Nam si priscis temporibus de templo Dei sacerdotes anno vicis suæ non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domum suam omnino tangebant, quibus utique propter sobolis successio- nem uxoris usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, et præterquam ex semine Aaron ad sacerdotium nullus fuerat præcep- tus accedere; quanto magis hi sacerdotes vel Levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit dies qua vel a sacrificiis divinis, vel a baptismatis officio vacent? Nam si Paulus ad Corinthios scribit dicens: Abstinetes vos ad tempus, ut vacetis orationi, et hoc utique laicis præcepit; multo magis sacerdotes, quibus et orandi et sacrificandi iuge officium est, semper debent ab hujusmodi consortio abstinere: qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore vel sacrificare forsitan usurpabit, aut quæ conscientia quove merito exaudiri se credit, cum dictum sit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum.

<sup>a</sup> Dionys. Exig., minister. i.

<sup>b</sup> Dionys. Exig., uxorius.

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 17.* Lex continentia eadem est altaris ministris quæ episcopis atque presbyteris, qui cum essent laici sive lectores, licito et uxores ducere, et filios præcreare, potuerunt: sed cum ad prædictos pervenerint gradus, cœpit eis non licere quod licuit. Unde ut de carnali fiat spiritale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores, et quasi non habeant sic habere, quo et salva sit charitas connubiorum, et cesset operatio nuptiarum.

*Concil. Carth., tit. 25.* Aurelius episcopus dixit: Aidimus, fratres charissimi, præterea, cum de quorundam clericorum quamvis lectorum erga uxores proprias incontinentia referretur, placuit, quod et in diversis conciliis firmatum est, ut subdiaconi qui sacra mysteria contrectant, et diaconi et presbyteri, sed et episcopi, secundum priora statuta, etiam ab uxoribus se abstineant, et tanquam non habentes videantur esse; quod nisi fecerint, ab ecclesiastico removeantur officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi nisi maturiore ætate.

**CX.** *Quæ mulieres cum episcopo, presbytero, diacono, debeant commorari.*

*Concil. Nic., tit. 3.* Interdixit per omnia magna synodus non episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte matrem aut sororem, aut amitam, vel eas tantum personas quæ suspicionem effugiunt.

*Ex decretis papæ Siricii, tit. 12.* Feminas vero non alias esse patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum quas propter solas necessitudinum causas habitare cum eisdem synodus Nicæna permisit.

**CXI.** *De presbyteris qui habuerint conjugia.*

*Concil. Gangrens., tit. 4.* Quicumque discernit a presbytero qui uxorem habuit, quod non oporteat eo ministrante de oblatione percipere, anathema sit.

**CXII.** *De his quæ duobus fratribus nupserint, vel qui duas sorores acceperint uxores.*

*Concil. Novæcæsar., tit. 2.* Mulier si duobus fratribus nupserit, abjiciatur usque ad mortem, verumtamen in exitu, propter misericordiam, si promiserit quod facta incolumis hujus conjunctionis vincula dissolvat, fructum pœnitentiæ consequatur. Quod si defecerit mulier aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti.

**CXIII.** *De multinubis.*

*Concil. Novæcæsariensis tit. 3.* De his qui in plurimas nuptias inciderunt, et tempus quidem præfinitum manifestum est, sed conversatio eorum et fides tempus abbreviat.

**CXIV.** *De his qui suam concupiscentiam adimplere a Deo non permittuntur.*

*Concil. Novæcæsar., tit. 4.* Si quis mulierem concupiscens proposuerit cum ea concumbere, et cogitatio ejus non pervenit ad effectum, apparet quod gratia Dei liberatus sit.

**CXV.** *De catechumenis peccatoribus.*

*Concil. Novæcæsar., tit. 5.* Catechumenus si ingrediatur ecclesiam, et in ordinem eorum qui instruuntur assistat, hic autem et deprehensus fuerit peccans, si quidem genua flectit audiat, et non delinquat ulterius: si vero et audiens peccaverit, expellatur.

**CXVI.** *De catechumena prægnante.*

*Ejusdem tit. 6.* Gravida oportet baptizare quando voluerit: nihil enim in hoc quæ parit nascenti communicat, propterea quod uniuscujusque suum propositum in confessione declaretur.

**CXVII.** *Quod non oporteat in bigami nuptiis orare presbyterum.*

*Concil. Novæcæsar., tit. 7.* Presbyterum in bigami nuptiis prandere non convenit, quia cum pœnitentiæ bigamus egeat, quis erit presbyter qui propter convivium talibus nuptiis possit præbere consensum?

**CXVIII.** *De his qui mulieribus adulteris juncti sunt.*

*Concil. Novæcæsar. tit., 8.* Mulier cujusdam adulterata laici constituti, si evidenter arguatur, talis ad ministerium cleri venire non poterit. Si vero post ordinationem adulterata fuerit, dimittere eam convenit: quod si cum illa convixerit, ministerium sibi commissum non poterit obtinere.

**CXIX.** *Quod presbyteri plebis in ecclesia civitatis nec sacrificium offerre, nec ministrare debeant quæ oblata sunt.*

*Concil. Novæcæsar., tit. 13.* Presbyteri raris in ecclesia civitatis episcopo præsentibus, vel presbyteris urbis ipsius, offerre non possunt, nec panem sanctificationem dare, calicemque porrigere. Si vero absentes hi fuerint, et ad dandam orationem vocentur, soli dare debent. Chorepiscopi quoque ad exemplum quidem et formam septuaginta videntur esse, ut comministri autem propter studium quod erga pauperes exhibent honorentur.

**CXX.** *Quod in qualibet magna civitate, septem tantum diacones esse debeant, juxta apostolorum dispositionem.*

*Concil. Novæcæsar., tit. 14.* Diaconi septem debent esse juxta regulam, licet et valde magna sit civitas, idipsum autem et Actuum apostolorum liber insinuat.

**CXXI.** *De his qui nuptias execrantur.*

*Concil. Gangr., tit. 1.* Si quis vituperat nuptias, et dormientem cum viro suo fidelem ac religiosam detestatur, aut culpabiles æstimat, velut qui in regno Dei introire non possunt, anathema sit.

**CXXII.** *De his qui abominantur eos qui carnibus vescuntur.*

*Concil. Gangr., tit. 2.* Si quis carnem edentem, præter sanguinem, et idolis immolatum et suffocatum, cum religione et fide, condemnat, velut spem propter hujusmodi perceptionem non habentem anathema sit.

**CXXIII. De servis qui jugum famulatus abjiciunt Christianitatis obtentu.**

*Concil. Gangrens., tit. 3.* Si quis servum sub prætextu divini cultus deoat dominum contemnere proprium, ut discedat ab ejus obsequio, nec ei cum benevolentia et omni honore deserviat, anathema sit.

**CXXIV. De his qui conventus eccl:s'æ spernunt.**

*Concil. Gangrens., tit. 5.* Si quis docet domum Dei contemptibilem esse, et conventus qui in ea cel brantur, anathema sit.

**CXXV. De his qui ecclesiastica ministeria præter ecclesiam faciunt.**

*Concil. Gangrens., tit. 6.* Si quis extra ecclesiam seorsum conventus celebrat, et despiciens ecclesiam ea quæ sunt ecclesie voluerit usurpare, non conveniente presbytero, juxta decretum episcopi, anathema sit.

**CXXVI. De oblationibus fructuum quæ ministris ecclesie conferuntur.**

*Concil. Gangrens., tit. 7.* Si quis oblationes ecclesie extra ecclesiam accipere vel dare voluerit, præter conscientiam episcopi, vel ejus cui hujusmodi officia commissa sunt, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit.

**CXXVII. De his quæ in usus pauperum conferuntur.**

*Concil. Gangr., tit. 8.* De his quæ in usus pauperum conferuntur, si quis dederit vel acceperit oblata præter episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, et qui dat, et qui accipit, anathema sit.

**CXXVIII. De his qui non legitime in virginitate persistunt.**

*Concil. Gangr., tit. 9.* Quicumque virginitatem custodiens, velut horrescens nuptias, temperat, nec propter hoc quod bonum et sanctum est nomen virginitatis assumit, anathema sit.

**CXXIX. De his qui pro virginitate superbiunt.**

*Concil. suprascript., tit. 10.* Si quis ex his qui virginitatem propter Dominum servant extollitur adversus conjugatos, anathema sit.

**CXXX. De his qui agapas, id est pastiones pauperum, risui ducunt.**

*Concil. suprascript., tit. 11.* Si quis despicit eos qui fideliter agapas, id est, convivia, pauperibus exhibent, et propter honorem Domini convocant fratres, et noluerit communicare hujusmodi vocationibus, parvi pendens quod geritur; anathema sit.

**CXXXI. De his qui pallii utuntur, et idcirco superbiunt.**

*Concil. Gangr., tit. 12.* Si quis virorum propter continentiam quæ putatur, amictu pallii utitur, quasi per hoc habere se justitiam credens,

<sup>a</sup> Dionys. Exig. addit quosdam.

A et despiciat eos qui cum reverentia birris, et aliis communibus, et solitis utuntur vestibus, anathema sit.

*Ex decret. pap. Celest., tit. 14.* Didicimus enim Domini sacerdotes supersticiosos potius cultui inservire, quam mentis vel fidei puritati: sed non mirum, si contra ecclesiasticum morem faciunt, qui in Ecclesia non creverunt, sed, alio venientes ita ere, secum hæc in Ecclesiam quæ in alia conversatione habuerant, intulerunt. Amicti pallio et lumbos præcincti, credunt se sanctæ Scripturæ fidem non per spiritum, sed per litteram, completuros: nam si ad hoc ista præcepta sunt ut taliter servarentur, cur non fiant pariter quæ sequuntur, ut lucernæ ardentes una cum baculo teneantur.

B Habent suum ista mysterium, et intelligentibus ita clara sunt, ut ea magis, qua decet, significatione serventur. Nam in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis (de quo dicitur, Sic opera vestra luceant) indicatur: habent tamen istum forsitan cultum, morem potius quam rationem sequentes, qui remotioribus habitant locis, et procul a cæteris degunt. Et post pauca: Discernendi a plebe vel cæteris sumus doctrina, non veste, conversatione, non habitu, mentis puritate, non cultu. Nam si studere incipiamus novitati, traditum nobis a Patribus ordinem calcabimus, ut locum supervacuum superstitionibus faciamus; rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere; docendi enim sunt potius quam laudandi, nec imponendum eorum est oculis, sed mentibus infundenda præcepta sunt.

**CXXXII. De mulieribus quæ utuntur virilibus indumentis.**

*Concil. Gangr., tit. 13.* Si qua mulier propter continentiam quam putat, habitum mutat, pro solito muliebri amictum virilem sumit, anathema sit.

**CXXXIII. De his qui venit peccatum copulam deserunt nuptiarum.**

*Concil. Gangrens., tit. 14.* Si qua mulier virum proprium relinquens discedere voluerit, nuptias exsecrata, anathema sit.

**CXXXIV. De his qui Christianitatis obtentu despiciunt filios.**

*Concil. Gangr., tit. 15.* Si quis filios suos relinquens non eos enutrit, et quod ad se pertinet, non ad pietatem divini cultus, informat, sed per occasionem continentie negligit, anathema sit.

**CXXXV. De his qui parentes Christianitatis obtentu contemnunt.**

*Concil. Gangrens., tit. 16.* Quicumque filii a parentibus sub prætextu divini cultus abscedunt, nec debitam reverentiam dependunt illis, qui divinum cultum sibi procul dubio præferunt, anathema sit.

<sup>b</sup> Dionys. Exig., quæ putatur.

**XXXVI. De mulieribus quæ se attondent Christianitatis obtentu.**

*Concil. Gangrens., tit. 17.* Si qua mulier propter divinum cultum, ut æstimat, crines attondet, quos ei Deus ad subjectionis memoriam tribuit tanquam præceptum dissolvens obedientiæ, anathema sit.

**CXXXVII. De his qui Dominico die jejunant, tanquam nihil præ cæteris differ. nte.**

*Concil. Gangr., tit. 18.* Si quis propter continentiam quæ putatur, aut contumaciam in die Dominico jejumat, anathema sit.

**CXXXVIII. De his qui die Dominico et diebus Pentecostes genua flectunt.**

*Concil. Nicæn., tit. 20.* Quoniam sunt quidam in die Dominico genua flectentes, et in diebus Pentecostes: ut omnia in universis locis consonanter observentur, placuit sancto concilio stantes a die Dominico vota persolvere.

**CXXXIX. De his qui ecclesiastica jejunia absque necessitate dissolvunt.**

*Concil. Gangrens., tit. 19.* Si quis eorum qui continentiam student, absque necessitate corpora ea, tradita in commune jejunia et ab Ecclesia custodita superbiendo dissolvit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit.

**CXL. De his qui collatas quæ fiunt in martyrum commemorationibus execrantur.**

*Concil. Gangr., tit. 29.* Si quis superbiam usus affectu conventus abominatur qui ad confessiones martyrum celebrantur, et ministeria quæ in eis fiunt simul cum eorum memoriis execrantur, anathema sit.

**CXLI. De his qui in aliena parochia præter conscientiam suorum episcoporum immorantur.**

*Concil. Antioch., tit. 3.* Si quis presbyter, aut diaconus, et omnino quilibet ex clero, parochiam propriam deserens ad aliam properaverit, dein omnino demigrans in alia parochia per multa tempora niti ut immorari, ulterius ibidem non miniat et, maxime si vocanti suo episcopo, et regredi ad propriam parochiam commoventi, obedire contempserit. Quod si in hac indisciplinatione perdurat, a ministerio modis omnibus removeatur, ita ut nequaquam locum restitutionis inveniat: si vero pro hac causa damnatum alter episcopus suscipiat, hic etiam a communi coerceatur synodo, velut qui ecclesiastica constituta dissolvat.

**CXLII. De episcopis adeuntibus imperatorem.**

*Concil. Antioch., tit. 11.* Si quis episcopus, aut presbyter, aut quilibet regulæ subjectus Ecclesiæ, præter concilium et litteras episcoporum provinciam, et præcipue metropolitani, adierit imperatorem, hunc reprobari et abjici oportere, non solum a communione, verum et ab honore cujus

A particeps videtur existere, quia venerandi principis auribus molestiam tentavit inferre, contra leges Ecclesiæ. Si igitur adire principem necessaria causa deposcit, hoc agatur cum tractatu et consilio metropolitani et cæterorum episcoporum qui in eadem provincia commorantur, qui etiam proficiscentem suis prosequantur epistolis.

**CXLIII. De damnatis episcopis, aut clericis adeuntibus imperatorem.**

*Concil. Antioch., tit. 12.* Si quis a proprio episcopo presbyter, aut diaconus, aut a synodo fuerit episcopus forte damnatus, et imperatoris auribus molestus extiterit, oportet ad majus episcoporum converti concilium, et quæ putaverint habere justa, plurimis episcopis suggerant, eorumque B discussiones ac judicia præstolentur. Si vero hæc parvi pendentes molesti fuerint imperatori, hos nulla venia dignos esse, nec locum satisfactionis habere, nec spem futuræ restitutionis penitus operiri dijudicamus.

*Concil. Carthag., tit. 71.* Placuit ut quicumque ab imperatore cognitionem judiciorum publicorum petiverit, honore proprio privetur. Si autem episcopo iudicium ab imperatore postulaverit, nihil ei obsit.

**CXLIV. De dissensione quæ super episcoporum judicatione contingit, vel cum ab omnibus sua provincia episcopus constanter excluditur.**

*Concil. Antioch., tit. 14.* Si quis episcopus de certis criminibus b iudicatur, et contingat de eo provinciales episcopos dissidere, cum iudicatus ab C aliis innocens creditur, reus ab aliis æstimatur, pro e ipsius ambiguitatis absolutione sanctæ synodo placuit, ut metropolitanus episcopus a vicina provincia iudices alios convocet, qui controversiam tollant, ut per eos simul, et per provinciales episcopos quod justum visum fuerit approbetur.

*Concil. Antioch., tit. 15.* Si quis episcopus, de certis criminibus accusatus, condemnatur ab omnibus episcopis ejusdem provinciam, cunctique consonanter eandem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo iudicari, sed firmam concordantium episcoporum provinciam manere sententiam.

*Concil. Carthag., tit. 19.* Aurelius episcopus dixit: Quisquis episcoporum accusatur, ad primates provinciam ipsius causam deferat accusator, nec a communione suspendatur cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum iudicium die statuta litteris evocatus minime occurrerit, hoc est, infra spatium mensis ex e die qua eum litteras accepisse constiterit: quod si aliquas veras necessitatis causas probaverit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causam suam dicendam intra alterum mensem integram habeat facultatem; verum tam diu post mensem secundum non communicet, donec purgetur. Si autem ad concilium universale anniversarium occurrere ne-

<sup>a</sup> Dionys. Exig., Damiano.

<sup>b</sup> Iudicetur, Dionys. Exig.

<sup>c</sup> Totius, Dionys. Exig.

luerit, ut vel ibi causa ejus terminetur, ipse in se dampnationis sententiam dixisse judicetur, tempore sane quo non communicat, nec in sua ecclesia, vel parochia communicet. Accusator autem ejus si nunquam diebus causæ dicendæ defuerit <sup>a</sup> [a communione non removeatur. Si vero aliquando defuerit] subtrahens se restitute in communione episcopo, ipse removeatur a communione accusator: ita tamen ut nec ipsi adimatur facultas causæ peragendæ, si se ad diem occurrere <sup>b</sup> [non voluisse, sed non potuisse, probaverit: illud vero placuit ut cum agere] cœperit in episcoporum judicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad arguendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas asserere voluerit.

*Quæ forma in accusatione episcopi, diaconi, et cæterorum scrivari debeat.*

*Concil. Carthag., tit. 20.* Si autem presbyteri, vel diaconi, fuerint accusati, adjuncto sibi ex vicinis locis <sup>c</sup> proprius episcopus legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusati petierint, id est, una secum in presbyteri nomine sex, in diaconi tres, ipsorum causam discutiant eadem, dierum, et dilationum, et a communione remotionum, et discussionem personarum, inter accusatores et eos qui accusantur, forma servata. Reliquorum autem clericorum causas etiam solus episcopus loci agnoscat et finiat.

*CXLV. De vacantibus episcopis, quod alienam ecclesiam pervadere non debeant.*

*Concil. Antioch., tit. 16.* Si quis episcopus vacans in ecclesiam vacantem prosiliat, sedemque pervadat, absque integro perfectoque concilio, hic abjiciatur necesse est, et si cunctus populus quem diripuit eum habere delegerit; perfectum vero concilium illud est, ubi interfuerit metropolitanus antistes.

*CXLVI. Ut nullus ad episcopatum pro se constituat promovendum.*

*Concil. Antioch., tit. 23.* Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vitæ perveniat; quod si tale aliquid factum fuerit, irritum esse hujusmodi constitutum. Servetur autem jus ecclesiasticum, id continens oportere non aliter fieri, nisi cum synodo et judicio episcoporum, qui post obitum quiescentis potestatem habent eum qui dignus exstiterit promovere.

*CXLVII. De episcopis, etiam laica communione privandis, qui civitates mutaverunt.*

*Concil. Sardin., tit. 1.* Osius episcopus dixit: Non minus mala consuetudo, quam perniciose corruptela funditus eradicanda est, ne cui liceat episcopo de civitate sua ad aliam transire civitatem; manifesta est enim causa, qua hoc facere certat,

cum nullus in hac re inventus sit episcopus qui de majore civitate ad minorem transiret. Unde apparet avaritiæ eorum ardore inflammari, et ambitioni servire, et ut dominationem agant. Si omnibus placet, hujusmodi perniciosæ sævius et austerius vindicetur, ut nec laicam communionem habeat qui talis est. Responderunt universi: Placet.

*CXLVIII. Item si per ambitionem sedem mutaverint, nec in exitu communionem saltem laicorum consequantur.*

*Concil. suprascr., tit. 2.* Osius episcopus dixit: Etiam si talis aliquis exstiterit temerarius, ut fortassis talem excusationem afferens asseveret, quod populi litteras acceperit, cum manifestum sit potuisse <sup>d</sup> paucos præmio et mercede corrumpi eos qui sinceram fidem non habent, ut clamarent in ecclesia, et ipsum petere viderentur episcopum, omnino has fraudes damnandas esse arbitror, ita ut nec laicam in fine communionem talis accipiat. Si vobis omnibus placet statuere. Synodus respondit: Placet.

*CXLIX. Ut inter discordes episcopos, comprovinciales antistes audiant; quod si damnatus appellaverit Romanum pontificem, id observandum quod ipse censuerit.*

*Concil. Sardin., tit. 3.* Osius episcopus dixit: Illud quoque necessario adjiciendum est, ut episcopi de sua provincia ad aliam provinciam, in qua sunt episcopi, non transeant, nisi forte a fratribus suis invitati, ne videamur januam claudere charitatis. Quod si in aliqua provincia aliquis episcopus contra fratrem suum episcopum litem habuerit, unus de duobus ex alia provincia advocet episcopum cognitorem. Quod si aliquis <sup>e</sup> episcoporum judicatus fuerit in aliqua causa, et putat se bonam causam habere, ut iterum concilium renovetur. Si vobis placet, sancti Petri memoriam honoremus, ut scribatur ab his qui causam examinarunt Julio Romano episcopo, et si judicaverit renovandum esse judicium, renovetur, et det iudices: si autem probaverit talem causam esse, ut non refricentur ea quæ acta sunt, quæ decreverit confirmata erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit: Placet.

*CL. Ut nullus accusati sedem usurpet episcopi.*

*Concil. Sardin., tit. 4.* Gaudentius episcopus dixit: Addendum, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitate <sup>f</sup> protulistis, ut cum aliquis episcopus depositus fuerit eorum episcoporum judicio qui in vicinis locis commorantur, et proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma, alter episcopus in ejus cathedra post appellationem ejus qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in judicio episcopi Romani determinata.

*CLI. Quando quis debeat a vicinis provinciis episcopus ordinari.*

*Concil. Sard., tit. 5.* Osius episcopus dixit: Si

<sup>a</sup> Hæc desunt in Ms. Clar.

<sup>b</sup> Hæc desunt in Ms. Clar.

<sup>c</sup> Cum proprio episcopo, Dionys. Exig.

<sup>d</sup> Legendum plures.

<sup>e</sup> Episcopus, Dionys. Exig.

<sup>f</sup> Protulisti, Dionys. Exig.

contigerit in una provincia, in qua plurimi fuerint A non solum murmurationes, sed et scandala excitat. episcopi, unum forte remanere episcopum, ille vero Honestum est autem ut episcopi intercessionem per negligentiam noluerit ordinare episcopum, et his præstent qui iniqua vi opprimuntur, aut si vidua populi convenerint, episcopos vicinæ provinciæ de- a'ligitur, aut pupillus exspolietur, si tamen ista bere illum prius convenire episcopum, qui in ea omnia justas habent causas, aut petitiones. Si vobis provincia moratur, et ostendere quod populi petant ergo, fratres charissimi, placet, decernite, ne episcopi sibi rectorem, et hoc justum esse, ut et ipsi veniant, ad comitatum accedant, nisi forte hi qui religiosi im- et cum ipso ordinent episcopum. Quod si conventus peratoris litteris, vel invitati, vel vocati fuerint. Sed litteris tacuerit, et dissimulaverit, nihilque rescripserit, quoniam sæpe contingit ut ad misericordiam Ecclesie satisfaciendum esse populis ut veniant ex vicina confugiant qui injuriam patiantur, aut qui pec- cantes in exsilio, vel insulis damnantur, aut certe episcopi provincia, et ordinent episcopum.

**CLII. De non ordinandis episcopis per vicos et modicas civitates.**

*Concil. Sard., tit. 6.* Licentia vero danda non est ordinandi episcopum, aut in vico aliquo, aut in modica civitate, cui sufficit unus presbyter, quia non est necesse ibi episcopum fieri, ne vilescat nomen episcopi, et auctoritas. Non debent illi ex alia provincia invitati facere episcopum, nisi aut in his civitatibus quæ episcopos habuerant, aut si qua talis, aut tam populosa civitas quæ mereatur habere episcopum. Si hoc omnibus placet? *Synodus respondit: Placet.*

**CLIII. De provinciali synodo retractanda per vicarios episcopi urbis Romæ, si ipse decreverit.**

*Concil. Sard., tit. 7.* Placuit autem, ut si episcopus accusatus fuerit, et judicaverint congregati episcopi regionis ipsius, et de gradu suo eum dejecturiam, si appellaverit qui dejectus est, et confugerit ad episcopum Romanæ Ecclesiæ, et voluerit se audiri, si justum putaverit ut renovetur examen, scribere his dignetur episcopus qui in finitima et propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnino requirant, et juxta fidem veritatis desistant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit episcopum Romanum, ut e latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi quid velit, et quid æstimet. Et si decreverit mittendos esse qui præsentibus cum episcopis judicent, habentes ejus auctoritatem, a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio; si vero crediderit episcopos sufficere, ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo consilio judicaverit.

**CLIV. Quando et in quibus causis episcopi ad comitatum ire debent.**

*Concil. suprascripto, tit. 8.* Osius episcopus dixit: Importunitates, et nimia frequentia, et <sup>a</sup> justæ petitiones fecerunt nos non tantam habere vel gratiam, vel fiduciam: dum quidam non cessant ad comitatum ire episcopi, et maxime Afri, qui, sicut cognovimus, sanctissimi fratris et coepiscopi nostri Grati salutaria consilia spernunt atque contemnunt, ut non solum ad comitatum multas et diversas Ecclesiæ non profuturas perferant causas, ut fieri solet, et oportet, ut pauperibus, aut viduis, aut pupillis subveniatur, sed et dignitates sæculares, et administrationes quibusdam postulent. Hæc itaque pravitas olim

B *Concil. Carthag., tit. 25.* Item placuit ut episcopi trans mare non proficiscantur, nisi consulto primæ sedis episcopo suæ cujusque provinciæ, ut ab eo præcipue possint sumere formatam vel commendationem.

*Concil. suprascripto, tit. 28.* Item placuit ut presbyteri, diaconi, vel cæteri inferiores clerici in causis quas habuerint, si de judiciis episcoporum suorum questi fuerint, vicini episcopi eos cum consensu sui episcopi audiant, et inter eos definiant adhibiti ab eis episcopi. Quod si et ab eis provocandum putaverint, non provocent ad transmarina judicia, sed ad primates suarum provinciarum, sicut et de episcopis sæpe constitutum est. Ad transmarina autem qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam ad communionem suscipiatur.

*Item concil. universali Carthag., t. i. 75.* Placuit ut quicumque ad comitatum ire voluerit in formata, qua ad urbis Romæ Ecclesiam mittitur, intimetur, ut unde etiam ad comitatum formatam accipiat. Quod si accipiens ad Romanam tantummodo formatam, et tacens necessitatem qua ad comitatum illi pergendum est <sup>b</sup>, a communionem removeatur: quod si ibi Romæ ei repentina necessitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud episcopum urbis Romæ ipsam necessitatem, et de hoc scripta ejusdem Romani episcopi perferat. Formatæ autem quæ a primatibus, vel aliquibuscunque episcopis clericis propriis dantur, habeant diem Paschæ. Quod si adhuc ejusdem anni Paschæ dies incertus est, ille præcedens

<sup>D</sup> adjungatur, quomodo solet post consulatum in publicis gestis ascribi.

**CLV. De diaconis ad comitatum dirigendis.**

*Concil. Sardic., tit. 9.* Osius episcopus dixit: Hoc quoque providentia vestra tractare debet, qui decrevistis ne episcoporum improbitas nitatur, ut ad comitatum pergant. Quicumque ergo quales superius memoravimus preces habuerint, vel acceperint, per diaconum suum mittant, quia persona ministri invidiosa non est, et quæ impetraverit celerius poterit referre, et hoc consequens esse videtur, ut de qua-

<sup>a</sup> In justæ, Dionys. Exig.

<sup>b</sup> Addit Dionys. Exig.: Voluerit etiam ad comitatum pergere.

libet provincia episcopi ad eum fratrem et coepiscopum nostrum preces mittant, qui in metropoli consistit, ut ille et diaconum ejus, et supplicationes destinet, tribuens commendatitias epistolas pari ratione ad fratres et coepiscopos nostros, qui in illo tempore in his regionibus et urbibus morantur, in quibus felix et <sup>a</sup> laetus Augustus rempublicam gubernat. Si vero habet episcopus amicos in palatio qui cupit aliquid, quod tamen honestum est impetrare, non probibeatur per diaconum suum et rogare ac significare his quos scit benignam intercessionem absentem posse præstare, si tamen opportunum fuerit.

**CLVI. Quod pro pupillis et viduis, ac necessitatem patientibus ad comitatum eundem sit.**

*Concil. Sardic., tit. 10.* Qui vero Romam venerint, sicut dictum est, sanctissimo fratri et coepiscopo nostro Romanæ Ecclesiæ preces quas habent tradant, ut ipse prius examinet si honestæ et justæ sunt, et præstet diligentiam atque sollicitudinem, ut ad comitatum perferantur. Universi dixerunt placere sibi, et honestum esse consilium. Alipius episcopus dixit: Si propter pupillos, viduas vel laborantes qui causas <sup>b</sup> non iniquas habent, susceperint peregrinationis incommoda, habebant aliquid rationis. Nunc vero cum ea postulent præcipue, quæ sine invidia hominum et sine reprehensione esse non possunt, non necesse est ipsum ire ad comitatum.

**CLVII. Ut qui in canali sunt episcopi, euntes ad comitatum sollicite discutiant.**

*Concil. Sardic., tit. 11.* Gaudentius episcopus dixit: Ea quæ salubriter providistis convenientia, et æstimationi omnium et Deo placitura tenere hæcenus firmitatem possunt, si metus huic sententiæ conjugatur. Scimus enim et ipsi sæpius propter paucorum imprudentiam religiosum sacerdotale nomen fuisse reprehensum. Si igitur aliqui contra omnium sententiam nisi voluerit ambitioni magis placere quam Deo, is debet scire, causis redditus, honorem dignitatemque se amissurum: quod ita demum compleri poterit, si unusquisque nostrum in canali constitutus est, cum progredientem episcopum viderit, inquirat transitum ejus, causas videat, quo tendat agnoscat, et si quidem eum invenerit ire ad comitatum <sup>c</sup> [requirat et illud quod superius comprehensum est, ne forte invitatus est ut ei facultas eundi permittatur. Si vero, ut superius memoravit sanctitas vestra, propter desideria et ambitiones, ad comitatum] pergat, nec in litteris ejus subscribatur, neque in communionem recipiatur. Si vobis placet, omnium sententia confirmari debet. Universi dixerunt honestum esse et placere sibi hanc constitutionem.

**CLVIII. De his qui ignorant, quid sit in synodo constitutum.**

*Concil. Sardic., tit. 12.* Osius episcopus dixit: Sed et moderatio necessaria est, dilectissimi fratres, ne

A subito adhuc aliqui noscunt quid decretum sit in synodo, veniant ad civitates eas quæ in canali sunt. Debet ergo episcopus civitatis ipsius admonere eum, et instruere, ut ex hoc loco diaconum suum mittat, admonitus ipse tamen redeat in parochiam suam.

**CLIX. Quandiu episcopus in alia civitate debeat remorari.**

*Concil. Sardic., tit. 14.* Osius episcopus dixit: Et hoc quoque statuere debetis, ut ex alia civitate cum venerit ad aliam civitatem, vel ex alia provincia sua ad aliam provinciam, et ambitioni magis quam devotioni serviens voluerit in aliena civitate multo tempore resedere. Forte enim evenit episcopum loci non esse tam instructum, neque tam doctum. Is vero qui advenit incipiat contemnere eum, et frequenter facere sermonem, ut dehonestet et infirmet ejus personam, ita ut ex hac occasione non dubitet relinquere assignatam sibi ecclesiam, et transeat ad alienam. Definite ergo tempus, quia et non recipi episcopum inhumanum est, et si diutius resedeat perniciosum. Hoc ergo ne fiat providendum est. Memini autem superiori concilio fratres nostros constituisse, ut si quis laicus in ea in qua commoratur civitate tres Dominicos dies, id est, per tres septimanas, non celebrasset conventum, communionem privaretur. Si hæc circa laicos constituta sunt, multo magis episcopo nec licet, nec decet, si nulla sit tam gravis necessitas quæ detineat, ut amplius a suprascripto tempore absens sit ab ecclesia sua. Universi dixerunt placere sibi.

**C Qui vero persecutionis tempore in aliena civitate remorari voluerint, non prohibeantur.**

*Concil. Sardic., tit. 21.* Osius episcopus dixit: Suggestente fratre et coepiscopo nostro Olympio, etiam hoc placuit, ut si aliquis vim perpeussus est, et inique expulsus pro disciplina et catholica confessione, vel pro defensione veritatis, effugiens pericula, innocens et devotus ad aliam venerit civitatem, non prohibeatur immorari, quandiu aut redire possit, aut injuria ejus remedium acceperit, quia durum est, eum qui persecutionem patitur non recipi, etiam et larga benevolentia, et humanitas ei exhibenda est.

**D CLX. Quod non liceat episcopo a sua ecclesia plus tribus hebdomadibus abesse.**

*Concil. Sardic., tit. 15.* Osius episcopus dixit: Quia nihil prætermitti oportet, sunt quidam fratres, et coepiscopi nostri, qui non in ea civitate in qua valent episcopi esse constituti, vel certe partem rem illic habeant; alibi autem idonea prædia haberi cognoscantur, vel affectionem proximorum quibus indulgeant, hæcenus permitti eis oportet ut accedant ad possessiones suas, et disponant vel ordinent fractum laboris sui, ut post tres Dominicos, id est, post tres hebdomadas, si morari necesse est, in suis potius fundis morentur. Aut si est proxima civitas

<sup>a</sup> Beatus, Dionys. Exig.

<sup>b</sup> Non dicit in Dionys. Exig.

<sup>c</sup> Hæc desunt in Ms. Codice.

in qua est presbyter, ne sine ecclesia videatur facere diem Dominicum, illuc accedat, ut neque res domesticæ absentia ejus detrimentum sustineant, et non frequenter veniendo ad civitatem, in qua episcopus moratur, suspicionem jactantiæ, et ambitionis evadat. Universi dixerunt placere sibi.

CLXI. *De his qui pro diversis erratis pœnitentiam ferentius gerunt.*

*Concil. Laodic., tit. 2.* De his qui diversis facinoribus peccaverunt, et perseverantes in oratione confessionis, et pœnitentiæ conversionem a malis habuere perfectam, pro qualitate delicti, talibus pœnitentiæ tempus impensum, propter clementiam et bonitatem Dei communitio concedatur.

CLXII. *De tempore ordinationis.*

*Concil. Laodic., tit. 4.* Quod non oporteat ordinationes sub conspectu audientium celebrari.

CLXIII. *Non congruere presbyteras in mulieribus ordinari.*

*Concil. Laodic., tit. 11.* Quod non oporteat eas quæ dicuntur presbyteræ, vel præsidentes, in ecclesia ordinari.

CLXIV. *Judicio multitudinis ordinatio:em fieri non debere.*

*Concil. Laod., tit. 13.* Quod non sit permittendum turbis electiones eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promovendi.

*Quod docendus sit populus, non sequendus.*

*Ex decretis papæ Cælestini, tit. 22.* Docendus est populus, non sequendus; nosque, si nesciunt, eos quid liceat quidve non liceat commonere, non his consensum præbere, debemus. Quisquis vero conatus fuerit tentare prohibita, sentiet censuram sedis apostolicæ minime defuturam. Quæ enim sola admonitionis auctoritate non corrigimus, necesse est per severitatem congruentem regulis vindicetur.

*Et quod non conveniat, contemptis clericis ecclesiarum, de laicis episcopum ordinari.*

*Ex decretis papæ Cælestini, tit. 21.* Audivimus quasdam propriis destitutas rectoribus civitates episcopos sibi petere velle de laicis, tantumque fastigium tam vile credere, ut hoc iis qui non Deo sed sæculo militaverint, æstimant nos posse conferre, non solum male de suis clericis, in quorum contemptum hoc faciunt, judicantes, sed de nobis pessime, quos credunt hoc posse facere, sentientes: quod nunquam auderent, si non quorundam illicitis consentiens sententia conniveret. Ita nihil quæ frequentius sunt decreta proficiunt ut hoc quasi nunquam de hac parte scriptum fuerit, ignoretur. Quid proderit per singula clericos stipendia militasse, et omnem egisse in dominicis castris ætatem, si qui his præfuturi sunt ex laicis requiruntur, qui vacantes sæculo, et omnem ecclesiasticum ordinem nescientes, saltu præproprio in alienum honorem ambiunt im-

<sup>a</sup> Per absentiam, Dion. Exig.

<sup>b</sup> Vindicemus, Dion. Exig.

A moderata cupiditate transcendere, et in aliud vitæ genus calcata reverentia ecclesiasticæ disciplinæ transire? Talibus itaque, fratres charissimi, qui juris nostri, id est canonum gubernacula custodimus, necesse est obviamus, hisque fraternitatem vestram epistolis commonemus, ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat, et sinat fieri, unde et illum decipiat, et sibi causas generet, quibus reus constitutus decretalibus fiat.

CLXV. *Ad alias parochias eulogias quæ oblatæ sunt minime destinandas.*

*Concil. Laod., tit. 14.* Quod sancta nullo modo causa eulogiarum tempore Paschalis festi ad alias parochias debeant destinare.

B CLXVI. *De his qui debeant in ambone, id est, in pulpito psallere.*

*Concil. Laod., tit. 15.* Quod non oporteat amplius præter eos qui regulariter cantores existunt, qui et de codice canunt, alios in pulpitu conscendere, et in ecclesia psallere.

CLXVII. *De lectionibus quæ debeant Sabbato recenseri.*

*Concil. Laod. tit. 16.* Quod in Sabbato Evangelia cum aliis Scripturis legi conveniat.

CLXVIII. *Quod interstitium psalmodum debeat in congregationibus fieri*

*Concil. Laodic., tit. 17.* Quod in conventu fidelium nequaquam psalmos continuare conveniat, sed per intervallum, id est, per psalmos singulos recenseri debeant lectiones.

CLXIX. *De precibus nona et vespera celebrandis.*

*Concil. Laodic., tit. 18.* Quod id ipsum semper officium precum nona et vespera semper debeat exhiberi.

CLXX. *De precibus post sermones habitos ad plebem faciendis.*

*Concil. Laodic., tit. 19.* Quod oporteat seorsum primum post allocutiones episcoporum orationem super catechumenos celebrari, et postquam catechumeni egressi fuerint, super eos qui sunt in pœnitentia precem fieri. His etiam accedentibus ad manum sacerdotis et discedentibus, tres orationes consummari fidelium, ita ut prima quidem sub silentio, secunda vero et tertia per exclamaciones solitas expleantur, et ita demum pacem sibi invicem dabunt. Et posteaquam dederit episcopus presbyteris osculum pacis, tunc et laici pacem sibi tribuant, et ita sancta celebrabitur oblatio: solis enim ministerio sacro deditis ad altare ingredi et communicare ibidem liceat.

CLXXI. *Quod subdiaconi a diaconio sint remoti.*

*Concil. Laodic., tit. 21.* Quod non oporteat subdiaconos habere locum<sup>d</sup> in diaconio, et Dominica vasa contingere.

<sup>c</sup> Dionys. Exig., laici sibi tribuent.

<sup>d</sup> Dionys. Exig., diaconica.



**CLXXII.** *Subdiaconis cum orariis assistere non licere.* A  
*Concil. Laod., tit. 22.* Quod non oporteat subdiaconum uti orario, nec ostia derelinquere.

**CLXXIII.** *Lectores et cantores cum orariis agere suum officium non licere.*

*Concil. Laod., tit. 23.* Quod non oporteat lectores aut cantores orariis uti, et ita legere vel psallere.

**CLXXIV.** *Quod subdiaconi non debent benedicere, nec benedictionem tribuere.*

*Concil. Laod., tit. 25.* Quod non oporteat subdiaconos panem dare, vel calicem benedicere.

**CLXXV.** *De exorcistis, qui non sunt ab episcopo ordinati.*

*Concil. Laod., tit. 26.* Quod hi qui non sunt ab episcopis ordinati, tam in ecclesiis quam in domibus exorcisare non possunt.

**CLXXVI.** *Quod de conviviis quæ ex agape sunt partes accipi non debeant.*

*Concil. Laod., tit. 27.* Quod non oporteat sacro ministerio deditos clericos; aut laicos, ad agapem vocatos ciborum partes accipere, propterea quod et ecclesiastico ordini fiat hinc injuria.

**CLXXVII.** *In ecclesiis prandia fieri non debere, præter necessitatem itineris.*

*Concil. Laod., tit. 28.* Quod non oporteat in domiciliis divinis, id est, in Dominicis et ecclesiis convivii quæ vocantur agapæ fieri, nec intra domum Dei comedere, vel accubitus sternere.

*Concil. Carthagin., tit. 9.* Ut nulli episcopi vel clerici in ecclesia conviventur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiant; populi etiam ab hujusmodi conviviis, quantum fieri potest, prohibeantur.

**CLXXVIII.** *De viris cum mulieribus lavacra celebrantibus.*

*Concil. Laodicens., tit. 30.* Quod non oporteat sacris officiis deditos, aut clericos, aut continentes, vel omnem laicum Christianum, lavacra cum mulieribus celebrare, quia hæc apud gentes reprehensio prima est.

**CLXXIX.** *Ut episcopi ad synodum imprætermisæ occurrant.*

*Concil. Laod., tit. 40.* Quod non oporteat episcopos ad synodum vocatos omnino contemnere, sed protinus ire, et docere, vel discere ea quæ ad correctionem Ecclesiæ vel reliquarum pertinent rerum: se ipsum vero qui contempserit accusabit, nisi forte per ægritudinem ire non possit.

*Concil. Antioch., tit. 17.* Si quis episcopus manus impositionem episcopatus acceperit, et præesse populo constitutus, ministerium subire neglexerit, nec acquieverit ire ad ecclesiam sibi commissam, hunc oportet communionem privari donec susceperit co-

actus officium, aut certe de eo aliquid a decreverit ejusdem provinciæ synodus sacerdotum.

**CLXXX.** *Quod præter jussionem episcopi clericus non debeat proficisci.*

*Concil. Laod., tit. 41.* Quod non oporteat sacerdotem, vel clericum, sine litteris proficisci canonicis.

*Item 42.* Quod non oporteat sacerdotem, vel clericum, præter jussionem sui proficisci pontificis.

*Et ut subdiaconi ad ostia perseverent.*

*Item 43.* Quod non oporteat subdiaconos saltem paululum januas deserere, et orationi vacare.

**CLXXXI.** *Ut sacrarium mulieres non introeant.*

*Concil. Laod., tit. 44.* Quod non oporteat mulieres ingredi ad altare.

*Ex decret. Gelasii papæ, tit. 26.* Nihilominus impatienter audivimus, tantum divinarum rerum subtilis despectum, ut feminæ sacris altaribus ministrare firmentur, cunctaque nonnisi virorum famulatu deputata sexum cui non competit exhibere. Nisi quod omnium delictorum quæ singillatim perstrinximus, noxiorum reatus omnis et crimen eos respicit sacerdotes, qui vel ista committunt, vel committentes minime publicando, pravis excessibus se favere significant, si tamen sacerdotum jam sint vocabulo nuncupandi, qui delegatum sibi religionis officium sic prosternere moliantur, ut in perversa quæque profanaque declives, sine ullo respectu regulæ Christianæ, præcipitia funesta sectentur. Cumque scriptum sit: Minima qui spernit paulatim decedit; quid est de talibus æstimandum, qui immensis ac multiplicibus pravitate molibus occupati, ingentem ruinam multimodis impulsione ediderunt, quæ non solum ipsos videatur obruere, sed ecclesiis universis mortiferam, si non sanentur, inferre perniciem. Nec ambigant qui hæc exercere sunt ausi, sed etiam qui hactenus cognita siluerunt, sub honoris proprii se jacere dispendio, si non tanta qua possunt celeritate festinent ut lethalia vulnera competenti medicamine salventur. Quo enim more teneant jura pontificum, qui pontificalibus excubiis eatenus injuncta dissimulant, ut contraria domui Dei cui præsentent potius operentur? Quantumque apud Deum possent, si nonnisi conventientia procurarent, tantum quid mereantur aspiciant, cum execrabili studio sectantur adversa; et quasi magis hæc regula sit, qua Ecclesiæ debeant gubernari, sic quidquid est ecclesiasticis inimicum regulis, perpetratur: cum et si cognitos habet canones unusquisque pontificum, intemerata debuerit tenere custodia; et si forsitan nesciebat, consulere fidenter oportuerit ignorantem. Quo magis excusatio nulla succurrit errantibus, quia nec sciens

<sup>a</sup> Dionys. Exig. addit integra.

<sup>b</sup> Dionys. Exig., medicatione curentur.

<sup>c</sup> Dionys. Exig., sectentur.

<sup>d</sup> Dionys. Exig., Ecclesia deteat.

<sup>e</sup> Dionys. Exig., habuit.

proposuit servare quod noverat, nec ignorans curavit nosse quod gereret.

**CLXXXII.** *De his qui circa mediam septimanam ad baptismum veniunt.*

*Concil. Laodicensi, tit. 45.* Quod non oporteat ad baptismum quemquam post duas quadragesimæ hebdomadas admitti.

**CLXXXIII.** *De perceptione fidei, et redditione eorum qui baptizantur.*

*Concil. Laodic., tit. 46.* Quod oporteat eos qui ad baptismum veniunt fidem discere, et quinta feria septimanæ majoris episcopo aut presbyteris reddere.

**CLXXXIV.** *Ut post baptismum chrisma detur.*

*Concil. Laodic., tit. 48.* Quod oporteat eos qui baptizantur post lavacrum chrisma cœlestis percipere, et regni Christi participes inveniri.

**CLXXXV.** *Oblationes offerri in Quadragesima non oportere.*

*Item tit. 49.* Quod non oporteat in Quadragesima panem benedictionis offerri, nisi Sabbato, et Dominico.

**CLXXXVI.** *Non debere jejunium solvi in quinta feria septimanæ majoris.*

*Concil. Laodic., tit. 50.* Quod non oporteat in Quadragesima, in ultima septimana quintæ feriæ jejunium solvere, totamque Quadragesimam sine veneratione transire; magisque conveniat omnem Quadragesimam districto venerari jejunio.

**CLXXXVII.** *Non debere in diebus jejuniorum commemorationes martyrum fieri.*

*Concil. suprascripto, tit. 51.* Quod non oporteat in Quadragesima martyrum natalitia celebrari, sed eorum sancta commemoratio in diebus Sabbatorum et Dominicorum fieri conveniat.

**CLXXXVIII.** *Ut natalitia vel nuptiæ in Quadragesima non fiant.*

*Concil. Laodic., tit. 52.* Quod non oporteat in Quadragesima, aut nuptias, aut natalitia celebrare.

**CLXXXIX.** *Ut in Christianorum non saltetur nuptiis.*

*Concil. Laodic., tit. 53.* Quod non oporteat Christianos euntes ad nuptias plaudere, vel saltare; sed venerabiliter cœnare, vel prandere, sicut Christianos decet.

**CXC.** *Non licere clericis ludicris spectaculis interesse.*

*Concil. Laodic., tit. 54.* Quod non oportet sacerdotes, aut clericos quibuscunque spectaculis in cœnis, et in nuptiis interesse, sed antequam thymelicis ingrediantur, exurgere eos convenit, atque inde discedere.

*Item Concil. suprascript. tit. 55.* Quod non oportet sacerdotes, aut clericos ex collatis vel comensationibus convivia celebrare: hoc autem nec laicis posse congruere.

\* Hic canon non citatur a Cresconio, in suo Breviario supra pag. 463, c. 1, et videtur per hallucinationem ab amanuense quodam pro textu canonis 54

*Concil. Carthag., tit. 15.* Ut filii sacerdotum spectacula sæcularia non exhibeant, sed nec spectent, licet hoc semper Christianis omnibus interdictum sit, et ubi blasphemiam sunt non accedant.

**CXCI.** *Non licere presbyteris introire ad altare, priusquam ingrediatur episcopus.*

*Concil. Laodic., tit. 56.* Quod non oporteat presbyteros ante processionem episcopi introire sacrarium, et sedere: sed cum episcopo debent ingredi, vel in subselliis sedere, nisi forsitan infirmitate detineatur, aut proficiscatur episcopus.

**CXCII.** *Qui in agris vel possessionibus debeant ordinari.*

*Concil. Laodic., tit. 57.* Quod non oporteat in villis aut in agris episcopos constitui, sed visitatores.

**B** Verumtamen jam pridem constituti nihil faciant præter conscientiam episcopi civitatis, similiter et presbyteri præter consilium episcopi nihil agant.

**CXCIII.** *Oblationem offerri in domibus non oportere, vel quæ psallere in ecclesia convenit.*

*Concil. Laodic., tit. 58.* Quod non oporteat in domibus oblationem celebrari ab episcopis vel presbyteris.

*Concil. suprascripto, tit. 59.* Quod non oporteat plebeios psalmos in ecclesia cantari, nec libros præter canonem Legis, sed sola sacra volumina Novi Testamenti vel Veteris.

**CXCIV.** *Quod non oporteat episcopos, clericos et monachos, prædia aliena conducere.*

*Concil. Chalcedon., tit. 3.* Pervenit ad sanctam synodum quod quidam qui in clero videntur allecti, propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant, et sæcularia negotia sub cura sua suscipiant; Dei quidem ministerium parvi pendentes, sæcularium vero discurrantes domos, et propter avaritiam patrimoniorum sollicitudinem sumentes: decrevit itaque hoc sanctum magnumque concilium nullum deinceps, non episcopum, non clericum, vel monachum, aut possessiones conducere, aut negotiis sæcularibus se miscere, præter pupillorum, si forte leges imponant inexcusabilem curam, aut civitatis episcopus ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere præcipiat, aut orphanorum, aut viduarum, earumque quæ sine ulla provisione sunt personarum, quæ maxime ecclesiastico indigent adjutorio, propter timorem Domini, causa deposcat. Si quis autem transgredi de cætero statuta tentaverit, hujusmodi ecclesiasticis increpationibus subjacebit.

**CXCV.** *De honore monachis competente; et ne ullus eorum tentet ecclesiasticum aut sæcularia inquietare negotia, nec alienum servum præter conscientiam domini sui suscipere.*

*Concil. Chalcedon., tit. 4.* Qui vere et sincere singularem sectantur vitam, competenter honorentur: quoniam vero quidam utentes habitu monachi ecclesiastica negotia civiliaque conturbant circumeun-

ejusdem concilii scriptus, qui non exstat in Ms. Clarmontano, et quem reposuimus ex Codice Dionysii Exigui.

tes indifferenter urbes, neenon et monasteria sibi instituire tentantes, placuit, nullum quidem usquam edificare, aut constituere monasterium, vel oratorii domum, præter conscientiam civitatis episcopi: monachos vero per unamquamque civitatem, aut regionem subjectos esse episcopo, et quietem diligere, et intentos esse tantummodo jejunio et orationi, in locis quibus renuntiaverint sæculo permanentes; nec ecclesiasticis vero, nec secularibus negotiis communicent, vel in aliquo sint molesti propria monasteria deserentes, nisi forte his præcipiatur, propter opus necessarium, ab episcopo civitatis; nullum vero recipere in monasteriis servum obtentu monachi, præter sui domini conscientiam. Transgredientem vero hanc definitionem nostram, excommunicatam esse decrevimus, ne nomen Domini blasphemetur; verumtamen episcopum convenit civitatis competentem monasteriorum providentiam gerere.

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 4.* Leo episcopus urbis Romæ universis episcopis per Campaniam, Picenum, Tusciam, et per universas a provincias constitutis in Domine, salutem. Ut nobis gratulationem facit Ecclesiarum status salubri dispositione compositus, ita non levi nos mœrore contristat, quoties et aliqua contra constituta canonum et ecclesiasticam disciplinam præsumpta vel commissa cognoscimus; quæ si non quali debemus vigilantia reseceamus, illi qui nos speculatores esse voluit, excusare non possumus, permittentes sinceram corpus Ecclesie, quod ab omni purum macula custodire debemus, ambientum improba contagione fœdari, cum ipsa sibi membrorum per dissimulationem compago non congruat. Admittuntur passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur; et qui a dominis suis libertatem consequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotii, tanquam servilis vilittas hunc honorem capiat, provehuntur, et probari Domino Deo posse creditur, qui domino suo necdum probare se potuit. Duplex itaque in hac parte reatus est, quod et sacrum ministerium talis consortii vilitate polluitur, et dominorum, quantum ad illicitæ usurpationis temeritatem pertinet, jura solvantur. Ab his itaque, fratres charissimi, omnes vestræ provincie abetineant sacerdotes, et non tantum ab his, sed ab aliis etiam qui originali aut alieni conditioni obligati sunt, volumus temperari, nisi forte eorum petitio aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vindicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis qui divinæ militiæ fuerit aggregandus, ut a castris dominicis, quibus nomen ejus ascribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

*Ex decretis papæ Gelasii, tit. 14.* Generalis etiam querele vitanda præsumptio est, qua propemodum causantur universi passim servos et originarios dominorum jura possessionumque fugientes, sub religiose conversationis obtentu, vel ad monasteria sese

A conferre, vel ad ecclesiasticam famulatum, cohibentibus quoque præsulibus indifferenter admitti. Quæ modis omnibus est amovenda perniciosa, ne per Christiani nominis institutum, aut aliena pervadi, aut publica videatur disciplina subverti: præcipue eum nec ipsam ministerii clericalis hac obligatione fuscari conveniat dignitatem, cogaturque pro statu militantium sibi conditioneque jurgari, aut videri, quod absit, obnoxia. Quibus sollicita competenter interdictione prohibitis, quisquis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorum qui monasteriis præesse noscuntur, hujusmodi personas apud se tenentes non restituendas patronie, aut deinceps, vel ecclesiasticæ servituti, vel religiosis congregationibus putaverint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum sub scripturæ testimonio primitus absolutas, aut legitima transactione concessas, periculum se honoris proprii non ambigant communionisque subituros, si super hac re cujusquam verax nos querela pulsaverit. Magnis quippe studiis secundum beatum Apostolum præcavendum est, ne fides et disciplina Domini blasphemetur.

CXCVI. *Quod non oporteat absolute quoslibet ordinari.*

*Concil. Chalcedon., tit. 6.* Nullum absolute ordinari debere presbyterum, aut diaconum, nec quemlibet in gradu ecclesiastico, nisi specialiter ecclesie civitatis, aut possessionis, aut martyrii, aut monasterii qui ordinandus est pronuntietur. Qui vero absolute ordinatur, decrevit sancta synodus irritam haberi hujusmodi manus impositionem, et nusquam posse ministrare ad ordinantis injuriam.

CXCVII. *De clericis qui sunt in ptôchiis, monasteriis, atque martyriis, quæ sub potestate episcoporum uniuscujusque civitatis existunt.*

*Concil. Chalcedon., tit. 8.* Clerici qui præficiuntur ptôchiis, vel qui ordinantur in monasteriis et basilicis martyrum, sub episcoporum qui in unaquaque civitate sunt, secundum sanctorum Patrum traditiones, potestate permaneant, nec per contumaciam ab episcopo suo dissiliant. Qui vero audent evertere hujusmodi formam quocunque modo, nec proprio subjiciuntur episcopo, si quidem clerici sunt, canonum correptionibus subiacebunt; si vero laici vel monachi fuerint, communionem priventur.

CXCVIII. *Quod non oporteat clericos habentes adversus invicem negotia proprium episcopum relinquere, et ad secularia judicia properare.*

*Concil. Chalcedon., tit. 9.* Si quis clericus adversus clericum habeat negotium, non deserat episcopum proprium, et ad secularia percurrat judicia: sed prius actio ventiletur apud episcopum proprium, vel certe consilio ejusdem episcopi apud quos utraque partes voluerit, judicium continebunt. Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis correptionibus subiacebit. Quod si clericus habeat causam adversus episcopum proprium, vel adversus alterum, apud

<sup>a</sup> Decret in Codice Dionys. Exig.

<sup>b</sup> Abest a Codice Dionys. Exig.

synodum provinciæ judicetur; quod si adversus ejus provinciæ metropolitanum episcopus vel clericus habet querelam, petat primatem dioceseos, aut sedem regiæ urbis Constantinopolitanæ, et apud ipsum judicetur.

**CXCIX. Quod non liceat clerico in duarum civitatum ministrare ecclesiis.**

*Concil. Chalcedon., tit. 10.* Non licere clericum in duarum civitatum conscribi simul ecclesiis, et in qua initio ordinatus est, et ad quam confugit quasi ad potiorum, ob inanis gloriæ cupiditatem. Hoc autem facientes revocari debere ad suam ecclesiam, in qua primitus ordinati sunt, et ibi tantummodo ministrare. Si vero quis jam translatus est ex alia in aliam ecclesiam, prioris ecclesiæ, vel martyriorum, quæ sub ea sunt, aut ptochiorum, aut xenodochiorum rebus in nullo communicet. Eos vero qui ausi fuerint post definitionem magnæ et universalis hujus synodi quidquam ex his quæ sunt prohibita perpetrare, decrevit sancta synodus a proprio hujusmodi gradu recedere.

**CC. Ut nequaquam in duos metropolitanos provincia dividatur.**

*Concil. Chalcedon., tit. 12.* Pervenit ad nos quod quidam præter ecclesiastica statuta facientes convolarunt ad potestates, et per pragmaticam formam in duo unam provinciam dividerunt, ita ut ex hoc facto duo metropolitanos esse videantur in una provincia. Statuit ergo sancta synodus de reliquo nihil ab episcopis tale tentari, alioquin qui hoc annis fuerit, amissioni gradus proprii subjacebit. Quæcumque vero civitates litteris imperialibus metropolitani nominis honore subnixæ sunt, honore tantummodo perfruantur, et qui ecclesiam ejus gubernat episcopus, salvis scilicet veræ metropolis privilegiis suis.

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 46.* Nam quod sciscitaris utrum, divisio imperiali judicio provinciis, ut duæ metropoles flant, sic duo metropolitanos episcopi debeant nominari, non vere visum est ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei Ecclesiam commutari, honoresque aut divisiones perpetui, quas pro suis causis faciendas duxerit imperator; ergo secundum pristinum provinciarum morem, metropolitanos episcopos convenit numerari.

**CCI. Quod non oporteat peregrinos clericos, sine commendatitiis ministrare.**

*Concil. Chalcedon., tit. 13.* Peregrinos, clericos et lectores, in alia civitate præter commendatitiis litteras sui episcopi nusquam penitus ministrare debere.

**CCII. De diaconissis mulieribus.**

*Concil. Chalcedon., tit. 15.* Diaconissam non ordinandam ante annum quadragesimum, et hanc cum summo libramine: si vero suscipiens manus impositionem, et aliquantum temporis in ministerio permanens semetipsam tradat nuptiis, gratiæ Dei

<sup>a</sup> Dionys. Exig., ergo.

contumeliam faciens, anathematizetur hujusmodi cum eo qui eidem copulatur.

**CCIII. De parochiis.**

*Concil. Chalcedon., tit. 17.* Singularum ecclesiarum rusticas parochias vel possessiones manere inconcussas illis episcopis qui eas retinere noscuntur, et maxime si per tricennium eas absque vi obtinentes sub dispensatione rexerunt: quod si intra tricennium facta fuerit de his, vel fiat, altercatio, licet eis qui se læsos asserunt apud sanctam synodum provinciæ de his movere certamen. Quod si quis a metropolitano luditur, apud primatem dioceseos, aut apud Constantinopolitanam sedem judicetur, sicut superius dictum est. Si qua vero civitas potestate imperiali novata est, aut si protinus innovetur, civiles dispositiones et publicas ecclesiarum quoque parochiarum ordines subsequantur.

**CCIV. De conjurationibus vel conspirationibus.**

*Concil. Chalcedon., tit. 18.* Conjurationis vel conspirationis crimen, et ab exteris legibus est omnino prohibitum: multo magis hoc in Dei Ecclesia ne fiat admonere convenit. Si qui ergo clerici vel monachi reperti fuerint conjurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes episcopis, aut clericis, gradu proprio penitus abdicentur.

**CCV. De episcoporum aut clericorum accusationibus quid debeat observari.**

*Concil. Chalcedon., tit. 21.* Clericos aut laicos accusantes episcopos, aut clericos passim, et sine probatione, ad accusationem recipi non debere, nisi prius eorum discutiatur existimationis opinio.

*Concil. Carthag., tit. 8.* Numidius episcopus Maxulitanus dixit: Præterea sunt quamplurimi non bonæ conversationis qui existimant majores natu, vel episcopos, passim vageque in accusationem pulsandos; debent tam facile admitti, necne?

Aurelius episcopus dixit: Placet igitur charitati vestræ ut is qui aliquibus sceleribus irretitus est, vocem adversus majorem natu non habeat accusandi. Ab universis episcopis dictum est: Si criminosus est, non admittatur, placet.

*Item Concil. Carthag., tit. 95.* Placuitque omnibus, quoniam superioribus conciliorum decretis de personis quæ admittendæ sunt ad accusationem clericorum jam constitutum est, et quæ personæ non admittantur non expressum est, idcirco definitum eum rite ad accusationem non admitti, qui postquam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, sive sit clericus, sive laicus, accusare voluerit.

*Titul. 96.* Item placuit ut omnes servi, vel proprii liberti ad accusationem non admittantur, vel omnes quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt, omnes etiam infamæ maculis aspersi, id est, histriones, ac turpitudinibus subjectæ personæ, hæretici etiam, sive pagani, sive Judei. Sed tamen omnibus quibus accusatio dene-

gatar, in causis propriis accusandi licentia non A neganda.

*Et ut qui unum crimen non probaverit, ad aliud admitti non debeat.*

*Concil. suprascripto, tit. 97.* Item placuit, quotiescunque clericis ab accusatoribus multa crimina obijciuntur, et unum ex ipsis de quo prius egerit probare non valuerit, ad cætera jam non admittatur.

*Item de hoc ipso, tit. 98.* Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de sua domo produxerit. Ad testimonium autem intra annos quatuordecim ætatis suæ non admittantur.

**CCVI.** *Quod non liceat clericis post mortem sui episcopi, res ad eum pertinentes diripere.*

*Concil. Chalcedon., tit. 22.* Non licere clericis post obitum sui episcopi, res ad eum pertinentes dissipare, sicut antiquis quoque est canonibus constitutum; quod si hoc facere tentaverint, graduum suorum periculo subjacebunt.

**CCVII.** *Quod non liceat clericis et monachis, absque voluntate episcopi, ad urbem regiam proficisci.*

*Concil. Chalcedon., tit. 23.* Venit ad aures sancti concilii quod quidam clerici et monachi, quibus nihil ab episcopo suo commissum est (est autem quando et communione ab eo privantur), pervenientes ad urbem regiam Constantinopolitanam in ea diutius immorentur, excitantes turbas, et statum ecclesiasticum commoventes, subvertentes etiam quorundam domos: decrevit sancta synodus hujusmodi primo quidem per defensorem Constantinopolitanæ sanctæ Ecclesiæ commoneri, ut egrediantur ab urbe regia: quod si iisdem negotiis impudenter insistant, etiam nolentes idem defensor expellat, ut ad propria loca perveniant.

**CCVIII.** *Quod non liceat monasteria quæ consecrata sunt, diversoria sæcularia fieri.*

*Concil. Chalcedon., tit. 24.* Quæ semel dedicata sunt monasteria consilio episcoporum maneat perpetuo monasteria, et res quæ ad ea pertinent monasteriis reservari, nec posse ea ultra fieri sæcularia habitacula: qui vero hoc fieri permiserint, canonum sententiis subjacebunt.

**CCIX.** *Quod non oporteat ordinationes episcoporum diu differri.*

*Concil. Chalcedonensi, tit. 25.* Quoniam quidam metropolitani, quantum comperimus, negligunt commissos sibi grege, et ordinationes episcoporum facere differunt, placuit sanctæ synodo intra tres menses ordinationes episcoporum celebrari, nisi forte necessitas inexcusabilis præparet dilationis tempus extendi; quod si hoc minime fecerit, corruptioni ecclesiasticæ subjacebit: verumtamen reditus Ecclesiæ viduatæ penes œconomum ejusdem ecclesiæ integri serventur.

\* Dionys. Exig., e. mendanda.

**CCX.** *De dispensatoribus singularum ecclesiarum.*

*Concil. Chalcedon., tit. 26.* Quoniam in quibusdam ecclesiis, ut rumore comperimus, præter œconomum episcopi facultates ecclesiasticas tractant: placuit omnem ecclesiam habentem episcopum habere œconomum de clero proprio, qui dispense res ecclesiasticas secundum sententiam episcopi proprii; ita ut ecclesiæ dispensatio præter testimonium non sit, ne ex hoc dispergantur ecclesiasticæ facultates, et sacerdotio maledictionis derogatio procuretur. Quod si hoc minime fecerit, divinis constitutionibus subjacebit.

**CCXI.** *De his qui raptum faciunt.*

*Concil. Chalcedon., tit. 27.* Eos qui rapiunt mulieres sub nomine simul habitandi, cooperantes, aut conviventes raptoribus: decrevit sancta synodus, ut si quidem clerici sunt, decidant gradu proprio; si vero laici, anathematizentur.

**CCXII.** *Ut præter Pascha et Pentecosten baptismum non celebretur.*

*Ex decretis papæ Siricii, tit. 2.* Sequitur de diversis baptizandorum temporibus, prout unicuique libitum fuerit improbabilis, et inemendata confusio, quæ a nostris sacerdotibus (quod commoti dicimus) non ratione auctoritatis alicujus, sed sola temeritate præsumitur, ut passim ac libere natalitius Christi, seu apparitionis, nec non et apostolorum, seu martyrum festivitibus, innumeræ, ut asseris, plebes baptismi mysterium consequantur, cum hoc sibi privilegium, et apud nos, et apud omnes ecclesias Dominicum specialiter cum Pentecoste sua Pascha defendat: quibus solis per annum diebus ad fidem confluentibus generalia baptismatis tradi convenit sacramenta. His duntaxat electis, qui ante quadraginta vel eo amplius, diei nomen dederint, et exorcismis quotidianisque orationibus, atque jejuniis fuerint expiati, quatenus apostolica illa impleatur præceptio, ut expurgato sermone veteri, nova incipiat esse conspersio. Sicut ergo paschalem reverentiam in nullo dicimus esse minuendam: ita in infantibus, qui necdum loqui potuerunt per ætatem, vel his, quibus in qualibet necessitate opus fuerit sacri unda baptismatis, omni volumus celeritate succurri; ne ad nostrarum perniciem tendat animarum, si negato desiderantibus fonte salutari, exiens unusquisque de sæculo et regnum perdat et vitam. Quicunque etiam discrimen naufragii, hostilitatis incursum, obsidionis ambiguum, vel cujuslibet corporalis ægritudinis desperationem inciderint, et sibi unico credulitatis auxilio poposcerint subveniri, eodem quo poscunt momento temporis expetitæ regenerationis præmia consequantur. Hactenus in hac parte erratum sufficiat, nunc præfatam regulam omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab apostolicæ petræ, super quam Christus univrsalem construxit ecclesiam, soliditate divelli.

*Ex decretis Leonis, tit. 7.* Leo episcopus universis A episcopis per Siciliam constitutis, in Domino salutem. Divinis præceptis et apostolicis monitis a informamur ut pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu, ac si quis usquam reprehensionis invenitur obnoxium celeri sollicitudine, aut ab ignorantia imperitia, aut a præsumptionis usurpatione revocemus. Manente enim Dominicæ vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, ut Christi oves qui Christum diligit pascat: ipsius sedis, cui per abundantiam divinæ gratiæ præsumus, reverentia coarctamur, ut periculum desidii quantum possumus declinemus, ne professio summi apostoli, qua se amatorem Domini esse testatus est, non inveniatur in nobis, quia negligenter pascens toties commendatum Dominicæ gregem, convincitur summum non amare pastorem. Cum ergo mihi de charitatis vestræ actibus fraterna affectione sollicito certis indicis innotuerit, vos in eo quod inter sacramenta Ecclesiæ principale est, ab apostolicæ institutionis consuetudine discrepare, ita ut baptismi sacramentum numerosius in die Epiphaniæ quam in Paschali tempore celebretur: miror vos vel præcessores vestros tam irrationabilem novitatem usurpare potuisse, ut b confusis temporibus utriusque mysterii nullam esse differentiam crederetis inter diem quo adoratus est Christus a Magis, et diem quo resurrexit Christus a mortuis. Quam culpam nullo modo potuisset incidere, si unde consecrationem honoris accipitis, inde legem totius observantiæ sumeretis, et beati apostoli Petri sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticæ magistra rationis, a cujus vos regulis recessisse minore posset æquanimitate tolerari, si aliqua commotionis nostræ increpatio præcessisset: nunc autem quia non desperatur correptio, servanda est mansuetudo, ut licet vix ferenda sit in sacerdotibus excusatio quæ prætendat inscientiam, c malimus tamen et censuram necessariam temperare, et ratione vos apertissimæ veritatis instruere.

*Ex decr. papæ Leonis, tit. 8.* Semper quidem in æterno consilio Dei mansit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio, sed ordo rerum per Jesum Christum Dominum nostrum, temporaliter gerendarum, in incarnatione Verbi sumpsit exordium. Unde aliud tempus est, d quando nuntiante angelo beata Virgo Maria secundandam se per Spiritum sanctum credit, et concepit: aliud, quo salva integritate virginea puer editus exsultante gaudio cælestium ministrorum pastoribus indicatur: aliud, quo infans circumciditur; aliud, quo hostia pro eo legalis offertur; aliud cum tres Magi claritate novi sideris e in civitatem Bethleem ab Oriente perveniunt, et adoratum parvulum, f mystico munere

oblato venerantur. Nec iidem sunt dies quibus impio Herodi, ordinata divinitus in Ægyptum translatione, subtractus est, vel quibus ab Ægypto in Galilæam, mortuo persecutore, revocatus est. Inter has autem dispensationum varietates accedunt augmenta corporea, crescit Dominus, sicut evangelista testatur, profectibus ætatis, et gratiæ. Per dies Paschæ in templum Jerusalem cum parentibus venit, et cum abesset a societate redeuntium, sedens cum senioribus, et inter admirantes magistros disputans invenitur, rationemque mansionis suæ reddens: Quid est, inquit, quod quærebatis me? nesciebatis quod in his quæ Patris mei sunt oportet me esse, significans ejus se esse filium cujus esset et templum. Jam vero cum in annis majoribus apertius declarandus baptismum præcursoris sui Joannis expetiit, quid deitatis ejus remansit ambiguum, quando baptizato Domino Jesu, Spiritus sanctus in columbæ specie super eum descendit, et mansit, audita de cœlis Patris voce dicentis: Tu es filius meus dilectus, in te bene complacui? Quæ omnia ideo quanta potuimus brevitate perstrinximus, ut notum sit dilectioni vestræ, universos Christi dies innumeris consecratos fuisse virtutibus, et in cunctis ejus actionibus sacramentorum mysteria coruscasse; sed aliter quidquid signis denuntiavit aliter rebus impleri, nec quæcumque numerantur in operibus Salvatoris, ad tempus potest pertinere baptismatis. Nam si etiam illa quæ post beati Joannis lavacrum a Domino gesta cognovimus, sub indiscreto honore colamus, omnia tempora continuatis erunt deputanda festis, quia omnia sunt plena miraculis. Verum, quia spiritus sapientiæ et intellectus ita apostolos et totius Ecclesiæ erudit magistros, ut in Christiana observantia nihil inordinatum, nihil pateretur esse confusum: discernendæ sunt causæ solemnitatum, et in omnibus institutis Patrum principumque nostrorum rationabilis servanda discretio, quia non aliter unus grex et unus pastor sumus, nisi quemadmodum Apostolus docet, idipsum dicamus omnes: Simus autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sapientia.

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 9.* Quamvis ergo et illa quæ ad humilitatem, et illa quæ ad gloriam pertinent Christi, in unum concurrant, eandemque personam, totumque quod in illo et virtutis divinæ est et infirmitatis humanæ, ad nostræ reparationis tendat effectum: proprie tamen in morte crucifixi, et in resurrectione mortui potentia baptismatis novam creaturam condit ex veteri, ut in resurgentibus, et mors Christi operetur, et vita, dicente beato Apostolo: An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte illius baptizati sumus? consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte, ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus; si enim complantati

a Dionys. Exig., incitatur.

b Dionys. Exig., confuso temporis utriusque mysterio.

c Dionys. Exig., malumus.

d Dionys. Exig., quo annuntiante.

e Dionys. Exig., incitati in Bethleem.

f Dionys. Exig., mystica munera oblatione.

facti sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus, et cætera quæ latius magister gentium ad commendandum sacramentum baptismatis disputavit, ut appareret ex hujus doctrinæ spiritu regenerandis filiis hominum, et in Dei filios adoptandis illum diem, et illud tempus electum, in quo per similitudinem formamque mysterii, ea quæ geruntur in membris, his quæ in ipso sunt capite gesta congruerent: dum in baptismatis regula, et mors intervenit interfectione peccati, et sepulturam triduanam imitatur trina demersio, et ab aquis elevatio resurgentis instar est de sepulcro. Ipsa igitur operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ diem legitimum eum esse in quo orta est, et virtus muneris, et species actionis ad cujus rei confirmationem plurimum valet quod ipse Dominus Jesus Christus, posteaquam resurrexit a mortuis, discipulis suis, in quibus omnes ecclesiarum præsules docebantur, et formam et potestatem tradidit baptizandi dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti; de quo utique eos etiam ante passionem potuisset instruere, nisi propriè voluisset intelligi regenerationis gratiam ex sua resurrectione cœpisse. Additur sane huic observantiæ, etiam Pentecostes ex adventu sancti Spiritus sacra solemnitas, quæ de Paschalis festi pendet articulo, et cum ad alios dies alia festa pertineant, hæc semper ad eum diem qui resurrectione Domini est insignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum ad eos quos a die Paschæ, aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut navigationis difficultas interclusit, invitans ut quibuslibet necessitatibus impediti desiderii sui effectum dono sancti Spiritus consequantur. Ipse enim unigenitus Dei in fide credentium, et in virtute operum nullam inter se et Spiritum sanctum voluit esse distantiam; quia nulla est diversitas in natura, dicens: Rogabo ego Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut vobiscum sit in æternum, Spiritum veritatis; et iterum: Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater meus in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret universa quæcunque dixi vobis; et iterum: Cum venerit ille Spiritus veritatis, ille diriget vos in omnem veritatem. Cum itaque veritas Christus sit et Spiritus sanctus, Spiritus veritatis, nomenque Paracleti utriusque sit proprium, non dissimile est festum, ubi unum est Sacramentum.

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 10.* Hoc autem nos non ex nostra persuasione defendere, sed ex apostolica auctoritate servare satis idoneo probamus exemplo, sequentes beatum apostolum Petrum, qui in ipso die que omnem credentium numerum promissus sancti Spiritus replevit adventus, trium millium populum sua prædicatione conversum lavacro baptismatis consecravit. Quod sancta Scriptura, quæ apostolorum actus continet, fidei historia docet

A dicens: His autem tunc compuncti sunt corde, et dixerunt ad Petrum et reliquos apostolos: Quid faciemus, viri fratres? Petrus vero ad illos: Pœnitentiam, inquit, agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, et accipietis donum Spiritus sancti. Vobis enim est reponitio, et filiis vestris, et omnibus qui longe sunt quoscunque advocaverit Dominus Deus noster; aliis etiam pluribus verbis testificatus est, et exhortabatur dicens, Salvamini a generatione ista prava. Qui ergo receperunt sermonem ejus, baptizati sunt, et appositæ sunt in illa die animæ circiter tria millia.

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 11.* Unde quia manifestissime patet baptizandis in Ecclesia electis hæc duo tempora, de quibus locuti sumus, esse legitima, dilectionem vestram monemus, ut nullos alios dies huic observantiæ misceatis: quia sunt alia quoque festa, quibus multa in honorem Dei reverentia debeatur, principalis tamen et maximi sacramenti custodienda nobis est mystica et rationalis exemptio: non interdicta licentia, qua in baptismo tribueno quolibet tempore periclitantibus subvenitur. Ita enim ad has duas solemnitates connexas sibi et atque cognatas incolumium, et in pacis securitate degentium libera vota differimus: ut in mortis periculo, in obsidionis discrimine, in persecutionis angustiis, in timore naufragii nullo tempore hoc veræ salutis singulare præsidium cuiquam denegemus. Si quis autem Epiphaniæ festivitatem, quæ in suo ordine debito honore veneranda est, ob hoc existimat privilegium habere baptismatis, quia hoc quidam putant, quod in eadem die Dominus ad baptismum sancti Joannis accesserit: sciat illius baptismi aliam gratiam, aliam fuisse rationem, nec ad eandem pertinuisse virtutem, qua per Spiritum sanctum renascuntur, de quibus dicitur: Qui non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Dominus enim nullius indigens remissione peccati, nec quærens remedium renascendi sic voluit baptizari, quomodo et voluit circumcidi hostiamque pro se emundationis offerri, ut qui factus erat ex muliere, sicut Apostolus ait, fieret et sub Legge, quam non venerat solvere, sed implere et implendo finire, et sicut Apostolus prædicat dicens: Finis autem legis Christus ad justitiam omni credenti. Baptismi autem sui in se condidit sacramentum, quia in omnibus primatum tenens, se docuit esse principium, et tunc regenerationis potentiam sanxit, quando de latere ipsius profluxerunt sanguis redemptionis, et aqua baptismatis. Sicut ergo Vetus Testamentum Novi testificatio fuit, et lex per Moysen data est, gratia autem et veritas per Jesum Christum facta est; sic diversa sacrificia unam hostiam reformarunt, et multorum agnorum occisio illius immolatione finita est, de quo dicitur: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sic et Joannes non Christus,

• Peccatum, Dionys. Exig.

sed Christi p̄vius, non s̄ponus, sed sp̄nsi amicus fuit adeo fidelis, et non sua querens, sed quæ Jesu Christi, ut se prosteretur ad solvenda calceamentum pedum ejus indignum: quoniam ipse quidem baptizaret in aqua, in p̄nitentiam; ille autem baptizaturus esset in Spiritu sancto, et igni, qui duplici potestate, et vitam redderet, et peccata consumeret. His itaque, fratres charissimi, tot ac tantis existentibus documentis, quibus vni ambiguitate submotâ evidentè agnoscitis, in baptizandis clectis, qui secundum apostolicam regulam in exorcismis scrutandi, et jejuniis sancificandi, et frequentibus sunt prædicationibus imbuendi, duo tantum tempora, id est Pascha et Pentecosten esse servanda. Hoc vestre incensus charitati, ut ab apostolicis institutis nullo ulterius recedatis excessu, quia inultum post hæc esse non poterit, si quisquam apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

*Ex decretis papæ Celsii, tit. 10.* Baptizandi sibi quispiam passim quocunque tempore nullam credat inesse fiduciam, præter Paschale festum, et Pentecosten venerabile sacramentum, excepto duntaxat gravissimi languoris incursu, in quo verendum est, ne morbi crescente periculo sine remedio salutari fortassis ægotans et exitio præventus abscedat.

CCXIII. *De his qui p̄nitentiam minime servaverunt.*

*Ex decretis papæ Syrii, tit. 5.* De his vero non incongrue dilectio tua apostolicam sedem credit consulendam, qui acta p̄nitentia tanquam canes, ac sues ad vomitus<sup>a</sup> et volutabra redeuntcs, et militiæ<sup>c</sup> cingulum, et<sup>b</sup> lubricas voluptates, et nova conjugia, et inhibitos denuo appetivere concubitus, quorum professam incontinentiam generati post absolutionem filii prodiderunt. De quibus, quia jam suffugium non habent p̄nitendi, id duximus decernendum, ut sola intra Ecclesiam fidelibus oratione jungantur, sacræ mysteriorum celebritati, quamvis non mereantur, intersint: a Dominicæ autem mensæ convivio segregentur, ut hac saltem districtione correcti et ipsi in se sua errata castigent, et aliis exemplis tribuant, quatenus ab obscœnis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cum ad Dominum cœperint proficisci, per communionis gratiam volumus subveniri. Quam formam, et circa mulieres, quæ se post p̄nitentiam talibus pollutionibus devinxerunt, servari decernimus.

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 7.* De p̄nitentibus autem, qui sive ex gravioribus commissis, sive ex levioribus p̄nitentiam gerunt, si nulla interveniat ægritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendum Romanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Cæterum de pondere æstimando delictorum sacerdotis est judicare, ut attendat ad confessionem p̄nitentis, et

A ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac tunc jubere d'mitti, cum viderit congruam satisfactionem. Sane si quis in ægritudinem incidit, atque usque ad desperationem devenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, ne de sæculo absque communione discedat.

CCXIV. *Quod clericis non liceat p̄nitentiam agere, et quod post p̄nitentiam nullus possit ad clerum admitti.*

*Ex decretis papæ Syrii, tit. 11.* Illud quoque nos par fuit providere, ut sicut p̄nitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum: ita et post p̄nitentiam ac reconciliationem nulli unquam laico liceat honorem clericatus adipisci; quia quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen devent genitorum sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum.

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 31.* Innocentius Agapito Macedonio, et<sup>d</sup> Martiano episcopis Apulis. Multa in provincia vestra contra canonicos Ecclesiasticos, decretaque majorum usurpari a plurimis, et relationes diversorum et suggestiones fiddissimæ retulerunt: quæ quidem possent facile rescari, si episcopi in his non invenirent auctores. Qui dum aut amicis, aut obsequentibus gratiam præstare nituntur, religionem violant, ordinesque corrumpunt; ac sic evenit, ut indigni quique honores suscipiant ecclesiasticos, et admittantur ad clerum, qui nec inter laicos quidem dignum locum habere<sup>e</sup> merentur, sicuti nunc dato nobis libello monstratum est. Modestum quemdam multis criminibus involutum, propter quæ etiam p̄nitentiam egisse dicitur, non solum clericum effectum, quod non licet, verum etiam ad episcopatus apicem tendere: cum c nones apud Nicæam consitati, p̄nitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludant. Et ideo, fratres charissimi, perspecto tenore libelli eum jubeatis præsentari, ac si vere constiterit talis, qualem libellus affirmat, non solum ab ambitione episcopatus, sed etiam a clericatus removeatur officio.

CCXV. *Ut si per ignorantiam p̄nitens digamus, vel viduæ maritus clericus factus fuerit, jam non promoveatur.*

*Ex decretis papæ Syrii, tit. 15.* Et quia his omnibus, quæ in reprehensionem veniunt, sola excusatio ignorantie obtenditur, cui nos interim solius pietatis intuitu concessa est clementer ignoscere: quicumque p̄nitens, quicumque bigamus, quicumque viduæ maritus ad sacram militiam indebite, et incompetentè irrepsit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis in hoc quo invenitur ordine perpetua stabilitate permaneat: scituri post hanc definitionem, quod si ultra ad sacros ordines quatenquam de tali-

<sup>a</sup> Pristinos addit Dionysius. Exig.

<sup>b</sup> Ludicras, Dionysius. Exig.

<sup>c</sup> Servandam esse censemus, Dionysius. Exig.

<sup>d</sup> Mariano, Dionysius. Exig.

<sup>e</sup> Mererentur, Dionysius. Exig.

<sup>f</sup> Talem, Dionysius. Exig.

<sup>g</sup> Scituri posthac omnium provinciarum antistites, Dionysius. Exig.



bus crediderint assumendum, et de suo, et de eorum statu, quos contra canones et interdicta nostra pro-  
vexerint, congruam ab apostolica sede promendam esse sententiam.

**CCXVI. De energumenis baptizatis.**

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 6.* De his vero baptizatis, qui postea a dæmonio, aut vitio aliquo, aut peccato interveniente arripiuntur, quæsit dilectio tua, si a presbytero, vel diacono possint, aut debeant consignari: quod hoc, nisi episcopus præceperit, non licet: nam ei manus imponenda omnino non est, nisi episcopus auctoritatem dederit id efficiendi. Ut autem fiat, episcopi est imperare, ut manus ei vel a presbytero, vel a cæteris clericis imponatur. Nam quomodo id fieri sine magno labore poterit, ut longe constitutus energumenus ad episcopum deducatur, cum si talis casus ei in itinere acciderit, nec ferri ad episcopum, nec referri ad sua facile possit.

**CCXVII. Quod pro infirmis debeat sacerdos orare, et juxta præceptum sancti Jacobi oleo perungere.**

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 3.* Sane quoniam de hoc, sicuti de cæteris consulere voluit dilectio tua, adjecit etiam filius meus dilectus Cælestinus diaconus in epistola sua esse a tua dilectione positum illud, quod in beati apostoli Jacobi epistola conscriptum est. Si infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros, et orent super eum ungentes oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et suscitabit illum Dominus, et si in peccatis fuerit, remittentur ei. Quod non est dubium de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chris-matis perungi possunt, quod ab episcopo confectum non solum sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet, in sua, aut suorum necessitate un-gendum. Cæterum illud superfluum videmus adjectum, ut de episcopo ambigatur, quod presbyteris licere non dubium est: nam idcirco presb-teris dictum est, quia episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Cæterum si episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem a se visitandum, et benedicere, et tangere chris-mate sine cunctatione potest, cujus est ipsum chris-ma conficere. Nam pœnitentibus istud infundi non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus posse putari concedi?

**CCXVIII. Ut extra conscientiam metropolitani non ordinetur episcopus.**

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 9.* Primum ut extra conscientiam metropolitani episcopi nullus audeat ordinare; integrum enim judicium est, quod plurimorum sententiis confirmatur: nec unus episcopus ordinare præsumat, ne furtivum beneficium præstitum videatur: hoc enim a synodo Nicæna constitutum est, atque definitum.

*Ex decretis papæ Cælestini, tit. 17.* Primum, ut

• *Infirmus aliquis in vobis est, Dion. Exig.*

juxta decreta canonum unaquaque provincia suo metropolitano contenta sit, ut decessoris nostri data ad Narbonensem episcopum continent constituta, nec usurpationis locus alicui sacerdoti in alterius concedatur injuriam. Sit concessis sibi contentus unusquisque limitibus. Alter in alterius provincia nihil præsumat, nec emeritis in suis ecclesiis clericis peregrini et extranei, et qui ante ignorati sunt, ad exclusionem eorum, qui bene de suorum civium meritu- testimonio, præponantur, ne novum quoddam, de quo episcopi fiant institutum videatur esse collegium.

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 32.* Igitur secundum sanctorum Patrum canones spiritu Dei conditos, et totius mundi reverentia consecratos, metropolitano singularum provinciarum episcopos, quibus ex delegatione nostra, fraternitatis tuæ cura prætenditur, jus traditæ sibi antiquitatis dignitatis intemeratum habere decernimus: ita ut a regulis præstitutis nulla aut negligentia, aut præsumptione discedant.

**CCXIX. Ut ex curialibus non fiat clericus.**

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 18.* Præterea frequenter quidam ex fratribus nostris curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos clericos facere contendunt, quibus postea major tristitia cum de revocandis eis aliquid ab imperatore præcipitur, quam gratia nascitur de ascitis. Constat enim eos in ipsis muniis voluptates etiam exhibere, quas a diabolo inventas esse non dubium est, et ludorum aut numerum apparatus, aut præesse, aut forsitan interesse. Sit certe in exemplum sollicitudo, et tristitia fratrum, quam sæpe pertulimus imperatore præsentem, cum pro his sæpius rogaremus, quam ipse nobiscum positus cognovisti, quibus non solum inferiores clerici ex curialibus, verum etiam in sacerdotio jam constituti, ingens molestia ut redderentur instabat.

**CCXX. De ultima pœnitentia non neganda.**

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 22.* Et hoc quæsitum est, quid de his observari oporteat, qui post baptismum in omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo vitæ suæ pœnitentiam simul, et reconciliationem communionis exposcunt. De his observatio prior, durior; posterior interveniente misericordia inclinatio est: nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur eis pœnitentia, sed communicatio negaretur; nam cum illis temporibus crebræ persecutiones essent, ne communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos non revocaret a lapsu, merito negata communicatio est, concessa pœnitentia: ne totum penitus negaretur, et durior remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus noster pacem Ecclesiis suis reddidit, jam terrore depulso communionem dari abeuntibus placuit, et propter Domini misericordiam, quasi viaticum profecturis, et ne Novatiani hæretici negantia ve-

niam, asperitatem et duritiam subsequi videamur. A Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema communio, ut homines hujusmodi, vel in supremis suis, permit- tente Salvatore nostro, a perpetuo exitio vindicen- tur.

*Ex decretis papæ Cælestini, tit. 15.* Agnovimus enim pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desideris annui, qui obitus sui tempore hæc animæ suæ cupiunt remedia subveniri: horremus (fateor) tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate desperet, quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere, et periclitantem sub- onere peccatorum hominem perdere, quo se ille expedire desiderat, et liberari. Quid hoc rogo aliud est quam morienti mortem addere, ejusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere, B cum Deus ad subveniendum paratissimus, invitans ad pœnitentiam, sic promittat peccatori, inquires: Qua- cunque die conversus fuerit, peccata ejus non re- putabuntur ei; et iterum: Nolo mortem peccatoris, sed tantum convertatur, et vivat. Salutem ergo ho- mini admittit quisquis mortis tempore pœnitentiam denegarit; et desperat de clementia Dei, qui eum ad subveniendum morienti sufficere vel momento posse non credit. Perdidisset latro in cruce præmium, ad Christi dexteram pendens, si illum unius horæ pœ- nitentia non juvisset; cum esset in pœna pœnituit, et per unius sermonis promissionem habitaculum paradisi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum conversio in ultimis positorum mente potius est æstimanda quam tempore, propheta hoc ta'iter asserente: Cum conversus ingenueris, tunc salvus eris. Cum ergo Christus sit cordis inspector, quoli- bet tempore non est deneganda pœnitentia postu- lanti, cum illi se obliget iudici, cui occulta omnia noviter revelari.

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 21. De his qui pœ- nitentiam agere differunt.* Dissimulatio hæc potest non de contemptu esse remedii, sed de metu gravior delinquendi. Unde pœnitentia quæ dilata est, cum studiosius petita fuerit, non negetur, ut quoquomodo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perveniat.

CCXXI. *De administrationibus sæcularium judicio- rum.*

*Ex decr. papæ Innocentii, tit. 23.* Quæsitum est etiam super his qui post baptismum administrave- runt, aut tormenta sola exercuerunt, aut etiam capitalem protulerunt sententiam: de his nihil legimus a majoribus definitum. Meminerant enim a Deo potestates hæc fuisse concessas, et propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, et Dei ministrum esse datum in hujusmodi vindicem. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod auctore Deo viderent esse concessum? De his ergo, ut hactenus servatum est, sic habeamus, ne aut disciplinam evertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsi autem in ratione reddenda gesta sua omnia scrva- buntur.

CCXXII. *Quod pro conjugali fœdere tam viro quam femina non liceat in adulterium declinare, pro eo quod sibi in hoc ipso æque debitores existunt.*

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 24.* Et illud desi- deratum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non conveniant, cum contra uxores in consortio adulterorum virorum manere videantur? Super hoc Christiana religio adulte- rium in utroque sexu pari ratione condemnat; sed viros suos mulieres non facile de adulterio accu- sant, et non habent latentia peccata vindictam: viri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueverunt; et ideo mulieribus proli- to earum crimine communio denegatur, virorum autem latente commisso, non facile quisquam ex suspicio- nibus abstinetur, qui utique submovetur, si ejus flagitium detegatur. Cum ergo par causa sit, inter- dum probatione cessante-vindictæ ratio conquiescit.

CCXXIII. *Quod hi qui preces criminalis dictant, sine crimine sint.*

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 25.* Illud etiam sciscitari voluisti, an preces dictantibus liberum concedatur, utique post baptismi regenerationem, a principibus poscere mortem alicujus vel sanguinem de reatu? Quam rem principes nunquam sine cogni- tione concedunt, sed ad iudices commissa ipsa, vel crimina scmp̄ remittunt, ut causa cognita vindic- tentur: quæ cum quæsitore fuerint delegata, aut ab- solutio, aut damnatio pro negotii qualitate profertur, et dum legum in Improbos exercetur auctoritas, erit dictator immunis.

CCXXIV. *Quod non liceat his qui intercedente repudio a se segregati sunt, in aliam copulam pertransire.*

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 26.* De his etiam requisivit dilectio tua, qui interveniente repudio ali- se matrimonio copularunt, quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui vero vel uxore vivente, quamvis dissociatum videatur esse conju- gium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum ut etiam hæc personæ quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur, secundum illud quod legimus in Evangelio: Qui dimiserit uxorem suam, et duxe- rit aliam, mœchatur; similiter et qui dimissam duxerit, mœchatur. Et ideo omnes a communione fidelium abstinendos. De parentibus autem, aut propin- quis eorum nihil tale statui potest, nisi si inculpatores illiciti consortii fuisse detegantur.

CCXXV. *Quod si quis partem sibi corporis volens amputaverit, clericus esse non possit.*

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 28.* Qui igitur partem cujuslibet digiti ipse volens abscidit, hunc ad clerum canones non admittunt: cui vero casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curam impen- dit, aut aliquid faciens se non sponte percussit; hos canones præcipiunt et clericos fieri, et si in clero fuerint reperti, non abjici. In illo enim voluntas

est iudicata quæ sibi ausa fuit ferrum injicere, quod A scilicet et alii id facere dabitare non possit; in istis vero casus veniam meruit.

CCXXVI. *Si cujus uxor abducta in captivitate fuerit, et alteram maritus ejus acceperit, revertente prima secunda excindatur. Quam dispositionem in muliere quoque, si alium virum primo desistens acceperit, continet observari.*

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 37.* Innocentius Probo. Conturbatio procellæ barbaricæ facultati legum intulit casum, nam bene constituto matrimonio inter Fortunium et Ursam captivitatis incursus fecerat nævum, nisi sancta religionis statuta providerent. Cum enim in captivitate prædicta Ursa mulier teneretur, aliud conjugium cum Restituta Fortunius memoratus iaisse cognoscitur; sed favore Domini reversa Ursa nos adiit, et nullo disistente, uxorem se memorati esse perdocuit. Quare, domine fili, merito illustris, statuimus, fide catholica suffragante, illud esse conjugium quod erat priuuitus gratia divina fundatum, conventumque secundæ mulieris priore superstite, nec divortio ejecta, nullo pacto posse esse legitimum.

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 42.* Cum ergo per bellicam cladem et per gravissimos hostilitatis incursus ita quædam dicatis divisa esse conjugia, ut abductis in captivitate viris feminæ eorum remanserint destitute, quæ viros proprios, aut interemptos putarent, aut nunquam dominione crederent liberandos, et in aliorum conjugium solitudine cogente transierint; cumque nunc statu rerum, auxiliante Domino, in meliora converso, nonnulli eorum qui putabantur periisse remearint, merito claritas tua videtur ambigere, quid de mulieribus quæ aliis junctæ sunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia novimus scriptum, a Deo jungitur mulier viro, et iterum præceptum agnovimus, ut quod Deus junxit homo non separet, necesse est ut legitimum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, et remotis malis quæ hostilitas intulit, unicuique id quod legitime habuit, reformetur, omnique studio procurandum est, ut recipiat unusquisque quod proprium est.

*Item de hoc ipso, tit. 43.* Nec tamen culpabilis dicitur et tanquam alieni juris perceptor habeatur, qui personam ejus mariti qui jam non esse existimabatur assumpsit: sic enim multa, que ad eos qui in captivitate ducti sunt pertinebant, in jus alienum transire potuerunt; et tamen plenum justitiæ est, ut iisdem reversis propria reformentur. Quod si in mancipiis, vel in agris aut etiam in domibus ac possessionibus rite servatur, quanto magis in conjugiorum redintegratione faciendum est, ut quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur?

*Item, tit. 44.* Et ideo si viri post longam captivitate reversi, ita in dilectione suarum conjugum perseverent, ut eas cupiant in suum redire consortium, omittendum est, et inculpabile iudicandum quod

necessitas intulit, et restituendum quod fides poscit.

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 45.* Si autem aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ, ut malint his cohærere, quam ad legitimum redire consortium, merito sunt notandæ, ita ut ecclesiastica communione priventur, quæ de re excusabili contaminationem criminis elegerunt, ostendentes sibi pro sua incontinentia placuisse, quod justa remissio poterat expiare. Redeant ergo in suum statum voluntaria redintegratione conjugia, neque ullo modo ad opprobrium malæ voluntatis trabatur, quod conditio necessitatis extorsit: quia sicut hæ mulieres quæ reverti ad viros suos noluerunt, impie sunt habendæ, ita illæ quæ in affectum ex Deo intum redeunt, merito sunt laudandæ.

CCXXVII. *De catechumeno qui, priusquam baptizetur, uxorem amittit, et post aliam accepit, quod clericus esse non possit.*

*Ex decretis papæ Innocentii, tit. 52.* Deinde puniatur, non dici oportere digamum eum qui catechumenus habuerit atque amiserit uxorem, si post baptismum fuerit aliam sortitus, eamque primam videri quæ novo homini copulata sit, quia illud conjugium per baptismi sacramentum cum cæteris criminibus sit ablatum: quod cum de una utique dicitur, certe si tres habuerit in veteri positus homine uxores, erit ei quæ post baptismum quarta est, sic interpretantibus prima, virginis æque nomen accipiet quæ quarto ducta est loco. Quis, oro, istud non videat contra Apostoli esse præceptum, qui ait unius uxoris virum oportere fieri sacerdotem? Sed obijcitur quod in baptismo totum quidquid in veteri homine gestum est, sit solum. Dicite mihi (cum pace vestra loquor), crimina tantum dimittuntur in baptismo, an et illa quæ secundum Domini præcepta ac Dei instituta complentur? Uxorem ducere crimen est, aut non est crimen? Si crimen est: ergo præfata venia dixerim, erit auctor in culpa qui ut crimina committerentur in paradiso, cum ipse eos jungeret, benedixit; si vero crimen non est, quia quod Deus junxit nefas sit crimen appellari; et Salomon addidit: Etenim a Deo præparatur viro uxor, quomodo creditur inter crimina esse dimissum, quod Deo auctore legitur consummatum? Quid de talium illis percensetur, nunquid non erunt admittendi in hæreditatis consortio, qui ex ea suscepti sunt quæ ante baptismum fuit uxor, eruntque appellandi vel naturales, vel spurii, quia non est legitimum matrimonium, nisi illud (ut vobis videtur) quod post baptismum assumitur? Ipse Dominus, cum interrogaretur a Judæis, si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit: Quod ergo Deus junxit, homo non separet. Ac ne de his copulis locutus esse credatur, quæ post baptismum sortitur, meminerint hoc et a Judæis interrogatum, et Judæis esse responsum. Quæro, et sollicitus quæro, si una eademque sit uxor ejus, qui ante catechumenus, postea sit fidelis, filiosque ex ea cum esset catechumenus susceperit, ac postea alios, cum fidelis?

utrum sint fratres appellandi an non? habeant A ut nulla religionis reverentia obscuritate fuscetur. postea defuncto patre herciscundæ hæreditatis consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis creditur abstulisse? quod cum ita sentire atque iudicare absurdum est, quæ (malum) ratio est hoc defendi et vacua magis opinione jactari, quam aliqua auctoritate roborari? Cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit, et Deus jungit. Nunquid si quis catechumenus virtutibus studuerit, humilitatem secutus fuerit, patientiam tenuerit, elemosynas fecerit, morti destinatos qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit, quæro si hæc, cum factus fuerit fidelis, amittit: quia per baptismum totum, quod vetus homo gesserat putatur auferri? Aspiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus atque elemosynis vacantem, per revelationem angelum, Petrumque ipsum vidisse, nunquid per baptismum hæc illi ablata sunt, propter quæ ei baptismum videtur esse concessum? Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur, quia quidquid bene gestum fuerit, et secundum Legis præcepta custoditum non potest facientibus deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perlicitur, non potest dici peccatum, et quod peccatum non est, solvi inter peccata eredi omnino non debet; eritque integrum æstimare aboleri non posse prioris nomen uxoris, cum non dimissum sit pro peccato, quia ex Dei sit voluntate compositum; letum.

CCXXV. Quod nolentibus clericis v. l. populus non debeat episcopus ordinari; et quod ab illi itis sit ordinationibus abstinendum.

Ex decretis papæ Cælest., tit. 18. Nullus invitis detur episcopus; cleri, plebis et ordinis consensus, et desiderium requiratur, tunc alter de altera eligatur ecclesia, si de civitatis ipsius clericis, cui episcopus est ordinandus, nullus dignus (quod evenire non credimus) potuerit inveniri, primum enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesiis merito præferantur. Habeat unusquisque suæ fructum militiæ in ecclesia, in qua sua per omnia officia transegit ætatem. In aliena stipendia minime alter obrepit, nec alii debitum alter sibi audeat vindicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi, si se viderint prægravari, et quos sibi ingeri ex transverso cognoverint, non timeant refutare, qui si non debitum D præmium, vel liberum de eo, qui eos rector est, debent habere iudicium.

Ex de rebus cujus supra, tit. 19. Abstineatur etiam ab illicitis ordinationibus, nullus ex laicis, nullus digamus, nullus qui sit viduæ maritus, aut fuerit, ordinetur, sed irreprehensibilis et qualem elegit Apostolus, fiat. Per Moysem Dominus præcepit: Virginem accipiat sacerdos uxorem. Subsequitur, et supplet A: apostolus eodem locutus spiritu: Unius uxoris virum debere episcopum consecrari. Ad hanc ergo eligantur formulam sacerdotes, et si quæ factæ sunt ordinationes illicitæ, removeantur, quoniam stare non possunt, nec discussionem nostram subterfugere poterunt: quantum latere se astiment, qualiter pervenerunt,

ut nulla religionis reverentia obscuritate fuscetur. Non sit vana gloriatio palliatis, episcopalem morem, qui episcopi sunt, sequantur. Daniel, ut diximus, qui accusationem pontificali honore subterfugere se posse credidit, et ad fastidium tantum accusatores suos latendo pervenit, a sanctitatis vestræ cœtu interrim se novit segregatum, qui se nostro iudicio debet abjicere, si conscientia suæ novit confidentiam se obtinere. Massiliensis vero ecclesiæ sacerdotem, qui dicitur (quod dictu nefas est) in necem fratris sui taliter gratulatus: ut huic, qui ejus sanguine cruentatus advenerat, portionem cum eodem habiturus, occurreret: ex vestro eum audiendum collegio delegamus.

Ex decret. papæ Leon., tit. 13. Nulla ratio sinit ut B inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a comprovincialis episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. Unde cum sæpe quæstio de male accepto honore nascatur, quis ambigat, nequaquam istis esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum? Si qui autem clerici ab istis pseudoepiscopis in eis ecclesiis ordinati sunt, quæ ad proprios episcopos pertinebant, et ordinatio eorum consensu, et iudicio presidentium facta est, potest rata haberi: ita ut in ipsis ecclesiis perseverent. Aliter autem vana habenda est consecratio, quæ nec loco fundata est, nec auctoritate munita.

Cujus supra, tit. 35. Cum ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponitur, quem cleri, plebisque consensus concorditer postularint: ita ut si in aliam forte personam partium se vota diviserint, metropolitani iudicio is alteri præponatur, qui majoribus et studiis juvatur, et meritis, tantum ut nullus invitis, et non petentibus ordinetur, ne civitas episcopum non optatum aut contempnat, aut oderit, et fiat minus religiosa quam convenit, cui non licuerit habere, quem voluit.

CCXXIX. Quod nulli sacerdoti canones liceat ignorare.

Ex decret. papæ Cælest., tit. 20. Cælestinus universis episcopis per Apuliam et Calabria constitutis. Nulli sacerdotum suos liceat canones ignorare, nec quidquam facere, quod Patrum possit regnum obviare. Quæ enim a nobis res digna servabitur, si decretalium nra constitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permissa, frangatur.

CCXXX. Quod aliud sit uxor, aliud concubina; nec erret quisquis filiam suam in matrimonio tradiderit concubinam habenti.

Ex decret. papæ Leonis, tit. 18. Non omnis mulier viro juncta uxor est: viri, quia nec omnis filius hæres est patri. Nuptiarum autem sælera inter ingenuos sunt legitima, et inter æquales, et multo prius hoc ipsum Domino constituyente, quam initium Romani juris existeret. Itaque aliud est uxor, aliud concubina: sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam Apostolus ad manifestandum harum personarum discretionem, testimonium ponit ex Genesi, ubi dicitur Abraham: Ejice ancillam, et filium ejus.

non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Unde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut præterseuum conjunctionem, quæ habetur in Christi et Ecclesiæ sacramentum, dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium. Igitur cujuslibet loci clericus si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi eam conjugato dederit, nisi forte illa mulier et ingenua facta, et dotata legitime, et publicis nuptiis honestata videatur: paterno arbitrio viris junctæ carent culpa, si mulieres quæ a viris habebantur, in matrimonio non fuerunt: aliud est nupta, aliud concubina.

**CCXXXI.** *Quod non sit conjugii duplicatio, cum an. illa e. pulsa uxor intromittatur.*

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 19.* Ancillam a matrona accepta abjicere, et uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, sed profectus est honestatis. Culpanda est sane talium negligentia, sed non penitus deperanda, ut crebris exhortationibus incitati, quod necessario expetiverunt fideliter exsequantur. Nemo enim desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est, quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.

**CCXXXII.** *De communione privatis, et ita defunctis.*

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 20.* Horum causa Dei judicio reservanda est, in cujus manu fuit, ut talium obitus usque ad communionis remedium non differatur; nos autem quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non possumus.

**CCXXXIII.** *Quod oporteat eum qui pro illicitis veniam postulat etiam a licitis abstinere.*

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 22.* Aliud quidem est debita repo:scere, aliud propria perfectionis amore contemnere; sed illicitorum veniam postulantem oportet etiam a licitis abstinere; dicente Apostolo: Omnia licent, sed non omnia expediunt. Unde si pœnitentes habent causam, quam negligere forte non debeant, melius expetit quis ecclesiasticum quam forense judicium.

**CCXXXIV.** *Quod pœnitenti nulla lucra negotiationis exercere conveniat.*

*Ex decr. papæ Leonis, tit. 23.* Qualitas lucri negotiantem aut excusat, aut arguit, quia est honestus quæstus, et turpis. Veruntamen pœnitenti utilius dispendia pati, quam periculis negotiationis obstringi; quia difficile est inter ementis vendentisque commercium non intervenire peccatum.

**CCXXXV.** *Quod ad militiam sæcularem post pœnitentiam redire non debet.*

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 24.* Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis, post pœnitentiæ actionem redire ad militiam sæcularem, cum Apostolus dicat: Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcu-

laribus. Unde non est liber a laqueis diaboli, qui se militiæ mundanæ voluerit implicare.

**CCXXXVI.** *Quod adolescens, si urgente quolibet mortis periculo pœnitentiæ gesserit, et non se contulerit, uxoris debeat remedio sustentari.*

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 25.* In adolescentia constitutus si, urgente aut metu mortis, aut captivitatibus periculo, pœnitentiæ gesserit, et postea timens laqueum incontinentiæ venialis copulam uxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret, rem videtur fecisse venialem, si præter conjugem nullam omnino cognoverit. In quo tamen non regulam constituimus, sed quid sit tolerabilis æstimamus; nam secundum veram cognitionem nihil magis ei congruit qui pœnitentiæ gesserit, quam castitas perseverans et mentis et corporis.

**CCXXXVII.** *Quod subdiaconis carnale connubium denegetur.*

*Ex decretis papæ Leonis, tit. 31.* Nam cum extra clericorum ordinem constitutus nuptiarum societate et procreationi filiorum studere sit liberum arbitrium, ad exhibendam tamen profectæ continentiæ puritatem, ne subdiaconis quidem connubium carnale conceditur, et et qui habent, sint tanquam non habentes, et qui non habent permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus ordo est a capite, dignum est custodiri, quanto magis in primo, vel secundo tertioque servandum est, ne aut levitico, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus æstimetur, qui se a voluntate uxoria necdum frenasse detegitur.

**CCXXXVIII.** *Ut nulla pretia de baptizandis consignandisque fidelibus exigantur.*

*Ex decretis papæ Gelasii, titulo 5.* Baptizandis consignandisque fidelibus pretia nulla præfigant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes, quoniam quod gratis accipimus gratis dare mandamur; et ideo nihil a prædictis prorsus exigere moliantur, quo vel paupertate cogente terri, vel indignatione revocati, redemptionis suæ causas adire despiciant: certum habentes quod qui prohibita deprehensivæ int admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subitari proprii sint honoris.

**CCXXXIX.** *Presbyterorum et diaconorum ordinationes certis debere celebrari temporibus.*

*Ex decretis papæ Gelasii, tit. 11.* Ordinationes etiam presbyterorum diaconorumque, nisi certis temporibus et diebus exercere non debent, id est primi et quarti mensis jejunio, septimi et decimi: sed etiam quadragesimalis illius, ac mediana quadragesimæ die, sabbati jejunio circa vesperam noverit celebrandas. Nec cujuslibet utilitatis causa, seu presbyterum, seu diaconum his præferre qui ante ipsos fuerint ordinati.

<sup>a</sup> Dion. Exig., a toro abjicere.

<sup>b</sup> Dion. Exig., deserenda.

CCXL. *Ut constitutis diebus virgines sacræ vellentur.* A humanæ fragilitati generaliter concessa licentia, alia debet esse vita divinarum rerum servitio dedicata.

*Ex decretis papæ Gelasii, tit. 12.* Devotis quoque virginibus, nisi aut in Epiphaniarum, aut in albis Paschalibus, aut in Apostolorum natalibus, sacrum minime velamen imponant; nisi forsitan, sicut de baptismo dictum est, gravi languore correptis, ne sine hoc munere de sæculo exeant, implorantibus non negetur.

CCXLI. *Ut viduæ non vellentur.*

*Ex decretis papæ Gelasii, tit. 13.* Viduas autem velare pontificum nullus attentet, quod nec auctoritas divina delegat, nec canonum forma præstituit. Non est ergo penitus usurpandum, eisque sine ecclesiastica sunt inferenda præsidia, ut nihil committatur illicitum.

*Cujus supra, titulo 21.* Nam de viduis sub nulla benedictione velandis superius late duximus disserendum. Quæ si propria voluntate professam pristini conjugii castitatem inmutabili mente calcaverint, periculi earum intererit quali Deum debeant satisfactione placare. Sicut enim si se forsitan continere non poterant secundum Apostolum, nullatenus nubere vetabantur; sic habita secum deliberatione promissam Deo pudicitiam fidem debuerunt custodire. Nos autem nullum talibus laqueum debemus injicere, sed solum hortationes, ræmii sempiterni, penasque proponere divini judicii, ut nostra sit absoluta conscientia, et illarum pro se rationem Deo reddat intentio. Cavendum est quippe, quæ de harum moribus actibusque beatus Paulus testatur apostolus, quod planius exponere præterimus, ne sexus instabilis non tam detereri quam admoneri videatur.

CCXLII. *Quod dæmonis aliisque passionibus irrentis sacra mysteria tractare non liceat.*

*Ex decretis cujus supra, tit. 19.* Usque adeo sane comperimus, illicita quæque prorumpere, ut dæmoniis similibus passionibus irrentis ministeria sacrosancta tractare tribuatur: quibus si in hoc opere positis aliquid propriæ necessitatis occurrat, quis de sua fidelium salute confidet, ubi ministros ipsos curationis humanæ tanta perspexit calamitate vexari? Atque ideo necessario removendi sunt, ne quibuslibet, pro quibus Christus est mortuus, scandalum generetur infirmis. Postremo, si corpore sauciatur fortassis, aut debilem nequaquam sancta contingere lex divina permisit; quanto magis domi cælestis dispensatores esse non convenit, quod est deterius, mente percussus?

CCXLIII. *Quod secunda conjugia sæcularibus non denegentur, quibus tamen pro hoc ipso ad clerum minime convenit aspirare.*

*Ex decretis papæ Gelasii, tit. 22.* Secundas nuptias sicut sæcularibus inire conceditur, ita post eas nullus ad clericale sinatur venire collegium: alia est enu-

CCXLIV. *Ut ab episcopis præceptio e papæ novæ basilicæ deditur.*

*Ex decretis papæ Gelasii, tit. 4.* Basilicas noviter institutas non petitis ex more præceptionibus dedicare non audeant; non ambiant sibi vindicare clericos potestatis alienæ.

*Et nulla basilica sub defunctorum constructa nomine deditur.*

*Cujus supra, tit. 25.* De locorum consecratione sanctorum, quamvis superius strictim fuerit comprehensum, nobis quoque patefactum est quod absque præcepto sedis apostolicæ nonnulli factas ecclesias vel oratoria sacrare præsumant. Hoc sumus tamen indicio detestabili permoti quod in quocumque nomine defunctorum, et quantum dicitur, nec omnino fidelium constructiones ædificatas sacris professionibus aut aliter instituere memorantur. Quæ quoniam tam acerba, tam dura sunt, ut eadem vix noster ferre posset auditus; si revera Christianitatis affectus in illis regionibus certus, et fixus est, et districtius ista quærantur, et a quibus fuerint gesta prodantur, quoniam si ut latentibus in hac atrocitate nominibus, non exstat in quem sententia debita proferatur, ita cum manifestis fuerit documentis expositus, quam scelæris tanti poscit immanitas, non vitabit ultionem.

CCXLV. *Ut si quis episcopus in crimine absque tempore synodi detentus fuerit, a duodecim episcopis audiatur, presbyter vero a sex; diaconus a tribus.*

*Concil. Carthag., tit. 12.* Felix episcopus dixit: Suggesto secundum statuta veterum conciliorum, ut si quis episcopus (quod non optamus) in reatum aliquem incurrerit, et fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare: ne in crimine remaneat, a duodecim episcopis, et presbyter a sex episcopis cum proprio suo episcopo audiatur, et diaconus a tribus.

*Concil. suprascript., tit. 20.* Si autem presbyteri, vel diaconi fuerint accusati, adjuncto sibi ex vicinis locis proprius episcopus legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusati petierint, id est una secum in presbyteri nomine sex, in diaconi tres, ipsorum causam discutiant, eadem dierum, et dilationum et a communione remotionum, et discussione personarum, inter accusatores, et eos qui accusantur forma servata. Reliquorum autem clericorum causas etiam solus episcopus loci agnoscat et finiat.

CCXLVI. *De diversis ordinibus Ecclesiæ servientibus, ut si quis in causam incurrerit, et abnuerit ecclesiasticum iudicium, debeat periclitari.*

*Concil. Cart., tit. 15.* Item placuit ut quisquis episcoporum, presbyterorum, diaconorum, seu clericorum, cum in ecclesia ei fuerit crimen institutum, vel civilis causa fuerit commota, si relicto ecclesiastico iudicio, publicis iudiciis purgari voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum

\* Dion. Exig., effugiet.

amittat, et hoc in criminali; in civili vero perdat quod evicit, si locum suum obtinere maluerit. Hoc etiam placuit ut a quibuscunque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est major auctoritas, fuerit provocatum, non eis obsit quorum fuerit soluta sententia, si convinci non potuerint vel iniquo animo iudicasse, vel aliqua cupiditate vel gratia depravati. Sane si ex consensu partium electi fuerint iudices, etiam a pauciori numero quam constitutum est, non liceat provocari.

**CCXLVII.** *Ut clericus qui ordinatur, moneri debeat constituta paterna servare; maxime vero ut corporibus mortuorum eucharistia et baptisma non dentur.*

*Concil. Carthag., tit. 18.* Item placuit ut ordinatis episcopis, vel clericis prius ab ordinatoribus suis placita conciliorum auribus eorum iuculentur, ne se aliquid contra statuta concilii fecisse pœniteant. Item placuit ut corporibus defunctorum Eucharistia non detur; scriptum est enim: Accipite et edite. Cadavera autem nec accipere possunt, nec edere; et ne jam mortuos homines baptizari faciat presbyterorum ignavia.

**CCXLVIII.** *Ut episcopi vel clerici in eos qui catholici non sunt nihil conferant.*

*Concil. Carthag., tit. 22.* Et ut in eos qui catholici Christiani non sunt, etiamsi consanguinei fuerint, per donationes rerum suarum episcopi vel clerici nihil conferant.

*Item, concil. suprascripti tit. 48.* Item constitutum est, si quis episcopus hæredes extraneos a consanguinitate sua, vel hæreticos, etiam consanguineos aut paganos Ecclesie pretulerit, saltem post mortem anathema ei dicatur, atque ejus nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur, nec ex-usari possit si intestatus a defecerit, quia utique debuit factus episcopus, rei suæ ordinationem congruam suæ professioni nequaquam differre.

**CCXLIX.** *De accusato vel accusatore.*

*Concil. Carthag., tit. 50.* Item placuit ut accusatus vel accusator in eo loco unde est ille qui accusatur, si metuit aliquam vim temerariæ multitudinis, locum sibi eligat proximum, quo non sit difficile testes producere, ubi causa finiatur.

**CCL.** *Quid clerici qui episcopis suis non obediunt ut promoveantur, nec illic manere debeant unde recedere noluerunt.*

*Concil. Carthag., tit. 51.* Item placuit ut quicumque clerici vel diaconi pro necessitatibus Ecclesiarum non obtemperaverint episcopis suis volentibus eos ad honorem ampliorem in sua Ecclesia promoveré, nec illi ministrent in gradu suo unde recedere noluerunt.

**CCLI.** *Ut si quis clericorum pauper promotus in ordine aliquid postea hu.uerit, Ecclesie potestati subjaceat.*

*Concil. Carthag., tit. 52.* Item placuit ut episcopi,

<sup>a</sup> Dion. Exig., *decesserit.*

<sup>b</sup> In Codice Can. Ecclesie Africane, et apud Dion.

presbyteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, et tempore episcopatus vel clericatus sui agros vel quæcunque prædia suo nomine comparant: tanquam rerum Dominicarum invasionis crimine teneantur, nisi admoniti in ecclesiam eadem ipsa contulerint. Si tamen ipsis proprie aliquid liberalitate alicujus, vel successione cognationis obvenerit, faciant inde quod eorum proposito congruit. Quod si a suo proposito retrorsum exorbitaverint, honore ecclesiastico indigni, tanquam reprobi judicentur.

**CCLII.** *Ut presbyteri rem ecclesie in qua sunt constituti non vendant, et nulli episcopo liceat rem titulis Ecclesie usurpare.*

*Concil. Carthag., tit. 33.* Item placuit ut presbyteri non vendant rem ecclesie ubi sunt constituti, nescientibus episcopis, quomodo et episcopis non licet vendere prædia ecclesie ignorante concilio, vel presbyteris suis. Non habente ergo necessitatem, nec episcopo liceat matricis Ecclesie rem, nec presbytero tituli sui usurpare.

**CCLIII.** *Ut parvuli qui apud Donatistas baptizantur, si conversi fuerint, ab ordinationibus non prohibeantur.*

*Concil. Carthag., tit. 14.* De Donatistas placuit ut consulamus fratres et sacerdotes nostros Syriicum et Simplicianum de solis infantibus qui baptizantur penes eosdem, ne quod suo non fecerunt iudicio, cum ad Ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conversi, parentum illos error impediatur, ne promoveantur sacri altaris ministri.

*Concil. suprascripto, tit. 23 et 24.* Aurelius episcopus dixit: Ecclesiarum Dei per Africam constitutarum necessitates mecum optime novit charitas vestra, sanctissimi fratres; et quoniam præstitit Dominus ut ex aliqua parte sancti cœtus vestri esset congregata presentia, videtur mihi ut has eisdem necessitates, quas pro sollicitudine nostra indagare potuimus, in medium proferamus, quas cum approbaverit vestra sinceritas, sit consequens eligendum esse unum a nostro numero sacerdotem, qui auxiliante Domino orationibus vestris, et has ipsas necessitates suscipere possit, et graviter peragendas implere, perrecturus ad transmarinas Italie partes; ut tam sanctis fratribus et sacerdotibus nostris, venerabili sancto fratri Anastasio sedis apostolicæ episcopo, quam etiam sancto fratri Venerio sacerdoti Mediolanensis Ecclesie necessitatem ipsam, ac dolorem, atque inopiam nostram valeat intimare; ex his enim sedibus hoc fuerat prohibitum, quod noverint communi periculo providendum maxime, quia tanta indigentia clericorum est, multæque ecclesie ita desertæ sunt, ut ne unum quidem diaconum vel illiteratum habere reperiantur. Nam de cæteris superioribus gradibus et officiis tacendum arbitror, quia, ut dixi, si ministerium diaconi facile non invenitur,

Exiguum, sunt canones 56 et 57. Nihil tamen emendandum.

multo magis superiorum honorum inveniri non posse certissimum est : et quotidie nos plactus diversarum pene emortuarum plebium jam non sustinemus, quibus nisi fuerit aliquando subventum, gravis nobis et inexcusabilis innumerabilium animarum pereuntium causa, apud Deum mansura est. Unde quoniam superi concilio statutum esse mecum recognoscit unanimitas vestra, ut hi qui apud Donatistas parvuli baptizati sunt, nondum scire valentes erroris eorum interitum, et posteaquam ad aetatem rationis capacem pervenerunt, agnita veritate, falsitatem eorum abhorrentes ad Ecclesiam Dei catholicam, per universum mundum diffusam, ordine antiquo per manus impositionem recepti sunt, debere talibus suscipiendum munus clericatus non impedire nomen erroris, cum veram Ecclesiam illorum putaverint ad fidem accedendo, et ibi Christo crediderint, et Trinitatis sacramenta perceperint : quæ omnia vera et sancta, atque divina esse certissimum est, et in his omnem animæ spem constitutam. Quinquam et hæreticorum præsumpta audacia veritatis nomine palliata hæc tradere audeat, quæ quoniam simplicia sunt, et ut præmonet beatus Apostolus dicendo, unus Deus, una fides, unum baptisma, et iterari non liceat, quod semel dari oportet, anathematizato nomine erroris recipiantur per manus impositionem in unam Ecclesiam columbam, ut dictum est, et unam matrem omnium Christianorum, ubi omnia sacramenta salubriter, et æterne, et vitaliter accipiuntur, quæ perseverantibus in hæresi magnam damnationis pœnam conquirunt, ut quod eis in veritate ad æternam vitam consequendam esset luminosius, hoc in errore sit tenebrosius, atque damnosius. Quod fugientes nonnulli et matris Ecclesiæ catholice ubera cognoscentes, illa omnia sancta mysteria amore veritatis crediderunt, atque perceperunt ; quibus sacramentorum rebus cum vitæ bonæ probitas accesserit, sine dubio ad officium clericatus tales esse applicandos, maxime in tanta rerum necessitate nullus est qui non concedat. Quinquam nonnulli ejusdem sectæ clerici cum plebibus atque honoribus suis ad nos transire desiderant, qui amore honoris, aut persuadent ad vitam, aut retinent ad salutem. Sed hoc majori fratrum supradictorum considerationi dimittendum censeo, ut prudentiori suo consilio nostræ suggestionis sermonem cum perpenderit, quid de hac re eis placeat nos informare dignentur. Tantum de his qui infantes baptizati sunt satagimus, ut nostræ, si placet, in istem ordinandis consentiant voluntati. Omnia ergo quæ superius comprehendimus, apud sanctos episcopos agenda esse necum honorabilis fraternitas vestra perpendat.

*Item ut clerici Donatistarum in suis honoribus suscipiantur.*

*Concil. Carthag., tit. 35.* Deinde placuit ut litteræ mittantur ad fratres et coepiscopos nostros, et maxime ad sedem apostolicam, in qua præsidet memoratus venerabilis frater et collega noster Anasta-

sus, quo noverit habere Africam magnam necessitatem propter Ecclesiæ pacem et utilitatem, ut et de ipsis Donatistis, quicumque clerici correcto consilio ad catholicam unitatem transire voluerint, secundum uniuscujusque episcopi catholici voluntatem atque consilium, qui in eodem loco gubernat Ecclesiam ; si hoc paci Christianæ prodesse visum fuerit, in suis honoribus suscipiantur, sicut prioribus ejusdem divisionis temporibus factum esse manifestum est ; quod multarum et pene omnium Africanarum Ecclesiarum, in quibus talis error exortus est, exempla testantur, non ut concilium quod in transmarinis partibus de hac re factum est dissolvatur, sed ut illud maneat circa eos qui sic transire ad Catholicam volunt, ut nulla per eos unitatis compensatio procuretur, per quos autem vel omnimodo perfi, vel adjuvari manifestis fraternarum animarum lucris catholica unitas in locis quibus degunt visa fuerit : non eis obsit quod contra honores eorum, quamvis salus nulli interclusa sit, in transmarino concilio statutum est, id est ut ordinati in parte Donati, si ad Catholicam correcti transire voluerint, non suscipiantur in honoribus suis secundum transmarinum concilium : sed exceptis his, per quos catholice unitati consulitur.

*CCLIV. Ut episcopi vel clerici filios suos non facile emancipent.*

*Concil. Carthag., tit. 2.* Ut episcopi vel clerici filios suos a sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint et de ætate securi, ut possint ad eos jam propria pertinere peccata.

*CCLV. Ut clerici vel continentes ad virgines et viduas non accedant.*

*Concil. Carthag., tit. 5.* Clerici vel continentes ad viduas vel virgines nisi ex jussu vel permissu episcoporum vel presbyterorum non accedant, et hoc non soli faciant, sed cum clericis, vel cum his cum quibus episcopus aut presbyter jusserit ; nec ipsi episcopi aut presbyteri soli habeant accessum ad hujusmodi feminas, sed ubi aut clerici præsentés sunt, aut graves aliqui Christiani.

*CCLVI. Ut princeps sacerdotum non appelletur episcopus.*

*Concil. Carthag., tit. 6.* Ut primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus.

*CCLVII. Ut a jejuniis sacerdotibus Deo sacrificia celebrentur.*

*Concil. Carthag., tit. 8.* Ut sacramenta altaris non nisi a jejuniis hominibus celebrentur, excepto uno die anniversario, quo cœna Domini celebratur ; nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, sive episcoporum, sive cæterorum commendatio faciendâ est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt jam pransi inveniuntur.



CCLVIII. *De sollicitudine pro virginibus gerenda.*

*Concil. Carthag., tit. 11.* Ut virginēs sacræ cum parentibus, a quibus custodiebantur, private fuerint, episcopi, vel presbyteri, ubi episcopus absens est, providentia gravioribus feminis commendentur, aut simul habitantes invicem se custodiant ne passim vagando Ecclesiæ hedant existimationem.

CCLIX. *Ut episcopus non ordinetur in diœcesi quæ episcopum nunquam habuit, nisi cum voluntate episcopi ad quem ipsa diœcesis pertinet.*

*Concil. Carth., tit. 20.* Epigonius episcopus dixit : Multis conciliis hoc statutum a cœtu sacerdotali est, ut plebes quæ in diœcesibus ab episcopis retinentur, quæ episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate ejus episcopi a quo tenentur, proprios accipiant rectores, id est episcopos. At vero quia nonnulli, dominatu quodam adepto, communionem fratrum abhorrent, vel certe cum depravati fuerint, quasi in quadam arce tyrannica sibi dominatum vindicant, quod plerique tumidi, atque stolidi adversum episcopos suos cervicēs erigunt presbyteri, vel conviviis sibi concinnantes plebem, vel certe persuasu maligno, ut illicito favore eodem vellent sibi collocare rectores. Quod quidem insigne mentis lux tenemus votum, frater religiose Aureli, qui hæc sæpe oppressisti non curando tales petitores, sed propter eorum malos cogitatus, et prava concinnata eorum consilia hoc dico, non debere rectorem accipere eam plebem, quæ in diœcesi semper subiacuit, nec unquam proprium episcopum habuit. Quapropter si universo sanctissimo cœtui placet, hoc quod prosecutus sum confirmetur. Aurelius episcopus dixit : Fratris et consacerdotis nostri prosecutioni non obsisto, sed hoc me et fecisse et facturum esse profiteor circa eos sane qui fuerunt concordēs, non solum circa Ecclesiam Carthaginensem, sed circa omne sacerdotale consortium. Sunt enim plerique conspirantes cum plebibus propriis, quas decipiunt, ut dictum est, earum scalpentes aures, blandi ad seducendum, viliosæ vitæ homines, vel certe inflati et ab hoc consortio separati, qui putant propriæ plebi incubandum, et nonnunquam conventi ad concilium venire detrectant; sua forte ne prodantur flagitia metuentes. Dico, si placet, circa hos non tantum diœceses non esse servandas, verum et de propria ecclesia, quæ illis male fuerit, omnimodo admittendum ut etiam auctoritate publica rejiciantur, atque ab ipsis principalibus cathedris removeantur. Oportet enim ut qui universis fratribus ac toto concilio inhaerit, non solum suam a jure integro, sed et diœceses possideat. At vero qui sibimet putant plebes suas sufficere, fraterna dilectione contempta, non tantum diœceses amittant, sed, ut dixi, etiam propriis publica careant auctoritate, ut rebelles. Honoratus et Urbanus

A episcopi dixerunt : Summa provisio sanctitatis lux cohæsit mentibus singulorum, et puto omnium responsione ea quæ prosequi dignatus es roboranda. Universi episcopi dixerunt, placet, placet.

CCLX. *Ut qui episcopi in diœcesibus fuerint ordinati, diœcesim sibi nullam usurpent.*

*Concil. Carthag., tit. 23.* Honoratus et Urbanus episcopi dixerunt : Audivimus constitutum ut diœceses non mereantur episcopos accipere, nisi consensu ejus sub quo fuerunt constitutæ; sed in provincia nostra cum aliqui forte in diœcesi, concedente eo episcopo, in cujus potestate fuerant constituti, ordinati sunt episcopi, etiam diœceses sibi vindicant, hoc et corrigi charitatis vestræ iudicio et inhiberi de cætero debet. Epigonius episcopus dixit : Singulis episcopis servatum est quod decebat : ut ex massa diœcesium nulla carperetur, ut proprium episcopum habuisset, nisi ipse consensum adhibuisset concedendi. Sufficiat enim si concesserit, ut eadem diœcesis permessa proprium tantum episcopum habeat, et cæteras sibi non vindicent diœceses : quia exempta de lasce multarum sola meruit honorem episcopatus suscipere. Aurelius episcopus dixit : Non dubito charitati vestræ omnium placere, eum qui in diœcesi, concedente episcopo, qui matricem tenuit, solam eandem retinere plebem, in qua fuerit ordinatus. Quoniam igitur universa arbitror fuisse tractata, si omnia cum animo vestro convenerint, sermone vestro cuncta roborate. Universi episcopi dixerunt : Omnibus nobis hæc placuerunt, et hæc nostra subscriptione firmamus.

CCLXI. *De reliquiis idolorum, vel templis ab imperatoribus abolendis.*

*Concil. Carthag., tit. 25.* Instant etiam aliæ necessitates a religiosis imperatoribus postulandæ; ut reliquias idolorum per omnem Africam jubeant penitus amputari : nam plerisque in locis maritimis atque possessionibus diversis adhuc erroris istius iniquitas viget, ut præcipiantur, et ipsa deleri, et templa eorum, quæ in agris vel in locis abditis constituta nullo ornamento sunt, jubeantur omnimodo destrui.

CCLXII. *Ut clerici de iudicii sui cognitione non cogantur in publico dicere testimonium.*

*Concil. Carthag., tit. 26.* Petendum etiam ut statuere dignentur : ut si forte in Ecclesia quaelibet causam jure apostolico Ecclesiis imposito, agere voluerint, et fortasse decisio clericorum uni parti displiuerit, non liceat clericum in iudicium ad testimonium devocari eum qui cognitor vel præsens fuit, ut nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cujuslibet persona pulsetur.

CCLXIII. *De paganorum conviviis auferendis.*

*Concil. Carth., tit. 27.* Illud etiam petendum ut quæ contra præcepta divina convivia multis in locis

\* Codex Eccles. Rom., *integre.*

exercerent, quæ ab errore gentili attracta sunt, ita ut nunc a paganis Christiani ad hæc celebranda cogantur, ex qua re temporibus Christianorum imperatorum persecutio altera fieri occulte videatur: vetari talia jubeant, et de civitatibus, et de possessionibus imposita pœna prohiberi: maxime cum etiam in natalibus beatissimorum martyrum per nonnullas civitates, et in ipsis locis sacris talia committere non reformident. Quibus diebus etiam, quod pudoris est dicere, saltationes sceleratissimas per vicos atque plateas exerceant, ut inæqualis honor, et innumerabilem feminarum pudor devote venientium ad sacratissimum diem injuriis lascivientibus appetatur: ut etiam ipsius sanctæ religionis pene fugi tur accessus.

**CCLXIV. De spectaculis, ut in die Dominico vel cæteris sanctorum solemnitatibus minime celebrentur.**

*Concil. Carthag., tit. 28.* Necnon et illud petendum ut spectacula theatrorum cæterorumque ludorum, die Dominica, vel cæteris religionis Christianæ diebus celeberrimis amoveantur, maxime quia sancti Paschæ octavarum diebus populi ad circum magis, quam ad ecclesiam conveniunt, debere transferri devotionis eorum dies, quando occurrerint, nec oportere etiam quemquam Christianorum cogi ad hæc spectacula: maxime quia in his exercendis, quæ contra præcepta Dei sunt, nulla persecutionis necessitas a quoocunque adhibenda est: sed uti oportet hominem libera voluntate qua subsistit, sibi divinitus concessa: corporatorum enim maxime periculum considerandum est, qui contra præcepta Dei magno terrore coguntur ad spectacula convenire.

**CCLXV. De histrionibus Christianis factis.**

*Concil. Carthag., tit. 30.* Et de his etiam petendum ut si quis ex qualibet ludicra arte ad Christianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere, non eum liceat quoquam iterum ad eadem exercenda reduci.

**CCLXVI. De manumissionibus in Ecclesia celebrandis.**

*Concil. Carthag., tit. 31.* De manumissionibus sane in Ecclesia dicendis, si id nostri consacerdotes per Italiam facere reperiuntur, nostræ etiam erit fiducia istorum ordinem sequi: data plane licentia misso legato ut quæcunque digna fide pro statu Ecclesiæ et salute animarum agere potuerit, nos laudabiliter in conspectu Domini accepturos. Quæ omnia si sanctitati vestræ placent, edicite ut et meam suggestionem ratam esse vobis advertant, et nostram omnium consensionem sinceritas eorum libenter accipiat. Ab universis episcopis dictum est: Omnibus placent hæc quæ injuncta sunt peragenda, et prudenter a tua sanctitate enarrata.

⁊ Dion. Exig., quoquam.

**A CCLXVII. Ne interventor episcopus cathedram ubi interventor est sedeat.**

*Concil. Carthag., tit. 41.* Item constitutum est ut nulli<sup>b</sup> interventori licitum sit cathedram cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis vel seditionibus retinere: sed dare operam ut intra annum eisdem episcopum provideat; quod si neglexerit anno exemplo, interventor alius tribuatur.

**CCLXVIII. De episcopis qui ad concilia non occurrunt.**

*Concil. supradicto, tit. 43.* Item placuit ut quotiescunque concilium congregandum est, episcopi, qui neque ætate, neque ægritudine, neque aliqua graviore necessitate impediuntur, competenter occurrant, et primatibus suarum quarumque provinciarum intimetur ut de universis episcopis, vel duobus, vel tres turmas fiant, ac de singulis turmis vicissim, quotquot electi fuerint, ad diem concilii instantissime occurrant. Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas in tractoria conscribant; vel si post adventum tractoriæ aliquæ necessitates repente forsitan ortæ fuerint, nisi rationem in edimenti sui apud suum primatem reddiderint, Ecclesiæ suæ communionem debere esse contentos.

**CCLXIX. Ut de alieno monasterio susceptos, nec præpositos monasterii, nec cleros liceat ordinari.**

*Concil. Carthag., tit. 47.* Item placuit ut si quis de alterius monasterio repertus, vel ad clericatum promovere voluerit, vel in suo monasterio majorem constituerit: episcopus qui hoc fecerit, a cæterorum communionem se junctus, suæ tantum plebis communionem contentus sit, et ille neque clericus, neque præpositus perseveret.

**CCLXX. Ut episcopi qui ordinantur, ab ordinatoribus suis epistolas accipiant, quæ diem et consul. m præferant.**

*Concil. Carthag., tit. 56.* Deinde placuit ut quicumque deinceps ordinantur per provincias Africanas, litteras accipiant ab ordinatoribus suis manu eorum subscriptas, et continentes consulem et diem, ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

**CCLXXI. De his qui semel in Ecclesia legerint ab aliis non posse promoveri.**

*Concil. Carthag., tit. 57.* Item placuit ut quicumque in ecclesia vel semel legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

**CCLXXII. Concilium universale non nisi necessitate faciendum.**

*Concil. Carthag., tit. 62.* Placuit ut non sit ultra fatigandis fratribus anniversaria necessitas, sed quoties causa communis exegerit, id est totius Africæ, undecunque ad hanc sedem de hac re data litteræ fuerint, congregandam esse synodum in ea provincia ubi opportunitas persuaserit; causæ autem quæ communes non sunt, in suis provinciis judicentur.

⁊ Dion. Exig. et Cod. Eccl. Rom. intercessori.

**CCLXXIII. Ut ab electis iudicibus provocare non liceat.** A

*Concil. suprascripto, tit. 63.* Si autem fuerit provocatum, eligat qui provocaverit iudices, et cum eo et ille contra quem provocaverit, ut ab ipsis deinceps nulli liceat provocare.

*Item de hoc ipso, tit. 89.* A iudicibus autem quos communis consensus elegerit, non liceat provocare. Et quisquis provocatus repertus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuerit probatum, det litteras ut nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet.

**CCLXXIV. De plebibus quæ nunquam episcopus habuerunt.**

*Concil. Carthag., tit. 65.* Placuit et illud ut plebes quæ nunquam habuerunt proprios episcopos, nisi ex concilio plenario uniuscujusque provinciæ, et primatis, atque consensu ejus ad cujus diocesim eadem ecclesia pertinebat, decretum fuerit, minime accipiant.

**CCLXXV. De plebibus vel diocesibus ex Donatistis conversis.**

*Concil. supr. scripto, tit. 66.* Sane, ut a plebes quæ conversæ sunt a Donatistis, et habuerunt episcopos, sine dubio, inconsulto concilio habere mereantur. Quæ autem plebes habuerunt episcopum, et eo defuncto voluerint non episcopum proprium habere, sed ad alicujus episcopi diocesim pertinere, non eis esse denegandum. Necnon et illud suggestum est quod plebes ante legem imperatorum de unitate latam, quicumque converterentur episcopi ad Catholicam, ipsi eas obtinere debeant; verum a lege unitatis, et deinceps oporteat univrsas ecclesias vindicare sibi episcopos catholicos eorum locorum, ad quæ loca sub hæreticis pertinebant, vel conversorum ad catholicam, vel non conversorum hæreticorum, et dioceses, et si qua forte sunt instrumenta ecclesiæ, vel ad ejus jus pertinentiæ. Qui vero aliqua usurpaverint, post legem usurpata conversis resituant.

**CCLXXVI. De precibus ad altare dicendis.**

*Concil. Carthag., tit. 70.* Placuit etiam hoc, ut preces quæ probatæ fuerint in concilio, sive præfationes, sive commendationes, seu manus impositiones, ab omnibus celebrentur, nec aliæ omnino contra fidem proferantur, sed quæcunque a prudentioribus fuerint collectæ, dicantur.

**CCLXXVII. De his quicum in Africa non communicant, voluerint trans mare subripere.**

*Concil. Carthäg., tit. 72.* Quicumque autem non communicat in Africa, si in transmarinis ad communicandum obrepserit, jacturam clericatus excipiat.

**CCLXXVIII. De plebibus conversis a Donatistis.**

*Concil. Carthag., titul. 84.* Item placuit quoniam

<sup>a</sup> Dion. Exig. et Cod. Eccl. Rom., *illæ plebes.*

<sup>b</sup> Dion. Exig. et Cod. Eccl. Rom., *conventi.*

<sup>c</sup> Dion. Exig., *communicans*; Cod. Eccl. Rom.,

quidem ante aliquot annos in hac ecclesia plenario concilio constitutum est ut quæcunque ecclesiæ in diocesi constitutæ, ante leges de Donatistis datas catholicæ factæ sunt, ad eas cathedras pertineant per quarum episcopos factum est ut catholicæ unitati communicarent; post leges autem, quæcunque communicaverunt, illuc pertineant quo pertinebant cum essent in parte Donati. Sed quia multæ controversiæ postea inter episcopos de diocesibus ortæ sunt et oriuntur quibus tunc minus videtur esse prospectum, nunc isto sancto concilio placuit ut ubicunque Catholica fuit, et pars Donati, et ad diversas cathedras pertinebant, quocunque tempore illie unitas facta est vel facta fuerint, sive ante leges, sive post leges, a eadem cathedram pertineant ad quam Catholica quæ jam ibi fuerat pertinebat.

**CCXLXIX. De diocesibus qualiter eas dividant inter se episcopi, tum catholici quam ex Donati parte conversi sunt.**

*Concil. Carthag., titul. 85.* Ita sane ut si episcopus ex Donatistis ad catholicam unitatem conversus est, æqualiter inter se dividant eas quæ sic fuerint inventæ ubi ambæ partes fuerunt, id est ut alia loca ad illum, alia ad illum pertineant; ita ut ille dividat, qui amplius temporis in episcopatu habet, et minor eligat. Quod si forte unus fuerit locus, ad eum pertineat cui vicinior invenitur. Quod si ambabus cathedris æqualiter vicinus est, ad eum pertineat quem plebs elegerit. Quod si forte antiqui catholici suum voluerint, et illi suum, qui ex Donati parte conversi sunt, plurimorum voluntas paucioribus preferatur: si autem partes æquales sunt, majoris temporis episcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambæ partes fuerunt, ut non possint æqualiter dividi, velut si impari numero fuerint, distributis eis locis, qui parem habent numerum, quicumque locus remanserit, hoc in eo servetur quod superius dictum est, cum de uno tractaretur loco.

**CCLXXX. Ut si quam diocesim episcopus ab hæresi liberans, triennio possederit, nullus eam repetat.**

*Concil. Carth., tit. 86.* Item placet, ut etiam si quisquam post leges aliquem locum ad catholicam unitatem converterit, si eum per triennium nemine repetente continuit, ulterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipsum triennium fuit episcopus, qui posset repetere, et tacuit, præjudicium patietur. Si autem non fuit, non præjudicetur matriçi, sed liceat cum locus acceperit episcopum, qui non habebat, ex ipso die intra triennium repetere. Itemque si fuerit episcopus ad Catholicam ex Donati parte conversus, non ei præjudicet præfinitum tempus: sed ex quo die conversus est, habeat per triennium potestatem repetendi loca quæ ad ipsam pertinebant cathedram.

*communicant.*

<sup>d</sup> Cod. Eccl. Rom., *obrepserint.*

<sup>e</sup> Cod. Eccl. Rom., *excipiant.*

**CCLXXXI.** *De his qui in plebes, quas ad se putant A pertinere, inconventis his, a quibus tenentur, irrue- rint.*

*Concil. Carth., tit. 87.* Item placuit, ut quicumque episcopi, plebes quas ad suam cathedram æstimant pertinere, non ita repetunt, ut causas suas episcopis judicantibus agant, sed alio retinente irruerint, sive volentibus, sive nolentibus plebibus, causæ suæ detrimentum patiantur. Et quicumque jam hoc fecerunt, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc contendunt, ille inde discedat quem constiterit prætermittis iudiciis ecclesiasticis irruisse. Nec sibi quisque blandiatur, si a primatu ut retineat, litteras impetrarit, sed sive habeat litteras, sive non habeat, conveniat eum qui tenet, et ejus litteras accipiat, ut eum appareat pacifice tenuisse B episcoporum necessitate periclitantis pudicitæ virginalis, cum et vel petit potens, vel raptor aliquis formidatur: vel si etiam aliquo mortis periculoso scrupulo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velaverit virginem, seu velavit intra viginti quinque annos ætatis, non ei obsit concilium, quod de isto annorum numero constitutum est.

**CCLXXXII.** *De his qui plebes ad se pertinentes negligunt.*

*Concil. Carthag., tit. 88.* Item placuit, ut quicumque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia in catholicam unitatem lucrari, conveniantur a diligentibus vicinis episcopis, ut id agere non morerentur. Quod si intra sex menses a die conventionis non effecerint, qui potuerit ea lucrari ad ipsum pertineant. Ita sane, ut si ille ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit magis illius electam negligentiam ab hæreticis, ut impune ibi sint, et suam diligentiam fuisse præventam, ut eo modo ejus cura sollicitior vitaretur. Cum hoc iudices Episcopi cognoverint, suæ cathedræ loca restituant. Sane si episcopi, inter quos causa versatur, diversarum sunt provinciarum, ille primas det iudices, in cujus provincia est locus de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut unus eligatur, aut tres: ut si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum.

**CCLXXXIII.** *Ut si episcopus negligat suam diœcesim, commun. one privetur.*

*Concil. Carthag., tit. 90.* Si in matricibus cathedralis episcopus negligens fuerit adversus hæreticos, conveniatur a vicinis episcopis diligentibus, et ei sua negligentia demonstratur, ut se excusare non possit. Quod si ex die quo convenitur, intra sex menses, si in ejus provincia executio fuerit, et non eos ad unitatem catholicam convertendos curarit, non ei communicetur, donec adimpleat: si autem executor ad loca non venerit, non ascribatur episcopo.

**CCLXXXIV.** *De episcopis qui Donatistas communicasse mentiti fuerunt.*

*Concil. Carthag., tit. 91.* Si autem probatum fuerit, eum de communionem illorum fuisse mentitum, dicendo eos communicasse, quos eo sciente non communicasse constiterit, etiam episcopatum amittat.

**CCLXXXV.** *De presbyteris et clericis, ut non appellentur nisi Africana concilia.*

*Concil. Carthag., tit. 92.* Item placuit, ut presbyteri et diaconi, vel cæteri inferiores clerici in causis quas habuerint, si de iudiciis episcoporum suorum questi fuerint, vicini episcopi eos audiant, et inter eos quidquid est finiant adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum. Quod si et ab eis provocandum putaverint, non provocent, nisi ad Africana concilia, vel ad primates provinciarum suarum; ad transmarina autem qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam in communionem suscipiatur.

**CCLXXXVI.** *De virginibus, etiam minoribus velandis.*

*Concil. Carth., tit. 93.* Item placuit, ut quicumque episcoporum necessitate periclitantis pudicitæ virginalis, cum et vel petit potens, vel raptor aliquis formidatur: vel si etiam aliquo mortis periculoso scrupulo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velaverit virginem, seu velavit intra viginti quinque annos ætatis, non ei obsit concilium, quod de isto annorum numero constitutum est.

**CCLXXXVII.** *De episcopo qui excommunicat eum, quem sibi soli crimen dicit esse confessum.*

*Concil. Carthag., tit. 99.* Item placuit, ut si quando episcopus dicit, aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, non putet ad injuriam suam episcopus pertinere, quod illi soli C non creditur, etsi scrupulo propriæ conscientie se dicit neganti nolle communicare.

*Ut non temere quemquam communionem privet episcopus.*

*Concil. Carthag., tit. 100.* Quoad excommunicato non communicaverit suus episcopus, eidem episcopo ab aliis non communicetur episcopis, ut magis caveat episcopus, ne dicat in quemquam quod aliis documentis convincere non potest.

**CCLXXXVIII.** *Contra impugnatores gratiæ Dei, et calumniatores sancti Augustini.*

*Ex decretis papæ Cælestini, tit. 1.* Dilectissimis fratribus Venerio, Marino, Leontio, Auxonio, Arcadio, Filtanio, et cæteris Galliarum episcopis, Cælestinus. Apostolici verba præcepti sunt apud Judæos, B atque gentiles, sine offensione nos esse debere; hoc quisquis Christianus est, tota animi virtute custodit. Quod cum ita sit, non parum periculum illum poterit manere ante Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos qui neminem perire volumus, ista contristent, quæ auctoribus Christianis percellunt animos Christianos, Dominicus in Evangelio sermo testatur: ait enim ipse Salvator, quod expedit scandalizanti unum de pusillis in maris profunda demergi, et ideo quæ sit ejus jam pœna quæramus, cui tale supplicium legimus expedire. Filii nostri præsentibus Prosper et Hilarius, quorum circa Deum nostrum sollicitudo laudanda est, tantum nescio quibus presbyteris illic licere, qui dissensionem Ecclesiarum studeant, sunt apud nos prosecuti, ut

indisciplinatas questiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare adversantia veritati; sed vestræ dilectioni justius imputamus, quando illi supra vos habent copiam disputandi. Legimus supra magistrum non esse discipulum, id est non sibi debere quemquam ad injuriam doctorum vindicare doctrinam; nam et hos ipsos a Deo nostro positos novimus ad docendum, cum sit dicente Apostolo eis tertius locus intra Ecclesiam deputandus. Quid illic spei est, ubi magistris tacentibus, hi loquuntur, qui, si ita est, eorum discipuli non fuerunt? Timeo ne connivere sit hoc tacere, timeo ne magis ipsi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus causis non caret suspicione taciturnitas, quia occurreret veritas, si falsitas displiceret. Merito namque causa nos respicit, si silentio faveamus errori. Ergo corripiantur hujusmodi, non sibi sit liberum habere pro voluntate sermonem; desinat, si ita res sunt, incensore novitas vetustatem, desinat Ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Conantur sæpe naufragio mergere, quos intra portum stantes statio faciat fida securos; fida quippe est omnium statio, quorum perfectis gressibus vestigia non moventur. Recurrerunt ad apostolicam prædicti sedem, hæc ipsa nobis quæ tentat perturbatio conquærentes. Habetote, fratres charissimi, pro catholicæ plebis pace tractatum, sciant se (si tamen censentur presbyteri dignitate) vobis esse subjectos, sciant quod sibi omnes qui male docent, discere magis ac magis competat quam docere; nam quid in ecclesiis vos agitis, si illi summam teneant prædicationem? nisi forte illud obsistat, quod non auctoritate, non adhuc ratione colligitur, ut aliqui e fratrum numero nuper de laicorum consortio, in collegium vestrum fortassis admissi, nesciant quid sibi debeant vindicare. Super his multa jam dicta sunt eo tempore, quo ad fratris Tuenti dedimus scripta responsum; nunc autem repetentes sæpius admonemus, ut vitentur hujusmodi qui laborant per terras aliud, quam ille noster jussit agricola, seminare. Nec tamen mirari possumus si hæc erga viventes illic nunc tentare audent, qui nituntur etiam quiescentium fratrum memoriam dissipare.

*Ex decretis papæ Cælesti, tit. 2.* Augustinum sanctæ recordationis virum, pro vita sua, atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec unquam hunc sinistrae suspicionis saltem rumor aspersit: quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos, etiam a meis semper decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, ut pote qui ubique cunctis et amori fuerit, et honori: unde resistatur talibus, quos male crescere videmus. Nefas est hæc pati religiosas animas, quarum afflictione, quia membra nostra sunt, nos quoque convenit macerari, quinvis maneat hos beatitudo promissa, quicumque probantur persecutionem propter justitiam sustinere. Quibus quid promittat Dominus in futurum, sequens sermo declarat.

\* Dionys. Exig., tamen.

**A** Non est agentium causa solorum; universalis Ecclesia quacunque novitate pulsatur. Intelligamus hæc ipsa vobis, quæ nobis non placent, displicere. Quod ita demum probare poterimus, si imposito improbis silentio de tali re impostorum querelæ cessaverit. Deus vos incolumes custodiat, fratres charissimi.

**CCLXXXIX.** *Quod Adam omnes homines læserit, nec quemquam nisi Christi gratia posse salvari.*

*Ex decretis papæ Cælestini, tit. 4.* In prævaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem et innocentiam perdidisse, et neminem de profundo illius ruinæ, per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei miserantius erexerit, pronuntiante beatæ memoriæ papa Innocentio, atque dicente in epistola ad Carthaginense concilium: Liberum enim arbitrium ille peressus, dum suis inconsultius utitur bonis cadens, in prævaricatione profunda demersus est, et nihil quemadmodum exinde surgere posset invenit, suaque in æternum libertate deceptus hujus ruinæ latuisset oppressus, nisi eum, post Christi pro sua gratia relevasset adventus, qui per novæ regenerationis purificationem omne præteritum vitium sui baptismatis lavacro purgavit.

**CCXC.** *Quod nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione ejus qui solus est bonus.*

*Ex decretis papæ Cælestini, tit. 5.* Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donet, qui solus est bonus: quod in eisdem scriptis ejusdem pontificis sententia protestatur, dicens: **C** Nunquid nos de eorum post hæc rectum mentibus æstimemus, qui sibi se putant debere, quod boni sunt, nec illum considerant, cujus quotidie gratiam consequuntur, qui sine illo tantum se assequi posse confidunt.

**CCXCI.** *Quod nisi gratia Dei continua juvemur, insidias diaboli sæpè rare non possumus.*

*Ex decretis suprascripti, tit. 6.* Neminem etiam baptismatis gratia renovatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias, et ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adjutorium Dei, perseverantiam bonæ conversationis acceperit: quod ejusdem Antistitis in iisdem paginis doctrina confirmat, dicens: Nam quamvis hominem redimeret a præteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodum posset illum, et post ista corrigere, multa servavit. Quotidiana præstat ille remedia, quibus nisi freti confisque nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores: necesse est enim, ut quo auxiliante vicimus, eo iterum non adjuvante vincamur.

**CCXCII.** *Quod per Christum libero bene utamur arbitrio.*

*Ex decretis papæ Cælesti, tit. 7.* Quod nemo nisi per Christum libero bene utatur arbitrio, idem magister in epistola ad Milevitanum concilium data prædicat, dicens: Adverte tandem, o pravissimarum

mentium perversa doctrina, quod primum hominem A  
ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frenis  
ejus utitur, in prævaricationem præsumptione con-  
cideret; nec ex hoc potuit erui, nisi ei providentia  
regenerationis statum pristinae libertatis Christi Do-  
mini reformasset adventus.

CCXCIII. *Quod omnia sanctorum merita, dona sint  
Dei.*

*Ex decretis papæ Cælest., tit. 8.* Quod omnia stu-  
dia et omnia opera ac merita sanctorum ad Dei glo-  
riam laudemque referenda sint, quia nemo aliunde  
ei placet, nisi ex eo quod ipse donaverit. In quam  
nos sententiam dirigit beatæ recordationis papæ Zo-  
simi regularis auctoritas, cum scribens ad totius or-  
bis episcopos ait: Nos autem instinctu Dei, omnia B  
enim bona ad auctorem suum referenda sunt, unde  
nascuntur, ad fratrum et coepiscoporum nostrorum  
conscientiam universa retulimus. Hunc autem ser-  
monem sincerissimæ veritatis luce radiantem, tanto  
Afri episcopi honore venerati sunt, ut ita ad eum-  
dem virum scriberent: Illud vero quod in litteris  
quas ad universas provincias curasti esse mittendas,  
posuisti dicens: Nos tamen instinctu Dei, et cætera,  
sic accipimus dictum, ut illos qui contra Dei adju-  
torium extollunt humani arbitrii libertatem districto  
gladio veritatis, velut cursim transiens amputares;  
quid enim tam libero fecistis arbitrio, quam quod  
universa in nostræ humilitatis conscientiam retul-  
istis? et tamen instinctu Dei factum esse, fideliter  
sapienterque vidistis, veraciter fidenterque dixistis. C  
Ideo utique, quia præparatur voluntas a Domino, et  
ut boni aliquid agant, paternis inspirationibus suo-  
rum, ipse tangit corda filiorum; quotquot enim spi-  
ritu Dei aguntur, ii filii Dei sunt, ut nec nostrum  
deesse sentiamus arbitrium, et in bonis quibusque  
voluntatis humanæ singulis motibus magis illius va-  
lere non dubitemus auxilium.

CCXCIV. *Quod omnis sancta cogitatio et motus via  
voluntatis ex Deo sit.*

*Ex decretis papæ Cælest., tit. 9.* Quod ita Deus in  
cordibus hominum, atque in ipso libero operetur  
arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium, om-  
nisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit, quia per  
illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus.  
Ad hanc enim nos professionem idem doctor D  
intulit, qui cum ad totius orbis episcopos de divi-  
næ gratiæ opitulatione loqueretur; quod ergo, ait,  
tempus intervenit, quo ejus non egeamus auxilio?  
In omnibus igitur actibus, causisque, cogitationibus,  
motibus, adjutor et protector orandus est. Super-  
bum est enim ut quidquam sibi humana natura præ-  
sumat clamante Apostolo: Non est vobis colluctatio  
adversus carnem et sanguinem, sed contra prin-  
cipes et potestates aeris hujus, contra spiritualia ne-  
quitiæ in cælestibus, et sicut ipse iterum dicit: In-  
felix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis  
hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum  
nostrum; et iterum: Gratia Dei sum id quod sum,

et gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus omni-  
bus illis laboravi; non ego autem, sed gratia Dei  
mecum.

CCXCV. *Quod gratia Dei non solum peccata dimittat,  
sed etiam adjuvet, ut nec committantur, et lex im-  
pleatur, non sicut ait Pelajius, facile, quasi sine  
gratia Dei difficiliter possit impleri.*

*Ex decretis papæ Cælest., tit. 10.* Illud etiam,  
quod inter Carthaginiensis synodi decreta constitu-  
tum est, quasi proprium apostolicæ sedis amplecti-  
mur, quod scilicet tertio capitulo definitum est: Ut  
quicumque dixerit gratiam Dei, quæ justificamur per  
Jesum Christum Dominum nostrum, ad solam remis-  
sionem peccatorum valere, quæ jam commissa sunt,  
non etiam ad adiutorium, ut non committantur, ana-  
thema sit: et iterum quarto capitulo, Ut quisquis B  
dixerit, gratiam Dei per Jesum Christum, propter  
hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia  
per ipsam nobis revelatur, et aperitur intelligentia  
mandatorum, ut sciamus quid appetere et quid vitare  
debeamus; non autem per illam nobis præstari,  
ut quod faciendum cognovimus etiam facere diliga-  
mus, atque valeamus, anathema sit. Cum enim di-  
cat Apostolus scientia inflat, charitas vero ædificat,  
valde impium est, ut credamus ad eam quæ inflat,  
nos habere gratiam Christi, et ad eam quæ ædificat  
non habere, cum sit utrumque donum Dei, et scire  
quid facere debeamus, et diligere ut faciamus, ut æ-  
dificante charitate, scientia non possit inflare. Sicut  
autem de Deo scriptum est: Qui docet hominem  
scientiam; ita etiam scriptum est: Caritas ex Deo  
est. Item quinto capitulo: Ut quisquis dixerit, ideo C  
nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere ju-  
beamur per liberum arbitrium, facilius possimus im-  
plere per gratiam, tanquam etsi gratia non daretur,  
non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine  
illa implere divina mandata, anathema sit. De fru-  
ctibus enim mandatorum Dominus loquebatur, ubi  
non ait: Sine me difficiliter potestis facere; sed ait:  
Sine me nihil potestis facere.

CCXCVI. *Quod sedis apostolicæ omnes orationes  
Christi gratia resonent, quæ genus humanum ab  
æterna damnatione reparatur.*

*Ex decretis papæ Cælest., tit. 11.* Præterea bea-  
tissimæ et apostolicæ sedis inviolabiles sanctiones,  
quibus nos piissimi patres, pestiferæ novitatis elatione  
dejecta, et bonæ voluntatis exordia, et incre-  
menta probabilium studiorum, et in eis usque in fi-  
nem perseverantiam, ad Christi gratiam referre de-  
cuerunt. Obsecrationum quoque sacerdotalium sa-  
cramenta respiciamus, quæ ab apostolis tradita, in  
toto mundo, atque in omni Catholica Ecclesia uni-  
formiter celebrantur, ut legem credendi lex statuit  
supplicandi. Cum enim sanctorum plebium præsules  
mandata sibi met legatione fungantur, apud divinam  
clementiam humani generis agunt causam et tota  
secum Ecclesia congemiscente postulant, et precantur  
ut infidelibus donetur fides, ut idololatræ ab impietatis  
suarum liberentur erroribus, ut Judæis ablato

cordis velamine lux veritatis appareat, ut hæretici A catholice fidei perceptione resipiscant, ut schismatici spiritum redivivæ charitatis accipiant, ut lapsis penitentiae remedia conferantur, ut denique catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis celestis misericordiae aula reseretur. Hæc autem non perfunctorie, neque inaniter a Domino peti rerum ipsarum monstrat effectus; quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum filii charitatis suæ, et ex vasis iræ faciat vasa misericordiae. Quod adeo totum divini operis esse sentitur, ut hæc efficiendi Deo gratiarum semper actio laudisque confessio pro illuminatione talium vel correctione referatur.

**CCXCVII. Quod gratiam Dei, etiam baptizandorum testetur instituta purgatio, cum exorcismis et supplicationibus spiritus ab eis abigantur immundi.**

*Ex decret. papæ Cælest., tit. 12.* Illud etiam quod circa baptizandos in universo mundo sancta Ecclesia uniformiter agit, non otioso contemplamur intuitu. Cum sive parvuli sive juvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitæ adeunt, quam exorcismis, et exsufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur, ut tunc vere appareat quomodo princeps mundi hujus mittatur foras, et quomodo prius alligetur fortis, et deinceps vasa ejus diripiuntur, in possessionem translata victoris, qui captivam ducit captivitatem, et dat dona hominibus. His ergo ecclesiasticis regulis, et ex divina sumptis auctoritate documentis, ita adjuvante Domino conformati sumus, ut omnium honorum affectuum atque operum, et omnium studiorum, omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profiteamur auctorem, et non dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita præveniri, per quem fit, ut aliquid boni et velle incipiamus, et facere. Quo utique auxilio et munere Dei non aufertur liberum arbitrium; sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de pravo rectum, de languido sanum, de improvidente sit providum. Tanta enim est erga omnes homines bonitas Dei, ut nostra velit esse merita quæ sunt ipsius dona, et pro his quæ largitus est, æterna præmia sit donaturus. Agit D

<sup>a</sup> Dion. Exig., *imprudens*.

quippe in nobis, ut quod vult et velimus et agamus, nec otiosa esse in nobis patitur, quæ exercenda non negligenda donavit, ut et nos cooperatores sinus gratiæ Dei; ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illum sollicitè recurramus, qui sanat omnes languores nostros, et redimit de interitu vitam nostram, et cui quotidie dicimus: Ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo.

**CCXCVIII. Quod profundiores quæstiones nec contemnendæ sint, nec penitus astruendæ.**

*Ex decret. papæ Cælest., tit. 13.* Profundiores vero, difficilioresque partes incurrentium quæstionum, quas latius pertractarunt, qui hæreticis restiterunt, sicut non audent contemnere, ita non necesse habemus astruere. Quia ad constituendam gratiam Dei, cujus operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus quidquid secundum prædictas regulas Apostolicæ Sedis, nos scripta docuerunt; et prorsus non æstimemus catholicum, quod apparuerit præfixis sententiis esse contrarium.

**CCXCIX. Ut præter Scripturas canonicas, nihil in Ecclesia legatur.**

*Conc. l. Carthag., tit. 24.* Item placuit, ut præter Scripturas canonicas, nihil in Ecclesia legatur, sub nomine Scripturarum divinarum; sunt enim Canonice Scripturæ, id est Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jesu Nave, Judicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Job, Psalterium, Salomonis libri quinque, liber duodecim Prophetarum, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Judith, Ester, Eadræ libri duo; Novi Testamenti Evangeliorum libri quatuor, Actuum Apostolorum liber unus, Epistolæ Pauli quatuordecim, Petri apostoli duæ, Joannis apostoli tres, Jacobi apostoli una, Judæ apostoli una, Apocalypsis Joannis liber unus.

**CCC. Ut episcopi et clerici non ordinentur, nisi omnes suos fecerint christianos.**

*Concil. Carthag., tit. 3.* Ut episcopi et presbyteri, et diaconi non ordinentur, priusquam omnes qui sunt in domo eorum, christianos catholicos fecerint.

<sup>b</sup> Dion. Exig., *opinemur*.

Vide ad calcem tomi *Indices duos in Ferrandi Breviationem Canonum et in Crisostomi Breviarium Canonicum.*

# AUCTOR INCERTUS

COGNOMINE

## MAGISTER.

### DE REGULA MAGISTRI VETERUM TESTIMONIA.

Sanctus **BENEDICTUS** Anianæ abbas maximam partem **REGULÆ MAGISTRI** in concordiam regularum transcripsit, et passim integra ejus capita profert, citat autem plusquam sexagies. **A SMARACDO** etiam monacho in **Commentariis ad regulam sancti Benedicti** sæpenumero laudatur quodam **MONACHORUM MAGISTRI** hujus regulæ auctor.

### OBSERVATIO CRITICA IN REGULAM SEQUEMTEM.

Inter alias regulas monasticas hæc prærens fusissima est, continens **XCV** capita, præter **Prologum** et spiritualem **Orationis Dominicæ** explicationem monachis adaptatam. Auctor tamen incertus est, nec aliunde titulum **MAGISTRI** obtinuit, nisi quod ab initio cujuslibet capituli **Discipulus** quæstionem proponat, ad quam solvendam immediate **Magister** respondet, doctrinamque quæstioni congruam reponit. Inter recentiores **Trithemius** existimavit hujus regulæ auctorem existitisse **diaconum Vigilantium** : sed hanc sententiam nulla auctoritate suffultam negat sæpe laudatus **Calmetus**. Quicumque autem auctor fuerit, illum in **Gallia** scripsisse, haud inanis conjectura est, cum sæpius vocibus nationi illi propriis utatur : prout est **Major Domus**, etc. Deinde loquens de **Gyrovagis**, eos ex vicina **Italia** deducit, quæ quidem natione **Gallum** quodammodo probare possunt, et forsitan vixit sæculo **septimo**, quando officium **Majoris Domus** apud **Gallos** maxime floruit. De cætero hujus regulæ auctor multa hausit ex **sancti Benedicti** regula, unde sæpius ab illis citatur, qui in hanc regulam scripserunt commentaria ; etsi ille stilo rudi et barbaro usus sit. Nec desunt, qui huic auctori puerilem animum impingunt ; dum **cap. 23** et **25** mandat, ut post mensam micæ singulis diebus diligenter colligantur, et exeunte hebdomada coquantur, et ex iisdem omnes monachi præsentem comedere possint ; sicut etiam præcipit, quatenus panis per trochleam desursum cadat in cophinum, quasi de cælo demissus esset.

## AD MONACHOS MAGISTRI REGULA.

### INCIPIT PROLOGUS REGULÆ.

O homo, primo tibi qui legis, deinde et tibi qui me auscultas dicentem, dimitte alia modo quæ cogitas ; et me tibi loquentem, et per os meum Deum te convenientem cognosce. Ad quem Dominum ex voluntate nostra per bona acta vel beneplacita justitiæ ire debemus : ne per negligentiam peccatorum inviti rapiamur accersiti per mortem. Ergo, auditor, qui me audis dicentem, percipe quæ tibi, non os meum, sed per hanc scripturam loquitur Deus : qui te, dum adhuc vivis, convenit de hoc quod ei post mortem redditurus es rationem. Quia quod adhuc vivimus, ad indulcias vivimus : cum nos pietas Dei expectat quotidie, emendari, et meliores vult esse nos hodie quam fuimus heri. Ergo tu, qui me auscultas, ita attende, ut dicta mea et auditus tuus per considerationem mentis ambulando in trivium cordis tui perveniant. In quo trivio unam ignorantie peccatorum, post dicta mea veniens ; post te relinque : et duas observantiæ præceptorum ante jam ingrediere vias. Et dum quærimus ad Deum ire, stamus in Christo, trivio cordis nostri, et consideremus istas duas, quas ante nos scientiæ conspicimus vias. In quibus duabus viis, per quam ad Deum possumus pervenire, consideremus. Si sinistram tenemus, timemus, quia lata est, ne ipsa sit, quæ ducit magis ad interitum. Si dextram corripimus, bene inus, quia angusta est :



et ipsa est, quæ diligentes servos ad proprium ducit. Dominum. Ergo vacivus vester auditus sequatur meum eloquium. Et intellige, tu homo, cujus admonemus intuitum, quia te per hanc scripturam admonet Deus; ut modo dum adhuc vivis, et tibi emendare vacat, curras quantum potes! ne jam cum accessit per mortem fueris, nullam Deo in die iudicii, vel in pœna æterna excusationem afferas, quod nullus te de emendatione quoad vixisti convenerit: et cum ulterius tibi jam succurrere non potueris, in æternum te incipiat sine remedio pœnitere. Ergo amodo quæ audis observa, antequam de hac exeat sæculi luce, quia si hinc exieris, non huc revertaris, nisi in resurrectione: de resurrectione, si hic modo bene egeris ad æternam cum sanctis gloriam deputaberis. Si autem hanc scripturam, quam tibi lecturus sum, non adimpleveris, in æternum ignem ge-

hennæ cum diabolo, cujus voluntatem magis secutus es, deputaberis. Audi ergo et age quod est bonum et justum, per quod Deus invenitur propitius. Hæc regula quæ tibi ostendit, factis adimple. Quæ regula ad perficiendum rectum regule nomen accepit, sicut dicit Apostolus in Epistola sua: *Secundum mensuram Regule, quam mensus est nobis Dominus mensuram pertingendi usque vos (II Cor. x)*. Nam regula veritatis habet initium et justitiæ finem. Sicut dicit Propheta: *Reges eos in virga (Psal. ii)*; hoc est, in timoris vigore. Sicut item dicit Apostolus: *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate? (I Cor. iv.)* Item dicit Propheta: *Virga recta est virga regni tui, in qua dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem (Psal. xlv)*. Et iterum dicit Dominus: *Visitabo in virga iniquitates eorum (Psal. lxxxviii)*.

## INCIPIT THEMA.

Propheta dicit: *Aperiam in parabolis os meum (Psa. lxxvii)*. Et dicit iterum: *Factus sum illis in parabolam (Ibid lxxviii)*. De utero matris Evæ terræ nati, et de patre Adam in excessibus concupiscentiæ generati, in sæculi hujus descendimus viam; et peregrinæ vitæ temporale jugum suscipientes, perambulamus iter viæ hujus, per ignorantiam bonorum actuum, et incertum mortis experimentum. Multum enim nobis negligentia vaticum peccatorum sæculi peregrinatio caricaverat: et humeris nostris lassatis de ponderosis sarcinis, vicinam sibi mortem jam lapsus laboris sudor invenerat; et æstuosa sitis in interitum anhelabat. Subito a dextra orientis conspicimus non speratum fontem aquæ vivæ: et festinantibus nobis ad eam divina exinde vox magis nobis in obviam venit, clamans ad nos et dicens: *Qui sititis, venite ad aquam (Isai. lv)*. Et cum vidisset nos venientes oneratos sarcinis gravibus, repetivit dicens: *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam (Math. xi)*. Nos vero audientes hanc piam vocem, projectis in terra sarcinis nostris, argenti nos siti avidi ad fontem prosternimus; bibentesque diu surgimus renovati. Et post resurrectionem stetimus stupidi nimio gaudio, disputatione intuentes jugum vix tam sancti laboris, vel sarcinas nostras, quæ nos suo pondere usque ad mortem per ignorantiam fatigaverant. Dum hæc intuentes in consideramus, iterum audimus vocem de fonte, qui nos recreaverat, dicentem: *Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia mansuetus sum, et humilis corde: et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve (Math. xi)*. Nos audientes hæc, dicamus jam invicem nobis: non reveriamur post recreationem tanti fontis, et Domini invitantis nos voce, ad sarcinas peccatorum, quas projecimus; hoc est, quæ abrenuntiamus euntes ad fontem baptismi: quæ sarcinæ peccatorum nos ante per ignorantiam

sacræ legis, vel cognitione ignorati baptismi: desperatos nos suo pondere in mortem fatigaverant. Nunc vero sapientiam Dei accipientes, et qui fuæramus peccatorum sarcinis aggravati, Domini suavis voce ad requiem invitati. Renuntiamus ergo peccatorum pristinis sarcinis: habeat vias sæculi in negligentibus suorum pondere delictorum. Nos matrem nobis jam non de limo terræ Evam, sed divinam nos vocentem ad requiem Christianam legem sentimus. Similiter et patrem jam non in arbitrio peccatorum Adam quærimus, sed in voce Domini invitantis nos: et desideriis nostris meritis non audemus, tamen in renativitate nostra sacri fontis tui, ubi sis jam te invenimus.

*Pater noster qui es in cælis*. Videte ergo, fratres, si invenimus jam matrem Ecclesiam, et Patrem ausumsum Dominum vocare de cælis. Ergo jam juste a nobis relinquendus est pater terrenus, et mater carnalis: ne binis obtemperantes parentibus, non solum vicibus offendantur; sed velut adulteri de duobus parentibus nasci, si carnales non dimittimus, judicemur. Per lignum enim offensionis natio nostra de paradiso in uterum; de utero in mundum; de mundo usque in infernum descenderat: nisi denuo renati per baptismum, et per crucis lignum iterum reparati, Domini passio ageret ut resurgat, et illa redeat in paradysum generatio per gratiam, undecum libero arbitrio ceciderit per offensam. Contrivit enim in nobis Dominus mortis, quæ regnabat, aculeum; quando refugium crucis suæ nobis contulit Christus. Et postquam nos gratiæ suæ restituit adoptionis, ad regna cælorum insuper nos non desinit invitare. Unde vox Dominica dicit: *Si observaveritis mandata mea, ego ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios*. Unde et nos, quamvis indigni, tamen propter agnitionem ejus baptismi, in oratione audemus eum patrem vocare; ideoque oportere nos passionis ejus esse participes, ut mereamur officii

ejus gloriæ coheredes. Dicentes ergo, *Pater noster qui es in caelo*, jam tales nos exhibeamus fratres, quales nos cupit filios Deus habere; et digne in nobis divinitas filiorum inseret nomen, cum voluntate dissimile. Nam ipse est verus filius, qui non solum vult, sed et moribus similari patri. Cum ergo meruissemus jam dixisse: *Pater noster qui es in caelis*, sequimur deinde in oratione dicentes:

*Sanctificetur nomen tuum.* Non quod noviter optemas sanctificari nomen ejus quod est ab aeterno et usque in aeternum sanctissimum; sed in bonis actibus filiorum magis ipse sanctificet: ut et pater et Dominus in mentibus nostris tabernaculum suum, et inhabitatorem faciat Spiritum sanctum: ut adjuret corda ipsa Deus, ut vos custodiat ea semper per gratiam suam. Deinde dicitur:

*Adveniat regnum tuum.* Videte, fratres, ecce optamus advenire regnum Domini, et iudicium ejus accelerari ultro rogamus; et rationes nostras adhuc paratas non habemus. Sic ergo a nobis omni hora agendum est, ut Dominus et pater postea nos ita suscipiat, et bonis coram eo actibus quotidie complacentes sequestrans nos ab hædis, a dextris suis in aeternis introducens nos regnis. Agnoscamus nobis in futuro iudicio propitium iudicem, quem in præsentis sæculo ausi vocaverimus patrem. Deinde dicimus:

*Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra.* In hoc ergo verbo, fratres, pertinet in nobis liberi status arbitrii; et quidquid suasio antiqui serpentis nocive nobis ingerit, si volumus, amputatur, cum Domini voluntas in nobis reparando perlicitur: sicut dixit Apostolus: *ut non quæcunque vultis illa faciat* (Gal. v). Exigit enim Spiritus ut voluntas in nobis Domini fiat: ut jam non perficiat anima, quidquid cum prava carne concupiscens sibi suaserat. Oramus ergo, ut voluntas in nobis Domini fiat. Si ergo a nobis sua voluntas semper perficiatur, non ergo erit propria; quæ discussa de suis malis in die iudicii condemnatur. Voluntas enim Domini sancta est, novit dare, non timere iudicium: quæ voluntas sua quibus impleta fuerit, promittitur etiam iis angelos iudicare. Ilanc sanctam voluntatem et Salvator noster per formam facienti in se liberam, ut amputet in nobis carnis arbitrium, demonstrat nobis dicens: *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui me misit* (Joan. vi). Et iterum in sancta sua passione dicit: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste* (Matth. xxvi). Hæc vero in Domino vox timoris erat carnis indutæ, ostendens nobis actus vitæ semper debere bene tractari, si mors adveniens debet timeri. Et iterum erat interrogatio Domini apud Patrem, si quod a nobis in nobis volumus, potest impleri, aut quod nolimus potest nobis contra desiderium nostrum juste imponi. Unde subsequitur fidei formæ, qua Dominus Patris committitur voluntati, dicens: *Sed tamen non sicut ego volo, sed si: ut tu vis* (Ibid.). Et iterum subsequitur: *Si non potest auferri a me calix iste, nisi ut bibam illum, fiat voluntas tamen tua* (Ibid.). Videte

A ergo quia quidquid a voluntate nostra eligimus, injuste agnoscitur: et quidquid nolentibus nobis a juventute imponitur, juste proficit rationi. Nam quomodo versis in se oculis suis vultum suum respicere homo non potest; sic iudex sui sibi ipsi esse non potest; nisi juste quod videtur ab alio iudicetur. Si ergo vultum suum videre potest nemo, voluntatem suam justam probare quomodo potest, nisi in omnibus quod videtur ab alio iudicetur? Et ecce fratres, quantam reparationi nostræ Dominus contulit pietatem, et qualem errori nostro salutis viam ostendit: ut in unigenito Filio suo demonstraret, quod in servis suis quærebat perficere. *Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra.* In caelo, quod dixit, possumus bene agnoscere fratres; quæ sicut ab angelis in caelis sancte

B perlicitur, ita et in terra ipsa per prophetas et apostolos præceptorum Dei, et in carnalibus hominibus exoptatur ut fiat; ut secundum sanctam Scripturam dicentem in utrisque elementis, hoc est, in caelo et in terra, in beneplacitis suis reg et, et in nobis Dominus: et sit unus Pastor, et unus grex. Similiter et illud spiritualiter intelligere possumus, quod dixit: *Fiat voluntas tua sicut in caelo*: hoc est, in Domino, sicut in filio ejus. Quia celestis dum descendit voluntas Patris perlicitur, dicente ipso Domino: *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui me misit* (Joan. vi). Vides ergo si ipse Dominus Salvator ostendit, se ideo venisse, ut voluntatem suam non faceret, sed jussa Patris impleret; quomodo malus servus jussa mea neglexit, et meam facere voluntatem? de quo dicit et Apostolus: *Quis est qui ascendit, nisi qui et descendit in inferiora terræ?* (Ephes. iv.) Ita ergo et in terra dixit, hoc est, corporis nostri machina de terræ limo formata; cui sententia Dei dictum est: *Terra es, et in terram ibis* (Gen. iii). Similiter effici justitiam nobis Domini voluntas exposcitur, ad dum quotidie in nobis voluntas Domini fuerit operata, non inveniatur propria, quæ in futuro iudicio condemnatur ad poenam: sed sit in nobis voluntas Domini, quæ coronetur ad gloriam. Deinde sequimur in oratione dicentes:

*Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Ergo, fratres, cum supradicta Domini voluntas inculpabiliter a nobis quotidie fuerit adimpleta, et in timore Domini omnia fuerint mandata explicita; digne operari suis rogatur annonam ut tribuat, qui digno mercenario mercedem non negat. Deinde dicimus:

*Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Fratres, hoc orantes amplius timeamus, ne ad hæc verba precum nostrarum respondeat nobis Dominus dicens: *Judicio quo judicatis, iudicabitur de vobis; et mensura qua mensi estis, remetietur vobis* (Matth. vii). Et vide qui hoc petis, si quod tibi noluisti fieri alio non fecisti. Ergo antequam has voces Domini audiamus fratres, prius scrutemur corda nostra: si juste et nos petimus a Domino, quod et a nobis est petentibus non negatum. Nos petimus, *Dimitte nobis debita nostra*: audit

Deus, et cupit dimittere, sed si ante nos potentibus relaxemus. An dubito miser ego homo, ne beneficiis meis divina non retribuatur vices? Respice, agnosce, et considera, o miser homo, nunquid magis tu pius quam Deus? qui ut tibi aliqua iustitiæ, aut agenda ingerat pietatis, post mercedem vel dona ipsius, tibi proficit ipsi et quod agit. Nihil enim Dominus minus habet in sua potentia, nec aliquid tuum indiget in virtute, aut deest et in gloria: solummodo nostra illi opus est salus, quam pro nobis providet gratia ejus; quamque per nostram negligentiam illi de nobis possidet minus. Deinde dicimus:

Et ne nos induas in tentationem. Satis nos admonent, fratres, verba ista esse sollicitos: ideoque rogandus est Dominus, et crebris gemitibus tundenda sunt nobis corda atque pectora, ne patiatur Dominus servos suos sine suo adjutorio aliqua nos hora consistere; ut non habeat potestatem neque aditum, per quod adversarius noster diabolus, qui circuit nos ut leo quotidie, quærens aliquem nostrum devorare; et pravis suasionibus suis quærit corda nostra incidere (*I Petr. v*). Ergo incessabiliter est precandum a Domino; ut dignetur adjutorii sui custodia muros nos suæ gratiæ circumdare, et tentationum in nobis alitus sua munitione obstruere; ut non patiatur plasma facturæ suæ captivum fieri, et servitutibus cedere inimici. Si tamen supradicti hostis tentationibus non ultro nostram tradamus assensum, et velut nosmetipsum ipsi nos captivantes, hostem nostrum incipiamus magis desiderare, quam fugere. Sequimur deinde complentes orationem, dicentes:

*Sed libera nos a malo. Amen.* Fratres sanctissimi, ante hoc Deus in nobis cupit perficere, quam rogetur: quia potens est, et nihil est ei difficile, sed si nos hoc mereamur: nec enim vult machinam cadere nostram, quam manibus suis ipse construxit. Festinat enim erueri nos de laqueo, si sensum nostrum non ultro tradamus suasionibus inimici: sed rogantes incessabiliter Dominum, ut attribulo nobis suæ gratiæ adjutorio, digne dicamus: *Quoniam a detractis est nobis Dominus ne commoveamur (Psal. xv)*; et securi de Domino iterum repetamus: *Non timebo mala quoniam tu mecum es (Psal. xxii)*. Ut qui in principio hujus orationis ostendit nobis per gratiam, Dominum Patrem audere dicere, iterum ipse in fine orationis a malo dignetur nos liberare. Amen.

Ergo, fratres, finita ad Dominum oratione, ipso juvante agamus nunc de cætero de nostri servitii opere: ut qui nos jam in illorum dignatus est numero computare, non debeat aliquando de malis nostris actibus contristari. Ita enim ei omni hora de bonis suis in nobis parendum est, ut non solum iratus Pater suos nos aliquando filios exhæredet; sed metuendus Dominus irritatus a malis nostris, ut nequissimos servos perpetuo tradat in pœnam, qui eum sequi noluerunt ad gloriam. Exurgamus tandem aliquando lit pigri, excitante nos Scriptura ac dicente: *Jam enim hora est nos de somno surgere (Rom. xiii)*; et aperti oculis nostris ad lumen doctissimum,

A attonitis auribus audiamus quæ divina quotidie clamans nos admonet vox, dicens: *Qui habet aures audiendi audiat, quid Spiritus dicat Eccle. iis (Apoc. ii)*. Qui dicit: *Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos (Psal. xxxiii)*. Currite dum lumen vitæ habetis, ne tenebræ mortis vos comprehendant, et quærens Dominus in multitudine populi cui hæc clamat operarium suum auditorem, iterum reclamat dicens: *Quis est homo qui vult vitam, et cupit videre diem ultimum? (Ibid.)* tu qui audis responde: Ego. Et Dominus tibi dicit: *Si vis habere veram et perpetuam vitam, prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum; diverte a malo, et fac bonum; inquire pacem, et sequere eam (Ibid.)*. Et cum hæc feceritis oculi mei super vos justos, et aures meæ in preces vestras. Et antequam me invocetis, dicam vobis: Ecce adsum. Quid dulcius nobis ab hac voce Domini invitantis nos, fratres? Ecce pietate sua demonstrat nobis Dominus vitæ viam. Succinctis ergo per fidem vel observantiam bonorum actuum lumbis nostris, per ducatum Evangelii pergamus itinera ejus; ut mereamur eum, qui nos in regnum suum vocavit, videre: in cujus regni tabernaculo si volumus habitare, nisi illic bonis actibus curramus, minime pervenitur. Sed interrogemus cum Propheta Dominum, dicentes ei: *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? (Psal. cxiv)*. Post hanc interrogationem, fratres, audiamus contra nos Dominum iterum respondentem et ostendentem nobis viam ipsius tabernaculi, dicendo: *Qui ingreditur sine macula, qui loquitur veritatem in corde suo; qui non egit dolum in lingua sua; qui non fecit proximo suo malum; qui reprobum non accepit adversus proximum suum (Ibid.)*: qui malignum diabolum aliqua suadentem sibi cum ipsa suasionem a conspectibus cordis sui respuens, deduxit ad nihilum, et parvulos cogitatus ejus tenuit, et allisit ad Christum petram. Qui timentes Dominum, de bona observantia sua non se reddunt elatos; sed ipsa in se bona non a se posse, sed a Domino fieri æstimantes, operantem in se Dominum magnificent, illud cum Propheta dicentes: *Non nobis, Domine, non nobis; sed nomini tuo da gloriam (Psal. cxiii)*. Nec Paulus apostolus de prædicatione sibi aliqua imputavit, dicens: *Gratia Dei sum id quod sum (I Cor. xv)*. Et iterum dicit ipse: *Si gloriari oportet, non expedit mihi (II Cor. xii)*. Ergo subsequitur Dominus viam vitæ beatæ per monita sua dicens: *Qui jurat proximo suo, et non decipit eum; qui pecuniam suam non dedit ad usuram, qui munera super innocentes non accepit (Psal. xiv)*. Et subsequitur nobis Dominus in Evangelio dicens: *Qui audit hæc verba mea, et facit ea, non movebitur in æternum (Matth. vii)*. Et nos interrogemus eum, dicentes: Quomodo, Domine, non movebitur in æternum? Respondit nobis iterum Dominus: *Quomodo? quia similabo eum viro sapienti, qui edificavit domum suam supra petram. Venerunt flumina, flaverunt venti et impeerunt in domum illam, et non cecidit; fundata enim erat super penam (Ibid.)*.

Hæc complens Dominus tacet, spectans nos quoti-  
dianis sanctis suis mōnitis factis nos respondere de-  
bere, ideo quotidie nobis propter emendationem  
malorum hujus vitæ dies ad inducias relaxantur,  
dicente Apostolo. *An nescitis quia patientia Dei ad  
pœnitentiam nos adducit? (Rom. 11.)* Nam pius Domi-  
nus dicit: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur  
et vivat (Ezech. xxxiii).* Cum ergo interrogassemus  
Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi ejus,  
audivimus habitandi præceptum; sed si compleamus  
habitatoris officium. Ergo præparanda sunt corda  
nostra et corpora sanctæ præceptorum obedientiæ  
militanda: et quod minus habet in nos natura pos-

sibile, rogemus Dominum, ut gratiæ suæ jubeat no-  
bis adiutorium ministrare. Et si fugientes gehennæ  
pœnam ad vitam volumus perpetuam pervenire,  
dum adhuc vacat, et in corpore sumus, et hæc omnia  
per hanc lucis vitam vacat implere, currendum  
et agendum est modo, quod in perpetuo nobis expedi-  
at. Constituenda est ergo a nobis Dominici schola  
servitii, ut ab ipsius nunquam magisterio disceden-  
tes, et in hujus doctrina usque ad mortem in mona-  
sterio perseverantes, passionibus Christi per patientiam  
mereamur esse participes, ut et regni ejus  
Dominus nos faciat coheredes.

## INCIPIT DE GENERIBUS,

### VEL POTIUS DE ACTU ET VITA MONACHORUM IN COENOBIIIS.

#### CAPUT PRIMUM.

##### *De quatuor generibus monachorum.*

Monachorum quatuor esse genera manifestum est:  
Primum cœnobarum, hoc est, monasteriale, mili-  
tans sub regula vel abbate. Deinde secundum genus  
est anachoretarum, id est, eremitarum; horum qui  
non conversionis fervore novitio, sed monasterii  
probatione diuturna, didicerunt contra diabolum mul-  
torum solatio jam docti pugnare, et bene instructi  
fraterna ex acie ad singularem pugnam eremi, secuti  
jam sine consolatione alterius, sola manu, vel bra-  
chio contra vitia carnis vel cogitationum cum Deo et  
spiritu repugnare sufficiunt. Tertium vero mona-  
chorum deterrimum genus est sarabaitarum, quod  
melius adhuc laicum dixissem; si me propositi sancti  
non impediret tonsura: qui nulla regula approbati,  
et experientia magistra, sicut aurum fornacis; sed  
in plumbi natura mollii, adhuc factiservantes sæculo  
fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur. Qui bini  
aut terni, aut certe singuli, sine pastore non Dominicis,  
sed suis inclusi ovilibus, pro lege eis est desideriorum  
voluptas: cum quidquid putaverint, vel elegerint, hoc  
dicunt sanctum; et quod noluerint, hoc putant non  
licere: et dum in proprio arbitrio quærunt habere  
cellas, arcellas et recellas, ignorant quia perdunt  
suas animellas. Simul et ii, qui nuper conversi immoderato  
fervore eremum putant esse quietem, et non  
putantes insidiari et nocere diabolum, singularem  
cum eo pugnam indocti et securi invadunt, sine  
dubio inducti lupi faucibus occursuri. Quartum vero  
genus est monachorum nec nominandum; quod  
melius tacere, quam de talibus aliquid dicere, quod  
genus nominatur gyrovagum: qui totam vitam suam  
per diversas provincias ternis aut quaternis diebus  
per diversorum cellas et monasteria hospites;  
cum pro hospitem adventu a diversis volunt quotidie  
noviter suscipi; et pro gaudio supervenientium ex-  
quisita sibi pulmentaria apparari, et animantia pul-  
lorum sibi curant quotidie a diversis hospitebus pro  
adventu cultello occidi, gravare se ita diversos non

credunt, commutando quotidie hospites, pro ad-  
ventu novitatis sub importuna charitate diversos  
cogant sibi præparare diversa, et velut ab invito a  
diversis hospitebus exigentes præceptum Apostoli,  
in quo dicit: *Hospitalitatem sectantes (Rom. xii):*  
per occasionem præcepti cum inquietos sibi pedes  
post viam fomentari expostulant, per occasionem  
itineris intestinas suas latiori cœna vel prandio in-  
quinatas, infinitis poculis magis quam pedes desi-  
derent. Et post exinanitam a famelico hospite  
mensam, et miculas ipsas panis post viam deteras,  
sitim suam sine verecundia hospiti ingerentes, si  
calix hoc casu defuerit, rogatur hostes in ipsa pa-  
tella ut misceat. Et postquam ex utraque parte  
nimietate cibi et potus percalcati usque ad vomitum  
fuerint, totum laboriosæ vitæ imputant, quod gula  
lucravit: et antequam novus lectus lassatum magis a  
potionibus, vel ab escis quam a via, hospitem susci-  
pat, laborem suæ vitæ pro magno hospites enar-  
rantes, dum mercedem repausationis largioribus  
pulmentariis, et infinitis poculis hospitem sibi cogunt  
largire, rationem erroris sui per peregrinationem, et  
captivitatem celando excusant, et mox de vicinis  
monachis aut monasterii positione interrogant; ubi  
cum inde levaverint, ponant vel applicant velut lassi.  
Et quasi quibusdam universus clausus sit mundus, et  
ex toto eos nec loca, nec silvæ, nec latus ipse Ægypti  
eremus capiat, nec universa monasteria ad servitium  
Dei eos suscipiant; et eos, ut diximus, totus mun-  
dus non capiat: inde se dicunt juste errare, et ex  
toto locum repausationis, et refrigerium animæ, et  
integram se observationem disciplinæ nusquam posse  
invenire. Quasi dicant se ita multum sapientes, ut  
totum ipsi soli displiceat, quidquid Deo et hominibus  
placet. Ideoque magis eligunt ambulare, et noviter  
per diversos quotidie hospites mutatas et varias  
refectiones, et per occasionem sitientis viæ repro-  
pinata pocula sumunt. Hoc ergo agunt, ut gulæ suæ  
magis quotidie peregrinari videantur quam animæ.  
Et cum eis post biduum ad unum hospitem apparatus

ipso in pulmentariis jam minuendo subducitur; et mane alla die facta, cum non ad refectionem coquendam, sed ad laborem cellulae suae viderint hospitem occupari; mox queri sibi alium hospitem placet. Et adhuc non venit, et jam vadit. Tunc vale festinant avaro jam hospiti dicere: et cum migrare de tali hospitali satagent, orare post egressum suum hospitem postulant. Sic festinant, quasi ab aliquo impellantur; quasi eos jam expectent aliorum hospitem prandia preparata. Et non longe ab ipso monasterio, si invenerint cellulam monachi, repauescentes dicunt se porro a sinibus advenire Italiae: et noviter aliquid de peregrinatione, aut de captivitate, et ipsi hospiti quasi humili et inclinato capite mentientes, cum pro pietate longi itineris cogunt pii hospitis totam paupertatem in cacabis et in mensa exinaniri: sine dubio et ipse hospes nudus et a gluttonibus exinanitus post biduum relinquendus. Et cum post triduum et ipse, et cella ejus, et mores, et ejus duplicuerit disciplina: et cum subducta eis post biduum ab eo minus exhibuerit mensa, mox et ipse reconsignare bisaccias cogitur, quas diversorum hospitem jam panes tosti impleverant: cum in diversorum hospitalis, in mensis recentes sumant, illos servatos cogunt per avaritiam mucidare. Ergo postquam eis bisacciae consignantur, mox et de pastora miser asinus revocatur, cui post recentes vie labores misero pastura placuerat, si domino ejus hospitale non displicisset in biduo: et noviter restratus, et diversis tunicis et cuculis resarcinatus, quas aut importunitas a diversis exegerat, aut inventa occasio fraudis diversos hospites nudaverat, et ut alios petant, fingunt se pannos advestiri: et vale et ipsi hospiti dicentes, adhuc non venerunt, et jam vadunt, cum ad alia jam hospitalia in animo invitantur. Ceditur, pungitur, ustulatur, lordicat miser asellus; et non vadit: vapulant aures ejus, postquam clunes defecerint. Ideo miser perociditur, et manibus lassus impingitur; quia festinatur et sagagitur, ut ad a terius monasterii prandium occurratur. Et cum pervenerint ad alterius monasterii aut monachi regias, ita hilari et clamosa voce de foris, Benedicite, clamant; et quasi jam illum calicem in manum acceperint, quem mox ingressi monasterium pro siti sunt petiuri: et intrantes regias, adhuc non remanenti et suscepti, excarriant; et quasi pro aliquo debito, aut ex alicujus delegatione ibi adveniant, ante intus bisacciae porriguntur, quam ipse hospes suscipitur. Et non prius ad oratorium festinatur, nisi pro labore desiderandi vini per occasione viaticae sitis: ut tu pro charitate hospiti vinum porrigas, ab illo sic mane aqua exposcitur. Hi enim tales cum ipsi jejunia ambulando ignorant, et ad quoscunque supervenerint jejuantes, aut pro superventu hospitali cogunt eos jejunia frangere; aut non erubescunt sua voce eis hoc dicere, magis eos propter avaritiam jejunare, ut non hospitem velint recreare post viam; et per vagam suae consuetudinis gulam cogunt perseverantium jejunia violari: cum illi la-

A horioso itineri imputant quod quid praesumunt, et nesciunt, quia ut eis non liceat jejunare, aut abstinere, aut aliquo nesciant aliquando loco stare, non eos aliqua ambulare compellit necessitas, sed gula cogit voluntas: cum securi et supervenientes alieni laboris querant panes comedere, et diversorum lectis peregrinis straminibus sudores suos amant abstergere. In quibus straminibus cum indigesti praecrapula cibi et potus cupiunt satisfacere somno; vel cum quidam occupatione guloae ambulationis, Psalmos aliquando neglexerint meditari, ipsorum ore respondent, se lassus post viam ossibus non posse de lectulo surgere, cum visi fuerint sani in mensa serotina manducare. Mox matutinorum expleto opere Dei surgunt velut gementes et lassus. Sic primo mane calefacti mero, petito panis fragmento ficti aegroti succos desiderantes; monasteria ipsa aut cellulas false exeunt, lordicando de ficta infirmitate, absconse securi, quod sanitatis gressus sint ab ipso limine reformantes. Nam sibi volunt sub imperio monasterii abbat m de omnibus necessariis cogitare, vel ipsi a icubi suo viventes arbitrio facta cellula persistendo, vel ipsi sibi necessaria vitae debuerant cogitare. Et si nostra illis displicet vita, vel suam nobis ostenderent formam. Unde nunquam persistentes acti sunt quotidie ambulando mendicare, sudare et gemere; quam uno loco stando laborare, et vivere: et quotidie noviter diversorum cellas ut humiles intrent hospites; solo capite inclinati: deinde superbi et velut ingrati post biduum migraturi, et veluti quibus diversorum vita et actus, et omnium monasteriorum disciplina non placeat, eligunt magis ambulare, quam sistere. Qui per diversa semper vagando ignorant apud quem tedia sua suscipiant: et quod est ultimum, nesciunt ubi suam constituent sepulturam. Unde ergo magnum existimantes primum genus coenobitarum, cujus militia vel probatio voluntas est Dei, ad ipsorum regulam revertamur.

Fratres, clamant nobis quotidie Dominus dicens: *Convertimini ad me, et ego convertar ad vos* (Zach. i). Conversio ergo nostra ad Deum, fratres, non aliud est nisi a malis reversio, dicente Scriptura: *Diver e a malo, et fac bonum* (Psal. xxx). A quibus autem malis cum avertimur, Dominum intuemur; et ille nos statim suo illuminans vultu, donans nobis adiutorium suum, mox gratiam suam petentibus tribuit, quarentibus ostendit, pulsantibus patefacit. Haec tria Domini dona concessa ipsis conveniunt, qui Dei voluerint, non suam facere voluntatem. Quia aliud nobis Dominus in spiritu imperat, aliud caro cogit in anima: et quis a quo victus fuerit, ipsius et servus est. Ecclesiae suae namque Dominus secundum Trinitatis nomen tres gradus doctrinae constituit; primum prophetarum, apostolorum secundum, doctorum tertium: sub quorum imperio vel doctrina Christi regerentur Ecclesiae et scholae; ut pastorum vice sanctis ovis divinas oves et cludant et doceant, dicente Domino per

Isaiam prophetam : *Dabo vobis pastores secundum cor meum , et pascent vos pascentes cum disciplina* (Joan. xv), et ipso Domino dicente : *Simon Joannis, pasce oves meas : docentes eas servare ea quæ mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi* (Matth. xxviii). Idemque omnes, quibus adhuc insipientia mater est, expedit sub unius esse potestate majoris : ut doctoris arbitrio ambulantes, iter voluntatis propriæ discant nescire. Per doctorem enim nobis imperat Dominus : quia, sicut dixit superius, cum ipsis doctoribus est semper omnibus usque ad consummationem sæculi : sine dubio non aliud, nisi nos ædificaturns per eos, dicente ipso Domino discipulis suis, doctoribus nostris : *Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit me spernit* (Matth. x). Ergo si quæ a doctoribus audivimus, et facimus, non jam quæ volumus exerceamus : ut in die iudicii nihil habeat in nobis quod secum diabolus vindicet in gehennam, quia in nobis hoc semper egit Dominus, quod iudicaret ad gloriam.

## CAPUT II.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Qualis debeat esse abbas ?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Abbas, qui præesse dignus est monasterio, semper meminere debet quod dicitur, et nomen majoris factis implere. Christi enim agere creditur vices in monasterio, quando ipsius vocatur pronomine, dicente Apostolo : *Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Domino, Abba pater* (Rom. viii). Ideoque hic abbas nihil extra præceptum Domini, quod absit, debet aut docere, aut constituere, aut jubere : ut iussio ejus, vel monitio, sive doctrina fermentum divinæ justitiæ in discipulorum mentibus conspergatur. Memor semper abbas, quia doctrinæ suæ, vel discipulorum obedientiæ, amborum rerum in tremendo iudicio Domini faciendæ erit discussio. Et sciat abbas culpæ pastoris incumbere, quidquid in ovibus paterfamilias utilitatis minus potuerit invenire. Tandem iterum erit liber, ut si inquieto vel inobedienti gregi pastoris fuerit omnis diligentia attributa, et morbidis earum actibus universa fuerit cura exhibita, pastor eorum in iudicio Domini absolutus dicat cum Propheta Domino : *Non abscondi in corde meo veritatem tuam ; et salutare tuum dixi : Ipsi autem contemnentes spreverunt me* (Psal. xxxix ; Isai. i). Et tunc demum inobedientibus curæ suæ ovibus poena sit eis prævalens ipsa mors. Ergo cum aliquis suscipit nomen abbat, duplici debet doctrina suis præesse discipulis : id est, omnia bona et sancta factis amplius quam verbis ostendere ; quomodo intelligentibus discipulis mandata Domini proponat ; duris corde vero et simplicibus factis suis divina præcepta monstret. Omnia vero quæ discipulis docuerit esse contraria, in se factis indicet non agenda : *Ne aliis prædicans ipse reprobus inveniatur* (I Cor. ix) ; ne quando illi dicat Deus peccanti : *Quare vero tu enarras justitias meas, et sumpsisti testamentum meum per os*

*tuum ? Tu vero odisti disciplinam* (Psal. xlii, Matth. vii). Et qui in fratris tui oculo festucam videbas, in tuo trabem non vidisti ? Non ab eo persona in monasterio discernatur ; non unus plus ametur quam alius ; nisi quem in bonis actibus invenierit meliorem. Non convertenti servo pro merito nationis præponatur ingenuus. Quare ? quia servus sive liber omnes in Christo unum sumus ; et sub uno Domino æqualem servitii militiam bajulamus. *Quia non est apud Deum personarum acceptio* (I Cor. xvii ; Rom. ii). Solummodo in hac parte apud Deum discernimur, si ab aliis meliores factis inveniamur. Et tamen ut ostendat Deus circa omnes pietatis suæ clementiam, pariter jubet elementa, vel terram justis vel peccatoribus famulari æqualiter. Ergo æqualis sit ab eo omnibus charitas ; una præbeatur in omnibus disciplina. In doctrina sua namque abbas apostolicam debet illam semper formam servare, in qua dicit : *Argue, obsecra, increpa* (I Tim. ii) : id est, miscens temporibus tempora, terroribus blandimenta, dirum magistri, pium patris ostendat affectum ; id est, indisciplinatos et inquietos debet arguere : obediētes et mites, et patientissimos, ut in melius proficiant, obsecrare : negligentes et contemnentis ut increpet admonemus. Humilitatis vero talem in se eis formam debet ostendere, qualem Dominus contententibus de gradu fortiori apostolis demonstravit ; id est, cum apprehensa manu infanctem in medio eorum deduxisset, dixit : *Qui vult esse inter vos fortior, sit talis* (Matth. xviii). Ideoque quidquid abbas discipulis pro Deo agendum injunxerit, impleat factis, et tradens omnia ordinationis suæ protelo sequantur membra, qua duxerit caput. Charitatem vero vel gratiam talem debet circa omnes fratres habere, ut nullum alii præferens, omnibus discipulis vel filiis suis amborum parentum in se nomen exhibeat : matrem, eis suam præbens equaliter charitatem : patrem, se eis mensurata pietate ostendat. Meminisse debet abbas semper quod dicitur. Quia cui plus creditur, plus ab eo exigitur : et sciat, quia qui suscepit animas regendas, parat se ad rationes reddendas. Et quantum sub cura sua fratrum habere sciverit numerum, agnoscat pro certo, quia in die iudicii ipsarum omnium animarum tantas est redditurus Domino rationes ; sine dubio addita et sua : quia ut fratres in monasterio propriam non agerent voluntatem, hujus semper iussionibus omni obedientia militarunt. Quia cum discussi fuerint de omnibus actibus suis, dicturi sunt in iudicio Domino, omnia facta sua per obedientiam a iussione impleta esse magistri. Ideoque debet semper cautus esse magister, ut omnia quæ imperat, omnia quæ docet, omnia quæ emendat, de præceptis Dei, justitia dictante, monstrentur, quæ futuro iudicio non condemnentur ; timens semper futuram discussionem pastor de creditis ovibus. Quia et cum de alienis ratiociniis cavet, redditur de suis sollicitus ; et cum de monitionibus suis emendationes aliis subministrat, ipse efficitur a vitiis emendatus.

Quidquid vero abbas pro utilitate monasterii agere aut facere voluerit, cum consilio fratrum agat: et convocatis omnibus fratribus de utilitate monasterii tractetur communiter: ita tamen non libero aut fratres aut invito suæ pietatis arbitrio, sed jussione et imperio abbatis eligendis forte consiliis applicentur. Nam ideo omnium queratur consilium, quia quot homines, tot sunt pro diversitate interdum sententiarum: ne forte, a quo non speratur, melius subito detur consilium, et communi utilitati hoc magis proficiat: et de multis consiliis quod eligatur facile invenitur. Quod si de omnibus nullus aptum poterit dare consilium, tunc abbas, reddita ratione consilii sui, constituat quod vult. Et justum est ut membra caput sequantur. Ideo omnes fratres diximus ad consilium debere vocari; sed in sententiam monasterii: quia res monasterii omnium est, et nullius est. Ideo omnium, quia proficiendo successionem quandoque in monasterio vicibus de se fratres expectant: ideo nullius, quia nihil in monasterio aliquid sibi a fratribus peculiariter vindicatur. Et nullus suo aliquid constituit ut faciat arbitrio, sed omnes sub imperio degunt abbatis. Qui ergo abbas sanctæ hujus artis sit artifex, non sibi ipsius artis, sed Domino assignans ministerium, cujus in nobis gratia fabricatum, quidquid a nobis sancte perficitur: quæ ars doceri et disci debet in monasterii officina et exerceri, prout cum spiritalibus ferramentis.

### CAPUT III.

#### INTERROGATIO DISCIPULI SEQUENTER.

*Quæ est ars sancta, quam docere debet abbas discipulos in monasterio?*

#### RESPONDET DOMINUS P. R. MAGISTRUM.

Quæ hæc est ars sancta? primo credere, confiteri et timere Deum Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, unum Deum in Trinitate, et trinum in unitate; trinum in una deitate, solum et unum in trina majestatis potentia. Ergo hunc ex toto corde et ex tota anima diligere, et proximum tanquam seipsum. Deinde non occidere, non adulterare, non facere furtum, non concupiscere, non falsum testimonium dicere; honorare patrem et matrem: et quod sibi quis non vult fieri, alii ne faciat. Abnegare semetipsum, ut sequatur Christum; corpus pro anima castigare, delicias fugere, jejunium amare, pauperes recreare, nudum vestire, infirmum visitare, mortuum sepelire, in tribulatione subvenire, dolentem consolari, mutuum dare indigenti: a sæculi actibus se facere alienum: nihil amori Christi præponere, iam non perficere; iracundiæ tempus non reservare; dolum in corde non tenere; de conscientia pacem falsam non dare, fratri fidem servare; non amare detrahere; promissum complere, et non decipere. charitatem non derelinquere; non amare jurare, ne forte perjeret; veritatem ex corde et ore proferre; malum pro malo non reddere; injurias non facere, sed et factas patienter sufferre; inimicos plusquam amicos diligere; maledicentes se non remaledicere,

sed magis benedicere; persecutionem pro justitia sustinere, non esse superbum, non violentum, non multum edacem, non somnolentum, non pigrum, non murmuriosum, spem suam Deo committere: bonum aliquid in se cum viderit, a Deo factum magis quam a se existimet; malum a se factum judicet, et sibi et diabolo imputet: desideria sua a Deo perfici optare: substantiam suam non in solo labore manuum suarum, sed plus a Deo sperare: diem judicii timere, gehennam expavescere: vitam æternam et Jerusalem sanctam desiderare: mortem quotidie ante oculos suspectam habere: actus vitæ suæ omni hora custodire: in quovis loco a Deo se respici pro certo scire; cogitationes malas cordi suo advenientes ad Christum mox allidere debere: os suum a malo vel prævo eloquio custodire; multum loqui non amare; verba vana aut risui apta non ex toto loqui; risum multum aut excussum non amare; lectiones sanctas libenter audire; orationi frequenter incumbere; mala sua præterita cum lacrymis vel gemitu Deo confiteri in oratione quotidie: de ipsis malis de cætero emendare: desideria carnis non perficere: voluntatem propriam non audire: obedientiam admonitione abbatis parere: non cupere dici se sanctum antequam sit, sed prius esse quod verius dicatur, et sic dici debere. Præcepta Dei factis quotidie adimplere; castitatem amare; nullum odire; zelum non habere; invidiam non exercere; contentionem non amare: ante solis occasum cum inimico redire in gratiam; omnibus bonis ex toto corde obedire; et de Deo nunquam desperare.

Ecce hæc ars est sancta, quam ferramentis debemus spiritalibus operari: quæ ars sancta cum fuerit a vobis die noctuque incessabiliter adimpleta, et cum unusquisque in diem judicii Domino Deo futurorum et factorum suorum opera signaverit, tunc hæc ars, quæ ex Dei voluntate descendit, cum a nobis perfecta et inculpabiliter Domino fuerit in die judicii reconsignata, illa merces nobis a Domino repensetur, quam nobis fidelis Dominus promittit, quæ præparatur sanctis, et Deum timentibus, et hæc præcepta factis implentibus; habitandi in perpetuo terram, septies argento lucidiorem: de cujus camera cæli non istius solis vel lunæ, non stellarum candor, sed ipsius Dei perpetua majestas lucebit. In cujus terræ fulgore mellis et lactis, vini et olei flumina in æternum currentia præparantur. In quorum ripis diversarum fructus arborum varicos et divinos duodecies in annum nascentes, non cultura hominis, sed abundantia Deitatis, qui non fame delectantur ad vescendum, vel esurie appetantur ad manducandum, sed postquam oculi nostri ipso visu fuerint saginati, insuper unicuique hoc sapit in os quo fuerit delectatus. Sonant ibidem jugiter super ripas illorum fluminum posita organa hymnorum: quæ ad laudem regis ab angelis psallentibus simul sanctis archangelis decantantur: quarum dulcedine vocum ita sanctorum delectantur auditus, ut ipsa modulatione canoris nimia delectatione garrula mens plus

libeat exsultare : cum in duplici fulgore cœli terræ-  
que divinitus radiantis, in ipso candore terreni lumi-  
nis ornata auro vel gemmis Jerusalem civitas diver-  
sarum margaritarum rutilatione coruscet. Cujus  
muri vel portæ, plateæ, vel vici canoræ vocis suavi  
modulamine personant Alleluia. In qua exultatione  
sancti in imagine cœlesti fulgentes, gaudebunt se  
de perditione sæculi liberatos, has divitias cœlestes a  
Deo in perpetuum meruisse. Unde quo tramite ad  
talia perveniendum sit, ad textum superioris pagi-  
næ recitamus.

#### CAPUT IV.

##### INTERROGATIO DISCIPULI CONSEQUENTER.

*Quæ sunt ferramenta spiritalia, cum quibus operari  
possimus artem divinam ?*

##### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Quæ ? fides, spes, charitas, pax, gaudium, man-  
suetudo, humilitas, obedientia, taciturnitas; præ  
omnibus castitas corporum, conscientia simplex,  
abstinentia, puritas, simplicitas, benignitas, honi-  
tas, misericordia; præ omnibus pietas, temperantia,  
vigilantia, sobrietas, justitia, æquitas, veritas, dile-  
ctio, mensura, modus, et perseverantia usque in  
finem.

#### CAPUT V.

##### INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quæ est materies vel causa malorum, quæ in fornace  
timoris Dei excoqui debet ? Vel quæ est ærugo, vel  
sordidatio vitiorum, quam de nobis decet tima ju-  
stitiæ mundare ?*

##### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cavenda nobis vitia hæc sunt : Primo superbia,  
deinde inobedientia, multiloquium, falsitas, avaritia,  
cupiditas, zelus, invidia, iniquitas, odium, inimicitia,  
ira, rixa, contentio, fornicatio, ebrietas, voracitas,  
murmuratio, impietas, injustitia, pigritia, furtum,  
detractio, scurrilitas, levitas, immunditia, vanilo-  
quium, risus multus, vel excessus; subsannatio,  
concupiscentia, dolus, ambitio, vacatio. Hæc omnia  
non sunt a Deo, sed opera sunt diaboli : quæ in die  
iudicii a Deo meritum suum, perpetui ignis gehem-  
nam, merentur.

#### CAPUT VI.

##### INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quæ est officina divinæ artis, vel operatio spiritalium  
ferramentorum ?*

##### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Officina vero monasterium est; in qua ferramenta  
cordis in corporis clausura reposita opus divinæ  
artis diligenti custodia perseverando operari potest.

#### CAPUT VII.

##### INTERROGATIO DISCIPULI.

*De obedientia discipuli, qualis debeat esse.*

##### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Primus humilitatis gradus est obedientia sine  
mora. Sed hæc forma paucis convenit, et perfectis;  
his, qui nihil sibi a Christo charius aliquid æsti-  
mantur propter servitium sanctum quod professi  
sunt, vel propter metum gehennæ, vel divitias vitæ

æternæ, mox ut aliquid imperatum a majore audie-  
riat, moram pati nesciunt in sequendo. De quibus  
Dominus dicit : *Obediuit auris obediuit mihi (Psal.  
xvii)*. Et item dicit doctoribus : *Qui vos audit, me  
audit (Matth. x)*. Ergo hi tales relinquentes statim  
quæ sua sunt, et voluntatem propriam deserentes,  
mox ex occupatis manibus, et quod agebant imper-  
fectum relinquentes, vicino obedientiæ pede ju-  
bentis vocem factis sequuntur : et veluti uno mo-  
mento prædicta magistri jussio, et perfecta discipuli  
opera in velocitate timoris Dei ambæ res commu-  
niter citius explicantur. Sed hæc paucorum perfe-  
ctorumque forma, infirmorum, et pigrorum animos  
in desperatione sua satis non reddat attonitos, sed  
moneat imitandos non considerantes in nobis di-  
versa esse vasa flebilis, cum multum in diversis  
pigritiæ contulit tarda natura. Nam quorundam ad-  
ditus noscuntur surdo stupore hebescere, quorundam  
etiam animos fusione subita in silvosis cogitationibus  
cernimus aberrare. Ideoque remissius distinctionem  
obedientiæ in doctoribus relaxamus, ut combinata  
præceptione discipulis et jussionem suam magistrum  
non pigeat repetere, secundum testimonium Domini,  
qui vocavit, *Abraham, Abraham (Gen. xii)*. Quæ  
ergo repetitio manifestat nobis Dominum ostendisse,  
non posse sufficere unam vocem auditui. Nam in  
ipsis interrogationibus repetita magistri vox repræ-  
batur discipulis. Secunda ideo interrogatio non re-  
spondentibus juste indulgetur, ut prima adhuc discipuli  
taciturnitas non reatui, sed reservatæ magistro re-  
verentiæ custodia deputetur. In qua reverentia utilis  
discipulus tarde creditur frangere taciturnitatem,  
quam continet; ut non ad interrogationem tuam  
mox præceps in lingua suis te responsis occupet  
prius. In præceptionibus vero ideo magistri jussio  
repetitur, ut quamvis tardi aut negligentes sint au-  
ditores, cum secundo eis dicta primitus repetuntur,  
usque adeo dignum est, ut secunda jam obedientibus  
factis mora rumpatur. Si vero tertia, quæ absit et  
contingat, in discipulis obedientiæ mora fuerit, culpa  
contumaciæ reatui deputetur. Nam et illud de dua-  
bus vitis congrue hic et convenienter taxandum  
est (*Matth. xvii*) : id est, latam, quæ ducit ad mor-  
tem; et aretam, quæ ducit ad vitam. In quibus  
duabus vitis diversorum hominum obedientiæ gra-  
diuntur : id est, per latam viam sæcularium, et sara-  
baitarum, et gyrovagorum monachorum : qui aut  
singuli, bini et terni sine majore ipsi sibi æqua-  
liter viventes, et voluntarie ambulantes, et pro  
alterno imperio quicquid placuerit sibi, vicibus in-  
vicem imperantes, et quæ voluerint peculiariter in  
se defendentes : cum in proprio unusquisque consilio  
non vult se vinci, scandalum sibi tales nunquam fa-  
ciant esse absentem. Mox post studiosam litem male  
congregati, a se invicem separantes, et sicut grex  
sine pastore oberrans, per diversa dispersus, sine  
dubio lupi faucibus occisurus; providentes sibi,  
non Deo, sed proprio arbitrio novas iterato cellas,  
et de se solo sibi soli abbatis nomina imponentes.



monasteria videas plura esse quam monachos. In hoc enim via lata a talibus creditur ambulari, cum in nomine monachi communi more viventes, cum laicis solo tonsuræ habitu separati, obedientias suas magis desideriis subministrant, quam Deo; et suo iudicio putant sibi licere, quæ mala sunt: et quidquid voluerint, hoc dicunt sanctum, et quod noluerint, hoc putant non licere. Et acceptum ducentes, ut cogitationibus suis corpori eorum magis provideatur, quam animæ; id est, victum, vestitum, et calcearium magis sibi melius ipsi posse cogitare, quam alium: nam de futuris ratiociniis animæ negligendo ita se reddunt securos, ut sine majorum probationibus sub proprio arbitrio militantes, credant se omnem legem et iustitiam Dei perfecte in cellula operari. Nam si forte supervenientium quorundam majorum cum emendationum quædam eis monita ministrantur, et inutilis eis docetur talis solitaria dispositio habitandi, mox eis displicet cum ipsa doctoris persona consilium; et statim non in consentiendo ei, vel in sequendo eum emendationem promittunt; sed respondent, se vivere debere simpliciter: nescientes illud quod dixit Propheta: *Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in voluntatibus suis* (Psal. xiii). Et illud testimonium Salomonis, quod dicit: *Sunt viæ quæ videntur hominibus rectæ, quarum finis usque ad profundum inferni demergit* (Prov. iv). Ideo enim via lata a talibus ambulatur, quia quocumque eos desideriorum duxerit pes, mox assensu sequuntur: et quidquid concupierint, concupiscentiæ eorum illico paratis-inus servit effectus; et novos sibi licentiæ calles, vel ut liberi sine magistro arbitrii facientes, viam vitæ suæ illicitis voluptatum diversi atibus delectant; et quocumque etiam delectationes voluerint progredi, licentes et patulos sibi præbeant gressus: illud semper scire nolentes, quia homini creato mors iuxta introitum delectationis posita sit (Eccli. xviii). Et quod eis dictum sit: *Postconcupiscentias tuas non eas, et a voluntatibus tuis averte* (Ibid.); surdo auditu pertranseunt. E contrario, quibus vero ad vitam æternam ambulandi amor incumbit, ideo angustam viam arripiunt, ut non suo arbitrio viventes, vel desideriis suis, et voluntatibus obedientes, sed ambulantes alieno iudicio, et imperio, non solum in supradictis desideriis suis et voluntatibus coarctantur, et facere suum nolunt, cum possunt, arbitrium; sed etiam alieno se imperio subdunt, et in cœnabiis degentes abbatem sibi præesse desiderant. Et sine dubio hi tales illam Domini imitantur sententiam, quæ dicit: *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui me misit* (Joan. vi). Et proprium non facientes arbitrium, abnegantes propter Christum semetipsos, sequuntur Deum, quocumque abbatibus præceptio duxerit. Et non solum de temporalibus necessariis, id est, victum, vestitum, et calcearium non coguntur sibi sub abbatis sollicitudine cogitare; sed et de futuris suæ ratiociniis animæ solam in omnibus præceptori obedientiam ministrando, de cæteris utilitatibus suis, tam corporis

quam animæ, redduntur securi. Quia sive bene, sive male, pastori incumbit quod in ovis exercetur; et illum tanget in discussionis iudicio rationem reddere, qui imperat, non qui imperata perficit, sive bona sive mala. Ideo enim via arguta a talibus creditur ambulari, quia propria in eis desideria minime adimplentur: et non quod volunt perficiunt, sed alieni iudicii jugum trahentes, quo ire delectationibus suis voluerint, repelluntur; et a magistro eis quod agere aut facere denegatur. Amaricatur voluntati eorum quotidie in monasterio pro Domino, et ad probationem quæque injuncta fuerint, sustinent velut in martyrio patienter; sine dubio illud Domino cum propheta dicturi in monasterio: *Propter te morte afficimur tota die; æstimati sumus ut oves occisionis* (Psal. xliiii). Et item dicturi postea in iudicio Domino: *Probasti nos, Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum, induxisti nos in laqueum. posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra* (Ibid. lxxvi). Cum ergo dicunt: *Imposuisti homines super capita nostra*, noscuntur habere super se debere majorem constitutum vice Dei, quem in monasterio timeant. Et subsequentes testimonium convenienter item Domino dicent in illo jam saculo: *Transivimus per ignem et aquam, et induxisti nos in refrigerium* (Ibid.); hoc est, transivimus per amaricationes voluptatum nostrarum, et servitio obedientiæ pervenimus ad tuæ refrigerium pietatis. Sed hæc ipsa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, et dulcis hominibus, si quod jubetur non tepide, non tarde, vel cum murmuratione, vel cum responso nolentis efficiatur. Quia obedientia, quæ majoribus præbetur, Deo datur. Sicut dicit Dominus doctoribus nostris: *Qui vos audit, me audit* (Matth. x). Et alibi dicit: *Obediunt auris obedivit mihi* (Psal. xvii). Ergo ipsa obedientia, cum bono animo a discipulis præbeatur; quia hilarem datorem diligit Deus (II Cor. ix). Nam si cum malo animo discipulus obedit, non solum nobis ore, sed et Deo de corde impropere, quod malo animo facit. Et quamvis impleat, quod eis fuerit imperatum; tamen acceptum jam non erit Deo, qui cor ejus respicit murmurantis: et quamvis faciat quod jubetur, tamen cum malo illud faciat animo, nullam de ipso facto mercedem Dominus imputabit: cum scrutans innox Deus corda ejus, triste facientis votum in eo invenit.

## CAPUT VIII.

### INTERROGATIO DISCIPULI.

*De taciturnitate discipulorum, et qualis et quanta debeat esse.*

#### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Humani generis machina nostrum est corpusculum: et cum sit mensura parvum, et in aliquantibus prolixis hominibus vix quinque a terra pedibus erigatur, o jactantiæ vanitas! omnis homo vivens in ipsa parvitate sua altitudinem cœli et latitudinem terre putat se sua sapientia mensurare. Unde scientes

nos ex li: no terræ esse vasa stibilia, et quasi quasdam A terræ glebas, ad parvum tempus erectas de terra, in suo sulco denuo recasuras; humiliat ergo tanquam de terra pulvis dicamus quod sumus: Ergo hæc caro corpusculi nostri quasi quedam domus est animorum; sic vitæ ministerio attributa, sicut servit gladio theca. Sedem vero ipsius animæ in cordis credimus radice fundatam: quæ radix duos in corpore supremos possidet ramos, et plus fragiles in peccato. Unum, in quo corporali ramo quasi per quasdam fenestras oculorum foraminibus de intus animam credimus respicere, et de intrinsecus concupiscentias suas ipsam semper intelligimus incitare. Alium ramum, in quo conceptos fetus cordis ipsa in nobis sonat parturiens per linguæ eloquium: ut per portam exiens oris occupet alienum auditum, et quidquid in nobis agitatur et movetur, anime est actus in corpore. Unde e contrario fit, ut migrante de ipso domicilio anima, totum in mortuo homine desit quod agebatur in vivo ab anima, quæ et mox sua terræ mortua reddita gleba, revertens in naturam terræ hominis terra, absconsoque homine in sepulcro, recooperta fossa in figura sua terra redeat pavimenti; ut similis tunc fuisse terra vivente agnoscat in homine, quæ animæ fuerat vigore erecta, et peregrina vitæ mutata ad tempus. Ideo anima a nobis migrante rigore stare non potest nostri corporis terra; sed cadens in naturam suam abscondit in sinu suo terra facturam, quam genuit. Ergo si hæc anima in nobis oculorum visum, oris eloquium, aurium agit auditum; et cupit propter futuram discussionem factoris sui, voluntati Dei obtemperare, et ejus dum vivit militare præceptis, claudat concupiscentiis suis oculorum fenestras, et humiliatos declinet in terram aspectus; ut mala non videat; et cum curvatus fuerit noster obtutus, ne quæcumque viderit anima concupiscat. Habet deinde anima nostra constitutam portam oris, et seram dentium, quam pravo claudat eloquio: ut non accuset anima factorem suum munificum sibi minime custodiam fabricasse; id est, cum promoverit a cordis radice aliquid in fratrem, et senserit se exterioris muri clausura; id est, oris et dentium sibi exitum denegari, revertens denuo ad radicem cordis, ibi pereat in abhorricatione sua, et ut parvulus allidatur ad petram, quam nascendo per linguam crescat ad pœnam. Alii vero rami corporis nostri, qui imperio cordis deserviunt, a peccato facile refrenantur; id est, tactus manuum, et gressus pedum: quia furem clausura catenæ, et homicidam timenda refrenant judicia, et fugacem retinet pedica. Ergo illa, quæ superius diximus, tria suprema cautius debent a fratribus custodiri: id est, cogitatio, eloquium, et aspectus. Cogitatio, ut mox captivaverit mentem mala cogitatio, signata statim a fratribus sua fronte, vel ipsum pectus, mox ac præcepta Christi suam convertat memoriam, et dicat sibi frater cum Propheta: *Memor sui Dei, et consolatus sum* (Psal. Lxvii). Et idem dicat: *A te scripiar a tentatione, et in Deo meo*

*transgrediar murum* (Psal. xvii). Si vero eloquio iracundo, aut pravo, aut vano, negligentia os armaverit, mox clauso ore et signato crucis sigillo in corde sibi loquatur, dicens cum Propheta: *Dixi custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam: obmutui, et humiliatus sum nimis, et silui a tonis*. His ostendit Propheta, si a bonis eloquiis propter taciturnitatem debet interdum taceri, quanto magis a malis verbis propter peccati pœnam debet cessari? Ergo quamvis de bonis et sanctis, et ædificationum eloquiis perfectis discipulis propter taciturnitatis gravitatem rara loquendi concedatur licentia, tamen ab aliis verbis non interrogati fratres tandiu in taciturnitate stilescent, quandiu taciti frena oris eorum abbatibus interrogatione laxentur. Ideoque taciturnitas debet magnopere a fratribus custodiri: *Quia in multiloquio non effugitur peccatum* (Prov. x). Et ideo, *mors et vita in manus linguæ* (Ibid. x). Nam loqui et docere magistrum concedet, t. cere: et audire discipulo convenit.

## CAPUT IX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quo ordine tacentes fratres aliquas interrogationes faciant abbati.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum de malis tanquam de bonis eloquiis freno taciturnitatis constringuntur discipuli, et licentiæ eorum aditus præsentis magistri custodia observantur; cum necessariæ utilitati eorum aliquæ interrogationes advenerint adhuc clauso ore et signato tacitæ gravitatis sigillo, stantes ante majorem inclinato humilitatis capite, clausum in silentio os clave benedictionis aperiant. Quod si semel dictæ benedictioni ad postulandum eloquium adhuc non respondeat magistri pœmissio, iterato humilitationis capite, et benedictione sola iterum repetita, denuo ab abbate postuletur licentia. Quod si nec sic ab eo responsum fuerit, curvato item in humilitate discipulo, jam ipse frater se tunc demum removeat; ne aut nimius ei appareat, aut improbus, et suo operi redditus adhuc gerat personam tacentis; ut in ipsa humilitate taciturnitatis existimet semetipsum ideo indignum judicatum ad loquendum abbatis judicio; aut forte ad probationem inveniendæ humilitatis, putet sibi discipulus taciturnitatis ideo fuisse non apertam clausuram. Ideo enim ipsam solam benedictionem denuo diximus repetere; ut cum sola est, et sine alio eloquio, tamen reservata diu taciturnitas conservetur: cum denuo repetitur, et post ipsam mox a nolente disceditur, adhuc conservari probata humilitas sentiatur. Non ideo repetitio discipuli refertur magistro, ut non solum propter spiritalem probationem ad inveniendam humilitatem discipuli, dici possit tacere magister; sed ne et corporaliter per cogitatum animo occupatus, vultus ejus aliis cogitationibus obstupescent, vocem precantis discipuli surdis auribus prætermittat; et ne ipsam magistrum

per nimiam et importunam humilitatem in irâ cogat A vitium declinare; et importuna humilitas in impedimento scandali deputetur. Ideo enim diximus post secundam suggestam benedictionem nolenti majori tertiam jam non repetere debere, sed mox discipulum exinde debere discedere, et cum ipsa taciturnitate opus laboris, quod faciebat, debere perficere. Hæc interrogatio benedictionis, quæ vix sola taciturnitate laxatur, cum inclinatione humiliati capitis a discipulis præbeatur; id est, in omni loco, per omnem horam; hæc est, in monasterio, in agro, in via, in horto, vel in quovis loco: ut nunquam desit menti nostræ memoria Dei, propter quem aguntur hæc omnia; ut cum forte aliquis ignarus, talem fratrem interrogaverit, dicens: quare tacitus et tristis es, et inclinato ambulas vultu? respondeat ei: quia fugio peccatum, et timeo Deum: et ut custodiam me ab omni quod odit Deus, ideo sum mihi sollicitus semper. Ad mensam vero sedentes, si interrogationes suas ablati voluerint intimare, ante benedictionem dictam cultelli aut cochlearii, aut panis percussura iudicium sit magistro discipuli postulantis eloquium. Hæc omnia animæ pro Deo necessaria: ideo substantiam taciturnitatis constituimus clausura servari; ut ab oblivione quis non decipiatur tam facile, et præcepte sit semper in lingua. Nam cum per clausuram oris taciturnitas continetur, diu tractetur, vel pergetur in corde, quod possit mundum et sine peccato de ore proferri, dicente Apostolo: *Omne verbum vanum de ore vestro non procedat, sed si quid est ad ædificationem* (Ephes. iv). Et item dicit Scriptura: *Sapienter paucis innotescit verbis*. Et maxime timere ideo, et omni hora nos a multiloquio custodire debemus: quia non potest fieri, ut inter multa verba aliquanta non exeant cum peccato, secundum Scripturam dicentem: *In multiloquio non effugit peccatum* (Prov. x). Unde et Propheta tradens nobis formam ostendit se de his esse sollicitum, et tam a malis quam a bonis eloquiis debere tacere, dicens: *Disis, custodiam vias meas, ut non peccem in lingua mea. Posui ori meo custodiam; obmutui et tacui etiam a bonis* (Psal. xxxviii). Hoc est, ostenditur perfecto discipulo, tam de malis quam de bonis eloquiis debere tacere. Quia etsi loquenda sunt bona eloquia non discipulis, sed magistro debetur doctrina. Nam et sicut dicit Scriptura: *Vita et mors in manibus linguæ* (Prov. xiv). Diligenter ergo et juste debet ipsa amplius refrenari. Hæc enim tanta taciturnitatis districtæ custodia perfectis et puris corde, et mundis a peccato, timentibus perpetua gehennæ incendia, et quærentibus vitæ æternæ divitias immortales, merito præcipitur observanda. Ideoque præsentem abbate non loquantur, nisi interrogati discipuli: absente vero abbate, si de verbo Dei, sibi tamen lente et humiliter, non clamosa voce loquantur: Quia omnis lenta locutio ab humilitate descendit. Si vero de inanibus aut de sæcularibus, vel quibusvis verbis quæ ad Deum non pertinent, inchoaverint discipuli loqui, mox a præpositis suis

eis imperetur silentium. Psalmos vero vel scripturas, extra illas horas tres, in quibus quotidie sine labore tangit legi; et sic laborantes fratres recensere sibi ex animo permittantur. Hanc vero tantam taciturnitatis clausuram superius præsentem abbate de perfectis apud Deum taxavimus; his quibus nunquam de Deo oblivio subripit, et vitia oris quæruunt diligenter cavere, et ex toto mundi, veluti angeli, et a bonis et a malis eloquiis quæruunt tacere pro Domino. Sed quia diversitas concessæ gratiæ secundum mensuram Idei, maxime in negligentibus poterit minorari, tepidis et imperfectis, et minus in sollicitis hoc relaxamus, ut de sæcularibus inquirendis, duntaxat sine peccato aliquid quæ ad ædificationem spiritalem non pertinent, nisi petita benedictione fuerit magis concessa permissio, loquendi licentia non sumatur. De aliquo vero spirituali interrogando sermone, post benedictionem petitam, mox loqui debere discipulum. Scurrilitates vero, vel verba otiosa, et risum moventia æterna clausura damnamus; et ad talia eloquia discipulum non aperire os permittimus.

## CAPUT X.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De humilitate fratrum qualis debeat esse, vel quibus modis acquiratur, vel quomodo acquisita servatur.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Clamat nobis Scriptura divina, fratres, dicens: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur, et omnis qui se humiliat exaltabitur* (Luc. xiv). Cum hæc ergo dicit, ostendit nobis omnem exaltationem genus esse superbiæ. Quod se cavere Propheta indicat, dicens: *Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei* (Psal. cxxx). Et item repetit: *Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me*. Sed quid? *Si non humiliter sentiebam, sed exaltati animam meam, sicut ablactatus est super matrem suam, ita retributio in animam meam*. Unde, fratres, si summæ humilitatis volumus culmen attingere, et ad exaltationem illam cœlestem, ad quam per præsentis vitæ humilitatem ascenditur, volumus velociter pervenire; actibus nostris ascendentibus scala illa erigenda est, quæ erecta in cælum in somnio Jacob apparuit, per quam ei descendentes et ascendentes angeli monstrabantur. Non aliud sine dubio descensus ille et ascensus a nobis intelligitur, nisi exaltationem descendere et ascendere humilitatem ostendit. Scala vero ipsa erecta, nostra est vita in sæculo; quæ humiliato corde et capite suo in præsentem hoc tempore exaltatum a Domino mortis exitum erigat ad cælum: latera enim ejus scalæ certissime credimus nostrum esse corpus. In qua latera diversos gradus humilitatis vel disciplinæ evocatio divina ascendendos inseruit.

Primum itaque humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si timorem Dei sibi ante oculos semper ponens oblivionem omni hora fugiat, semper sit memor omnium quæ præcepit Deus: ut quomodo et gehenna contemnentem Deum de pecca-

tis incendat; et vitam æternam, quæ timentibus Deum præparata est, animo suo semper revocet: et custodiens se omni hora a peccatis et vitiis, id est, cogitationum linguæ, manuum, pedum vel voluntatis propriæ, sed et desideria carnis. Æstimet se discipulus a Deo semper de cœlis respici omni hora, et facta sua omni loco ab aspectu divinitatis videri, et ab angelis omnia renuntiari quotidie. Demonstrat nobis hoc Propheta, cum in cogitationibus nostris ita Deum semper esse præsentem ostendit, dicens: *Scrutans corda et renes Deus* (Psal. vii). Et item dicit: *Dominus novit cogitationes hominum quia vanæ sunt* (Ibid). Et item dicit: *Intellexisti cogitationes meas a longe* (Psal. xciii). Et item dicit: *Quia cogitatio hominis confitebitur tibi* (Psal. cxxxviii). Et, *cor regis in manu Dei* (Psal. lxxv). Nam ut sollicitus sit adversus cogitationes cordis sui perversas, dicat sibi semper vilis frater in corde hæc: *Tunc ero immaculatus coram eo, si observavero me ab iniquitate mea* (Prov. xxi). Ad linguæ vero eloquia ita nobis agnoscimus Deum semper præsentem, cum dicit per Prophetam vox Domini: *Qui loquitur iniqua non dixerit in conspectu oculorum meorum* (Psal. xvii). Et item dicit Apostolus: *De verbo vano reddetis rationem. Quia mors et vita in manibus linguæ posita est* (Psal. c; Prov. xiv). In opere vero manuum nostrarum ita agnoscimus Deum nobis esse præsentem, cum dicit Propheta: *Imperfectum meum viderunt oculi tui* (Psal. cxxxviii). In gressu vero pedum nostrorum ita agnoscimus Deum nobis esse præsentem, cum dicit Propheta: *Sine iniquitate cucurri, et dirigebam, exsurge in occursum mihi* (Psal. lvm). Et item dicit: *Quo ibo a spiri u tuo? et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero in infernum, ades. Si sumptero pennas ante lucem, et habitavero in postremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua* (Psal. cxxxviii). Voluntatem vero propriam ita præsentem Domino facere prohibemur, cum dicit Scriptura nobis: *Et a voluntatibus tuis avertere* (Eccli. xviii; Matth. iv). Et item rogamus Dominum in oratione Dominica, ut fiat illius voluntas in nobis. Docemur ergo merito nostram non facere voluntatem; cum cavemus illud quod dicit sancta Scriptura: *Sunt viæ quæ ab hominibus putantur rectæ, quarum finis usque ad profundum inferni demergit* (Prov. xviii). Et cum iterum cavemus illud quod de negligentibus dictum est: *Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in voluntatibus suis* (Psal. xiii). In desideriis vero carnis ita nobis credamus Deum semper esse præsentem, cum dicit Propheta: *Domine, ante te omne desiderium meum* (Psal. xxxvii). Cavendum vero ideo malum desiderium, quia mors secus introitum delectationis posita est: unde Scriptura præcipit dicens: *Post concupiscentias tuas non eas* (Eccli. xviii). Ergo si oculi Domini speculantur honos et malos, et Dominus de cœlo semper respicit super filios hominum, *ut videat, si est intelligens, aut requirens Deum* (I sal. xxxiii): et si a deputatis angelis nostris

A quotidie die noctuque Domino factorum nostrorum opera nuntiantur; cavendum ergo est omni hora, fratres, sicut dicit in psalmo tertio decimo Propheta (Psal. xiii); ne nos declinantes in malum, et inutilis factos aliqua hora aspiciat Dominus; et parcendo nobis in hoc tempore, quia pius est, expectat nos converti in melius, dicat nobis in futuro iudicio: *Hæc fecisti, et tacui* (Psal. xliii).

Deinde secundum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si propriam non amans voluntatem, desideria sua non delectetur implere: sed vocem illam Domini factis imitetur dicentis: *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui me misit* (Joun. vi). Et iterum dicit Scriptura: *Voluntas habet pœnam, et neessitas parit coronam*.

B Deinde tertium humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si postquam nihil suo iudicio præsumens eligat quæ non expediant, dicente Scriptura: *Sunt viæ quæ videntur hominibus rectæ; quarum finis usque ad profundum inferni demergit* (Prov. xiv). Et item dicit David: *Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in voluntatibus suis* (Psal. xiii). Item dicit Apostolus: *Omnia licent, sed non omnia e. pediant. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate* (I Cor. vi). Ergo non solum cavens hæc discipulus, sed et omni obedientia se subdat majori; imitans Dominum, de quo dicit Apostolus: *Factus obediens usque ad mortem* (Phil. ii). Et item vox Domini laudat de hac obedientia populum gentiliū, dicens: *Obauditū auris obedint mihi* (Psal. vii). Et sub abbate sibi nos Dominus obaudire demonstrat, cum dicit doctoribus nostris: *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit* (Luc. x).

C Deinde quartum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si in ipsa obedientia duris et contrariis rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis injuriis tacite patientiæ constantiam amplectatur, et sustinens non lassescat, vel discedat, dicente Scriptura: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* (Matth. x). Et item de tali ro hortatur nos Propheta, dicens: *Confortetur cor tuum, et sustine Dominum* (Psal. xxvi). Et ostendens fidelem pro Domino universa etiam contraria sustinere debere per sufferentium dicit Propheta personas: *Propter te morte afficimur tota die: æstimati sumus ut oves occisionis* (Psal. xliiii). Et securi de spe retributionis divitiæ subsequuntur gaudentes ac dicentes: *Sed in omnibus his superamus, propter eum qui dilexit nos* (Rom. viii). Et item in alio loco Scriptura ex ipsorum persona dicit: *Probasti nos, Deus, igne nos e. amikasti, sicut igne examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum; osuisti tribulationes in dorso nostro* (Psal. lxxv). Et ut ostendat nos sub majore esse debere, subsequitur dicens: *Imposuisti homines super capita nostra* (Matth. v): sed et præceptum Domini in adverso, et in injuriis per patientiam adimplentes, qui percussi in maxillam præbent aliam; sublata tunica dimittunt et pallium: angariati milliario vadunt et

duo : cum Paulo apostolo falsos fratres sustinent, et persecutionem sufferunt, et maledicentes se magis benedicunt (*II Cor. xi*).

Deinde quintum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si omnes cogitationes malas cordi suo advenientes, vel mala a se absconse commissa, per humilem linguæ confessionem abbati non celaverit suo. Hortans nos de hac re Scriptura dicit : *Revela Domino viam tuam, et spera in eum (Psal. xxxvi)*. Et item dicit : *Confitemini Domino, quoniam bonus est, quoniam in sæculum misericordia ejus (Psal. cv)*. Et Propheta Domino dicit : *Delictum meum cognitum tibi se. i, et injustitias meas non operui. Dixi pronuntiabo adversum me injustitias meas Domino : et nox : Tu remisisti impietatem cordis mei (Psal. xxxi)*.

Deinde sextum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si omni vilitate vel extremitate contentus sit ; et ad omnia quæ sibi præbentur velut operarium malum se judicet, et indignum ; dicens sibi cum Propheta : *Ad nihilum sum redactus, et nescivi ; et jumentum factus sum apud te, et ego semper tecum (Psal. xcii)*.

Deinde septimum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si omnibus se inferiorem et viliorē, non solum sua lingua pronuntiet, sed etiam intimo cordis credat affectu : humilians se et dicens : *Ego autem sum vermis, et non homo : opprobrium hominum, et abjectio plebis (Psal. xxi)*. *Exaltatus sum, et humiliatus sum, et confusus (Psal. lxxxii)*. Et item semper dicat talis frater Domino : *Bonum mihi est, Domine, quia humiliasti me, ut discam mandata tua (Psal. cxviii)*.

Deinde octavum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si nihil agat, nisi quod communis monasterii regula vel majorum cohortantur exempla ; dicens cum Scriptura : *Quia lex tua meditatio mea est (Psal. cxviii)*. Et cum interrogat patrem suum, annuntiabit ei ; seniores suos, et dicent ei : id est per suam doctrinam abbas.

Deinde nonum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si linguam ad loquendum prohibeat, et taciturnitatem habens usque ad interrogationem non loquatur, monstrante Scriptura, quia *in multiloquio non effugies peccatum (Prov. x)*. Et quia : *Vir linguosus non dirigetur super terram (Psal. cxxxix)*.

Deinde decimum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si non sit facilis ac promptus in risu, quia scriptum est : *Stultus in risu exaltat vocem suam (Eccles. xxi)*. Et, *sicut spinarum crepitantiam sub olla vox, ita et risus hominis (Eccl. vii)*.

Deinde undecimum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si cum loquitur, leniter et sine risu, humiliter cum gravitate, vel pauca verba et sancta loquitur : et non sit clamorosus in voce, scriptum est : *Sapiens verbis innotescit paucis*.

Deinde duodecimum humilitatis gradum in scala cœli ascendit discipulus, si non solo corde, sed etiam

ipso corpore humilitatem videntibus se semper indicet : quod est, in opere Dei, in oratorio, in monasterio, in horto, in via, in agro, vel ubicunque sedens, ambulans, vel stans, inclinato semper capite, defixis in terra aspectibus, reum se omni hora de peccatis suis existimans, jam se tremendo judicio representari existimet : dicens sibi in corde semper illud, quod publicanus ante templum stans fixis in terra oculis dixit : *Domine, non sum dignus, ego peccator, levare oculos meos ad cælum (Luc. xviii)*. Et item cum Propheta dicat sibi talis discipulus : *Incurvatus sum, et humiliatus sum usquequaque (Psal. cxviii)*. Ergo his omnibus humilitatis gradibus a discipulo perascens, vitæ hujus in timore Dei benepersubitur scala ; et mox ad charitatem illam perveniet, quæ perfecta foris mittit timorem. Per quam universa, quæ prius non sine formidine observabat, absque ullo labore, velut naturaliter, ex consuetudine incipiat custodire ; non jam timore gehennæ, sed amore ipsius consuetudinis bonæ, et delectatione virtutum : quæ Dominus jam per operarium suum mundum a vitiis et peccatis a Spiritu sancto dignabitur demonstrare.

Quibus ergo perascens gradibus, post exitum vitæ sine dubio talis anima ad illam retributionem animi introitura est, quam demonstrat Apostolus dicens : *Non sunt condignæ passionibus hujus sæculi ad supercenturam gloriam quæ revelabitur in nobis (Rom. viii)*. Illam vitam æternam tales animæ recepturæ sunt, quæ in sempiterna lætitia et exultatione permanet, et ulterius fluiri non novit. In qua est flos purpureus rosarum nunquam marcescens : in qua nemora florida perpetua viriditate vernant : ubi prata recentia semper melleis affluunt rivis ; ubi croceis gramina floribus redolent, et halantes campi jucundis admodum odoribus pollutæ auræ. Ibi vitam æternam habentes nares aspirant : lumen ibi sine umbra, serenitas absque nubilo, et absque tenebris nocturnis perpetuam diem oculi perfruuntur. Nulla ibi impediuntur occupatione deliciæ ; nulla penitus sollicitudine ibi securitas conturbatur. Mugitum, ululatum, lamentum et luctum nunquam illic auditum vel nominatum est : fœdum, deformē, tetrum, nigrum, horrendum aliquid, aut sordidum, nunquam ibi penitus visum. Pulchritudo in amœnitate nemorum ; splendor in aere jucundo ; et formositatem atque omnem elegantiam sine intermissione patentes oculi perfruuntur ; et nihil omnino quod conturbet mentem, auribus datur. Sonant enim ibidem jugiter organa hymnorum ; quæ ad laudem Regis ab angelis et archangelis decantantur. Amaritudo et fellis asperitas ibi locum non habet. Tonitrua ibi nunquam audita sunt ; fulgura et coruscationes nunquam apparuerunt. Cinnamomum illa virgulta gignunt, et balsamum arbusta prorumpunt. Odor aeris delectationes per omnia membra diffundit. Esca ibi nulla stercorea conficit : sicuti enim bono nuntio aures et bono odore nares, et bono aspectu oculi saginantur ; et ipsa refectio non potest in digestionem pro-

rumpere : quia non in esca et potu, sed in aspectu, A odoratu, et auditu constat delectationis saginatio; ita illic refectio, quam os susceperit, melliflua in gustu hoc unicuique sapit in os, quod fuerit delectatus : statim denique quod concupierit anima, concupiscentiæ ejus paratissimus servit effectus. In qua delectatione vero vel lætitia, nec ætas senectutem, nec vita terminum, nec suspectam ulterius mortem tales deliciæ reformidant. Nec in his perennium divillarum usibus possessor desinit, et hæres succedit : cum nesciant ulterius mortem, qui benefacti pretio vitam æternam semel moriendo emerunt. Hæc est sanctorum cœlestis patria. Beati qui in hac regione perenni, et per scalam præsentis temporis observantiæ gradibus humilitatis ascensis, potuerint elevari; ut in perpetua cum Deo exultatione lætentur : quam præparavit Deus his qui diligunt eum, et custodiunt mandata ejus, et mundo sunt corde.

[Explicit actus militiæ cordis pro timore Dei, quemodo effugiantur peccata. Incipit ordinatio monasterii, modus, observatio, gradus, continentia, custodia, et mensura : in quibus diversis hæc monasterii regula dictante nobis, et dictata dis utiente Domino, nuncupatur.]

### CAPUT XI.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

#### *De præpositis monasterii.*

#### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Superioribus hujus regulæ paginis, fratres, actus C justitiæ nobis Dominus ordinavit ; in quibus perfectis et vita acquiratur æterna, et gehennæ æstus et incendia fugiantur. Sed ille hostis honorum actuum diabolus, ideo est humano generi inimicus, cum non patitur ibi ascendere hominem bene agendo, unde ipse per superbiam suam projectus est : ne venenosis actibus suis bene viventium mores inficiat, et diversis occasionibus suis per oblivionem nostros forte occupet sensus, ut a Deo faciat alienos ; ideoque adjutorio Domini procuratur, et constituitur, ut duo electi fratres, quorum gravitas, sapientia, moderatio, vigilantia, seu humilitas, vel actuum perfectorum fuerit exercitatio approbata, decem fratrum curæ præpositi ordinentur. Nam, sicut scriptum est, doceant vos terrena, et quæ sunt cœlestia. Quia sicut in hominis domo, ut securus sit de omnibus præparandis, dominus rei ordinat majores familiæ, quos vice domini minores timeant ; id est, vice dominum, villicum, saltuarium et majorem domus, sic et in domibus divinis, id est, in ecclesiis et monasteriis, Deus minoribus majores præposuit, ignaris peritos, astutos simplicibus, et divinæ artis discipulis orlinavit magistros : id est, in ecclesiis episcopos, presbyteros, diaconos, vel clerum : quorum vice Dei imperia audiat et timeat plebs, et notitiam salutiferæ legis ab eis addiscat. In monasteriis vero abbates et præpositos, quos pro salute animæ suæ audiant majores, et vice Dei præpositi militiam timeant. Quia sive sacerdotibus in ecclesia, sive ab-

batibus, vel præpositis in monasterio hoc dixit Deus: Qui vos audit, me audit : et qui vos spernit, me spernit (Luc. x). Et iterum dicit nobis per Jeremiam prophetam Dominus : Dabo vobis pastores et doctores secundum cor meum, et pascent vos pascentes in disciplina (Jer. xiii). Ergo secundum illam figuram humanæ domus, quanto magis in divina domo pro causa Dei gradus doctrinæ vel timoris debent servari? ut ad purganda vitia vel peccata fratrum, cum præpositi fuerint ordinati, aliquantulum abbas de animarum in se fratrum susceptarum custodiendis rationibus reddatur securus. Cujus ergo honoris ordinatio hæc sit. Convocatis eisdem decem fratribus ab abbate, præsentem omni congregatione, in oratorio, susceptione virgæ decem illis præponantur voce abbatibus, testimonio Scripturæ dicentis : Reges eos in virga (Psal. ii) : id est, in timoris vigore. Item dicente Apostolo : Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate? (I Cor. iv.) Nam et Moyses divinæ virgæ virtutis commisso sibi populo per profandam maris salutis viam ostendit (Exod. xiv) : quo iudicio virgæ causam Dei ante Pharaonem egisse monstratur ; ut projecta de manibus in terra, et mutata in bestiam, item de bestia ut assumpta sacris virgæ manibus redderetur. Ergo secundum hanc constitutionem, si grandis fuerit congregatio, denis fratribus bixos debere præponi, hujus scilicet meriti ordinarii, cujus supra taxavimus : et ideo decem non amplius ordinavimus duorum curam præpositorum debere suscipere : ut sequestrati per laboris loca fratres singulos præpositos ad custodienda vitia præsentem habeant secum ; et in paucis creditis idoneis sit diligentia custodiens. Nam in multis quod non occurritur, prætermittitur negligenter : quia in paucis fratribus commissis alterna duorum præpositorum exstat diligentior cura, et apud abbatem facilis sit ratio de paucis exacta. Cujus paucitatis idoneum designat Dominus servatorem, et ejus diligenti curæ ampliat creditum, dicens : Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituam (Matth. xxv). Ergo hi præpositi, cum decem numero fratres sub sua cura suscipiant, hanc in eis debent sollicitudinem exercere, sive in die, sive in nocte, sive in quovis opere cum eis, ut sint primo præsentem, et cum eis operantes in quovis opere : ut cum sedent, ambulant, vel stant, diligentem suam observantiam, vel curioso intuitu diaboli ab eis debent actus compescere : sive vitia, vel peccata oris cum voluerint exercere, mox in eis monitionibus emendare ; et omne in eis, quod contra præceptum divinum est, remove : agentes illud, quod sancta Eugenia, quæ ita suis minoribus præfuit, dicente Scriptura ipsius, ita circa os omnium auribus erat sollicita, ut nullum patere in juramenti verba prorumpere, vel de sermone aliquo otioso garrere : sed monebat sancta Eugenia susceptos suos, et dicebat : Quanta reverentia debeamus Domino servire ex præceptis ejus ostenditur ; si talem nobis ante oculos personam constituamus, quæ non debeat in

nullo præcepto contemni. Ideo enim duos diximus A  
uni decadae præpositos ordinari, ut si forte aliqui fra-  
tres ex eadem decada ab abbate in alio sequestrato  
laboris opere deputentur, uni committantur præpo-  
sito, sequestratis a se suis fratribus alium relinquen-  
tes. Si vero in via unus mittendus sit frater, cum  
præceptione diversæ vitiorum custodiae a præposito  
suo monitus itinere dirigatur. Sed talis mittatur de  
eadem decada, de quo certus sit præpositus suus  
sua vitia posse diligenter cavere; et in absentia  
præpositi sui Dei magis præsentiam deputare, et ampli-  
us debere timeri a fratre pro anima sua sollicito  
præsentiam Dei, qui discussor noster erit et iudex,  
quam hominis. Qui ergo præpositi, propter quod  
omni hora fratribus præsentibus sunt, os eorum vel  
gestum a peccato custodiant, et diversa in eis vitia B  
vel prava compescant: id est, si audierit præpositus  
fratrem non interrogatum loqui, moneat eum dicens:  
Qui agis, frater, quod regula prohibet? habeto taci-  
turnitatem usque ad interrogationem. Dic cum Pro-  
pheta Domino: *Pone, Domine, custodiam ori meo,  
et ostium circumstantiæ labiis meis. Esto promptus ad  
audiendum, tardus vero ad loquendum (Psal. cxl;  
Jac. 1)*. Quod si datus fuerit locus loquendi, custo-  
diat eum præpositus, ne satis clamorosa voce loqua-  
tur, quod sapientes non decet: et mox moneat eum  
præpositus, dicens: Cessa, frater, nescit sic humi-  
litas loqui: quia scriptum est: *Vir linguosus non  
dirige ut super terram (Psal. cxxxix)*. Quod etiam si  
lente fuerit alio forte locutus, custodiat eum præpo-  
situs, ne verbum aliquod vanum aut risui aptum,  
vel quod ad ædificationem et sanctitatem non perti-  
net, de ore suo emitat: quod cum audierit, moneat  
eum præpositus dicens: Quid loqueris, frater,  
quod regula vetat? Quia scriptum est: *De verbo vano  
reddetis rationem (Matth. xii)*. Et item dicit Aposto-  
lus: *Omnis sermo malus de ore vestro non procedat,  
sed si quis est ad ædificationem, ut det gratiam au-  
dientibus (Ephes. iv)*. Nam ipsa ædificatio ab abbate  
præbenda est: ut magistri ministratæ doctrinæ taci-  
tus auditus discipuli factis respondeat. Ergo moneat  
prava loquentem discipulum præpositus, dicens:  
Claude os tuum, frater, a malo eloquio: bonum ali-  
quid inde debet exire, unde profers malum, ut bo-  
num oris tui eloquium audientes admiremur, quam  
malum tecum pariter potius rideamus. Non enim utilis  
est de quo ridetur. Sedeat enim super os tuum sa-  
pientia cum clavi justitiæ ac timoris Dei, et ipsa bo-  
nis eloquiis claudat labia tua. Nam cum verbum va-  
num, frater, de ore tuo exierit, quamvis per risum,  
tamen nostræ perit auitui; quia exiens per os re-  
dire non potest: sed ratio ejus servatur usque ad  
præsentiam discussoris, et cum non ædificet actum,  
aggravat eam, et vulnerat animam; et ne de  
eloquiis nostris in die iudicii dicatur: *Vana locuti  
sunt unusquisque ad proximum suum (Psal. xi)*. Nam  
et Origenes sapiens dicit: *Molus est lapidem in va-  
sorum jactare, quam verbum*. Si vero fratrem audierit  
incontinentem, moneat ad veritatem, dicens: Quid

mentiris, frater, cum scias scriptum: *Perdes eos qui  
loquuntur mendacium? (Psal. v)*. Et item cum scias,  
quia *universæ sunt viæ Domini misericordiæ et veritas  
(Psal. xxiv)*. Si vero audierit multum fratrem juran-  
tem, moneat eum prævens præpositus, dicens: Re-  
tine, frater, linguam tuam: quid tantum iuras? cum  
præcipiat Scriptura *non jurare omnino (Matth. v)*;  
ne perjurare nascatur causa perjurii, is sit sermo  
tuus: est, est, non, non; crede, crede: et innox cre-  
dimus tibi quod dixeris. Si vero viderit fratrem ira-  
scentem fratri, moneat eum prævens præpositus di-  
cens: Quid agis, frater? in mansuetudine et taciturni-  
tate, et charitate, opera tua perfice; quia scriptum  
est: *Desine ab ira, et derelinque furor (Psal.  
xxxv)*. Et item: *Qui fratre suum odit, homicida est  
(I Joan. iii)*. Et item: *Qui dixerit fratri suo rasha,  
reus erit iudicio (Matth. v)*. Et, *quia homo iracundus, ju-  
sitiæ Dei non operatur (Jac. 1)*. Et non licet unicui-  
que nisi ante solis occasum cum inimico redire in  
gratiam; dicente Domino per Apostolum: *Sol non  
occidat super iracundiam vestram (Ephes. iv)*. Si au-  
tem viderit fratrem satis promptum in risum, moneat  
eum prævens præpositus, dicens: quid agis,  
frater? cum gravitate fac quod facis: quia conver-  
sionis tempus non est kelitiæ ad ridendum; sed po-  
nitentiæ tempus est ad lugenda peccata, sicut scri-  
ptum est: *Providamus ante Dominum, ploremus ante  
Deum qui fecit nos (Psal. xcvi)*. Et item: *Qui semi-  
nant in lacrymis, in gaudio metent (Psal. cxxv)*. Et  
item Scriptura dicit: *Beati qui temporaliter stetit,  
quia ipsi ridebitis in æternum, nam stultus in risu  
exal:at vocem suam (Eccles. xxi)*. Si viderit fratrem  
alium maledicentem, moneat eum prævens præpositus  
dicens: Compece os tuum, frater, a maledi-  
ctione; memorare Deum qui dixit nobis per Aposto-  
lum: *Benedicite, et nolite maledicere (Rom. x1)*. Et  
sicut non potest fons ex uno foramine aquam pro-  
ferre simul amaram et dulcem; sic nunc nos cum  
de lingua nostra benedicimus Deum, quomodo pos-  
sumus per eandem linguam maledicere hominibus,  
qui ad imaginem et similitudinem Dei plasmati sunt?  
Item si viderit fratres fluxis corporibus, vel resolutio-  
sensu aliqua levitate se extollere, moneat eos præ-  
vens præpositus, dicens: cum gravitate sedete, am-  
bulate, et state, fratres: quia oculi Domini respiciunt  
nos de cælo omni hora, in quovis loco, bonos  
et malos, sicut dicit David: *Dominus de cælo respicit  
super filios hominum; ut videat, si sunt in elegantes  
et requirentes Deum (Psal. lxxiii)*. Timeamus ergo,  
fratres, ne qua nos hora declinantes in malum, et  
inutiles factos aspiciat, et non sit qui faciat bonum,  
non sit usque ad unum. Et quia dicit Proheta:  
*Odisti observantes vanitatem supervacua (Psal. xxx)*.  
Nam quicquid non est ex Deo, ex peccato est, et  
quod non ædificat, destruit. Qui præpositi dum hæc  
quotidie die noctuque omni hora sollicite in com-  
missis sibi fratribus scrutantur, et ipsi proficiant,  
cum alios custodiunt: et alios custodiendo cum a  
malis evacuant, se omni hora occupant de bonis;

quia beatum os reddunt bona per eum dicta in alienum auditum intrantia. Ergo dum in fratribus diligenter custodit præpositus, in assignato sibi aliquo laboris opere ab abbate, remissius exigatur. Quia quod minus corporaliter in manibus, plus sollicito sensu spiritualiter ad correptionem pro causa Dei laborat; et quod minus laborat manibus, plus mentibus operatur. Ideo etenim opus cujuslibet laboris remissius exigi præpositos diximus, ne urgens eos consanguanda carnalis opera in spiritalibus custodiis occupati præpositi negligentiam operetur, et causa Dei prævalentibus vitiis abolescat; quando plus carnis sumptui curritur, quam causæ ipsius laboratur. Sed fidem spe sumentes, Dominum Deum credamus usibus nostris omnia necessaria ministrare, quod minus nobis potuerint manus nostræ perficere: confortante nos de his omnibus scriptura sancti Evangelii dicentis: *Nolite cogitare quid manducetis, aut quid bibatis, aut quid induamini, quia hæc omnia gentes cogitant, quæ Deum non cognoverunt. Sed quærite regnum Dei, et justitiam ejus, et hæc omnia apponentur vobis. Scit enim Pater vester qui in cælis est, quia hæc omnia indigetis. Considerate volatilia cæli, quæ neque arant, neque seminant: et Pater vester cælestis pascit ea: quanto magis vos?* (Matth. vi.) Vestitaria fratrum sub sua cura præpositi contineant: lectis eorum lectos præpositi habeant prope, propter aliquam in eis vitiorum culpam in nocte emendandam. Singulos præcipimus non binos per lectum dormire. Et levans se frater si lectum suum bene non recooperuerit, pœnæ nomine in sequenti refectione merum non accipiat. Cum dormiunt, vestiti dormiant et cincti; id est, aut cingulis, aut testibus, aut corrigia. Bracile fratrem in nocte uti ideo prohibemus, ne dum se regirat per somnum oppressus, exiens per thecam mucro cultelli carni ejus figatur. In die vero cingantur braciilibus, docente de sancto Joanne Scriptura: *Et circa lumbos erat cinctus zona pellicea* (Luc. v). Et ideo vestitos et cinctos dormire diximus fratres; ut cum hora operis Dei advenerit, et oratorii index sonaverit noctu, mox parati consurgant: dicente de hoc Scriptura: *Et index meus in matutinis, si dicebam narrabo sic* (Psal. lxxi). Nam ideo index nomen accepit ab eo, quod sono suo psallendi horam indicet advenisse. Ideo de eo Propheta dicit: *Si dicebam narrabo sic*: hoc est cum indicat advenisse horam psallendi, sic narrabo laudes Domini. Inde ergo vestiti et cincti debent fratres dormire: quia non licet fratrem nuda membra sua contingere: nam exinde immunditiæ libidinum in animam ingeruntur. Cum membrorum nuditas tactu contingitur, seminarum illico cordi desideria titillantur: unde per somnum coinquinantur membra sorditate. Et maxime ideo vestiti et cincti debent fratres dormire, ne quærentes in obscuro res suas vel cingula, ab ingredientibus oratorium sollicitis vel paratis fratribus, cum adhuc illi lectos suos per negligentiam in obscuro subvertendo, et dissipando revolvunt, aliquot orationes perdant, aut psalmos. Lectis eorum lectos ha-

beant præpositi prope, propter aliquam, ut diximus, vitiorum culpam in eis emendandam, et ut reverentius præsentem majore dormiant. Mensæ eorum præsentibus sint, ut tacite cum eis et moderate manducent. Hoc de numero in quovis loco si sine præcepto tam abbatis quam præpositi, frater foras exierit, ab eis sollicitè requiratur.

## CAPUT XII.

### INTERROGATIO DISCIPULI.

#### *De excommunicatione culpæ*

#### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

In his omnibus supradictis si quis frater contumax, aut superbus, aut murmurans, aut inobediens præpositis suis frequenter extiterit; et secundum divinam præceptionem semel, et secundo vel tertio, vel quovis vitio monitus et correptus non emendaverit, referatur hoc a præpositis abbati: et qui præest secundum qualitatem vel meritum culpæ perpenderit, et tali eum excommunicatione condemnet, ut sciat, qui Deum contemnit, quomodo dignus est judicari per contemptum majori exhibitum; dicente ipso Domino doctoribus nostris: *Qui vos audit me audit; et qui vos spernit, me spernit* (Luc. x). Quæ excommunicatio tale habeat meritum.

## CAPUT XIII.

### INTERROGATIO DISCIPULI.

#### *Quomodo debeat frater excommunicatus tractari.*

#### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum suggestum fuerit a præpositis abbati meritum inobedientis, jam non dicendus frater, sed hæreticus legis; jam non dicendus filius Dei, sed operarius dæmonis, qui dissipando sanctorum facta, velut quædam scabies est procreata in grege. Convocet eum abbas præsentibus suis præpositis, vel cætera congregatione circumstante; et interrogati ab abbate præpositi ejus, quid peccaverit, vel quoties monitus de ipso vitio non emendaverit; respondeant quid eum accusant. Quo audito vitio talem abbatis contra se audiat vocem: *O misera anima, quod es responsum datura Deo, quem per inobedientiam quotidie irritas, cum accesseris adorare eum? quare sub dominio Dei servis potius mammæ? quid mentiris Christo alter Judas? Ille Judas iniquitatis pretio justitiam vendidit, tu Christianum nomen laceras malefactoris. Ille Judas per pacem falsam Domino scandalum generavit, tu sub nomine sancti servitii Deo magis rebellis existis. Ille Judas falsus tradidit magistrum discipulus, tu sub nomine sancto magis diabolum factis sequeris Christianus. Adstare enim te habet in judicio nostra monitio, vel tuus spiritus, cui cum carne per propriam voluntatem repugnans, Deo ante tribunal tremendi judicii dicens: *Domine, noluit intelligere, ut bene ageret: iniquitatem meditatus est, adstitit omni viæ non bonæ* (Psal. xxxvi). Malitiam autem non odivit, sed magis gloriatus est in ea: potens fuit in iniquitate. Cum hæc accusatus fueris in judicio, post nostram*



simul et ipsius tremendi iudicis audias vocem, dicentis tibi : Tu es qui odisti disciplinam, et projecisti sermones meos post te. Si videbas furem, simul curabas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas. Us tuum abundavit malitia, et lingua tua concinnavit dolum. Sedens adversus fratrem tuum detrahebas, et ponebas scandalum. Tota die injustitiam cogitavi lingua tua; sicut novacula acuta fecisti dolum, dilexisti malitiam super benignitatem : iniquitatem magis quam loqui æquitatem. Dilexisti omnia verba præcipationis in lingua dolosa. Hæc fecisti, et tacui : existimasti iniquitatem quia eram tibi similis : arguam te, et statuam illam contra faciem tuam, ut destruat te Deus in finem : evellet te, et emigrabit te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viventium (Psalm. xlix, li). Tunc etiam et omnes iusti de sua gloria in iudicio videbunt te, cum ab eis fueris sequestratus ad sinistram inter hælos, et super te ridebunt ipsi, dicentes : Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem sibi, sed prævaluit in vanitate sua, et non fuit timor Dei ante oculos ejus (Psalm. li) : quoniam dolose egit in conspectu ejus, et dixit ut insipiens in corde suo : Non requirit Deus; avertit faciem suam ne videat usque in finem (Psalm. ix). Et ignoravit, quia inimici qui mentiuntur Domino, erit tempus eorum in pœnam æternam. Quid ad hæc dicturus es, Deo? quas afferre ei habes, miser, excusationes in peccatis? cum tua te primo impugnaverint mala, et gehenna expectaverit ut incendat. Post hanc increpantis vocem ante congregationem abbatis statim exigi jubeatur ab oratorio et communi mensa, et extraneus deputetur : et cum inimicus Dei designatur, non debet ex illa hora jam fratribus esse amicus. Ideoque ab hac excommunicationis hora, soli posito et sequestrato ei aliqua laboris opera propter otiositatem a præposito suo consignetur ; in quo labore nullo fratrum jungatur solatio, nullius eloquio consoletur, tacito omnium pertranseat aspectu ; petenti benedictionem nullus respondeat, Dens : quidquid ei porrigitur a nullo signetur ; quidquid vero extra opus assignatum peculiariter vel ultro effecerit, dispergatur, vel dissipetur : sit ubique solus, et ei sola culpa solatium. Quod si forte propter levitatem culpæ non ei voluerit abbas duplicare jejunia, si fratres sexta reficiunt, ille ad nonam horam de uno pulmento ; et panis cibarii sibi frumentum, et aqua a præposito suo pro misericordia porrigatur. Si inculpabiles fratres hora nona reficiunt, illius supradicta refectio protrahatur in vesperum ; ut sentiat, quid ei malorum culpa contulit, quid per negligentiam honorum amisit. Si quis vero frater aut palam, aut absconse, cum eo fuerit collocutus aut junctus, communem statim cum eo excommunicationis protrahat pœnam, et ab omnibus ipse reus sit ; atque in alio laboris ipse opere sequestretur a præposito suo : et sit ipse tam ab illo reo, quam ab omnibus separatus et solus, et mox ab omnium et ipse alienus alloquio. Nam non ad veniam majoris et ipse pertingat, nisi pœnitentiæ si-

A nihil satisfactio ab eis æqualiter fuerit operata : illius propter quod exstitit inobediens in vitio vel peccato istius, qui mercedem consolationis tribuit peccato artifici. Frater qui levem culpam habuerit, et post primam, et secundam, et tertiam monitionem de unoquoque vitio non emendaverit, a mensa excommunicetur, non ab oratorio. Quæ excommunicatio tandiu inoffensa permaneat, quoadiu a reo majori humilitatis satisfactio, humiliato ad genua capite, se de cætero promiserit emendare. Qui vero frater gravem culpam admisit, ipse ab utroque excommunicetur : id est, ab oratorio, et a mensa : et non ipse ad indulgentiam majoris perveniat, nisi ante limen oratorii prostratus lacrymabilis voce intervallo cessantium a psalmis horarum Deo B et omnibus emendatione satisfecerit reprimisæ. Si tamen propter inanitatem ponderis culpæ citius voluerit abbas veniæ consentire quod dictante Domino, sequens pagina demonstrabit. Ille vero frater qui excommunicatus a mensa, non ab oratorio fuerit, tandiu antiphonam aut lectionem non imponat, quoadiu de culpa illa emendatione promissa satisfecerit, aut abbatis presentis, aut præpositi sui ad genua incurvatus. Excommunicati vero fratres si ita superbi exstiterint, ut in superbia cordis perseverantes, in tertia die hora nona satisfacere abbati noluerint, custoditi usque ad necem eedantur virgis : et si placuerit abbati, de monasterio expellantur, quia talis vita necessarios non habet corporales vel C societas fratrum, quos in anima superba possidet mors. Nam merito ergo tales debent plagis mactati expelli, qui esse cum Christo humilitatis Domino non inerentur : sed sint a perpetuis promissis Dei cum auctore suo diabolo separati ; qui de cælorum regnis propter superbiam suam projectus est. Ergo ad superiorem excommunicationum vel satisfactionis sensum, ut cœpimus, prosequamur. Ergo hujus pœnitentiæ modum ac satisfactionem Deum et abbatem credimus acceptare.

## CAPUT XIV.

## INTERROGATIO DISCIPULI:

*Quomodo excommunicatus debet pœnitere.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

D Cum hora officii in oratorio exercetur ; id est, cum expleto psalmo ab omnibus orationi incumbitur, sic tunc excommunicationis reus prostratus ante limen oratorii hæc cum lacrymis clamet : Peccavi, et peccatum meum ego agnosco : erravi, emendare polliceor : jam non peccabo de cætero. Rogate pro me, sacræ congregationes, a quibus quondam per meam negligentiam et diaboli suasionem separari merui. Rogate pro me, mei quondam præpositi. Ignosce tu, pastor bone, et pie pastor abbas. Relinque nonaginta novem propter unam. Veni, recollige, et porta humeris tuis me perditam ovem ; sicut Dominus noster indicio passionis suæ tibi monstravit : quia non pro iustis, sed peccatoribus venit, et mortuus est (Matth. xviii). Et cum ipso per justitiam

ejus resurgemus, qui fueramus per nostra peccata A allisi, dicente ipso Domino : *Non veni nisi propter oves perditas Israel (Matth. xv)*. Et, *non est opus sanis medicus, sed his qui male habent (Matth. ix)*. Invitare pium magistrum apostolorum, cujus vices per doctrinam agis in monasterio : quia ipse post prophetas et apostolos posuit vos pastores, et disciplinæ doctores. Quia et per beatum Petrum apostolum demonstravit vobis, dicens : non septies, sed septuagies septies peccatum fratri dimitti (*Matth. xviii*). Subleva ergo allisum salutari tuo consilio : solve intercessione tua apud Dominum, quod in me negligentia obligavit. Quia peccavi agnosco ; quod emendandi, credo quia per tuam monitionem invenio. Post hanc vocem cessantibus a psalmis per omnes orationes a reo jacente effusam, cum completum fuerit sanctum oratorii opus, et illo reo adhuc jacente ante limen exeunti abbati omnium fratrum congregatio humilietur ei pro eo ad genua, simul et præpositi ejus. Quod cum fuerit adimpletum, si tamen propter levitatem culpæ eadem hora voluerit abbas veniæ consentire, statim erigi eum a præpositis suis præcipiat, et reoperata ei culpa, cum ille responderit se de cætero emendare, statim abbas dicat omni congregationi : Venite fratres unanimiter cum lacrymis pro hac ove gregis vestri, quæ, peccatum suum agnoscens, promittit se de cætero emendare ; orantes in oratorio reconciliatus eum ante Deum, quem per inobedientiam irritavit. Et mox ingressus abbas cum fratribus in oratorio, antequam orent tenentes ei manus dextra C lævaque foris, præpositi ejus introducant eum in oratorium ; dentes ambo hunc versum : *Confitemini Domino quoniam bonum est (Psal. cxvii)*. Et subsequatur cetera congregatio, respondens : *quoniam in sæculum misericordia ejus*. Ut cum præpositi foris pœnitenti per hunc versum confessionem ingerunt, intus de oratorio per os respondentium fratrum mox pius Deus misericordiam reponit. Ergo cum eum oratorio introduxerint præpositi ejus, prosternant eum pedibus altaris ; statim omnes una cum abbate se oratione pro eo prosternant. Tunc ille, pro culpa prostratus, cum lacrymis, his vocibus precetur ad Dominum, dicens : Peccavi, Domine, peccavi, et iniquitatem meam ego cognosco ; rogo, peto a te, dimitte mihi, Domine, dimitte mihi : ne simul trahas me cum peccatis meis, neque condemnes me in inferioribus terræ ; neque in æternum imputes mihi mala : quoniam tu es Deus pœnitentiæ, et in me ostende bonitatem tuam, secundum magnam misericordiam tuam, quia tu dixisti, Domine : *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat (Ezech. xxxiii)*. Quia malis nostris ad emendationem, vitam magis largiris quotidie ; monstrante nobis Scriptura, quæ de pietate tua ita dicit : *Nunquid irascetur per singulos dies, nisi convertamini? (Psal. vii)* Et apostolus tuus Paulus dicit : *An nescis quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Gladium ergo suum Dominus vibravit, arcum suum tendit, et paravit illum :*

*et in ipso paravit vasa mortis (Rom. i; Psalm. vii)*. Quæ vasa, Domine, timeamus ; ideo festinanter emendare promittimus. Et quia dicturus es in iudicio peccatori : *Ilæc fecisti, et tacui. Nunquid semper tacebo? (Psal. xlix)*. Quia statues iniquitatem nostram contra faciem nostram, ut recognoscentes eam in reatibus nostri, juste nos ipsi condemnemus. Tu enim, Domine, *mortificas et vivificas, tu deducis ad inferos, et reducis (I Reg. ii)*. Tu elevas atlisos ; tu in cælo solvis compeditos in terra ; tu ad emendandum oculos cordis nostri illuminas tua gratia, vel adjutorio tuo justorum dirigis gressus, dicente Scriptura : *A Domino gressus hominis dirigitur (Prov. xx)*. Et nisi custodieris, et ædificaveris domum, in vanum laborant qui ædificant, vel custodiunt eam (*Psal. cxvii*). Quia velle adjacet nobis, perficere autem tuum est. *Et non volentis, neque currentis sed miserentis est Dei (Rom. ix)*. Sed tamen das fiduciam sperandi de te, dicens : *Petite, et accipietis ; querite, et invenietis ; pulsate, et aperietur vobis : quia qui petit, accipit ; qui querit, invenit, et pulsanti aperietur (Luc. xi)*. Et quia dixisti : *Convertimini ad me et ego converar ad vos (Zach. i)*. Et, *cum clamaveritis diem : Ecce adsum (Isai. lviii)*. Et item quasi pius et misericors in factura tua, vocas nos ad gratiam tuam, licet indignos servos tuos, dicens : *Veni ad me, qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam (Matth. xi)*. Unde non despicias, Domine, servum tuum, suum agnoscentem peccatum : sicut de pietate tua promittit reatui nostro Propheta dicens : *Cor contritum et humiliatum Deus non spernit (Psal. l)*. Quia potens es de lapidibus suscitare filios Abraham : quia quod in nobis desperatione impossibile putat, tua gratia possibile indicat. Post hanc vocem cum lacrymis adimpletam statim eum manu sua abbas erigat, dicens ei : vide frater jam de cætero, vide ne pecces, et secundum agas de hoc vitio pœnitentiam exercere : quæ cum secundo fuerit acta, in hæreticorum inque sectam. Statim hunc versum quondam reus imponat : *Erravi sicut ovis quæ perierat, recollige servum tuum Domine (Psal. cxviii)* : respondentibus secum cunctis. Post hunc versum vocatis ejus præpositis reassignetur ab abbate eis in manu, dicente : *Recipite ovem vestram, reintegrate numerum, restituite mensæ : Mortuus enim fuerat, et revixit ; perierat, et inventus est (Luc. xv)*. Eadem namque die, pro humilitatis reparatæ indicio, aquam manibus fratrum intrantibus ad communionem ipse ministrat. Et cum dat, osculetur primo abbatis, deinde singulorum fratrum manus : et petat singulos, cum ministrat, ipsos pro se debere orare. Qui et ipse, mox ut ingressus oratorium fuerit, omnes clara voce readmoneat pro se debere orare : et sic exiens cum fratribus consuetam accedat ad mensam. Infantulos vero, usque quindecim annorum, non excommunicari, sed præcipimus vapulare pro culpis. Post quindecim vero annos, jam non vapulare, sed excommunicari coudecet : qui jam intelligunt quoniam pœnitere et emendare de-

beant de matura ætate, quod male committunt. A Quia merito corde debet pœnitere, qui peccat; et non pro eo corpus vapulare, quia *animi imperio, corporis servitio magis utimur*. Ergo cum anima imperat, et corpus servit, agnoscitur amplior esse culpa imperantis, quam servientis. Ideo propter intellectum emendationis, radix cordis de spinis peccatorum excommunicatione debet purgari; quia rami corporis, quibus ab invito a jussione cordis peccatum impositum est injuste pro aliena culpa alter non debet pœnam sentire. Illi vero fratres post quindecim annos ætatis vapulent, qui satis gravem aut furti fugacis aut criminalem aliquam culpam commiserint.

### CAPUT XV.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*De prodendo cogitato malo præpositis vel abbati a minoribus fratribus.*

#### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Fratres tunc rami arboris mundi sunt, si lignum ejus a radice purgetur. Nec enim dignum est mundatis foris regiis, cubiculum intus inquinari de sordibus: sed decenter efficitur, si de intrinsecus foras ejecta sorditie, jam tum demum et foras juste munda- detur. Non enim secura possunt esse fossata, ubi intus est hostis. S. mul et porta clausura sua captiva est, ubi muri non repellunt, sed inclusum continent inimicum. Nam et vulnus ebullire novit repletum putredine; et nisi exprimat, et de eo fuerit sanies ejecta extrinsecus, et de ipsa suppuratione expressa purgetur, alius potest suam cavare malitiam. Hoc ergo et nos de anima nostra sentiamus: hoc est, prius debemus de corde projicere quod in corpore nolimus bajulare, dicentes nobismetipsis: Quid taces, anima, et non erumpis in voce, et mentis tuæ expouis ardorem, et ejecto de intus ipso fervore malitiæ præstes fatigatæ refrigerium passioni? Ergo cum alicui fratri cogitatum malum in corde advenerit, et senserit se exinde fluctuari, statim suis hoc præpositis fateatur, et mox, oratione facta, nuntiet hoc ipsum abbati. Nam ipsi præpositi hoc ipsum ultro semper debent a susceptis suis exquirere: ne forte aut simplicitate quorundam, aut certe ipsa verecundia malorum faciente, res pravas aut turpes fratrem pudeat confiteri. Sed cum ultro ausus magis a majore acceperint, jam fiducialiter sine verecundia indicent cogitata peccata: quod et ipsi præpositi, si et ipsi quod senserint, referant et de se abbati. Nam et ipse major cum in se hoc senserit, petat in oratorio a congregatione universa pro se debere orari. Ergo cum de aliquo fratre nuntiatum fuerit a præpositis abbati, convocet mox universam congregationem, et dicat omnibus abbas: Venite, fratres, subveniamus per dilectionem invicem nobis apud Dominum, dicente Apostolo: *Fra res, etsi præoccupatus fuerit quis in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, corripite ejusmodi in spiritu mansuetudinis; consolamini pusillanimes (Galat. vi): considerans teipsum,*

*ne et tu tenteris; et, Tu qui stas, vide ne cadas (I Cor. x).* Ergo unanimis pro hoc fratre nostro oremus ad Dominum, ut dignetur in eo signaculo crucis suæ, vel jussione potentie suæ, diaboli tentationes compscere. Cum ergo oratum pro eo ab omnibus diligentissime fuerit, surgens abbas cum omnibus, et complens, mox exeuntes singuli opus quod faciebant reprehendant; et retento apud se illo solo fratre qui malo cogitationis laborat, proferat codices, et adversus necessitatem vulneris ejus similitis divina medicina legatur. Nam et per dies, quibus ipse frater interrogatus ab abbate, forte responderit, non transiisse illis horis, quibus contingit legi, sive per hiemem, sive per æstatem, pertinentia codicum ad ipsam cogitationis necessitatem, legatur ipsa decada, de qua est ipse frater. Verbi gratia, si suaserit fornicationem, legatur illi ex diversis codicibus ubi castitatem diligit Deus: si mentionem suadet frequenter, legatur illi in diversis, ubi præcipit veritatem: si desiderium aliquod sæculi, legatur ipsi, ubi hoc temporale præcipit Dominus contemni, et æterna quæri regna cœlorum. Unde oportet abbatem multum esse de lege instructum; ut aut testimoniis omnia doceat, aut pertinentia ad locum legenda consignet. Nonne ergo cum tali ægrotus fuerit reffectus succo discipulus, non solum pristinas recipit vires, sed et novas adversus inimicum acquirit; et adversarius perdit, quæ se putaverat possidere. Unde alia die mane interrogetur ab abbate ipse discipulus, si cogitatio inimica cessavit, aut non. Quod si responderit non cessasse, supponatur jejunium ab omnibus. Quod item si alia die reinterrogatus responderit, non transiisse, reficientibus omnibus mensis subtrahatur vinum. Nam si tertia, quod absit, jam dictione judicemur modicæ fidei, ne videamur tarde credere, Dei posse nobis auxilium subvenire. Præterea cum sciamus eum nimis esse misericordem, vel pium, et ad præstandum pactum, quia *non obliviscitur miseri Deus, nec continebit in ira misericordias suas (Psal. lxxvi).* Ergo quod supradiximus, si tertio die reinterrogatus responderit, non transiisse, item oleum mensis subtrahatur cum vino, ut multorum labore, vel abstinentiæ cruciatione, nullus pereat, sed omnes evadant: ut in afflictionibus omnium divinæ misericordiæ remedium speretur, ut apostolicum compleatur præceptum dicens: *Invicem onera vestra portate, et sic adimplebitis legem Christi (Gal. vi).* Nam et frater mittendus in via hoc a præpositis suis debet moneri, ut omni hora in quovis loco sit sollicitus adversus diabolum, qui in via ducit de nobis, et solatio secum nos vult trahere in gehennam: cum non patitur bene agendo in cœlis ascendere hominem, unde ipse per superbiæ causam jactatus est. Ideoque debet servus Christi in quovis loco, etiam sine præsentia majoris, cautus consistere; et diligenter se tam a malis factis, quam a pravis cogitationibus observare. Et hoc debet frater moneri, ut cum cogitatio aliqua ei advenerit, mox fixis in terra cum cervice genibus, vel signo crucis in fronte depicto, pre-

cius debet ad Dominum convolare; ut dignetur A suos milites a diabolo defendere. Quia vitia, nisi reprimantur cum parva sunt, cum magna fiunt, non constringuntur: et cum cogitata mala factis implentur, de perfecto peccato, perfecta mors acquiritur.

## CAPUT XVI.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De cellario monasterii, qualis debeat esse.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Fratres, omnis opera pretium habet: quia digno mercenario mercedes debentur; et *bovi trituranti non alligabitur os* (Deut. xxv). Nam et labores fructuum suorum beatum faciunt manducantem (Psal. cxxvii): quia Dominus homini creato omnia subjecta sub pedibus ejus, propter quem creavit cuncta. Ergo si injustis et inimicis Dei, id est, non credentibus paganis, et hæreticis, vel diversis peccatoribus diversa victualis creatura famulatur subjecta, ut universus mundus diversis deservit; quanto magis credentibus in Deo, et bene servientibus ei, juste et digne Dominus ad vitam diversam creaturam tradidit, quam creavit; et quasi pignus futuræ repromissionis in præsentibus hoc tempore omnia vitæ necessaria ministrando, non derelinquet Dominus quærentes se? *Quia divites eguerunt, et esurierunt: inquirentes vero Dominum non deficient omni bono* (Psal. xxxiii). Et esurientes implet bonis Dominus, et divites dimittit inanes: et tanquam nihil habentes, et omnia possidentes. Ergo cellarius monasterii non aliunde quam dispensator divinarum rerum; in tantum divinarum, ut Dominus in Evangelio promittat fidelibus servis suis, dicens: *Nolite cogitare quid manducetis, aut quid bibatis, aut quid induamini* (Math. vi). Simul et de crastino monet non debere quemquam esse sollicitum; sed hoc admonet dicens: *Quærite regnum et justitiam Dei, et hæc omnia apponentur vobis. Scit enim Pater vester qui in cælis est, quia hæc omnia indigetis* (Ibid.). Ergo si Deo servientibus vitæ necessaria a Domino apponuntur, et scit Dominus noster Pater cælestis, quæ indigemus, et præparat; vides ergo, quia victualia nostra, cum ab ipso nobis præparantur, dominica dona sunt. Nam sicut carnalis domini servus, alter tamen homo, de præbendo servitio suo solummodo est sollicitus, qui de præparandis a domino suo annonæ, vestiarii, calcearii usibus est securus, quanto magis Dominus noster cælestis necessaria vitæ nostræ juste nos non præcipit cogitare? Quia si homo homini serviens ad præparandum sibi creditur idoneus; quanto magis credentibus vel servientibus Deo, qui creavit ipsa omnia, et cuncta potens est adimplere, omnia poterunt famulari? *Quia junior fui, et senui, et non vidi justum derelictum, nec semen ejus egens pane* (Psal. xxxvi): sed magis tota die miseretur et commodat. Ergo cum de solo servitio nostro in inquirendo regnum et justitiam ejus fuerimus solliciti, Dominum credamus nobis omnia ministrare; qui ultro se nobis necessaria omnia promittit apponere. Ergo omnia

victualia monasterii, quæ in præbenda operariis suis Dominus annona distribuit, si male et fraudulenter a cellario distribuuntur et pereant, sciat se supradictus cellarius in die judicii divini ante tribunal rationis discuti; cum annonam servorum suorum Dominus per negligentiam viderit stricari: quia quod juste Dominus dignis tradit, indigne ab eversoribus non patitur stricari. Qui cellarius sine præcepto abbatis nihil tribuat, aut erogat, vel expendat, nec infirmo in præsentia ejus extra jussum aliquid porrigat. Cellarius eleemosynam faciat cum jussu abbatis in præsentia ejus; in absentia vero ejus liceat ei peccati pauperi eleemosynam exhibere, propter præceptum Domini, quod dicit: *Omni petenti te tribue* (Luc. vi). Et item: *Da, ne cui non dederis ipse sit Christus*. Quotidie cellarius cum septimanariis coram abbate in oratorio cum congregatione communiceat. Intrañtib in hebdomada septimanariis vasa coquina ipse consignet: completa hebdomada ab exeuntibus munda ipsa recipiat, aliis intrantibus consignanda. Quæ vasa monasterii si sub aliquo per negligentiam fracta fuerint, non prius qui fregit accedat ad mensam, nisi poenitens abbati satisfecerit, per humilitatem ad genua incurvatus. Ejectis vero de cellario omnibus necessariis, cum congregatione ad mensam cellarius sedeat tacitus, et manducet. Qui cellarius si se levaverit aliquid apportare, usque dum redeat, omnes de mensa in qua sedebat ad manducandum expectent eum. Opus aliquod laboris faciendum his horis cellarius suscipiat, quando aliqua cura et diligentia vel dispensatio cellarii minime exercetur: ut otiosus in illis horis non sit. In oratorio absens per occupationem, dicente abbate pro eo fratribus, ut habeatur in mente, simul et ipse cellarius, si prope oratorium cellarium fuerit, sua voce petat se debere in orationibus memorari: et tamen lente sic occupatus in facto opus Dei sibi dicat, et ipse sequendo vocem vel versum oratorii. Et merito intus in oratorio debet ab omnibus memorari, qui pro omnium sollicitudine occupatur: et quomodo ab uno communis pro omnibus utilitas procuratur, sic omnium cum uno partiatur oratio. Vitia vero oris et corporis ejus custodienda ab ipso abbate custodiantur: quia cellarius sub nullius decedat numero sub præposito continetur: ne forte, quomodo caro amat quæ sua sunt, propter aliquem appetitum, vel subministracionem gulæ, causa Dei præternittatur, et pro cibo vel potu non exacta excogitatio carnaliter providatur. Utensilia omnia monasterii ipse recipiat ad numerum, et diversis consignet. De omnibus vero quæ sunt in monasterio extra abbatem, nullus sibi aliquid velut suum, sive quod attulit, sive quod invenit, sive quod laboravit, vel acquisivit, nullus aliquid peculiare vindicet, aut defendat: quia regulæ sententia hæc est: *Res monasterii et omnium est, et nullius est*. Cellarius vero ipse frater ordinetur, qui probatus fuerit ab abbate fidelis et abstinens esse: quem nunquam vincit aliquando aliqua desideriorum gula, vel qui non multum amat manducare, aut bibere: ne

magis detur locus diabolo, sicut dicit Scriptura : *A* *Nolite dare occasionem querentibus eam*, et videatur gastrimargiæ gulæ voracibus vel gluttonibus fratribus provideri magis, quam refrænari.

## CAPUT XVII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De fferamentis vel rebus monasterii.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Ferramenta monasterii in uno contineantur cubiculo, et uni fratri, cujus diligentiam abbas agnoverit, eorum conservandorum curam committat : qui quotidie fratribus ad faciendam opera consignet ad numerum, et a disjungentibus similiter munda ipse recipiat, et reponat, breve de omnibus tenente abbate. Qui vero frater non mundum ferramentum a terra de agro revocaverit, accusatus ad mensam a custode ferramentorum pœnæ nomine in refectone in portionem panis sui unam quadram minus accipiat, usque ad satisfactionem, vel emendationem promissam. Quia exinde æruginat ferramentum, cum mundum non fuerit positum. Simul etiam et ipse frater consignatas habeat cotes, et spongas calceorum, facitergia, mappas, vel sabana; simul etiam et arcam cum rebus abbatibus, vel arcas diversarum decadam, cum rebus fratrum, cum clausuris præpositorum simul etiam et arcam cum cortinis et velis, vel ornatu monasterii; simul etiam arcam cum diversis codicibus, membranis, et cartis monasterii: simul namque et arcam cum his rebus fratrum, quibus noviter ingressi monasterium; quæ propter, quod absit, reparationem sæculi jubentur servari: simul et universa expensa artificum, quæ ad diem de diversis artibus laborantes consignaverint facta. Ipse frater perfecta recipiat, et reponat imperfecta, alia die ipse laborantibus singula reconsignet. Simul et universarum artium ferramenta ipse a diversis artibus sero recipiat, et mane consignet. Nam et arcam cum rebus fratrum noviter in monasterio per donationem collatis, simul vel clausura abbatibus in cubiculo conservet: rationes omnes in nummo monasterii expensarum ipse abbatibus suggestu erogationis exsolvat; unde ipsum fratrem fide oportet divina constringi; ut timore vel testimonio Dei fideliter possit commissa implere

## CAPUT XVIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De septimanariis coquinæ.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Superius diximus decadam fratrum sub sua cura duos præpositos continere: qui decem fratres in coquinæ servitio vicibus combinati septenos expleant dies. Et cum vicibus istis unius decadæ fuerit adimpletum servitium, consignatis omnibus a cellario utensilibus, sibi alia in exercitatione decada succedat: qua expleta, succedant singillatim per singulas septimanas. Singuli tamen ambo præpositi coquant cum solatio fratris, cujus voluerint, sui. Et ideo, quamvis cum solatio cujuslibet fratris, singulas septi-

manas singulos diximus præpositos coquinare; ut cum non ambo in coquinæ simul servitio occupantur, unus foris cum decadæ suæ remaneat fratribus, qui in eis culpas, vel vitia diversa custodiat: et si alii fratres sequestrantur in alio laboris opere, tales sequestrentur, qui Dei plus possint præsentiam timere, præoccupato in coquina præposito, cum negligentiore remanente vacuo præposito: ut et vicibus honorem impleant emendandi, et vicibus humilitatem exerceant serviendi. Ergo sic omnes explicando decadæ recapitent: nam unaquæque decada tali ordinatione septenos expleat dies. Bini fratres a præpositis suis in coquinæ servitio per hebdomadam deputentur; quibus a cellario omnia coquinæ vasa intrantibus consignentur. Et ideo bini fratres, ut in icem se suis solatiis juvent Cujus ordinationis in hebdomada talis debet esse introitus.

## CAPUT XIX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debeant introire fratres in hebdomadam coquinæ?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Introituri fratres in hebdomadam, post primam in oratorio dictam adducantur a præpositis suis ante abbatem, et fiat de eis majoris suggestio, dicens: Jube, domine abba, vocari universam congregationem, et orari pro his fratribus, qui ingrediuntur in hebdomadam coquinæ; ut mereantur commendati orationibus vestris diaboli impedimenta non timere, et congregationi Dei omnia sine culpa perficere. Post hæc verba prosternant se illi duo fratres orationi ante abbatem; quod et retro omnis congregatio una cum abbate facere debet: et postquam levaverint se omnes, illi duo dicant hunc versum: *Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi; sub umbra alarum tuarum protege nos (Psal. xvi)*. Postquam vero oratum pro eis ab omnibus fuerit, surgentes superadicti duo fratres osculentur genua abbatibus, et pacem suis tradant præpositis, vel omni congregationi. Quibus post datam pacem præpositi sui dicant: Ita fratres in nomine Domini Jesu Christi; intrate in hebdomadam, et petita benedictione omnia facite, dicentes per exercenda omnia: *Benedicite*: ut cum benedictum fuerit, quodocunque feceritis, maledictus diabolus impediendi ibi non habeat potestatem. Mox ab eodem die quotidie, si ad sextam habeant fratres reficere, dicta tertia exeuntes cum congregatione de oratorio hebdomadarii cum cellario, oculos habeant ad abbatem, inquirentes eum quid jubeat congregationi ad refectonem parari: ut mox inchoantibus coquinam a tertia paratis omnibus, dicta sexta, eant ad mensas. Si vero nona hora erit refectonis præparatio, dicta sexta exiens abbas interrogetur ab hebdomadariis et cellario, et statim post sextam inchoent coquinare; ut, dicta nona, omnes eant ad mensam. Quod si forte non occurrerint hebdomadarii, excommunicationis pœnam suscipiunt; quia lassatam congregationem utriusque operibus, id est, jejunii et laboris,

sua pigritia cruciari. Excommunicationis vero hæc sit sententia : si sexta, septimana ; si nona, decima ; hoc est, si ad sextam horam refectioem tricatam hebdomadarii offenderiat, et non occurrerint, singulas quadras panis per sequentes septem refectioes perdant. Si nonam tricaverint, item singulas quadras per sequentes decem refectioes eis subtrahantur. Quæ sententia excommunicationis tandiu in danno annonæ excommunicatis permaneat, quandiu satisfactio in sequenti die promissa visa fuerit emenda se. Nam si grandis fuerit congregatio, vel aliqui extranei multi supervenerint, adjunctis in solatio fratribus, a prima dicta interrogando de refectioe abbatem, incipiant coquinare ; ut hora constituta refectioem occurrant. In eadem namque hebdomada servitium ad mensas omnes ipsi adimpleant ; omnem diligentiam monasterii ipsi exercent. Ipsi omnes fratres in hebdomada ipsa discalceent, adjunctis in solatio de decada sua fratribus ; cum quibus et discalceent, et ipsa calcearia faciant ; et facto mane sedentibus ad ordinem fratribus ipsi consignent : simul et in eadem hebdomada munditias monasterii exercent, refrigeria lavent, ligna conscindant ; aquam faciei tradant, ad communionem intrantibus fratribus aquam manibus ipsi ministrent : mappas et sabana, et facitergia, vel res sordidas fratrum ipsi lavent illis horis, in quibus non coquent. Candelas monasterii a cellario factas quotidie ipsi incendant et tutentur. Mox enim cum in hebdomadam, ut diximus, prima die post rimam dictam intraverint, primum opus servitii sui munditias oratorii exhibeant, et mattas oratorii pavimento retendant : quo in totis septem diebus hebdomadæ suæ post matutinos dominicos hoc opus primum servitii sui oratorio exhibeant. Cum astant vero in septimana sua, coquinam intrantes ad se fratres mox petant eos pro se secunda ora.

## CAPUT XX.

### INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debent haberi in oratorio absentes in mente.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum foris pro omni congregatione solliciti hebdomadarii in coquina servitio occupantur, vel cellarius in cellario, vel custos ferramentorum, vel rerum monasterii in suo credito occupatus est, intus in oratorio præpositi eorum dicant omni congregationi : In mente habete Dominum, et orate pro illis qui foris sunt. Sed et si quidam defuerint oratorio, et pro causa monasterii fuerint occupati, sive ambulaverint via, ab abbate dicatur omni congregationi, ut in mente absentes in orationibus memorentur ; sicut in Actibus apostolorum legitur : Pro absente orate (Act. xii) : id est, cum esset Petrus in carcere, oratio pro eo fiebat in omnibus Ecclesiis. Ergo si in mente non habiti fuerint in oratorio occupati, mercedem magis a Deo totam illi foris suscipiunt ; et illi deintus vacui egrediuntur. Quia ut illis intus vacaret orare, ab istis foris de apparandis necessariis vitæ reddebantur se-

curi. Et merito absens intus in orationibus memorari, quia pro omnium sollicitudine occupatur : ut quomodo ab uno communis pro omnibus utilitas occupatur, sic omnium cum uno participetur oratio. Nam et hoc debet qui foris pro utilitate monasterii occupatur, custodire ; ut quando intus illi in oratorio expletis psalmis orationi incumbunt, ut clara voce sua petat oratorium, se debere in mente habere. dicto tamen a se opere Dei in eodem loco in quo occupatur. Infirmi vero ut per omnem orationem in mente habeantur, abbas omnes admoneat. Nam et si frater extraneus de monasterio ambulaverit, in sequenti opere Dei dicatur ab abbate congregationi ut habeatur in mente. Quia quando ambulavit, rogavit omnes ipse frater dicens : habetis Dominum, orate pro me, et in mente me habete per angelum vestrum.

## CAPUT XXI.

### INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debent communicare hebdomadarii coquinæ vel cellararius.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Nam cum ad communionem in oratorio ante abbatem statur, omnibus in pace acceptis, cum communicaverit abbas, post ipsum adhuc nullus communique, sed statim præpositi fratrum illorum septimanariorum petant se debere ire foris, ut hebdomadarios ad communionem oratorio repræsentent, complentes eorum vice foris. Qui præpositi exeuntes unus coquinæ præsit, alius ministeria ponat. Quibus exeuntibus foris, mox hebdomadarii totis manibus ingressi orent modicum, et post orationem soli abbati pacem dent. Ideo soli, ne dum omnibus dant, tardasse horam ad refectioem congregationi faciant ; et tarde egressi, cum necessaria non præparant, exeuntes congregatione abbatem in iræ cogant vitium declinare, cum adhuc non fuerint ab eis præparata, que opus sunt. Ergo post modicam orationem erecti communicent et confirmant, et item orantes modicum lente eis versu dicto abbas compleat ; ut exeuntes præpositos suos oratorio reintromittant. Quibus exeuntibus dicat abbas : Videte, fratres, ne ante orationem communem mensæ præbendam aliquid de cibo aut de potu suasionem diaboli præsumatis. Et si nos hic positi intus foris vos videmus, Deus tamen, qui omni loco præsens est, et omnia videt, et nihil est ei occultum, ipse vos conspicit : ne cum videri præsumptionem vestram, sensum vestrum tradat in reprobum, et ad pernam vobis furta vestra in iudicio consignentur. Qui ergo post hanc monitionem exeuntes una cum cellario, unus redeat coquinæ, alius ministeria, quæ missus suus præpositus adimplevit, perficiat : id est, præparent mensas, ordinent sacra, ministeria ponant, calices defricent ; et exeuntes cum congregatione abbas omnia inveniat præparata, simul et annonas panis omnium positas in canistro pendente supra mensam abbatis : ut cum omnia exeuntes abbas invenerit præparata, non sit locus ira.

vel occasio caloris, vel clamoris; sed sit monasterium A taciturnitatis et pacis.

### CAPUT XXII.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*Omnibus hebdomadariis egressis, quo ordine remanentes in oratorio per abbatem debent ceteri communicare.*

#### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Post abbatis communionem communicet et præpositus, quem vice sua fecerit secus abbatem stare, quem subsequatur singillatim decada sua. Quibus expletis, communicet alius præpositus, quem item singillatim subsequatur et decada sua. Jam si, Domino juvante, major fuerit congregatio, similiter faciant subsequentes: sic enim stare debent in oratorio, quomodo jubentur et communicare. Frater qui se inflaverit ad communionem, et noluerit communicare, dimittatur, et abstineat: postquam vero voluerit, non permittatur communicare tandiu, quandiu ille fuit inflatus sine causa, tandiu sit abbas aut præpositus ei iratus in causa. Item qui se inflaverit, et ad mensam venire noluerit, dimittatur, et sequenti refectione non permittatur manducare; sed levetur a mensa cum sederit: quia quando abbas voluit, ipse noluit; et item cum ille voluerit, abbas in merito noluit. Secus abbatem vero vicibus ad diem in oratorio stent præpositi, vel alii fratres; ut confusus secundarii semper habeatur gradus, ut non aliquis securus vel elatus de ordine ceteros in desperationem constituat, sed omnes per bona factorum opera placentes ad honorem sperandum certatim contendant meritis pervenire, non nomine: cujus rei qualitatem, dictante Domino, sumus retrodicturi. Simul vero post abbatem cum jussu ipsius de alterutro choro a præpositis imponantur semper antiphonæ; quibus expletis item jussione abbatis de alienis choris fratres minores, qui jussi per nomen fuerint, singillatim imponant item modo de isto choro, post ipsum de alio.

### CAPUT XXIII.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*Post egressionem abbatis de oratorio quomodo debeant hebdomadarii servire mensis, et ad manducandum esse communes?*

#### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Egressa omni congregatione cum suo pastore de oratorio, post versus et orationem abbas in suæ mensæ cathedra sedeat; mox omnis congregatio respondeat: Deo gratias; et omnibus adhuc ad suas mensas stantibus canister supra mensam abbatis pendens trochleæ fune descendat, ut a cælo videatur operariis Dei annona descendere. Statim ubi canister descenderit, signans universum panem abbas, frangens et tollens sibi prius annonam suam a Domino benedicendam, elevet manum, et ponens ante se, stantibus ad mensam suam bis qui cum eo manducatori sunt, erogat eis. Statim ut acceperint, osculentur abbatis manum, et sedeant tacentes. Deinde

vocatis unius mensæ præpositis, det eis totius mensæ suæ annonas: quibus dimissis, vocatis alii tradat et ipsi. Jam si, Domino juvante, multa fuerit congregatio, sic fiat omnibus mensis. Qui præpositi cum annonas tam suas quam suorum fratrum accipiunt, pro honore majoris, manus osculentur abbatis: item cum ipsi in suis mensis fratribus osculentur: et postquam quis acceperit, sedeat tacitus. Post omnium vero sessionem levat se hebdomadarius lectionis mensalis, et ipse accipiens annonam suam osculetur manum dantis, et commendet eam cellario, et resideat in sella cum codice; donec ingrediantur hebdomadarii coquinæ cum cellario, et ipsi accipientes annonas suas a præpositis suis osculentur manus eorum: simul et cellarius, quia sub nullius decadæ numero continetur, de manu abbatis accipiat annonam suam: qui cum acceperit, osculetur et ipse manum dantis, et ponet mensæ suæ. Mox primo abbati, deinde omnibus, simul sibi et ultimis singulos meros porrigant. Statim euntes hebdomadarii ministrant in primo mensæ abbatis. Deinde allata diversarum mensarum ab inferioribus fercula offerantur abbati signanda. Sic etiam signetur omne quod apponitur, tam coctum quam crudum in mensis. Qui signat cruce, sic dicat ore: Benedic, Domine, quidquid ex hinc accepturi sumus. Ut forte quod non est opus, aut purgatur, aut cadet, aut illud quod victui non proficit, sine benedictione jactetur in terra, et pedibus conculcetur: ne res benedicta videatur pati injuriam. Quæ ergo fercula signata singulas ponantur per mensas: et cum ministraverint, sedeant una cum cellario ad mensam præpositi sui, et manducent cum congregatione communiter. Quibus expletis surgant hebdomadarii; unus levet fercula, alius concham cum aqua prius abbatis ponat in mensam, ad lavandas sibi ab ipsis fratribus manus; unde levata diversas singillatim ponatur per mensas: at cum ibi ab omnibus lotæ fuerint manus, reponatur in parte. Statim secundum numerum mensæ prioris in uno galletæ vase mensuratae potiones ab eis calida misceatur, et ventigiata a calice potione petita benedictione adsaporet qui miscuit, si æquali est temperie mistum; et sic in prima mensa omnibus erogat. Quibus prærogatis accedentes ad secundam, et ipsius numerus remisceatur, et petita item benedictione saporatum propter æqualitatem et ipsis erogetur. Et cum ventum fuerit ad mensam ubi sedent ipsi hebdomadarii et cellarius, addant et suas potiones in numerum, et post omnes petita benedictione bibant et ipsi. Quod vas semper cum miscetur, antequam adsaporetur aut erogetur, offeratur abbati signandum. Quod si abbas absens fuerit, per singulas mensas illata sibi fercula, et mista cum potionibus vasa vicibus in suis mensis signent præpositi. Nam si cuicumque temperatur fuerit in calice, aut certe adjuncta fuerit calida, cum bibere voluerit, iterato dicat, Benedicite: ut et illud quod adjungitur a Domino petatur benedicti. Expleto ministerio potionum, excant foris hebdomadarii,

pulmentum aliud allaturi; et cum detulerint, sedeant A suis locis taciti, et manducant; et post, expleto pulmento, surgant hebdomadarii, et levant. Et item secundum suum numerum unicuique mensæ signato item ab abbate vase, et cum benedictione adsaporato, mistram ministrent, et ipsi in ultimo similiter bibant: et postquam hoc fuerit adimpletum, mox cocta ab eis fercula surgens cellarius accipiat, et crudum cellarii quodcumque fuerit, inferat missum; et prolatis, et signatis, vel in mensis positis suis locis resideant taciti, et manducant: quibus levatis mox hebdomadarii micæ panis prius de mensa abbatis, deinde diversarum mensarum, cum reverentia mundent. Quæ micæ cum per singulas mensas mundando levantur, una voce hebdomadarii dicant: Deo gratias. Quas quotidie in unum, ut diximus, vas collectas hebdomadarii cellario consignent reverenter servandas. De quibus in exitum hebdomadæ suæ patelle coquantur, quomodo sequens titulus demonstrabit. Quibus ergo mundatis micis mox consueta potionum mensura ab hebdomadariis, ut constitutum est, erogetur: similiter petita benedictione ultimi bibant et ipsi. Ideo enim diximus, hebdomadarios et cellarium interesse mensis communiter, ut nullus penitus semote aut infrunte absconse foris manducet: sed sit omnibus temperantiæ et sobrietatis mensura communis. Quia quicquid absconse manducatur, fraudulenter agitur; et ut gulæ satisfaciatur, sine mensura peccat. Quibus ergo mensæ expletis actibus, cum levante se abbate omnes surrexerint, statim omnis congregatio una cum hebdomadariis vel cellario dicant: Deo gratias. Mox vero dicto omnes adiant ad agendas Deo gratias per orationem: et ne quis desit, requirant in numero præpositi decadas suas; ut quomodo mensæ omnes fuerunt communes, sic et orationi videantur præsentis. Omnem enim cibum et potum cum versibus aperiat et claudat oratio. Qui vero frater ad versum primum mensæ dicendum non adfuerit, non sedeat ad mensam cum fratribus, sed semote in scutella sine data benedictione manducet non signatum, et potio ei non signata tradatur semote mista; et usque dum se levet, nullus cum eo loquatur. Jam si spiritalis est, doleat ei sine Deo reficere. Qui vero ad versum posteriore mensæ finitæ non adfuit, in sequenti refectioe et ipse a mensa sequestratus non signata manducet et bibat. Quæ excommunicationes tandiu in eis permaneant, quandiu in satisfactione humiliati ad genua capitis, emendatio majori fuerit repromissa. Ergo hebdomadarii cum servitium mensarum exercent, si forte ad ministrandum omnibus non occurrerint, insinuent hoc ipsum suis præpositis; a quibus mox ordinatus de eadem decada unus frater in eorum solatio adjungatur: quotiesque hebdomadarii in servitio mensarum negligenter mensis deserierint, alia die hora refectiois levet se abbas, et cum uno de præpositis, aut duobus, si grandis fuerit congregatio, ipsi faciant servitium ad omnes mensas: ut et doceat eos quomodo faciant, quod non possunt im-

plere; et agnoscentes omnes fratres erubescant, in communi natura hominum, vel pari servitio Dei, æqualem non mereri divinæ sapientiæ gratiam cum utilibus fratribus invenire

#### CAPUT XXIV.

##### INTERROGATIO DISCIPULI.

##### *De hebdomadario lectore ad mensas.*

##### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

In ætatis vel hyemis utroque tempore, cum ad sextam vel nonam horam reficitur, singuli præpositi de singulis decadis vicibus hebdomadas singulas legendo ad mensas exercent. Sed tunc de illa decada præpositus non legat, de qua alter præpositus in coquina servitio occupatur: ne dum unus legit, et alter coquit, vitia suorum fratrum ad mensas non sit qui præsens emendet. Qui præpositi singulis vicibus in legendo ad mensas cum singulas expleverint hebdomadas, singulos fratres litteratos per singulas vicibus septimanas ad legendum constituent; ut omnes possint vicibus de singulis decadis legere litterati. Et postquam omnes fratres in legendo suas expleverint septimanas, singuli recapitent ad invicem præpositi, ut nunquam desit carnali refectioe esca divina: sicut dicit Scriptura: *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei (Matth. iv)*; ut dupliciter fratres reficiant, cum ore manducant, et auribus saginantur. Cujus ergo in hebdomada talis debet esse introitus. Dominico die, quo hebdomadarii coquina ingrediuntur in septimanam, tunc et iste frater ad sextæ horæ refectioem post versum et orationem mensæ, cum abbas in sua cathedra sederit, antequam canister cum consuetis panibus trochleæ fene descendat, tunc insinuet se voce sua is qui lecturus est, dicens: Jubete, domini mei, orate pro me, qui ingredior in hebdomadam lectionis mensalis. Mox surgens abbas cum omni congregatione, fixis in terra genibus, oret cum eo; et cum surrexerint, dicat novus hebdomadarius hunc versum: *Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam (Psal. l)*; respondentibus secum cunctis. Post versum vero dictum complente abbate, mox primo abbati, deinde omnibus pacem tradat; deinde in medio omnium mensarum sibi ordinat sellam, et post omnium sessionem ad mensas, petita benedictione, sedeat et ipse in sella cum codice. Et cum primum mensæ abbas cum omnibus acceperit merum, et ipse similiter suum merum propter sputum sacramenti accipiat, et sic incipiat legere. Legat namque quotidie regulam hanc, posito a die signo huc usque legerit, ut sequenter quotidie tamen omnia perlegantur, ut per vices hebdomadam finire possit, et recapitari legendo. Qui hebdomadarius cum septimanam suam in legendo expleverit, signum sequenti successori ostendat, unde prosequatur qui ceperit septimanam: qui et ipse finiendi et recapitando, finita hebdomada sua signum successoris demonstrat. Legat namque disposite non urgendo, ut apertius occupati ea auditores agnoscant, quæ eos factis oportet adim-



plere. et ut si qua sunt ambigua aut obscura, et A  
 apertius ea non intelligant fratres, aut interrogatus  
 a fratribus, aut ultro aliqua abbas exponat. Nam si  
 supervenerint forte mensæ monasterii laici, propter  
 detractionem futuram in sæculo, cum secreta Dei  
 sæcularis agnoverit, si placuerit abbati, aliam lectio-  
 nem cujuscunque codicis legat; ut secretum monas-  
 terii, vel mensuras vitæ sanctæ constitutas in disci-  
 plinam ab irrisoribus non sciatur. Legat namque  
 aliam lectionem, posito tamen in regula signo. Nam  
 si talis laicus ad mensam monasterii detineatur, de  
 quo certus sit abbas, quod non solum admirari pos-  
 sit constituta divina, sed etiam hujus religiositatis  
 scit abbas, quod in conversione possit esse pedise-  
 quus, et ad mores possit trahi divinos, in hujus lec-  
 tor adventum ad mensam regula subsequatur. Nam B  
 illi debent monasterii regulam audire, qui illam pos-  
 sunt merito observare. Ideo ad mensas hora refe-  
 ctionis debet regula legi, quia tunc omni congrega-  
 tione ad manducandum in unum redacta, siue excu-  
 satione tunc lectio observantæ vel emendationis ab  
 omnibus audientibus rite poterit observari, ut om-  
 nia regulæ omnes audiant, et nullum prætereat ali-  
 quid: ut quod omnes audierint, eos factis oporteat  
 adimplere. Ipsi vero fratri septimana sua cum in hoc  
 opere occupatur, septimanarii de omnibus mensis,  
 mensæ suæ illatis, scutellas levant, servante cella-  
 rio panis ejus mensuram, vel consuetum numerum  
 potionum: et, post omnium levationem, petita bene-  
 dictione, et ipse reficiat. Ideo enim diximus regulam  
 monasterii quotidie legi ad mensas, ut nullus frater  
 excuset se ignorantia faciente non emendare. Non  
 cum quotidie in usu ipsa regula mittitur, et notitia  
 melius observatur, ne forte dicat se frater nescire,  
 quod possit per obedientiam adimplere. Nam tempore  
 ipso refectiois, cum legitur regula, ut solliciti  
 universorum fratrum excitentur auditus, de singulis  
 mensis quos voluerit fratres, quid lectum est abbas  
 interroget: ut cum unusquisque frater recitaverit  
 quod audivit, agnoscat plus lectioni illa hora in-  
 tendisse, quam ventri. Ut cum surdus negligens non  
 narraverit quod audivit, plus carnem judicetur  
 amasse, quam animam. Qui mox de negligentia ab  
 abbate juste corripitur debet; ut dum unusquisque fra-  
 ter interrogatus timet erubescere, mentem suam D  
 alibi non faciat aberrare; sed in hoc intendat, quid  
 legitur. Qui hebdomadarius tandiu ad mensam cum  
 fratribus, quibus se levantibus, posito in regula signo,  
 levans se et ipse cum codice, versu et oratione ab  
 omnibus adimpleta, respondeat cum omnibus: Deo  
 gratias; et statim residens ipse ad mensam suam ab  
 hebdomadariis servatam refectioem vel potionum  
 mensuras, signatas aut ab abbate, aut a præpositis;  
 omnia et ipse percipiat.

## CAPUT XXV.

## INTERROGATIO DISCIPULI

*De patella micarum ab hebdomadariis septimo die  
 coquentia.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Micæ panis, quæ quotidie de mensis mundando  
 levatæ in uno vase servantur, ab hebdomadariis  
 exeuntibus septimanam septimo die hebdomadæ suæ  
 sabbato die mudentur ad seram, et patella exinde  
 cocta, aut cum farre, aut cum ovis astricta, ante-  
 quam ultimum seræ caldum bibant, in mensa ponat-  
 ur abbatis. Deinde sedenti abbati, vel unæ versæ con-  
 gregationi simul, dicant hebdomadarii: Jubete, do-  
 mini, et orate pro nobis, qui in ministerio humilita-  
 tis explevimus septimanam. Statim omnes surgentes,  
 cum abbate, flexis in terra genibus, orent pro ipsis cum  
 ipsis communiter. Et cum surrexerint, dicant hebdo-  
 madarii hunc versum: *Videant qui nos oderunt, et  
 confundantur, quoniam tu, Domine, adjurasti nos, et  
 consolatus es nos (Psalm. lxxxv).* Deinde complenti ab-  
 bati pacem tradant simul et præpositis suis, vel omni  
 congregationi; et cum resederit abbas et fratres ad  
 mensas, signans patellam ipsam abbas, sumens de  
 benedictione prius cum cochleario ipse, deinde his  
 fratribus, qui cum eo ad mensam ipsius sedent, sin-  
 gulos cochleares in ore ministret; et cum suos con-  
 vivas expleverit, vocatis ipsis hebdomadariis, et ip-  
 sis in ore porrigat. Deinde quot mensæ fuerint, tot  
 scutellas abbati hebdomadarius porrigat: ubi singu-  
 los cochleares per numeros fratrum de singulis men-  
 sis levant, quos singulis fratribus in ore sui præpo-  
 siti porrigant; ut omnes de ipsa benedictione perci-  
 piant. Quod cum adimpletum fuerit, sic ultimum  
 caldum accipientes surgant, dicentes: Deo gratias.  
 Qui vero hebdomadarii patellam istam per negligenti-  
 am septimo die non exhibuerint, et in sequenti  
 aliena hebdomada per singulos dies singulas quadras  
 panis subductas ab abbate amittant, usque ad emen-  
 dationem satisfactionis promissam.

## CAPUT XXVI.

## INTERROGATIO DISCIPULI

*De mensura ciborum.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Sufficere namque credimus ad refectioem quoti-  
 dianam tam sextæ, quam nonæ omnibus mensibus  
 cocta duo pulmentaria, et tertium quodcumque fuerit  
 crudum cum pomis. Medius panis pensans libram  
 singulis fratribus in die sufficiat, secundum formam  
 divinæ dispensationis, cum medium panis cœlestis  
 corvus Paulo servo Dei quotidie vescendum parave-  
 rit. Quando ergo ad sextam horam tempore æstivo  
 vel aliis temporibus reficiunt, tertia quadra ipsius  
 Dominici panis a cellario per omnium annonas in  
 cellario subtracto sera ante illud crudum pulmenta-  
 rium inferendum mensis ponatur. Et ideo in cellario  
 diximus eas quadras de omnium annonis antecessus  
 subtrahi; ne forte cum integræ annonæ in mensis

fuerint positæ, et ne forte adveniens frater novitius, A nesciens adhuc mensuram regulæ, putet sibi iterato ad cœlium reponi, ad prandium explicet totum, et sera cum pomis habeat nihil; aut frater multum edere auans, quamvis mensuram noverit regulæ, cum petenti gulæ vult satisfacere, ad horam totum eligat manducare, et ad seram putet se esse contentum. Quæ omnes quadræ cum fuerint in cellario reservatæ, sera ejectæ et in mensa abbatis positæ et ab eo signatæ, sicut consuetudo ostendit, prius sibi vel mensæ suæ tollat, et residuæ in canistro a cellario levatæ per singulas mensas ponantur tollentibus, ut ipsæ solæ partes cum cruda quocunque pulmentari misto cum pomis, vel si quid de pulmentariis prandii remanserit, fratrum cœnæ sufficiat. Nam Dominico d.e. vel aliis festis diebus, sed et propter extraneas advenientes personas, quovis die quidquid addere abbas in cibo voluerit, utpote majori conceditur, vel dulciorum aliqua; secundum testimonium quod legitur in Vitis Patrum: ubi pro diebus festis delicatum petierunt a Domino cibum, et apparuit eis cum favo angelus. Tantum est, ut consideret æqualitatem, et fugiat corruptibilem nimietatem. Minoribus vero duodecim annis minus a libra panis in die sufficiat

### CAPUT XXVII.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

##### *De mensura potus.*

#### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Mox cum sederint ad mensas fratres, antequam comedant, singulos meros accipiant. Quos meros accipientes, singuli porrigant abbati sibi signandos; et per alias mensas suis fratribus, suis signent præpositi vicibus. In quibus omnibus mensis in suos meros quisquis frater de suo pane ternas sibi, non amplius, buccellas intinguant: ideo non amplius, ne frater multum ibi panem expendens, cum in pulmentariis non habuerit, voracitatis suæ causa, in panis sui mensura aliorum fratrum aspectum in se provocet detrahentem. Post ergo primos meros æstivo tempore ad refectionem tam sextæ quam nonæ, caldi omnibus quaterni sufficiant, extra illum merum. In eodem vero tempore, cum ad sextam reficitur, ternæ sera omnibus sufficiant potiones. Quibus completis tam in refectione sextæ, quam nonæ, vel cœnæ, stans in medio mensarum clara voce cellarius dicat: Qui sitit fiducialiter indicet. Post hanc vocem qui fuerit sitiens mox de mensa sua respondeat: Benedic; statim temperata in uno vase pusca calida, aut, si voluerint fratres, cum iuxta: quæ semper amplius propter sitiennes fieri debet in pulmentariis fortioribus, aut galleta, aut calices sitientibus porrigantur. Nam et his æstatis diebus, cum ad nonam horam reficitur, sera antequam compleant, binæ omnibus sufficiant potiones: ita tamen ut antequam bibant, orent; et postquam biberint, reorent. Item in his æstatis diebus, cum ad sextam reficitur, post dictam

nonam quotidie exiens abbas de oratorio, in sua sedeat cathedra, et circumstantibus ante eum in ordine omnibus, ejecto a cellario vino, misceantur ab hebdomadariis in consueto vase per singulas mensarum decadas omnium singulæ potiones, secundum numerum congregationis et suum. Statim surgens abbas oret cum omnibus; et post orationem antequam sedeat, oblatum sibi vas cum misto signet eum. Mox secum omnes ad mensas suas jubeat, sicut consueverunt, sedere; et bibens prius ipse, deinde singillatim mistum per mensas singulas omnibus faciat propinari. Quibus expletis surgant iterato, et orent; et post orationem redeant universi ad opera quæ dimiserant facientes. Ergo quisvis sitiens post nonam mox bibit: jam si introierit de decima, nemo bibit usque post vesperam. Si vero frater amplius sitierit in ipsa nona, antequam veniat, ut diximus, decima, et bibere si voluerit, aquam non ab urceo uno haustu, sed ad calicis, aut galletæ, aut cancelli bibit mensuram, quia quod extra mensuram est, hoc est nimium et injustum, et desiderii satisfactionem ad corruptelam videbitur adimplere. Nam secundum sententiam illam quæ dicit, *Ne quid nimis*, potest et nimia aqua deebriare sensum in phantasii somniorum, et corpus necessitatibus occupare: ill est, in venis flatus, in medullis frigus, in superciliis gravitas, in capite gyrus, in oculis somnus, in varibus sternutus assiduus. In hiemis vero tempore in sextæ et nonæ horæ refectione omnibus caldos ternos sufficiant; quia æstus non est qui provocet sitim. Illis vero diebus in hieme in quibus sexta reficiunt, sera penitus nihil cœnetur, nisi singulos caldos omnibus sufficiant: ita tamen ut antequam bibant, orent; et postquam biberint, reorent. Post nonam vero illa potio quæ quotidie de cellario in æstate proerebatur sitientibus, in hieme non detur: quia nec sitis suppeditatur, nec longe restat in refectione in vesperam. Illis vero diebus, in quibus in hieme ad nonam reficitur, post dictam vesperam non amplius quam singulos caldos accipiant: ita tamen ut antequam bibant, orent; et postquam biberint, reorent. In illis vero diebus a Pascha usque ad Pentecosten, in quibus ad sextam reficitur, abque quinta feria et Dominica, aliis diebus nisi aliud ad seram nisi binos caldos propter dies accipiant: absque Paschæ octavarum octavas, in quibus jugiter cœnent. Nam ideo supradictis diebus, absque quinta feria et Dominica, usque in Pentecosten cœnas subduximus, ut una reffectio in his diebus custodiatur; et quamvis non sua hora, consueti tamen jejunii videatur causa servari; et, quamvis non sua hora, cum cœnæ eorum mutantur in prandia. Quinta vero feria et Dominica huc cœnent ad seram, quod supra de cibis taxavimus: addito tamen uno pulmento quotidie in prandio; vel si Paschæ restiterit merces, potio cujuslibet. Calix vero, aut galletæ, per quem erit in diversis vicibus ministrandum, talis sit, qui tertius impleat mistam heminam. Sed ejus æqualitatem in mensuræ, aut duo aut tres oportet calices aut galletas mensarum mini-

sterio deservire; ut per multa pocula universis citius A erogetur. Infantuli vero intra duodecim annos agentes in hieme binos caldos accipiant, a sera singulos: æstatis vero tempore ternos ad refectionem, et sero binas accipiant potiones, propter ætatis qualitatem. Nam sicut superius de cibis constituimus, ita et de potionibus permittimus. Dominica, vel diebus festis, vel propter extraneas advenientes personas, quidquid aptum duxerit addere abbas, utpote majori conceditur: scilicet propter charitatem et lætitiã sanctorum dierum vel amicorum addat mercis cujus voluerit potionem: tantum est ut memoretur sobrietatis et fugiat violentiã ebrietatem. Quia nisi sobrius fuerit corpus, ad opus Dei vigilare non potest, et anima cogitationes libidinis non carescit. Jam si aliquis discipulorum de constituta mensura potus aut panis sui, remanente fragmento recusare aliquantulum ad mensam voluerit, spiritum plus agnoscitur amare, quam carnem, et frenum castitatis imponet luxuriã. Nam cum hoc ipsum recusat abstinens frater, levanti cellario dicat lente: Suscipe, et hoc quod negatum est carni, proficiat Deo. Mox semote in uno vase a cellario hoc ipsum mittatur Deo feliciter profuturum et pro aliquo munere adjunctum eleemosyãe monasterii mendicanti pauperi a cellario porrigitur in manum. Hęc omnis mensura de inthicis monasterii, nam si quid transmissum deforis congregationi suã apparuerit Dominus, grate suscipiatur transmissum Domini donum; et si placet abbati mensis addatur, quippe quod nisi apparatione Domini non venisse intelligatur.

## CAPUT XXVIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De diebus jejuniarum, vel hora refectionum.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Omni tempore in septimanã duobus diebus ad sextam reficere debent, hoc est, quinta feria, et Dominica: ceteris aliis in septimana diebus ad nonam horam reficere oportet. Nam erubescamus nos, qui sumus spirituales, fugere hora nona jejunium: cum vetusta consuetudo antiquitus cognoscitur prandia ignorasse; sed semper vesperam, hoc est, cœnam suis refectionibus ordinavit: in tantum et annonam, quæ erogabatur aut laborantibus aut militibus, ideo annonam usque hodie dicitur, quia ad horam nonam diei erogabatur, quando et sumebatur; et ideo usque hodie annonam nomen remansit. Nam ipsius Domini sanctius testimonium proferam, quem cœnasse cogovimus, non legimus prandidisse, cum dicit sancti Evangelii Scriptura: *Vespere autem facto recubuit Jesus cum duodecim apostolis, et cœnantibus illis dixit (Matth. xxvi).* Nam ideo ad nonam horam universis diebus constituta sunt solvi jejunia, ut sit aliquid prolixius, quod Quadragesimã diebus addatur; id est, usque ad vesperam; hoc est post lucernariam. A sexagesima vero quarta, sexta, et sabbato post lucernariam sæpè reficiant: aliis vero diebus usque ad Quadragesimam ad nonam reficiant:

ut quod Dominicæ Quadragesimæ de quadragesima jejunia subtrahunt, quarta, sexta et sabbato a Sexagesima in jejniis usque ad vesperam continuatim restituant; ut quadragesima in numero jejunia compleantur. Infirmis vero certa jejunia resolvantur; et quando fratres ad sextam reficiunt, infirmi tertia recreentur, absque illis qui graviter defessi sunt: quia illis nulla hora decernitur, in quibus timetur mortis eventus. Ideoque quomodo necessitas visa, et pro certo probata quosdam permiserit, recreentur. Si vero sani fratres nona, infirmi sexta reficiant. Sed hoc debet diligenti curiositate probare quibusdam signis vel agnoscere abbas; ne quis se fingat propter refectionis edacitatem infirmum. Nam ideo infirmis solvi jejunia diximus propter fragilitatem corporis, per quam non possunt adimplere quod cupiunt, dicente Scriptura: *Spiritus promptus, caro infirma (Matth. xxvi).* Infantuli vero quarta, sexta, et sabbato, in diebus tamen minoribus, hoc est, in hiemis tempore, jejunent: aliis vero diebus ad sextam reficiant horam. In æstatis vero diebus quarta, sexta, et sabbato infantuli sexta hora reficiant: aliis vero diebus tertia recreentur. Quia in majoribus diebus minor est ætas in viribus, sicut est sustinendi sensu discreti. Sed infantes ad hanc relaxationem tales permittimus, qui intra duodecim annos degunt ætate: ampliori vero qui fuerint, ad formam teneantur majorum. Nam justo judicio infantuli, et senio proveci, et infirmi æquali debent refectionum judicio relaxari. Nam et fratres in via dirigendi hoc præceptum abbatis vel præpositorum suorum accipiant quarta, sexta, et sabbato in diebus majoribus: id est, a Pascha usque vii Kalendas Octobris, quod est æquinoctium hiemale, ut non in via jejunent, propter æstum et sitim; deinde ab æquinoctio hiemali usque ad Pascha, quia breviores sunt dies ambulantium fratrum, in quarta, sexta, et sabbato, jejunia protrahantur in vesperam: ne occupati fratres nona hora per refectionem in via accelerata brevitatis diei fratribus mansionem protendant; aut, ut est lucrum sæculi totum venale, cum jam ad seram finit cum jejunio diei inclinata jam secunda relectio, cum nihil sibi emendum mansionem promiserit, propter nullum distractionis ad quæstum, de jejunatum jam fratrem non vellet taberna suscipere, et propter susceptionem a nullis lucris fratribus denegatam, cogantur fratres propter hospitalitatem iterato de sumptibus suis expendere, et per secundam refectionem, quæ non licet, jejunium violare. Aliis vero diebus extra quarta, sexta et sabbato in diebus minoribus, sexta hora a refectionem in via repauesant, et sera cœnent, propter viam laborem. A Pascha vero usque ad Pentecosten, exceptis missis in longinqua via, in monasterio vel ubi visum est sæpè hora reficiant, et cœnas suas in prandiis, dicente sancta Scriptura: *Non licet vobis jejunare cum sponsum vobiscum est (Marc. ii);* et non cœnent nisi quinta feria et Dominica. Nam ideo omni tempore quinta feria non licet jejunare, quia Ascensio

Domini ipso die omni anno occurrit. Dominica vero die ideo non licet jejunare, quia resurrectio Domini imputatur; quod in libris suis fieri prohibet sanctus Silvester. Nam ideo a Pascha usque ad Pentecosten non licet jejunare, quia sabbatum Paschæ claudit tristitiæ jejunia, et aperit lætitiæ alleluia, et sabbatum Pentecostes claudit alleluia; et aperit jejunia. Sed ecclesiis clauditur alleluia: nam monasterio quasi in peculiari servitio Dei alleluia usque ad Epiphaniam per modos psalmodum constitutum aperta a servis Dei psallitur Domino.

## CAPUT XXIX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De tempore dormitionis eorum, vel qualiter debeat esse locus, vel quo ordini dormiant.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Æstivo tempore dicta sexta, aut in jejunio, aut post refectionem, omnes repossent; ut noctibus ipsis brevibus sobrii a somno fratres divino operi et orationi leves consurgant. Nam in uno atrio, vel in triclinio lecta in ordine circuitu ordinent: in quo circuitu lectum abbas in medio habeat, ut omnem taciturnitatem vel reverentiam in circuitu considerans, omnium ovium suarum gregem intra unum ovile collectum, quasi diligens vel sollicitus pastor attendat. In quo atrio pendeat cicendelus, qui quotidie a cellario factus, ab hebdomadariis ad seram ante completorios incendatur, ut videant diversi quomodo se collocent; et postquam se omnes percollocaverint, a supradictis tutetur, si forte indigentia olei in monasterio sentiatur.

## CAPUT XXX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Post completorium neminem debere loqui.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Postquam sera omni perbiberint caldos, cum universi fuerint ab hebdomadariis disalceati, dicat abbas fratribus universis: Eia, fratres, recludantur universa locis suis, cuncta reponantur in parte; lavate fratribus, hebdomadarii, pedes. Qui hebdomadarii cum omnibus perlaverint pedes, aut cum extraneis supervenientibus lavant, uno ore dicant ambo hunc versum, secum omnibus respondentibus: *Tu mandasti, Domine, mandata tua custodiri nimis; uinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas justificationes tuas (Psal. cxviii).* Ergo omnibus abbas dicat: Eia, fratres, movete vos, ut expletis omnibus non sit occasio, unde loqui cogamur; jam enim hora est ut nos Domino commendemus, et finitis omnibus diei officii intrantes noctem pariter os nostrum loquendi cludatur ad requiem, et oculi ad soporem. Ergo ubi hæc omnia, cum adhuc loquendi et aliquid imperandi licentia tribuitur, omnia fuerint adimpleta, factis completoriis in ultimo dicant hunc versum: *Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ labiis meis (Psal. cxli);* mox ingrediantur silentium, et suis

A se collocent lectis; et tanto silentio redigantur, ut usque ad nocturnos putetur nullus ibi esse de fratribus. Ideo enim post completorios tacere debemus, ut merito in nocturnis prius dicamus Domino: *Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam (Psal. l).* Hoc est, petamus Dominum debere aperire in nocturnis labia nostra, quæ sua custodia in completoriis clauserat. Vides ergo, quia quidquid aperitur, agnoscitur prius fuisse clausum. Sed ne forte cum silentium custoditur, aliqua necessitas utilitatis ad loquendum fratrem perurgeat, et frater fratri vult loqui, si lumen cicendeli aut lucernæ fuerit, de manu, vel nutu capitis, vel nutu oculorum; aut certe si deest lumen, frater cum fratre ad necessarium vadat, et quod opus fuerit, tamen ad aurem B lente loquatur; ut alter tertius eum non audiat. Simul et si frater aliqua necessitate post somnum ante nocturnos compellatur loqui aliquid, prius verum consuetum nocturni dicat sibi lente, id est, *Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam;* et loquatur quod opus est. Nam manducandi aliquid, aut bibendi, vel aliquam rem operandi nullam fratri post completorios permissionem concedimus. Si qui vero de extraneis post completorios perfectos monasterium advenerint, a domesticis fratribus tacito ministerio recreentur, et lente eis responsum reddatur, propter regulæ constitutum: et lotis eorum pedibus complentes postmodum sibi lente, et ipsi peregrinorum lectis delegentur dormire. Mox clausis ab ostiariis regis in suis et ipsi jacentes stratis per horarum silentium et noctis appetant somnum. Si quis vero frater post completorios aut manducare, aut aliquid bibere deprehensus fuerit hanc excommunicationis pœnam suscipiat: alia die accusatus, in jejunio continuato tertia die reficiat, qui præsumpsit illicita. Quæ excommunicationis pœna tandiu in continuatione permaneat, quandiu per humilitatis satisfactionem de emendatione promissa ab eo ab abbate præsentem, aut a præposito venia fuerit postulata.

## CAPUT XXXI.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De hebdomadarii divini officii in noctibus.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

D Ad excitandum divinum officium in noctibus, ipsius decadæ præpositi, quorum fratres septimanas in coquendo exercent, tantum sollicitudinem excitandi exerceant, quandiu decem fratres eorum combinati aut propter multitudinem congregationis conternati, in coquinæ servitio, suas vicibus explicent septimanas. Nam ipsorum præpositorum vices cum venerint coquere, quia ipsi de coquinæ ministerio lassi defessis membris poterunt somno gravari, sollicitiores duo electi de decada sua ab eis fratres in septimana ipsorum sollicitudinem excitandi suscipiant. Similiter, et cum inchoant alterius decadæ fratres coquinæ servitium, simul et præpositi eorum sub sua sollicitudine universum gregem suscipiant sua vigilia

excitandum: similiter et ipsi in hebdomada sua, A cum adstant in hebdomada sua coquinæ, a sollicitioribus suis fratribus adjuventur. Nam si qui septimanam excitationis exercent, in nocte et in die ipsi solliciti, horologium conspicerent, et horam psallendi abbati et fratribus, ne forte per occupationem laboris obliviscantur, et eos constituat jam hora prætereat, ipsi universos rememorent, et psallendi horam jam nuntient advenisse. Ideo enim excitatio duobus modis committitur: ut et vicibus vigilant, et si unus secundum carnis fragilitatem fuerit somno oppressus, alius forte vigilans constituta hora excitet negligentis collegæ officium. Magna enim merces apud Dominum est excitantium ad divinum opus, quos pro fama regula vigilantis nominavit.

## CAPUT XXXII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

Quomodo ab eis fieri debeat excitatio.

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum hora constituta psallendi jam nocti occurrit, surgat in his duobus qui inventus fuerit vigilantior, excitet lente negligentior collegam hebdomadarum suarum. Et merito lente; quia adhuc non est petatum a Domino ab omnibus in oratorio, ut clausa in completoriis labia ab eo aperiantur nocte. Hos ergo ideo duos constituimus, ut invicem se suis vigiliis præveniant. Ergo surgentes ambo vadant cum reverentia ad lectum abbatis, et ibi oratione facta dicant sibi lente hunc versum: *Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam*; et complentes sibi lente, mox pulsantes pedes abbatis suscitent eum. Quo expergefacto, dicant simul: *Deus*: quo audito, abbas surgat; intrans in oratorio, et percussio indice oret tandiu, quandiu universi fratres ingrediantur, qui forte necessaria causa corporis occupantur. Quod si quis fecerit satis diu abbatem protrahere orationem, quod non licet, cum tarde fuerit oratorio præsentatus, præpositos eorum culpa respiciat. Ideo enim diximus in prima oratione abbatis universos expectari, et mox debere occurrere, ut omnes post inchoationem abbatis una voce scilicet petant a Domino aperiri labia sua debere in nocturnis, sicut omnibus communiter petentibus a Domino fuerant clausa in completoriis. Nam ingredientes oratorio tertio dicant: *Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam*. Ideo enim diximus tertio dici ab omnibus, ut ne quis frater modice tardius ingressus ab hac postulatione versus fraudetur. Post quem versum, postquam ab omnibus dictum, invitet et suscitetur pastor oves suas per responsorium ad laudes Domini, dicens: *Veni e, exsul emus Domino, jubilemus Deo salutari nostro*; ad cujus vocis dulcedinem vel divinum favum omnis quæ non accurrerit apes, sciat se, evacuatam fructu mellis in spiritu, solam ceram corporis somno conficere, futuro gehennæ incendio concremandam.

PATROL. LXXXVIII.

## CAPUT XXXIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

De officiis divinis in noctibus.

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

In officio nocturno uno tempore psallitur ante pullorum cantum in hyeme nocturni, dicente Prophetam: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi* (1 sal. cxviii). Et de æstate item dicit: *De nocte vigilat spiritus meus ad te, Deus* (Psal. xxvi), hoc est, de parte aliqua noctis, post pullorum jam cantus, signum fiat surgendi. Sed hoc a vigilantibus in hyeme cavendum est, ne nocturnos pullus aut antecedit, aut deprehendat; quia largent noctes in tempore hyemis. Nam pullorum cantus declinantis est terminus noctis, qui mox diem parit: sicut in circulo solis declinare jam diem a sexta hora ostenditur, et per noctem tantum festinare descendere solem, quantum cucurrit, ut medium in circulo ascenderet diem. Sed hoc in hyeme agendum est, ut nocturnus jam expletos pullorum cantus sequatur; quia noctes sunt grandes: ut digesti a somno fratres vigilant et digesto sensu opus Dei, quod dicunt, agnoscant. Et ideo intervallum ponitur, ut proluxa nocte somni gravitas finiatur. Nam in verni vel æstatis tempore, hoc est, a Pascha usque octavo Kalendas Octobris, quod est æquinoctium hyemale, propter rationem brevium noctium, a pullorum cantu nocturni a fratribus inchoentur; et expleto psalmodiarum numero mox eis matutinos jungant, et secundum suorum psalmodiarum numerum finiant. Et ideo in brevibus ipsis noctibus post pullorum cantum nocturnos constituimus inchoari, et cum matutinis conjungi; ut non se recollocantes post nocturnos ingravescant fratres, et suavi matutino somno oppressi non solum perdant matutinos, sed etiam primam tarde jam dicere confundantur. Nam et ideo post pullos nocturnos cum matutinis diximus jungi, ut digesti jam a prolixo somno fratres utrumque opus sobrie expleant, et jam reddito matutinarum divino debito, securi fratres usque primam jam qui volunt repaudent: ut in bis horis somni omnem gravedinem deponentes, bene digesti post primam jam leves laborare incipiant; monstrante nobis de sancto Heleno scriptura, cum dicit: *Consuevit enim factis matutinis repaudente*. Ergo ne ante pullorum cantum cum in brevibus noctibus coacti fuerint fratres surgere, adhuc crudi ab inchoato somno, cum in ipso impetu venarum sanguis et humor per venas bullescit, et in harmonia gravedinis succussati somni discoquant membra escam quam sumpserant, in ipso adhuc incocti cibi incendio, non suscitati, sed potius occisi, cum coacti fuerint fratres surgere, gravi adhuc capite et indigesto ructu, effugent Spiritus sancti charismata. Et cum amaricatur carni eorum, quæ quamvis militet Deo, tamen in hac vita interim querit quæ sua sunt; et si non omnibus, aliquantis tamen amarum videbitur esse pro Deo, quod dulce est: ut non ex integro animo amet Deum frater in palmis, quando per som-

num cupit satisfieri carni. Nam sicut luna in circulo minorata deputati nocti minus luminis complet officium, cum tarde surgit orientis exortu, tarde cursu suo in diem ingreditur occasura; sic et brevitatem noctium temperata cum die, propter fragilitatem carnis humanæ, cogit divina in psalmis abbreviari, et jungi cum nocte dici officia. Ergo psalmi nocturni tempore hyemis, hoc est, ab æquinoctio hyemali usque ad æquinoctium vernale: id est, ab VIII Kalendas Octobris usque ad VII Kalendas Aprilis, sed melius usque ubi fuerit Pascha; quia noctes majores sunt, dici debent antiphonæ XIII, currente semper psalterio, et responsoria tria: ut fiant XVI impositiones, secundum numerum prophetarum, extra lectiones, versum, et rogus Dei; ut tam istæ sexdecim impositiones in nocturnis quam octo matutinorum impositiones similiter XXIV vicibus, secundum XXIV seniorum imitationem genua nostra in nocte Deo flectantur cum laudibus. Nam in noctibus majoribus ideo plus psalmi debet, ut sicut nobis Deus ad repausationem prolixum spatium junxit in nocte, et nos ei peragendas gratias jungamus in laudem. Tempore vero æstatis, hoc est, a Pascha usque VII Kalendas Octobris octo dicantur antiphonæ, currente, ut supra diximus, semper psalterio, et tria responsoria, extra lectiones et versum, et rogus Dei: ut tam istæ duodecim impositiones nocturnæ, quam simul conjunctæ octo matutinorum impositiones viginti vices cogat parvæ noctis ratio Deo genua incurvare; qui omnium cum brevis est, dulcis videtur esse carni cum corpus hominis prolixo fatigatum labore diei, minori requie brevi quiescit in nocte. Ergo æstatis tempore, sicut supra designavimus, quia minores sunt noctes, novem dicantur antiphonæ, et tria responsoria; ut fiant duodecim impositiones secundum nomina XII apostolorum. Cui nocturni, ut supra diximus, in ipso æstatis tempore a pullorum cantu inchoati et fluiti, mox eis matutini subjungantur, propter breviter noctium. Sed hoc semper tam in hyeme quam in æstate, tam in die quam nocte, seu in vigiliis cum psallitur caveatur, ne psalmi aliquando combinentur, quod non licet; sed singulos debere definiri cum gloria; ut nec orationes inter ipsos agendæ perdantur, ne glorias eorum laudi Dei videamur subducere, cum compendiosa negligentia cogimur in psalmos inserere; quia omni psalmo cui initium Propheta imposuit, constituit et finem. Quod si aliqua necessitas omnes psallentes perurgeat, non combinent, sed continent; tamen cum gloriis suis subsequantur: et ut citius compleant, et psalmorum numerus non minoretur. Ergo ideo aut singulos, aut ternos diximus debere dici, quia sicut unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate agnoscitur, ita aut singulos, aut pro necessitate ternos credamus, tamen cum gloriis suis, dici debere. Nam combinari ex toto non licet; quia non plus neque minus ab unitate et Trinitate quod fuerit, Christianum decet: et tunc perfectam fidem habemus, si Trinitatem perfectam æqualiter in unitate et unitatem in Trinitate sentimus. Nam si aliqua

gravior necessitas quavis hora psallentes perurgeat, dicendorum omnium psalmorum singula capita, cum una gloria compleant; et sic exeant oratorio, ut quavis necessitate tamen opus Dei non videatur prætermitti.

## CAPUT XXXIV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De officiis divinis in die.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

In exercendo maxime divino officio præ omnibus sanctæ debet militiæ ordo constitui; vel quibus vicibus trames rectæ observationis occurrat, ut vetustatis mos est, et patrum instituta sanxerunt; id est, matutinus, prima, tertia, sexta, nona, vespera, et completorium; ut compleatur prophetica ordinatio dicens Domino: *Septies in die laudem dixi tibi* (Psalm. cxviii). Sed prima sic debet dici, quomodo duodecima, quæ dicitur vespera. Nam prima sic dici debet pognentibus jam radiis solis, et vespera adhuc radiis declinantibus ejus. Quia quomodo inchoatur dies in initio in opere Dei, in tali debet expleri et fine, ut compleatur Scriptura dicens: *A solis ortu usque ad occasum* (Psalm. cxvii: non enim dixit, post occasum, *Laudate nomen Domini*. Quia *exitu matutini et vespere delectabitur Dominus* (Psalm. lxxiv). In quibus temporibus ab angelis nostris durnis in remuneratis justorum benefactis delectabitur Dominus, sicut sanctus Paulus in revelatione sua dicit: *Fili hominum, benedicite Dominum incessabiliter, magis autem cum occiderit sol: nam initium et finem diei sol nobis juste ostendit; qui abscessu suo noctis tenebras introducit. In æstivo vero tempore adhuc altius stante sole lucernaria inchoentur propter breves noctes: ut prolixo æstus labore lassis fratrum et jejunio membris, in augmento brevium noctium de lucentis adhuc diei spatio fessæ repausationis somnus addatur.*

## CAPUT XXXV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De modo psalmorum vel numero in die.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Psalmi namque matutini dici debent omni tempore sex, responsorium unum, versum, lectionem Apostoli et Evangelii, quæ semper abbas dicit, et rogus Dei. Psalmi namque per horas superscriptas diei, id est, primam, tertiam, sextam, nonam, terni dici debent, currente semper psalterio, singula responsoria, lectionem Apostoli, lectionem Evangelii, quam semper abbas dicat, aut si absens fuerit, præpositi vicibus dicent; post ipsam rogus Dei.

## CAPUT XXXVI.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De psalmis lucernariæ.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Psalmi lucernariæ in hyeme dici debent sex, cur

rente semper psalterio, responsorium unum, versum, A ipso die a benedictionibus dictis cum alleluia dicantur, usque ad secundæ ferie futuros nocturnos.

lectionem apostoli et Evangelii; quæ semper abbas dicat, post hoc et rogas Dei; ut tam istæ cum responsorio et Evangelio novem impositiones psallentium, sine versu et lectione, quam illæ quaternæ horarum ipsius diei impositiones, id est, per ipsas horas; hoc est, primam, tertiam, sextam, nonam, ternarum antiphonarum, et responsoriis singulis, quæ omnes veniunt sedecim, absque versus et lectiones explendo, toties psallere viginti quatuor vicibus genua nostræ secundum viginti quatuor seniorum imitationem, qui incessabiliter adorantes Deum in cœlis, mittunt coronas suas, proni jacentes, die noctuque laudantes Dominum dant gloriam Deo. Similiter et tempore ætatis quinque debent fieri in lucernaria, cum responsorio et Evangelio, impositiones, extra versum et lectiones: ut istæ quinque et sedecim impositiones diei, similiter ut supra diximus: viginti quatuor impositiones debere quotidie fieri, secundum viginti quatuor seniorum in cœlo numerum, vicies quater et nos in terra a die omni tempore genua nostra cum laudibus Deo flectamus. In quo tempore ætatis temperius est lucernaria inchoanda propter breves ipsius temporis noctes.

## CAPUT XXXVII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De psalmis completorii.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Psalmi completorii tres dici debent: responsorium, lectionem Apostoli, lectionem Evangeliorum, postquam semper præsen. abbas dicat rogas Dei et versum clu.orem.

## CAPUT XXXVIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De psalmo refectionum.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Psalmus refectionis unus dici debet, et versus; similiter levata mensa alius versus cum gloria. Sed hoc opus refectionum peculiariter gratiarum actio est in numero septem laudum canonicorum diei.

## CAPUT XXXIX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Qualiter psalli debet in matutinis.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Matutini psalmi cum antiphonis semper psallantur: id est, quatuor dici debent sine alleluia; post hos quatuor duo cum alleluia, responsorium, versum, lectiones et Evangelia, quæ abbas dicat sine alleluia; in Dominica vero cum alleluia, usque in Epiphaniam: ut fiant extra versum et lectiones octo impositiones cum Evangelio. Sed matutini, extra quinquagesimo psalmo, et laudes de canticis fiant. Dominica vero, vel aliis festis diebus, vel si aliquis fuerit natalis sanctorum, benedictiones dici oportet: a quibus dictis per dominicas genua non flectantur usque ad nocturnos, et omnes antiphonæ vel responsoria in

ipso die a benedictionibus dictis cum alleluia dicantur, usque ad secundæ ferie futuros nocturnos.

## CAPUT XL.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Qualiter psalli debet per horas diei.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Prima, tertia, sexta, nona, cum psallitur, sed tertius semper psalmus absque ab Epiphania, cum alleluia semper imponatur corrente semper psalterio, cum responsoria, lectionem Apostoli, lectionem Evangeliorum, quam semper abbas dicat: si absens fuerit abbas, præpositi vicibus; et versum, et rogas Dei.

## CAPUT XLI.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Qualiter debet in lucernariis.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Psalmi lucernariæ cum antiphonis psalli debent; in quibus duo ultimi cum alleluia; corrente semper psalterio; singula responsoria, versus, lectio Apostoli et Evangelii, quod semper abbas dicat sine alleluia: in Dominica vero cum alleluia. Nam omnes antiphonæ ipso die benedictionibus dictis, cum alleluia psallantur, et genua non flectantur, usque ad secundæ ferie futaros nocturnos.

## CAPUT XLII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Qualiter psalli debet in completoriis.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Psalmi completorii omni tempore cum antiphonis psallantur: quia totæ septem vices in die, in quibus laudes Deo dicit nos debere cum Propheta dicere, æquali modulatione canuntur, propter septiformem Spiritum, qui non est in aliqua parte discretus.

## CAPUT XLIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Qualiter psalli debet in refectione.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Psalmi refectionum tam posita quam levata mensa non sunt de septem canonicarum vice horarum, sed peculiariter Deo de benedicenda aut commendanda esca per gratiarum actionem præbentur: sine antiphona directanei dicantur; sed in Dominica vel in diebus festis cum antiphona vel alleluia.

## CAPUT XLIV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Qualiter psalli debet in nocte.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Oportet in nocturnis ab abbate dici versum apertionis, deinde responsorium orationis: deinde in hyeme duodecim antiphonas, sine alleluia; deinde responsorium sine alleluia, corrente duntaxat semper psalterio; deinde aliud responsorium jam cum alleluia, ut fiant sedecim impositiones; lectionem

Apostoli, lectionem Evangelii quam semper abbas A dicat. Si abbas absens fuerit, præpositi vicibus versum, et rogus Dei. In æstate vero a Pascha usque æquinoctium hyemale, quod est viii Kalendas Octobris, post versum apertionis, et responsorium abbatibus, dici debent antiphonæ sex, sine alleluia; deinde responsorium item sine alleluia; deinde tres antiphonæ cum alleluia, currente semper psalterio, ut superius diximus: deinde aliud responsorium jam cum alleluia, ut fiant duodecim impositiones; lectionem Apostoli, lectionem Evangeliorum, quam semper abbas dicat: quod si absens fuerit, præpositi vicibus; deinde versum et rogus Dei. Lectionem vero, cui jussum fuerit, ut ex animo recitet, non ex codice legat, nisi in vigiliis solummodo. Hoc est quod constituimus, ut frequenter aliqua meditentur, et memoria teneant scripturas fratres; ut quando in quovis loco, quod ex deesse textum lectionis, vel paginæ, si opus fuerit, memoria recitetur. In noctibus vero majoribus accenso cicendelo, vel lucernaria in atrio lectorum, si voluerit abbas legat; aut qui sua sponte delectatus fuerit frater, habeat permissionis licentiam aut legendi, aut aliquid meditandi, aut aliquam monasterii utilitatem operandi. Nam et qui voluerint sibi repausare, habeant et ipsi licentiam dormire: quia completo et redlito oratorio debito suo, residuæ horæ nocte respausationi debentur. Nam et si aliquis quasi spiritalis vult de suo somno surgere, ut audiat legentem, aut ipse legat, aut aliquid operetur, peculiariter cognoscitur per bonum liberum arbitrium spiritum potius amare quam carnem, ideoque debent fratres in uno atrio lecta ante abbatem habere, ut quis quod elegit agnoscatur, vel qualis militiæ suæ futurus sit frater.

## CAPUT XLV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debeat psalmi in diebus festis.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

A Pascha usque ad Pentecosten omnes antiphonæ et responsoria die noctuque cum alleluia psallantur, et genua non flectantur. In natale vero Domini usque Epiphaniam, omnes antiphonæ vel responsoria die noctuque cum alleluia psallantur, et genua ipsis diebus non flectantur, neque jejnetur, nec absteineatur, sed octo illos dies, qui præcedunt natalem Domini, in jejuniis quadragesimæ vel abstinentia; vel illas orationes, quæ pure solent in quadragesima fieri similiter a fratribus celebrentur: ut ad instar quadragesimæ tristitiæ, ut placabiles servi supra quotidianum debitum amplius exercentes servitium, natalem Domini nostri in stipendiis vel donis lætitiæ mox advenisse lætemur. Epiphaniæ vero nocte ipsius vigiliæ, et ipso die solo omnes antiphonæ et responsoria cum alleluia psallantur: et ab ipso die alleluia claudatur, et mox oratorio dierum festorum subtrahatur, et genua ipso die Epiphaniarum orantis non flectantur. Nam ideo ipso die solo cum vigiliis suis diximus, et non usque octavas alleluia psalli, quia centesima

Pasche ab eo die jejnantibus inchoatur, et abstinentibus imputatur. In omnibus vero diebus Dominicis, benedictionibus dictis, omnes antiphonæ vel responsoria cum alleluia dicantur, usque ad secundam feriæ futuros nocturnos: et genua non flectantur; quia Dominica Paschalis resurrectio imutatur. Nam in omni Dominico benedictionibus dictis, usque ad missas Ecclesie adimpletas, semper in opus Dei dicant hunc versum: *Exsultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis (Psal. cxlix)*; hoc est, quod per omnium sanctorum cubilia, id est, Ecclesias missarum exultatio celebratur. Si vero quovis die natalis sanctorum fuerit, benedictionibus dictis genua non flectantur usque ad primam dicendam. Si vero hujus sancti natalis fuerit, in cujus oratorio B psallitur, benedictionibus dictis usque ad processionem missæ ibi agendæ, ipso die a sacerdote, et genua non flectantur, et pro lætitiâ natalis proprii oratoris integer ipse dies usque ad futuros nocturnos, sicut in Dominica, cum alleluia totum psallatur.

## CAPUT XLVI.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De imponendis psalmis in oratorio quovis tempore.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Post abbatem præpositi vicibus cum jussu ipsius imponant antiphonas, currente, ut diximus, semper psalterio. Postquam explicaverint præpositi singuli fratres de singulis decadis, quibus jusserint præpositi, vicibus imponant. Lectiones Apostoli præpositi semper vicibus C dent. Evangelii lectiones, si præsens fuerit, abbas semper dicat: si absens, præpositi vicibus. Nam et in matutinis et lucernariis, postquam lectio Apostoli fuerit recitata, Evangelia semper abbas præsens sequatur; si absens fuerit, præpositi vicibus: ut eo ordine quæ missæ a clericis celebrantur; id est, quo minor clericus Apostolum perlegerit, sequitur major diaconus Evangelia sancta lecturus. Sic ergo et in monasteriis ratio Domini per ordinem ieriti subsequenter servatur: in nocturnis, et matutinis, et lucernariis, in responsoriis psalmi perexplicentur; in prima vero, tertia, sexta, vel nona, in responsoriis bina capita dicantur: et dicant jam Gloria, ut citius exeunt fratres de oratorio faciendi laboris repræsententur D operibus.

## CAPUT XLVII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De disciplina psallendi.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Tanta debet esse reverentiæ gravitas, vel disciplina psallendi, ut amabilius a Domino, quam a nobis dicitur, audiat, sicut ait Scriptura: *Exitus matutini et vespere delectaberis (Psal. cxiv)*. Et item: *Bene psallite ei in jubilatione; quia rectus est sermo Domini (Psal. xxxii)*. Et item: *Exsultate ei cum tremore (Psal. ii)*. Et item: *Psallite Domino sapienter (Psal. xlvi)*. Ergo si sapientem et cum timore jubet psalli, oportet psalterem immobili



corpore, inclinato capite stare, et laudes Domino A moderate canere : quippe ministerium suum ante Divinitatem impet, docente hoc Propheta cum dicit : *In conspectu angelorum psallam tibi (Psal. cxxxvii)*. Nam considerare debet qui psallit semper, ne alibi sensus ejus demigret, ne cum aliam cogitationem sensus noster migraverit, de nobis dicat Deus : *Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me (Matth. xv)*. Et item de nobis dicit : *Ore suo benedicebant, et corde suo maledicebant (Psal. lxi)*. Et ne, cum in sola lingua Deum laudamus, in sola regia oris nostri Deum admittamus; et intus in domum cordis introductum diabolum collochemus; fortior enim ab intus ducente judicatur, qui intus ingreditur, quam qui foris exspectat. Ergo ad cantum et tale officium corporaliter cor cum lingua conveniat, cum timore Domino quotidianum debitum reddibere, et notet sibi in corde qui psallit, ad singula omnia testimonia quae dicit : quia singuli versus si notentur, proficiant animae ad salutem, et in eis totum invenitur quod quaeritur; quia omnia ad aedificationem loquitur psalmus, dicente Propheta : *Psallam et intelligam in via immaculata, quando venies ad me (Psal. cix)*. Quod sonat in voce, ipsum sit et in mente psallentis. Psallamus ergo voce et mente communiter, dicente Apostolo : *Psallam spiritu, psallam et mento (I Cor. xiv)*; non solum vocibus, sed et corde decet ad Deum clamare. Cavendum namque est cum psallitur, ne frequens tussis, aut anhelitus prolixius abundet, aut salivaram execratus assiduus, aut narium spurcitiae detractae a psallente inante jactentur; sed debere fratrem post se projicere, quia angeli ante psallentes docentur stare, cum dicit Propheta : *In conspectu angelorum psallam tibi (Psal. cxxxvii)*. Ergo cum haec omnia impedimenta psallentibus a diabolo fuerint ministrata, mox sibi qui psallit signet os crucis sigillo.

## CAPUT XLVIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De reverentia orationis.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Si hominibus carnalibus nisi cum humilitate non fit precatio, cum beneficia eos aliqua temporalia postulamus; quanto magis convenit, ut pro peccatis nostris vel facinoribus omni qua possumus Christum prece rogemus! Nulla ergo debet esse in oratione duplicitas : non unus in ore, alter in corde inveniat : non multiloquio protrahi orationem debere, sicut ait sanctum Evangelium hypocritas eos fieri tales. Non frequens tussis, non excreatus assiduus, non anhelitus abundet; quia haec omnia orationibus et psalmis ad impedimentum a diabolo ministrantur. Nam illud, quod diximus superius, et in orationibus caveatur; ut qui orat, si voluerit exapuerit, aut narium spurcitas jactare, non inante, sed post se retro projiciat, propter angelos inante stantes, demonstrante Propheta ac dicente : *In conspectu angelorum psallam tibi, et adorabo ad templum sanctum tuum*

(Psal. cxxxvii). Ergo vides, quod ante angelos ostendimus et orare et psallere. Nam ideo diximus brevem fieri orationem, ne quis per occasionem prolixae orationis obdormiat; aut forte diu jacentes diabolus eis ante oculos diverse ingerat, vel in corde aliud subministrat. Ergo oportet orare cum timore simpliciter; ut qui orat, praesentis Christi videatur pedes tenere. Et cum tanto debemus orare timore, ut cognoscamus quia eum Deo loquimur. Orare ergo debemus cum omni mente, sicut Apostolus ait : *Orabo simul et mente et spiritu (II Cor. xiv)*.

## CAPUT XLIX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De vigiliis monastrii.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Omni sabbato debent in monasterio exerceri vigiliae, a sera usque dum secundo fuerit gallus auditus, et jam fiant matutini. Sed propter quod vigiliae dicuntur, a somno se fratres abstineant; et psallant, et legentes audiant lectiones. Jam post matutinos lectis suis repaudent.

## CAPUT L.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De actu operum quotidianorum, per diversas horas, diverso tempore.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Dum cessant in die divina officia, intervalla ipsa cessantium a psalmis horarum non otiosa volumus pertransiri; astimantes ne otium modici minus lucrum securis generaret. Quia homo otiosus mortem operatur, et in desiderii est semper. Nam cum frater aliquid operatur, dum oculus in laboris opere figit, inde sensum occupat de quo facit, et cogitare illi aliqua non vacat; et desideriorum non mergitur fluctibus : quia stupore cogitationis ejus tunc oculus non arescit, quando manus cum sensu occupata aliquid perficit, propterea dicente Apostolo : *Et cum essemus apud vos, hoc praecipiebamus vobis, ut si quis non vult operari, nec manducet (II Thess. iii)*. Ergo debent esse et post officia Dei et opera corporalia, hoc est, manuum : et dum fuerit unde indigenti detur, super bona acta carrentur, et bene facta : ideoque oportet inter horarum alterna spatia diversa actuum exercitia convenire. Id est, tempore hyemis ab aequinoctio hyemali, quod est vii Kalendas Octobris, usque in Pascha, quia frigus est, et mane fratres non possunt aliquid operari, a prima usque in tertiam sequestratae a se per loca diversa decedat, ne in uno redacta omnis congregatio suis sibi invicem vocibus obstrepent, id est, lectionibus vacet unus de decem per loca, et residui de suo numero audiant. In his tribus horis infantuli in decada sua in tabulis suis ab uno litterato litteras meditentur. Nam in alphabeto majores usque vel ad quinquagenariam aetatem litteras meditari hortamur. Simul ergo in his horis, et psalmos meditari a nescientibus, ordinatione praepositorum suorum, admonemus. In unaqua-

que decada ergo in his tribus horis invicem et legant, A et audiant vicibus litteras, et psalmos ignorantibus ostendant. Cum ergo in spiritali opere has tres horas peregerint, repositis tabulis et codicibus divinis ad tertiam laudibus surgant; agentes in oratorio Domino gratias, quod meruerint tres horas diei spiritalibus operibus occupati sine peccato transiisse. Mox ut exierint a tertia, universi præpositi oculos habeant ad abbatem, inquirentes eum quid jubeat suas operari decadas: et cum unicuique decadae diversum laboris assignaverit opus, mox obedientes, vel a suis præpositis ordinati, assignatum laboris opus cum taciturnitate semper exercent; ita ergo ut antequam inchoent laborare, orent, et postquam explicaverint, reorent: laborent semper præsentibus suis præpositis, et cum impleverint cum gravitate et has tres B horas in tanto laicalis opere, divinis ad sextam laudibus currant, agentes in oratorio Domino gratias, qui item meruerint et alias tres horas diei occupati tanto laboris opere sine peccato transiisse. Ideo enim fratres dicimus taciturnitatem semper debere servare, ut cum omni ab eloquio os custoditur, peccata lingue non admittantur. Taciturnitas autem hæc a fratribus laborantibus custodiatur a fabulis sine lege, vel sæcularibus rebus, vel verbis otiosis, quæ ad rem non pertinent. Nam psalmos meditari, vel Scripturas recensere, vel de Deo aliquid loqui, duntaxat in absentia abbatis, humiliter tamen et lente, quamvis in illa hora fratres licentiam habeant. Mox ergo ut a sexta exierint, revertentes ad loca sua suum perficiant opus; et in quo opere semper majore fratrum laborantium exhibente cujusvis codicis lectio quotidie ab uno litterato legatur. Ideo enim ordinavimus quotidie laborantibus legi, ut cum a malis tacemus, de bonis audimus, et loquimur, nunquam peccemus. Ipse namque frater legat, quem abbas per aliquam impossibilitatem necessitatis non posse laborare agnovit. Quod si ipse major numerus fratrum, cui legitur, prope sit monasterio, operantes intus monasterium aliquid tale de a: tibus fratres, cum quo opere possint ad legentes migrare, mox se jungant, et audiant auribus, tamen manibus operantes. Quod si fixa sit operis officina, aut tale sit opus, cum quo non possint fratres ad legentes migrare, alia die et ipsis legatur. Ergo cum et has tres horas in laboris opere transierint, divinis ad nonam laudibus currant, agentes in oratorio Domino gratias, qui item meruerint C et alias tres horas diei occupati item in laboris opere sine peccato meruerunt transiisse. Statim post dictam sextam, aut post prandium, quam in jejunio, omnes modice in suis lectis meridientur: ut meridianas horas, vel ferventem æstum in sopore pertranseant; et in fatigatis fratrum corporibus, id est, jejunio et labore, ipsius temporis brevitatis nocturno auxilio meridiani somni compensentur; et sobrius jam surgat frater in nocte, cum cœperit æstate dormire in die. Ergo post sextam cum suis se collocaverint lectis, post modicam requiem universi fratres a præpositis suis, vel ipsi simul præpositi ab ipsius septimanæ vigiliis excitati, quanto spatio diei nona restiterit, item cum taciturnitate vaniloquiis artibus suis revertantur et labori; et in toto ipso æstatis tempore, tam etiam cum sexta hora, vel nona reficitur. Tamen post nonam quantum spatium diei restiterit usque temperius inchoatam lucernariam, tunc ordinatione præpositorum suorum sequestratæ a se per loca diversa decadae, alii legant, alii audiant, alii litteras discant et doceant, alii psalmos quos habent superpositos meditentur. Nam cum eos maturaverint, et memoria perfecte tenuerint, adducti a præpositis suis ipsum psalmum aut canticum, seu quamvis lectionem memoriter abbati restituant: et cum perrediderit, mox petet pro se debere orari. Et cum pro eo a circumstantibus oratum fuerit, complenti abbati genua osculatur, qui reddidit. Cui mox aut ab ipso

nocturno somno careant. Item post dictam tertiam usque in sextam laborent; semper autem cum taciturnitate sæcularium vel otiosarum rerum, vel scurrilitatis, quæ ad ædificationem non pertinent: psalmorum vero recensionem, vel meditationem et interrogationem præceptorum divinatorum, vel pro ædificatione aliquid de Deo loqui, quamvis in illa hora discipulis licentiam relaxamus, in absentia duntaxat abbatis: in præsentia vero ejus labor, humilitas, taciturnitas et reverentia præbeatur. In absentia vero abbatis ideo de bonis et sanctis rebus eos loqui permittimus, ut nunquam desit memoriæ eorum servanda pro servitio Dei oris eorum custodia, et expeditius de bono quam de malo eorum eloquia occupentur. Nam ipsum laboris opus terrenum, aut cujusvis artis cum inchoant, oratione præcedente incipiant; eadem semper oratione et finiant. Ideo enim præcedente oratione incipiunt, ut petant Deum, ut pio ejus auxilio adjuvati, et ejus defensione omni hora muniti in his horis, quibus laborant, ne aliquod in eis peccatum subripiat, de quo possint Domino displicere. Et ideo postquam a labore disjunxerint, orent; agentes gratias Deo, quod fuerint Dei auxilio adjuvati. Ergo postquam has tres horas laboraverint, divinis ad tertiam laudibus currant, agentes in oratorio Domino gratias, qui meruerint in labore manuum occupati sine peccatorum offensa transiisse. Mox ergo ut a tertia exierint, unusquisque revertatur ad suum laboris opus: et cum per sequentes horas laboraverint divinis ad sextam laudibus currant, agentes in oratorio Domino gratias, qui alias tres horas diei occupati item in laboris opere sine peccato meruerunt transiisse. Statim post dictam sextam, aut post prandium, quam in jejunio, omnes modice in suis lectis meridientur: ut meridianas horas, vel ferventem æstum in sopore pertranseant; et in fatigatis fratrum corporibus, id est, jejunio et labore, ipsius temporis brevitatis nocturno auxilio meridiani somni compensentur; et sobrius jam surgat frater in nocte, cum cœperit æstate dormire in die. Ergo post sextam cum suis se collocaverint lectis, post modicam requiem universi fratres a præpositis suis, vel ipsi simul præpositi ab ipsius septimanæ vigiliis excitati, quanto spatio diei nona restiterit, item cum taciturnitate vaniloquiis artibus suis revertantur et labori; et in toto ipso æstatis tempore, tam etiam cum sexta hora, vel nona reficitur. Tamen post nonam quantum spatium diei restiterit usque temperius inchoatam lucernariam, tunc ordinatione præpositorum suorum sequestratæ a se per loca diversa decadae, alii legant, alii audiant, alii litteras discant et doceant, alii psalmos quos habent superpositos meditentur. Nam cum eos maturaverint, et memoria perfecte tenuerint, adducti a præpositis suis ipsum psalmum aut canticum, seu quamvis lectionem memoriter abbati restituant: et cum perrediderit, mox petet pro se debere orari. Et cum pro eo a circumstantibus oratum fuerit, complenti abbati genua osculatur, qui reddidit. Cui mox aut ab ipso

abbate, aut præpositis jubetur superponi; et postquam superpositum fuerit quodvis, antequam secum meditetur, item a circumstantibus petat pro se orari, et sic inchoet meditari. Lucernaria vero omni tempore, maxime vero in æstate, temperius inchoetur, pendente adhuc sole, sicut dicit Propheta, *usque ad occasum* (*Psal. cxxii*): non tamen dixit, post occasum. Ergo inde maxime in æstate temperius lucernariam diximus inchoari, propter breves ipsius temporis noctes. Ad laborem vero operis terreni, vel missiones viarum, hi fratres deputentur, qui artes nesciunt, aut discere nolunt, aut non possunt. Artifices vero deputato die, et experimentato artis suæ

A penso, artibus quotidie seclant; qui tamen cum aliqua necessitas laboris terreni aut viarum pro monasterii utilitate perurserit, tunc relictis artibus, aut fratrum adjutorii, aut viarum necessitatibus occupentur. Fratribus delicatis et infirmis talis labor injungatur, ut nutriantur ad servitium Dei, non occidantur: duricordes vero et simplices fratres, vel qui litteras dicere nolunt, et non possunt, ipsi gardis operibus intricentur; tamen cum temperamento justitiæ: ne soli jugiter diversis opprimantur laboribus. Infantuli, et jam senio decrepiti, et infirmi æquali debent cogi judicio.

## INCIPIT REGULA QUADRAGESIMALIS.

### CAPUT LI.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*De orationibus Quadragesimæ in die.*

#### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Inter matutinos et primam pura fieri debet oratio ab omnibus; item inter primam et tertiam: similiter fieri inter tertiam et sextam: similiter inter sextam et nonam: similiter inter nonam et vesperein; similiter inter vesperein et completorios: similiter fieri in totis Quadragesimæ diebus oportet.

### CAPUT LII.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*De orationibus Quadragesimæ in nocte, sive Psalms.*

#### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Oportet post primum decubitum omnes surgere, et ante lectos suos orare, complere abbatem, et repausare omnes, item post nocturnos repausare. Item cum cantaverit g. ih. s. omnes surgere, et orare ante lectos suos, complere abbatem, et repausare omnes. Unde oportet vigiligallos, in noctibus vel diebus Quadragesimæ multum vigilantes in nocte et in die esse sollicitos, ut horas advenisse orationum fratres adnoveant. Ideo debent in uno atrio omnes dormire, ut ab omnibus orationes istæ ante lectos communiter impleantur, ut omnes audiant abbatem complementem. Item debent surgere, et facere matutinos: quia adhuc matutini separati a nocturnis ante Pascha dicuntur. Item inter matutinos et primam similiter pura fiat oratio.

### CAPUT LIII.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*De continentia ciborum et potus in Quadragesima.*

#### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Unum coctum omnibus palmentum sufficiat; et in secundis quodcumque fuerit crudum cum pomis: panis hordeacei quadæ dæ. Ab ipso die Quadragesimæ usque in tricesimum propter laborem binas ad diem fratres, non amplius, accipiant potiones; id est, unum merum et unum caldum. A tricesima

B vero usque in vicesimam singulos meros accipiant: a vicesima vero usque ad Pascha vinum omnibus subtrahatur: absque infirmis, et infantibus infra duodecim annos, et senio jam defessis. Sed hoc de infirmis consideret abbas, ne aliquis mentiatur et fingat infirmum. Firmis vero, vel suo voto abstinentibus, mixta salibus cum cymino, vel apii semine calida aqua misceatur. Oleum non in cacabis, sed in ferculis propter abstinentes mittatur. Qui abstinentes in ipsis tamen mensis decadam suarum, quot in mensa quæ in suo numero fuerint, ordinatione majoris juxta jubentur sedere: ut absinentes de una mensa in una comedant scutella. Ideo enim diximus inter alios fratres communiter abstinentes sedere, ut erubescant voraces in communi natura non posse pariter gulæ desideria refrænare, et in eligendis bonis divinam cum abstinentibus non posse gratiam promereri. Nam ipso die Quadragesimæ cum communicant, primo jejunió, antequam communicent, detur licentia ab abbate in oratorio talis. Dicit abbas omnibus fratribus: Fratres, qui vult pro anima sua spiritaliter laborare, et aliquid abstinere, ad bonum hoc opus liberam ei voluntatem concedimus: qui vero noluerit, regulæ de hoc titulo constituta accipiet, et quadragesimæ contentus erit mensuræ. Jam qui de fratribus voluerint aliquid abstinere, ibi in oratorio vadant, et humiliant se ad genua abbatis, agentes gratias de boni actus voluntate concessa: et post impensam humilitatem, simul et oro suo abbati indicent, quis quid voluerit abstinere. D Nam ideo in oratorio abstinentes diximus designari, ut ad mensas cum hoc ipsum continent, ad eam in quadragesima corpori perdendam a tepidis vel gulosis fratribus non jam hoc ipsum repræsumere vel secum comedere suadeantur: cum non vult quis videre a se alium meliorem. Sed sint ergo isti tales testimonio oratorii de omnibus apud Deum electi, etiam abstinentes designati. Merito enim de resurrectione Domini tales debent in Pascha lætari cum Christo, qui corpus suum per abstinentiam cum eo crucifixerunt in quadragesima, dicente de tristitia Scriptura: *Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent* (*Psalm.*

cxv). Et, in paucis rexi, in multis bene disponuntur (Sap. iii). Nam quadragesima presentis hujus parvi sæculi obtinet typum, Pascha vero futuræ vitæ æternam lætitiā bonis indicat: in tantum, ut quod in quadraginta diebus abstinetur, manducari liceat toto anno. Sic qui in præsentī vitæ sæculi hujus aliquid desiderii suis vel carni subduxerit, in illo sæculo abundanter licet animæ de melioribus divinis deliciis in perpetuo saginari. Quia in hoc parvo tempore pro Domino voluit contristari, cum eo merebitur in futuro lætari. Jejunia vero Quadragesimæ protrahantur in vespere; id est, post lucernaria reficiatur omnibus ipsis quadraginta diebus: quia quinta feria jejuniatur, absque dominica: in quas Dominicas sera penitus nihil cœnent, ut una sit in ipsis diebus a die refectio. Jejunium vero in Quadragesima propter supervenientes non frangatur a domesticis fratribus. Qui vero voluerint fratres jejunium superponere, in ipso superposito die in labore cum fratribus non spectentur, solummodo laborantibus fratribus legant, ut otiosi non sint, et pro pane de verbo Dei reficiantur. Ideo enim in spiritu legendo laboret, ut sicut scriptum est, *Qui non laborat, non manducet* (II Thes. iii), ita et dignum est, ut qui non manducat non laboret, nisi in illa refectioe, in qua sine pane reficitur; hoc est, in eloquio Dei, dicente Scriptura: *Non in pane solo viit homo, sed in omni verbo Dei* (Luc. iv). In ipsis vero quadraginta diebus in monasterio fratribus ab hebdomadariis pedes non laventur, solummodo discalceentur; supervenientibus quibusvis extraneis laventur, propter illius mulieris testimonium, quæ lavit, et de alabastro unxit pedes Salvatori cœnanti. In cœna vero Domini mittant manus pro benedictione ad lavandos pedes abbati, et postea omnibus præpositis cum solatio fratrum. Inchoando tamen abbas lavet simul: et ostiarius ipse major lavet pedes; ut cum et ipsis humilem se in hoc obsequio præbet, et digne omnibus in honorem exaltatior judicetur. Deinde præpositi omnibus fratribus in decada sua lavant pedes, et tergant. Sexta vero feria lucescente, quæ est ante sabbatum sanctum, nocturnos solummodo faciunt: quia adhuc nocturni ante pulcorum cantum dicti de quinta adhuc feria sunt: etiam matutinos, vel cæteras horas, vel constituta officia Dei, usque ad missas sabbati; ubi tamen prolixum psalmodiarum silentium in ore psallentium nova resurrectionis alleluia aperiat. Ergo cum ad nocturnos quintæ feriæ dictos ulterius usque ad missas sabbati non psallent; orationes tamen illas quadragesimæ puras compleant, et ipso sextæ feriæ die lente sibi loquantur de tristitia Dominicæ Passionis; nec se supervenientes saluent. Nam extra infirmos et infantes, et senio pervinctos, quicumque de sanis reficere voluerit, sine accepta benedictione, et non signata refectioe reficiat; ut a gula sua vel a semetipsis communicati erubescant, cum aliis superponeutibus pro Dei speranda mercede, unum diem uen posse jejunium voluntarie pertransire; cum

A aliis ab invito interdum per triduana transire jejunia indigentia imponat necessitas. Et cum qua fronte futura octava Paschæ in Dominicæ Resurrectionis victoria desideret epulari, qui in tristitia causam ipsius passionis una die noluerit suam cum Christo crucifigere carnem? Sacramenta vero altaris in patena majore vitrea finiuntur: ut cum sexta feria Judæi ad passionem Christum quæsierint, sit ipse die mentibus nostris reclusus, ut sabbato nobis per resurrectionem in novo sacramento appareat. Jam qui sexta feria refecturi sunt, sine communiore reficiant; ut agnoscat jam quis sexta feria injuste refici sine Christo. Lotio vero rerum, vel apparatus Paschalis ipso die procuretur: in qua sexta feria altaris velamen, vel universus oratorii subtrahatur ornatus; simul et lucernæ et candelæ totum intra monasterium negetur aspectus: ut in nobis tristitia habeatur ipso die, cum mundo verum Domini lumen per passionem abscedit: et in sequenti lumen lucescente sabbato per totum mundum pro lætitia resonatur, quando per resurrectionem Christi lætitiæ a nos lumen revertitur. Nam omni tempore sic ornatum et mandum esse debet monasterium, ut per omnia introitorum loca munda ornata velis videatur ubique quasi una Ecclesia; ut ubique ad se invicem occurrentes deceat, libeat, et delectentur orare.

[Explicit regula quadragesimalis.]

#### CAPUT LIV.

##### INTERROGATIO DISCIPULI.

C *Cum hora divini officii advenerit, mox debere fratres ad oratorium festinare.*

##### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum advenisse divinam horam percussus in oratorio index monstraverit, mox laborantes opus projiciant; artifices ferramenta dimittant; scriptores litterarum non integrent, omnis fratrum manus deserat quod agebat; festinet statim mox cum gravitate pes ad oratorium, sensus ad Deum: ut mox ad primam orationem occurrant, et tanquam apes ad mel, intrantium in oratorium fratrum examen ebulliat: ut qui tacitus erat sancti oratorii locus, statim psalmodiarum clamoribus impleatur, et silentium loci sancti ad relictas migret officinas et opera. Cum vero index in oratorio semper percussus fuerit, mox omnes audientes, antequam currant, faciant sibi crucem in fronte, respondentem: Deo gratias.

#### CAPUT LV.

##### INTERROGATIO DISCIPULI.

D *De quot passibus frater, relicto labore, ad oratorium debet occurrere.*

##### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum sonuerit index ab abbate percussus, laborans frater, aut solus, aut multi mox relicto ferramento æstimatione oculorum suorum citius perpendat, si debeat ad oratorium festinare, an non; et hoc eligat, ut de quinquaginta passibus longe a monasterii limine, cum gravitate debeat ad oratorium festinare. Quod si supra hunc numerum fuerit loci longinquitas, jam non vadant, sed ibi relicto de manibus

ferramento, suas flectentes cervices, quæ aguntur in oratorio genua, opus Dei sibi lente dicant et ipsi: aut si urgent fratrum quævis opera facienda, psalmos sibi tamen cum gloriis suis contemnerent; quia gloria illæ quæ inter eos dicuntur pro orationibus constat. Nam ipsæ gloriæ flexo semper capite a psallente dicantur; psalmi vero directanei dicantur, propter, ut supra diximus, urgentia laboris opera, quibus expletis versum et orationem complexis sibi ipse innox quod faciebat reprehendat. Ideo enim si plus a quinquaginta passibus longitudo fuerint loci a laborante fratre, jam non diximus ad oratorium ambulare, ne currentes de longe fratres, festinatione nimia concitata certatim inter se cursio, non cum gravitate, sed cum lascivia currant; et lassati longo itinere cum tardi ingressi oratorium fuerit, palpitante post viam stomacho, vocem psalmi non valeant adimplere: et cum de longe quamvis lassus advenierit, opus Dei a presentibus fratribus jam inveniat explicatum, et tunc in desperatione vel damno suo spiritualis frater versetur, et graviter contristatus, qui non meruerit opus Dei, nec in oratorio: et damnatum constitutæ horæ ei longinquitas faciat. Intra monasterium vero qui urgentibus communis utilitatis necessitatibus occupantur, clara voce cum a psalmo cessatur, et orationi incumbitur, petant ad oratorium se debere habere in mente, et tam in eodem loco in quo occupantur lent: sibi opus Dei, sequendo oratorii vocem, adimpleant simul, et explicatis per vices psalmis in eodem loco, in quo stant aut sedent, in orationibus genua flectant.

## CAPUT LVI.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debeant fratres in itinere opus Dei complere.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum fratres spirituales sine laico ambulant juncti ad se et cantantes, modice de via flectant genua, et post orationem redeant in viam: mox ab omni verbo alieno a Deo tacentes, propter reverentiam operis Dei, et sic ambulando petita prius benedictione impositum prorumpant in psalmum, quem cum expleverint, stent modicum; et inclinatum capite modice orent: qua oratione expleta, mox inchoent viam ambulare cum psalmo; quo expleto, iterato stantes orent: qua item expleta oratione, psalmum similiter ambulando inchoent: quo expleto, iterato curvati in humilitate orent. Ergo cum omnem ipsius horæ consuetudinem expleverint, modicum sedentes in partem flexis genibus orent: et complentes vicibus sibi, tunc demum revertantur ad viam, et sic se communibus fabulis, si voluerint, misceant. Tamen illis horis, quibus opus Dei ambulando perficiunt, caveant ne divino occupati in opere aliud inter se verbum inmiscant. Si vero mixti cum laicis ambulant, sequestrantes se ab eis in parte stirpium, aut si mundus fuerit locus, et latebram non præbuerit eis, retro se aliquantulum faciant, et flexis genibus trium psalmorum capita dicentes, mox una

gloria explicent; deinde dicentes versum, et post versum modicam orationem facientes, complentes exurgant, et sequantur vicem collegas. Ideo enim plus ad singula capita trium psalmorum cum una gloria a fratribus non diximus dici, ne perambulante solatio laico, cui de causa Dei cura non fuit, derelicto forte fratribus spiritualibus trivio, nescientes forte fratres viam, in multifariam separentur semitam per errorem, et postea amara tristitia occupentur; et poeniteat forte eos in lucris animæ remorasse. Sed hoc, ut sic compleant, exeuntes de monasterio fratres ab abbate aut a prepositis suis debent moneri. In nubilo vero die, cum radius suos sol mundo absconderit, sive in monasterio, sive in via, sive in agro perpenatione horarum transacta fratres continent, et quævis hora sit, consuetum tamen complentur officium: et sive ante, sive retro a certa hora dictum sit, consuetum horæ opus tamen non prætereat, sed agatur: quia obscuritas nubium cito absente sole, hoc religio excensat, quod culpa agentes non invenit.

## CAPUT LVII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quo ordine in via fratres aliquid regulæ constitutæ servabunt.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Frater qui pro actibus monasterii mane missus fuerit, et qui propter occupationem viæ a prima usque in tertiam in hyeme, sive a nona usque in vespere in æstate, legerit; si sub eodem die monasterium reversurus fuerit, quavis hora redierit, prandeat; aliquantulum tamen legat aut meditetur, ut regulam ipso die videatur implere. Si vero in viam longiorem dirigatur, colliculum modicum cum aliquibus lectionibus de monasterio secum portet; ut quavis hora in via repausaverit, aliquantulum tamen legat: ita tamen si fuerit psalteratus. Si vero non fuerit, tabulas a majore superpositas psalmis secum portet; ut ad refectonem prandii aut ad mansionem applicaverit, aliquantulum, quantum occurrerit, tamen meditetur; ut quotidie regulæ reddat quod suum est. Ita et frater qui adhuc litteras discit, tabulas superpositas a majore de monasterio secum portet; ut si cum litterato vadit, ipse cum se ad refectonem, vel mansionem applicaverit, cum eo tamen, aut solus aliquantulum, quantum occurrerit, meditetur, ut supra diximus; aut ad prandium, aut ad mansionem aliquantulum tamen meditetur: ut videatur quotidie consuetam regulam adimplere. Item frater, qui pro actibus monasterii aut noluerit ire, aut certe ambulans murmuraverit, vel cum aliqua tarditate exire voluerit, si placuerit abbati, jam non mittatur: et statim excommunicationis poenam suscipiat, et sciat se adeptum superbium præceptioni repugnare divinæ; ideo divinæ, quia dicit Dominus doctoribus nostris: *Qui vos spernit, me spernit (Luc. x)*. Applicantes vero in via ad mansionem fratres, tali loco lectum sibi eligant facere, qui sit semo us et

mundus; ubi digne supra stratum leniter in nocte A  
Deum memorentur. Nam et hoc præceptum abbatis  
vel præpositorum exeuntes in viam fratres accipiant,  
ut quoscunque fratres spiritales positos visitent; et  
cum eorum introierint cellas aut oratoria, orantes  
dicant hunc versum: *Introivimus in tabernaculum  
ejus, adoravimus in loco ubi steterunt pedes ejus  
(Psal. cxxxi)*. Exeunte, exinde orantes similiter  
dicant hunc versum semper: *Vias tuas, Domine,  
notas fac mihi, et emittas tuas edoce me. Dirige me in  
veritate tua (Psal. cxiv)*. Aut forte alium versum pro  
isto, si voluerint dicere: *Perfice gressus meos in semitis  
tuis, ut non moveantur vestigia mea (Psal. cxviii)*.  
Ergo cum coeperint a monasteriis et cellulis spirita-  
lium nostri fratres exire, prius oratorio valefaciant,  
et item peculiariter pro egressu, quos in monasteriis B  
suis vel cellulis derelinquant, se debere in sequenti  
Dei opere memorari, et sic ambulent. Cum vero  
ecclesias nostri fratres introierint, post orationem  
humilitatis Deo incurvatæ erecti dicant hanc ver-  
sum: *Exsultabunt sancti in gloria, la tabuntur in cubi-  
libus suis (Psal. cxlix)*; lente dicentes et modice  
incurvati in orationem complentes sibi, sic exeant  
foras.

## CAPUT LVIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quos palmos debent fratres dicere diverso tempore in  
via nocte?*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum surrexit nocte super stratum suum frater, C  
aut solus, aut cum alio aimplere nocturnos, post  
versum taciturnitate, a capite, vel responsorium,  
primum tres psalmos dicant, alium responsorium,  
lectiones, versum, non amplius, propter laborem viæ  
præteritum et futurum. Matutinos vero omni tem-  
pore in via post nocturnos explicitos, mox subse-  
quentes conjungant: ne cum lux eos occupaverit,  
matutina in squaldis, in importunis vel spurcatis  
casæ vel tabernæ locis, antecedentes, aut post deri-  
dentes nostrum propositum laicos, sine reverentia  
videatur compleri. Ergo cum jam secuti fratres de  
factis matutinis mane fuerint, de sola viæ protectione  
incipiant cogitare, vel de componendis sarcinis ani-  
malium, vel de constrictione ovis bisacciarum sua-  
rum reddantur solliciti.

## CAPUT LIX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Qua hora debeant fratres in via reficere.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Ambulantes longo itinere fratres quarta, sexta,  
sabbato in hyeme; hoc est, ab æquinotio autumnali,  
quod est vii Kalendas Octobris usque in Pascha, in  
via ambulantes fratres ad vesperam reficiant. Nulla  
ratione hæc frangant jejunia. Ideo enim ad vespe-  
ram diximus, quia si nona volunt in via reficere,  
occupati in refectioe brevibus horis prolongata,  
mansio eis parvo clauso die subducitur. Sed qui

tamen hæc in hyeme non frangant jejunia, si car-  
ricati in dorsis suis gravibus oneribus non vadunt,  
nam tunc abbas in via ambulantes fratres faciat re-  
ficere; considerata perpensatione aut temporis, aut  
necessitatis, sive in hyeme, sive in æstate, si gravia  
gelicidia camporum, aut ferventes æstus viarum, aut  
montes excelso subire, aut grave sarcinarum pondus  
æstimaverit, vel imbecillitates quorumdam impossi-  
bilitatis fratrum consideraverit: tunc refectos aliquod  
faciat de monasterio properare. In hyemis gravi al-  
gore calefactos, in ferventi æstate temperatos in  
viam debet fratres dirigere. Infantuli vero infra duo-  
decim annos, non solum nullo tempore in via jeju-  
nent, sed etiam nullo die jejunii de monasterio egre-  
dientur; duntaxat si in proximo non mittantur, unde  
ante tertiam in æstate, aut ante sextam in hyeme  
expsectentur, in quibus horis constitutum est eis de-  
bere reficere.

## CAPUT I.X.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De qualitate sum, tuum fratrum in viam accipiendorum.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Considerans abbas fratrum debitum quotidianæ  
mensuræ, nec non et longinquitatem itineris, vel  
moras agendi actus, simul et perpensas substantiæ  
monasterii quantitatem in nummis, aut in his que  
cruda possunt portari, sufficientibus consuetæ men-  
suræ sumptibus aliquantulum pro labore itineris ma-  
gis, propter adjuncti forte in via collegæ vel socii  
charitatem, quantum abbas voluerit, panis aut vini,  
seu et aliarum rerum vel nummorum jungat men-  
suræ.

## CAPUT LXI.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Missus frater de monasterio, et in eodem die ex-  
spectandus, si suadente aliquo foras communicare  
debet; an ad oratorium revertens servare jejunium  
coram abbate consignandum communioni?*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Exiens frater de monasterio interrogat abbatem,  
dicens: Quid jubeas, domine pater, si pro charitate  
ab eo ad quem mittor, aut ab alio aliquo retentus  
fuero ad mensam et cum juramento suam mihi  
fuerit ad manducandum, quid? frangendum erit, aut  
non, jejunium? Respondeat abbas, dicens: Si spiri-  
D  
talis frater pro adventus tui lætitia secum tamen ad  
comedendum et per charitatem petat, prima quidem  
ejus petitione, si quarta, aut sexta feria, aut sab-  
batum fuerit, nega: secundæ vero iteratæ ejus peti-  
tioni pro charitate jam consenti. Aliis vero diebus,  
extra istas tres ferias, primæ petitioni spiritali ad  
manducandum effectum concede. Si vero sæcularis  
erit apud te reficiendi petitiõ, quarta, sexta, feria,  
et sabbato non permittimus te jejunium frangere:  
quantisvis petitionibus nega, usque tamen ad jura-  
mentum. Nam forte cum per aliqua divina aut sanctæ  
fueris adjuratus, jam consenti in his tribus feriis: ut  
et agnoscaris Dominum amare, cum per eum con-  
junctus consentis. Et quod secundæ petitiõni spiri-

tali fratri pro charitate volendo concedis, juste laico A divino te nomine conjuranti, licet nolendo, consentis. Si vero in his tribus feriis sine adjuramento divini nominis apud te erit persuasio frangendi jejunii, communicare apud laicos non permittimus fratres, sed ad suam communicationem expectet oratorium revertentes. Si vero prolixitate itineris sero erit frater reversurus, si tamen ab aliquo, ut diximus, laico in his tribus feriis sine juramento suadeatur jejunium frangere, non tamen ei se promittat reficere. Si vero ad hunc sæcularem frater mittatur, in omnibus jam conversum similitem religiosi actibus, qui sola adhuc videatur tonsura dissimilis, hujus suasioni tribus feriis pro jam conversi forma vel charitate post primam, ut diximus, petitionem refectionis concedatur effectus. Aliis vero feriis, si B apud suadentem de refectione a transmissio fratre adhuc tarda fuerit agenda mora, aut nona, aut vespera, fratri manducare permittitur; ne extra horas refectionum constitutas consuetus modus sancti propositi excedatur. Jam si nulla est mora, et via a fratre repedari sub die necesse est, qua hora festinantibus fratribus fuerit persuasum, mox consentiat; ne non sumptus monasterii habeat frater, et consuetam refectionis horam longinquæ occurrere viæ, et tarde fratri per lassitudinem revertenti in præparata diversorum refectione mensa monasterii jam explicita levetur, et utrinque decipiatur adveniens. Et item ideo a festinante fratre extra horam consuetam refectioni consensus conceditur, ut non petentis pro charitate hospitii animus contristetur.

## CAPUT LXII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Si debet extra horam constitutam in via frater aut manducare aut libere.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

De sumptibus suis extra horam constitutam non præsumat, qui sumptus ipsi a privilegio vel mensura regulæ exierunt; ideo constitutis horis per normæ mensuram debentur. Si vero de alienis sumptibus ad alio extraneo socio dantur pro labore itineris, in charitate fratres consentiant: ita tamen, ut ante consensum hoc tradenti respondeant se habere præceptum regulæ vel abbatis, de sacris monasterii sumptibus extra horam eis debitam non posse contingere; hoc ideo a sanctis vel spiritualibus fratribus, ignorantibus aliis hanc disciplinæ mensuram, illis vicecollegis diximus innotescere, ne cum de suis sportis incongruæ refectionis hora nihil communiter ponant, æstimentur cupiditate magis hoc, non disciplina observare. Quod si item his fratrum dictis taliter suadentes responderint, ad solam gratiam illorum, vel communionem eorum in reficiendo per charitatem appetere, quam viæ societas injunxit, et intactis eos sumptibus de suo velle pro charitate expendere; tunc demum eis assentiant, perseverante tamen servandorum suæ horæ suorumque sumptuum disciplina. Jam cum constituta viæ advenerit

hora, prius nostri fratres juste cum hora justitiæ magis suas horas efficiantur, et tunc de suis sumptibus jam ponentes, quod illi pro sola charitate injuste præsumperant, isti nunc et pro vicaria charitate, et pro justitiæ modo dupliciter administrent. ut quos in illos ignorantes modum justitiæ istis tamen charitas persuaserat, per istos illis notitiam suam ingerat disciplina. Quod si ante horam refectionis adveniat, quam fratres ad casam perveniam destinatum, mox in quo loco in via constituta occupaverit hora, reficiant fratres: ne forte cum ad locum pervenerint destinatum, non cogantur a colono reficere, et missus frater horam refectionis videatur perdidisse, cum ad refectionem a domino rei coactus non fuerit, et postea extra horam cogatur fame compellente reficere, et sumptus constitutæ horæ extra tempus violare. Ante nonam in via fratribus quodvis bibere liceat propter sitim.

## CAPUT LXIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quales sunt fratres qui insalutatis abscedunt fratribus.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Fratres spiritales in via quando a se abscedunt, si vale sibi non faciant, vel orationem communem offerant Domino, vel pacem sibi tradant, sciant se excommunicatos a charitate discedere, usque dum se revideant, et charitatis inter se vinculum nectant, sicut in V. tis legitur Patrum; abscedens unus frater de partibus Orientis, veniens in partes Occidentis, C reinemoratus quod uni fratri vale non fecerat, præmissæ charitatis repedavit itinera, ut quod minus complevit, in fratre perliceret. Unde debent ad hanc charitatem fratrum fratres esse solliciti.

## CAPUT LXIV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quoties debet frater re'inquens monasterium et iterum ab errore revertens recipi.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Frater si exierit frequenter de monasterio, usque in tertium reversus resuscipiatur, amplius non jam: quia talis apud Dominum ejus agnoscitur divini servitii fides, qualis apud homines pedum instabilitas constituit. Et ut quid in monasterio jam opus sit, quem Deus non possidet? Ideoque post tertiam correctionem juste monasterio sit ut ethnicus et publicanus.

## CAPUT LXV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debent fratres externi a domesticis salutari?*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Fratres cum monasterio extranei supervenerint, et ejusdem fratres monasterii in communem locum advenerint, ubi illi extranei aut sedent, aut stant, aut jacent, aut deambulant; primo ad ingressum suum mox voce sua, Benedicite, salutent; deinde petant pro se orari, postquam orationem compleverint.

rit extraneus, mox vadat frater domesticus incurvato per humilitatem capite salutationis ejus ad genua, et prius hoc erigatur ei ad pacem; ut apostolica compleatur sententiæ dicens: *Honore invicem prævenientes* (Rom. xii). Ad ingressum vero fratrum extraneorum post orationem, antequam compleat, hunc versum dicat abbas cum domesticis fratribus: *Suscepimus, Deus, misericordias tuas in medio templi tui* (Psal. xlvj).

## CAPUT LXVI.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De egressu fratrum de monasterio in viam.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Exeuntes in viam fratres petant pro se orari, dicentes versum: *Vias tuas, Domine, notas fac mihi, et semitas tuas edoce me* (Psal. xxiv); aut voluerint alium: *Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigiâ mea* (Psal. xvi). Semper enim versum quando exeunt, sive quando ingrediuntur, cum gloria explicant. Similiter et revertentes petant pro se orari, dicentes hunc versum: *Introivimus in tabernaculum ejus, adoravimus in loco ubi steterunt pedes ejus* (Psal. cxxi); cum gloria: vel quotiescunque limen forum ultimarum monasterii egressus ingressusque fuerit frater, sine versu tamen, petat pro se orari semper.

## CAPUT XLVII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De regressu fratrum de via revertentium in oratorium.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM

Fratres quovis horæ tempore de via reversi ad monasterium fuerint, et fratres psallentes in oratorio invenerint, orantes mox psallant cum ipsis; et post psalmum expletum a psallentibus pariter voce sua universos petant pro se orare debere: ut videantur de ingresso limine forensi exterioris regiæ monasterii in petenda oratione regulam adimplere. Et post missas operis sancti in oratorio primo abbatem, deinde præpositos suos, vel omnes post regressum viæ ad pacem accipiant.

## CAPUT XLVIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Exeuntes de oratorio mox debere de omnibus tacere.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Exeuntes de oratorio fratres mox taceant, nec etiam psalmos meditando exeant; ne quod in tempore suo cum reverentia dictum est, extra tempus foris per extollentiam decantetur. Ergo exeuntes de oratorio taceant statim: quia psalmodiarum explicatum est tempus, et taciturnitatis incœptum est, sicut dicit Scriptura: *Omni rei tempus* (Eccl. iii).

## CAPUT LXIX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De fratribus ægrotis.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Fratres ægrotos qui se dixerint esse, et ad opus

Dei se non levaverint, et continuo jacuerint, ad cultum non vocentur: sed in refectonem solummodo succum, vel ova, aut calidam aquam accipiant: quod vix possint veri tædiosi accipere: ut, si se fingant, vel fame compellantur levari. Si vero post diem dictum surrexerint, excommunicentur; et ad mensam carnalem non accedant, quia ad spiritualem oratorii non affuerunt, quia laborem fugerunt, et opus Dei contempserunt. Nam in his talibus agnoscitur diabolus per excusationem tædii somnique pigritiam ministrare; ideoque talem mercedem recipiant. Qui vero frater sine febris membrorumque dolore lassatur, si poenam supradictæ lassitudini excommunicationis sustinere non vult, intret tamen in oratorium consueta cum fratribus hora, et si stare non potest, jacens in matra vel in oratione psallat: cui a vicino fratre stante insidietur tamen, ne dormiat. Si vero postea ex toto nihil laboraverit, unam quadram panis minus in annonâ accipiat sua, et potiones duas subductas; et hoc tantum, quia vel ad opus Dei surrexit, quia nec justum est ut otiosus frater contra laborantem fratrem, cui digni laboris merces debetur, æqualiter judicetur: et quia *bovi trituranti non alligabitur os* (I Cor. ix). Sic et qui non laborat, si propter justitiam, jam si ex toto non manducat, vel pro tædii qualitate tantum manducet, quantum laborans aut sanus: quia impotens, qui ad laborem proclamat se non posse, iteque ad manducandum judicetur non posse: quia utrumque non posse justitiæ convenit, et veram necessitatem ostendit. Si vero ad laborandum non possumus; et ad manducandum juste debere non posse. Per pigritiam enim otiosi glotonis talis agnoscitur ægrotudo, ut cum ad laborandum suo ore proclamatur, se non posse; et ad manducandum tacet ipsum non posse; si sua vult non dicere, aliena mox incipiat lingua audire, se ad manducandum non velle velle non posse: quæ justitia hoc ostendit, ut sicut in uno homine anima, venter, membra æqualiter conveniunt; sic et una necessitas in his tribus communiter debet sentiri, ut quod in sanitate tres istæ res supradictæ communiter possunt, in necessitate vero agnoscatur simul non posse. Nam quare uni rei non posse permittat necessitas, et aliæ posse permittat; cum in uno hominis corpore anima, venter, et membra separatim ipsam necessitatem sentire et sufferre non possunt: quia adhuc anima in nobis omnes sentit dolores; quæ abscedente, quod passum fuerit mortuum corpus nescit sentire. O injustitiam nefas! caput torquetur doloribus propter laborem, et venter non torquetur propter dilectionem cibi; quasi in alieno corpore ipse venter sit positus.

## CAPUT LXX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De charitate fratrum circa ægrotos.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Fratres qui se voluerint ostendere, quam pleni sint charitate, cum certamine ægrotos fratres visitent.



consolentur et serviant; ut charitate fraterna in A necessitate probetur, et Domini jam vocem factis adimpleant, dicentis: *Infirmus fui, et visitastis me* (Math. xxv).

## CAPUT LXXI.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Si debeant fratres spiritaliter ad se invicem occurrentes prius orare, aut sibi pacem dare, aut salutar.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum vero introierint fratres monasterium, aut in via fratribus spiritalibus occurrerint, postquam se per benedictionem salutaverint, prius orent et sic sibi pacem dent; sicuti Pauli et Antonii eremitarum occursum legimus: qui cum se mox vidisset, et sibi invicem occurrissent, postquam se propriis salutavere neminibus, mox oratione facta complentes, postmodum se mutuis miscuerunt amplexibus charitatis, sibi pacem reddentes. Inde ergo prius orare, quam pacem sibi debent tradere occurrentes: quia si non prius oratum fuerit, unde scit frater, ne in figura humana tentationis diabolicæ occursum adveniat, pro manifesto corporis visu diabolica subito phantasia evanescat, et nostro nos decipiamus aspectu, si humanis oculis credimus, quod divinis orationibus non probamus? et ideo prius orare, quam pacem sibi debent tradere occurrentes; et quia dignum est, ut pro communi præsentationis adventu primo per orationem gratiâ Domino referantur; qui dignatus est alternis desideratis aspectibus utrosque immolescere sibi aut repræsentari: deinde post Domini completam orationem merito jam homini pacis gratiam reddi debere.

## CAPUT LXXII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De refectione propter charitatem fratrum supervenientium.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum fratres monasterio extranei supervenerint, si quarta, sexta feria, et sabbatum fuerit, voce præsentis abbatis, aut cellarii, si absens fuerit abbas, rogentur ad refectionem remorari ad nonam. Si autem usque ad tertiam admonitionem, non usque ad nonam consenserint remorari, sed pro certo ambulare se urserint, propter charitatem adventus eorum, fracto jejunio, omnes fratres monasterii cum eis ad sextam communicent. Si autem ante sextam se urserint ambulare, quævis hora fuerit festinationis inventa, jam sine domesticis fratribus ipsi soli reliciant, et jejuni de monasterio non permittantur abscedere propter viam, quia in panis fractione cognita est charitas Christi, sicut et in Actibus apostolorum legitur, fracta Eucharistia et sumpta a se, apostolos Jusecessime Andream et Joannem.

## CAPUT LXXIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De fratribus qui ad opus Dei tarde occurrunt.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

*Frater qui nocturnis, matutinis et lucernariis pri-*

mam orationem aut psalmum perdidit, ejectionem cum ab oratorio cum terrore in capite foris eum apud semetipsum de emendatione abbas moneat. Si secundam orationem vel psalmum perdidit, ibi in oratorio, præsentem congregationem, post psalmum expletum corripiatur acerbè. Si vero post tertiam orationem vel psalmum intraverit, mox una cum præpositis suis foris de oratorio excommunicatus jactetur: et non prius ad veniam revertatur, nisi humilitatis satisfactio ab eò æqualiter ante limen oratorii fuerit operata: sed hoc, ut superiori titulo diximus, de intra quinquaginta passus longitudinem. In prima vero, tertia, sexta et nona, qui per signum iudi percussus ad primam orationem, et primum psalmum non occurrerit, in oratorio præsentibus omnibus acerbè corripiatur: post secundam vero orationem, vel secundum psalmum qui occurrerit, jam sic excommunicatus cum suis exeat præpositis foras. Ad mensam vero Antiphonam, vel versum priorem qui non adfuerint, senote, et non signatum, et sine dactylis et accepta benedictione manducant et bibunt, sine alicujus hominis eloquio, usque dum se levant. Et merito sine alicujus eloquio hominis debet reficere, qui ante refectionem cum Deo non est locutus. Qui posteriori vero mensæ non adfuerit Deo post refectionem gratias redhibere, in sequenti refectione talem poenam in sequestrato suscipiat, qualem ille qui ante refectionem non est locutus cum Deo. Hæc vero correptiones vel excommunicationes duntaxat his constitutæ sunt, qui sunt voluntatis negligentia tardi, et nullis necessitatibus occupantur: qui etiamsi propria voce ad oratorium debere se ut absentes proclamant in orationibus memorari, prætermittantur a fratribus, et sciunt se excommunicatos; quos non utilitas monasterii, sed negligentia occupavit. Nam pro utilitate monasterii occupati digne absentes a præsentibus in oratorio memorantur: sic tamen occupati in eodem loco dicentes sibi opus Dei et ipsi. Nam frater qui correptus in oratorio fuerit, etsi non oratorio jubeatur exire, tamen psalmum et responsorium, aut lectionem, aut versum tandiu non imponat, usquedum in ipso oratorio pro culpa satisfecerit, ad genua incurvatus, et in voce humili petierit pro se orare. Frater qui pro utilitate monasterii occupatur, absens in oratorio habeatur in mente: qui per negligentiam aut tarditatem occupantur, tacite prætermittantur: quia potius peccatum acquirunt nolentes Deum in orationibus memorare.

## CAPUT LXXIV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Refrænari debere liberum fratris arbitrium.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Frater qui votum fecerit supra modum constitutum aut jejunare, aut superponere, aut abstinere, et sine jussu abbatis voluerit aliqua agere, sine voluntatis arbitrio magis non permittatur: quia etiam per bonum ei subripit diabolus, ut propriam cogat fra-

trant facere voluntatem : cum in monasterio non a licet fratri suam facere voluntatem, quod vult.

### CAPUT LXXV.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*De cessatorio Dominicæ.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

A nona hora sabbati post refectionem in æstate jam legant; in hyeme a nona in sabbato, sicut constitutum est superius, non operentur : sed etiam et sequenti die Dominica ab omni opere laboris cessant : et etiam a meditatione quotidianæ consuetudinis per tres horas in die in utrisque temporibus hyemis vel æstatis. Sed post missas ecclesiæ pro voluntate sua quis quid voluerit, aut delectatus fuerit, ex suo arbitrio legat : vel omnem licentiam repausationis habeant; ut lætentur sibi ad requiem diem Dominicum constitutum.

### CAPUT LXXVI.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debent transmissæ eulogiæ a sacerdote monasterii suscipi?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum eulogiæ a Pontifice summo, vel a sacerdotibus sequentibus monasterio advenerint, mox abbas osculans transmissum eulogiæ munus, et levans se cum omnibus qui ipsi adstant orent, dicentes hunc versum : *Suscipimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui (Psal. XLV) : cum gloria : et complens se deat.*

### CAPUT LXXVII.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*De benedictione vel signo sacerdotum.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Sacerdotes vero cum monasterio ad refectionem tenti fuerint, ipsi omnem cibum et pocula mista signant; vel primo sibi in mensa sua meros et benedictionem petentibus ipsi suo responso tradant. Ipsi vero sacerdotes cum benedictionem in manducando aut bibendo aliis petunt, non licet eis a majoribus responderi : quia ipsi, qui sacrali sunt, quod dant a non sanctis accipere possunt. Clerici vero, si servorum Dei interfuerint mensis, et ipsis locus tradatur signandi; sic et post orationem ipsis locus datur complendi.

### CAPUT LXXVIII.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*Non debere aliquem advenientem, aut fratrem aut laicum, plus biduo otiosum in monasterio pasci.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum aliquis frater in monasterium vel hospes advenerit, in hospitis honore vel via lassitudinis si voluerit otiosus esse, biduo mensæ fratrum hora sua communi ad-e-de-t; tertio vero die post primam dictam, exeunte abbate de oratorio, teneant hospitem intus in oratorio hebdomadarii

et cellarii, dicentes ei : Juva fratribus operari, quidquid abbas præceperit, aut in agro, aut in arte : si non juvat, abscede; quia regula hospitalitatem vestram complevit in biduo. Et si laborare assenserit, mox ei delegetur opus cum fratribus : quod si noluerit adimplere, abscedat, et lectus ejus desternatur continuo, usque dum alter peregrinus adveniat : cui moviter resternatur, cum aliquis forte spiritalis advenerit. Ergo si noluerit laborare, dicatur ei ab hebdomadariis et cellario, ut abscedat; ne laborantes in monasterio fratres cogantur juste et istius pigri hospitalitatem odire; et conversi in murmurationem, vel detractionem, tales odire incipiant peregrinos, qui per inertiam miseræ nusquam fixi stando laborantium debitos panes, sub prætextu religionis visitando monasteria, devorant otiosi; qui nec manifestos se cives monasteriis ingerunt persistendo, nec aperte se debiles indicant mendicando. Nam, ut supra diximus, talibus enim plus biduana cleemona damnum est dantis; quod in manifesta debilitate mendicanti pauperi ad mercedem lucrum est mendicantis. Ergo hi tales post biduum cum laborare noluerint, juste agnoscant, quia ut susciperentur, et pro labore longi itineris biduo otiosi pascerentur, Apostoli præceptum fuit, dicentis : *Hospitalitatem sectantes (Rom. XII)*. Et item ut ad opus laboris cum fratribus impellantur; ipsius item est præceptum, dicens : *Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos : quoniam non quieti fuimus inter vos, nec gratis panem vestrum manducavimus inter vos sub aliquo : sed in labore et fatione, nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam vobis daremus ad imitandum nos. Nam cum essemus apud vos, hæc præcipiebamus vobis, quia si quis non vult operari, nec manducet. Audivimus enim quosdam in vobis ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes : his autem qui hujusmodi sunt interdiximus, et rogamus in Domino Jesu Christo, ut cum silentio operantes suum panem manducet (Thess. III)*. Nam qui spirituales hospites sunt, si forte ipso die quo advenerint pro lasso labore itineris non possunt laborare, tamen alio die quod viderint fratres facere, ipsi sibi ultro injungunt : ne non solum otiosi, sed et miseri a laborantibus judicentur.

### CAPUT LXXIX.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*De cella peregrinorum.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cella peregrinorum semote monasterio constituitur cum lectis stratis, ubi supervenientes fratres, maxime ignoti, dormiant, et bisacias suas ponant. In qua res monasterii, aut ferramenta, aut utensilia non sint posita; ne forte cum putantur hospites spirituales, subito in damno fures inveniantur. Nam et propter cautelam custodiendi duo fratres, de quorum decada alii coquinam exercent, tandiu ex ipsa decada deputati vicibus a suis præpositis fratres pere-

grinos ex improvise custodiant : quandiu omnes de A eadem decada suis vicibus explicent septimanas : et cum de alia decada inchoaverint coquere, et in diebus septimanarum suarum, si supervenerint peregrini ; tandiu et de eadem decada deputati a suis prepositis fratres supervenientes ex improvise custodiant, quandiu et ipsi alia decada succedat. Ergo sic omnes decadae explicando et recapitulando omnes peregrinos advenientes semper custodiant. Ergo ipsi duo fratres, quorum ad custodiam fuerint vices, cum peregrini advenerint, in eadem cella simul sibi faciant lectos : ut, si forte unus de hospitibus ad oratorium nocte voluerit ire, et alius forte noluerit propter lassitudinem se levare, aut forte voluerint vicibus foras exire, utrique habeant singulos ex improvise custodes : ut et ille, qui aut ad oratorium aut egreditur foras, per incertos manasterii exitus nocte, et ingressus per occasionem custoditus a domestico fratre ducatur, et cum manente alter remaneat custos : ut et charitatem solatii videantur hospitibus adimplere, et res monasterii ab incertis ex improvise custodiant. Nam et in die ipsi sibi sollicitudinem faciunt, eos intra monasterium de nihil facto oculo custodire. Nam ideo duobus hæc cura committitur, ut et in nocte vicibus sint circa peregrinos solliciti, et in die, si forte ex eis unus fuerit occupatus, alter peregrinum a longe custodiens respiciat. Cella ipsa habeat clausuram talem ab intus, qualem a foris : ut nocte tam ab eis, inclusis secum hospitibus, ab intus missis claustris clavis tollatur ; quam, ubi norunt, abscondant ; ut cum foras forte voluerit hospes exire, ipse sibi custodes excitet, cum clavem requirit : quo præseate incipiat ad ignotum refrigerium foras exire. Ipsi enim fratres bisacias eorum et virgas suscipiant in cella eadem servaturi, clave forensi fideliter conservandas. Jam si forte tales inventi fuerint hospites, qui diu persistendo fideliter et animo laborando judicaverint se monasterio perfirmitate, suggerent eorum custodes abbati, et lecta eis regula, videant quot dies jam habent in monasterio, et residui dies de induciis eis ad tractandum secum cedantur. Et cum expleti fuerint constitutarum indiciarum dies, et tunc demum si placent eis probate vitæ vel regule disciplinæ, sicut de firmandis monasterio fratribus posteriori titulo constitutum est, se monasterio usque ad mortem perseverando contradant. Quod si non se voluerint firmare, sed sic laborando quotidie cum fratribus monasterio voluerint remorari, si contenti sunt pannos suos vel indumenta in alieno opere stricare, sola tamen communis mensa vel vitæ mensura eis de monasterio præbeatur, de cæteris necessariis præparatio denegetur. Quia firmis debent omnia præparari ; talibus vero de firmitate dubiis sola monasterii mensa sufficiat : et hoc tantum, quia vel laborare cum fratribus volunt remorando, a fratribus illis custoditi duntaxat die noctuque.

## CAPUT LXXX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Polluti per somnum fratres si debeant communicare, aut non.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Fratres qui se immundos per somnum agnoverint, secreta ante fores oratorii, antequam ad illam psallendi horam intrent, qua solent communicare, abbati ad genua incurvati consteantur hoc ipsum : et tunc abbas interrogans eos, quid potuerint turpiter cogitare hesternam in die, ut eis consensus libidinis venisset in nocte. Et si frater magis spiritalis est, non erubescat confiteri malum illud, sicut superiori titulo diximus, si cupit animam suam salvare de morte, quod abbas possit monitionibus emendare. Tamen biduo se a communionis acceptione suspendant, ut jam tertia die mundi communent. Tales enim fratres qui frequenter existerint, sciant se non occasione, sed voluntate sua sibi excommunicationem accersire ; et a corpore Domini ipsi se faciunt alienos, qui cogitationibus suis ipsi sibi adescant libidinem, cum carnem suam faciunt per turpia desideria sordidare. Quia sicut tinea vestimentum, et vermes lignum corrumpunt et devorant, sic et cogitatio turpis maculat, et animam sinceram non facit. Ergo hi tales in spiritu esse creduntur apud Deum, quales per reatum inventi sunt apud hominem. Nam dicit sacra Scriptura : *Perversæ enim cogitationes separant a Deo (Sap. 1).*

## CAPUT LXXXI.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De vestimentis et calceamentis fratrum.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Habere debent fratres in hyeme paraturam grossam quotidianam stamineam, et tunicam aliam nocturnam, quam post nocturnos pudent, quia in die diversis occupantur laboribus. Habeant enim in hyeme et pallium stamineum, braccas laneas, et fasciolas, aut pedules. In æstate vero habeant paraturam linostimam, non satis grossam propter laborem et sudorem : et habeant pallios linostimos, subtiles non satis propter æstus sudoris, et braccas lineas : fasciolas lineas vero uti Dei homines prohibemus ; ut aliquid distet a clerico monachus. Et habeant singulas paraturas linostimas subtiliores, quas in diebus festis solum in processibus utantur : et in æstate habeant singula mannaria linea propter suos lores, et singula facitergia per decadam. Quas omnes res per singulas decadas singula arceæ contineant ; tenentibus ex eis clavem prepositis suis : quæ arceæ vestiario ponantur ; ubi et ferramenta monasterii, et omnes res positæ sunt ; de quibus cellæ custode jam supra taxavimus. Ideo enim diximus in una arceæ unius decadae sub clave prepositorum omnes mutandas consistere, ut cum unusquisque frater in potestate arcam non habuerit, non habeat ubi procul abscondat ; quem ordinem omnes decadae

observent. Si quis vero frater in specie sua sibi visus fuerit scemari, vel satis gavisici, mox a præpositis suis et tollatur, et alio detur, et alterius illi. Hoc ideo, ut non extollat ir propria in fratre voluntas : quia quicquid ejus anima petit, ei magis dari non debet ; quia contra desideria carnis spiritus sentit ; ideo spiritualis homo Dei est, non carnalis. Hebdomadariis coquinam intransibus sacci sint tunica, et cucullæ segestra; quæ tales res maxime intra monasterium sine verecundia omnem sorditiam injuriamque vel simul inquinamenta caccaborum, cucumæ, vel hyemarum, nec non et faci calorem, vel coquinæ sordes diversas sustineant. Quæ ergo res expleta hebdomada ultimo die sero lotæ hebdomadariis aliis intransibus consignentur. De calcamentis vero oportet fratres caligas habere ferratas, triclinas ; non ad lusum, sed ad usum ; quas debent tempore hyemis uti : æstatis vero tempore unctas reponi. Et caligas omnes oportet habere clavatas, tam in monasterio quam in via : ut et diu repositæ caligæ conserventur, et pes fratris in caliga refrigeretur. Ad nocturnos vero in æstate ligneos cuspis utantur pelliceos ; ne inquinatis pedibus ad suum revertentes stratum, lectorum sagos coinquinent. In hyeme vero ad nocturnos pedibus utantur pelliceis, propter frigus pedum. In lectis habeant in hyeme singulas mattas, et sagos tomentatis singulos, et lanas : in æstate vero pro lanis rachinis propter æstus utantur, et ante ipsos lectos singulas pelles, ubi tergant a sordibus pedes, et sic in suos lectos ascendant.

## CAPUT LXXXII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Si d. bet in monasterio frater aliquid peculiare habere.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM

Omnis homo in vita sæculi hujus tribus rebus excitatur, laborat et studet ; peregrinus in via, miles in pugna, imperator in palatio, agricola in agro, mercenarius in negotio, omnes excitantur et laborant, et habeant, dum vivunt, unde vestiuntur, calcientur, et vivant. Sed quibus Dominus servitii sui contulit donum, et ostendit eis non satis de præsentis sæculo cogitare, quia hæc omnia pertranseunt, et omnia ista quæ videmus et utimur, paucorum in nobis dierum sunt usus, et momentanea cum vitæ nostræ tempore transeunt : et per corporis mortem cæcata in nobis sæculi luce, clausis vitæ oculis, omnia quæ habemus sæculo relinquuntur. Sed illa semper æterna ; quæ cum venerint, ulterius transire non norunt : sed in bonis vitæ æternæ justis, aut in penis gehennæ peccatoribus perseverant. De quibus ergo desideriis honorum, vel timore malorum, quasi jam ibi videamur accersiti ; mentem nostram in hac vita de supernis semper cogitationibus occupemus. Unde præcipit Dominus servis, de necessariis vitæ hujus non debere quæquam esse sollicitum ; etiam fideles in se admoneat de crastino non cogitare, sed regnum et justitiam ejus solummodo desiderare, dicens in sancto Evangelio : *Nolite cogitare quid manducetis, aut quid*

*bibatis, aut quid induamini : Sed quærite regnum et justitiam Dei, et hæc omnia apponentur vobis (Luc. xii).* Ergo cum hæc omnia necessaria nobis a Domino præparantur, et de omnibus administrandis cum Deo solus est abbas sollicitus, quare discipulus sibi peculiariter aliquid audeat facere, aut habere, aut vindicare ? Nam ideo peculiare aliquid habere denegatur, quia *nemo serviens Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probavit (11 Tim. ii) : ut cum omnibus rebus suis alieno cum se imperio subdiderit, ut non sit res ubi propria ejus voluntas extollatur, quæ voluntati Dei est inimica.* Nam de peculiari Ananias et Saphira filiem ab apostolis non meruerunt percipere, quia omnia sua cum ante pedes apostolorum assignarent, de peculiaribus fraudenter subtractis, iudicio subitæ mortis damnati sunt : quia fraus Deo fieri non potest ; cum nihil est occultum quod ab eo non revelabitur. Ergo cum vicium et vestitum corpori, calcamenta pedibus unicuique fratri abbas præcogitaverit, et quid alicui sit aliquid peculiare opus habere, aut rem aliquam, aut aurum : aut nummos, vel quodvis necessarium ; cum omnia emenda vel habenda Deus ei per abbatem monasterii appareat ? Si quod ergo peculiare inventum in aliquo fuerit, grandi eum abbas et diuturna excommunicatione condemnet, ut exemplo illius vindicæ nullus hoc audeat imitari. Hoc enim ne sit in aliquo frequenter, omnes scrutentur a præpositis suis ; et si in aliqua re fuerit visus sibi frater multum gavisici, aut plaudere, tollatur ei, et alio detur, et alterius C illi, quodvis fuerit ; ut propria in eo non extollatur voluntas.

## CAPUT LXAXIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debent haberi in monasterio sacerdotes.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Peregrino in loco habeantur in monasterio sacerdotes, maxime quorum pri natus et honor in Ecclesia continetur et militat. Qui si hoc elegerint, ut pro amore Dei, vel propter disciplinam, vel mensuram sanctæ vitæ monasteriis habitent, in solo enim nominæ patres monasterii nuncupentur ; et nihil aliud eis in monasteriis liceat, nisi orationes colligere, complere et signare. Aliud vero nihil aut præsumant, aut eis liceat ; vel aliquid ordinationis, aut dominationis, aut dispensationis vindicent ; sed omnem formam licentiæ, vel ordinandæ dominationis monasterii abbas, qui super gregem universum est ordinatus, cum regula vincit vel defendat. Nam solo honoris nomine ideo statuimus eos patres monasterii appellare, propter sacrationem sacerdotii, aut ordinationem ; et ne ipsi obtentu honoris de ratiociniis, vel dominatione monasterii, ut pote laicos, abbates excludant. Nam ipsi sacerdotes, si victum, aut vestimentum, aut calcæarium monasterii uti magis quotidie eligant, et operari communiter secundum præceptum Apostoli cum fratribus debeant, non imperative satis coacti ab abbate, sed cum reverentia ad-

monti. Nam si spiritales sunt, ipsi sibi imperent. Nam et propter cautelam, quod poterant ab aliis cogi, memores semper sancti apostoli Pauli, fornam ostendentis de se, et dicentis: *Non gratis panem vestrum manducavimus (II Thess. III)*. Et item ipse dicit: *Laboravimus manibus nostris, ne quem vestrum gravaremus*. Et item ipse dicit: *Qui non laborat, nec manducet (Ibid.)*. Ergo quod si diutissime otiosi labore manuum suarum quaerere victum noluerint, cum reverentia per multorum religiosorum testimonia conventi ab abbate Ecclesiis revertantur. Si vero, quod absit, non pacifice, sed magis per scandalum exire voluerint, teni et exuti rebus monasterii duntaxat, sine gravi injuria clausa regia excludantur. Quia magis ipsi amplius agere debent, quod aliis praedicant generaliter a Deo esse praecipuum, otiosis debere laborantium panes negari.

## CAPUT LXXXIV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Qui debeant manducare cum abbate.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Ad mensam abbatis sedeant seniores, extranei supervenientes, vel vicibus fratres psalterati, quos voluerit abbas, praeter praepositos; qui in decadis suis ideo ad suas mensas jubentur esse praesentes, ut causam Dei, id est, taciurnitatis et gravitatis in susceptis suis custodiant. Ideo enim ambos diximus in mensa decadae suae praesesse, ut decem fratres sibi commissos vicaria sollicitudine ab universis vitiis custodiant.

## CAPUT LXXXV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Perfectae aliquae intra monasterium artes qualiter et quanti debeant tenuari.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum unaquaeque ars aliquid perfectum super vacuum usibus monasterii, vel mittendarum eulogiarum abundaverit, interrogata qualitate pretii quantum a saecularibus distrahi potest, tantum infra numerum minorum semper distrahatur pretio, ut agnoscantur in hac parte spirituales a saecularibus actibus distantiaque separari: cum non negotii causa, quae inimica est animae, lucrum supra justitiam quaerant; sed etiam ab ipsa justitia minus accipiendi pretii humanitate consentiant: ut non propter cupiditatem et avaritiam artes operari credantur, sed ne otio possit pascenda dignis sumptibus manus vacare, et horas operosi diei gratis transire. Pretium vero acceptum abbati debet ab ipsis artificibus fideliter consignari. Quae diminutio pretii aestimatione abbatis artificibus debet constitui; ut sciant item quanta ementibus summa respondeant, et accepti pretii fraudem non possint facere de ipsa quantitate jam scienti abbati.

## CAPUT LXXXVI.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De casis monasterii.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Casus monasterii oportet esse locatas, ut omnem

PATROL. LXXXVIII.

A agrorum laborem, case sollicitudinem, inquilinorum clamores, vicinorum lites conductor saecularis sustineat; qui nescit de sola anima cogitare, sed praesentis vitae omnem sollicitudinem in hujus saeculi amore expendit. Et de hac vita solummodo cogitantes, ita praesentia diligunt, ut videntur se in hac luce per tempora proluxa durare. Ita fit, ut praesentia diligant, nunquam futura desiderant, vel cognoscunt, ut dum in momentaneis usibus delectantur, nec perennem vitam cupiunt; cum amanda impedimenta saeculi faciunt eos quotidie miseros de hac vita sine rebus suis invitos exire, nihil secum nisi peccata portantes. At vero spirituales conversi ideo non implicant se negotiis saecularibus, ut ei placent cui se proaverunt: ut non de rebus, quae in morte saeculo remanent, sed de anima cogitantes, quae sola cum actu rationis post mortem pertransit, magis hoc eligunt cogitare quod expedit; ut haeredes, qui migrantibus nobis de hac vita saeculo remanent, et animam nostram post mortem sequi non possunt, digne non debemus de eis nostros cogitatus occupare, dum vivimus: se semper superna desiderantes, et omnem spem in futuro ponentes, delectabilem vitam adhuc sperare, qui jam frui videamur. Ergo monasterii casas ideo oportet esse locatas, ut in rebus saecularibus saeculi operarius occupetur: nobis vero, quibus a sacerdote clamatur: *Surgam corda*, et nos ei responsione promittimus, *Habemus ad Dominum*: internis ergo cogitationibus non migremur, et sicut item clamat nobis Dominus in Evangelio dicens: *Nisi quis reliquerit omnia quae possidet, non potest meus esse discipulus (Luc. XIV)*. Sed quia sine substantiae alimento vita corporis nostri servari non potest, et maxime propter congregationem forse multa, et advenientium peregrinorum usibus necessaria preparanda, et petenti eleemosynam non esse stricti volumus, possessiones saeculi ideo non videmur relinquere, sed substantiam monasterii operarii Dei proficientem juste reservare videmur. Quapropter si nostra sollicitudine vel cura colantur, dum proficienti corpori, animae impedimento constabant: melius est ergo eas sub alieno impedimento possidere, et annuas pensiones securos suscipere, nihil nos nisi de sola anima cogitantes. Nam si volumus curam earum per spirituales fratres excolere, cum gravem eis laborem injungimus, consuetudinem jejunandi amittunt. Nec ita jejunis viribus tractandum est, si plus debeat hominibus laborare quam animae vel Deo. Unde ad laborem in monasterio ars sola cum horto sufficiat.

## CAPUT LXXXVII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debeat frater, sive jam conversus, sive adhuc laicus, introire vel tradere se, vel suscipi in monasterium?*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Ingrediendi in monasterium novo fratri, sive jam converso, sive adhuc laico, et hoc petenti, debere se in monasterium suscipi, respondeat ei hoc primo abbas, non forte eum posse constituta regula con-

servare. Cum vero ille dixerit, posse ad omnia se obedire, tunc hæc monasterii regula ei legatur. Quæ regula in lectione expleta, et omnia abbatis verbis prædicta, cum responderit novus frater ad omnia facto se esse paratum, tunc abbas subsequatur, et dicat: Quid de rebus tuis, quas proprio arbitrio uteris? Non enim tibi expedit, te hic pro causa Dei posito res tuas alibi remanere; sed sicut dicit Scriptura: *Ubi est thesaurus tuus, ibi erit et cor tuum* (Matth. xvi). Nam ideo non expedit, ne forte titillatione diaboli a rebus tuis foris positis per desiderium earum de monasterio provoceris, et, relicto servitio sanctæ scholæ, proprio redeas ad vomitum tuum, et salivas a te projectas in terram denuo cum sordibus resorbeas. Sed qui perseverantiam diligit, et occasionem migrandi cupit nescire: ideoque constituimus salubre consilium, ut audias vocem Domini tibi dicentis: *Vade, vende omnia, et da pauperibus, et veni, sequere me* (Matth. xix). Quam ergo si sequi vis vocem, vade, vende quæ habes, et omne pretium huc ante me defer; ut te præsentem a me pauperibus erogetur: ut nullum sæculo pignus tuum remaneat, ad illud iterum revertendi. Ideo enim cum nondum adhuc firmatam ingressionem tuam in monasterio habes, tibi de rebus tuis libera adhuc voluntas conceditur: quia post firmatam ingressionem discipulo sive in monasterio, sive foris peculiare aliquid habere a regula denegatur: ut non sit ubi propria ejus voluntas extollatur. Quod enim si totum distrahere tibi grave videtur, et sunt tales res, quæ una tecum possint monasterio deservire, ne tamen pro pignore revertendi sæculo dimittantur, omnia fideliter tecum in monasterium defer, nihil subcelando Deo, cujus te cum omnibus rebus tuis subtilis servitio: qui ubique omnia respicit et nihil est ei occultum, qui revelat absconsa. Memor esto fraudis Ananias et Saphiræ, qui de rebus suis Deo oblati exinde subclare volentes, mortem perpetuam irruerunt pro fide. Mox ut hæc audierit novus frater, qui priori divina sententia omnibus distractis, et per manus abbatis erogatis, si hoc pro certo habuerit votum omnia distrahere, et monasterio non aliquid reservare, non cogatur, nisi ex sua voluntate voluerit. Ergo cum omnibus per manus abbatis erogatis sic se firmare monasterio voluerit, charta ab eo perseverantiæ non petatur, quia pignus fidei apud Deum omnium rerum suarum per erogatam eleemosynam fuit. Nam per omnem rerum suarum erogationem expensam cognoscitur apud Deum, posse fideliter permanere, qui rebus suis pro eo cupit non parcere. Solummodo hanc det fitem, sibi penitus foris nihil remansisse celatum. Hanc ideo voluntatem abbas ingredientibus tribuit, ut non ab introeuntibus judicetur potius res hominum desiderare, quam animas. Qui vero frater hoc elegerit cum rebus suis se monasterio tradere, et distrahendi voluntatem non habuerit; ne aliquando mutatus a diabolo vel armatus, propter res suas exigendas aliquas molestias monasterio generans exire desideret,

cavens manu sua prius de stabilitate, simul rerum suarum breve adjuncto, una cum anima sua Deo et oratorio monasterii per donationem offerat; totum subscribentibus religiosis testibus, episcopo, presbytero et diacone, vel ipsius territorii clero; et in ipsa cautione, taxans hoc, quod si aliquando monasterio discedere voluerit, sine rebus suis de monasterio, vel sine indulgentia peccatorum a Deo discedat. Jam de ipsis rebus abbas in potestate sua mutatis quidquid necessariæ utilitati monasterii supervacuum abundare viderit, pro anima fratris ipsius, propter præceptum supradictum sequendi Dominum; per eleemosynam distracta illa re supervacua, pretium ejus pauperibus tribuat: ut quod ille imperitus frater non meruit facere, pro illo iste quasi doctus magister valeat adimplere. Qui vero frater ex toto indicaverit se nihil habere, prius exquiratur a vicinis illius regionis, ubi mansit: et si inventum fuerit, quod certe sit ex toto ejus paupertas, tunc dato perseverantiæ fidejussore sub cautione pœnæ interposita, si tamen jam notus fuerit, sic debet in monasterio suscipi, ne forte aliquibus rebus suis ad tempus foris commendatis, mentita in monasterio paupertate, non solum nihil Deo per eleemosynam, vel monasterio per donationem conferat; sed etiam a spectantibus suis provocatus, et cum quid invenerit causæ, exeat. Nam cum dederit cautos fidejussores cum pœna, jam tunc demum ei pro actibus monasterii sine suspitione secure res monasterii aut pretia emendorum, vel vecturarum alimonia contra laudantur. Si vero talis monasterio advenerit frater, quem ipsa patria ignoraverit, vel omnibus habuerit vultum ignotum, et se ad monasterii societatem firmare voluerit, sola sacramenti fides ab eo exposcatur; ut si aliquando de monasterio exire voluerit, cum notitia abbat's vel omnium exeat. Et cum jam exire voluerit, prius juret se de rebus monasterii nulla furti commissione, aut foris antecessus commendasse, aut absconse secum portasse, nisi forte ei pro misericordia voluerit aliquid donare abbas: ut si perjurerit, ferat in anima quod in corpore non potuit adimplere. Res tamen quibus indutus fuerat monasterii vel calceamenta reconsignet abbati; ut remanenti in perseverantia fratri proficiant, quæ migrantibus auferuntur; et res monasterii juste ille habeat, qui in monasterio habitat; et juste illi retollatur, qui injuste animos suos a perseverantia monasterii separat: nec enim illi dare placeant, cui ipsarum rerum displicuit disciplina. Si vero ita juraverit, et non se firmet, sed ad tempus remoretur, hoc solum testetur; ut sine notitia vel vale abbatis, vel cum furto non exeat. Etiam ex improvise custodiat, et in potestate nihil habeat, et ad laborem cum fratribus communiter impellatur; ut laborando vivat. Si tamen nudus fuerit, et induere eum abbas voluerit, ad tempus utatur; et sciat, se quod habet omne reconsignatum, cum exire voluerit. Nam si forte cum ingressus nullum monasterio juramentum tradiderit, et velut ignotus nullam catenam fidei ablati

de securitate intulerit; sive quod contulit Deo per eleemosynam, sive quod nihil monasterio de rebus suis obsidis pignore per donationem legaverit, sive quod nullum fidejussorem ignotus invenerit; sive si nulla sacramenti fide teneatur: cum forte incertus de firmitate frater missus fuerit cum vehiculis animalium, et emendarum pretio rerum, mox ducatu diaboli inventis per occasionem sumptibus vel vehiculis, in alienas terras monasterii incipiat magis ordinatus migrare, securus de se perceptionem quotidie exspectandus, et prolongando aut tarde, aut nunquam sequendus.

## CAPUT LXXXVIII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De induciis fratrum suscipiendorum, in quibus de stabilitate firmanda secum tractare debeant.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum de omnibus supradictis conventus novus frater regulæ per abbatem de stabilitate firmanda, aut per rerum suarum eleemosynam, aut per donationem monasterio, aut per chartam fidejussoris personalem; aut si ignotus, per juramenti fidem caverit: duorum tunc mensium spatium in judiciis ad tractandum secum accipiat. Laborando tamen cum fratribus contentus annonæ communi mensura, vel regulæ disciplina et excommunicationum; ut et mores monasterii probet, et a monasterio ipse probetur; et secum tractet, si debeat se ad Deum firmare, aut ad diabolum expeditius remeare. In quibus duobus mensibus sub cura illorum fratrum, qui peregrinos custodiunt, et ipsi similiter ex improvise custodiantur, et in cella peregrinorum dormiant; et ingressus illorum, vel exitus in monasterio custodum præsentia videatur; et omni hora, si alicubi a conventu fratrum secesserint, sollicitè a custodibus requirantur, ne forte anticipent ambulare sine vale cum furto. Quod si explicitis duobus mensibus, non placabili disciplina et iisdem monasterio placuerit ambulare, cum notitia abbatis vel omnium post datam fidem nullius furti commissi, vel reconsignatis rebus monasterii quæ ad tempus forte acceperat, mox post datam universis pacem; et acceptam virgam in manu, et annonam viaticam post factam orationem, vel dictum versum, vel redditam eis pacem, si tamen vult, ut hospes abscedat; et resuscipiat vicem suam diabolus, quem nolens hospitem susceperat Christus.

## CAPUT LXXXIX.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo debeat frater novus in monasterio suum firmare introitum.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum expletæ duorum mensium ad tractandum induciæ fuerint, et placabili disciplina ab eo magis stabilitas eligatur, et perseverantiam, repromissa lectæ regulæ firmitate, ei placeat adimplere, reintroterrogatus ab abbate novus frater, quid secum in concessio induciarum spatio definisset, cum responso

A ejus implendam in omnibus promittat obedientiam; respondeat abbas: Deo gratias. Alia die post primam dictam missas explicitas exeunti limen oratorii cum congregatione abbati flectat ad genua ejus novus frater suam cervicem, rogans eum vel omnem congregationem ejus, debere modicum in oratorio remorari, et orare pro se. A quibus mox diutissime pro eo oretur; et completis omnibus abbas volens egredi, humiliter apprehenso ejus vestimento, novi retineatur manu discipuli, qui hoc rogando insinuet: Est quod suggeram primo Deo, et oratorio isti sancto, vel tibi et congregationi. Cum responderit abbas; quid illud est, intimato. Subsequatur petitor dicens: Volo Deo servire per disciplinam regulæ mihi lectæ in monasterio tuo. Cum responderit abbas, dicens: Et hoc placet tibi? subsequatur futurus discipulus: Hæc primo Deo, sic et mihi. Tunc dicat, abbas: Vide, frater, mihi nihil promittis, sed Deo, et huic oratorio vel altari sancto. Si ad omnia obaudieris divinis præceptis vel meis monitis, in die judicii tu coronam accipies bonorum actuum, et ego de peccatis meis indulgentiæ aliquid promerebor; qui ut diabolum cum sæculo vinceres, incitavi. Si autem nolueris mihi in aliquo obedire, ecce ego Dominum contestor, quin et hæc congregatio testimonium mihi est in die judicii præbitura; quia, ut supra dixi, cum non mihi, vel congregationi in aliquo obaudieris, in judicio Dei absolutus, tu pro tua anima, vel contempeptione rationem restitues. Post hæc verba, si cum rebus suis introierit, tunc ille C brevis, vel donatio rerum suarum Deo vel monasterio facta, ipsius donatoris manus super altare ponatur, dicente ipso fratre: Ecce, Domine, cum anima mea, et paupertate mea, quidquid mihi donasti, tibi reconsigno et offero: et ibi volo ut sint res meæ, ubi fuerit cor meum, et anima, sub potestate tamen monasterii et abbatis, quem mihi, Domine, in vice tua timendum præponis; cum eis dicis: Qui ros audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit (Luc. x). Unde quia per eum vobis tu omnia necessaria cogitas, ideo nihil nos oportet peculiari habere: quia tu nobis de omnibus es idoneus, et in omnibus sufficis soles: ut jam nobis vivere et spes Christus sit, et mori lucrum. Post hæc dicat ipse novus frater responsorium hoc: *Suscipe me, Domine, secundum verbum tuum, et vivam: et ne confundas me ab expectatione mea (Psal. cxviii).* Post hoc responsorium dicat abbas hunc versum: *Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis (Psal. lxxvii).* Post quem versum dictam, mox data ei ab omnibus pace, compleat abbas, et tollens brevem de super altare, mox ab eo novus discipulus sub præposito ordinatur, et in manu eorum consignatus cum aliis fratribus exeat disciplinæ. Eadem namque die, pro humilitatis iudicio, aquam manibus fratrum ad communionem intrantibus ipse ministret, et cum dat, osculetur omnium manus, et petat singulos pro se debere orare. Breves vero donationum factos a fratribus tempore mortis suæ abbas in quod usibus monasterii expen-

sis restituerit, testamento suo inserat, etiam nomina eorum quorum noscuntur collata: ut nullus post mortem ejus forte de monasterio exiens, repetendi rerum suarum fiduciam habeat, et stabilitatem monasterii, et fidem frangat defuncti, vel dicat sine donatione aliquid suum in monasterio contineri.

## CAPUT XC.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Ingresso in monasterium cuidam laico non debere intra annum mutari res, nec caput ejus secundum propositum tonderi.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum aliquis novellus de sæculo ad servitium Dei in monasterium confugerit, et indicaverit se velle converti, non ei credatur tam facile. Nam sic ab abbate solo verbo, non facto, habitatio ei monasterii denegatur: ad probationem gravia proponantur, ad obedientiam ejus inveniendam prædicentur contraria, et voluntati ejus anara; quotidiana ei jejunia promittantur. Nam et hoc ex lectione regulæ, et dicto abbatis agnoscat, quia in monasterio nulli licet dicere: Hoc volo, et hoc nolo: hoc amo, et hoc odio; ut non propria eligatur voluntas: et sciat quia qui in monasterio conversus fuerit, quidquid ex voluntate sua voluerit, hoc magis non permittitur. Quare? *Quia sunt viæ, quæ videntur homini rectæ, quarum finis usque ad profundum inferni demergit (Prov. xiv).* Et quod noluerit, hoc cogitur; ut voluntas in eo propria amputetur, quæ inimica est Deo. Qui ergo cupit perfecte converti, quidquid amaverit et desiderio habuerit, ei denegatur; et quicquid oderit, ei apponatur, dicente Domino: *Qui vult meus esse discipulus, abneget semetipsum sibi, et sequatur me (Mat. h. xvi),* hoc est, non suam, sed Dei faciat voluntatem. Omnia enim debet pro Domino sustinere, qui in ejus cupit militare schola. Aut quid enim digne possumus pro Domino sustinere? dicente Apostolo: *Non sunt condignæ passionibus hujus sæculi ad superventuram gloriam (Rom. viii).* Ut si ignem persecutor servo Christi inferat, ut temporalis calor finito non sentiatur dolore; non tamen talis est, qualis ille ignis inexstinguibilis: aut sic incendit, quomodo æterna pœna gehennæ peccatrici animæ immortaliter reservatur. Si unguis, vel equulei, vel verborum pœnas ingerat, in ipsa parvi doloris tolerantia æternæ lætitiæ coronatus succedit. Si carcer nos pro Deo tenebrosus recludat, ædificata ex margaritis, et auro vel gemmis ornata æterna nos Jerusalem exspectat. Si obscuritas clausuræ nos pro Deo obcæcet, in momento nos poterit obscurare; sed posthac illa nos lux in æterna vita suscipiet, quæ non solis candore vel lunæ, non stellarum cœli, sed ipsius Dei perpetua majestate lucebit. Si terra ista, quam in hac vita calcamus, moriendo pro Deo meruerimus abscedere; mox super illam terram ambulare perpetuo deputam, quæ septies argento lucidior. Si vero quæ putantur hujus sæculi esse deliciæ, quæ inqui-

nant potius interanea nostra quam reficiunt, pro Deo ea contempserimus; ad illa statim flumina in æternum currentia perpetuo deputamur, quæ sunt mellis, et lactis, vini et olei abundantia plena; simul et illarum fructus arborum varios et diversos, duodecies in annum nascentes, non cultura hominis, sed abundantia Deitatis, qui non fame delectant ad vescendum, vel esurie appetunt, et ad manducandum; sed postquam oculi sanctorum ipso visu fuerint saginati, insuper hoc unicuique sapit in ore, quod fuerit delectatus. Ergo digne ad parvum tempus jejuniis et abstinentia pro Domino cruciamur, ut eis quæ præparavit bonis in perpetuum satiemur: obscuramur pro Deo a persecutore in carcere, ut in illa perpetua luce fulgeamus, tanquam scintillæ in arundinetis discurrentes: mortem momentaneam pro Deo ideo libenter appetimus, ut in æternum a gehennæ morte perpetua liberemur. Postremo, et sine persecutione in ipsa christianitatis pace in schola monasterii ideo probationibus, vel amaricationibus voluntatum sub abbatis imperio militamus; ut post peregrinationem vitæ sæculi hujus, cum Dominus noster judicio nos accersierit suo, digna ei nostra opera consignemus, offerentes ei patientiam nostram, per quam dura omnia et diversa nobis ab abbate imperata, quæ pro nomine ejus gratanter portavimus, vel amaricationes voluntatum nostrarum diversas, quas pro nomine Dei, vel salute animæ libenter magis sustinimus, dicentes Domino: *Propter te morte afficimur tota die; æstimati sumus, ut ovæ occisionis (Psal. xliii).* Et cum hæc omnia venerint super nos oblitus non sumus te; et per observationem obedientiæ inique non egimus in testamento tuo: et a perseverantia bonorum actuum vel desiderio spei futuræ non recessit retro cor nostrum. Quia non declinaverunt semitæ nostræ a viis tuis, in quibus viis *Probasti nos, Deus: igne nos examinasti, sicut igne examinatur argentum (Psal. lxxv).* Induxisti nos probationis in laqueum; posuisti amaricationum tribulationes in dorso humilitatis nostræ: ut nostram non permitteremur, sed tuam cogereur facere voluntatem. Unde *imposuisti homines super capita nostra (Ibid.):* quia ostendisti nos sub abbate doctore, vel præposito disciplinæ debere esse probandos. Ergo hi tales subequentes Domino dicant in illo jam sæculo: *Transivimus per ignem et aquam; et induxisti nos in refrigerium (Ibid.),* hoc est, transivimus per amaricationes voluntatum nostrarum, et servitium sanctæ obedientiæ; ecce pervenimus ad tuæ refrigerium pietatis. Et item dicimus ei: *Delectati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis in quibus vidimus mala (I sal. lxxxix):* ut nihil habeat in nobis gehennæ ignis sibi quod vindicet; quando nihil suum in nobis incendendum ibi, diabolus egit. Ergo omnia debet pro Domino sustinere, qui ejus cupit militare scholæ: tanquam aurum lima, et malleis, et igne fornacis probetur ad diadema Dei, et coronam Dominicam profuturus. Quia cum propriam non fecerit voluntatem aliquis, cogitur facere, cui quotidie in oratione dicimus: *Fiat voluntas tua, sicut in*



*calo et in terra.* Terra enim est corpus nostrum, A cui dixit Dominus : *Terra es, et in terram ibis* (Gen. iii). Quia omnis propria voluntas carnalis est, et a corpore descendit ; ideo nos cogit illecebra, et injusta committere, quæ ad tempus parvum vitæ hujus carni per desideria est dulcis, amarior felle futura in posterum, et in æternum. Ideoque enim cogitur lingua nostra juste quotidie clamare ad Dominum : *Fiat voluntas tua in terra corporis nostri.* Quæ voluntas cum fuerit nobis in schola monasterii a majoribus tradita, et per obedientiam a nobis fuerit adimpleta quotidie, juste nobis credamus in futuro Dominum parcere : et confidamus insuper gratia ejus posse nos coronari ; quia semper ejus fecimus voluntatem, non nostram : et nunquam nos, vel desideria carnis prætulimus amori ejus ; et propter eum etiam B parati sumus perdere animas in præsentem hoc tempore, ut mereamur eas in futuro invenire cum ipso. Ergo accedens ad timorem Dei aliquis in monasterio cupiens converti, et volens esse discipulus, hoc ei pro domino futurus magister proponat, ut supra diximus : quia quidquid aliquando desiderio voluntatis suæ appetierat, sciat sibi posse negari ; et quidquid noluerit, audiat sibi posse imponi. Antecessus ei peculiariora denegentur : regula ei tota legatur, et actis implenda pronuntietur. Domum parentum de cætero sciat sibi esse extraneam, inaccessibile limen ejus ulterius habere jam credat : *Quia nisi qui reliquerit patrem, aut matrem, aut fratres, aut domum, non potest esse Christi discipulus.* Citra jussionem majoris a monasterio foras se non exire sciat. Cum post hæc omnia ab abbate prædicta promiserit se ad omnia obaudire et ejus, vel regulæ monitionibus ad omnia factis paratum, tunc suscipiatur in monasterium. Nec tamen ei tam facile sancti propositi habitus imponatur : ne forte ad horam promittens, fallat imposterum, et sub nomine ovis lupus ingrediatur. Quia cum secularis erat, diabolus eum non tentabat, cujus aperte semper voluntatem perfecit, cum ejus operarius fuit : sed ex quo se a diaboli suasionibus vel malitia sæculari ad timorem Dei in servitium Christi tradiderit, certissime ab ea die diabolus sibi inimicum sciat affectum, quem cum sæculo suo propter timorem Domini dereliquit. Ergo tam facile ingredienti non debet credi, nisi ut videatur, si quod promittit verbis, factis adimplet, dicente Scriptura : *Nolite omni spiritui credere, sed prius probate* (Joan. iv). Et iterum : *Quia multi ad vos veniunt in vestitu ovium, intus autem lupi rapaces* (Matth. vii) : Vide ergo quia causam Dei caute nos jubet agere Scriptura, ut non mittatur sanctum canibus, nec margaritæ pretiosæ ante porcos : sed monens eum quotidie abbas dicit : *Filli, interim istæ res, quibus uteris in monasterio, nihil tibi præjudicant apud nos : sed prius in divinis interanea cordis tui de sæcularibus factis cum mundaveris, jam tunc demum mutabis et vestes : ut merito jam ab omnibus hoc videaris in corpore, quod a Deo possederis in mente : et justo post pectoris cæsam militiam tondentibus et caput : et cum hæc omnia quæ in regula mo-*

nasterii continentur, in tuis adhuc vestibus perfecte impleveris, et nostrum cum susceperis habitum, sanctior permanebis. Cum ergo ex illa die omnia eum cæteris fratribus inculpabiliter in monasterio per integrum annum impleverit, tunc demum sine aliqua dubitatione tondeatur, vel ei sancti propositi vestes mutentur. Tondeatur enim sic ; stet ipse frater medio oratorio curvatis genibus, tondente eum abbate, psallentibus in circuitu cunctis. In quo probationis anno psalmum, antiphonam, aut responsorium, vel versum non imponat, quandiu sancti propositi habitum accipere mereatur : nec eum abbate ausus sit manucare. Vestes vero sæculares, quas dumtaxat exutus fuerit, cum diligentia repositæ conserventur, tam de laicis quam de firmato converso ; ne forte, quod non in conversis contingat. cum ad suos demum vomitus redire voluerit, et sæculi elegerit iterato repedare itinera, et nullis scripturarum vel monitionum poterit vinculis retineri, reddat Christo quod suum est ; id est, exutus sanctis vestibus, vel habitu sacro, suis quibus venerat vestitus vestibus resimilans sæculo, ad suasorem diabolus revertatur, et non Christi prædatus habitus polluatur in sæculo a fugaci. Recipiat talem, qualem miserat sæculum : quia retulit quod suum est, indigno quod dederat Christus ; cum invenire in eo Dominus non potuit, quod quærebat. Quidquid enim in monasterio aliquando acquisivit, vel laboravit, aut contulit, abscedenti ei penitus non reddatur : quia omni rei ingressæ ad Deum in monasterio perseverantia opus est : ideo exitus licentia denegatur : solum ab invito ea res, quæ liberum habet arbitrium, non detinetur : id est, anima et corpus quæ in voluntatibus et desideriis suis, ut a diabolo captivetur, libero se dicit esse constitutam arbitrio, et putat sibi licere quod malum est ; res apostatarum vel collata ideo a patribus non jubentur de monasterio reddi, quia licet erogatæ vel consumptæ in usus sanctorum removeri et restitui non possunt ; tamen plurima ideo certissime denegantur, ut vel occasione rerum suarum ad Dei disciplinam in monasterio permanentes retineantur discipuli : ideo res Deo oblata hujus regulæ tripartita hæc est : Labor in monasterio fratres pascit, perseverantia C calceat et vestit ; discessus restituit debitas monasterio res, et si cupit, abscedat.

## CAPUT XCI.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Quomodo suscipi debeat nobilis filius in monasterio.*

RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cum alicujus nobilis filius propter Dei servitium in monasterium voluerit convolare, non prius suscipiatur, nisi, ut superius diximus, omnem a se obedientiam promiserit adimplendam. Deinde conveniant ejus parentes, ut et eorum quale sit votum agnoscat de eo. Quod si contrarii extiterint, inte-

rim usque ad vim pro eo Domino inferendam ad A  
 claustra monasterii vindicetur: quem potens est  
 Dominus defendere propter se; quia fortior est  
 Jextera ejus ad protegendum, quam diaboli iniquitas  
 ad lædendum. Quod si magis fuerint consentientes  
 ejus voto parentes, convocatis eis ab abbate in mo-  
 nasterium, votum filii convertentis exquiratur ab eis;  
 ut ab ipsis potius videatur devoveri, vel offerri, qui  
 eum genuerunt. Cum ergo magis responderint pa-  
 rentes, gratanter se velle adimplere quæ cupit, tunc  
 dicat eis abbas: Equidem omnibus nobis unus ad  
 omnia sufficit Deus; sed quia accedentibus ad divi-  
 num servitium, vel intransibus in monasterium  
 sæculi prius amputetur spes, et excarricato de se  
 suarum onere facultatum nullis ulterius sæculi la-  
 queis irretitus, securus pergat et solus ad Dominum:  
 Quia nemo serviens Deo implicat se negotiis sæculari-  
 bus, ut ei placeat cui se probavit (II Tim. II). Quia  
 homo onustus auro sequi Christum non potest; dum  
 non potest duobus domini. is servire. Ipse vero bene  
 servit Deo, qui voluerit eum in caelis cum eo thessau-  
 rum possidere, quem non tinea comedit, nec fures  
 effodiunt et furantur, dicente Domino in Evangelio:  
 Nisi qui renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest  
 sequi me, et meus esse discipulus (Luc. XIV). Quia,  
 ut diximus, homo onustus auro sequi Christum non  
 potest: in tantum ut admoneat Dominus in Evange-  
 lio quemdam sua sequentem vestigia, dicens ei:  
 Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes,  
 et veni, sequere me (Matth. XIX). Unde contristatus  
 ille propter multas divitias metuit hanc Dominicæ  
 vocis audire sententiam: Facilius potest camelus per  
 foramen acus transire, quam introire posse divitem in  
 regnum cælorum (Matth. X). Quos et sua sententia  
 damnat Apostolus dicens: Nam qui volunt divites  
 fieri, incidunt in tentationem et laqueos, et desideria  
 multa, quæ mergunt homines in interitum et perditionem.  
 Radix omnium malorum est avaritia, quam  
 quidam appetentes a fide exciderunt, et inseruerunt se  
 doloribus multis (II Tim. VI). Videtis ergo, quia nec  
 Deum sequi potest, qui in sæculo quæ possidet bona  
 sua, non vult relinquere; nec amare poterit Deum,  
 qui divitias voluerit non odire. Quia non tantum  
 tanta vel talia, qualia pro Deo contemnuntur, novit  
 Dominus retribuere his, qui pauperes se faciunt pro-  
 pter eum; insuper ad fruendum in æternum ipsam  
 vitam, eis tribuit sempiternam. Non ideo Deus quæ-  
 rit rebus vestris vos exui, ut aliquid exinde ipse  
 juvetur, aut vestra paupertate gaudet, vestraque  
 indigentia gratulatur; sed ut euntibus vobis ad eum,  
 vel ejus divitias sempiternas desiderantes, momen-  
 tanea sæculi impedimenta, cum sibi vestros occu-  
 pant cogitatus, de anima vestra nunquam vos fa-  
 ciant cogitare, vel de morte possitis esse solliciti;  
 et dies vestros in extremos vitæ terminos per negli-  
 gentiam definitos, relictis omnibus sæculo, de quibus  
 cogitabatis, ultima mortis ratio in judicio vobis cum  
 solis peccatis occurrat, nihil aliud nisi pœnas per-  
 petuas habituri: et tunc vos in æternum incipiat

ponere, cum ipsius pœnitentiæ non poteritis me-  
 rito invenire remedium. Unde vobis merito clamat  
 Scriptura: Currite, dum licentiæ ad providendam vo-  
 bis lumen habetis, ne ad discutiendam negligentiam  
 tenebræ vobis mortis occurrant (Joan. XI). Quid ergo,  
 si aliquis ita accedat ad Dominum, ut a divitiarum  
 suarum avaritia non recedat? Hos tales superius  
 dixit Apostolus, non posse in hoc quod Deo cupie-  
 bant permanere; et tota facilitate eos a fide posse  
 discedere, quibus de sæculo remanet quod ametur.  
 Ita enim nos considerantes, o parentes, justa vobis  
 secundum Deum pro vestro filio suademus: ut si  
 filium vestrum digne Deo cupitis offerre, a sæculo  
 eum prius exuite. Quod si aliquid apud vos eis sæ-  
 culo remanserit conservandum, habebit aliquando  
 titillationem diabolici desiderii; sicut canis delecta-  
 tur ad suum redire vomitum: et posita manu super  
 aratrum respiciens retro, cum non sit aptus regno  
 cælorum, relicto quandoque monasterio securus de  
 portione sua ei servata, a vobis cupiens in sæcula-  
 rem domum vestram reverti, fratribus suis volens  
 esse cohæres, in suarum redire incipiat sponsus et  
 dominus facultatum, et pristinis restitutus deliciis  
 et pompis, non aliud desideraturus quam auptias.  
 Ergo, sicut superius diximus, si digne eum vultis  
 Deo offerre, de auferendo prius impedimento ejus,  
 quam de anima cogitate. Itaque audite vocem illius  
 Domini, quam filius vester dicit se sequi, ipsi dicen-  
 tem: Vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et  
 veni, sequere me; et habebis thesaurum in cælo (Matth.  
 XIX). Sed quia portio ejus adhuc in vestra est pote-  
 state, et consensu vestro vel permissione magis  
 videtur Deo offerre, quam nobis; vos tangit de ea  
 secundum Dominicam vocem, quam si vultis audire,  
 pro filio vestro apud vos nihil remaneat in sæculo, nisi  
 Deus. Quod si forte propter immanitatem divitiarum,  
 vel amorem nutritæ domi familiæ gravis vobis, et  
 minus dulcis hæc divina præceptio convenit, audite  
 regulæ nostræ a patribus salubre statutum consi-  
 lium. De portione ejus tres fiant partes æqualiter,  
 una distributa abbatibus manibus pauperibus vel indi-  
 gentibus erogetur: aliam vobis, vel fratribus suis  
 pergens ille ad comitatum sanctorum exagilario  
 munus titulo derelinquat: tertiam vero partem  
 viatici sui utilitate deferat secum monasterii san-  
 ctorum usibus profuturam. Quia quomodo filius  
 vester omnibus in monasterio fratribus ad solatium  
 vitæ portionem suam conferat, dicente Apostolo de  
 erogatione maxime ad domesticos fidei (Gal. VII);  
 ita et universi monasterii fratres suis singuli vicibus,  
 prout quis habet, ad hanc ingredientes monasterium  
 deferunt formam filio vestro comuniter cum  
 omnibus profuturam. Quod si utræque vobis graves  
 sint voces, ut nec Deum audiat pauperibus ero-  
 gando, et filii animam redimendo; nec nostrum  
 consilium partibus dividendo, et auferendo ab eo sæ-  
 cularem substantiam, vel nudum et solum filium  
 Deo largite; ita ut jurejurando per sacrosancta Evan-  
 gelia promittatis ei, ulterius eum de vestra patrimo-

nii substantia nihil habere: ut firmiter jam perseverans in Domino, sciat se de sæculo nihil sperare, cum se a vobis, et ab eo viderit alienum, solummodo superna desideret. Quia hoc expedit animæ illius, ut aut ordinatus a vobis vadat ad Dominum, aut pro eo exheredatus a vobis felicitus magis pergat ad Deum; clamans Deo, quem sequitur nudus: *Tu, Domine, restitues mihi hæreditatem meam Psal. xv.* Tantum est ut nihil habeat de sæculo, quod vivis vobis aut mortuis de vestris facultatibus jam speret. Quia cui semel crucifixus est mundus, denuo ab eo redelectari non debet. Nam si ex toto nihil de eo ordinate volueritis, causam ejus puto vobis divino reservari judicio. Eum vero certissime sciatis, plura a Domino recipere, quam contempsit; cum Dominum sibi fecit, quem nudus secutus est, debitorem. Recipiet enim in cælis filius vester sine dubio multa, promittente ei Domino in Evangelio, dicens: *Qui reliquerit aurum, aut argentum, aut possessiones, aut domos propter me, centuplum accipiet in regno Dei, insuper et vitam æternam (Matth. xix).* Hæc audiens filius vester paratus est, si vultis relinquere vobis totum, ut apud Dominum centuplum valeat invenire: quia de omnibus Dominus noster est nobis idoneus. Nam quid illi sufficit, cui ipse Dominus non sufficit?

## CAPUT XCII.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De honore vel gradu post abbatem cæteris denegando.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Cavere debet abbas, ne quem sibi aliquando secundarium adjudicet, vel in tertium aliquem constituat locum. Quare? ut cum nullum elatum de honore reddiderit, et sancte agenti successionis suæ honorem promiserit, certatim omnes in bonis actibus, vel in humillitate faciat propensare; sicut de potiore gradu contendentibus apostolis Dominus indicavit, cum in medio eorum infantem deduxisset, et dixit: *Qui vult esse inter vos fortior, sit talis: et qui vult esse inter vos major, sit vester minister (Matth. x);* et iterum dixit Dominus discipulis suis: *Quicumque prius fecerit præcepta mea, et sic docuerit, hic maximus vocabitur in regno cælorum (Matth. v).* Unde ergo sequens hanc humiliando formam, hoc semper omnibus fratribus dicere debet abbas: Fratres et filii mei, quicumque de vobis hoc elaboraverit, ut divinis præceptis in omnibus obediens, vel per omnia regulæ obtemperans, vel meis actibus similis inveniat; quicumque ad hoc conscenderit, ut doctrinam meam compleat factis; quicumque mores suos, non in sua propria voluntate et arbitrio, sed Dei obedientia per me tradiderit corrigendos; id est, non in superbia, sed in humilitate; non in multiloquio, sed in taciturnitate; non in odio, sed in gratia; non in dolo, sed in charitate; non in ira, sed in pace; non in ebrietate, sed in sobrietate; non in satietate, sed in parcitate; non in scandalo, sed in continentia; non in murmuratione, sed in

obedientia; non in tarditate, sed in agilitate; non in contentione, sed in assensione; non in levitate, sed in gravitate; non in vaniloquio, sed in paucis sapientie verbis; non in risu multo aut excessu, sed in patientiæ lacrymis; non in luxuria, sed in castitate. Hæc ergo omnia quicumque de vobis perfecte impleverit, non solum meo, sed Dei judicio, tempore mortis meæ scholæ Dei ordinabitur magister, artem Dominicam, quam ipse jam perfecte adimplet, Christi discipulis monstraturus. Nam quomodo ad honorem majorem quis poterit juste conscendere, si honoris ipsius merita in divinis præceptis non valuerit adimplere? Vel quomodo monitiones majores didicerit, qui non factis effecerit divinis, quomodo præerit scholæ? Quomodo aliena poterit vitia emendare, qui sua nescit acta corrigere? Vel quomodo sub disciplina poterit alios regere, qui culpas disciplinæ in se non potuerit emendare? Ideoque nisi qui prius fuerit in omnibus perfectus discipulus, dignus non poterit esse magister. Cum hoc ergo abbas sæpe congregationi prædixerit, et nullum certum reddiderit de honore, semper eorum confundat gradus, vicibusque ad mensam secus se sedere faciat, vicibusque in oratorio jubeat secus se universos stare, universos vicibus post se Psalmos imponere; ut nullus de secundo honore jam reddatur elatus, sive de ultimo gradu aliquis se faciat desperatum. Ergo cum nullus de multis secundo in gradu erigitur; et per incertam spei unusquisque ad percipiendum honorem, si se sancte tractaverit, de se hoc suspicit judicare, et per bona acta sua eligi se posse quandoque in abbatis honorem confidat; ut dum pro incerto nullus designatur, sed bene et sancte agentibus honor promittitur, ita sit, ut dum omnes cupiunt gradum obtinere honoris, supradicta Dei præcepta in se festinent implere; et si non propter timorem futuri judicii, tamen vel propter præsentis vitæ honorem contendendo certatim possint omnes perficere, ut cum grandis fuerit congregatio, ut per nullos gradus honoris diversi descenderint, nullis sibi antecedentibus non possit de se ultimus desperare; nec item secundus, omnibus post se positus possit elatus gaudere, et jam securus de solo honore causam Dei in se negligat adimplere; jamque magis sperare præsentia quam futura: quia generaliter tale est genus humanum, ut plus amet quæ videt, quam quæ non videndo sperat. Ergo, sicut supra diximus, cum incertos posuerit diversorum gradus, et omnes satagentes viderit in hunc aliquando velle se pervenire honorem, certatim festinent adimplere, ut per bona acta placeant ordinari; ut unusquisque ostendens opera sua sancta abbati et Deo, in hoc honore de se posse consentire Deum et abbatem digne de se suspicient judicare: cum invicem sibi et zelo boni honoris et desiderio propensiores extiterint, tunc coguntur in se Deo et abbati omnia sancta et bona ostendere, cum perfectorum merita cœperint sperare; et modo jam in se factis ostendere, quod

ceteros postea verbis cupiunt educere. Nam et ideo æquales omnes habere constituimus gradus, et nullum in secundo honore constituendum, ne forte, sicut dicit Scriptura, *erunt novissimi primi, et primi novissimi (Matth. xix)*; hujus forte fratris in monasterio ante obitum abbatis debeatur ingressus, quia jam aut aliqua regula approbatus, aut certe, ut de multis in Vitis legitur Patrum, propter humilitatis desiderium monasteria vel congregationes suas absconse deserentes, subjugare se alieno malunt imperio. Et quia non privat bonis Deus ambulantes in innocentia vel humilitate; et non potest abscondi civitas super montem posita, nec lucerna accensa, non sub modio, sed super candelabrum posita illucescit, quid si forte de negligentioribus suis fratribus aliquem se vivo abbas in secundum gradum jam designet, et cum hujus supradicti tanti viri scholam novi monasterii per humilitatem celatam magnus vir intraverit, et ejus quotidie ultro perfecta claruerint opera, et cum despectione agitur monasterii novellus discipulus, agnoscat factis Christi miles antiquus. Nonne cum hunc talem subito abbas agnoverit, negligenter jam ordinatum secundarium, proprio sæpe prænitent facto, et suo judicio efficiatur reprobus, cogitat dissipare quod fecerat: cum non est dignum ut melior sub deteriore consistat; et hic verbis imperet, qui imperata factis non possit adimplere. Ergo suspensus honoris gradus habeatur in omnibus, et ostensis beneplacitis quandoque promissis hoc abbas fratribus suis sæpe verbis spondeat, dicens: Dabit Dominus honorem huic qui sanctis eum provocaverit factis, nec fraudabit eum desiderio suo, a quo nec Deus ipse fraudatus est a lucro suo: et providet Deus discipulis per ipsum aliis quod opus est, cum prius de ipso magistro ipse nihil cœperit indigere. Ergo dum in hanc sitim honoris omnes fratres abbas viderit anhælere, et certatim opera sancta in bonis præceptorum Dei desideriis diversos se ostendere, consideret semper animo, et oculo scrutetur, qui diversis in agone observantiæ superior vel perfectus extiterit; et jam tempore mortis suæ vocatis omnibus ante se fratribus, dicat eis: Bene vos quidem omnes in observatione sancta egistis; bene acta vestra Dei semper præbuitis aspectibus: et vocato subito nomine illius, vel apprehensa manu ejus, quem meliorem in omni perfectione semper absconse cæteris judicavit, dicat omni congregationi: Audite me, filii, Trinitas sancta novit, cujus judicio hic eligitur, quia vobis omnibus in omni observatione mandatorum Dei, id est, in taciturnitate, in obedientia, in fide, in pace, in gratia, in patientia, in bonitate, in simplicitate, in vigilantia, in sobrietate, in continentia, in castitate semper melior extiterit iste.

### CAPUT XCIH.

#### INTERROGATIO DISCIPULI.

*De ordinatione novi abbatis electi de omnibus a priore.*

#### RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Ideoque judicio Dei et testimonio meo vobis

A pastor eligitur, et vobis abbas a Domino, cui semper de bonis actibus placeat, ordinatur, gregem Domini futuro judicio reassignaturus suscipiat. Videte, fratres, ne quis hanc ordinationem animo malo suscipiat, et Christum contemnat, cujus vicem in monasterio vobis iste acturus est. Post hæc acta statim oratione ab omnibus facta, accersitur statim præsul Ecclesiæ ipsius territorii, ut testimonio ejus clericatus officii, mutato episcopi manu nomine ejus in abbatis honorem, in diptico post nomen prioris ejus jam missa altaris in oratorio a clerico recitetur, ipso oblationem fratrum offerente. Si tamen abbas adhuc defunctus non fuerit, et adhuc delectus a vivis non fuerit, tunc post nomen prioris. Nam postquam defuncti nomen inter quiescentes migraverit, novi nomen in capite scribatur. Mox ergo celebrantes in oratorio missas, cum explicaverint præsentem, ut diximus, pontifice, vel cuncto ordine clericatus officii, data ei a priore pace, vel subsequente congregatione, tradat ei in manum regulam hanc, simul et petitas claves a cellario de anticis monasterii, et brevem rerum universarum, ferramentorumque, et codicum vel universorum mobilium; et collata singulorum testamento omnia ante pontificem assignentur. Nam dicat, cui dat regulam hanc præsentem pontifice, vel universo officio ejus, vel sua congregatione: Accipe, frater, legem Dei, hanc regulam, in qua observantibus æternam provideas vitam; negligentibus sempiternum proponas judicium. Hic anima vincit, aut perit; hic vita aut amittitur aut tenetur; hic pendet istarum quas conspicias animarum a te Dei exactio. De hoc breve gregis istius in judicio Domini post me tu facturus es rationem. Memento, frater, memento quia plus cui creditur, plus ab eo exigitur: et esto jam sollicitus, et noli esse securus de lupi voracibus faucibus diabolicis insidias gregi tuo futuras; sed et vulneribus animarum, vel ruinis culparum, quibus artibus vel monitionibus ad salutem animas valeas restaurare. Esto jam quantum potes vigilans et sollicitus; quia usque hodie fuisti securus. Hæc cum compleverit, regulam istam tenenti in manu iterato dicat: Abba, ingredere oratorium Domini; et sta in loco meo cum congregatione jam tua. Alliget summus sacerdos orationibus suis in gestis cælorum, quod suscepti in terris, et post hæc dicta tradat ei pallium suum: quo accepto osculetur qui acceperit manum dantis; et cum acceperit mox ingressus cum sacerdote novus abbas cum congregatione jam sua in oratorium, et stans in loco prioris, postquam sacerdos pro eo orationem effuderit, statim vadat novus abbas ad altare, et ponat super illud regulam: et dum eam ponit, quam accepit, dicat retro omnis congregatio una cum ipso hunc versum: *Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis (Psal. lxxvii)*; cum gloria, et cantilena. Quæ cum perdixerit, mox clara voce prosternens se in orationem pavimento, expelat pro se orari iterum sacerdotem; quod et retro congregatio similiter pavimento adhæreat. Et surgentes post

completam orationem, osculetur genua sacerdotis, et arigatur ei ad pacem. Deinde omni officio ejus pacem contradat, deinde præpositis, vel omni congregationi : et sic exeat disciplinæ, tradens claves manu sua cellario. Mox vadens et orationem cum omnibus complens sine sacerdote, jam ipse petita benedictione, in cathedra sedeat prædecessoris : et venientis primo præpositi, deinde omnes ejus genua osculentur. Mox surgens vadat ad jacentem priorem, et osculetur genua ejus ; et porrigatur ad pacem ei. Post acceptam pacem quondam prior dicat omnibus : Fratres, et pro me orate, ut rationes animarum vestrarum transectas una cum mea possim in die judicii ante Dominum discussorem integras exponere, et fideliter consignare : et quomodo vos constabilivit Dominus in terris, et meos bene exitus suscipere dignetur in cœlis. Unde sit post hoc forte melioratus ipse abbas, defunctus non fuerit, omnem licentiam, vel potestatem, ordinationemque, vel honorem pristinum disciplinæ ipse recipiat. Et merito ; cui Deus ad hoc ipsum reddidit vitam : nihilumque sibi noviter ordinatus ex illa hora usque ad diem veræ mortis ejus de honore constituto vindicat. Et cum ei certus advenerit dies mortis, qui jam sub præsentia sacerdotis pridem exstitit ordinatus, sine dubio ipse succedat : ita tamen, si casus superbiæ vel elationis ejus non deposuerit merita. Ergo cum nihil illo vivo sibi usurpaverit de honore, sed hoc tota mentis intentione assumat, et diligenti observatione custodiat, ut non jam de honore designato reddatur elatus, sed in melius magis acta sua de præceptis Dei in regula constitutis quotidie de se, coram Deo et fratribus, vel omnibus hominibus, præbeat : et plus se ex tunc in verbis et factis in ipso habitu humiliet, quam antea pro ipsius humilitatis gratia fuerat incurvatus ; ut eum omnes æstiment humiliorem et viliozem omnibus magis post designationem honoris effectum, quam ante, ut quasi profectus merito in se Domini impleat sententiam dicentis : *Qui vult vos esse fortior, sit vester ultimus* (*Math. xx*), et qui se humiliaverit, merito exaltetur : tamen propter honorem, quem sacerdos orationibus constituerat, et manu sua post abbatis prioris, cum infirmaretur, in diptico monasterii nomen scripserat, et suo honorabilis eum prior et verus abbas iudicio elegerat ; et quod ante non licebat per regulam, pro oratione sacerdotali, et ipsius abbatis electione, et magis propter additam et augmentatam in eo humilitatem, secundarius jam iudicetur. Quod nomen non suo iudicio præsumpsit, sed perfectæ observantiæ in eo merita elegerunt : nam regula ideo vetat constitui secundarios propter elationem et superbiam. Nam iustum per actum bonæ observantiæ, vel nimiam humilitatem et Deus elegit, et abbas concessit, et sacerdos ordinavit ; sed constitui adhuc vita prioris reddita non permisit. Unde ex illa die quasi iam spiritualis Cæsar designatus secus abbatem sedeat ; alium eorum psallentium contra abbatem teneat in oratorio, post ipsum calicem ad mensam accipiet, et post ipsum in orationibus habeatur ; et ubicunque abbas ambulaverit, ipse locum pro se suscipiendi, vel vitia fratrum emendandi, vel excommunicandi licentiam habeat attributam. Quod si excommunicatus frater satisfacere ei consuevit noluerit, reservata culpa ejus abbati, ipse vero usque ad adventum in reatu excommunicationis permaneat. Omnia ista ex degeatione ambulanis exercat, et in omnibus absentis agat vices abbatis. Sed hoc ipsum non suo iudicio sibi deferens, sed jussu prioris et veri abbatis : cum ei per præceptum permittitur, tunc licentiam habeat aliquid ordinare, aut in hoc honore credat se posse consistere. Nam omni hora omnibus iudicans se esse æqualem, et magis, si vult esse perfectus, et digne vult ad quod deputatus est pervenire, humiliando se universis fratribus suis, magis se omnibus inferiorem adjudicet, et viliozem, se universis ultimo cordis credat affectu. Quia tales novit Dominus exaltare, dicente Scriptura : *Qui se humiliat, exaltabitur* (*Math. xxiii*). Nam hoc cavere semper ipse frater debet, ne aliquando de proviso honore cordis elationem assumat, et in aliquam prorumpens superbiam, in aliqua parte aut humilitatis aut præcepti divini corruens, regulam sicut prius observabat, minus aliquid modo adimpleat, jam designato honore securus. Et mox sciat pro certo, quia cum abbas frequenter in aliquas culpas, quem elegerat, non in majus proficientem, sed per negligentiam magis deterioratum eum aspexerit, et monitus ab abbate non emendaverit se ; et nomen ejus deleat, quamvis sacerdos rogatus ab abbate, de diptico ; et ipse in suum rediens numerum iudicetur negligentibus coequalis ; et excommunicationi consuetæ subiaceat, qui culpas non vitat : quia per negligentiam perdidit, quod intervenerat ; et recipiat quod admiserat. Et postquam fuerit inferiori redditus merito, a latere jam dejungatur abbatis : et ex illa jam die ab abbate alius frater de omnibus jam oculo et anime quærat, superior negligenti, qui et ipse electus absconse quotidie tempore mortis suæ, manu sua abbas eum apertius indicet, iuste et merito omnibus proponendum ordinatione primatus. Et reprobi isti, qui per negligentiam de summo honoris culmine cadunt, audiant Apostolum sibi dicentem : *Bene currebatis ; quis vos impedit* (*Gal. ix*) ? *Satanas*, qui elatos deponit. Et antequam dilectus reprobis fiat, et in negligentiam convertatur, audiat quid eum quotidie conveniat Scriptura, dicens : *Tene quod habes, ne alter accipiat coronam tuam* (*Apoc. iii*). Et qui audierit, et non observaverit, sibi imputet cum ceciderit : quia a Domino superbi ac negligentes et indigni ideo deponuntur, ut digne observantes præceptum Dei, aut humiles exaltentur. Quid apud iustum iudicem Dominum non est personarum acceptio : nec vult aliquid præstare indignis ; cum solos justos, bonos, et sanctos novit diligere, et ipsis solis de præsentis vitæ honore, et de perpetuæ coronæ retributione sit debitor.

## CAPUT XCIV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*Si subito abbas moriatur, quo ordine de incertis fratribus abbas alius constituitur, cum se viro nullum designaverit meliorem, et dum subita eum mors prurserit.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Repetinum humanitatis casum considerantes, et adventum, ut assolet, subitæ mortis, hoc de incertis inveniendum ad ordinationem convenienter taxavimus, ut de incertis certa possit ratio inveniri. Cum ergo superius diximus, diversorum monasteriorum confusus debere esse gradus, et nullum certum reddere de honore secundorum; cum ergo non judicaverit abbas vivens post se ordinandum, quem cæteris probaverit meliorem, qui si subito nigret ad Dominum, respondemus quid, ne cum unusquisque de suo iudicio successionem præsumens, universos in seditionem exagitet, et studiosam partibus pugnam scandali domum pacis faciat in contentionem converti, ideo hoc decernimus, ut iudicio pontificis ipsius territorii et cleri quærat abbas sanctissimus, qui acceptam hanc regulam supra hæc congregationem ad vicem prioris defuncti, supra omnes fratres triginta habitet diebus et ipse consideret secundum hujus regulæ constituta, quis superior de omnibus observantia poterit inveniri. Qui ergo abbas tricesimo die coram illo sacerdote vel clero, per sacrosancta jurans Evangelia, dicat se a nullo promissionibus vel adulationibus esse redemptum, sed in causam Dei quam invenerit integre pendere. Mox vero stante ante eum omni congregatione subito apprehendat ejus manum, quem invenit in omnibus meliorem, in omni observantia mandatorum Dei, vel regulæ constitutæ; et tunc demum in eo, ab illo pontifice vel clero ipsius territorii secundum hujus regulæ constituta, ut superius diximus, primatus ordinatio celebretur.

## CAPUT XCV.

## INTERROGATIO DISCIPULI.

*De ostiariis monasterii.*

## RESPONDET DOMINUS PER MAGISTRUM.

Duobus fratribus ætate decrepitis cella intra re-

A gias monasterii prope constituatur; qui deputati ibi et claudant monasterium omni hora post exentes, et aperiant ingredientibus, et advenientes nuntiant abbati. Nam et hoc observare debent ipsi duo senes quotidie, ut horis quibus oportet in monasterio legi, seratis regis congregationi se jungant, ut legentes audiant; et cum ad opus divinum oratorii index sonaverit, seratis item regis ad opus Dei oratorio præsententur. Ad opus laboris hoc quærantur quod possunt pro ætatis possibilitate implere, id est, aut si artes sciunt; aut certe si nesciunt, in quo possunt quotidie septimanarios adjuvent: tamen labori alio non quærantur, si propter opus aperienti et claudendi omni hora occupantur. Annenam canum a cellario ipsi accipiant, et eis cum aqua, vel coquinæ remanente juscello ministrent. Animalium intra monasterium curas, adjuncto in septimana illorum hebdomadarii solatio, ipsi adimpleant, et regie mundicias ipsi exercent: vel intra eam cicindelam suspensum et factum incendunt quotidie, ut noctu foris cujusvis, advenientis cognoscatur ingressus. Qui senes, ut superius diximus, pro honore ætatis cum abbate manducant, secundum formam perfectæ humilitatis, ut sancta Eugenia demonstrat, quæ dixit, nec ipsis se superiorem velle ostendere. Nam talibus dicit Scriptura perfectis: *Quanto magis es, tanto humilia te: et apud Deum et homines invenies gratiam* (Eccl. iii). Omnia vero necessaria intus intra regias esse oportet; id est, furnum, macinam, refrigerium, hortos, vel omnia necessaria; ut non sit frequens occasio, propter quam frater multoties foras egressi, sæcularibus misti forte a religiosorum oculis visi, ad damnationem potius nostram ab eis pro angelis adorenur; et *Benedicite* nobis non meritis indigne dicatur, cum forte sancti putemur esse, quod non sumus: aut magis per irrisionem quorundam infidelium vilescat in publico vel plateis sanctus habitus ambulando. Cum ergo hæc omnia intus fuerint constituta, clausa sit semper monasterii regia: ut intus clausi cum Domino fratres veluti a sæculo sint jam causa Dei in celestibus separati. Quæ regia monasterii a foris circumcellum habeat ferreum in simella, quo ab adveniente concusso, cujuslibet supervenientis intus indicetur adventus.

ANNO SÆCULI VII INCERTO.

# AUCTOR QUIDAM INCERTUS

## DE CUJUSDAM PATRIS REGULA VETERUM TESTIMONIA.

S. Benedictus Anianæ abbas in concordia regularum singulis ferme capitibus Regulam cujusdam, ve ut cap. 55, § 26, Regulam cujusdam Patris laudat.

Smaragdus abbas in expositione Regulæ sancti Benedicti cap. 23, 23 et 29, ex eadem Regula cu-

jusdam Patris testimonia affert.

Joannes Trithemius lib. de propr. Mon., cap. 5, hanc Regulam ita citat.

Item in Regula Servi Dei ad sorores capitulo 17, scribitur: Proprii aliquid in monasterio, etc.

## OBSERVATIO CRITICA IN REGULAM SEQUEMTEM.

Ad hujus incerti auctoris Regulam pro monachis exaratam observavimus, illam pro monachis **Scotis** scriptam fuisse, ob rigidam ibidem præscriptam monasticam disciplinam; atque ob eandem rationem existimamus, et hanc præsentem Regulam pro ejusdem nationis sanctimonialibus feminis compositam: ita ut utraque Regula unum eundemque auctorem habuerit, nimirum sanctum Columbanum abbatem Hyensem, et monachorum Scotorum patriarcham. Neque in hoc multum ab opinione reverendissimi Calmeti discedimus, qui auguratur, sanctum Comgellum abbatem olim sancti Columbani exstitisse prioris Regulæ auctorem, ob similitudinem disciplinæ apud Luxovienses monachos introductæ; nam in omnibus utriusque sexus monasteriis apud Scotos eadem rigida disciplina observabatur. Nec quidem sanctum Comgellum scripsisse Regulam monasticam legimus; sed sanctum Columbanum tot monasteriorum patrem ac legislatorem agnoscunt omnes historici, præsertim venerabilis Beda in sua Historia Ecclesiastica. Et quidem in monastico Scotico plurima reperiuntur sacrarum virginum cœnobita antiqua, ubi hæc arcta et rigida disciplina olim observabatur, præsertim in Abernethensi parthenone atque apud Thininghamiam et Coldinghamiam, sicuti et apud Hebrides sive Occidentales insulas, ubi sanctus Columba pro sanctimonialibus feminis cœnobita condidit; adeoque quemadmodum monachis, sic et illis normam vitæ præscripsit. Ut ut sit, hoc unum fatendum est, exoticam disciplinam in hac Regula contentam satis manifestare obsoletos Scotorum ritus et cæremonias quales sunt imprimis: præceptum virginibus datum ad confitenda peccata sua abbatissæ vel præpositæ, aut senioribus ad id deputatis: deinde si consideremus tot visitationes cubiculorum et lectorum, severas penas inobedientibus et murmurantibus inflictas, et alia rigida monita, agnoscere debemus, hanc Regulam 24 capita continentem omnino sapere severam Scotorum monasticam disciplinam; quamvis auctor aliqua cum Regulis sancti Benedicti et sancti Columbani communia præscribere videatur. Insuper notare velim, auctorem revera intellexisse, confessionem abbatissæ factam fuisse sacramentalem; ibidem enim prohibetur, ne crimina minora vel maxima in confessione revelata manifestarentur: *Crimina minora vel maxima nullatenus manifestent, nisi solo justo iudici, qui omnium confitentium crimina lavat.* (BRACKIN, Cod. Regul., t. II.)

## INCIPIT REGULA CUJUSDAM PATRIS AD VIRGINES.

## CAPUT PRIMUM.

*Abbatissa a monasterii qualis esse debeat?*

Abbatissa monasterii non tam genere quam sapientia et sanctitate nobilis esse debet: ut quæ sermonem ad erudiendas animas justa eruditione lucubrat, propriis actibus non contradicit: plus etenim subjugatæ prælatorum actuum formam imitantur, quam doctrinæ illatæ aurem accommodant. Debet enim sacris eloquiis opera nectere sacra: ut quæ ejus imitatur doctrinam ex voce, imitetur cultum ex opere: ne si in aliquo voci opus contradixerit, fructus vocis non obtinere valeat effectum. Sic ergo sit et voce ornata et opere, ut et opus voci, et vox consentiat operi; sit continentis et castitatis flore compta, et omnium ore laudabilis, omnium desideriis imitabilis exemplo. Sit charitatis benevolentia ornata, ut omnium fidelium lætificet corda. Erga peregrinorum et hospitem sollicitudinem præsto: erga infirmantium curam sollicita: erga inopum et egenorum juvena en opulenta. Sic delinquentium ignaviam corrigat, ut ad cultum religionis lascivas et fessas mentes reducat. Sic misericorditer bonitatis dona distribuat; quatenus ex nimia bonitate facinorum fomenta non nutriat. Sit ergo bonis bona per meritum, sit malis mala per flagellum, quod mediante scientia agendum est, juxta Psalmistæ orationem dicentis: *Bonitatem*

*A et disciplinam et scientiam doce me, Domine (Psalm. cxviii).* In utroque etenim abbatissæ cavendum est, ne aut nimia bonitate in subjectarum cordibus vitia nutriat, aut nimia disciplinæ austeritate ea quæ leni increpatione sananda fuerant, rigida correptione diripiuntur. Incautis etenim sic blanda persuasione subveniat, ut eorum sanie antidoti quodammodo medendo curam infundat: sanis vero moribus ea hortando præbeat, ut quæ agere cœperunt, meliorando usque ad finem perducant. Nihil etenim prodest cœpisse, si in opere bono quod cœperant non studeant perseverare. Habeat ergo tot animos mater, quot habet in suo regimine filias; ut juxta omnium mores omnium noverit vitia coercere. Tanta sit in omnes providentia, ut nec pietas disciplinæ, neque disciplina pietati locum tollat. Agat omnium curam, ut de omnium profectu mercedis recipiat luca; ut ex corruptione presentis vitæ quancumque erepta tantum laboris recipiat præmium, quantis ad vincendum inimicum præsidii præbuit supplementum.

## CAPUT II.

*Qualis debeat esse præposita monasterii.*

Præposita monasterii non ætate senili, sed moribus constituenda est. Multas etenim prolixitas annorum attollit, sed dedecus torpentis vitæ ad infantiam

inmaturitatem tepescendo reducit. Constituenda ergo est præposita moribus gravis, sermone solers, ingenio fortis, consideratione vigil, cursu impigra, correptione pia, disciplina moderata, actu casta : moribus sobria, dispensatione æqua, humilitate ornata, patiens, mitis, non turbulenta, non iracunda, non superbix vel arrogantix vitio maculata, non prodiga, non garrula, sed omni actu religionis ornata, quæ sciat languentium moribus subvenire, et tepescentium ignaviam excitare : super quam abbatisa requiescat, ut in nullo ab ejus præceptis deviet ; sed in omnibus subdita, et in jussis senioribus delecta, nihil quod abbatisix voluntati sit contrarium aut faciat, aut ordinet faciendum, sed omnia per ejus interrogationem ; juxta illud quod scriptum est : *Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi ; majores tuos et dicent* (Deut. xxxii). Interrogandum semper est, ut in nullo a seniorum consilio animæ subditæ discrepent ; in nullo oves a pastoris voluntate declinent. Sprevit namque seniorum consilia Roboam, juvenum usus consilio. Quæ res qualis dispendii fuerit occasio Scripturæ veritas attestatur, qui, omnia dominatione undecim tribuum, vix cum una tribu inter tot pressurarum dispendia absque mortis crudelitate reliquum vite peregit. Debet namque esse omnium necessitatum tam corporis quam animæ provida : ut et subsidia præsentis necessitatis porrigat, et corda subditarum ad laudem Creatoris intonandam ex sedula admonitione excitando erigat ; humiles et propter Christum subjectas honorando in sublimi provehat : sese vero attollentes castigationis flagello ad gradus humilitatis retrahat. Curam in rebus monasterii, seu vasis, seu supellectilibus ita habeat intentam, ut in nullo negligentix tenebris reperitur fuscata : ut dum sacri laboris omnem curam adhibet, ab omnipotente fructum laboris recipiat. Omnibus Sabbatis post horam orationis nonam tam seniores quam juniores præpositæ lectos omnium sororum visitent, et faciant propter earum negligentias inquirendas, aut si aliquid inveniatur illicite et sine comæatu retentum. Itemque post completam lectos omnium cum luminaribus visitent, ut omnium expergiscentem sensum vel tepescentem ex oratione agnoscant. Similiter ad omnes cursus nocturnos hoc est faciendum, ut sciant quæ cum fervore, vel quæ cum tepiditate ad cursum assurgunt : et eas quas tarditate vel segnitie culpabiles repererint, prout culpa vel ætas fuerit, aut increpatione aut flagello corripiant.

### CAPUT III.

#### *De monasterii portaria.*

Portaria seu ostiaria monasterii tales esse debent, quæ omnium simul mercedem ædificent, ætate senili, quibus mundus silet ; quæ jam ex præsentibus pompis nihil desiderent : sed in toto cordis affectu Creatori inhærentes singulæ dicant : *Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Deo spem meam* (Psal. lxxii). Quid enim ex præsentibus phaleramentis de-

Asiderent, quæ perfunctoriis contemptis Christum amare cœperunt ; in quem summum bonum contemplatione mentis manere conspexerunt ? Sint ergo mentis suæ statu firmissimæ, ut Domino cum Propheta orando dicant : *Averte oculos nostros, ne videamus vanitatem, in via tua vivifica nos* (Psal. cx). Tale semper supervenientibus ostendant exemplum, ut et foris ab extraneis nomen Domini glorificetur ; juxta quod Dominus ait : *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in celis est* (Matth. v) : et intus a consodalibus suis mercedis præparent lura, dum omnium vice foris gerunt curam. Sic cautæ moribus cum virtutum magistra humilitate existant, ut omnis patientiæ blandimenta ex colloquio affabili ostendant. Nunquam singulæ vel binæ sine tercia loquantur. Nunquam oculos in sublime attollentes laicos vel clericos intente aspiciant : sed remisso curæ humilitate vultu inclinatis oculis necessaria colloquantur. Pauperum, peregrinorum, et hospitem curam inter omnia habentes : quia in his Christus recipitur, sicut ipse ait : *Quæcumque his minimis fecistis, mihi fecistis* (Matth. xxv). Foras aliquid dare, vel cuilibet ministrare, vel a foris aliquid accipere, nullatenus sine comæatu abbatisix facere præsumant. Et quodcumque a foris accipiunt ex donis vel elemosynis aliorum, nullatenus antea ad cellarium portant, quam ante oratorium deferentes omnis simul congregatio pro eo orent, qui hoc exhibuit. Fabulis, quas ad portam vel a sæcularibus, vel a quibuslibet audierint, nullatenus autem accommodent : et si nolentes audierint vel intellexerint, nullatenus consodalibus suis referant. Si horum aliquid, quæ diximus, transgressæ fuerint, regulari pœnitentia castigentur. Si humili satisfactione patefaciant, prout humilitas contentis cernitur, ita delinquentis culpa judicetur. Si vero contumaciæ crimen occurrit, et modum pœnitentiæ augebit. Claves ostiorum vel portæ nullatenus penes se nocte retineant, sed ad abbatisam nocte deferentes præsentent, et mane post secundam recipiant. Idipsum et cellariæ, et pistrices, et cocæ implere studeant ; ut ab occasu solis, vel cum fuerit opus necessitatis perfectum, usque ad secundam abbatisa claves retineat ; nisi necessitas evenerit, ut per comæatum abbatisix nocte retineantur, et post secundam denuo tribuantur. A signo vespertino usque ad secundam impletam, nullatenus portarum fores aperiantur : neque ullus a foris introitus pateat : sed si necessitas talis advenerit, ut post vesperam sit deliberandum, per fenestram quæ in eadem porta fuerit totum deliberetur. Si talis necessitas hospitem vel peregrinorum advenerit, ut hora refectionis cum sororibus esse non possint, post cum cocis vel ministris, vel cum reficiendi spatium habuerint, reficiant. Vasa vel reliqua utensilia, quæ ad opus hospitem bajulant, ac si sacra Deo gubernent atque custodiant : ne per ipsarum neglectum ab ipso mercedem non recipiant, cujus res diripiendo non reservant. Intra septa mo-



nas. erii vel ostia, nullum virorum omnino vel feminarum edere vel bibere permittant : sed omnibus advenientibus foris in hospitali, prout honor exigit, per abbatissæ ordinationem ministrent. Intus vero tantummodo quæ sacram Deo voverunt religionem, et in unitate obedientiæ sub una regula sunt ligatæ, edere vel bibere censemus. Sic semper ostiaræ agant, ut in omnibus zelum Dei habentes regulæ tenorem conservent ; ut pro studii sui vel curæ labore incorruptam recipiant mercedem.

## CAPUT IV.

*Qualis debet esse cellaria monasterii.*

Monasterii cellaria sapiens et religiosa ex omni congregatione eligenda est : quæ nec sibi, nec suis volutionatibus, sed toti congregationi æquanimiter et pie placeat dispensando. Nec inde placere studeat, unde et se in ruinam peccati, et alias transgressionis noxam consentiendo introducat : id est, nihil extra debitam mensuram pro qualibet familiaritate, pro gratia meriti dispensando distribuat : sciens, quia *justus Dominus justitiam a sæculo dilexit, æquitatem vidit vultus ejus (Psal. xl)*. Sit ergo omnibus justa dispensatione grata : sit moribus matura, sit sobria, non edax, non elata, non turbulenta, non injuriosa, non tarda vel pigra, sed in omnibus actibus bene composita : quæ congregationi omni, id est, tam senioribus quam etiam junioribus pro affectu et materno ordine debeat ministrare. Curam de omnibus sibi commissis rebus habeat : nihil tamen sine commentu abbatissæ facere præsumat. Sorores tam seniores ætate quam juniores nullatenus conturbet ; et si aliqua sororum ab ea irrationabiliter aliquid poposcerit, leni responsione cum voce humilitatis contra rationem petenti deneget. In infirmitate positus sororibus diligenti cura et promptissimo affectu ministret. Similiter pauperum curam gerat : in omnibus timorem Domini proponens, et sciens se illi exinde rationem reddituram, si non pro ejus præceptis implendis hæc omnia faciat, memor semper illius qui dixit : *Qui mihi ministrat, me sequatur (Joan. xii)*. Omni ergo operi bono quod facimus, Domini timorem jungamus. Sic in omnibus curam agat, ut in nullo negligentia damna incurrat. Avaritiæ et cupiditatis pestem omnino fugiat. Similiter sicut non avara, sic non sit prodiga, id est, sicut dono omnipotentis Dei sub avaritiæ vitio occultando subtrahere non debet, sic sine justa dispensatione nimis feneratorum communem substantiam non debet diripere ; sed omnia per discretionem temperando pensare. Et si non habeat quod ab ea quæritur, quod tribuat, sermone leni sine ulla asperitate in responsione procedat ; ut dulcedo cordis et vocis responsione pateat : juxta illud quod scriptum est : *Favus mellis sermones boni (Prov. xvi)*. Et illud : *Sermo bonus super datum bonum (Eccli. xviii)*. Ita sibi commissum opus ad mercedem noverit pertinere, si omnia cum humilitate et pietate studuerit facere. Et quamvis quod petitur non sit unde tribuatur, nulla-

tenus respondeat se non habere ; sed dicat fidei voce, *Dominus dabit (Math. xii)*. Ea vero quæ lauda sunt, sine mora tribuantur ; ne scandali occasio, aut offensionis casus ex ipsa tarditate generetur ; memor semper præceptorum Domini, qui neminem suorum patitur scandalizari.

## CAPUT V.

*De se invicem diligendo, vel sibi invicem obediendo.*

Diligere se ad invicem in Christo monachæ in monasterio quanta cura debeant, per Evangelium Joannis Dominus demonstrat, cum dicit : *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem. Majorem dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis (Joan. xv)*. Et illud : *In hoc cognoscant omnes, quia mei discipuli estis, si invicem diligatis (Ibid. xiii)*. Diligere ergo præcipimur a invicem, ut invicem salvemur : ut per mutuam dilectionem eum imitemur, qui nos dilexit, juxta Apocalypsin, et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo (Apoc. i). Si ergo soror sororem propter Christum diligat, ut Christum a se per temporalem dilectionem non repellat. Quia vera et secundum Christum dilectio est proximæ malum non operari. Diligatur ergo proxima non carnis affectu, sed pietatis ministerio : diligatur puritate, diligatur religione, diligatur mansuetudine, diligatur charitate : ut in omni semper amore Christus inveniatur ; et non secundum sæculum, sed secundum Deum maneat amor. Sic enim a Domino præcipitur : *Diliges proximum tuum sicut teipsum (Math. xxii)*. Si soror sororem diligat sicut semetipsam ; nunquam peccati maculam incurret, sed cultu pietatis ac dilectionis ornata æterna præmia accipiet. Maneat ergo semper in corde dilectio, ut antiqui hostis livoris virus extinguat ; per quem in primordio protoplasto decepto mortis patefecit introitum, sicut scriptum est : *Invidia autem diaboli mors introiit in orbem terrarum (Sap. ii)*. Diligatur proxima, ne odii macula cruenta homicidii crimen incurrat, sicut Joannes apostolus testatus est dicens : *Qui odit fratrem suum homicida est (I Joan. iii)*. Diligatur proxima, ne per aliqua discordiæ fomenta retenta proprii facinoris vinculo non solvatur : sicut Dominus in Evangelio testatus est, dicens : *Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater vester caelestis dimittet vobis peccata vestra (Math. vi)*. Remittamus proximis, ut ab Omnipotente remittatur nobis. *Dare, inquit, et dabitur vobis (Luc. iii)*. O quam justa commutatio ! o quam pia miseratio, dando accipere, accipiendo donasse ! Nulla jurgiorum incrementa, nullave nutrimenta retineantur. Sic et Apostolus hortatur dicens : *Estate invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis (Col. iii)*. Nihil aliud dare præcipimur, nisi quod nobis dari petimus. Sic et orando dicimus : *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris (Math. vi)*. Debitoribus demittendo nos relaxamur a debito. Solvamus ergo per dilectionem et amorem proximos, ut nos a nostris

crimibus pietate et misericordia solvat Deus. Amen.

## CAPUT VI.

*De assidue danda confessione.*

Confessio quam crebra et sagaci cura danda sit, multorum Patrum juxta Scripturarum seriem traditio demonstravit. Danda ergo confessio semper est, ut veterescentem mentis statum, et peccatorum tenebris quotidianis illecebris fuscatur, rudem semper custodiat, sicut Scriptura docuit dicens: *Omnia custodia serva cor tuum: quia ex ipso vita procedit* (Prov. iv). Sic quippe beatus David orando Domino dicebat. *Delictum cognitum tibi feci, et injustitias meas non operui; dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam, et tu remisisti impietatem peccati mei* (Psal. xxxi). Quantum valet pura et non tarda confessio, ut sic secuta eam subsequatur impetratio! Confessus se adversum, ut facinorum molem pelleret; de se ingenuit confitendo, glorificavit remissionem recipiendo: dolendo patefecit crimen, dando redintegravit spem. Non enim præcessit spei fiduciam, quia meminerat se olim per Spiritum sanctum a Domino illuminatum dixisse: *Quia apud te est propitiatio, et propter legem tuam sustinui te, Domine* (Psal. cxxix). Et iterum: *Quia apud Dominum misericordia est, et copiosa apud eum redemptio*. Apud quem misericordiam perennem agnoscat, apud eum copiosam et redemptionem. Quæramus ergo ibi misericordiam, ubi redemptionem manere jam novimus copiosam. Crescat dolor post ruinam, ut culpæ inveniat medicina. Confitemini invicem delicta, ut nostra nobis Omnipotens dimittat peccata. Sic nos Scriptura dicendo hortatur: *Confitemini alterutrum peccata vestra, et orate pro invicem* (Jac. v). Quanta clementis judicis pietas erga nos diffusa dignoscitur, ut quod actibus ærumnosis facinus contractum fuit, mutua prece solvatur! Detur ergo mutux orationis solatium; ut invicem orando cupiatur præsidium. Magis etenim copia fructuum habetur, quando ex revelatione delictorum salus acquiritur. *Revela, inquit Psalmista, Domino viam tuam, et ipse te eruet*. (Psal. xxxvi). Si revelando peccata nutritur anima, quotidiano ergo studio per confessionem revelentur, ut quotidiana medicina vulnera sauentur. Sed quibus horis congruentibus quotidiana delicta sunt abluenda, a nobis inserendum est. Quidquid post completorium per opacæ noctis spatia mens vel caro per facilitatem deliquerit, post secundam per confessionem curandum est expiari. Quidquid vero diurno actu, vel visu, auditu, cogitatu, tepescendo deliquit, nonæ horæ expleto cursu ut purgetur censendum est. Post vero quidquid ab hora nona mens maculæ atraxerit, ante completam confitendum est. Illud tamen abbatissa studere debet, ut post secundam scholam ingrediens peracta oratione nullam foras e:redi permittat, nisi prius detur confessio. Similiter et post nonam, vel ante completorium faciendum est. Hæc vero sorores, quæ pro gravibus culpis in

pœnitentia detinentur, in Ecclesia cum cæteris que communicant non stent; sed in alia Ecclesia secrete cursum cantent: et expleto cursu egredientes ante fores Ecclesiæ, in qua communicantes cursum expleant, stare præcipiantur: et egrediente congregatione supra humum prostratæ rogent pro se Dominum exorari, ut gravia commissa contritione deleantur cordis; meminentes illud: *Cor contritum et humiliatum Deus non spernit* (Psal. l). Et, in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus (Psal. cxxiv). In oratione posita semper pœnitens dicat. *Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele* (Psal. l): ut ira arguentis judicis, et in proximo vindictam reddentis, per piæ mentis affectum hanc humili oratione sedetur.

## CAPUT VII.

*De non manifestandis sororum confessionibus.*

Abbatissa vel præposita, vel quælibet seniorum sororum cui ab abbatissa fuerit commissum ut confessiones recipiat, crimina minima vel maxima nullatenus manifestent, nisi solo justo judici, qui omnium confitentium crimina lavat. Illa enim quæ confessa est sua vulnera verecunde, non ad opprobrium recipiendum, sed ad salutem redintegrandam confessa est, justum habens testem Deum, a quo et mederi exspectat. Ea vero senior quæ recipit, cum gravitate et moderatione penes se occultando honestissime teneat, ne dum alterius vulnere medicinam infundit, suæ mentis corrumpat nitorem. Nulla tamen monacharum vel confessionem recipere, vel pœnitentiam dare sine ordinatione abbatissæ præsumat; ne vitium commissum abbatissæ celetur, sed omnia per ejus notitiam agantur. Si vero inventa fuerit, quæ huc propositum regulæ violare conetur, gravi pœnitentiæ scientia corripiatur; quia delicti fomitem abbatissæ voluit occultare.

## CAPUT VIII.

*Qualiter ad signum Dominicum surgendum est.*

Quandocumque vel diurnis vel nocturnis horis ad opus divinum signum insonuerit, mox cum summa festinatione surgendum est, ac si præco regis insonet, omni opere quod in manibus habebatur postposito; ut nihil operi Dei præponatur: sed mens ad sonitum præconis intenta, et operi Dei innixa, cum omni gravitate et mansuetudine ad intonandam gloriam majestatis ejus, et pietati ejus gratias referendas festina currat. Et si morose et segniter veniat post primi psalmi qui in cursu canitur finem, averit se a suo ordine dum cursus expletur revocari, et in loco ultimo positam, id est, in eo loco qui talibus negligentibus fuerit deputatus, astare, et ibi cum verecundiæ metu exspectare, et post expletum cursum proluxa vicia ante cœtum sororum egredientium satisfacere. Nam foris omnino non segregentur, ne a somno detentæ dormiant, aut in aliquo maligno hosti adeundi detur occasio. Intus etenim posita nec totum perdit quod cooperat, et verecundiæ ac metu

frangitur, dum ab omnibus videtur. Et quando cæteræ expleto officio foras egrediuntur, illa in ecclesia pro ipsa tarditate posita duodecim psalmos super cursus seriem cantet. Si vero ex toto cursum suum perdidit, præcipue nocturnis horis, in quibus nullum alium opus impendit, suppositione damnetur. Horas vero ad cursum procurare juxta dispensationem abbatissæ debet, cuicumque ordinatum fuerit; id est, quæ mente sollicita et impigra fuerit ad hoc opus idonea inventa, ut opus Dei non tardetur. Si vero qualibet occasione a justo ordine deviatum fuerit, ut non secundum suum ordinem horæ custodiantur, suppositione damnetur.

## CAPUT IX.

*Qualiter in monasterio silentii regulam vel diurno opere, vel ad mensam debeant custodire: vel ad mensam quomodo sit legendum.*

Regulam silentii omni tempore servandam sanctarum Scripturarum series declaravit, dum per Prophetam dicitur: *Cultus justitiæ silentium et pax.* Tacendum namque est ab otiosis et frivolis, et scurrilibus, et pravis et malitiosis fabulis; de quibus Propheta orabat dicens: *Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ labiis meis. Non declines cor meum in verba mala (Isa. xxxii; Psal. cxi).* Cessandum quippe est a fabulis superfluis, ne damnationis per inellectatæ mentis ignaviam anima fructum capiat: quia non solum de scurrili et injurioso sermone, sed etiam de otioso, juxta Domini præceptum, rationem sumus reddituri. Quid aliud debeat monacha studere, quam soli Deo, in quo semel desiderium fixit, et oris sermone et animæ desiderio vacare? Omnibus ergo horis diurnis, præterquam ad mensam, ab hora secunda usque ad completam quidquid utilitas sacræ regulæ poposcerit, per abbatissæ comiteum loquendum est. Ab hora vero completionis, cum oratio ad somnum capiendum datur, nulla omnino loqui præsumat, nisi grandis necessitas monasterii poposcerit. Cui ab abbatissa fuerit ordinatum, loqui studeat, vel etiam a præposita, quæ curam aliarum portat. Ad mensam vero nulla penitus præter abbatissam, vel cui abbatissa præceperit, pro communi necessitate sororum loqui præsumat: sed omnes intento animo gratias reddentes creatori in cordibus suis cibi ac potus solidæ mensuræ largitione fruantur. Portaria vero quæ pro necessariis causis alloquium expetierit abbatissæ, loqui permittatur: quia forsitan talis supervenerit necessitas, quæ moram habere non debeat. Ante mensam vero semper capitulum regulæ unum aut amplius, si abbatissæ placuerit, legatur: ut cum cibus carnem reficit, lectio animam satiet. Hæc omnia cum gravitate animi et moderatione leni fiant, quatenus in his omnibus Dominus delectetur. Festis vero Domini diebus, id est, Nativitate Domini, vel Paschæ solemnitate, ac Theophania, vel Pentecostes, vel si quæ sunt alia Domini vel sanctorum martyrum præcipua sacra celebranda, si ex permissu abbati sæ fuerit, ad

A mensam loqui non negamus: sic tamen, ut pressa non dissoluta voce loquantur; ne garrula voce in somnum prorumpentes, magis desidia quam lætitiâ judicetur. Et ipsa confabulatio talis sit ex colloquio Scripturarum, quæ animæ lucrum faciat, non damnum. Silentium vero in poenitentia accipientes omnimodis studeant custodire, ut de vera mortificatione mereantur fructum recipere. Duæ vero, in quocunque loco fuerint positæ, nullatenus sine tertia teste loqui præsumant: sed tres semper positæ necessaria colloquantur.

## CAPUT X.

*De ratione mensæ qualiter administrandum vel observandum sit.*

B Mensæ administratio vel observatio quanta æqualitate vel sobrietate percurrere debeat, abbatissæ scientia est trutinandum: ut in omnibus, sicut decet Dei ministras, religionis vigeat fomes. Ministrandum namque est omnibus æquali libratione tam potus quam cibus, prout tempus, sive solemnitates, sive abstinentiæ, sive quotidiani usus poposcerint. Quotidianis etenim diebus sufficere decernimus duo fercula, exceptis pomorum donis: de leguminibus vel de oleribus conferta, seu farinæ qualibet conspersione. Omnibus etenim æqua mensura ministrandum; præter si ætas infirmior, quæ sustinere non valeat, aut ægritudo corporis, aut novellæ conversationis novitas improbata sufferre non queat, quod abbatissæ judicio pensandum est. Potus vero siceræ liquoris, id est, cervisiæ mensura solita tribuatur: si voluntas abbatissæ fuerit, si labor, vel festus dies, vel hospitis adventus pia precatio exagitaverit, vini portio augenda est. Et si duabus vicibus reficiendum sit, præter vini potionem similis regula servetur. Festis vero diebus, pro reverentia sacræ solemnitatis, pluribus cibus, id est, ternis vel quaternis ferculis sunt corpora reficienda: sic tamen, ut si plura sunt cibaria numero, sint minorâ; ut corpora necessario cibo reficiantur, non nimia saturitate damnentur. Sedentes vero ad mensam sorores nulla alteram comedentem sublimatione oculorum respiciat, nec alterius mensuram cibi vel potus iniqua consideratione intueatur. Quando in mensam cibus administratur, nulla prius cibum comedat, quam signum ad benedicendum insonet. Abbatissa vero vigilet, ut confestim cum cibus ministratus fuerit, signum tangere præcuret; et omnes cum signum audierint, una voce benedictionem rogent, quarum vocem abbatissa subsequatur dicens: *Dominus dignetur benedicere.* Hoc ad omnia fercula, vel pomorum ac potus administrationem observandum est. Illud præcipue decernimus, ut nulla alteri dare ex mensura sua, vel accipere ab altera præsumat, præter abbatissam, vel præpositam cui ab abbatissa commissum est. Si vero aut novitate, aut temeritate aliqua hæc, quæ supra diximus, fuerit transgressa, disciplina requea corrigatur pro præsumptæ temeritatis audacia

## CAPUT XI.

*Quibus congruentibus horis hyeme, vel æstatis tempore, sit reficiendum.*

Ab adventu sacratissimæ solemnitati, id est, ab introitu sancti Paschæ, quo immaculati Agni resurrectione celebratur, usque ad sacram solemnitatem Pentecostes, qua apostolis Spiritus sanctus fuit diffusus, id est, quinquaginta dierum spatio, ad sextam horam est reficiendum: similiter et vesperi erit cœnandum, quia sacri temporis ratio exigit, ut nullus nec in Ecclesia positus tristitiam demonstret. A Pentecoste vero, si gravis labor non exigit, aut hospitium non cogat adventus, usque ad Quadragesimæ inchoationem, ad nonam, id est, semel reficient; exceptis magnarum solemnitatum eventibus, aut si labor grandis exegerit, ut duabus reficiant vicibus. Ab inchoatione Quadragesimæ usque ad sacratissimam solemnitatem Paschæ, exceptis Dominicis diebus, ad vesperum reficiendum est; ut ante noctis inchoationem cum statione lucis refectionis impleatur hora. Quando vero administrandum est, singulæ ex singulis mensis assurgant, et sic ad coquinæ fenestram cum sobrietate venient, ut nullum strepitum pedum, vel vasorum, vel cunshibet soni excitent, et primum ad seniorum mensam simul omnes ministrent, sic demum ad suam mensam qua sederint deferant fercula. Præposita mensæ gubernet, quomodo ex ipsa mensa mutuatum vicibus, vel ætate juniores si fuerint, debeant ministrare.

## CAPUT XII.

*Quomodo quotidianis diebus manibus sit operandum?*

Operandum namque est omni tempore, præter dies festos; ut habeatur vel propriæ necessitatis usus, vel egenis unde detur suffragium. Sic tamen operi manuum in-istendum est, ut lectionis fructus non omitatur, sed statuto tempore operi detur intentio, ac deinceps lectioni divinæ vacetur. Operatio manuum ab hora secunda sumat exordium, et in horam nonam finem accipiat: ab hora vero nona lectio usitetur, si aliquando proprium aliquod opus faciendum aut vestimenti consuendi vel lavandi, aut quodlibet aliud opus, per abbatissæ vel præpositæ commeatum faciet. Et si forte opus fortius supervenerit, ut maturius arripiant operari, vel propter ferventem æstum, hoc abbatissæ arbitrio considerandum est, ut secundum quod tempus exigit, aut fortioris laboris pondus, vel ad sextam, ut juste judicaverit, ab opere sit quiescendum, et post quietem vel refectionem usque ad vesperum sit operandum. Illud inter omnia vel abbatissa si præsens fuerit coerceat, aut præposita quæ ejus vice relinquitur, ut nullam penitus monacham fabulis otiosis præter necessariam interrogationem vacare permittat; sed in ipso opere manuum operis Dei recordatio teneatur: id est, ut dum exterius per temporalem opportunitatem manus operibus occupantur, interius mens cum linguæ meditatione psalmodiarum ac scripturarum recordatione dulcescat.

A Ac si violatrix hujus regulæ fabulatione delectetu, silentii pœna castigetur. Focos vero in schola pœnitentes, si fuerint, binæ et binæ per hebdomadas facient. Similiter ad caput sororum lavandum per singula sabbata, vel balnearum usus per festas solemnitates præparent, aut si sunt alia extrema facienda, pœnitentes facient: ut dum mente humili et contritu corde hæc propter timorem Domini faciunt, ab omnipotentis Dei misericordia celerius a suis delictis laventur. Quando ad opera eundem est, istud capitulum psallatur: *Sit splendor Domini Dei nostri super nos; et opera manuum nostrarum dirige super nos; et opus manuum nostrarum dirige* (Psal. LXXXIX). Quando vero finitur opus, istud dicatur capitulum: *Benedicat nos Deus, Deus noster, et benedicat nos Deus, et metuant eum omnes fines terræ* (Psal. LXVI). Pistrices vero alternatim per vices opus commune faciant: sic tamen, ut minus tribus non sint propter loquendi necessitatem. Et si necesse fuerit ut ibidem maneant, minus quatuor non sint, et una ex eis senior sit præposita, cujus religioni credatur, quæ et loquendi licentiam habeat. Et panem quem faciunt per vices senior quæ ex eis est, cellarix representet; ut omni custodia tutæ in nullo reprehensibilis reperiantur. Similiter et quæ in braxatorium ad cerviciam faciendam inhabitaverint, una ex eis senior sit præposita, quæ secundum regulam pistrices omnia custodiat. Cocæ vero per hebdomadas coquint, ut in unaquaque hebdomada tres vel amplius, si necesse fuerit, ad coquinandum deputentur; ne impositus sine discretionem labor, unde mercedem mercari debuit, inde murmurationis fructum reportet. Ingredientes autem pro se orari rogent omnium cœtum sororum, orantes in oratione dicant: *Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram* (Psal. CXXIII), et: *Adjuva nos, Deus salutaris noster* (Psal. LXXVIII). Exeuntes vero lavent omnium sororum pedes; et omnia vasa quæ ad necessarium usum habuerunt, lavata præpositæ representent. Similiter pro se orari rogent, et hunc versum in oratione dicant: *Quoniam tu, Domine, adjuvisti me, et consolatus es me* (Psal. LXXXIII). Propter singulas negligentias tam cocæ quam cellarix vigili quinque palmarum percussionebus quotidianis diebus emendentur, ne minimas parvi pendentes culpas in majoribus procliviores reperiantur.

## CAPUT XIII.

*De utensilibus vel suppellectilibus.*

Utensilia monasterii, et quæcunque sunt ad commune opus necessaria, abbatissæ cura disponantur. Et tales in congregatione quærantur, quarum et sollicitudo animi viget, et conscientix firmitas sit probata; et ipsis cura committatur, ut quæ cuique necessaria fuerint opportunitate exigente tribuantur. Et sic ipsa utensilia, seu quæcunque eis ab abbatissa commissa fuerint, cum sollicito timoris studio gubernentur, ut mercedem commissæ curæ recipiant, et non judicium damnationis incurrant.

anteponentes illud mentis oculis : *Maletictus qui A* facti opus Dei negligenter (*Ser. XLVIII*).

## CAPUT XIV.

*Qualiter in schola debeant dormire.*

Cum semper religiosæ et Deo dicatæ animæ, tam diurnis quam nocturnis horis paratam Deo mentem præparant, ut quamvis sopore membra torpescant, anima vigore Creatoris intenta præconiis pervigil maneat, juxta illud : *Ego enim dormio, et cor meum vigilat* (*Cant. v*) : tamen solerti custodia specialiter inveniendum, ne per negligentiam maternæ sollicitudinis subjecta membra damna capiant imbecillitatis. Proinde ergo decernimus, ut binæ et binæ, præter infirmas et seniores, in lectulis dormiant, sic tamen, ut ad invicem non loquantur, neque se ad invicem, id est, facie ad faciem respiciant ; sed una post aliam quiescens dormiat ; ne antiquus hostis, qui ore libenti animas vulnerare cupit, aliquid fraudis jaculando immittat ; ut colloquendo mortalia excitet desideria. Sic tamen fiat, ut una ex illis semper senior sit : de cujus religione non dubitetur. Juvenulas vero nullatenus simul quiescere censemus, ne in aliquo carnis adversitate æstu delicto rapiantur. Omnes enim, si fieri potest, una domus ad dormiendum capiat, præter si infirmitas aut senilis ætas poposcerit, aut culpa damnaverit, aut novitas probata non fuerit, ut in cella separentur. Omnes vestitæ et cinctæ dormiant. In schola qua dormitur per totam noctem lucerna ardeat. Ad cursum vero cum festinatione surgentes, signum crucis fronti inferatur : simulque sub silentio dicatur : *Deus, in adjutorium meum intende ; Domine, ad adjuvandum me festina.*

## CAPUT XV.

*De cura infirmantium qualis esse debeat ?*

Hæc cura quæ infirmitatibus delinenter qualis esse debet, proprietatis auctoris declarat, cum dicit : *Quæcunque vultis ut vobis faciant homines, et vos facite eis similiter* (*Matth. vii*). Licet hoc in omnibus sit agendum, præcipue tamen in infirmantium cura hæc præceptio est exhibenda ; quia Dominus dixit : *Infirmus fui, et venistis ad me* (*Matth. xxv*). Ita ergo cura infirmis querenda est, ac si præsentî Christo ministrare putesur. Revera etenim quæcunque pro Christo infirmis curam impendit, Christo in infirmis ministrat. Sit tamen abbatissæ cura ut separatim cellam habeant cum omnibus opportunitatibus ; ut nullum exteriorem laborem sentiat, quæ in infirma carne penam portat. Et si tempus poposcerit, sicut tempus Quadragesimæ, ut ceteræ vitam immutent, infirmis semper cedendum est ; ut tam potus quam cibaria uberius ministrentur. Balnearum usus, vel cura medendi summo adhibeatur studio. Sanis vero, præcipue vero juvenilibus, tardius concedatur. Abbatissa talem curam de infirmis habeat, qualem se recipere a Domino sperat ; ut nec a cellaria, nec a ministra aliquam negligentiam infirmæ sentiant. Decrepita

A vero ætate fessis talis sit cura, quatenus nulla in eis negligentia, sed juxta arbitrium abbatissæ, prout culicunque necessarium esse viderit, consideratione pia earum imbecillitati concedatur. Non enim hæc possant regule tenori subjacere, sed potius pietatis in eas impendendus est affectus.

## CAPUT XVI.

*De casibus qui per negligentiam aut eveniunt superveniunt.*

Negligentiæ culpa, qua per multos casus in multis delinquitur, abbatissæ judicio pensanda est, id est, in refectorio, in coquina, in dormitorio, vel in qualibet utilitate aut fregerit, aut perdidit, aut negligenter dimiserit, omnia secundum suum modulum sunt pensanda, et juxta ætatem vel teneram, vel senilem, vel viridem, sunt corrigenda. Quia si in minimis negligentia vitium non corrigitur, mens vitata in minoribus culpis, in majora dilabitur delicta. Si soror, quæ in his casibus dilapsa, statim abbatissæ vel præpositæ puram dederit confessionem ; et compertum fuerit non suæ voluntatis fuisse, quod casu accidit ; hoc tantummodo sufficiat, ut hoc quod deliquit et perpetravit, si possibile fuerit, non denegat, et emendet cum veniæ satisfactione. Si vero non sua confessione, sed alterius prodicione cognitum fuerit, prout culpæ magnitudo poposcerit, penitentia subiacet ; quia culpam per puram confessionem non manifestavit. Si vero ex majoribus culpis, quod ad animæ majorem pertinet damnationem, aliquam commiserit, hoc secretius per puram confessionem volens suæ manifestet abbatissæ : ne dum tempore animi culpam delegere vertendat, cum reatu culpæ faciem diaboli interius recondat.

## CAPUT XVII.

*De eo quod nulla monacha monasterio debeat proprium aliquid vindicare.*

Proprii aliquid in monasterio nihil habendum ; sed potius propter nomen Domini omnia contemnenda. Quid enim proprium aliquid suum fidelis anima de rebus mundi vindicat, cui mundus crucifixus est, et ipsa mundo ? Quæ semel mundo mortua, cur per aliquam temporalium rerum cupiditatem, vel desiderium ærnuosum, denovo incipit vivere mundo, quæ, contempto mundo, cœperat jam vivere Deo ? Amputandum ergo est hoc vitium radicitus ab omni monacha, ut nullam rem vel in vestimentis, seu in calceamentis, vel in quibuslibet rebus sibi vindicet, vel suum esse dicat, nisi quantum ex abbatissæ jussione penes se præcipitur retinere, ac si custos alterius, non propriæ rei dominæ. Et ea quæ sibi ab abbatissa fuerint commentata, id est, ad necessitatem præsentem, aut in vestimento, aut in qualibet re, nihil exinde aut dare aut commodare cuiquam præsumat ; nisi tantum ab abbatissa illi fuerit ordinatum. Quid enim de rebus mundi alteri sorori conferat, quæ suas in omnibus voluntates propter Christum in abbatissæ tradidit potestatem ?

Omnia ergo quæ in monasterio habentur sint omnia communia; juxta quod in Actibus apostolorum legimus: *Et erant, inquit, eis omnia communia* (Act. iv). Sic tamen communia sunt habenda, ut nulla aut dare aut accipere, nisi abbatissa ordinante, præsumat: ne cupiditatis aut temeritatis malum incurrens in laqueum, Judæ proditoris consortio numeretur, qui solus in numero apostolorum loculos habuisse refertur, ubi commutantium ac vendentium commercia ponebantur. Quod si huic vitio aliqua sororum delectari fuerit deprehensa, et post primam, secundam vel tertiam correctionem emendare noluerit, disciplinæ regulari subiacebit.

#### CAPUT XV.II.

##### *De culparum excommunicatione.*

Si qua vero soror instigante diabolo contumax, vel superba, seu inobediens, vel murmurans apparuerit; vel etiam in quocunque casu lapsa, seniorum præcepta vel sanctæ regulæ normam violare tentaverit; hæc, secundum præceptum Domini, secreto a senioribus semel vel bis corripiatur (*Math. xviii*). Si emendare noluerit, tunc simul ab omni congregatione objurgetur. Et si sic emendare noluerit, tunc prout culpæ magnitudo poposcerit, secundum regulam judicetur: id est, aut excommunicationi subiaceat, si ejus antea intellectus viguit: aut si obstinata et duræ mentis tenacitas culpæ et improbitatis perseveret, tunc corporali disciplinæ subiacebit.

#### CAPUT XIX.

##### *Qualis debeat esse excommunicatio.*

Excommunicationis mensura qualis esse debeat, justum scientibus librare judicium culpæ modus ostendit. Levioribus enim culpis levior est adhibenda correctio; gravioribus vero ferventior est adhibenda damnatio. Proinde abbatissæ studio est pensandum, ut si aliqua soror in levioribus inveniatur obnoxia culpis, usque ad indictam sibi horam mensa privetur. De gravioribus vero seu dierum vel hebdomadarum vel mensium definitio in longius protracta correctione finiatur: ea tamen regula, ut si amplius quam septem dierum spatium excommunicationis percurrerit, quandiu poenitentiae sub statuto tempore ordo retentus fuerit, sicut a mensa loco suo privetur, ita et in ecclesia segregetur; ut in loco in quo ante fuit, nec psalmum cantet, nec ullum ordinem teneat, usque dum satisfactione humili cum cordis contritione ab abbatissa vel a senioribus veniam mereatur. Excommunicata vero soror, quæ culpis gravioribus existentibus aut cellula recluditur, aut a consortio congregationis separatur, a nullo penitus colloquia aut visitationis munus fruatur, nisi tantummodo cui præceptum ab abbatissa fuerit. Si qua transgressa hanc regulam fuerit, regulari poenitentiae subiacebit.

#### CAPUT XX.

*De his quæ per sedulam correctionis curam sæpius correctæ emendare noluerunt.*

Soror si sæpius correpta emendare noluerit, ex-

communicatione pro modo culpæ corrigatur. Si nec sic aliquid proficiat increpantis correctio, tunc verberum vindictæ subiacebit. Quod si sic emendare noluerit, sed magis in tumore superbiæ elata, opera vel actus, de quibus corrigitur, defenderit, tunc abbatissæ scientiæ regimine corrigatur: qua scriptum est: *Qui abjicit disciplinam, infelix est* (*Sap. iii*). Moderante ergo scientia saniei medendi cura adhibeatur. Si lethale vulnus per fomenta castigationum, et pietatis ac lenitatis unguenta sospitati non redditur, saltem incisionibus amputetur. Et si sic sanies desecta tumorem non amiserit, tum excommunicationis sententiam, vel disciplinæ corporalis poenam incurrat. Et si nec excommunicationis metu, nec flagelli poena frangitur, augeatur adhuc pietatis fomes; ita ut ab omni congregatione pro ea communis Dominus orationum officio deprecetur: ut quæ laqueo diaboli irretita tenetur, Domini misericordia ac pietate curetur. Quod si nec sic corrigi voluerit, intra septa monasterii sub poenitentiae tenore ab omnibus, præter custodibus, segregata, tandem castigetur diversis correctionibus, usque dum ejus humilitas omnibus vera credulitate pateat: quoniam et invitis sæpe salus præstat. Nam ideo separanda est a congregatione, ut suo vitio non maculet innocentes. Tenera vero ætas, quæ excommunicata vim nescit, non excommunicatione, sed flagello corrigenda est.

#### CAPUT XXI.

##### *De receptione sororis.*

Si nullo tempore, quod absit a Christiana religione, soror a septis monasterii discesserit, et foras fugiens postea recordata pristinae religionis, et æterni judicii perculsa timore reversa fuerit; prius omnem monasterio emendationem polliceatur: postea si probabilis ejus poenitentia agnoscat, tunc demum intra septa monasterii recipiatur. Et si bis aut tertio hoc fecerit, simili pietate foveatur; sic tamen ut in extremo loco inter poenitentes recepta tandiu examinetur, usque dum probabilis ejus vita inveniatur. Si vero post tertiam receptionem fugæ culpa maculata fuerit, sciat omnem reversionis aditum esse in postmodum denegandum.

#### CAPUT XXII.

*Qualiter invicem se humiliant, vel ordinis servant: vel in minutis actibus qualiter sibi servanda præcepta.*

Quanto se affectu, vel charitatis ministerio in monasterio animæ positæ debeant diligere, sanctorum Patrum instituta sanxerunt: sed in quibus sit actibus vel officiis demonstrandum, a nobis pro parte indicandum est. Habet denique latissimum virtutum copia ambitum, quo circumsepta facile hostem sibi superet adversantem. Sunt etenim nonnulla, quæ in actu videntur exigua, et tamen vel custodita vel neglecta, aut tepescente, aut fervente animi motu demonstrantur: ut est humiliatio capitis, vel sermonum affabilis salnatio; quæ aut rigide mentis vel

concordiæ, aut si certe piæ purissimum patefacient affectum. Servandum ergo est famulis vel famulabus Christi, ut semper intra mentis statum ea nutriant quæ a vera humilitate et charitate non discedant : in quibus summa constat virtutum. Nam sicut nunquam sine vera humilitate vera manet charitas, ita nunquam absque vera charitate vera manet humilitas. Arripiamus ergo iustruere fundamentum, ut ad culmen perveniamus virtutum. Sic prius humilitas monstranda tam actu quam affectu, ut post charitatis copia ædificetur. Et quando sibi mutuatim in via vel in quocunque loco occurrerint, cum omni humilitate ab invicem flectentes benedictionem rogent. Et si ex eis una senior fuerit, prius junior benedictionem postulet ; tunc demum senior prosequatur. In cursu vero positæ, prout ab abbatisa fuerint ordinatæ, vel ad psalmum canendum, vel lectiones recitandas, vel etiam ad communicandum euntes, suum ordinem custodiant : ne constitutum sibi locum transilientes in ambitionis vel arrogantis vitio demergantur. Abbatisæ vero studendum est, ut per ordinem sicut conversæ in monasterio fuerint, ita in suo ordine constituentur : præter si uberius conversatio religionis meruerit, ut inantea promoveatur ; vel si gravis culpa exegerit, ut retro regradetur. Si vero aliqua ex sororibus cognoscatur seniore affectare locum, cum verecunda castigatione repellatur : quia non debiti honoris locum præsumpsit, nec religionis commercio, sed ambitionis honorem indebitum conata est arripere. In consessu sororum, si alia supervenerit, quæ juniores sunt ordine, assurgant, et seniori locum præbeant. Juniores vero seniori nullatenus superbiendo contradicant ; sed cum omni humilitate vel interrogatæ, vel correptæ respondeant. Si labentem in quodlibet delictum junior seniore aspexerit, non exprobrando, sed magis dolendo ad confitendum abbatisæ vel præpositæ dirigat : similiter senior juniore faciat. Ad confessionem veniens, prius prostrata supra humum, suam culpam esse dicat : sic postquam surgere jubetur, suam confessionem manifestet. Quando ad aliquod opus fieri commeatu rogatur, veniam prius petatur, et sic de opere quod faciendum est commeatu rogetur. Quando ad abbatisam venit, cum omni humilitate veniam petendo accedatur ; similiter quando egreditur, cum veniæ petitione benedictio quærat. Nulla monacharum per semetipsam de propria necessitate abbatisæ suggerat, sed omnes per præpositam quidquid necessitatum fuerit abbatisæ studeant intimare. Si sacerdos vel quilibet religiosus venerit, ut ei per abbatisæ commeatu sit occurrendum, a longe as-

antes, cum humilitate flectentes genu sub silenti voce benedictionem rogent. Et si ordinatam fuerit ab abbatisa, ut cum his aliqua sororum loquatur, cum omni humilitate et modestia ac sobrietate loquendum, est : ut in omnibus his virtus humilitatis ac sobrietatis inveniat.

#### CAPUT XXIII.

*De non defendenda proxima vel consanguinea in monasterio.*

Defendere proximam vel consanguineam in monasterio nullo modo permitti censemus. Quid enim aliam defendat, quæ jam sibi non vivit, sed Christo quem imitata manet crucifixa ? quæ propriam animam, ut uberius saluti jungeret, prius perdidit ? Quæ ergo proprias perdidit voluntates, ut Christi in se voluntatem impleat, cur aliarum delicta defendet, quæ propria crucifixit ? Et si in veritate crucifixit, et non mundo jam, sed Christo vivit, cur in mundo facinoribus labentes pro qualibet familiaritate defendat ? Sit ergo ei æquus amor tam in consanguinea, quam in cætera sorore, quæ ei sanguinis affinitate non jungitur. Maneat ergo in omnibus amor corde clausus, nec quanquam sub disciplinæ moderamine positam tueri studeat : ne vitium defendendi in alias dimittat. Sit ergo in arbitrio corrigentis, ut quas corrigit sub amoris studio, non propriam implendo voluntatem, sed vitia corrigendo, inferat disciplinam.

#### CAPUT XXIV.

*De nutriendis infantibus.*

Infantes in monasterio quanta cura et disciplina sint nutriendæ, multis didicimus documentis. Debent enim nutrirum cum omni pietatis affectu, et disciplinæ ministerio : ne delectationis vel lascivis vitio sub tenera ætate maculatæ, aut vix, aut nullatenus possint postea corrigi. Sit ergo in eis tanta cura, ut nunquam sine seniore huc atque illuc liceat deviare : sed semper ab ejus disciplina retentæ, et timoris Dei ac amoris doctrina imbutæ, ad cultum instruantur religionis. Habeant lectionis usum ; ut sub puerili ætate discant, quod ad perfectam deductis proficiat. In refectorio per se mensam habeant juxta seniorum mensam positam. Seniores tamen vel duæ, vel amplius, de quarum religione non dubitatur, cum eis sedeant, ut semper timore anteposito, sub metu seniorum nutriantur. Quibus vero horis reficiant, vel somnum capiant, abbatisæ arbitrio pensandum est : ut in omnibus virtutum custodia discretio reperiat.

## LECTORI.

In veteri Codice, qui sanctorum Patrum monasticas sanctiones continet, etiam sequentes duæ Constitutiones, altera nescio cujus regulæ devotarum, altera concilii Hispalensis secundi, post Regulam sancti Isidori legebantur. Eas quoque, quia ad virginum sanctimonialium curam ac disciplinam veterem pertinent, hoc loco placuit exhibere ; ut omnes sacræ antiquitatis reliquias quam fieri potest religiosissime, etiam cum ramenta et pulvisculo, representarem.

## <sup>a</sup> SENTENTIA DE REGULIS DEVOTARUM.

Nemo ad eas vadat visitandas nisi qui habeat ibi matrem, vel sororem, aut filiam, et propinquas, et consobrinas, sive matrem filiorum suorum. Si autem necessitas fuerit ut videant eas, ut antequam renuntiarent sæculo, intrarent in monasterium, paterna debetur eis hæreditas: aut aliqua causa manifesta est, mittent cum eis probatæ virum ætatis ac vitæ: videbunt eas, ut pariter revertentur. Nemo vadat ad illas, nisi quos supra diximus. Si eas videre volue-

rint, primum facient renuntiare patri monasterii, et ille mittet ad seniores, qui in ministerium virginum delegati sunt: qui occurrentes eis, et cum ipsis videbunt quas necesse habuerint, cum omni disciplina et timore Dei. Cumque eas viderint, non eis loquentur de rebus sæcularibus. Quicumque de his mandatis præterierit, absque ulla recastinatione negligentiae atque contemptus, aget publice pœnitentiam, ut possidere valeamus regna cœlorum.

## CONCILIIUM HISPALENSE. CAP. XI.

Undecima actione cum consensu communi decrevimus, ut monasteria virginum in provincia Bætica condita monachorum administratione ac præsidio gubernentur. Tunc enim salubria Christo dicatis virginibus providemus, quando eis patres spirituales eligimus, quorum non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis ædificari possint. Hac tamen circa monachos cautela servata, ut remoti ab earum peculiaritate nec usque ad vestibulum habeant accedendi familiaritatem permissum, sed neque abbati, vel ei qui præficitur extra eam quæ præest, loqui virginibus Christi aliquid, quod ad institutionem morum pertinet, licebit. Nec cum sola quæ præest frequenter eos colloqui oportet; sed cum testimonio duarum aut trium sororum: ita ut rara sit accessio, brevis locutio. Absit enim ut monachos, quod etiam dictu nefas

est, Christi virginibus familiares esse velimus: sed juxta ut jussa regularum vel canonum admonent, longe segregatos atque sejunctos, eorum tantum eadem gubernaculis deputamus: constituentes, ut unus monachorum probatissimus eligatur, cujus cure sit prædia earum rustica vel urbana intendere, fabricas instruere, vel si quid aliud ad necessitatem monasterii providere: ut Christi famulæ pro animæ suæ tantum utilitate sollicitæ, solis divinis cultibus vivant, operibusque suis inserviant. Sane is qui ab abbate præponitur, iudicio sui episcopi comprobetur. Vestis autem illæ iisdem cœnobiis faciant, quibus tuitionem expectant, ab iisdem denuo, ut prædictum est, laborum fructus et procuracionis suffragium recepturæ.

ANNO SÆCULI VII INCERTO.

# AUCTOR INCERTUS.

## INCERTI AUCTORIS SERMO DE DECEM VIRGINIBUS.

In lectione, quæ nobis recitata est, fratres dilectissimi, audivimus Dominum dixisse: *Simile est regnum cœlorum decem virginibus, quæ, acceptis lampadibus, eierunt obviam sponso et sponsæ (Matth. xxv)*. Hoc si secundum litteram tantum intelligimus, nimium durum videtur et asperum. Absit hoc a sensibus nostris, ut vel de domo cujuscunque etiam pauperis Christiani tam parvus numerus veniat ad vitam æternam. Et ideo quia nulla ratione secundum lit-

teram intelligi debet, quia revera ipse Dominus similitudinem esse dixit, requiramus quare quinque dicte sunt fatuæ et quinque prudentes. Illæ enim quinque prudentes significant omnes sanctos, qui cum Christo sunt regnaturi: et e contrario illæ quinque fatuæ figuram videntur habere Christianorum, qui sine operibus bonis de solo tantum Christiano nomine gloriantur. Ideo autem fatuæ quinque, et illæ prudentes quinque dicuntur: quia quinque sensos in

<sup>a</sup> Fragmentum hoc, quamvis id *Observationi criticæ* in Regulam sancti Isidori Hispalensis jam subjun-

ximus, ad mentem tamen Cl. Holstenii ob varias lectiones hic recudere placuit.



omnibus hominibus esse probantur, visus, auditus, gustus, odoratus, et tactus: quia per istos sensus velut per quasdam januas vel fenestras aut vita aut mors ingreditur ad animam nostram. De quibus et propheta dixit: *Intravit mors per fenestras vestras* (Jer. ix, 21). Ideo et ibi quinque virgines dicuntur prudentes, quæ istis sensibus bene utuntur; et ibi quinque fatuæ, quæ per istos quinque sensus magis mortem quam vitam excipiunt. Quo modo autem isti quinque sensus, velut quinque virgines, aut virginitatem custodiant, aut corruptioni subjaceant, diligentius requiramus. Si aliquis vir, aut aliqua mulier viderit, aut filium, aut filiam, aut alienum servum, aut ancillam, et ad concupiscentiam diligenter aspexerit; corrupta est una virgo: quia per oculos, id est per fenestras corporis in secretum cordis venenum mortis intravit. Si vero aliquis sive religiosus, sive laicus, homines detrahentes, sermones etiam otiosos, et cantica luxuriosa vel turpia proferentes libenter audierit, et cum delectatione placido auditu susceperit, corrupta est alia virgo. Si autem non sit contentus mediocribus cibis, sed sumptuosas delicias acquirat; si semper male loqui studeat, per iniquum gustum corrupta est alia virgo. Quod si etiam odores peregrinos, ut hominibus ad luxuriam placere possit, diligenter inquirat, quarta virgo est violata. Si vero manibus suis aut filios aut filias alienas cum delectatione propter libidinem tangere voluerit, et vestimenta nimis mollia animo voluptuoso quæsierit, jam etiam quinta virgo corrupta est. Hoc enim ordine isti quinque sensus velut quinque virgines in hominibus corrumpuntur. Et e contra, dum animæ sanctæ istos quinque sensus, id est, visum, auditum, gustum, odoratum et tactum, ab omnibus illicitis rebus refrenant, linguam suam ad ea quæ sunt licita vel legitima sobrie et caste relaxant, quinque sensuum virginitatem custodiunt. Ideo quinque virgines homines bonos significant; et aliæ quinque eos qui mali sunt præfigurant. Et revera, fratres charissimi, quid prodest viro vel feminæ, clerico vel monacho, vel sanctimoniali, si in corpore virginitas custoditur, quando per malas concupiscentias cordis integritas violatur? Quid prodest in uno membro præferre castitatem, et in omnibus habere corruptionem? Nam et illi virgines qui agnum sequuntur, si diligentius attenditis, non propter hoc sequuntur agnum, quia solam virginitatem corporis servaverunt: denique cum dixisset: *Hi sunt qui secum mulieribus non inquinaverunt* (Apoc. xiv), se-

cutus adjunxit: *Et non est inventum in ore eorum mendacium, sine macula sunt*. Qui ergo de sola corporis virginitate gloriantur, diligenter attendant, quia si mendacium diligunt, cum illis sanctis virginibus Christum sequi non poterunt. Nulla ergo virgo de sola corporis virginitate præsumat; quia si inobediens fuerit aut linguosa, ab illo thalamo sponsi cœlestis se noverit excludendam. Cum ergo virgo centesimum gradum teneat, et mulier conjugata tricesimum, melior tamen est casta et humiliter conjugata, quam virgo superba. Illa enim caste et humiliter marito serviens tricesimum gradum possidet; virgini superbæ nec unus remanebit: et utrisque impletur quod ait Psalmista: *Tu populum humilem saluum facies, et oculos superborum humiliabis* (Psal. xvii, 28). Et quia totam Ecclesiam Catholicam beatus Apostolus virginem vocavit, non solas in ea considerans corpore virgines, sed incorruptas omnium desiderans mentes, ita dicit: *Aptari vos uni viro, virginem castam exhibere Christo* (II Cor. xi, 2). Non solum sanctimonialium, sed etiam omnium virorum vel mulierum animæ, si et castitatem in corpore, et in illis supradictis quinque sensibus virginitatem concorditer servare voluerunt, sponsas se Christi esse non dubitent. Non enim corporum, sed animarum sponsus intelligendus est Christus. Et ideo, fratres charissimi, tam viri quam feminæ, tam pueri quam puellæ: si virginitatem usque ad nuptias servant, et per istos quinque sensus, id est visum, auditum, gustum, odoratum, vel tactum, dum eis bene utuntur, suas animas non corrumpunt, in die judicii apertis januis ad æternum sponsi thalamum feliciter merebuntur intrare. Illi vero, qui et corpora sua ante nuptias adulterina conjunctione corrumpunt, et postea per totam vitam suam male vivendo, male audiendo, male loquendo, animas suas violare non desinunt; si eis dignæ fructus poenitentiae non subvenerit, clausis januis, sine causa clamabunt: *Domine, Domine, aperi nobis* (Matth. xxv, 11), et audire merebuntur: *Amen dico vobis, nescio vos unde sitis* (Ibid.). Hæc ergo, fratres, si et clerici, et laici, et monachi, et sanctimoniales, et in conjugiiis positi fideliter et diligenter attendimus, et cum castitate corporis etiam integritatem cordis auxiliante Domino custodimus, non cum fatuis projiciemur in tenebras exteriores, sed cum sapientibus ad spirituales nuptias introibimus, et audire merebimur: *Euge, serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini tui* (Matth. xxv, 21). Quod ipse præstare dignetur.

## ITEM SEQUITUR EJUSDEM.

In lectione evangelica, quæ nobis de decem virginibus recitata est, fratres dilectissimi, dictum est quod omnes virgines ornaverunt lampades suas, sed fatuæ non habuerunt oleum lampadibus necessarium. Prudentes vero sumpserunt oleum in vasis suis. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt et dormierunt

omnes. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, et ornaverunt lampades suas (Matth. xxv). Et cum fatuarum virginum lampades exstinguerentur, rogaverunt reliquas virgines, ut darent de oleo suo: et illæ responderunt: Ne forte non sufficiat nobis et

vobis: sed ite potius ad vendentes et emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus, et quæ paratæ erant introierunt cum illo ad nuptias, et clausa est janua. Venerunt postea reliquæ virgines et dixerunt: Domine, aperi nobis. Quibus responsum est: Nescio vos unde sitis. Quid autem ista significant, fratres charissimi, secundum quod in antiquorum Patrum expositione legimus breviter charitati vestræ suggerimus. Non ideo dictæ sunt quinque virgines, quia tam parvus numerus futurus sit in vita æterna; sed propter quinque sensus, per quos aut mors aut vita ingreditur ad animam nostram; quibus aut male utimur et corrumpimur; aut certe bene utentes virginitate animæ custodimus. Illud quod ait: Sponso moram faciente dormitaverunt et dormierunt omnes (Ibid.); somnus ille mortem significavit. Denique sic ait Apostolus: De dormientibus autem nolo vos ignorare, fratres (II Thes. iv, 13). Media nox quando clamor magnus factus est, significat diem iudicii. Propter ignorantiam dictum est media nox, quia nemo scit quando aut qua hora dies iudicii veniat. Quod autem omnes virgines ornaverunt lampades suas, et illæ fatuæ habuerunt oleum, sed tam parum fuit, ut eis sufficere non potuissent: denique statim extinguere cœperunt. Unde quantum possumus cum Dei adjutorio laborare debemus, fratres dilectissimi, ut quoniam in oleo misericordia vel charitas intelligitur, tantum reponamus in vasis animarum nostrarum, quantum vobis sufficiat in æternum. Neminusufficit parum, fratres charissimi; nisi forte pro paupertate plus dare non prævalet. Plena animæ lucerna opus est, ut per charitatis oleum lumen nostrum luceat in æternum. Cui Deus dedit largiorem substantiam, quantum potest laxet manum ad eleemosynam, nec credat quod ei possit sufficere parum; sed consideret unusquisque ex eo tempore quo sapere cœpit, quantum debeat pro his quæ male cogitavit, quæ male locutus vel male operatus est: attendat multitudinem peccatorum, et singulorum pretia diligenter appendat: videat quantum promendaciis, pro juramentis, pro perjuriis, pro maledictis, pro detractionibus, pro ebrietate, pro gula atque luxuria, pro cupiditate, pro invidia, pro superbia, pro cogitationibus sordidis, pro sermonibus otiosis. Consideret ergo unusquisque ista omnia et his similia, quæ nec numerari possunt; et tunc agnoscat quantas eum eleemosynas oporteat exercere. Cum enim etiam si totum demus, nisi præponderavit Deus misericordiam, redimere cuncta peccata non valeamus, vel humiliter contrito et compuncto corde quantum possumus cum Dei adjutorio laboremus: et non pro laude humana, sed pro Dei amore et vitæ æternæ contemplatione faciamus. Quod autem dixerunt virgines fatuæ sapientibus: Date nobis de oleo vestro (Matth. xxv), et illæ responderunt: Ne forte non sufficiat nobis (Ibid.); hoc pro timore humiliter dictum est: quia terror et tanta examinatio erit in die iudicii, ut etiam illi qui oleum misericordiae se intelligunt abundantius præparasse, me-

tuant ne eis non possit ad omnia peccata redimenda sufficere. Illud vero quod dictum est: Ite potius ad vendentes, et emite vobis (Ibid.), potest hoc de pauperibus intelligi: ipsi enim sunt negotiatores, qui oleum animarum lampadibus necessarium vendunt. Per ipsos enim hoc negotium Christus exercere consuevit: in ipsis enim accipit terrena, ut reddat cælestia; accipit caduca, repensaturus æterna. Denique sic ipse dixit: Quamdiu fecistis uni ex minimis istis, mihi fecistis (Matth. xxv, 40). Lampades autem animæ intelliguntur. Vasa vero illa, ubi oleum jubemur habere, quid aliud significat, nisi intus in conscientia bona opera recondere? Et quia bona opera alii faciant pro Dei amore, alii vero pro cupiditate laudis humanæ, virgines illæ fatuæ et quod in corpore virgines erant, et quod vigiliis, psalmis, lectionibus vel orationibus se exercebant, totum hoc pro laude humana, non pro Deo, vel pro æterna beatitudine faciebant: ideo morte interveniente, ubi eis cessavit laus hominum, simul illis defecit oleum. Nam illud quod eis dictum est: Ite potius ad vendentes et emite vobis (Matth. xxv), potest et sic accipi, ut vendentes intelligantur adolutores, qui fictis laudibus eos qui opera bona pro humana gloria facere videntur, extollunt. Denique qui pro vana laude boni aliquid facit, si eum nemo laudaverit, omnino non facit. Unde intelligitur quod omnes qui laudes humanas accipere cupiunt, quod in opera Dei exercere videntur, humanis assontationibus vendunt, accipientes vanam laudem, et præmia æterna perdentes. Illæ autem virgines, quæ oleum habuerunt in vasis suis, omne opus bonum intus in conscientia posuerunt: quia hoc non pro laude humana, sed pro misericordia divina fecerunt. Hæc ergo fideliter cogitantes, fratres charissimi, quia parabola ista ad universam Ecclesiam pertinet; qui non possunt servare virginitatem carnis, custodiant cordis: ut si ad coronam martyrum sive virginum non poterint pervenire, vel omnium peccatorum indulgentiam mereantur accipere. Virgines vero, qui integritatem corporis Deo auxiliante custodiant, totis viribus cum Dei adjutorio laborare contendant verborum fugere, detractionem velut diaboli venena respicere, invidia vel superbiam morbum quasi antiqui hostis gladium pertimescere, obedientiam humiliter retinere, nunquam senioris præcepta contemnere, lectioni et orationi insistere, si infirmitas non prohibet, ad vigiliis cum omni alacritate consurgere: sive in Ecclesia, sive in convivio, sive in aliquolibet loco semper quod ad obedientiam vel ad humilitatem pertinet studeant ex ore proferre: si tristem viderint, consolentur; si inobedientem agnoverint, castigare non cessent. Et quia in omni professione et boni inveniuntur et mali; et in Ecclesia Christi, quæ nunc aræ similis est, non solum triticum, sed etiam paleam reperitur; et ibi inveniuntur, quod pejus est, non solum laici, sed etiam et clerici, et monachi, vel sanctimoniales, ita negligentes et tepidi, ut non velut spirituales apes dulcia animarum mella conficiant, sed

velut crudelissimæ vespæ, venenatis linguæ aculeis A fratrum vel sororum corda percutiant; isti tales non adjutores Christi, sed defensores diaboli esse probantur. Qui si forte viderint fratrem vel sororem contra seniore[m] superbum existere, non solum student mitigare, sed malignis sermonibus ad majorem eum furorem conantur accendere; dicentes quod hæc non possit nec debeat diutius sustinere. Hortatur etiam ut ita senioribus suis cum grandi amaritudine aut furore respondeant, ut ipsos seniores pœniteat, quod eos paterna pietate admonere vel castigare voluerint. Sed quia in omni proposito, sicut jam diximus, non solum sunt adjutores seu ministri diaboli, sed Dei, et vasa Christi, et justitiæ defensores; quoscumque adjutores diaboli ad inobedientiam vel superbiam callida susurratiōe succendant, adjutores Christi blanda adhortatiōe et sancto ac salubri consilio revocare contendunt. Illi venena, isti antidotum; illi faciunt vulnera, isti procurant medicamenta; illi perditionem, isti salutem; illi furorem, isti mansuetudinem; illi superbiam, isti humilitatem docent; illi injuriam, isti patientiam; illi odium, isti charitatem. Si quantumlibet faciant mali, plus tamen prævalent Christi medicamenta, quam diaboli vulnera. Illi enim qui in clero, vel in monasterio positi, et se et alios ad superbiam erigunt, velut pharetræ sagittis diaboli plene simplicium corda percutere, et omnem in eis humilitatem vel mansuetudinem conantur extinguere. Sed quia Deo propitiō in medio palearum invenitur et triticum, et animæ sanctæ, quæ velut..... [F. armaria] Christi spiritalibus antidotis plene esse probantur; quidquid illi vulneraverint cœlestibus medicamentis curare non desinant, dicentes cuicumque superbo: Noli superbire, frater, quia scriptum est: *Deus superbis resistit* (Jacob. iv, 6). Noli irasci, quia scriptum est: *Ira in sinu insipientis requiescit* (Eccl. vii, 10). Et iterum: *Ira viri justitiam Dei non operatur* (Jac. ii, 20). Si forte inobedientem viderint, blande et humiliter dicunt: Noli esse inobediens, frater, quia scriptum est: *Obedientia super sacrificium* (I Reg. xi). Et Paulus clamat: *Obedite præpositis vestris, et subjacete eis; quia ipsi pervigilant tanquam rationem pro animabus vestris reddituri* (Gal. v, 17). Istæ animæ Deo plene si tepidam aut negligentem viderint, velut de spiritali armario, id D

est, de corde bono prolatis medicamentis ad compunctionem conantur accendere. Si detrahentem vel murmurantem viderint, dicunt ei illud beati Apostoli: *Neque murmuraveritis, sicut quidam ex ipsis murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore* (I Cor. x, 10). Neque detrahatis, quia scriptum est: *Qui detrahit fratri suo, eradicabitur*. Et per hanc sanctam admonitionem a maliloquio deterrentes, ad laudandum eos incipiunt provocare. Si verbosum vel contentiosum agnoverint, medicamentum taciturnitatis apponunt, dicentes illi quod scriptum est: *Audi, Israel, et tace* (Isa. xxxv, 7). Et illud quod de Domino Salvatore prophetatum est: *Sicut agnus coram tondente se non aperuit os suum* (Matth. xii, 36). Et illud: *Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, B reddent de eo rationem in die judicii*. Talibus ergo et his similibus medicamentis quidquid vasa diaboli studuerint vulnerare, vasa Christi conantur ad sanitatem reducere. Sive ergo clericus, sive monachus, sive sanctimonialis, consideret conscientiam suam; et si bene loquendo adjutorem Christi et defensorem justitiæ se esse cognoscit; gaudeat et Deo gratias agat, et ipso auxiliante perseveret usque in finem: quia non qui cœperit, sed qui perseveraverit salvus erit (Matth. x, 22). Qui vero per superbiam, per inobedientiam vel invidiam adjutorem vel vicarium diaboli esse se sentit, doleat de præterito, caveat de futuro, et per humilitatem construat quod superbiæ tyrannide destruxerat; quod iracundia succenderat, mitiget mansuetudo; quod malitia vel inobediencia exasperaverat, charitatis dulcedo componat: et dum adhuc anima illa tenebrosa, quæ diabolo servire consueverat, in isto mortali corpore retinetur, remedium sibi in diem necessitatis acquirat: ut de sinistra translatus ad dexteram cum ovibus Christi mereatur audire: *Venite, benedicti, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi* (Matth. xxv, 34.) Et licet hæc ita sint, fratres, hoc tamen oportet, ut nec boni de sanctis meritis extollantur; nec illi qui mali fuerint, nimis desperatione frangantur: sed et illi humiliter perseverent in bonis, et isti cito corrigantur a malis; ut cum dies judicii venerit, et bonos coronare possit vita integra, et malos valeat excusare correctæ: præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

# MONUMENTA

QUÆDAM ECCLESIASTICA  
SÆCULORUM VII ET VIII QUASI INTERMEDIA.

## POSTREMORUM REGUM PRIMÆ STIRPIS FRANCORUM

ECCLESIASTICÆ ET PIÆ DONATIONES ULTIMÆ.

(Ex. Breq. Diplomata, Chartæ, Leges, etc., t. II.)

ANN. 691—748.

*Diploma Chlodovei III, quo concessam Sithiensi monasterio immunitatem confirmat* <sup>a</sup> (ann. 691).

Chlodoveus, rex Francorum. Si illa beneficia, que parentes nostri ad loca sanctorum prestiterunt vel concesserunt, pro nostris oraculis confirmamus, et regiam consuetudinem exercemus, et nobis ad laudem vel stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Igitur venerabilis vir Bertinus, abba de monasterio Sithiu quod est in pago Tarwaninse, in honore sancte Marie genitricis Domini nostri Jesus Christi nec non et sancti Petri et Pauli apostolorum, vel ceterorum domnorum sanctorum constructum, ad nostram accessit presentiam; clementie regni nostri suggestit, eo quod avus noster Chlotarius <sup>b</sup> [*Mab.*, Chlodovius] quondam rex, de omnes curticellas vel villas ipsius monasterii, quicquid presenti tempore possidebant, aut adhuc in antea ex munere regum, vel collato [*Mab.*, collata] populi, seu de comparato aut de quolibet recto (*Mab.*, qualibet) adtracto, in quibuslibet pagis atque territoriis inibi erat additum vel collatum, integra emunitate antecessore suo Mummolino, quando vel ad predicto monasterio concessis, ut nullus iudex publicus ibidem ad audiendas causas, freta exigenda, fidei iussores tollendos, nec mansiones aut paratas faciendos, nec homines ipsius monasterii, tam ingenuos quam

et servientes, super terras suas cominantes, distringendos, nec nullas redibitiones requirendas nec exactandas, nec judiciaria potestas ibidem ingrediendo quoquo tempore non deberet, nisi sub emanatis nomen omni tempore cum omnis fretis concessis pars ipsius monasterii debeat possidere. Unde et præceptionem principum, seu confirmationem avunculi nostri [*Mab.*, avunculoꝝ nostrorum] Chlothacharii et Childerici, seu et genitoris nostri Theoderici quondam regis, qualiter hec vel illa locella, que postea ipse Bertinus abba ad parte ipsius monasterii pro commutationis titulo vel strumenta accipere confirmaverunt, nobis in presente ostendit relegendas, et ipsis beneficiis concessis de tempore usque nunc asserit conservatas; sed pro firmitatis studium petiti memoratus abba celsitudini nostre, ut hoc circo [*Mab.* circo] ipsum locum pro nostra auctoritate plenius confirmare deberemus. Cujus petitioni pro mercedis nostre munere, vel reverentia ipsius sancti loci, ita prestitisse, et in omnibus confirmasse cognoscite. Precipientes enim ut, quicquid constat scriptis avos nostros Chlodovius quondam rex <sup>c</sup>, de ipsa emunitate, sicut superius est comprehensum, prefato Mummolino, vel postea ipsi [*Mab.*, ipse] avunculi nostri Chlothacharius seu Childericus, seu et genitoris nostri Theoderici, quondam regis [*Mab.*, genitor noster Theodericus, quondam reges], juste et rationabiliter consenserunt vel confirmave-

<sup>a</sup> Vulgatum a Mabillonio. De re dipl. pag. 607, ex chartulario Folquini; recusum in Supplemento operum diplomat. Miræi, t. II, pag. 928; in Collectione scriptorum rerum Francic. t. IV, pag. 637 [et in Chartulario Folquini, a claro viro Guérard anno 1841 edito, pag. 34]. Iterum edimus, ex transumpto ex eodem chartulario, propria manu domni de Wite archivis S. Bertini præfecti exarato, et in chartophylacium nostrum invecito. Ab hoc transumpto interdum differt Mabillonii editio; varias lectiones inter uncinos adscripsimus. Discrepantiæ ortæ videntur ex emendationibus quas Mabillonius adhibuit

feliciter quidem, sed lectore non monito: quod nefas ducimus. Vide notam quæ proxime sequitur.

<sup>b</sup> Hoc loco *Chlodovium* legi Mabillonius, pro Chlotario: recte; Chlodoveus enim II Chlodovei III avus fuit, non Chlotarius. Emendatio emergit ex ipso diplomate, ubi infra dicitur Chlodoveus (nomine scilicet secundus) Chlodovei III avus, avunculi vero Chlotarius et Childericus. Genuinam autem, etsi corruptam, chartularii lectionem exhibere debemus [quæ eadem est in editione clari viri Guérard].

<sup>c</sup> Illic enumerantur quatuor diplomata de Sithien- sis monasterii immunitate: ab avo Chlodoveo mem-

runt, et de eo tempore usque nunc recto tramite factum conservatum, ita et iante pro nostro precepto plenius in Dei nomine confirmato, inspectas ipsas preceptiones suprascriptorum principum, sicut per easdem declaratur, circa ipso abbati Bertino, vel successoribus suis, aut ipso monasterio Sithiu omni tempore ipsis beneficiis concessis, in omnibus valeat esse conservatum, et nulla refragatione vel nullo impedimento a iudicibus publicis exinde quoquo tempore habere non pertimescant: unde et ipsa confirmatio [*Mab.*, congregatio] pro stabilitate regni nostri vel salute patrie Domini misericordiam iugiter debeant exorare. Et, ut hec auctoritas firmiter habeatur, et in omnibus conservetur, nos et preclsa genitrix nostra Chrothechildis regina manus nostre signaculis subter eam decrevimus confirmare.

Signum gloriosi Chlodovei regis.

Signum preclse genitricis nostre Chrothechildis regine <sup>a</sup>.

Actum sub die 1 Kal. Junias, anno 1 regni nostri <sup>b</sup>.

## II.

*Placitum Chlodovei III, regis Francorum, ac lite inter Chainonem, abbatem sancti Dionysii, et Ermenoaldum abbatem, qui vadimonium deseruerat* <sup>c</sup> (ann. 692).

Chlodovius, rex Francorum, vir iuluster. Venientes agentis basilice domni Dionysii, ubi ipsi preciosus domus in corpore requiescit, et venerabilis vir Chaino abba preesse viditur, Noviento, in palacio nostro, nobis suggesterunt eo quod itemque venerabili viro Ermenoaldo abbati ante lus annus vuaddio pro olio milli quingentas (sic) libera, et vino bono modios cento, pro Ansebercto episcopo ipsi Chaino abba ei commendassit; et taliter ipsi Ermenoaldus spondedisset ut hoc ei dare et adimplere debirit, et hoc menime ficisset. Unde et ante dies per eorum noticias [*Felib.*, noctitias] paricolos ante domno Sy-

ab avunculis Chlotario et Childerico duo, quartum a patre Theodorico. Quartum hoc supra edidimus, sub anno 682, Octob. 23; tria alia non vidimus [neque in nova Chartularii Sithiensis editione a clero viro Guérard in lucem prolata reperitur]; Chlotarii enim diploma quod de Sithiensi monasterio typis mandavimus, sub anno 662 nihil habet de immunitatibus hujus monasterii.

<sup>a</sup> In Folquini chartulario [quo usus fuerat D. De Wite] expressa exhibentur Chlodovei III et Chrothechildis monogrammata, quæ inaccurate videntur a chartularii scriptore efficta. Frustra enim oculus in iis deprehendere conatur utriusque nominis compendia. Horum mentio fit apud Mabillonium, De re dipl. pag. 378, qui ea in autographo existisse non dubitat, etsi rara fateatur monogrammata in diplomatibus Merovingicis. [Hæc monogrammata, quæ lictori occurrunt in nova Chartularii Sithiensis editione, pag. 36, æri incidenda non duxi.]

<sup>b</sup> Iperius Chron. ap. Marten. Thes. anecd. t. III, pag. 472, hoc diploma emissum ait sub die 1 Kal. Maii. Regnum orsus est Chlodoveus III, sive anno 690, elapso mense Septembri, sive circa initia veri, anno 691, juxta Longueruum, Annal. Franc. in Collect. script. rer. Franc. t. III, pag. 696.

<sup>c</sup> Vulgavit Mabillonius in Actis SS. ordinis sancti Benedicti, sect. III, part. II, pag. 559, et accuratius libro VI, de Re diplomatica, pag. 473; iterum edidit

A gofrido pontefeci placita inter se habuerunt, ut medio minse Aprile jam preterito, ipsi Ermenoaldus abba apud tris homenis sua mano quarta ante ipso pontefeci, aut hoc conjurare debirit, quod ipso vuaddio de mano memorato Chainone abbati numquam adchramissit <sup>d</sup>, nec hoc ei dare et adimplere spondedisset, quod se menime faciebat, argento liberâs dece ad ipso diae ei dare debirit. Quod se hoc non faciebat, postea istas Kal. madias jam preteritas ante nus debirint conjungere, et inspectas eorum [*Mab. et Felib.*, coram] noticias eorum inter se de ac causa debirint deducere racionis. Unde et per ipsas eorum noticias paricolos, taliter inter se placitum habuerunt initum. Sed venientes ad eo placitum ipsi agentis jam dicto abbati, Noviento, in ipso palacio nostro, per triduo seu per pluris dies, ut lex habuit, placitum eorum vise sunt custudissent, et ipso Ermenoaldo abbati abjectissent vel soladissent, ipsi nec vinissit ad placitum, nec misso in vice sua dirixissit, nec nulla sonia nunciassit adhrmat. Proinde nus taliter una cum nostris procerebus constelit decrivisse, ut se evidenter per eorum noticias paricolos taliter inter se pro ac causa placitum habuerunt initum; et iuluster vir Vuarno, comis palacii nostri, testintuniavit quod memorati agentis jam dicto Chainone abbati placitum eorum ligebus custudierunt, et superscriptus Ermenoaldus abba placitum suum custudire neclixit, jobemmus ut quicquid lex loci vestri de tale causa edocit, memoratus Ermenoaldus abba, partibus ipsius agentibus ad parti superscripti Chainone abbati, vel basilice sui domni Dionysii omnemodis vobis distringentibus componire et satisfacire non recusat. Agnilus [*Felib.*, Agnilus] recogn.

Datum quod ficit mensis Madius dies quinque, anno secundo regni nostri, Noviento, in Dei nomine feliciter <sup>e</sup>.

Felibanus, in Hist. abh. S. Dion. probat. pag. 12; uterque ex autographo [nunc in Archivo regni, κ, scrip. 3, asservato, ad cuius fidem novam recensione instituit A. Teulet]. Felibianus tamèn aliquas exhibet discrepantias, quas inter uncos notavimus. Instrumentum hoc recuderunt Cointius, Ann. t. V, p. 275, et Coll. script. rer. Franc. t. IV, pag. 668; Cointius plurimas adhibuit emendationes et restitutiones, quas apud ipsum videsis. Posterioris Mabillonii editionis lectiones sequimur. Lis de qua hic agitur vertebatur in eo quod, cum cuidam Ermenoaldo abbati dedisset vadimonium Chaino, abbas S. Dionysii, sponsori pro mille et quingentis libris olei et centum modis vini a Chainone Ansebercto traditis, inde provocatus in iudicio coram Sygofrido episcopo (Parisiensi), promissit se infra certum tempus rem exsecuturum; sin minus, ad placitum regis pertraheretur: quod factum fuit; et placito habito, cum ad vadimodiu Ermenoaldus non venisset, iudicio damnatus est.

<sup>d</sup> Hic legimus *adchramire*, quod in placito anni 691, *achramire*: in aliis documentis *adhrmire*, *adramire*, *agramire*; nam, ut dixi, qui se aliquid facturum aut prestiturum promittebat, festucam aut aliud signum adversario tradebat. Videsis Cangium præsertimque novam editionem a docto viro Henschel susceptam, voc. *Adramire*.

<sup>e</sup> Notaverat in priore editione Mabillonius cæcum sigillum huic chartæ affixum fuisse. Cujus fragmen-

## III.

*Diploma Chlodovei III, regis Francorum, quo immunitatem a teloneis monasterio sancti Dionysii concedit et confirmat* (ann. 692).

Chlodoveus, rex Francorum, vir iustus. Dum ante hunc annus proavus noster Dagobertus, condam rex, solidus cento eximitis de Massilia civitate, sicut ad cellario fisci potuerant esse exactati ad basilicam<sup>b</sup> peculiaris patroni nostri domni Dionysii, ubi ipsi preciosus in corpore requiescit, et venerabilis vir Chaino abba preesse viditur, per sua preceptione concessissit, et parens noster Sygebertus, seo et habuncoli nostri Chlotharius et Chyldericus, eciam et genetur noster Theudericus condam regis, per eorum preceptionis hoc ibidem dinuo concesserunt vel confirmaverunt; et taliter in ipsas preceptionis videtur habire insertum, ut tam in ipsa Massilia, quam et per reliqua loca in rigna nostra ubicumque telleneus, portaticus, pontatecus, rotatecus, vel reliquas red. ebucionis a iudicebus publicis exigebatur, de carradeci qui hoc inferre viduntur, ad missus ipsius basilici nullatus requereritur nec exegiritur, nisi hoc in omnibus annis syngolis haberent concessum; ideo per presenti urdenacione vobis omnino jobemus adque super omnia demandamus, ut quomodo missi ipsius basilici domni Dionysii vel memorato Chaenone abbati ad vos vinerint, ipsos soledus cento exemitis secundum consuetudinem in cellario absque ulla mora vel delacione; juxta quod urdo cadaboli fuerit, eis omnemodis dare et adimplere faciatis: et de ipsa carradeci qui hoc inferre veduntur, nec in ipsa Massilia, nec per reliqua loca in rigna, Deo propicio, nostra, nullo telleneo, nec portatico, nec pontatico, nec rotatico, nec nullas reddeucionis, nec vos, junioris vestri, nec quislibet de

tum, crinita facie impressum, adhuc exstat. [Vide N. de Wailly, *Elementa palæographiæ*, t. II, pag. 377, et sigillorum tab. A, n. 3.]

<sup>a</sup> Bis hoc diploma elidit Mabillonius ex autographo [nunc in Archiv. regni, κ, scrip. 3 asservato]: prima vice, inter instrumenta ad Acta SS. ord. S. Bened. illustranda, t. IV, pag. 560; iterum libro vi De re dipl. pag. 474. Ex eodem autographo illud exscripsit Felibianus, Hist. abb. S. Dion. prob. pag. 12. Recuderunt Cointius, Ann. t. V, pag. 276, ex priori editione Mabillonii; Colle. t. script. rer. Franc. t. IV, pag. 669, ex posteriori; nos ex ipso autographo diligentiùs collatæ edimus [ad cuius fidem novam instituit recensionem A. Teulet]. Solæcis vocibus et mendis omnis generis referta est charta, quæ Cointius emendare conatus est.

<sup>b</sup> Pro vocibus ad basilicam, legerat primum Mabillonius *abbas Ilca*, Acta SS. ubi supra, quod Cointius fefellit. Hinc enim arbitratus est admitendum esse abbatem S. Dionysii nomine Ilcam, qui in omnibus hujus monasterii abbatum catalogis desideratur. Sed veram lectionem curis posterioribus feliciter assecutus est Mabillonius, de Re dipl., ubi supra, scilicet *ad basilicam*; unde Ilca abbas inter personas felicitas omnino amandandus. Posteriori Mabillonii lectionem confirmat Felibiani editio ad fidem autographi.

<sup>c</sup> Notat Mabillonius, Acta SS. ubi supra, hoc loco existisse subscriptionem cancellarii, sed quam fatetur, et merito, se legere non potuisse.

A parte fisce nostri, requerere neo exactare penitus non presumatis. Vidite ut aliud ob hoc non faciatis, se gracia nostra optatis habiri propicia.

Aghilus jussus recog<sup>c</sup>. (*Locus sigilli.*)

Datum quod ficit minis Junius dies quinque, anno secundo rigni nostri, Noviento feliciter.

## IV.

*Diploma Chlodovei III, regis Francorum, quo commutationem approbat quondam stat. tam inter Childericum regem et abbatem monasteriorum Stabulensis et Malmundariensis* (ann. 692)

Chlodoveus, rex Francorum, iustri Herico [Charavio] duce et Clareieivo [Ærico] comiti. Quotiens inter anteriorum regum celsitudinem et congregatione sancta monachorum pro instrumenta cartarum de qualibet re facta fuerit commutatio, oportet scripturarum seriem inter partes per nostram preceptionem confirmare. Ideo vir apostolicus et pater noster Papolinus [Papolenus], episcopus, clementiam regni nostri suggestit eo quod dominus noster et avunculus Childericus, quondam rex, una cum antecessore suo domno Remaelo, episcopo quondam, suis monachis, ubi ipse ad monasteria Stabu'acho et Malmundario et [Stabulans] custos esse videtur, locella aliqua commutassent. Unde et accepit pars domini et avunculi nostri Childerici, quondam regis, locellum cui nomen Athetasis, cum hominibus ibidem commanentibus, et omne peculiare eorum vel terras eorum, quas excolere videntur, his nominibus: Radefrido cum nepotibus suis; Bertranno [Bertramno, Adelino], Gisfoberto, Aganulfo, item Radefrido, Sigofrido, Rigoberto: pro ipsa re in commutatione ipse pontifex accepit de fisco nostro locellum qui dicitur Maipa, cum hominibus ibidem commanentibus, his nominibus: Athelino, Albode et Vinegario,

<sup>d</sup> Ediderunt Henschenius in tribus Dagobertis, pag. 148, Martenius in Amplissima collectione, t. II, col. 14, uterque ex archivis Stabulensibus; Cointius, Annal. t. IV, pag. 286, ex Henschenio; Bertholetus, Hist. Luxemb. prob. pag. 22, et Collectores scriptorum rerum Francicarum. t. IV, pag. 669, ex Martenio. Nos ad fidem Martenii recudimus. [Nonnullas varietates lectionis, quas mecum humanissime communicavit vir doctus de Reiffenberg, ex codice regie bibliothecæ Bruxellensis, etsi non magni momenti, inter uncas exscribendas curavi.] Instrumentum commutationis inter Childericum II et Remaclum, hoc diplomate confirmatum, hodie non exstat, quod sciannus. Papolinus seu Papolenus [aut, ut in codice Bruxellensi, *Papolenus*] qui confirmationem a Chlodoveo III impetrat, episcopus simul dicitur et cu tot monasteriorum Stabulensis et Malmundariensis. Sic et Remaclus, unus ex ejus antecessoribus, iisdem abbatibus et episcopis nominibus simul appellabatur; imo, si Martenio credimus, id veteris moris fuit, ut a bates quorundam monasteriorum episcopi ordinarerent, absque ulla certa et determinata diocesi; quem morem ad nonum usque sæculum in monasteriis Stabulensi et Malmundariensi viguisse probat, Ampliss. col. lect. t. II, præfat. pag. 3. Hanc autem causam aperit, scilicet, ut juniores monachi a suis abbatibus sacros ordines susciperent, nec ordinationum occasione extra monasterium discurrerent.

cum terris quas excolere videntur, et omne peculiare eorum, ut hæc pars ipsi pontifici et suis monachis in perpetuo tempore debeant permanere. Inde et commutationem ipsius principis tum a suis manibus roboratam, nobis in præsentem ostendit relegenda; quod pro firmitate studuimus petitiones eorum plenius circa ipsa monasteria vel congregationem sanctam confirmari præceptum. Cui nos hoc beneficium præstitisse vel confirmasse, ac in omnibus concessisse cognoscite. Præcipientes enim ut, quicquid constat per inspectam ipsam commutationem ipsius principis juste et rationabiliter inter ipsum et gloriosum dominum Remalgum, jam dictum pontificem, fuit commutatum aut concambiatum, tam terris, curtibus, casis, campis, pratis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, mancipiis, ædificiis, et reliquis rebus atque corporibus, dominus et pater noster Pabolenus ad partem jam dictam Stabelascho [Stabelaco] et Malmundario per nostrum præceptum plenius confirmato, perennis temporibus habeat confirmatum atque stabilitum [atque indultum]. Et, ut hæc præceptio nostris et futuris temporibus firmiorem obtineat vigorem, manus nostræ signacula subter eam decrevimus adfirmare.

Signum Chlodovei, gloriosissimi [gloriosi] regis.  
Rex Francorum

Data quod fecit mense Junio xxv, anno secundo regni nostri, Namuco a recognovi.

## V.

*Diploma Chlodovei III, regis Francorum, quo immunitates et privilegia monasterii Anisolensis confirmat, a prædecessoribus suis concessa* <sup>b</sup> (ann. 692).

Chlodoveus, rex Francorum, vir iuluster, omnibus agentibus præsentibus et futuris. Si petitionibus sacerdotum, in quo, pro opportunitatibus ecclesiarum vel monasteriis nostris, patefecerint auribus, libenter audimus, regiam consuetudinem exercemus, et nobis ad mercedem vel stabilitatem regni nostri pertinere confidimus. Ideoque venerabilis Ibbolenus, abba de monasterio Anisola, quæ est in pago Cenomannico, in honore peculiaris nostri patronisque pii Carilephi confessoris constructus, per missos clementiæ regni nostri detulit in notiã, eo quod consobrinus noster Guntramnus, quondam rex, ad

<sup>a</sup> Collectores scriptorum rerum Francicarum vocem *recognovi* expunxerunt, et vocem *Namuco* acceperunt pro loci nomine ubi diploma datum fuit, quod alias *Namuchum* et *Namurcum* effertur, vide Vales. not. Gall. verbo *Namucum*. Quo autem sponsore lectionem receptam emendaverint non docent. Vox *Namuco* nomen hic videtur referendarii seu notarii, ad majorem instrumenti fidem subscribentis, quod evincit vox *recognovi*, quam ex conjectura amandare non licuit.

<sup>b</sup> Vulgavit Martenius, *Ampliss. collect.* t. I, col. 8, ex chartulario Anisolensi; recuderunt Collectores scriptorum rerum Francicarum, ex Martenio, t. IV, page 670. Theodorici III diploma hic laudatum edidimus alibi, sub anno 674; alia vero quæ ibi memorantur hodie latent. Mabillonius, *Annal.* t. I, pag. 544, ait se legisse, in parvo chartulario Anisolensi, præceptum Dagoberti a Chlodoveo III

A ipsum monasterium sub omni immunitate per suam auctoritatem concessisset, et hoc postea avi nostri Chlotarius et Dagobertus, seu et Chlodoveus, nec non item Chlotarius, quondam reges, vel dominus et genitor noster Theodericus, quondam rex, per eorum auctoritates ipsorum manus roboratas ipsi monasterio hoc confirmassent: unde et ipsas præceptiones se ex hoc præ manibus habere affirmant. Et hoc circa ipsum monasterium nullo inquietante adserunt conservari; sed pro totius rei munimine postulat ut hoc nostra auctoritas in ipso monasterio plenius debeat observari: quod nos præstitisse et generaliter confirmasse vestra non dubitet magnitudo. Quapropter per præsentem præceptum jubemus ut, sicut per auctoritates suprascriptorum principum leguntur, et usque nunc fuit observatum, neque vos, neque juniores vestri, neque successores vestri, in curtes ipsius monasterii, neque ad causas audiendum, neque ad fredda exigenda, nec mansiones requiringdo, penitus ingredi non præsumatis, nisi per hanc auctoritatem firmatam ipse abba successoresque ejus in causis ipsius monasterii ibi Deo famulantes, quod ad præsens rationabiliter habere videntur, aut a Deo timentibus hominibus ibi fuerit additum vel augmentatum, sub omni immunitate, inspectas ipsas præceptiones supra memoratorum principum, quas se præ manibus habere affirmant, valeant habere, tenere, possidere, et ibidem ad ipsum locum sanctum per hanc auctoritatem nostram hoc quod est firmatum perenniter proficiat ad augmentum, ut potius delectet eis melius pro stabilitate regni nostri Domini misericordiam exorare. Et, ut hæc petitio nostra firmiorem obtineat vigorem, manus nostræ signaculis subter decrevimus adfirmare. Chlodoveus rex. † Data Kal. Septemb. anno II regni nostri, Compendio.

## VI.

*Diploma Chlodovei III, regis Francorum, quo villam Nocitum, monasterio Sancti Dionysii ab Angantrude concessam, in placito asserit* <sup>c</sup> (ann. 692).

Chlodovius, rex Francorum, vir iuluster. Cum nus in Dei nomine Lusarca, in palacio nostro, una cum apostolecis viris in Xpo patribus nostris, Sygofrido, Constantino, Gribone et Ursiniano, episcopis <sup>d</sup>; necnon et iulustribus viris, Ragnoaldo, Norde-

D confirmatum; sed id nondum publici juris factum fuit. [Hoc parvum chartularium in Cenomanensi archivo frustra quæsitum est.]

<sup>c</sup> Typis mandavit Mabillonius inter Acta SS. ordinis S. Benedicti, sæculo III, part. II, t. IV, pag. 558, ex autographo, et iterum libro VI De re diplomatica, pag. 474, ex eodem autographo [nunc in Archivo regni, n. scrip. 3], accuratius, ut ipse docet. Ex hoc ipso autographo, Felibianus, *Hist. Abb. S. Dion.* prob. p. 13, edidit. Recuderunt ex Mabillonio, *Cointius, Annal.* t. V, pag. 274, et Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 671. [Vir clarus de Brequigny monitum voluit lectorem se in hoc placito recuendo autographi lectiones secutum esse. Nonnulla tamen ex nova recensione restituenda A. Teulet restituit.]

<sup>d</sup> Notanda nomina episcoporum nominibus procerum præposita. Ex episcopis autem hic enumeratis,

beretho, Ermenfrido optimatis; Madelulfo, Erconal-  
do, gravionebus; necnon et Benedicto et Chardoino,  
seniscalcis; seu et Marsone, comite palati nostro,  
ad universorum causas audiendum, vel ricto iudicio  
termenandum resederimus; ibique veniens venera-  
belis vir Chaino, abba de basilica peculiaris patroni  
nostri domni Dionisii, ubi ipse preciosus in corpore  
requiescit, adversus inlustris Deo sacrata Angan-  
trude, filia Ebrulfo, relicta Ingobertho quondam,  
saggeribat, dum dicitur eo quod villa nuncopanti  
Nocito, sitam in pago Camiliacinsæ, cum omni me-  
rito vel adjecencias suas ad se pertinentis vel aspi-  
cientis, quicquid ipse Ingobertho vel memorata  
Angantrudis tam de alote parentum quam de compa-  
rato vel de qualibet adtractum ibidem tenuerunt vel  
possiderunt, per suum strumentum ipsius abbatis in  
integritatem firmasset; unde et ipso strumentum seu  
et precarium, per quod ipsa Angantrudis pertinen-  
cium ipsius abbatis hoc possedibat, in presentem  
ostendedit religendas eas relictas: sed, dum memo-  
rata Angantrudis ad presens aderat, interrogatum  
ei fuit, se ipsa villa Nocito memorato Chainone ab-  
bati vel ad partes basilice sui Sancti Dionisii firmas-  
sit, aut se autur exinde adesse volibat; sed ipsa  
Angantrudis in presenti taliter fuit professa, quod  
memorata villa Nocito, una cum omne merito vel  
adjecencias suas ad se aspicientis vel pertinentis,  
quantumcumque ipsa vel jogalis suos Ingobertho  
de qualibet adtractum ibidem tenuerunt vel possi-  
derunt, memorato Chainoni abbati vel basilice sui  
sancti Dionisii per ipso strumentum firmasset, et  
ipso strumentum vel precarium ob hoc fieri rogassit;  
et autur contra quemlibet exinde aderat, et inania  
adesse disponibat; proinde nus taliter una cum  
nostris procerebus constitet a decessisse ut, dum  
inluster vir Marso, comis palati nostri, testimoniavit  
quod hæc causa taliter acta fuisset denuscitur, jo-  
hemmus ut memoratus Chaino abba, vel pars basilice  
sui sancti Dionisii, ipsa villa Nocito una cum omnem  
merito vel integritate sua, inspecta ipsa strumenta,  
sicut per ipsas declaratur, absque repeticione, me-  
morata Angantrude vel suis heridebus, omne tem-  
pure habiaut evindegatas: et se ipsius Chainone  
abbati vel successoribus suis seu agentis basilice  
inania fuerit necessitas, memorata Angantrudis vel  
heridis sui in auturicio eum exinde contra quem-  
libet studiant defensare. Chlodoinus <sup>b</sup> recognovit.  
(Locus sigilli.)

Sigofrius Parisiensi Ecclesie præerat, Constantinus  
Bellocacensi, juxta Mabillonium, ubi supra, et Cointium.  
Ursinianum coniecit Mabillonius Ambianensem  
sedem tunc occupasse, cui adstipulatur Nova Gallia  
christiana, t. X, col. 1156. Hujus vero, sicut et Gri-  
boulis, quæ fuerint sedes ignorat Cointius.

<sup>a</sup> [Hanc vocem ex autographo addidi.]

<sup>b</sup> Sic posterioribus curis Mabillonius, qui primum,  
pro nomine referendarii Chlodoini, nomen *Chlodovei*  
legerat, mendose, ut fatetur, de Re dipl. ubi supra.

Datum sub die Kal. Novembris, anno secundo  
rigni nostri, Lusarca, in Dei nomine feliciter.

## VII.

*Fragmentum diplomatis Chlodovei III, regis Fran-  
corum, quo privilegia concessa monasterio Grasel-  
lensi Ab Aredio, Vasionensi episcopo, confirmat  
c (ann. 692).*

Chlodoicus, rex Francorum, si facta sacerdotum,  
quæ pro quiete servorum Dei ad loca sanctorum  
præstiterunt, per nostris oraculis confirmamus, no-  
stra perenni stabilitate esse confidimus; ideoque  
apostolicus vir dominus Aredius, Vasensis urbis epi-  
scopus, missa petitione, clementiæ regie nostræ  
innotuit, eo quod monasterium in loco nuncupato  
Grasello, in honore sancti Victoris martyris et sancti  
Petri, in sua proprietate pro amore Christi ædifi-  
casset, et partem maximam de facultatibus suis ipsi  
loco per sua instrumenta delegasset; etiam et pri-  
vilegium, cum pluribus Pontificum, inibi firmasset  
vel concessisset, ut quidquid ibi ab ipso domno Aredio,  
vel pro Deo a quocumque homine, seu de colle-  
cta populi, vel de quolibet recto attracta erit colle-  
ctum, absque ullo impedimento pontificum, vel  
archidiaconorum aut clericorum Vasensis, vel eju-  
slibet alius ecclesiæ, perenniter congregatio ibi consi-  
stentium quiete deberet possidere, et sub regula  
sancta, per instituta Patrum ibidem deberet regi vel  
conservari; et, si abbas de ipso sancto loco migra-  
verit ab hoc seculo, non aliunde, sed, sicut decet et  
dignitas et ordo poscit, de ipsa congregatione quæ  
in eo habetur monasterio, eligeretur alius abbas,  
absque ullo premio, absque rixa, a tota eadem con-  
gregatione, vel a meliori et sanctiori parte ejus; et  
cum consilio Vasensis urbis episcopi, et voluntate,  
et benedictione, suscipere deberet dignitatem; et  
quod ejusdem civitatis episcopus, si aliquando opus  
esset, propter desidiam negligentiamque ab eadem  
congregatione propellendam, adjunctis sibi sacerdo-  
tibus abbatibusque spiritualibus, ipsum monasterium  
deberet adire, et paterno affectu fratres qui ibi es-  
sent ad consuetum regulæ tramitem admonendo re-  
vocare, et quod idem episcopus sine premio.....  
nililque ipse pontifex neque majoris potestatis ali-  
quis, ipsius civitatis vel alius loci, cujuscumque or-  
dinis persona, contra tenorem decreti ipsius deberet  
venire, aut quicquam attemptare vel contingere.  
Audita itaque ejus petitione preceque suscepta.....

Felibianus vero, pro vocibus *Chlodoinus recognovit*,  
legebat *Chlodovius rex subscripsi*.

<sup>c</sup> Fragmentum hoc subiecit Mabillonius, Annal.  
t. I, pag. 700, chartæ Aredii pro monasterio Grasel-  
lensi, quam Chlodoveus III confirmavit diplomate,  
cujus partem quæ superest hic exhibemus. Recu-  
derunt Boyerus, Hist. Vasion. prob. pag. 3, et  
Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV,  
pag. 673. Chlodoveus III regnum inchoavit anno  
Ch. 690 aut 691; unde hoc diploma, notis chrono-  
logicis destitutum, circa annum 692 collocare fas  
fuit.



## VIII.

*Diploma Childeberti III. regis Francorum, quo Villam Napsiniacum sancti Dionysii monasterio concedit* \* (ann. 695.)

Childeberthus, rex Francorum, vir inluster. Creatur omnium Deus delectatur oblatione fedilium, licet ipsi cuactis domenatur: sed vult ut quod dedit in omnem potestatem ejus clemencia dibeat..... dire precipui saecoli divetis, ut quantum amplius vidintur possidere, tantum magis oportit impendere. Idioque cognuscat magnitudo seu hutilitas vestra, quod nos villa noncopanti Napsiniaco in pago Bitorico, cum omni merito vel adjecencias suas, quem apostholicus vir domnus Godinus, Lugdunensis urbis episcopus, de parti aeclesiae sue, pro alia villa noncopanti villa Orbana, tempore bone memoriae germano nostro Chlodovio, condam rige, ad parti fisci in conmutacionis titulum visus fuit dedisse, et postea de fisco inlustri viro Pannichio fuit concessum, et post discessum predicto Pannichio ad parti fisci nostri fuit revocatum: hoc ad basilica pecoliaris patroni nostri domni Dionisii; ubi ipsi praeciosus domus in corpore requiescit, vel ubi venerabilis vir Chaino abba presse videtur, plina et integra gracia pro mercedis nostre augmentum visi fuimus concessisse: et congregacio ibidem consistencium solidus docentur, quod de sacello publico annis singolis ibidem fuit consuetudo in alimonia vel in lumenarebus ipsius sancti loci de palacio dandi; seu et solidus cento eximtis, quod de Massilia civetati iudicis publici ad missus ipsius basilici consuetudinem habuerunt dandi, pro eo quod ipsa villa firmissimo jure pars ipsius domni Dionisii perenniter debirent possidere, ad parti fisci nostri relaxsasant. Idio per presentem precepconem decernimus urdendum quod in perpetuo volumus esse mansurum, et neque vos, neque junioris, seu successoris vestri, nec quislibet, ipsa villa Napsiniaco, cum adjecencias suas, vel quod ibidem aspicire vedintur, de quicquid pars ecclesiae Lugdunensis civetatis ibidem possidet, vel in conmutacionis titulum pro ipsa villa Orbana fuit ad partem fisci conlatum, et ipsius

A Pannichio fuit concessum, vel hoc moriens dereliquit, et ad fisco nostro fuit revocatum; nihil exinde contradicere, nec de parti ipsius domni Dionisii minuare, nec abstrahire, nec nulla calomnia ob hoc generare penitus non praesumatis, nisi predicta villa Napsiniaco, cum omni merito vel integritate sua, hoc est terris, domebus, ediliciis, accolabus, mancipiis, viniis, silvis, campis, pratis, pascuis, pascuoliis, praesidiis, aquis aquarumve decursibus, farinariis, vel reliquis quibuslibet beneficiis utriusque genere sexsus, rem exquisita, quicquid diei aut nomenari potest, memoratus Chaino abba aut successoris sui, vel pars predicti basilici domni Dionisii, aut congregacio ibidem consistencium, ex nostro munere largetatis omni tempore sub emonetatis nomine valiat esse concessum adque indulthum: ita ut, dum ipsa congregacio volomtario urdime ipse solidus docentur, quod de sacello publico, seu et ipse solidus cento eximtis, quod de ipsa Massilia annis singolis in lumenarebus vel in alimonia consuetudinem, juxta quod anterioris regis hoc ibidem cinsiverunt, habuerunt recipendi; pars fisci nostri ipse solidus trecentus in sacello nostro perennis temporebus debiant recipere, et ubi fuerit jussum debiant pendere: et nulla reclamacio nullo unquam tempore de parti ipsius basilici domni Dionisii, ad fisco nostro nec ad successoris nostrus non perveniat, et predicta villa Napsiniacus ad ipso sancto loco perenniter proficiat in augmentis, unde ipsa congregacio pro stabilitate regni vel salute patriae, Domini misericordiae jugiter debiant exorare. Et taliter praecipemus ut pro mercedis nostre augmentum vel stabilitate circa ipsa basilica domni Dionisii vel nostro palacio pertinenti, duas praecipionis uno tenere conscriptas exinde fieri jussimus, una in arce basilice Sancti Dionisii resediat, et alia in tessauro nostra. Et, ut hec preceptio firmiter habiatur vel per tempora conservintur, manus nostre subscripcionibus subter eam decrivemus roborare.

Childeberthus rex subs. Vulfolaeus jussus optol.

(Locus sigilli.)

Dat. quod sic. mins. Decembris dies XIII, anno

\* Specimen hujus diplomatis aeri incidendum curavit Mabillonius, De re diplom. pag. 382, et totum diploma ex autographo [nunc in Archivo regni a Berlin. 3] vulzavit libro vi De re diplom. pag. 476. Felibianus iterum, Hist. abb. S. Dion. prob. pag. 14. diploma integrum ex autographo edidit. Reculerunt Germonius, De vet. reg. Fr. diplom. t. I, pag. 319, et Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 673, ex Mabill.; nos autem ad fidem autographi [nova recensione ab A. Teulet instituta]. Germonius diplomatis sinceritatem elevare conatur; non quod in ipso diplomatis contextu aliquid deprehendat unde falsum arguat, sed quia collata Vulfolaei referendarii subscriptione, hinc diplomati subjecta, cum alia ejusdem quae apposita est ad calcem diplomatis Theodorici III, quod collocavimus sub anno 688, tam diverse ipsi visae sunt chirographarum tesserarum formae, ut eadem manu neutquam exaratas fuisse judicaverit, suffragantibus magistris exercitatis in discernendis scripturis. Nos quidem, diligenter inspectis utriusque diploma-

tis specimenibus, curante Mabillonio aeri incisis, haec discrepantias agnovimus. Mabillonius vero, de Re diplom. suppl. pag. 23, contendit, nedum haec disparitas officiat auctoritati diplomatis, omnem potius falsi suspicionem amovere. Si enim, ait, a falsario effictum fuisset alterutrum chirographum, studisset ut utrobique eadem appareret forma. Addimus, quod duo chirographa intricatissimis linearum ductibus eadem manu exarata, cum inter utrumque septem anni effluerint, aliquam inter se diversitatem possunt exhibere, absque suspitione falsi. Unde diploma de quo agimus, nullo alio argumento impetitur [et specie evidenter germanum], minime supposititiis annumerandum censemus. Ipsum tunc synchronismi. Anno enim primo regni Childeberti III, Godinus Lugdunensi Ecclesiae, Chaino S. Dionysii monasterio praerant, quod diplomati consonat. Childeberthus III regnum aspiciatur est circa mensem Martium anni Christi 695. Cum hoc igitur eodem anno concordat mensis Decembris anni I regni hujus

primo rigui nostri, Compendio villa nostra, in Dei A nomine feliciter.

## IX.

*Placitum Childeberti III, regis Francorum, quo locum Hordiniam cum ecclesiis ibi constructis in pago Bellovacensi, Hainoni, abbati sancti Dionysii, asserit* \* (ann. 695.)

Childeberthus, rex Francorum, vir iuluster. Cum nos, in Dei nomine, Compendium in palacio nostro una cum nostris fedelebus resederemus, ibique veniens iuluster vir Aigobertus, menesterialis noster, in causa venerabile viro Hainone, abbate de basilica domni Diuinise, ubi ipsi ipse b preciosus in corpore requiescit, suggererat eo quod ante os annus, quando genetur noster Theudericus quondam rex, partibus Auster hostileter visus fuit ambolasse; homo nomen Ibbo quondam, nullatenus ibidem ambolasset, et ob hoc solidos sexcentos fidem fecisset, et pro ipso Ibbone ipsi Haino abba ipse solidos sexcentos, eum roganti, pro ipso composuisset, et pro ipso solidos sexcentos porcione sua in loco noncopante Hordinio in pago Bellovacense, ad integrum una cum illas ecclesias ibidem constructas, quicquid ibidem sua fuit possessio, ei pro suo estrumentum delegasset vel firmasset. Sed dum filius suos Botharius clirecus ibidem ad presens aderat, interrogatum fuit ei, se ipsi genetur suos Ibbo quondam ipsa porcione sua in suprascripto loco Hordinio ipsius Hainoni abbati per suo estrumentum delegasset vel firmasset, sed ipsi Botharius clirecus in presenti taliter fuit professus, quod ipsi genetur suos Ibbo ipsa porcione in suprascripto loco Hordinio sepedicto abbati Hainone per suo estrumentum delegasset vel firmasset, et auctor ei exinde aderat: et ipsa estrumenta in presenti ostendedit relegenda, et visa eis ipsas esse cognovit. Proinde nos taliter una cum nostris procerebus constetit decriuisse, ut dum iuluster vir Ermenricus, optimatis noster, testimoniavit, quod ac causa taliter acta fuisset denoscitur, jobimus ut memoratus Haino abba, ipsa porcione in suprascripto loco Hordinio cum illas ecclesias, contra ipso Bothario cli-

\* Ediderunt Mabillonius, de Re diplom. pag. 477, et Felibianus, Hist. abb. S. Dionys. prob. p. 45, uterque ex autographo Santhionysiano [nunc in Archivo regni, x, scrin. 3 asservato]; recusum exstat ex Mabillonio, in Collectione scriptorum rerum Francicarum, tom. IV, pag. 674. Haino, abbas S. Dionysii, idem est qui frequentius dicitur Chaino, vid. Nov. Gall. chr. t. VII, col. 344, cum scilicet nomen ejus asperiori sono effertur. Childebertus, filius Theodorici, cujus nomen præfert placitum, rex est qui hujus nominis tertius fuit. Bellum autem memoatum, in Austrasie partibus gestum a Theodorico, in elligendum est de bello Theodorici III contra Dagobertum II, cujus mentio sit, ut recte monuit Pagius, in Baronium, t. III, pag. 77, n° 7, in Vita S. Salabergæ inter acta SS. ord. S. Bened. t. II, pag. 408, n. 43, non vero de bello inter eundem Theodoricum et Pipinum, neque enim proceres Childeberti qui placito adfuerunt, Pipini clientes, ratam nabuissent multam de qua in hoc instrumento agitur, Ibboni irrogatam eo quod Ibbo contra Pipinum hostileter non ambolasset. Hæc charta sigillo cereo adhuc vallata est. quam edimus ex autogra-

pho, quicquid antedictus genetur suos Ibbo in antedicto loco tenuit vel moriens dereliquit, omne tempore habiat evindecatum: et se necessetas ipsius Hainonis abbatis aut heredis suos fuerit, ipsi Botharius clirecus aut heredis sue in autoricio eus estodiant defensare. — Syphinius recognovit.

(Locus sigilli.)

Datum sub die x Kalend. Januar, anno primo rigui nostri, Compendium, in Dei nomine feliciter.

## X.

*Diploma Childeberti III, regis Francorum, quo immunitates concedit monasterio Tusonis - Vallis* \* (ann. 686)

Childeberthus, rex Francorum, vir iuluster. Rictum esse censimus, se petitionibus sacerdotum, qui pro affectum eclisiarum pertentit, effectuae mancipamus, vel qui ab ipsis ibidem de qualibet adtractum, fuit additum vel conlatum, per nostris oracolis roboramus, qualiter postmodo et datoris mercis permaniat, et nus pro pristinum beneficium opinio bonis et premium sempeternum aderiscat. Idcirco venerabilis vir Magnoldus, abba de monasterio Tusone-Valle, que est in pago Camliaciaciase, quem in honore sancti Diunisie et sancti Marcelli, quem avunculus suus Chardericus, quondam abba, super rem sua propria edificavit, et monasterio sub sancta rigola ibidem constituisset, et ibidem ipso venerabili viro Magnaldo abbati constituit esse rictorem: sed ut quicquid ab ipso monasteriolo tam ab ipso abbate, quam et ad Deo timentis hominibus, in quibuslibet ribus adque corporibus ibidem fuit aut fuerit additum vel prolatum, unde et precepcione domno et genitore nostro Theudericus, quondam rege, se ex hoc præ manibus habire adfirmat, ut nullus iudex poplicus ad causas audiendum vel fridda exigendam, ibidem introitum nec ingressum habere non debeat. Quod nus pro mercedis nostri augmentum concessisse vel pristetisse seo confirmasse cognoscite. Adio per presente preceptum ex hoc decernimus ordinan-

pho [ad cujus fidem novam A. Teulet recensioneem instituit].

b [Sic in autographo; hanc vocum repetitionem emendaverunt pristini editores.]

c Vulgaverunt Mabillonius, de Re diplom. pag. 477, et Felibianus, Hist. abb. S. Dion. prob. pag. 45, uterque ex autographo (nunc in Archivo regni, x, scrin. 3). Recusum est in Collectione scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 675. Jam memoratum vidimus monasterium Tusonis-Vallis in instrumento commutationis cujusdam, ubi nomine Tucionis-Vallis appellatur; ibi etiam memoria est Magnoldi, abbatis ejus. Hic vero conditum dicitur monasterium præfatum a Charderico abbate S. Dionysii, et ab ipso commissum abbati Magnaldo regendum; unde conjicit Mabillonius, Annal. t. I, pag. 643 et 542, illud fuisse abbatem S. Dionysii subjectum, sed fatetur ita evanuisse, ut in loco positum fuerit modo sit incomperturn, nisi existerit ubi modo Cisterciensis abbatia Vallis B. Mariæ. Edimus ad fidem autographi cereo sigillum muniti (quocum textum denuo contulit A. Teulet).

dum, quod in perpetuo volumus esse mansurum, ut neque vos, neque junioris, seu successorisque vestri, nec nullus quislibet ex judiciaria potestate quoque tempore accinctus, in curtis vel villas ipsius monasterii, tam de quod ibidem presenti tempore est firmatum, quam quod inantea tam de ipso vir Magnoaldo abbate, quam et de reliquis Deo timentis hominibus, in quibuslibet rebus adque corporibus, ad causas audiendum, vel frida exigendum, seu mansionis aut paratas vel qualiscumque retributionis quod fiscus noster exinde accidere aut sperare potuerat, judiciaria potestas nec nostro tempore, nec successoribus rigibus, ingressum nec introitum penitus habere presummat, nisi quicquid fiscus noster exinde sperare potuerat in luminaribus ad ipso monasterio vel ad ipsius monachis qui ibidem frequenter vedintur officium fungere, inspecta ipsa preceptione domino et genitore nostro Theuderico quondam rege, seu et nostro preceptum plinius in Dei nomine confirmatum debeat in augmentis proficiscere, uade mercis nostra apud Domino retribuire perennis temporibus debeat convalere, et ad ipsa congregatione delictis pro stabilitate regni nostri jugiter deprecare. Et, ut hæc preceptio firmiter sit, manus nostri subscriptionibus sub eam decrevimus roborare. (*Locus sigilli.*)

Childeberthus rex subsc. Nordeberthus opt. Datum quod ficit mensis Aprilis dies octo, annum secundum regni nostri, in Dei nomine, Novigato feliciter.

## XI.

*Placitum Childberti III, regis Francorum, quo villa Nocitum adjudicatur Thunsonis-Vallis monasterio*  
a (ann. 697).

Childeberthus, rex Francorum, vir inluster. Cum nus in Dei nomine, Compendio in palacio nostro, una cum apostolicis viris in Xpo patribus nostris Ansaldo, Savarico, Turnochaldo, Ebarcio, Griuone, Constantino, Ursiniano, episcopis; nec non et illustri viro Pippino, majore-domus nostro, Agnerico, Autenero, Magnechario, Griuonaldo, optematis; Ermentheo, Adalrico, Jonathan, comitebus; Vulfolaeo, Argilo, Madulfo, domestecis; Benedicto, Ermedramno, seniscalcis; seu et Hociobertho comite palatii nostro, vel cunctis fidelibus nostris, ad universorum causas audiendum vel ricto iudicio terminandum resederimus; ibique veniens venerabilis vir Magnoaldus abba de monasterio Thunsonis-vallis, quem habuiculus suos dominus Chardericus, condam episcopus, suo opere edeficavit, clemencie regni

A nostri suggestit eo quod agentis illustri viro Drogone filio, itemque illustri viro Pippino, majore-domus nostro, curte basilici sui nuncopanti Nocito, que ponitur in pago Camiliacense, qui fuerat Gaerino condam, et de fisco per preceptione domno et geniture nostro Theuderico, condam rige, ad ipso monasterio fuerat concessa; ipsi agentis memorato Drogone malo urdene de potestate ipsius Magnoaldo vel monasterio sui tullissent vel abstraxissent, seu et mancipia, pecunia, vel reliquas res quampluris exinde naufragiassent vel devastassent. Intendebat ac contra ipsi Drogus, eo quod socer suos inluster vir Bercharius condam, ipsa villa de ipso Magnoaldo concamiassit, et eidem justissime ad partem conjugis sui Adaltrute libibus reddeberit. Intendebat ac contra ipsi Magnoaldus, quasi conlocucione et convenencia exinde apud ipso Berchario habuissit, ut ipsa inter se conmutassent: sed hoc nunquam ficissent, nec de ipsa curte ipsi Bercharius mano vestita nunquam habuissit, nisi malo urdene, per forcia et inico ingenium ipsi agentis predicto Drogone de potestate sua abstraxissent. Interrogatum est ipsius viro Drogone, quatenus intendebat quod exinde socer suos concamio apud ipso Magnoaldo ficissit, se talis epistulas conuocationis exinde inter se ficissent, aut se ipsas in nostri presencia presentare potibat. Sed ipsi sirumentum exinde nullatenus presentavit, nec nulla evidenti potuit tradere ratione, per quod ipsi Bercharius ipsa habere debuissit, nec per quo urdene ipsa ipsi Drogo ad parte conjugis sui nec ad sua habere debirit. Sic ei a suprascriptis viris domnis episcopis vel optematibus nostris, in quantum ipsi inluster vir Hocioberthus, comis palatii noster, testimuniavit, nuscitur iudicasse vel definisse, ut ipsi vir Magnoaldus ipso loco Nocito, quantumcumque exinde per preceptione ipsius domno et geniture nostro ad ipso monasterio suo Thunsonis-vallis fuerat concessum, hoc ipsi Drogus ad sana mano eum exinde revestire debirit, et ipsi Magnoaldus illa fructa, hoc est vinus vel annonas aut fenus quod exinde missi sui devastaverunt, et indulgere debirit: quod ita et fit. Proinde jobimus ut ipsa rem Nocito, quantumcumque ibidem Gaerinus possidit, aut undeque ad ipso pervinit, et ad ipso geniture nostro ab ipso monasterio per suum preceptum fuit concessum omne tempore; contra ipso Drogone et conjugis sua Adaltrute, aut herides eorum, vel cujuscumque libet de parti eorum, omne tempore habiat evindicatum adque helitatum, et sit inter ipsis in postmodum ex ac re subita

a Exstat, ad fidem autographi (nunc in Archivio regni, n. scrin. 3, asservati, quorum textum demum contulit A. Teulet), apud Mabill., de Re dipl. p. 479, et Felibianum, Histor. abb. S. Dion. prob. pag. 17; recum in Collectione scriptorum rerum Francicarum. t. IV, pag. 67., ex Mabillonio. Hæc præcipue notanda monet Mabillonius in hoc placito: 1° Bercharius Adaltrute vir dicitur, et socer Drogonis, quod pugnat cum chronico Fontanellensi, c. 7, et Annalibus Metensibus, ad ann. 693, ubi Adaltrudis, uxor Drogonis dicitur Alia Warathenis et Ausledis;

2° Chardericus, qui alias, vide præceptum Childerici de Thunsonis-Valle (col. 1093, supra) solo abbatis titulo insignitur, hic appellatur episcopus; cujus autem sedis, id sibi incompertum ait Mabillonius; alii conjiciunt Bellovacensem sedem occupasse. Sed supra diximus, pag. 225, majorum monasteriorum abbates aliquando ad episcopalem dignitatem erectos fuisse, nulli sedi addictos; 3° Formulam ad vicem... jussus recognovit, in Merovingiorum diplomatum recognitionibus rarissime legi docent Mabillonius et Collectores scriptorum rerum Francicarum, ubi supra.

causacio. Aigobercthus ad vicem Chaldeberctho A  
jussus recognovit. (*Locus sigilli.*)

Datum quod sicut mīnsis Marcius dies xiv<sup>a</sup>, anno  
tercio regni nostri, Compendio, in Dei nomine,  
felicitate.

## XII

*Diploma Childeberti III, regis Francorum, quo Par-*  
*thenoni S. Mariæ Argentoletii concedit silvam Cornio-*  
*letum<sup>b</sup> (ann. 697).*

Childeberthus, rex Francorum, vir iuluster. Se  
oportuna beneficia ad loca sanctorum, quod pro  
juvamen servorum vel ancillarum Dei pertinet,  
libenti hānimo prestamus, et hoc nobis ad aeterna  
retribucione pertēnre confidemus. Ideoque cognu-  
scat magnetudo seu huiletas vestra, quod nus silva  
nostra, qui vogatur Cornioletus, super fluvium Se-  
quena, in pago Parisiaco, quicquid ibidem a longo  
tempore fiscus fuit, aut in giro tinuit, vel forestariae  
nostri usque nunc defensarunt, ad monasthīrio  
Sancti Mariæ, Sancti Petri et Pauli, vel ceterorum  
sanctorum, que est constructus in villa Argentoialo,  
ubi pree:t iulustris Deo sacrata Leudesinda abbatissa  
pro mercedem nostri augmentum, vel pro consola-  
cione ancillarum Dei inibe referenti, plena et integra  
gracia visi fuemus concessisse. Adeo per presentem  
precepcone decernemus ordenandum, quod in per-  
petium volumus esse mansurum, ut neque vos,  
neque juniores seu successores vestri, nec quislibet  
de ipsa silva nostra Cornioletum memorati Leude-  
sindae, aut successoris suas, vel ipsius monasthīriae  
suae Argentoialo contradicere, nec nichil exinde  
minuare, nec nulla calomnia generare non presu-  
matis, nisi quicquid superius contenitur. Ipsa silva  
ad integrum, sicut fiscus noster fuit, aut forestariae  
nostri defensarunt, jam dicta Leudesinda, vel pars  
ipsius monasthīriae suae Argentoiali, aut congregacio  
ibidem consistencium, omne tempore et no:tra in-  
dulgencia sub aemūnetatis nomene vidiat habire  
concessum adque indultum ita ut ad ipso sancto loco  
perenniter proficiat in augmentum. Et, ut hec pre-  
cepco firmior habiatur et per tempora conservitur,

<sup>a</sup> An quarta decima dies Martii mensis anno tertio  
regni Childeberti III, aut anno 697, tribuenda sit,  
desinare haud facile est, cum hoc mense regnum iu-  
choasse Childebertus videatur, qua autem die incertum sit.

<sup>b</sup> Hoc diploma, teste Mabill. *Annal. ord. S. Ben-*  
*tom.* VI, pag. 174, *ibid.* append. pag. 656, a viro  
clarissimo et doctissimo Claudio Fleury, monasterii  
Argentoletiensis priore commendatario, inventum fuit  
in turri domus suae prioralis, ubi tenere inter char-  
tas rejectaneas conjectum fuerat, litteris Merovingi-  
cis exaratum, et sigillo cereo vallatum. Illud pri-  
mus vulgavit Felibianus anno 1725, ex autographo,  
inter instrumenta ad historiam Parisiensem spectan-  
tia, t. III, pag. 25. Recusum in appendice t. VI *Ann-*  
*alium ordinis S. Benedicti*, pag. 656, et in Colle-  
cione scriptorium rerum Francicarum, t. IV, p. 677.  
(Ad fidem autographi, in Bibliotheca regia Parisius  
nunc asservati, nova recensione accuratissime facta,  
quasdam Felibianus lectionis mendas correxit A. Teul-  
let.) Nec tamen omnino delituerat instrumentum  
hoc usque ad Felibiani tempora; siquidem Breulin,

manus nostris subscriptionibus subter eam decrive-  
mus roborare.

Childeberthus rex, subscripsit. — Vulfolaeus c  
jussus optoliti.

Datum quod sicut mīnsis Aprilis diaes tres, anno  
tercio regni nostri, Compendio, in Dei nomene, felici-  
tate.

## XIII.

*Diploma Childeberti III, regis Francorum, quo donum*  
*ab Ephibio collatum Ecclesiae Viennensi confirmat*  
*<sup>d</sup> (ann. 697).*

Childebertus rex, Cæoldo patri et Ephibio ab-  
bati. Quod popo:cistis quia digna est petitio et po-  
stulatio vestra, edictum nostrum de villis de Gene-  
cio, et si qua alia ibi pertinent, superscripsimus, ut  
quia Viennensi Ecclesiae integre cum omnibus suis  
tradita sunt, et per votum tuum tibi, Ephibi, condo-  
nata, nostra auctoritate semper ibi permaneant, et  
quidquid fisco nostro exire inde poterat, totum Deo  
nostro et sanctis Dei apostolis ac ministris eorum  
permittimus, ut sub immutatione Viennensi Ecclesiae  
quod iudices requirere poterant, omnes fines et di-  
strictus, sive de servis, sive de liberis, in villis vel  
terris vel silvis vel redhibitionibus, sine ullo unquam  
tempore maneat, neque ullus iudex publicus, neque  
officialis ejus, ad iudicandum vel distringendum lo-  
cum ibi habere audeat, sed proficiat omni tempore  
ad victus et alimoniam servorum Dei, quidquid ad  
nostram gloriam vel ad iudices et officiales nostros  
pervenire poterat, et utatur jure et potestate sua ex  
hoc Ecclesia Viennensis a nobis sibi concessio. Edi-  
ctum hoc ego Childebertus regno meo, in anno tertio  
constitutum roboravi.

## XIV.

*Diploma Childeberti III, regis Francorum, quo villam*  
*Ardunum cum omni immunitate Ecclesiae Cenoma-*  
*nicæ concessam asserit<sup>e</sup> (ann. 698).*

Childebertus, rex Francorum, vir iuluster. Si facta  
parentum nostrorum conservamus, nostra pereuniter  
stabilia esse confidimus. Ideoque apostolicus vir,  
pater noster in Christo Herlemundus, Cenomannicæ

scriptori Antiquitatum Parisiensium, ostensum fue-  
rat, ut ferunt *Annal. ord. S. Ben.*, t. VI, pag. 174, a  
Jacobo Fouin, priore commendatario hujus monaste-  
rii, habente adhuc sæculo xvi. Monasterium de quo  
agitur, a sanctimonialibus primo habitatum, ut le-  
gere est in *Nov. Gall. chr.* t. VII, col. 507 et seq.,  
deinde redactum in prioratum abbatiae S. Dionysii,  
ac circa xvi sæculi initia commendatariis prioribus  
subjectum fuit.

<sup>e</sup> Nomen referendarii, a Felibiano prætermissum,  
ex autographo restituimus.

<sup>d</sup> Vulgaverunt Dacherius, *Spicil.* t. XII, pag. 165,  
ex apographo Louveti, et Collectores scriptorum re-  
rum Francicarum, t. IV, pag. 678, ex Dacherio. Hoc  
sane est diploma quod Ephibius ait in testamento  
suo supra edito, pag. 240, se expetuisse, ut legata  
quæ Viennensi Ecclesiae scripserat regia auctoritate  
firmarentur. Eodem laborat vitio diploma hoc quo  
testamentum ipsum: falsi indicia videsis in notis  
testamento subjectis.

<sup>e</sup> Editum in *Actis episcoporum Cenomanensium*,  
Mabil. *Analect.* pag. 284, recusum in *Collectione*

urbis episcopus, nobis suggestit, eo quod avunculus A noster Childericus quondam rex, per suam præceptionem taliter antecessori suo domno Berario quondam episcopo vel domno Aigliberto concessit, ut quidquid de villa ipsius Ecclesiæ Cenomannicæ nuncupante Erduno, in pago Pictavo, ad fiscum sperabatur, hoc nullus iudex, nec quislibet exactare deberet; et in ipsa villa neque mansiones facere, nec freda exactare, nec causas audire, nec ulla parata, nec ullum lucrum terrenum requirere nec exactare præsumperit, nisi hoc in luminaribus ipsius ecclesiæ Cenomannicæ, quæ est in honore sanctæ Mariæ et sancti Gervasii et Protasii martyris patronis nostri constructa, deberet esse concessum; et postea denuo Aigliberto episcopo post Berarium quondam ibidem fuit similiter concessum. Unde et ipsas præceptiones ipse pontifex se præ manibus habere affirmat, et de eodem tempore usque nunc, ipsum beneficium asserit esse conservatum: sed pro integra firmitate petiit celsitudinem nostram, ut hoc denuo per nostram auctoritatem ipsi viro domno Herlemundo episcopo, vel ad ipsam basilicam sancti Gervasii et Protasii martyrum confirmare deberemus: cujus petitionem nos non denegasse, sed in omnibus præstitisse et confirmasse cognoscite. Præcipientes enim ut, sicut constituit avunculus noster Childericus, quondam rex, integras emunitates de ipsa villa Arduno ad ipsam ecclesiam fecit, ita et inantea nos per nostram auctoritatem concedimus et confirmamus, ut nullo umquam tempore ullus iudex in ipsa villa præsumat causas audire, nec ulla parata, nec freda, nec qualecumque censum aut lucrum terrenum, quod ad fiscum nostrum potuerit sperare, ullo umquam tempore præsumat requirere nec exactare, nisi inspecta ipsa præceptione, ab avunculo nostro Childerico, quondam rege, in luminaribus superscriptæ basilicæ sancti Gervasii et Protasii perpetua-liter debeat esse concessum atque indultum. Et, ut hæc auctoritas firmior habeatur, vel per tempora conservetur, manus nostræ subscriptionibus subteream decrevimus roborare. Childebertus rex subscripsit.

scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 679. Hoc diplomate Childebertus confirmat immunitates pro villa Arduno concessas Ecclesiæ Cenomannicæ duplici Childerici II diplomate. Utrumque alibi exhibuimus ex iisdem actis depromptum, et spuris annoveravimus. Nec melioris notæ censemus tertium instrumentum, ex eodem haustum fonte quem sæpius impurum expe ti sumus. Falsi iudicium est imprimis quod Childebertus diploma de quo agitur fingatur emisisse in gratiam Herlemundi, Cenomannensis episcopi, qui non nisi diu post mortem Childeberti, ad regimen Cenomannicæ Ecclesiæ vocatus fuit, ut dicemus in notis nostris ad aliud ejusdem Childeberti diploma, iti em spurium, quod proxime sequitur. Has videsis.

Vulgatum a Corvaiserio, in Hist. episc. Cenom. pag. 255, ex pontificali Cenomanensis Ecclesiæ; insertum in 'er Aeta episcoporum Cenomanensium, Mabill. Analec. pag. 283, cum discrepantiis; recusum a Cointio, Annal. t. IV, pag. 615, ex Corvaiserio, et a Collectoribus scriptorum rerum Francicarum, t. IV,

Data quod fecit mensis Martius dies iij, anno iij regni nostri, Valencianas, feliciter.

## XV.

*Diploma Childeberti III, regis Francorum, quo concedit Herlemundo, Cenomanensi episcopo, ut dein eps rex ducem seu comitem Cenomaniæ non præficiat, nisi quem episcopus et gens Cenomanica prius elegerint* (ann. 698).

Childebertus, rex Francorum [add. vir intus'er], cum deceat clementiam principi, is justas sacerdotum petitiones exaudire et ad effectum perducere, ideo [debet clementiæ principali justis petitionibus sacerdotum libenter obaudire, vel effectum in Dei nomen mancipare, ideoque] apostolicus vir in Christo pater noster Herlemundus, Cœnomanicæ urbis episcopus, clementiæ regni nostri fecit innotescere, quod ante multos annos antecessor suus dominus Berarius, quondam episcopus, præcelso avunculo nostro Clotario, quondam regi, vel aviæ nostræ Bachildæ reginæ [add. quondam], talem petitionem fecisset, et ab eis tale præceptum præcepisset ut in pago Cœnomanico nullus quislibet ul'o quoque tempore in actione ducatus vel comitatus ingredi deberet, nisi tantum per electioni memorati pontificis aut successorum suorum seu abbatum ac sacerdotum atque pagensium Cœnomanensium ibidem per voluntatem Dei consensuum, ibidem per jussionem ipsorum principum ac succedentium regum et ad age dum introire deberet; et ipse hoc taliter per suam præceptionem, manu sua vel antedictæ aviæ nostræ firmatam, una cum consensu procerum suorum, eidem præstitisse, et ipsam præceptionem se præ manibus habere affirmat. Sed pro integra firmitate petiit celsitudinem nostram, ut hoc denuo nostra plenius auctoritas prædicto pontifici ejusque per tempora successoribus et ipsis pagensibus confirmaret [confirmare deberemus]. Quod nos ita præstitisse et in omnibus confirmasse volumus omnes cognoscere [confirmasse cognoscite]: præcipientes enim jubemus et jubentes præcipimus (hæ tres voces desunt) ut sicut constat memoratum avunculum nostrum Clotarium, vel aviam nostram Bachildam per eorum præ-

pag. 678, ex Actis episcoporum Cenomanensium. Ad fidem Corvaiserii edimus præcipuis discrepantiis inter parentheses positis. Falsi iudicium est Herlemundi nomen, qui infulus Cenomanensium non obtinuit, nisi cum jam pridem fato functus esset Childebertus III: anno enim 716, juxta Cointium, ubi supra, pag. 586, obiit Aiglibertus Herlemundi decessor. Ut autem diplomatis sinceritatem tueatur idem Cointius, pag. 615, conjicit pro Childeberti nomine, Childerici nomen reponendum, et diploma referendum ad annum 719. Verum tum in pontificali quod exserpsit Corvaiserius, tum in exemplo in plurimis discrepante, quod secutus est Actorum episcoporum Cenomanensium consarcinator, legitur nomen Childeberti. Ergo hoc instrumentum spuris annoverabimus, donec aliquod emergat authenticum quod conjecturæ Cointii saveat. Diploma Clotarii ad petitionem Berarii concessum, quod laulat Childebertus, a spiam ne memoratum quidem vidimus. Miramur Mabillonium, Annal. t. I, pag. 616, et criticos plures, hoc instrumentum pro legitimo habuisse.

reptionem Berario, quondam episcopo, antecessori hoc concessisse, ita nos hoc privilegium Herlemundo episcopo concedere [antecessori memorato Herlemundo episcopo concessisse] ut in ipso pago Cænonianico accipere non debeant ducem aut comitem nisi per electionem ipsius pagi, pontificis et pagentium; et ita hoc sicut antea [ita et in antea] hanc auctoritatem concedimus et confirmamus ut nullo umquam tempore ullus actionem ducat [ducat] aliter nisi, ut dictum est, nec in ipso pago Cænonianico habere debeat, nec quisquam eulibet comiti ipsum pagum, sine electione ipsius pontificis civitatis Cænonianicæ aut pagensium illorum [add. vel abbatum] ingredi, aut agere debeat, nisi quem episcopus elegerit, ut ille ipsum pagum ad agendum per no tram jussionem debeat habere. Quæ vero auctoritas ut firmiter [firmior] habeatur, manus nostræ subscriptionibus hanc præceptionem decrevimus roborare. Childebertus rex, inspectis anterioribus præceptionibus. Datum mense Martio, d e iij, anno xl regni nostri\*, Valentianas. Vulfoletus scripsit et subscripsit [inspectas anteriores præceptiones, subs. Data quod fecit mensis Martio dies iij, anno iv regni nostri. Valentianas. Vulfoletus].

## XVI.

*Placitum in quo Childebertus III monasterium Lemausum asserit monasterio S. Vincentii seu S. Germani* <sup>b</sup> (ann. 705).

Childebertus, rex Francorum, vir iuluster. Cum nos in Dei nomine Carraciaco villa Grimoaldo majorem-domus nostri una cum nostris sedilibus resederimus, ibique veniens venerabilis vir Chedelmarus abbas adversus misso Adalgude Deo sagrata, nomine Aigatheo, suggerebat dum dicerit eo quod monasteriolo in pago Stampinæ, noncobante Lemauso, una cum adjecencias suas, in quibuscumque pagis adque terreturiis, villabus, domebus, ædificiis, acco-

\* Cointius, ut chartæ fides adhibeatur, notas chronologicas emendat ex Actis episcoporum Cenomanensium, scilicet, legit anno 4, pro anno 40; sed Childebertum tunc apud Valentianas diploma emisisse quis crediderit, qui hujus regis gesta et fortunas expendere?

<sup>b</sup> Ter editi Mabillonius: 1º inter Acta SS. ordinis S. Benedicti, t. IV, pag. 561, ex autographo Sangermanensi (nunc in Archivo regni, x, scrin. 3); 2º libro vi de Re diplomatica, pag. 480, ex eodem autographo accuratius exscriptum; 3º demum posterioribus curis in Supplemento ad rem diplomaticam, pag. 95. Recedit Cointius, Annal. t. V, pag. 279, ex prima editione Mabillonii, Bulliardus ex originali, Hist. S. Germ. a Prat. prob. pag. 8; auctores Novæ Gallæ christ. t. VII, instr. col. 42, et Collect. script. rer. Franc. ex Mabillonii postremis editionibus, t. IV, pag. 680. Nos propriis oculis cum ipso autographo diligenter collatum exhibemus, ad id humanissime juvante domno Poirier, in Merovingicis litteris exercitatissimo. (Nova tamen recensione instituta, omissa, quæ uncis inclusi, restituit A. Teulet.) Specimen æri incidi fecit Mabillonius, De re diplom. suppl. pag. 69. Juxta Germonium, De vet. reg. Fr. dipl. t. II, pag. 212 et passim, charta hæc suppositivis foret annumeranda, quod ibi monasterium S. Vincentii nomine S. Germani appelletur. Sed hoc argumentum evertit Mabillonius, de Re diplom. suppl. pag. 25.

A labus, mancipiis, libertis, campis, viniis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decuribus, farinariis, gregis cum pastorebus, presidiiis, mobilebus et immobilebus rem inexquæsitæ, ad integrum, quicquid possessio Gammonæ condam et conjuge suæ memorata Adalgude fuerunt, per eorum strumenta [ad monasteriolo sancti Vincenti vel domni Germani, ubi ipsi preciosus dominus in corpore requiescit, quæ est sub opidum Parisiæ civitatis constructæ, ubi Chedelmarus abbas preesse videtur, condonaværant et ipsa] strumenta <sup>c</sup> in presenti ostendit ad relegenda, relecta ipsa strumenta, sollicitum fuit ipsi Aigatheo a nobis vel a proceribus nostris interrogasse, se aliquid contra [ipsa] strumenta dicere aut obponere volebat, in presenti dicere debuit: sed ipsi taliter adseruit quod ipsas donacionis, quem venerabilis vir Chedelmarus abbas proferebat, veracis aderant, et eas recognovit, et nihil contra hoc dicere nec obponere [pristinæ edit., proponere] volebat. Qui et ipsi Aigatheus in presenti per sua strumenta, tam pro se quam et pro ipsa Adalgude, se in omnibus de ipso monasteriolo Lemauso una cum adjacencias vel adpendiciis suis superius intematum dixit esse exitum. Proinde nos taliter una cum nostris proceribus constetit decessisse, ut dum iuluster vir Ghyslenarus, comes palatii nostri, testimonium, et inter ipsis fuit judicatum; ut, dum contra ipsa strumenta nihil habebat quod diceret nec quod obponeret, per sua festuca se exinde in presenti dixit esse exitum <sup>d</sup>, johemus ut ipso monasteriolo superius nomenato Lemauso cum omni integritate sua ad se pertentente vel aspiciente, quem jamdictus Gammo condam vel conjux sua Adalgudis, per eorum strumenta ad ipso monasteriolo sancti Vincenti vel domni Germani condonaværant, vel quicquid ipsi Gammo moriens dereliquit absque repedicione jamdicta Adalgude aut heridebus

<sup>c</sup> Quæ hic laudantur instrumenta, hæc sane censenda sunt: 1º Charta Gammonis, quam supra edidimus, pag. 243, de donis Lemauso monasteriolo collatis; 2º Charta alia, quæ nunc aut perit aut latet, qua ipsum monasteriolum S. Vincentii seu S. Germani monasterio concessum fuit. Monet Mabillonius, Annal. t. II, pag. 5, nihil ad S. Germanum hodie pertinere in pago Stampensi. Locum Carraciacum, ubi charta data dicitur, interpretatur Carisiacum ad Iseram. Dies 25 Februarii anni 8 regni Childeberti III incidit in annum Christi 705.

<sup>d</sup> Dixi in alia annotatione, sponsiones, idque genus promissiones, factas fuisse apud Francos adhibeat festuca; quod nuncupabatur *adhramire*, *adhramitto*. Festuca quoque intercedebat quando quis, erga alium, sese re quapiam eximebat. Vide legem Salicam, Eccard. XLII; Fœuerb. XLVI; Schæter. LXXX; Herold. XLIX; insuperque Lindenbrogianas formulas LXIX, CLIII, CLV, CLVI, et Cangium voc *Exitus*, 2. Ex rubrica tit. XLVIII legis Salicæ emendatæ, nec non ex capitulo anni MCCXCIX, cap. x apparet hanc solemnitate *affatonia* nuncupatam fuisse. Vid. de hac voce, novam Glossarii Cangiani editionem ab Henschenio institutam, vulgatamque in typographico fratrum Didot, qui jamdiu tot tamque accuratis editionibus omnes interiorum litterarum amatores tantopere sibi devinxerunt.

suis omni tempore ad partem ipsius monasthriæ A et ecclesiam cum decima et hos, itibus: liberum sancti Vincentii vel domni Germani aut rectoris suos habiant avindecatum adque ælidiatum: et sit inter ipsis ex hac re in postmodo subita causacio. Bessa [pristini edit., Bessa] recog. ac subs.

Datum quod ficit mensis Febrorius dies xxv anno viii regai nostri, Carracciaco fel. citer.

## XVII.

*Dipoma Childeberti III, regis Francorum, quo plurima dona confert monasterio Fontanellensi*<sup>a</sup> (ann. 704).

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, amen. Ego Hildebertus, Dei gratia Francorum rex, dono Deo ejusque sanctis apostolis Petro et Paulo, ac non piissimis confessoribus Vaniregisilo, Ansberto, B Wlfranno et Heremberto, ob honorem et reverentiam translationis prædictorum sanctorum a domno et venerabili episcopo Baino, abbate illius cœnolii Fontanellensis, nuper eidem cœnobia facta, et fratribus qui die noctuque eidem cœnobia Fontanellæ Deo famulantur, in param et perpetuum elemosinam: videlicet, in episcopatu Belvacensi, Revecuriam et ecclesiam cum decima et appendiciis suis; capellam de Faiel, in Chivericeriis sex hospites et partem decimarum; Rouvillare et prata ac silvas. In episcopatu Ambianensi, medietatem de Buxeio, et terram unius carruæ, et medietatem decimæ, et tertiam partem decimæ de Dors; apud Valiacum, quamdam particulam terræ: item, in eadem diocesi, in pago Vimacensi, Dareneyum et ecclesiam cum tota decima, Waucort et ecclesiam cum decima et hospitibus. In episcopatu Parisiensi, Alpicum et ecclesiam cum tota decima, et Ursinolum ad De.... vallem et dimidium, Viciniacac ac decimam Villioliscortis; et in Marolio census et decimam vinearum; Marcouchies

et ecclesiam cum decima et hos, itibus: liberum insuper transitum baccorum dicti cœnobii, seu navium vina aut alia aliqua deferentium ad usum monachorum per Vecanam, ab omni consuetudine et exactione, in eundo et redeundo, quantum se exendit justicia nostra. In episcopa u Carnotensi Rædonium et ecclesiam cum tota decima, et census, et compacionem vinearum de monte Nivelonis, et tres gordos ibidem, cum duabus sedibus molendinorum, ac mansum S. Martini cum aliqua parte decimarum; ecclesiam de Rolleboise cum decimis; Callifurnum et ecclesiam cum decimis, et duodecim mansos et dimidium; Francavillam et ecclesiam de Viletta cum tota decima, tam in molendinis quam in agris; et totum feodum Hulonis, et terram duorum boum, te ram de Orthmari villa, capellam juxta stolium, quod dicitur Fontana Bertholdi, cum terra et hospitibus, et terram de Duco campo, et dimidium terram de Boscocorti, et totam decimam ipsius villæ. Et, ut hoc donum nostrum seu largicio nostra futuris temporibus, Domino protegente, valeat inconversa permanere, manu propria subterfirmavimus, et anuli nostri impressione roborari fecimus.

Data cl. xij Novembris, anno regni nostri x, indictione ij, feria secunda, anno dominicæ incarnationis dccm.

## XVIII.

*Diploma Childeberti III, regis Francorum, quo privilegia confirmat a prædecessoribus suis monasterio S. Sergii Andegavensis concessa*<sup>b</sup> (ann. 705).

Childebertus, rex Francorum, vir illustris, omnibus agentibus tam præsentibus quam et futuris. Quicquid pro cœlesti amore, vel pro æterna retributione ad loca sanctorum ab antecessoribus principibus parentibusque nostris fuit indultum, si hoc

mento, quod ibi S. Wlfranni corpus dicitur in ecclesiam S. Petri translatum, cum adhuc in vivis esset Wlfrannus anno x regni Childeberti III, ut fatetur Mabillonius, et evincunt auctores Novæ Gallicæ Christianæ. Ergo, cum tot menda falsam chartam probant, hæc suppositiis annumerare non debemus.

<sup>b</sup> Hujus diplomatis meminit Sirmondus ad Godefridum Vindocinensem, Opera, t. III, col. 792, not. b. Illius fragmentum edidit Hirtetus in Antiquitatibus Andegavensibus, pag. 101, et Moricius inter probationes historię Britannicæ, ex chartulario Sancti Sergii, t. I prob. col. 225. Hinc depromptum integrum vulgaverunt Sammarthani, Nov. Gall. Christ. t. IV, pag. 20, et Collectores rerum Francicarum, t. IV, pag. 684; ex Sammarthanis Cointius, Annal. t. IV, pag. 441. Recurimus ex apographo quod ex eodem chartulario accurate exscriperat, et nobiscum olim humanissime communicaverat D. Housseau congregationis S. Mauri, cui scribendæ historię Biturcensis et Andegavensis demandata provincia fuerat, et qui, in juventutis flore, magno rei litterariæ damno jamdiu obiit. Desunt in instrumento notæ chronologicæ. Certe a Childeberto III emissum est, siquidem pater ejus in diplomate ipso Theodoricus dicitur, avus Chlodoveus: quo autem anno, non liquet; neque id argui potest ex temporibus abbatis Theodeberti, de quo aliunde nihil rescimus. Diploma hoc recensent Cointius et Mabillonius, Annal. t. II, pag. 16, sub anno 705 aut 706. Variæ lectiones ex editis insertæ sunt inter nos s.

<sup>a</sup> Edimus ex scheda Mabillonii, cujus copiam nobis fecerunt auctores Collectionis scriptorum rerum Francicarum. Hoc tamen instrumentum inter Childeberti III diplomata non admiserunt, nec ulla hujus memoria est in Annalibus ordinis S. Benedicti; unde nobis valde suspecta est hujus diplomatis sinceritas. Imo, omnem illi fidem adimit collatio ejusdem cum notitia diplomatis inserta in chronico Fontanellensi, ap. Dacher. Spicil. t. III, pag. 197. Ad istius notitiæ exemplum fabricatum fuisse videtur instrumentum de quo agimus, et amplissimis additionibus auctum. Legitimum diploma hæc sola dona memorat: Adpicum, Novitiacum, Curbaniam, Albacohan, Nidum, Terralidum cum præstariis quinque; his autem plurima alia subjunxit diploma quod edimus. De cætero, falsarius notas chronologicas ex Fontanellensi chronico exscripsit ita oscitanter, ut etiam annos indictionis et Dominicæ incarnationis quasi ipsi diplomati subjectas addiderit, quas tamen auctor chronici per modum interpretationis adhibere se ait, ut decimum annum regni Childeberti III anno ab Incarnatione Domini alligeret. Recte quidem annus hic convenit cum anno Christi 704, sed tunc currebat indictio viij aut ix, non secunda; nec hoc anno dies xij kal. Novemb. in feriam secundam, sed in quintam incidit. Mabillonius meminit donationis villæ Adpicii Fontanellensi monasterio concessæ; verum ex chronico Fontanellensi, non ex diplomate, quod noverat certe, sed sane respuerat. Falsi aliud indicium est in hoc instru-

nostris oraculis affirmamus, retributorem Dominum A  
exinde habere confidimus. Igitur cognoscat magni-  
tudo seu utilitas vestra, quod venerabilis vir Theo-  
debertus, abbas de mo asterio quod est in honore  
peculiaris patroni nostri S. Sergii et domni Medardi  
episcopi, in suburbio Andegavis urbis constructum,  
ad nostram accessit presentiam, et clementiæ regni  
nostri suggesit quod de curtibus prædictæ sanctæ  
basilicæ, quæ nominantur Marentius, Silviliacus,  
Tannucus, Noviliacus, Senona, et Genehonnus  
[*Editi*, Genehonnus], annis singulis inferendam, soli-  
dos seu [*Ed.*, sex] inferendales, et alios seu [*Ed.*,  
sex], de remissaria auri pugensis [*ed.*, pagensis], in-  
ferendo in fisci ditiones reddebant. Et tale benefi-  
cium bonæ memoriæ avus noster Chlodoveus et gen-  
nitor noster Theodericus, quondam reges, per eorum  
auctoritatem, ad ipsum monasterium, suæ manus  
subscriptionibus, pro mercedis eorum augmento  
concesserunt, ut nullus iudex publicus in ipsas cur-  
tes, ad agendum, nec ad freda exigendum, nec ad  
mansiones faciendum, nec ad causas audiendum, nec  
ad fidejussores tollendum, nec ad pastos nec ad para-  
tas intraret, nec judiciaria potestate ullam redibi-  
tionem penitus exinde requireret, nisi quod ipsam  
inferendam idem abbas per se ipsum aut per missos  
suos annis singulis in sacellum publicum reddere  
deberet. Unde et alias præceptiones seu et confirma-  
tiones a gloriosis parentibus nostris anterioribus, ma-  
nibus eorum roboratas, se præ manibus habere  
affirmat, per quas ipsum beneficium ab ipsis princi-  
pibus fuit indultum, vel usque nunc conservatum.  
Ideoque pro firmitatis studio petiit nostram celsitu-  
dinem, ut no tra auctoritas circa ipsum monasterium  
vel ejus congregationem hoc denuo generaliter con-  
firmare deberet. Cui nos hanc petitionem, pro  
reverentia sancti ipsius loci, sicut unicuique petenti  
nequivimus denegare; sed gratanti animo præsti-  
tisse et in omnibus confirmasse cognoscite. Præcipi-

\* Trithemius hanc chartam viderat in monaste-  
rio S. Petri Erfordiensis. Ideo autem hoc inscrip-  
tumentum exscripsit et vulgavit, *Opp. historic.* pag.  
59, ut hujus falsitatem retegeret, cum monachi Ere-  
fordiani illud pro legitimo autographo vindictarent.  
Nullo quidem sigillo munitum erat, sed ostentabatur  
foramen quasi testimonium deficientis sigilli quod  
injuria temporum periisse conjiciebatur. Trithemius,  
et post ipsum Coimtus, *Annal.* t. IV, pag. 446, falsi  
indicia monstrant, quæ strictim hic attingere suffi-  
ciat. Datum dicitur diploma anno Incarnationis 706,  
indictione ix, quæ notæ chronologicæ inter se non  
concordant. Diu post annum 706 conditum fuit mo-  
nasterium de quo agitur, ut ostendunt Trith. et  
Coim. ubi supra, et auctores *Nov. Gall. Chr.* t. V,  
col. 627. Diploma hoc Dagoberto tribui nequit,  
cum nullus hujus nominis anno prænotato in Francia  
regnaverit. Dagobertum III videtur in mente ha-  
buisse falsarium, cum ejus avum appellet Chlodove-  
um, sane quia Childebertus III, pater Dagoberti III,  
Chlodoveo III successerat; sed Chlodoveus III frater  
fuit Childeberti, non pater: digna inepto falsario  
hallucinatio. De formulis insolitis silemus: nec de  
Rigoberto episcopo Moguntino questionem movebi-  
mus, ex instrumento cui nulla fides debetur. — Sic  
clarus vir de Brequigny; at nonnulla addere juvat.  
Hæc chartam vulgavit Falkeinstein in *Chronico*

mus enim ut, sicut constat in respectu ipsius ante-  
rioris præceptionis vel confirmationis, quod ipsam  
beneficium usque nunc, de tam longo tempore, at-  
que ullo contradicente, ab ipsis principibus iuribus  
legaliter fuit conservatum, ita deinceps teneatur, ut  
neque vos, neque juniores seu successores vestri,  
nec ullus quilibet de judiciaria potestate, ad agen-  
dum, nec ad freda exigendum, nec ad mansiones  
faciendum, nec ad causas audiendum, nec ad fidejus-  
sores tollendum, nec ad ullas quaslibet redibitiones  
ibidem penitus exactandum ingredi audeat; sed  
quodcumque pars fisci nostri exinde percipere aut  
exactare potuerat, nullus vestrum hoc penitus requi-  
rere præsumat, nisi tantum annis singulis ipsi solidi  
duodecim per ipsum abbatem, aut per missum eum,  
nostris ærariis inferri debeant, ut dictum est, no-  
stris et futuris, Domino auxiliante, temporibus. Igi-  
tur cum Dei et nostra gratia, per inspectas antedi-  
ctas præceptiones, sicut usque nunc ipsum benefi-  
cium semper fuerat conservatum, jubemus ut inantea  
pro mercedis nostræ intuitu in omnibus conser-  
vetur. Et, ut hæc auctoritas plenior obtineat  
vigorem, Domini misericordiam frequentius depre-  
cari, manus nostræ subscriptionibus subter eam  
decrevimus roborare.

Childebertus rex.

#### XIX.

*Diploma Dag berti III, regis Francorum, quo dona  
plurima confertur in onastio Petrimonis [seu S. Pe-  
tri in Erefordia] \* (ann. 706).*

C. gratia [in nomine] sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Tagebertus [Dagobertus], Francorum rex,  
notam facio tam clero quam populo, tam christianis  
quam paganis, quod urbem nostram nomine Merwi-  
gesburc [Merougesburg], quæ nobis hæreditatis  
[hæreditario] jure ab ipso avo nostro Merwigo [Me-  
roveo], fundatore videlicet ejusdem urbis in Thuringia,  
obvenerat, Sancto Petro et suis monachis Dæo

Thuringiæ, lib. II, part. II, p. 4101, eam ineditam,  
imo genuinam reputant. Ex archivo Erefordiano  
typis quoque mandavit Erhardus, in *Commentariis*  
diplomaticis, germanica lingua conscriptis, Ham-  
burg. 1834, t. I, p. 53, fuseque falsitatis argumenta  
exponit, silentio præteritis quæ Trithemius, Coim-  
tius, et de Brequigny scripserant. Partem hujus di-  
plomatis vulgavit quoque Placidius Mattheus in  
*Actis Academiæ Erfurthensis*, anno 1791, t. I,  
pag. 198. Erhardus testatur chartam exaratam esse  
litteris quæ proxime accedunt ad eas quibus in di-  
plomatibus imperatorum sæculi undecimi et duode-  
cimi utebantur. Constat insuper ex epistolis S. Boni-  
facii, quas videsis infra, sub anno 720 tantum  
evangelium pagani Thuringensibus prædicatum  
fuisse. Assertit Erhardus monasterium S. Petri anno  
1060 conditum, nullamque diplomatis Dagoberti  
mentionem quopiam reperiri ante annum 1250.  
Conjicit, monasterium complurimum imperregni tem-  
pore assentibus se immediate ad imperium pertine-  
re, in eundem finem monachos S. Petri contende-  
disse ab antiquo rege se regalibus prædiis donat  
fuisse. In Brequigniana editione charta ex Trithe-  
mio mutuata fuerat; rectius duxi eam vulgare ex  
Erhardo, qui autographo Erfordiano, aut exem-  
plari quod habetur autographum, n. us est. Adhibui  
tamen inter uncis lectionis varietates.



[Deo] inibi servientibus, a quo et ipse mons post fundationem monasterii quod in honorem præfati apostoli construxi, vocabulum sumpsit, deleto pagano prius nomine avi nostro [mei], Pœtri [Petri] mons vocitatus, cum omnibus servitiis suis post finem vitæ meæ [finem meum] possidenda [possidendam] regali potentia dedi us. Quali autem id Dei ordinatione factum sit indicabimus. Fuit in præfata urbe juxta ecclesiam Sancti Blasii martyris, homo Dei, nomine Adeodatus, rogatu meo a Moguntino archiepiscopo Rigiberto inclusus; qui inclusus, ob periculum animæ suæ [Deest suæ], nolens uti communionem clericorum uxoribus et armis utentibus [utentium], sepe me rogavit ut de aliquo meo monachum claustrum [ut de aliquo claustrum meo monachum] a quo divinam officium et verbum veræ fidei audiret et communionem sacri misterii perciperet [perciperet], sibi evocarem. Hujus ego ob intimam [mutuam] familiaritatem petitioni [petitioni] annuens, misi a monasterium monachorum quod simili modo construxi in Wizenburc [Selsenburg], venerabilem [et venerabilem] senioremonachum nomine Truchindum [Truchintum] inde evocans, præfato Adeodato incluso doctorem et rectorem direxi. Qui eo perveniens cepit paulatim, ex ejus doctrina et suavione inclusi, numerus credentium multiplicari, tum conversione paganorum ad baptismum, tum clericorum et laycorum ad monachicum habitum. Hoc ego cernens, et divinum in hoc favorem intelligens, tradidi sepe di tam urbem meam cum omnibus sibi pertinentibus Sancto Petro et suis monachis ibidem monachicam religionem statuendam, et abbatiam meo auxilio faciendam. Dedi præterea sancto Pœtro et suis monachis ad usus diversos, silvam quæ ob numerositatem cervorum Hirzbruil [Hirsbrulis] vocatur, a meridiana plaga urbis versus orientem, usque ad terminos regionis Orlaa [Orlavu], quam regionem Pippino palatino comite [comiti] in beneficium tradidi. Dedi nihilominus ad supradictum cœnobium villas a Sclavis in eadem silva factas, scilicet Tuneckdorf [Tuneckdorff], Tagebrechestete [Tugebrachtest], Tutelstete [Tutelstet], Neuchenrod [Neukenrodt], Hochdorf [Hochdorff], et alias plures, et aquam Geram ad capturam [captum] piscium monachis, a meridiana parte urbis usque ad terminum curiæ ministerialis mei Gisbodi [Gisboti]. Dedi etiam de curia mea, ad usus fratrum, c [quinquaginta] modios tri-

lici, c ordei, et totidem avenæ, et cætera omnia mea in Thuringia. Ad hunc mihi dilectum locum continentium [continendum] dedi ministeriales meos, cum omnium eorum subole [sobule] et possessione, quorum hæc sunt nomina: Gisboldum [Gisbotus], Elbertum [Gilbertus], Ekkehardum [Eckardus], Volfholdum [Vuolfoldus], Gisen [Hysen], Egenen [Egenhen], Woligisum [Vuolfigirus], Omarum [Omarus], Sigebertum [Sigebertus], Theodbertum [Theodobertus], Theodoricum [Theodoricus], Adelbotum [Adelbotus], Adelgozum [Adelgerus], Gelfratum [Gelferatus], Hyfridum [Hingfridus], Gunzelinum [Huntzelinu-], Guntramnum [Guntherinus], et cæteros omnes famulos meos [meos famulos], et famulas in Thuringia. Ut hæc traditio domino meo Jhesu [Jesu Christo], firma eternaliter maneat, literis nostris stabiliri fecimus, et banno Rigiberti [Rigiberti], Moguntini episcopi [episcopi Moguntini], confirmari rogavimus et anulo nostro colligavimus et sigillo nostro adhibito compleximus.

Data [Karta] Magontie, K. Martii, in presentia Rigiberti [Rigiberti] episcopi.

Signum invictissimi regis Tageberti Francorum [Francorum Tageberti]. Testes omnium harum causarum sunt hii [hi]: Pippinus major-domus et filius ejus Carolus. Maxantinus [Moguntinus] episcopus Rigibertus. Guntannus [Guntherrnus] paganus comes. Echabertus [Eckebe] comes, et omnis ecclesia in Thuringia et circa Rhenum in Magontia [Moguntia]. Acta sunt hæc anno dominicæ incarnationis septingentesimo sexto, indictione ix.

## XX.

*Diploma Childeberti III, regis Francorum, quo villam Solemium donat basilicæ S. Dionysii (an. 706).*

Childebertus [Chilcedebertus], rex Francorum, vir iuluster. Se aliquid [aliquis] ad loca sanctorum vel monastirie, quod [monasteriorum, que] pro oportunitate locis sanctorum pertinet, pristamus vel concidemus: hoc nobis ad laudem vel ad æternam retributionem in Dei nomine proficere [pervenire] confidemus. Igitur cognuscat magnetulo seu utilitas vestra, quod nus villa nostra nocopante Solemio, quæ ponitur in pago Fanmartinse [Falmartinse], super fluvio Scalt [Sale], una cum omne mereto vel adjacentias suas, et quicquid fiscus noster tam de garant. . . quam et de. . . cia [Graraniga quam de Remerteria] ibidem tenuit, vel de qualibet attractum

sed vetustissimum exemplum vidit, francogallicis, ut ait, de Re dipl. pag. 627 et 278, litteris exaratis, iisque implexis, et lectu difficillimis, ita ut Dubletus, in his scripturis legendis minime peritus, ut ipse Mabillonius docet, ad aliud exemplum ab imperita manu sæculo xiii descriptum confugerit, mendis fedatum turpissimis. Non multum ab hoc exemplo recedit apographum Insulense, ejus lectiones varias præcipuas inter parentheses apponimus. Dubleti discrepantias excubere operæ pretium non duximus. — Ejusdem diplomatis transcriptum, xiii sæculo, cum versione Gallica, exaratum, exstat in Archivo regni, in regi-t. xxii Thesauri chartarum, de quo disseruit Bonamy, in Commentariis Acad. inscript. ac human. litt., t. XXXVII, pag. 414.

\* Primus vulgavit Dubletus, Hist. abb. S. Dion. pag. 688, ex archivo Dionysiano de promptum; deinde Mabillonius. De re diplom. pag. 481, ex accuratiori exemplo in eodem archivo exstante [quod quidem non fuit cum cæteris Sandionysianis chartis in Archivum regni translatum, et probabiliter verit]. Recuderunt ex Dubleto Cointius, Ann. t. IV, pag. 447, et Miræus, Opera dipl. t. I, pag. 244; ex Mabillonio Collect. scriptor. rerum Francic. t. IV, pag. 682. Hujus diplomatis apographum, ex membranaceo rotulo sæculi xiii in archivo cameræ rationum Insulensis servato, nobiscum benigne communicavit vir veterum instrumentorum indagator diligens et perspicax, D. Godefroy, hujus cameræ chartophylax. Lectionem Mabillonii sequimur: is non autographum quidem,

ibidem possiduit, etiam et oratorio illo ad cruce, qui congiungitur ad ipso termeno de ipsa villa Solemio, qui est constructus in honore sancti Martini, cum omnis res quæ ibidem aspiciunt, ubi Madalgisus, servus noster, custos præesse veditur, id est in terris, domebus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursebus, pecolis, præsiidiis, gregis cum pastorebus, farinariis, movlebus et immovlebus, totum et ad integrum [re exquisita ad integrum] ut diximus quidquid ad ipsa villa aspiciere veditur, et usque nunc ibidem fiscus noster tenuit, ad basilica domni Dionysii marteris, ubi ipse pretiosus dominus in corpore requiescit, et venerabilis vir Chillardus \* [Tayledus] abba præesse veditur, cum omni integritate ad ipsa villa pertenente vel aspiciente, plina et integra gratia, jure proprietario, sub emunitatis nomene, cum omnes redebiciones sibi concessas, ad opus ipsius domni Dionysii, vel congregacione sua ibidem consistente, vise fuimus concessisse. Ideo per præsentem præceptione decessimus urdenandum, quod in perpetuum volumus esse mansurum, ut neque vos, neque juniores, seo successores vestri [nostri], nec quislibet de judiciaria potestate, de prædicta villa Solemio, sicut usque nunc fiscus noster tenuit, ad parte prædictæ basilicæ domni Dionysii, vel ad agentes suos, nulla refragacione [requisitione] nec nullo impedimentum facere non præsumatis: nisi, ut diximus, ex nostræ munere largetatis ipsa Solemius cum omne integritate vel soliditate [omnibus integretur vel solidetur] una cum adjacencias ad se pertinentes vel aspicientes, im-

A moque et suprascripto oratorio Sancti Martini ad cruce, seu quod ibidem aspicit, pars ipsius basilicæ domni Dionysii, vel omnis congregacio sua, omne tempore, sub emunitatis nomene, absque [jure proprietario, absque] cujuslibet refragacione aut impedimentum, habeat concessum atque indultum; ac ipsa basilica domni Dionysii marteris [nostri] præsentibus et futuris Deo auxiliante temporebus proficiat in augmentis. Et, ut hæc præceptio firmior sit, manus nostræ subscriptionibus subter eam decessimus roborare.

Childeberthus rex subscripsi

Blatharius jussus subs.

Datum quod sicut minis Marcus dies xii [Corsartince Martii die duodecimo], annum xii regni nostri b, Mamaccas, in Dei nomine feliciter [cætera desunt, a voce Mamaccas].

### XXI.

*Placitum Childeberti III, regis Francorum, quo adjudicat S. Dionysio Teloneum integrum nundinarum quæ de vico S. Dionysii translata fuerant Parisios, inter S. Laurentii et S. Martini basilicas c (ann. 710).*

Childeberthus, rex Francorum, vir iustus. Cum in nostra vel procerum nostrorum presencia, Mamaccas in palacio nostro, venientes agentes venerabili viro Dallino, abbate de basilica peculiaris patronis nostri sancti Dionysii, ubi preciosus dominus in corpore requiescit, adserebant adversus agentes industri viro Grimoaldo, majorem-domus nostri, eum quod a longo tempore Chlodovius quondam, avus noster, seu et posthæc avunculus noster Childeberthus, vel dominus

\* Pro Chillardi nomine, Mabillonius, de Re dipl. pag. 627 et 481 not. reponere jubet nomen Chainonis, seu Delphini; Chillardus enim post Delphinum, Delphinus post Chainonem, S. Dionysii monasterio præfuit. Delphinus vero adhuc huic monasterio præerat anno 16 regni Childeberti III, id est anno quarto post emissum diploma de quo agimus, ut liquet ex instrumentis quæ infra exhibebimus. Mabillonius in vetustissimo transumpto ejusmodi erratum facile irrepere potuisse arbitratur, ubi supra, p. g. 627, cum aliunde placitum Pipini in lite de Solemio et præceptum Caroli Magni confirmaverint Childeberti diploma quod expendimus. Hæc instrumenta suo ordine infra videsis. Non ita indulgenter se habet Germonius, de vet. reg. Franc. dipl. t. II, pag. 127, cui nomen Chillardi in hoc diplomate insigne vitium videtur.

b Hæc temporum notæ barbære corruptæ sunt in exemplo Dubletiano, et in Insulensi apographo: scilicet in priori *datum Corfin isre*; in Insulensi, *datum Corfartince, Martii die xij* [in regist. xxii Thes. Chart. Latine *datum Corsartince*; Gallice *données à Corsartince*]. Sic tritissima formula hujus ætatis, quod sicut *incens*, ad imperio exscipitote ignota, evasit in palatii nomen inauditum *Corfintice*, seu *Corsartince*, quod Mabillonius merito exhibet, ubi supra pag. 628; vide quoque Dipl. lib. IV, pag. 277; Mamaccas vero inter villas regias habemus in libro de villis regis, Diplomaticæ Mabillonii inserto, pag. 265. Non liquet qua die mensis Martii regnum Childeberti III initium sumpserit, ac proinde incertum est an dies 12 hujus mensis anno regni 12, Christi 705 aut 706 adjudicandus sit.

c Ediderunt ex autographo (nunc in Archivo regni,

x, scrip. 3. asservato) Mabillonius, De re dipl. p. 482, et Felibianus, Histor. abb. S. Dion. prob. pag. 18; ex Mabillonio Coll. script. rer. Franc. t. IV, pag. 684; nos ad fidem autographi accuratius recudimus. (Attamen, cujusque verbi aut potius singularum litterarum nova ab A. Teulet recensione facta, plura emendavit novissimus editor.) Ex hoc instrumento patet nundinas in festivitatis S. Dionysii celebratas in ipso S. Dionysii vico, ob cladem intercedentem, Parisios translatas fuisse, juxta sancti Laurentii basilicam; quæ occasio posteris fuit, juxta Mabillonium, Annal. t. II, p. 30, Laurentianas nundinas retinendi, tametsi Dionysianas ad pristinum locum restituit. Germonius, Vet. reg. Franc. dipl. t. I, pag. 239 et seq., hoc placitum de falso criminalis est, eo quod ibi Childeberthus fratrem suum cui successerat, Chlodoveum scilicet III, nomine Chlodocharii appellet. Mabillonius vel id tribuendum censet oscitantæ amanuensis, qui *Chlodocharium* scripsit pro *Chlodoveo*; vel conjicit binominem fuisse Chlodoveum III, ad exemplum avi sui Chlodovei II, qui alio nomine Chlotarius dicebatur, ut legitur in chronico Divionense, apud Spicil. Dacher. t. I, pag. 390, ad ann. 660; imo et ipsius Childeberti III filium, Dagoberti nomine simul et Chlodovei appellatum fuisse alio loco notavimus. Reponit Germonius nullum instrumentum ex historici fide falsi convinci posse, si liceat plura eidem regi affingere nomina, quoties opportunum videbitur. Id sane aliquam contra sinceritatem hujus placiti suspicionem movet. Autographum vero, quod propriis oculis inspeximus, omnem legitimi instrumenti speciem exhibere testatur.

d *Eu pro eo*, vox a pristinis editoribus omissa.

et genetur noster Theudericus, eciam et germanus noster Chlodocharius, per eorum precepconis, illo teleneu, quicquid de omnes negociantes aut Saxonis, vel quascumquelibet nacionis, ad ipsa sancta fistivitate domni Dionisii ad illo marcado advenientes, ad ipsa basilica Sancti Dionisii in integretate concessissent, sic quoque ut nec posthinc, nec tunc, pars fisco neve ibidem ad ipso marcado, neve infra pago Parisiaco, aut in ipsa civitate Parisius, postia nullus teleneus ad ipsus homenis negociantes de ipsa vice non exiguntur nec tolluntur, sed hoc pars predictae basilice domni Dionisii in integretate omne tempore habirit concessum adque indultum. Unde et talis precepconis predictorum principum in presente ostenduntur rolegendas. Relictas et percipi as ipsas precepconis, inventum est quod taliter ab ipsis principibus ad ipsa casa Dei in integretate fuit concessum. Postia dicebant quasi agentes ipsius viro Grimoaldo, majorem-domus nostri, eciam et comis de ipso pago Parisiaco, medietate de ipso teleneu ejusdem tollerent, vel de parte ipsius basilice abstraerent. Aserebant e contra agentes ipsius viro Grimoaldo, majorem-domus nostri, quase de longo tempore talis consuetudo fuisset, ut medietate exinde casa Sancti Dionisii receperit, illa alia medietate illi comis ad partem fisci nostri. Intendebant econtra agentes Sancti Dionisii, quasi hoc Gairinus, quondam, loco ipsius Parisiace comis, per forciam hunc consuetudinem ibidem misisset, et aliquando ipsa medietate de ipso teleneu ejusdem exinde tullisset: sed ipsi agentes hoc ad palacium sogessissent, et eorum precepconis in integretate semper renovassent. — Iterum inquisitum est per plures personas, eciam et per ipsas precepcones, quod antedictae principis ibidem in primordio <sup>a</sup> et in posterum in integretate concesserunt vel adfirmaverunt. — Sic asenciente ipso viro Grimoaldo, majorem-domus nostri, eciam et alii plures nostri fidelis visi fuerunt decrevisti vel judicasse, ut agentes ipsius viro Grimoaldo pro partem fisco nostri eisdem exinde per vuadio de ipso teleneu in integretate revestire debirent; quod ita et fecerant. Sed, dum a causa taliter acta vel definita seu inquisita vel judecata, in quantum inluster vir Sigofredus, comis palatie nostre, testimoniavit, fuisset deusceter, jobimur ut omne tempore pars predicti monastirie sancti Dionisii, ubi ipse preciosus domnus in corpore requiescit, et Dalinus, abba, vel successoris sui, ipso teleneu in integretate de ipsa fistivitate sancti Dionisii, tam quod ibidem super terras ipsius basilice resedire vedintur, quam et postia ipsa vice ad Parisius omne tempore, inspecta eorum

A anteriores precepconis, habiant evidicatum adque elidicatum. Et quatenus, antehactis temporebus, clade intercadente, de ipso vigo sancti Dionisii ipse marcatus fuit emutatus, et ad Parisius civitate inter sancti Martini et sancti Laurenti basilicis ipse marcatus fuit factus, et inde precepconis predictorum principum acceperunt, ut in ipso loco aut ubique ad ipsa fistivitate resedebant ad eorum negucia vel commercia exercienda, ipso teleneu pars predictae basilice domni Dionisii in integritate rece, erit; et se evenit aut pro clade aut per quacumquelibet delacione <sup>b</sup> interveniente, exinde aliubus fuerit ipsi marcatus emutatus, predictus teleneus in integretate ad ipsa casa Dei presentis temporebus et futuris, in lumenarebus ipsius Sancti Dionisii pro reverencia ipsius sancti loco permaniat concessus adque indultus: et sit tam inter parte fisci nostri, quam et inter agentes Sancti Dionisii, omnis lis et altergacio subita. — Actalius jussus recognovit (*Locus sigilli*.)

Datum quod ficit minis December, dies xiiij, auno xvj rigni nostri, Mamaccas feliciter.

## XXII.

*Placitum Childeberti III, regis Francorum, quo Cadolaici farinarium S. Dionysii monasterio asseritur* (ann. 710).

Childeberthus, rex Francorum, vir inluster. Venientis agentes baselere peculiaris patronis nostri domni Dionisii, ubi ipse preciosus in corpore requiescit, et venerabilis vir Dalinus, abba, custos preesse veditur, Mamaccas in palacio nostro, nobis sogessent, eu quod farinario illo in loco noncopante Cadolaico, infra termemeno Verninse, quem a longo tempore antecessoris sui ad villa ipsius basilice Latiniaco semper posiderunt; agentes inluster viro Grimoaldo, majorem-domus nostri, cum contradicerent, et dicebant, quod a villa sua Verno fuisset aspectus. Dicebant posthinc ipse agentes sancti Dionisii, eu quod de pluremum annorum spacia ipse farinarius ad ipso Verno nonquam aspexisset, nisi ad villa ipsius basilice Ladiniaco; Ebroinus, majorem-domus suo tempore, quando ipsa villa posedibat, ibidem eum fecisset aspectum, et justissime eis vel ad casa Sancti Dionisii rededebit: sed postia ipse viro Grimoaldus, majorem-domus noster, una cum nostris fedilebus, ac c usa ante se jusit advenire, ut eam diligencius inquirerit; quod ita et ficit. Sic ad ipso viro Grimoaldo fuit judecatum, ut sex homenis de Verno, et sex de Latiniaco, bone fideus in oratorio suo, seu cappella sancti Marctyni, memorate homenis hoc debirent conjurare, quod a longo tempore

<sup>a</sup> Hic priores edd.: quod antehac principis in primordio. Perperam tamen, teste autographo.

<sup>b</sup> Hic priores edd. leguntur *debecione*, quæ vox non exstat in autographo, nullumque sensum præbet.

<sup>c</sup> Exstat apud Mabillonium, de Re dipl. pa. 483, et Felibianum, Hist. abb. S. Dion. pag. 19, exscriptum ex autographo (nunc in Archivio regni, k, serm. 3, asservato), et in Coll. script. rer. Franc. t. IV, pag. 685, ex Mabillonio. Ad fidem autographi diligencius

collati recudimus (quocum novam, nec frustra, recensionem instituit A. Teulet). Multa habet hoc placitum notatu digna, de quibus in prolegomenis nostris commodius egimus. Fœdissime sermonis vitis deturpatum instrumentum, a nemine tamen, quod sciamus, de falso crimjatum fuit. Quis autem fuerit locus nomine Cadolaici appellatus videsis in opusculo domni Germani de villa regis, inserto in opere Mabillonii, de Re diplomatica, pag. 296 et 336.

semper ipse farinarius ad ipso Latiniaco, curte ipsius A  
 monastirie sancti Dionisii, aspexisset, et ibidem ju-  
 stissimi redebebatur. Set ipso sacramentum, si-  
 cut eis fuit judecatum, in quantum inluster vir  
 Sigofrius auditor ipsius viro Grimoaldo teste-  
 moniavit, quod ipse homenis ipso sacramentum  
 sicut ab ipso viro Grimoaldo fuit judecatum in omne-  
 bus vise fuerunt adimplisse : et tale iudicio ipsius  
 viro Sigofrido mano firmante, vel de anolo a ipsius  
 Grimoaldo, majorem-domus nostri, sigellatum, ipse  
 agentes accepissent, ut ipso farinario ad parte ipsius  
 Dallino abbati, vel monastirie sui Sancti Dionisii  
 elidiato urdene debiant posedire vel domenare.  
 Proinde nus taliter, una cum vobris procerebus,  
 constatit decrevisse, in quantum inluster vir Bero,  
 comis palatæ nostre, qui ad vice itemque inlustri  
 viro Grimbertho comite palati nostro adestare vede-  
 batur, testimonialit, quod memoratus Sigofridus  
 suum prebuit testimonium, quod ac causa ante ipso  
 viro Grimoaldo, majorem-domus nostri, sit acta vel  
 judecata fuisset, denuscetur ; jubemus ut memorate  
 agentes ipso farinario, ad parte ipsius Dallino abbati  
 vel monastirii sancti Dionisii, absque repeticione, su-  
 perscripto Grimoaldo, aut agentes vel heridis aut  
 successoris suos, vel contra quemlibit, inspecto illo  
 iudicio ipsius viro Grimoaldo, majorem-domus nostri,  
 sicut per eudem declaratur, omne tempore habiant  
 evindecatum adque elidiatum ; et sit inter ipsis ex  
 ac re in postmodum subita causacio. — Dagobertus,  
 ad vice Angilbaldo, recognovit. (*Locus sigilli.*)

Datum quod fuit menses December dies xiiij, ann.  
 xvj rigni nostri, Mainaccas feliciter.

### XXIII.

*Diploma Dagoberti III, regis Francorum, quo Anisolensis monasterii immunitates confirmat<sup>b</sup> (ann. 712).*

Dagobertus, rex Francorum, vir inluster, omnibus  
 agentibus presentibus atque futuris. Si petitionibus  
 servorum Dei, in quo pro opportunitatibus ecclesia-  
 rum vel monasteriis nostris patefecerint auribus, li-  
 benter audimus, regiam consuetudinem exercemus,  
 et nobis ad mercedem vel stabilitatem regni nostri  
 stabilire confidimus. Ideoque venerabilis Ibbolenus  
 abba de monasterio Anisola, qui est in pago Cyno-  
 mannico, in honore peculiaris nostri patroni pii,  
 beati videlicet Carilei confessoris, constructus, per  
 missos suos clementie regni nostri detulit in noti-  
 tiam, eo quod consobrinus noster Guntramnus rex,

<sup>a</sup> Hæ duæ voces a superioribus editoribus omisæ  
 sunt, quippe oculorum aciem fugientes.

<sup>b</sup> Eruit Martenius, Thesaur. anecd. t. I, pag. 6,  
 ex cod. ms. Anisolensi; recuderunt Collectores scri-  
 ptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 686, ex Mar-  
 tenio. Non exstat inter Acta episcoporum Cenoma-  
 nensium, ubi tot supposititiæ pro legitimis instru-  
 mentis obrusa vidimus. Beest anni nota. Hoc autem  
 diploma Dagoberto III tribuendum patet ex eo quod  
 hujus auctor patrem suum appellat Childebertum,  
 avum Theodericum, avunculum Chlodoveum, etc.  
 Si vero ad initia regni Dagoberti III diploma hoc re-  
 feramus, quod Martenio placuit, anno 712 adjudica-

ad ipsum monasterium sub omni immunitate per  
 suam auctoritatem concessisset, et hoc postea avi  
 nostri Chlotarius, et item Dagobertus, seu etiam  
 Chlodoveus, nec non et Chlotarius, etiam domnus et  
 avus noster Theodericus, nec non et avunculus no-  
 ster item Chlodoveus, et præcelsus domnus et geni-  
 tor noster Childebertus quondam reges, qui per eo-  
 rum auctoritates ipsorum manu roboratas, ipsi mo-  
 nasterio hoc confirmassent, unde et ipsas præcep-  
 tiones se ex hoc præ manibus habere adfirmant, et  
 hoc circa ipsum monasterium, nullo inquietante, as-  
 serunt conservatum. Sed pro totius rei munimine  
 postulat in hoc nostra auctoritas ut in ipso monaste-  
 rio plenius debeat confirmare ; quod nos præstitisse  
 vestra non dubitet magnitudo. Quapropter presentii  
 præcepto jubemus ut, sicut per auctoritates seu per  
 s. ripturam principum leguntur, et usque nunc fuit  
 conservatum, neque vos, neque priores, neque suc-  
 cessores vestri in causis ipsius monasterii, neque ad  
 causas audiendas, neque ad freda exigenda, nec man-  
 siones requirendo, penitus ingredi non præsumatis,  
 nisi per auctoritatem firmatam ipse abba sui que  
 successores atque congregatio eorum in ipso mona-  
 sterio, Deo auxiliante, consistentes, quod ad præseas  
 rationabiliter habere videntur, aut adhuc a Deo ti-  
 mentibus hominibus ibi fuerit additum vel augmen-  
 tatum, sub omni immunitate, inspectas ipsas præ-  
 ceptiones supra memoratorum principum, quem se  
 præ manibus ex hoc habere affirant, valeant tenere,  
 possidere, et ibidem ad ipsum locum sanctum per  
 hanc auctoritatem nostram, ut hoc quod est firma-  
 tum perenniter proficiat ad augmentum, quod potius  
 eis melius delectet pro stabilitate regni nostri Domini  
 misericordiam deprecare. Et, ut hæc præceptio no-  
 stra firmum obtineat vigorem, manus nostræ sub-  
 scriptionibus roborare, sigilloque nostro hoc decre-  
 vimus affirmare.

In Christi nomine Dagobertus rex. Data sub die xv  
 cal. Februar.

### XXIV.

*Diploma Dagoberti III, regis Francorum, quo, ad  
 petitionem Herlemundi, Cenomanensis episcopi, im-  
 munitates confirmat a regibus Francorum concessas  
 Cenomanensi Ecclesie, pro villis et monasteriis huic  
 Ecclesie subjectis, præsertim pro monasterio Anisolen-  
 si<sup>c</sup> (ann. 713).*

Dagobertus, rex Francorum, vir illuster. Tunc re-  
 galis celsitudo fundamenta sui culminis corroborat,

bimus : nam Dagobertus III regnum auspiciatus est  
 mense Aprili ann. 711, ac proinde dies 18 Januarii,  
 anno primo regni ejus, pertinet ad annum Christi 712.

<sup>c</sup> Hujus fragmentum informe admodum depromp-  
 sit Labbeus, Miscell. t. II, pag. 412, ex chartulario  
 Anisolensi. Integrum diploma insertum est inter Acta  
 episcoporum Cenomanensium, apud Mabill. Analect.  
 pag. 282, et recusum in Collect. script. rer. Franc.  
 t. IV, pag. 688. Ad id præcipue videtur conditum,  
 ut jura Ecclesie Cenomanensis in Anisolense mona-  
 sterium assererentur, et ideo exhibitum est in lite de  
 qua sæpius diximus, super his juribus mota, ut li-  
 quet ex catalogo instrumentorum tunc prolatorum,

quando petitionibus sacerdotum aut pontificum, quod pro opportunitate pertineat, obauditur, et ad effectum in Dei nomine mancipatur. Ideoque apostolicus vir dominus Herlemundus, in Christo pater noster, Cenomannicæ urbis episcopus, nobis suggestit eo quod antecessores sui ab anteriore rege parente nostro emunitates a malis hominibus fuissent furatæ, et denuo dominus et præcelsus genitor noster Hildebertus, quondam rex, integras emunitates de omnibus villis et curtis ecclesiæ suæ, et monasterium Anisola, in quo D. Karileffus, Christi confessor, corpore requiescit, quod est suæ juris ecclesiæ sanctæ Mariæ, et sancti Gervasii et Protasii martyrum, in quibuslibet pagis, vel territoriis habere videntur, etiam et monasteria sua quæ ipse in regimine habet, quæ infra urbem Cenomannicam sunt constructa, vel villas ac culta eorum in quibuslibet pagis ac territoriis, concessisset ut nullus iudex publicus nec ad causas audiendas, nec ad freda exigenda, nec mansiones aut paratas faciendas, nec pastus, nec ullas redditiones requirendas, nec exactandas quoque tempore ingredi deberet, nisi cum omnis fretus concessus quietim deberent possidere. Unde et ipsa sibi præcepta per manus habere affirmat, et ipse beneficium de eo tempore fuisset conservatus, petiit celsitudini nostræ ut hoc circa eidem in idipsum confirmare deberemus. Cujus petitionem non denegasse, sed in omnibus ita præstitisse cognoscite. Ideo per præsentem præceptionem decernimus, quod in perpetuum volumus esse mansurum, ut inspecta ipsa anteriorem præceptionem, nullus iudex publicus, neque vos, neque juniores seu successores vestri, neque quislibet ex judiciaria potestate, in villis vel curtis ipsius pontificis vel ecclesiæ suæ Sancti Gervasii et Protasii martyris, vel monasteria sua, aut curtis vel villis ipsorum, nec ad causas audiendas, nec ad freda exigenda, nec fidejussores tollendos, nec mansiones aut paratas, nec pastus faciendos, nec ullas redditiones quod ad fiscum nostrum sperare videtur requirendis nec exactandis, judiciaria potestas inibi quoque tempore ingredi non præsumatur. Sed ipse pontifex aut agentis sui ill. cc. inferendalis, et ill. sol. alios ducentos auro pagins. quod ad fiscum nostrum de ipsa villa vel de ipsis curtis suis, vel ecclesiis suis et monasteriis suis reddebantur, et in sacello publico fuit consuetudo reddendi, ipse pontifex aut successores sui, per missos suos hoc de-

vid. Baluz. Miscell. t. III, pag. 128. Hæc autem instrumenta, ut alias sæpe monuimus, regia et apostolica auctoritate falsi damna sunt, nec deinceps quisquam instrumenti de quo æginus defensionem ausus est suscipere. Illud ergo, quasi re iudicata, supposititium est annumerandum. Nusquam apparent Childerici III litteræ in hoc diplomate laudatæ, nec melioris notæ eas fuisse credibile est, si unquam existerunt. [Hoc tamen diploma, etsi valde suspectum, confirmatum fuit præcepto Caroli magni, ann. 796, quod videre est apud Mabill. Analecta, t. III, pag. 258, alteroque Ludovici Pii, anni 840, apud Baluz. Miscell. t. III, pag. 38. Insuper hoc ipsum diploma, cum præceptis Caroli Magni Ludovicique Pii, denuo confirmatum fuit a Ludovico XI, anno 1482, ut testatur

beant reddere atque transsolvere, ut diximus, ex nostra indulgentia sæpeditus Herlemundus episcopus aut pars ecclesiæ suæ vel monasteria sua, de omnibus villas vel curtis suis, cum omnes fratres concessus sub emunitatis nomine omni tempore hoc debeat possidere et dominare, et nullas requisitiones neque impedimentum a iudicibus publicis, quoque tempore, tam ipse pontifex, quam et successores sui habere non pertimescant, nisi nostris et futuris, Deo auxiliante, temporibus valeat esse conservatum, et ad ipsa sancta loca perenniter proluciat in augmentis. Et, ut hæc præceptio firmior habeatur, vel per tempora melius conservetur, manus nostræ subscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

In Christi nomine, Dagobertus rex subscripsi. — Ingobaldus optolit et subs. — Datum quod fecit mensis Martius dies ij, anno ij regni nostri, Mamaccas feliciter.

## XXV.

*Diploma Dago'erti III, regis Francorum, quo confirmat, ad petitionem Herlemundi, episcopi Cenomannensis, immunitates cenomanensium Ecclesiæ concessas pro villa Arduno* \* (ann. 715).

Dagobertus, rex Francorum, vir illuster. Si facta parentum nostrorum conservamus, nostra perenniter stabilia esse confidimus. Ideoque apostolicus vir pater noster in Christo Herlemundus, Cenomannicæ urbis episcopus, nobis suggestit eo quod avunculus genitoris nostri Hildeberti quondam regis, Hildericus quondam itemque rex, per suam præceptionem taliter antecessore suo quondam episcopo domno Berario et Aichilberto episcopo successoribus concessisset, ut quidquid de villa ipsius ecclesiæ Cenomannicæ, nuncupante Arduno, in pago Pictavio, ad fiscum sperabatur, hoc nullus iudex neque quislibet exactare deberet, et in ipsa villa nec mansiones facere, nec freda exactare, nec ullas paratas, nec ullum lucrum terrenum requirere, nec exactare præsumeret, nisi hoc in luminaribus ipsius ecclesiæ Cenomannicæ, quæ est in honore sancti Gervasii et Protasii patronis nostri constructa, deberet esse concessum; et postea denuo Aiberto episcopo, qui Berario post quondam ibidem fuit, similiter concessisset. Unde et ipsas præceptiones ipse pontifex se præ manibus habere affirmat, et de eodem tempore usque nunc ipsum beneficium asserit esse conservatum: sed pro integra

privilegium in tomæ XIX Ordinationum tertie stirpis, pag. 53 insertum.] De temporibus Herlemundi, quæ, juxta Cointium, cum notis chronologicis huic diplomati subjectis non concordant, videsis notas nostras ad Herlemundi chartam.

\* Insertum in Actis episcoporum Cenomanensium, apud Mabill. Analecta, pag. 284; recusum in Collect. script. rer. Franc. t. IV, pag. 688, fabricatum ad confirmandum instrumentum quod supra (Col. 1112), edidimus et commentitium iudicavimus; nec meliori videtur nota dignum. Herlemundus, episcopus Cenomanensis, in cuius gratiam fingitur emissum diploma hoc, nondum regnante Dagoberto III regimine Anisolensis monasterii, juxta Cointium, Ann. t. IV, p. 598, assecutus fuerat.

firmitate petiit celsitudinem nostram ut hoc denuo per nostram auctoritatem ipsi viro domno Herlemundo episcopo, vel ad ipsam sanctam basilicam sancti Gervasii et Protasii martyrum confirmare deberemus : cui nos non denegasse, sed in omnibus præstitisse et confirmasse cognoscite. Præcipientes enim ut, sicut constat ibi avunculus noster Childericus quondam rex integra immunitate de ipsa villa Arduno ad ipsam ecclesiam fecit, ita et inantea nos per nostram auctoritatem concedimus et confirmamus, ut nullo unquam tempore nullus iudex in ipsa villa non præsumat, nec causas audire, nec ulla parata, nec freda, nec qualemcumque censum aut lucrum terrenum, quod ad fisco potuerit sperare, nullo unquam tempore non præsumat requirere, nec exactare, nisi inspecta ipsa præceptione ab avunculo genitore nostro Childeberto quondam rege, nomine Childerico quondam rege, in luminaribus supradictæ basilicæ sancti Gervasii et Protasii martyrum perpetualiter debeat esse concessum atque indultum. Et, ut hæc auctoritas firmitior habeatur, vel per tempora conservetur, manu nostræ subscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

In Christi nomine, Dagobertus rex subscripsi. — Ingobaldus scripsi et subscripsi. — Data quod fecit mensis Martius dies x, anno ij regni nostri, Mamacæcas feliciter.

## XXVI.

*Diploma Dagoberti III, regis Francorum, quo jus Eccl. sic Cenomanensis in Anisolense monasterium asseritur, juxta chartam Ibboloni abbatis* (Ann. 713).

Dagobertus, rex Francorum, vir iuluster. Si petitionibus servorum Dei assensum præbemus, non solum regiam consuetudinem exercemus, sed ad æternæ felicitatis percipiendum præmium profuturum nobis esse confidimus. Igitur omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ et nostris, præsentibus et futuris, notum esse volumus, quia vir venerabilis Cenomannis civitatis, Berarius episcopus, nostram adiit præsentiam, afferens strumenta nobis cartarum, qualiter dominus Karileffus, sacerdos atque monachus, in sua parochia construxit quoddam monasteriolum, et suo antecessore domno Innocente per consensum Childeberti regis tradidit : et postea ab eo per censum in preca-

\* Hanc confirmationem commentitiæ chartæ commentitiæ abbatis Ibboloni exhibent Acta episcoporum Cenomanensium, in Analect. Mabillon. pag. 275, et apud D. Bouquet, Rerum Gall. et Franc. script. t. IV, pag. 687, in annot. fisdem refertum falsis indicitis diploma, quibus charta quam confirmat. Videsis notas nostras ad chartam ipsam. Recensetur autem diploma hoc, sicuti et charta, inter instrumenta in conventu Vermeriensi damnata, et aboleri jussa, ut dictum est.

† Gundoloni nomen per amanuensis oscitantiam scriptum pro nomine Ibboloni, ut ex ipsius diplomatis textu liquet, in cuius serie nomen Ibboloni rectius ascribitur Anisolensi abbati.

‡ Notæ chronologicæ desunt ; fictum diploma collocamus paulo post chartam Ibboloni, quam sub anno 713, Aprilis die 28, collocandam censuimus.

riam ac episcopi, suum præceptum prædictus Childebertus rex fecit, et postea antecessor suus Domnolus similiter Gallo monacho et discipulo domno Carileffo, et ab ipso Domnolo abbate facta et ordinata, precariam fecit, et super ipsam precariam Chilpericus rex suum præceptum fieri jussit. Hæc omnia memoratus episcopus Berarius nobis ostendit, deprecans ut abbati suo, nomine Gundoloni<sup>b</sup>, similiter, sicut antecessores nostri suis antecessoribus præcepta fecerunt, ita et nos fecissemus. Cujus petitionem libenti animo suscepimus, et sicut deprecatus est fieri jussimus. Proinde hoc auctoritatis nostræ præceptum fieri jussimus, per quod firmiter mandamus ut, sicut prædicto abbati a memorato Berario episcopo prædictum monasteriolum jure beneficiario datum est, ita deinceps in ejus beneficio et dominatione seu precaria diebus vitæ suæ absque ulla minoratione maneat ; et censum, sicut in precariis eorum continetur, per singulos annos Ibbolonus abbas memorato episcopo Berario suisque successoribus solvat, id est, ad lumen matris et civitatis ecclesiæ, de cera lib. iij, et fratribus canonicis in civitate consistentibus ac prædictæ ecclesiæ serviensibus, in cæna Domini plenum modium de ovis, et buticulas plenas paratas de optimo vino solvat, et episcopo ejusdem civitatis unam cambuttam bene paratam, et duos subtalares ad officium suum peragendum tribuat : et, post ejus discessum, prædictum monasteriolum ad potestatem vel dominationem memoratæ matris ecclesiæ, absque ullius detentione aut consignatione, cum omni integritate vel cum toto superposito immelioratum revertatur ; et episcopi sive rectores matris ecclesiæ, quidquid exinde juste et canonice facere disposuerint, liberam habeant potestatem faciendi. Et, ut hæc auctoritas firmitior habeatur, manus nostræ subscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

## XXVII.

*Diploma Chilperici II, regis Francorum, quo sancti Dionysii monasterio concessas immunitates confirmat* (ann. 716).

Chilperichus, rex Francorum, viris iulustribus. Oportet clemenciæ principale inter ceteras petitionis illud que pro salute adscribetur, et pro divine no-

<sup>a</sup> Sæpius typis mandatum, a Mabillonio, Acta SS. Bened. t. IV, pag. 562, et de Re dipl. pag. 484, et a Felibiano, Hist. abb. S. Dion. prob. pag. 19, ex autographo (nunc in archivo regni, n. 3 asservato) ; a Cointio, Annal. t. V, pag. 280, ab auctoribus Novæ Galliæ christianæ, t. VII, instr. col. 5, et a Collectoribus scriptorum rerum Francicarum, t. IV, p. 690, ex Mabillonio. Fragmentum ejusdem vulgaverat Dubletus, Antiq. eccl. S. Dion. pag. 684, et Childeberto II tribuerat. Cointius, Annal. t. III, pag. 83, illud sub eodem Childerici nomine annalibus suis inseruit, ad annum 679, a Dubleto in errorem inductus, quem sane retegere debuerat vir bene oculatus, cum totum diploma ex Mabillonio recudit sub vero nomine Chilperici, ibid. t. V, pag. 280 ; rex enim qui hoc diploma emisit avunculum appellat Theodericum, consobrinos Chlodoveum, Childebertum et Ba-

minis postolatur, plagabile auditum suscipere, et procul dubium ad æfectum perducere : quatenus de caduces rebus presentes seculi æterna conquiretar, juxta preceptum Domini dicentis : Facetis vobis amicis de mamona iniquetatis. Ergo de mamona iniquaetatis juxta ipsius dictum nos oportet mercare eterna celestia : et, dum sacerdotum congrua impertemus beneficia, retrebutorem Domino ex hoc habyre meriamur, in eterna tabernacula. Igetur venerabilis vir Chillardus, abba de basilica pecuñiaris patronis nostri domni Dionisii marthyris, ubi ipse preciosus domnus in corpore requiescit, clemencie rigni nostri supplicavit, ut juxta quod ab antecessoribus regibus parentibus nostris a longo tempore omnis emunaetas de villa prefate sancti basilice fuit concessa, undæ et ipsas precepconis sae per manebus habire adfirmat, et hoc usque nunc inviolabiliter adserit esse conservatum. Unde petit ut hoc per nostra auctoretatem dinuo pro rei firmitatis circa ipso sancto loco, vel homenis qui se cum substancia eorum ad ipsa baseleca tradunt vel condonant, juxta quod anteriores parentis nostri vel precelsus avuncolus noster Theodericus, seo et consobrini nostri Chlodovius, Childebercthus et Dagobercthus a quondam regis, per eorum auctoretatis ad ipsa baseleca hoc pristeterunt vel confirmaverunt : hoc iteratis circa ipso abbati concidere et confirmare dixerimus. Idio cognuscat magnetudo seu utilitas vestra, quod nos pro reverencia ipsius sancte loce, vel pro quietem ibydem Deo famolancium, prumtissima volomtati dinuo concessissae et in omnebus confirmassae vestra cognuscat solercia. Quapropter per hunc preceptum, quod specealius decernemus et in perpetuo volumus esse mansurum, jobymus ut neque vos, neque junioris seu successores vestri, nec quislibet de judiciaria potestate accintus, in curtis prefate sancte baselece domni Dionisii, ubi et ubi, in quas-cumque pagus in rigna Deo propicio nostra, quod ad die presente pars ipsius monastiriae posedire vel dominare veditur, vel quod ad Deo timentebus hominebus per ligedema instrumenta ibydem fuit concessum, aut inantia fuerit adetum adque delegatum,

gobertum ; et hæc satis Chilpericum indigitant, Chilperici II filium, ut ipse monuit Cointius, ibid. Hic autem Chilpericus vulgo dictus hujus nominis secundus, a quibusdam tertius vocatur, eo quod Chilperici II nomine appellent, ut videre est in Annal. t. II, pag. 817, Chilpericum puerum, Cariberti regis filium, qui, statim post patris mortem anno 630 extinctus, in regum Francorum catalogo a plerisque non scribitur. Diploma edimus ad fidem autographi, accuratiori lectione, a sæpe laudato domno Poirier recogniti et nova ejusdem ab A. Teulet recensione facta. De hujus sinceritate nullus suspicionem aliquam movit, nisi Germonius, sed levem, et cui non immoratur ; unde licet conjicere virum exercenda censura avidum, paucis in hoc instrumento maculis offensum fuisse. Huic diplomati affixum fuit cereum sigillum, quod pene deletum testabatur Mabilonius, in Acta SS. Bened. ubi supra et ejus nullum, præterquam in membrana foramen, vestigium jam non exstat.

\* Theoderici, Chlodovei et Childeberti diplomata

A nec ad causas rudiendum, nec ad fidejussores tollendum, nec ad freda exygendum, nec ad mansionis faciendum, nec paratas, nec nullas redebuciones requerendum, ingredire, nec exygire quoque tempore penetus non presumatur, nisi quicquid fiscus noster exinde potuerat esperare, omnia et ex omnebus pro mercidis nostri compendium, cum omnis fridus ad integrum sybymed concessus, ut dictum est, inspectas ipsas precepconis anteriorum regum, parentum quondam nostrorum, vel juxta quod presens no tra continere videtur auctoretas, quicquid ipse sanctus locus a diae presente, ut diximus, habyre videtur, quam quod inpostmodum a Deo timentebus hominebus vel a nobis ibydem fuerit adetum vel conlatum, seu quicumquæ justis et rationabiliter cum omne substancia sua ad ipso monastirio se tradedirit, et res suas per ligedema instrumenta ibidem delegaverit vel firmaverit, sub integra emunitati, ad diae presente valiat resedire quietus adque securus : et, ut dictum est, quicquid exinde forsetam fiscus noster sperare potuerat, in lumenarebus vel estipendulis seu et in elimoniis pauperum ipsius monastiriae perenniter pro nostris oracolis ad integrum in omnia et ex omnebus sit concessum adque indultum, ut eis melius dilectis pro stabilitate rigni nostri, vel pro quietem quibuslibet chunctis leodis nostrus Domini meserecordia adtencius deprecare. Et, ut hec auctoretas nostris et futuris temporebus circa ipso sancto loco perenniter firma et inviolata permaniat, vel per tempora inlesa custodiatur adque conservitur, et ab omnibus judices melius credatur, manus nostri subscriptionibus subter eam decrivemus roboraræ. — Chilpericus rex subscripsi. — Actulius jussus optolit. Datum sub diae pridiae Kalendas Marcias, anno primo b rigny nostri, in Dei nomine, Compendio feliciter.

### XXVIII.

*Diploma Chilperici II, regis Francorum, quo immunitatem a teloneis, monastirio sancti Dionysii concessam confirmat* c (ann. 716).

Chilperichus, rex Francorum, viris illustribus omnis tilenariis Masiliensis. Dum et ante has annis

in gratiam monastirii Sandionysiani emissa plura suo ordine edidimus ; Dagoberti III nullum habemus.

b Mortuo Childerico II, anno 715, mense Junio, successerunt Franci orientales clericum nomine Danielem, cui Chilperici nomen imposuerunt. Hinc patet mensem Februarium, anno regni ejus primo, in annu Christi 716 incidisse.

c Exstat ex autographo (nunc in archivo regni, x, n. 3) apud Mabilonium, Acta SS. ordin. S. Bened. t. IV, pag. 565, et de Re dipl. pag. 485, et apud Felibianum, Hist. eccl. S. Dion., pag. 21, ex Mabilonio in Coll. script. rer. Franc. t. IV, pag. 691. Iisdem concipitur verbis quibus diploma de ejusdem immunitatis concessione a Chlodoveo III emissum, quod alibi exhibuimus. Latet hucusque Dagoberti concessio. Diploma Chilperici edimus ad fidem autographi diligenter a domno Poirier cum editis collati novaque ab A. Teulet recensione instituta. Id præcipue in hoc instrumento notandum est, quod ibi Chilpericus Childerico genitorem suum appellet. illustre monumentum, ait Cointius, Annal. tom. V,

proavus noster Dagobercthus, quondam rex, solidus A  
cento eximtis de Massilia civitate, sicut ad cellario  
fisce potuerant esse exactati, ad baselica peculiaris  
patroni nostri domni Dionisii, ubi ipse preciosus in  
corpore requiescit, et venerabilis vir Chillardus abba  
preessae veditur, per sa (sic) precepcone, sua mano  
roborata, concessissit, seu et domnus vel genetur  
noster Childaericus, eciam et abuncoli nostri Chlo-  
docharius et Theodericus, quondam regis, acciam et  
nos postia per nostra precepcone hoc hlydem dinuo  
vise fuemus concessissae vel confirmasse; et taliter  
in ipsas precepconis vedittur habyre insertum, ut  
tam in ipsa Massilia, quam et per reliqua loca in  
rigna Deo propicio nostra, ubicumque telleneus,  
portaticus, pontatecus, rotaticus, vel reliquas rede-  
bucionis, quod a iudicebus publicis exigetur, de B  
carra eorum qui hoc inferre vedintur, ad missus  
ipsius baselice nullatenus requeratur nec exigatur,  
nisi hoc in omnebus annis singolis habiant conces-  
sum. Idio per presente urdenacione vobis decerne-  
mus et omnino jobimms ut, quomodo misse ipsius  
baselice domni Dionisii vel memorato abbati, hoc  
est ^..... cum paris suos ad vos vinerint, ipse soli-  
dus cento eximtis, sicut ex cellario nostro secundum  
consuetudinem, absque ulla mora vel delatacionem,  
iuxta quod ordo cataboli fuerit, omnimodis eis dare  
et adimplire faciatis: et de ipsa carra qui hoc in-  
ferre vedintur, nec in ipsa Massilia, nec per reliqua  
loca in rigna Deo propicio nostra, nullo telleneu,  
nec portatico, nec pontateco, nec rodatico, nec reli-  
quas redebucionis, nec vos, neque junioris vestri, C  
nec quislibit de parte fisce nostri requireri nec exa-  
getare penitus non presumatis. Videtis ut aliud ob  
hoc non faciatis, se gracia nostra obtatis habyre  
propicia. — <sup>b</sup> Chrodebercthus recognovit.

Datum quod ficit minsis Marcius dies e, anno primo  
rigni nostri, Compendio, in Dei nomine feliciter.

### XXIX.

*Placitum Chilperici II, regis Francorum, quo terra  
sita in Superiore Bacio præposito monasterii  
sancti Dionysii asseritur* <sup>d</sup> (ann. 716).

Chilperichus, rex Francorum, vir inluster. Cum in  
nostra vel procerum nostrorum presenciae Compen-  
dio in palacio nostro, homo alicus, nomine Friulfus, D

pag. 281, quo Chilpericus Childerici filius probatur.  
Id quidem diu ignoratum fuerat: sed et ab aliis con-  
firmatur Chilperici diplomatibus, quæ mox refere-  
mus. Cereò sigillo vallatum fuisse instrumentum Ma-  
billonius testatur, Acta SS. ord. S. Bened. ubi supra.  
Cujus sigilli fragmentum, crinita effligie et Chilperici  
nomine insignitum, membranæ adhuc adhæret.

<sup>a</sup> Hoc spatium unius vocis vacat in autographo.

<sup>b</sup> Hic in autographo quidam apparent characteres,  
sub forma monogrammatibus, quos legendos putamus:  
In Xpi nomine.

<sup>c</sup> Pristinæ editores scripserunt *dies quinque*; quæ  
temporis nota nullo modo existit in autographo, seu  
ab oscitanti scriptore ommissa, seu forsitan quia per  
hæc verba *Marcius dies* primus dies Martii intelli-  
gendus sit.

<sup>d</sup> Bis editum a Mabillonio, in Act. SS. Bened.

venerabili viro Martino preposito de baselica pecu-  
liarie patroni nostri sancte Dionisii interpelavit,  
dum dicerit eu quod porcione sua de parte socero  
suo Edrone quondam, in loco noncopante Superiore  
Bacio, ad eo libebus pervenire debeat, ei malo  
ordine contradicerit, vel post se retenerit; qui ipsæ  
Martinus dedit in responsis, quod extromentum ha-  
bibat, quem filius superscripto Edrone quondam.  
nomine Eodo, venerabili viro Chrodchario monaco  
sancti Dionisii vindedisit, et ipsa vindicione in pre-  
sente ostendedit relegenda, relicta ipsa vindicione,  
sed, dum inter se intenderint, sic a procerebus no-  
stris fuit inventum, ut illa medietate de ipsa por-  
cione in jamdicto loco Superiore Bacio jamdictus  
Martinus ad parte ipsius Sancti Dionisii habire di-  
biad. Proinde nos taliter una cum nostris procerebus  
constetit decrivissae ut, dum inluster vir Vuarno,  
comis palati nostri, testimoniarit, fuit iudecatum;  
quod ac causa sic acta vel in quesita fuissit denuncetur,  
jobimms ut memoratus Martinus ipsa medietate  
de jamdicta porcione in ipso Superiore Bacio,  
quicquid ad ipsa medietate aspicere veditur, una  
cum terris, domebus, edeficiis, acolabus, mancipiis,  
campis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve de-  
coursebus, adjaecenciis, apendiciis ad se pertentis,  
pecuniis, presidiis, farinariis, gregis cum pasthore-  
bus, omnia et ex omnebus, rem exquesita, illa me-  
diestate ad integrum, inspecta vel estante eorum es-  
tromenta, absque repeticione superscripto Friulfo  
vel herilis suos, ad partes sancti Dionisii omne  
tempore habiant eviudecata adque elidiata, et sit  
inter ipso Friulfo suisque heridebus vel agentis  
domni Dionisii, omni tempore subita causacio. Et,  
dum ipse Martinus in causa ipsius baselice domni  
Dionisii contra ipso Friulfo, tam illa fructa de illa  
alia medietate, quam et illa fide facta per vudadio suo  
in presente visus fuit transsolsissae, jobimms ut  
omne tempore tam ipse Martinus vel pars domni  
Dionisii, absque repeticione ipsius Friulfo vel heridis  
suos de ipsa fide facta vel ipsa fructa ducti et secure  
valiant resedire. — Ermedrammus r. cognovit et  
subsc.

Datum quod ficit minsis Marcius dies vii, anno i  
rigni nostri, Compendio, in Dei nomine feliciter.

t. IV, pag. 563, et in opere de Re dipl. pag. 425,  
ex autographo (nunc in archivo regni. x, scrip. 3  
asservato); iterum ex autographo a Felibiano, Hist.  
abb. S. Dion. prob. pag. 21; ad fidem Mabillonii  
recusum in Collect. script. rer. Franc. t. IV, p. 631.  
Huic instrumento sigillum cereum affixum fuit, ut  
testatur Mabillonius in Act. SS. Bened. t. IV, præfat.  
pag. iv, quod jam media sui parte detritum erat  
cum illud inspexit, anni sunt plus centum viginti.  
Quod quidem fragmentum, crinita regis effligie insig-  
nitum, adhuc existat. Autographum ob styli et apic-  
ulum salebras, fatente ipso Mabillonio, lectu difficil-  
limum, a domno Poirier recognitum exhibemus,  
nova ejusdem ab A. Teulet recensione facta. Hujus  
placiti formulæ conveniunt cum formulis aliorum  
hujus ætatis placitorum.



## XXX.

*Diploma Chilperici II, regis Francorum, quo centum vaccas annuatim monasterio S. Dionysii concedit, sicut olim a Dagoberto rege concessas fuerant* <sup>a</sup> (ann. 746).

Chilperichus, rex Francorum, vir inluster. Se facta parentum nostrorum conservamur, regia consuetudine exsercemus, et nostra in postmodum estabiles esse confidemus; precipue petitionibus sacerdotum, quod pro eorum confirmanda beneficia pertinet, libenter obaudimus, vel effectui in Dei nomine mancipamus, hoc nobis ad mercedis nostri augmentum pertinere confidemus. Idioquæ venerabilis vir Chillardus, abba de baselica peculiaris patronis nostri domni Dionysii marteris, ubi ipse preciosus dominus in corpore requiescit, clemencie regni nostri rogavit eo quod bone memorius proavus noster Dagobertus, quondam rex, per sua auctaretate mano sua roborata, vaccas cento soldaris quod in inferenda de pago Cinomaneco in fisce ditionibus sperabatur, ad ipsa sancta basilica annis singulis concessissit. Unde et cessionem ipsius princepae, seu et confirmacionis avo nostro Chlodovio et bone memorae genitore nostro Childerico vel avunculo nostro Theoderico, seo et consobrinus nostrus Chlodovio, Childebertho et Dagobertus quondam regebis, eorum manebis roboratas, se ex hoc per manebis habire a firmat; et sicut ipse beneficius ad ipsa baselica ab ipsis princepibus fuit concessus vel indultus, annis singulis a judiciaria potestate loco illius reddere vel adimplire commemorat. Sed pro firmitatis estodium, petit celsitudinem nostri ut hoc circa ipso abbati vel memorata sancta basilica nostra hoc plinius daberit auctoretas perpetualiter confirmare. Cujus petitioni, pro reverencia ipsius sancte loco, gradante animo pristetisse, vel in omnibus confirmasse vestra conperiat magnetudo. Precipientis enim jobinnus ut, sicut constat antedictus princeps Dagobertus, quondam rex, ipsas vaccas cento inferendalis de superscripto pago Cinomaneco, quod annis singulis in fisce ditionibus sperabatur, per sua auctaretate ad ipsa baselica concessit,

<sup>a</sup> Edidit Mabillonius ex autographo (nunc in archivo regni, n. scrip. 3 asservato) in Actis SS. ordin. Ben., t. IV, pag. 564, et iterum in opere De re diplomatica, pag. 486; ex eodem autographo Felibianus, Hist. abb. S. Dion. prob., pag. 21. Recuderunt ex Mabillonio Cointius, Annal. t. V, pag. 282, et Coll. script. rer. Franc. t. IV, pag. 692. Hujus diplomatis fragmentum prius ediderat Henschenius in exegesi de genealogia regum Dagobertinorum, sed inaccuratum et valde mutilum. Fragmentum idem Cointius exhibuit t. IV Annalium, pag. 528, et denuo t. V, pag. 282, ad latus integri diplomatis. Hoc instrumento totam genealogiæ suæ seriem pandit Chilpericus II, Dagobertum enim proavum suum appellat, Chlodoveum genitorem, Theodericum avunculum; Chlodoveum vero, Childebertum, et Dagobertum (scilicet hujus nominis tertium) consobrinus vocat. Ex accurata domni Poirier recognitione, novæque ab A. Teulet ad fidelem archetypum recensione facta, diploma hoc edimus, si ut et alia ejusdem regis quæ præce sunt.

A et hoc a judiciari potestate annis singulis conservare vel adimplire veduntur: ita et deinceps inspectas ipsas auctoretatis vel confirmacionis predictis princepibus per nostrum preceptum plinius in Dei nomine confirmatum circa ipso sancto loco perevenerit in omnibus valiat esse conservatum adque indultum, et ibidem nostris et futuris, Deo auxiliante, temporibus proficiat in augmentis: ita ut eis melius delectit pro estabilitati regni nostri ad ipso sancto loco Domini meserecordia adtencius deprecare. Et, ut hec auctoretas firmior habiatur et per tempora conservitur, manus nostri subscripcionibus subter eam decivemus roborare.

Chilpericus rex subscripsi. — Actulius jussus optolit.

B Datum quod sicut minis Marcus dies XVI, anno primo regni nostri, Compendio, in Dei nomine feliciter.

## XXXI.

*Diploma Chilperici II, regis Francorum, quo forestam de Gemetico et alia dona a prædecessoribus suis Fontanellensi monasterio collata confirmat* <sup>b</sup> (ann. 746.)

Chilpericus, rex Francorum, vir illustris. Decet clemencia principali petitionibus sacerdotum quod oportunitatis locis sanctorum pertinet obaudire vel effectui in Dei nomine mancipare. Ideoque venerabilis vir Benignus, abba de monasterio Fontanella, quod est in honore sancti Petri et Pauli apostolorum vel sancti Laurentii martiris, infra diocesi Rothomagensi super fluvium Serana constructum, ubi ipse abba cum turba plurima monachorum sub sancta regu'a conversare videntur, nobis suggestit eo quod, cum pro preceptionibus avi nostri Clodovei regis, seu et avunculi nostri Clotarrii et Theoderici vel genitoris Childerici et parentum nostrorum Childeberti et Dagoberti, etiam pro quolibet stramento cartarum ad ipsum monasterium a quibuslibet rebus atque corporibus, seu etiam forestam de Gemetico, vel quod a Deo timentibus hominibus ibidem fuerit adductum vel conlatum, et adhuc inantea est melioratum vel donatum, per eorum au-

<sup>b</sup> Exhibemus quale insertum est et confirmatum in litteris autographis Philippi V, regis Francorum, anno 1319 emissis, quarum apographum exstat in chartophylacio nostro, ex archivo Fontanellensi depromptum. Ediderunt Chilperici diploma Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 693, ex schedis bibliothecæ S. Germani a Pratis. Illud Mabillonius, Annal. t. II, pag. 48, a se retulisse in appendice hujus tomi; sed quod ibi frustra quaesieris. In edito plura desunt, quæ italico, ut vocant, characterè exprimentia curavimus. In apographo nostro tota Gemeticensis silva Fontanellensi monasterio conceditur, quæ quidem in contextu vulgato, solo forestæ de Gemetico nomine concessa dicitur, non totius forestæ: quod non inter, olationi in exemplo diplomatis a Philippo V confirmati, sed omissioni in edito potius tribuendum censuimus. Ad calcem apographi in chartophylacio nostro existens legitur, plura apographa litterarum Philippi in archivis Fontanellensibus asservari, quas etiam reperire est in Fontanellensi chartulario, quod sæculo XV videtur exaratum.

cloritas concessissent vel confirmassent; unde et ipsas preceptiones suprascriptorum principum, seu et alias preceptiones avunculi nostri Theoderici et parentum nostrorum Clodovei et Childberti quondam regum, qualiter hoc ibidem denuo concessissent vel confirmassent, vel totam ipsam forestam Gemmeticam ad ipsam sanctum locum concessissent, nobis in presenti ostendit relegendas, et ipse hoc presenti tempore quieto ordine possidere vel dominare probatur, sed pro integra firmitate petiit memoratus abba celsitudinem nostram, ut hoc circa ipsum locum sanctum per nostram plenius auctoritatem confirmarem, cujus petitionem ita prestiti se vel confirmasse cognoscimus. Precipimus ergo ut quicquid per preceptiones suprascriptorum principum, seu confirmationes vel vendiciones, donationes, cessiones, commutationes, pactiones, vel pro quolibet strumento cartarum de fisco nostro, seu etiam forestam Gemmeticam, vel a Deo timentibus hominibus, in quibuslibet pagis, locis atque territoriis, ad ipsum monasterium Fontanellam fuit additum vel conlatum, aut delegatum vel concessum, et hoc presenti tempore ibidem justum aut legale videtur esse possessum, ita et inantea sit per nostrum preceptum plenius in Dei nomine confirmatum. † Inspectas ipsas preceptiones seu instrumenta quæ exinde habent confirmamus, et sicut per ipsas declaratur, memoratus Benignus abba seu successores sui aut ipsa congregatio qui in ipso monasterio Fontanella per tempora conversaverint, hoc habeant, teneant atque possideant, et ad ipsum sanctum locum nostris et futuris temporibus, Deo auxiliante, jure proprietario proficiat in augmentum. Et, ut hec auctoritas firmiter habeatur et in omnibus conservetur, manu nostra subter eam decrevimus affirmare. Chilpericus rex subscripsit. Datum quod fecit mensis Martius dies xxv, anno primo regni nostri, Compendio, in Dei nomine. Fredebertus scripsit.

## XXXII.

*Diploma Chilperici II, regis Francorum, quo plurima dona confert monasterio Corbeiensi (ann. 716).*

Chilpericus, rex Francorum, vir inluster. Omnibus agentibus tam presentibus quam et futuris. Quidquid in luminaribus locis sanctorum, vel pro oportunitate servorum Christi concedimus, et quæ parentes nostri pro eorum mercede concesserunt, pro nostris oraculis confirmamus, ad inmercedem nobis vel pro stabilitate regni pertinere confidimus. Igitur religiosus et venerabilis abbas de monasterio cognominante Corbeia, qui ponitur in pago Ambianense,

\* Vulgavit Labbeus, Miscell. t. II, pag. 436, sibi traditum a Sirmondo, qui illud ex Vindocinensi codice manuscripto eruerat. Recedit Lalande in supplemento ad Concilia Galliæ, pag. 72, et anno Christi 715 tribuendum judicavit: perperam, cum Chilpericus II hoc ipso anno regnum auspicatus fuerit mense Junio, ac proinde mensis Aprilis anni primi regni ejus anno Christi 716 adjudicandus sit. Iterum ediderunt ex Labbeo Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 663. Id habet præcipue no-

quem præcelsus avunculus noster Chlodecharius quondam rex, vel domna et ava nostra Baldechildis, quondam regina, ob amorem Christi, in honorem SS. Petri et Pauli principum apostolorum, et sancti Stephani martyris visæ fuerunt construxisse, ad nostram accessit præsentiam, clementiæ regni nostri suggestit eo quod præfatus avunculus noster Chlotarius quondam rex, sen etiam dicta ava nostra domna Baldechildis regina, unde luminaria monachi ibidem consistentes habere deberent, de teloneo de fossas annis singulis ad ipso monasterio concesserunt: hoc est, oleo lib. x millia, garo modios xxx, pipere<sup>b</sup> lib. xxx, cumino lib. cl., cariofi<sup>o</sup> lib. ii, cinamomo lib. v, spico lib. ii, corto lib. xxx, dactilibus lib. l., carigas lib. c, amandolus lib. c, pasticibus lib. xxx, olivas lib. c, hidrio lib. l., cicer lib. cl., æridia lib. xx, auro pigmento lib. x, seoda pelles x, cordellixæ pelles x, carta tomi l.: ita ut telonaria, qui post teloneo fo sense agere videbatur anno illatione hæc omnia ad missos ipsius monasterii, qui inde directi fuerint, dare et adimplere, imoque, et evectioe ad ipsius missos, qui hoc exigere ambularent, perpetualliter, absque renovata tractoria, annis singulis dare præcipimus: hoc est, veredos sive paraveredos decem, panisnited. decem, sequentes vegente, vino mod. i, cervisa mod. i, lardo lib. x, carne ponda vegente, cassio lib. xii, pisus lib. xx, capro i, pullos xi, ova x, oleo lib. ii, garo lib. i, piper uncia i, cumino uncias ii, sal, acetum, olera, lignum sufficienter. Hæc omnia superius commemorata locis convenientibus, annis singulis, eisdem tam euntibus quam redeuntibus absque mora dare et adimplere deberetis; etiam ad revertendum carra xii, de loco in loco, per loca consuetudinaria, usque quod ipse cellarius ad ipso monasterio perveniebat, eis dare deberetis, qualiter pro eorum mercede, absque dispendio ipsius monasterii, deberet provenire. Unde et ipsa præscriptione subscripto avunculo nostro Clodecario, nec non et ava nostra Baldechilde regina, sed et confirmatione domne et genitore nostro Childerico quondam rege, ipse venerabilis Sebastianus abba, nobis in presente de hoc protulit relegenda, vel se ex hoc præmanibus habere affirmat; sed pro firmitate studium petiit ipse domnus Sebastianus celsitudine nostra, ut hoc circa ipso, vel ipso monasterio Corbeia aut successores suos, vel ipsa congregatio quæ in ipso monasterio consistere videtur, pro nostra auctoritate plenius in Dei nomine confirmare et concedere deberemus. Cujus petitionem gratante animo per mercedis nostræ compendium, vel pro reverentia ipso sancto loco, ita præstitisse et confirmasse, seu et ad

tatu dignum diploma hoc, quod præter ea quæ præcedentia hujus regis diplomata docent de ipsius genealogia, ibi Baldechildem reginam aviam suam appellet. Illustratur hoc eodem instrumento series abbatum Corbeiensium, et Sebastiani abbatis ætas aseritur; de quo videtis Cointum, Annal. t. IV, pag. 580, et Mabillonium, Ann. SS. ord. S. Bened. t. II, pag. 45.

<sup>b</sup> Ex hoc uno diplomate comperimus nonnullas res, species vulgo nuncupatas, in commercio fuisse.

nostro præcepto concessisse et confirmasse cognoscite, præcipientes ut ipso cellario de jam dicto teloneo fossense, sed et ipsas tractorias vel inspectas ipsas præceptiones memoratis principibus, sicut per easdem declaratur, pro hac nostra auctoritate plenius in Christi nomine confirmatum, telonario quam et reliqui iudices subscripto cellario ad missos ipsius monasterii dare et adimplere procuretis, etiam dum in loco fuerint demorati, suprascripta præbenda eis dare studeatis; immoque et reliqui iudices pro locis convenientibus de constituta evectione tam carrale quam navale, seu et suprascripta præbenda eisdem omnimodis nostris et futuris temporibus absque mora vel dilatione dare et adimplere annis singulis faciatis, quatenus pro nobis per beneficium integram et perpetuam debeat pervenire mercedem. Et, ut hæc præceptio firmiter habeatur, vel per tempora conservetur, manus nostræ subscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

Data sunt sub die tertio kal. Maii, anno primo regni nostri, Compendio, in Dei nomine feliciter.

## XXXIII.

*Diploma Chilperici II, regis Francorum, quo silvam Roveritum donat monasterio S. Dionysii* <sup>a</sup> (ann. 717).

Chilperichus, rex Francorum, vir iustus. Se aliquid ad loca sanctorum de nostris munerebus pristamus vel concilemus, hoc nobis ad mercedem vel stabilitate regni nostri in Dei nomine pertinere confidemus. Ideo cognoscat butiletas seo magnetudo vestra, quod nos foreste nostra Roverito, cum omnem jure vel termene suo ad integrum, que est in pago Parisiaco, super fluvium Sigona, una cum illo forestario nomine Lobicino qui commanet in fisco nostro vetus Clippiaco, una cum mansus quod in ipso Clippiaco tenere videtur, vel terras ad ipsus mansus aspicientes ad integrum, ad basilica peculiare pa-

<sup>a</sup> Editum a Dubleto, Antiq. S. Dion. pag. 689, et Felibiano, Hist. abb. S. Dion. prob., pag. 22, ex originali; a Cointo, Annal. t. IV, pag. 539, et Collectoribus scriptorum rerum Francicarum, t. IV, p. 694, ex Dubleto. Specimen hujus instrumenti æri incidi fecit Mabillonius, de Re dipl. pag. 385. Edimus collatum cum autographo a D. Poirier, qui in his sæpe nobis et humanissime adfuit [novaque ad fidem ejusdem autographi, in archivo regni, x. scrip. 4 nunc asservati, ab A. Teulet recensione instituta]. Sigillum exhibet Mabillonius, et monet vocem *bene valete*, post subscriptionem legi compendiosis litteris. In hoc diplomate nihil videtur Cointo, ibid. pag. 590, quod historiae chronologicæque refragatur; sed ipsum valde movet frequens et barbara vocalium permutatio, quam ait in hujus ætatis publicis instrumentis non occurrere. Verum, tanti viri pace dixerimus, his scaturit vitiiis autographa Merovingica, quæ videtur plerique non nisi ex emendatis apographis novisse. Ex aliis iudiciis falsum suspicatus est Germonius, de vet. reg. Franc. diplom. t. II, pag. 129 et seq., tum quia referendarii vel notarii vices in hoc diplomate experere videtur Raganfridus major-domus, quod insolitum arbitrat, et dignitati parum conveniens, tum quia Turnoaldus episcopus, scilicet Parisiensis, Sandionysianus abbas anno secundo regni Chilperici dicitur, quod fieri non potuit, nisi

A tronis nostri sancti Dionysii, ubi ipse preciosus dominus in corpore requiescit, vel ubi dominus Turnoaldus episcopus custos preesse videtur, ad petitione illustri viro Raganfrido majorum-domus nostro, plena et integra gracia ad diem presente vise fuemus concessisse. Quapropter per presente preceptione specialius decernimus urdenandum, quod in perpetuum circa ipso sancto loco mansurum esse volumus, ut ipsa foreste nostra Roverito, cum omnem jure vel termene suo ad integrum, una cum superscripto forestario vel mansus suos, cum terras vel prata in ipso Clippiaco ad integrum, ipse dominus Turnoaldus episcopus ad ipsa sancta basilica domni Dionysii martheris plena et integra gracia ex nostro munere largitates hoc habiat concessum adque indultum, ut eis inantia semper melius delectit pro stabilitate regni nostri, vel pro salute patrie, domini meserecordie adtencius exorare, et nulla requesicione, nec nullo inpimento ad iudicibus publicis, tam in nostro tempore quam et ad succedencium rigum, ob hoc habire non pertemiscant, nise ad superscripta sancta basilica domni Dionysii, nostris et futuris temporibus, proficiat in augmentis. Et, ut hæc preceptio firmiter habiatur, vel per tempora conservetur, manus nostri subscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

Chilpricus rex subs.—Raganfridus optolit. (*Locus sigilli.*)

Datum pridie kalendas Marcias, annum secundum regni nostri, Compendio, in Dei nomine feliciter.

## XXXIV.

*Diploma Chilperici II, regis Francorum, quo Fossatensi monasterio concessa privilegia confirmat* <sup>b</sup> (ann. 717).

Chilpericus, rex Francorum, V. I. Si iustis petitionibus servorum Dei aures nostras accommodamus, conuetudinem regiam exercemus, et hoc nobis pro-

quatuor fuerint sancti Dionysii abbates, intra octo vel novem annorum spatium. Ad id reponimus, ideo forte Raganfridum diploma hoc vice referendarii obtulisse, quod fuerit ad suam petitionem emissum, ut docet ipse diplomatis contextus. De chronologia abbatum monasterii S. Dionysii, et de Turnoaldo episcopo simul et abbate seu custode hujus monasterii, videsis Mabill. Annal. t. II, pag. 49; Dubois, Histor. eccl. Paris. t. I, pag. 215; Felibian. Hist. abb. S. Dion. pag. 36; Nov. Gall. christ. t. VI, coll. 32; hinc patet nihil esse quod repugnet in his quæ habet hoc instrumentum de Turnoaldo.

<sup>b</sup> Vulgavit Mabillonius, de Re diplom. pag. 486; e schedis suis; recuderunt Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 635, et Novæ Gallie christianæ auctores, t. VII, instrument. col. 6, ex Mabillonio. Fragmentum ediderat Labbeus, Miscell. t. II, pag. 438; sed, quod perperam pro Glannafoliensi monasterio emissum arbitratus est, ut Mabillonius monuit, Annal. t. II, pag. 49, Cointius, a Labbeo in errorem inductus, idem fragmentum in Annalibus suis inseruit, t. IV, pag. 593, quasi monachis Glannafoliensibus concessum. Abbas Fossatensis, qui in hoc diplomate Waldemarum appellatur, ab aliis vocatur Waldorannus, teste Nov. Gall. Christ. t. VII, col. 284.

cul dubio ad statum animarum nostrarum et ad profectum regni nostri prodesse credimus. Ideo venerabilis vir Waldomarus abbas, considerans infirmitatem et imbecillitatem corporis sui, et frequentes infirmitates quibus illum Dominus castigare dignatus est, pertractans cum omnibus fratribus qui monasterio Fossat., in pago Parisiaco, omnipotenti Deo deservire videntur, clementiæ regni nostri suggestit ut, secundum eorum privilegium quod ab antecessoribus nostris et pontificibus conservatum fuit, a nobis etiam præ reverentia sanctæ Dei genitricis et Virginis Mariæ et SS. apostolorum Petri et Pauli, et pro intuitu animæ nostræ et æterna retributione per cuncta tempora maneat confirmatum atque conservatum. Proinde ipsi abbati vel suis monachis tale præceptum et confirmationem fieri rogamus, una cum consensu majoris-domus nostræ Raganfredi, ut quicquid in ipso eorum privilegio loquitur, hoc nos pro nostra auctoritate et successorum nostrorum per tempora conservatum et inviolatum esse volumus atque decrevimus: et omnino hoc jubemus ut in ipso monasterio nulla extranea vel opposita persona sine voluntate abbatis vel fratrum suorum ad dominandum vel competendum ingredi præsumat; sed juxta privilegium quod nostræ præsentis præsentaverant, quem abbas elegerit, et illa pars monachorum melior, de ipsa congregatione, vel si necessitas fuerit, de quolibet monasterio, post decessum abbatis, vel quandocumque ipse abbas voluerit, omnia cum ipsius consensu et voluntate subjectorum suorum, licentiam habeant constituere abbatem, sicut in eorum privilegio manifestissime designatur. Ita tamen ut talis eligatur, qui corpore sit castus, mente devotus, sacris scripturis conditus, et conversatione regum ari instructus; ut ipsi monachi sub quieto ordine viventes, nihil patientes inquietudinis, pro statu regni nostri vel pro salute totius populi melius et melius exorare delectet. Unde et confirmationem principis, consobrini nostri, Dagoberti quondam regis se ex hoc præ manibus habere affirmat; et ipsum beneficium concessum de eo tempore usque nunc videtur esse conservatum, ita et inantea inspectas ipsas præceptiones superscriptas principum, sicut per easdem declaratur, omni tempore ipsum beneficium concessum valeat et conservatum. Et, ut hæc præceptio firmior sit, manus nostræ subscriptionibus subter ea decrevimus confirmare.

Chilpericus rex subs. Ado jussu obtulit.

Data sub die vij kal. Maias, anno ij regni nostri, Parisius civitate, feliciter.

XXXV.

*Diploma Chilperici II, regis Francorum, quo villam Martem donat Metensi basilicæ sancti Arnulphi (ann. 717).*

Chelpericus [Meuriss., Chilpericus], rex Francorum, vir iulster. Si aliquid ad loca sanctorum prestatum vel concedimus, hoc nobis ad laudem vel stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus, ut eis [M., eos] melius delectet pro nos vel [M., nobis vel pro] stabilitate regni nostri, Domini misericordiam jugiter deprecare. Ideo cognoscat utilitas seu magnitudo vestra, quod nos villam nostram nuncupante Marte, sitam in pago Moslinse [M., Mollinse], una cum omni integritate sua, quantumcumque fiscus noster ibidem esse videtur, ad basilicam sancti domini Arnulphi vel sanctorum apostolorum, ubi ipse pretiosus corpore requiescet [M., in corpore requiescit], hoc est, sub oppidum Metensium civitatis, ubi venerabilis vir Loubertus abba una cum norma plurima clericorum deservire videntur; pro mercedis nostræ augmentum [M., augmento], vel pro reverentia ipsius sancti loci, a d e presente, jure proprietario [M., proprietario], sub emunitatis nomine, plena et integra grata [M., gratia], visi fuimus concessisse. Quapropter per hunc [M., hoc] præceptum specialius decernamus [M., decernimus] ordinandum, quod perpetuo erga ipsorum loco [M., locum] mansurum esse volumus, ut ipsa villa superius nominata, hoc est, una cum terris, domibus, ædificiis, mancipiis, aclas [M., aclis], vineis, campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, adjunctis, adjacentiis, apendiciis, gregis [M., gregibus] cum pastoribus utriusque generis sexus, omnia et ex omnibus, re exquisita, ad integrum, quicquid de rebus noster [M., nostris] ibidem tenetur ipsa [M. in ipsa] villa Marte, una cum omni merito vel soliditate ad se pertinente ipsius [M., ipse] Loubertus abba ad partem ipsius sancti domini Arnulphi [M., Arnulphi] vel sanctis apostolis [M., sanctorum apostolorum], ex nostrorum largitatis jure proprietario, sub emunitatis nomine, cum omni fisco concessus hoc habeat concessum atque indultum: et quicquid ipse vel successores sui, pro opportunitate ipsius sancti loci exinde facere decreverint, liberam in omnibus D habeant potestatem, ex nulla requisitione, et ex nullo impedimento a iudiciis publicis, cum nostro tempore, quam et succedentium regum exinde habere non pertimescat. Et [M., et ut] hæc præceptio firmior sit, manus nostræ suscriptionibus subter eam decrevimus roborare.

Chilpericus rex subscrips

Dies [M., datum] quod fecit mens. [M., mensis] Jun. vii, anno secundo regni nostri, Compendio placatio<sup>b</sup> nostro.

<sup>a</sup> Exstat apud Meurissium, Hist. episcop. Metens., pag. 144, ex archivo S. Arnulphi depr. mptam. Recederunt Coinius, Annal. t. IV, pag. 593, et Calmetus, Hist. Lothar. t. II, pag. 110, x Meurissio. G. Ilice versum edidit Valladierus, Basil. S. Arnulphi, pag. 177. Nos exhibemus ad fidem apographi domini

Tabouillot, congregationis sancti Vitoni, qui illud expressit ex archivo sancti Arnulphi, et in nostram chartophylacium invexit. Lectiones varias ex Meurissio excerptas inter uncas apponimus.

<sup>b</sup> Corrupta vox placatio, pro palatio; frequenter e Compendio palatio Merovingica diplomata emissa

## XXXVI.

*Diploma Chilperici II, regis Francorum, quo Sithiensi monasterio col'a a dona et concessas immunitates confirmat* <sup>a</sup> (ann. 718).

Chilpericus, rex Francorum [vir inluster]. Si facta parentum nostrorum, quod ad loca sanctorum præstiterunt vel concesserunt, per nostris oraculis confirmamus, regia consuetudine hoc exercemus, et nobis ad laudem vel stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Igitur venerabilis vir Erchembodus abba de monasterio Sidiu, qui est in pago Terrannense in honore sanctæ Mariæ genitricis Domini nostri Jesu Christi, nec non et sancti Petri et Pauli apostolorum, vel ceterorum demnorum sanctorum constructus, ad nostram accedens præsentiam, clementiæ regni nostri suggestit quod avus noster Chlodoveus, quondam rex, de omnibus curtis vel villis ipsius monasterii, quicquid eodem tempore possidebant, aut adhuc inantea ex munere regum, vel collata populi, seu de comparato, aut de qualibet adtracto in quibuslibet pagis atque territoriis inibi est additum vel collatum, integra emunitate antecessori suo domno Bertino, quondam ipsius monasterii abbate, vel ad prædictum monasterium concessisset, ut nullus iudex publicus ibidem ad causas audiendas, aut freta exactanda, vel fidei iussores tollendos, nec mansiones aut paratas faciendas, nec homines ipsius monasterii, tam ingenuos quam et servientes, qui sæper terras suas commanent, distringendos, nec ullas redibitiones requirendas, nec exactandas, judiciana potestas ibidem ingrediere quoquam tempore non deberet, nisi sub emunitatis nomen omni tempore, cum omnes fretas concessas pars ipsius monasterii perenniter deberet possidere. Unde et præceptiones ipsius videlicet principis avi nostri Chlodovei, et confirmationes prædecessorum avunculorum nostrorum Chlochocharii et Theoderici, seu et genitoris nostri Childerici, etiam et consobrinorum nostrorum Chlodovei et Childeberti, quondam regum, se ex hoc præmanibus habere affirmat, et quod ipsa beneficia concessa ab eo tempore usque nunc videant esse conservata: sed pro integra firmitate petiit celsitudinem nostram memoratus abbas, ut hoc circa ipsum locum pro nostra auctoritate plenius confirmare deberemus. Cu-

**A** jus petitioni pro mercedis nostræ augmentum, vel reverentia ipsius loci ita præstitisse, et in omnibus confirmasse cognoscite. Præcipientes enim præcipimus ut, quicquid constat suprascriptum avum nostrum Chlodoveum, quondam regem, de ipsa emunitate, sicut superius est comprehensum, præfato Bertino, vel postea ipsi avunculi nostri Chlochocharius et Theodericus, seu et genitor noster Childericus, etiam et consobriini nostri Chlodoveus et Childebertus, quondam reges, juste et rationabiliter quondam concesserunt et confirmaverunt, et de eo tempore usque nunc recto tramite fuit conservatum, ita et inantea per nostro præcepto plenius in Dei nomine confirmare deberemus, inspectas ipsas præceptiones suprascriptorum principum, sicut per easdem declaratur, circa ipsum abbatem Erkembodum vel successores suos, et ad ipsum monasterium Sidiu omni tempore ipsa beneficia concessa in omnibus valeant esse conservata, et nulla refragatione, nec nullum impedimentum a iudicibus publicis exinde quoquam tempore habere non debeant, unde ipsa congregatio, pro stabilitate regni nostri vel salute patriæ, Domini misericordiam jugiter debeant exorare. Et, ut hæc auctoritas firmiter habeatur, et in omnibus conservetur, manus nostræ subscriptionibus eam subter de-crevimus roborare.

Datum anno regni nostri iij <sup>b</sup>.

## XXXVII.

*Diploma Theoderici IV, Francorum regis, quo dona Sithiensi monasterio a majoribus suis collata et concessas immunitates confirmat* <sup>c</sup> (ann. 721).

Theodericus, rex Francorum, viris inlustribus, gravionibus, seu et omnibus agentibus, vel junioribus eorum, tam præsentibus quam futuris, in quibuscumque libet actionibus monasterii Sidiu tenere vel habere videtur. Si facta parentum nostrorum, quæ ad loca sanctorum præstiterunt vel concesserunt, per nostra oracula confirmamus, regia consuetudine exercemus, hoc ideo ut nobis ad laudem vel stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidamus. Igitur venerabilis vir Erkembodus, abbas de monasterio Sidiu, qui est in pago Terrannaensi, in honore sanctæ Mariæ genitricis Domini nostri Jesu

sunt. Veram lectionem non agnovit Valladierus, qui ridicule vertit vernaculo idiomate, *au lieu de notre placard*. Idem annus regni Dagoberti secundum perperam alligat cum anno Christi 724. Totum autem instrumentum propria Chilperici manu exaratum asserit; res inaudita, et quam nemo crediderit qui ejusmodi instrumenta a limine salutaverit.

<sup>a</sup> Vulgavit Mabillonius, de Re diplom. pag. 608, de promptum ex chartulario Folquini. Recusum existat in supplemento ad Opera diplomatica Miræi, t. I, pag. 929, et in Collectione scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 696, ex Mabillonio. Childerico regi, errore typographico, tribuitur in supplemento supra laudato; ex ipsius enim diplomatis contextu liquet illud emissum fuisse a Chilperico II, cujus pater Childericus fuit, avus Chlodoveus. Notat ad hoc in trumentum Mabillonius, ubi supra, Folquinum prætermisisse subscriptiones et nomen loci ubi diploma datum fuit, sigillum vero appositum finxisse

**D** diversissimum ab authenticis regum Meroveadum sigillis, et quod sæculi x ætatem et gentium sapit. Sed ad sinceritatem diplomatis facit quod ejus mentio sit in chronico Sithiensi, scripto ab Iperio Sithiensi abbate, apud Marten. Thes. anecd. t. III, col. 482. Ad fidem Mabillonii edimus. Cf. Chartularium Sithiense a docto viro Guérard ann. 1841 editum, pag. 42.

<sup>b</sup> Annus 3 regni Chilperici II, anno Christi 717 inceptus, anno 718 expletus est.

<sup>c</sup> Deprompsit Mabillonius, de Re dipl. pag. 609, ex chartario autographo Folquini; recuderunt Miræus, Opera dipl. t. I, pag. 428; Cointius, Annal. t. IV, pag. 649, ex Miræo, et Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 657, ex Mabillonio, quem sequimur. Iperius, in chronico Bertiniano, apud Marten. Thes. anecd. t. III, pag. 482, memorat hoc privilegium libertatis et confirmationis abbati Sithiensi concessum. Cf. Chartularium Sithiense, pag. 44, ann. 1841 editum a sæpe laudato Guérard.

Christi, nec non et sancti Petri et Pauli apostolorum vel ceterorum domnorum sanctorum constructus, ad nostram accedens presentiam, clementiæ nostri regni suggestit eo quod proavus noster Chlodovius, quondam rex, de omnibus curtis vel villis ipsius monasterii, quicquid eodem tempore possidebant, vel adhuc inantea ex munere regum, vel de collatis populi, seu de comparato aut de comparando, aut de quolibet attracto in quibuslibet pagis atque territoriis inibi est additum vel collatum, integra emunitate antecessori suo Bertino quondam, vel ad prædictum monasterium Sidiu, concessisset, ut nullus in lex publicus ibidem ad causas audiendas, aut fieda exactanda, vel fidejussores tollendos, nec mansiones aut paratas faciendas, nec homines ipsius monasterii tam ingenuos quam servientes, qui super terras suas commanent, distringendos, nec nullas reditiones requirentes nec exactandas iudicialia potestas ibidem ingrediendi non præsumat, nisi sub emunitatis nomine omni tempore cum omnibus fredis concessis pars ipsius monasterii perenniter debeat possidere. Unde et præceptione ipsius principis proavi nostri Chlodovei, et confirmationibus præcessorum avunculorum nostrorum Chlotacharii et Childerici, sen et avorum nostrorum Theoderici et Childberti, atque consobrini nostri Chilperici, quondam regis, ex hoc præsentibus se habere affirmat, et quod ipsa beneficia concessa ab eo tempore usque nunc videantur esse conservata: sed pro integritatis firmitate petit celsitudini nostræ memoratus Erkenbodus abbas, ut hoc circa ipsum locum per nostram auctoritatem plenius in Dei nomine confirmare deberemus. Cujus petitioni pro mercedis nostræ augmentum vel reverentia ipsius loci ita præstitisse, et in omnibus confirmasse cognoscite. Præcipientes enim præcipimus ut quicquid constat suprascriptum proavum Chlodoveum, quondam regem, de ipsa emunitate, sicut superius est comprehensum, concessisse præfato Bertino antecessori suo, vel postea ipsi avunculi, vel avus noster Chlotarius et Theodericus, Childbertus et Childericus, etiam et confirmationes consobrini nostri Chilperici quondam regis, juste et rationabiliter concesserunt vel confirmaverunt, et de eo tempore usque nunc recto tramite sunt conservatæ; ita et in post-

<sup>a</sup> Menda nonnulla deprehenduntur in stemmate genealogico, quod exhibet diploma quale exstat apud Mabillonium. Ex his præcipuum est in vocibus ipsi avunculi, vel avus noster Chlotarius et Theodericus, Childbertus et Childericus, quarum turbato ordine, oscitantia amanuensis, omnia susdeque miscentur. Propior veræ lectioni Miræi lectio hæc: *Ipsi avunculi vel avi nostri Chlotarius et Theodericus, Childbertus et Chilpericus*. Sed, ut lucidius emergat sententia et inter se præcedentia cum sequentibus concordent, sic ordo verborum, cum Cointio, omnino est restituentus: *Ipsi avunculi Chlotarius et Childericus, vel avi nostri Theodericus et Childbertus*. Nihil sane mirum quod voces avunculorum pro patris avorum pro avo et proavo hic usurpentur; quod alia in instrumentis hujus ætatis observari potuit.

<sup>b</sup> Vulgavit, Mabillonius de Re diplom. pag. 669, ex chartario Folquini. Recuderunt Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 993. Mal-

<sup>A</sup> modum per nostrum præceptum plenus in Dei nomine confirmamus, inspectas ipsas præceptiones suprascriptorum principum, sicut per easdem declaratur, circa ipsum Erkenbodum abbatem vel successores suos, aut circa ipsum locum Sidiu, omni tempore ipsa beneficia concessa in omnibus valeant esse conservata, et nullam refragationem nec ullum impedimentum a iudiciis publicis exinde quoquam tempore habere non pertimescant: unde et ipsa congregatio pro stabilitate regni nostri vel salute patriæ, Domini misericordiam jugiter debeat exorare. Et, ut hæc auctoritas firmior habeatur, et in omnibus conservetur, manus nostræ subscriptionibus eam subter decrevimus adfirmare.

Signum gloriosi regis Theoderici.

<sup>B</sup> Data quando festus Martini dies iij, anno primo regni nostri, Suessionis civitate, in Dei nomine, feliciter.

### XXXVIII.

*Diploma Theoderici IV, regis Francorum, quo immunitates confirmat monasterio Sithiensi concessas*  
<sup>b</sup> (ann. 721).

Theodericus, rex Francorum, vir iuluster. Quem divina pietas sublimat ad regnum, concedet facta servare parentum; præcipue quæ compendii ecclesiarum aut locis sanctorum a regali clementia pro æterna retributione et probatur esse indultum, oportet conservare in ævum. Igitur cognoscat inagnitudo ac utilitas vestra, venerabilium virum Erkenbodum, abbatem de monasterio Sidiu, per missos suos clementiæ regni nostri talem intulit notitiam, quod tractatus noster Theodericus, quondam rex, per præceptionem suam sua manu subscriptam, antecessori suo Bertino quondam abbati, vel prædicto monasterio Sidiu, tale beneficium concessisset, et, ut quod infra fisco nostro, ubi et ubi, in quascumque libet pagis vel territoriis comparatum habebat, aut inantea ad comparandum invenire poterit, vel quod boni homines Deum timentes pro animabus eorum ad suprascriptum monasterium dederunt, aut inantea dederint, hoc habuisset concessum, et quod de fisco nostro comparatum habebat, aut inantea comparasset, præter illam terram unde opera carpentaria exeunt, hoc habuisset indultum, ut nulla iudicialia potestas nullos redditus

<sup>D</sup> branq, De Morinis, lib. iv, cap. 58, fragmentum ejusdem edidit. (Cf. supra laudatum chartularium Sithiense, pag. 47.) Hujus diplomatis meminit Iperii in chronico S. Bertini, apud Marten. Thesaur. anecdot. t. III, pag. 482, ubi inter notas chronologicas diem undecimam Novembris scribit pro die decima. In hoc instrumento Theodericus IV appellat tritavum suum, quem proavum appellare debuit. Theodericum hujus nominis tertium, cujus privilegium confirmat Sithiensibus concessum. Eo sane sensu tritavus dicitur, ut tres gradus inter utrumque Theodericum intercessisse designetur. Id autem præcipue notandum occurrit, quod confirmatio latius patet quam concessio. Hanc enim concessionem alibi edidimus, quæ certos privilegio limites constituit infra Attinum fiscum: confirmatio nullos. De Erkenbodo, vide Joan. Iperii chronicon in Marteniano Thesaur. Novamque Gall. Christ., t. III, col. 487.

terre nec ullas functiones publicas eidem ob hoc exigere aut exactare vel requirere non deberet. Unde et ipsam præceptionem jamdicti tritavi nostri se præ manibus habere ex hoc affirmavit, et nobis in præsentia ostendit ad legendum, et ipsa beneficia concessa de eo tempore usque nunc asservit esse conservata : sed pro firmitatis studium petiit celsitudinem nostram, ut hoc circa ipsum locum sanctum pro nobis deberemus confirmare oraculis : quod nos, propter nomen Domini, et reverentia ipsius sancti loci, gratanti animo ita præstitisse et in omnibus confirmasse cognoscite. Præcipientes enim ut, quicquid constat suprascriptum tritavum nostrum Theodericum, quondam regem, de ipso beneficio, sicut superius est comprehensum, præfate Bertino vel ad suprascriptum locum sanctum, pro aumento mercedis suæ concessisse, et de eo tempore usque nunc recto tramite fuit conservatum, ita et inantea inspecta ipsa præceptione prædicti principis, sicut per eadem declaratur, ita et inantea per nostrum præceptum, plenius in Dei nomine sit confirmatum, sub eo ordine circa ipsum Erkenbodum abbatem vel ad ipsum monasterium suum Sidiu, omni tempore ipsa beneficia sint concessa, et in omnibus valeant esse conservata, et nullam refragationem, nec nullum impedimentum a iudicibus publicis exinde quoquam tempore habere non pertimescant; unde et ipsa congregatio pro stabilitate regni nostri, vel pro salute patriæ, Domini misericordiam jugiter exorare delectet. Et, ut hæc auctoritas firmitior habeatur, vel pereuniter in omnibus conservetur, manus nostræ subscriptionibus eam subter decrevimus a firmare.

Signum gloriosi domni Theoderici. Datum quod facit Noveimb. dies decem, anno primo regni nostri, Confelentis castro. Ego Conradus jussus recognovi et subscripsi.

### CAPUT XXXIX.

*Diploma Theoderici IV, regis Francorum, quo immunitates confirmat concessas Anisolensi monasterio Cenomanensi Ecclesiæ subjecto* <sup>a</sup> (ann. 722).

Theodoricus, rex Francorum, vir iuluster. Tunc regalis celsitudo fundamenta sui culminis corroborat, quando petitionibus sacerdotum aut pontificum, quod pro opportunitate ecclesiarum pertinet, obaudire et ad effectum in Dei nomine mancipatur. Ideoque apostolicus vir dominus Berarius, Cenomanicæ urbis episcopus, qui matrem ecclesiam Cenomannicam, et monasterium Anisolæ, in quo domus Cari-

A lessus requiescit in corpore, quod est suæ sedis et matris ecclesiæ, jure sanctæ Mariæ et sancti Petri et sancti Gervasii et Protasii martyrum, in regimine habere videtur, nobis subgressit eo quod antecessores sui, ab anteriore rege parente nostro, emunitates de omnibus rebus eorum vel ecclesiæ sancti Gervasii et Protasii martyrum promeruisent, et postea ipse emunitates a malis hominibus fuissent furatæ. Ideo dominus et præcelsus antecessor noster Childebertus, quondam rex, necnon et genitor noster Dagobertus, quondam rex, et inpostea parens noster Chilpericus, quondam rex, integras emunitates de omnibus villis vel cartis ecclesiæ suæ Sancti Gervasii et Protasii martyrum, in quibuslibet pagis atque territoriis habere videntur, etiam et monasteria sua, quæ ipse in regimine habet, quæ infra ipsam urbem Cenomannicam sunt constructa, aut curtis eorum, vel villas in quibuslibet pagis vel territoriis, vel quæ per ipsam Ecclesiam sperare videntur, concessissent ut nullus iudex publicus, nec ad causas audiendas, nec ad freda exigenda, nec mansiones aut paratas faciendas, nec pastus nec ullas redditiones requirendas, nec exactandas, quoque tempore ingredi deberet, nisi cum omnis fretus concessus atque indultus deberet possidere; unde et ipsam præceptionem sibi per manus habere affirmat, et ipse beneficium de eo tempore fuisset conservatus; petiit celsitudini nostræ ut hoc circa eodem in id ipso confirmare deberemus. Cujus petitionem non denegasse, sed in omnibus ita præstitisse vel confirmasse cognoscite. Ideo præsentem præceptionem decernimus atque jubemus, sive in perpetuum volumus esse mansurum, ut inspecta ipsa anteriorem præceptionem, nullus iudex publicus, neque vos, neque juniores aut successores vestri, neque quislibet ex iudiciaria potestate, in villis aut curtis ipsius ecclesiæ suæ sancti Gervasii et Protasii martyrum, vel monasteria sua aut curtis vel villas ipsorum, aut quæ per ipsam ecclesiam sperare videntur, nec ad causas audiendas, nec ad freda exigenda, nec ad fidejussores tollendos, nec ad ullas inquietudines faciendas, nec mansiones aut pastus, nec paratas faciendas, nec ullas redditiones faciendas, quod a fisco nostro speratur requirendum, nec exactandas, iudiciaria potestas inibi quoque tempore ingredi non præsumatur, nisi ipsi Berarius aut agentes sui illi solent inferendalis, et illos alios ce auro pagens, quod a fisco nostro de ipsis villulis, vel de ipsis curtis suis, vel ecclesiæ suæ aut monasteria sua, vel qui ipsam ecclesiam sperare videntur, reddebatur, et in sacello

<sup>a</sup> Editum inter Acta episcoporum Cenomanensium a Mabillonio vulgata, Analect. pag. 274; recusum in Collectione scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 700. Unum est ex instrumentis ab ecclesia Cenomanensi in iudicio prolatis, damnatis et aboleri jussis, de quibus non semel diximus. Hinc illud, sicut alia ejusdem fabricæ, conflictum arbitramur, ut jura in Anisolense monasterium assererentur Cenomanensi ecclesiæ. Plura in eo falsum produnt. Ibi enim dicitur tunc Berarium præesse ecclesiæ Cenomanicæ, quod tempora Theoderici III indigitat, cujus annus secundus concordat cum anno Christi 674; rex vero qui

diploma hoc emisit, genitorem suum appellat Dagobertum, quod Theodorico IV convenit, minime autem Theodorico III. Annus secundus Theoderici IV incidit in annum Christi 722, cui anno collectores scriptorum rerum Francicarum hoc instrumentum tribuerunt; sed id concordare nequit cum temporibus Berarii abbatis, cui Aiglibertus successit. Ergo, cum hæc omnia inter se pugnent, diploma hoc suppositiis annumerare non ambigimus, sicut et alia plura quæ in eisdem Cenomanensium episcoporum actis intrusa fuerunt.

publico fuit consuetudo reddendi, ipsi aut successores sui promissa sub hoc debuerant reddere atque transsolvere; et, ut diximus, ex nostra indulgentia sæpeditus Berarius aut pares ecclesie sue Cenomannicæ, vel monasteria sua, de omnibus villis vel curtis suis, vel qui per ipsam ecclesiam sperare videntur, cum omnes fructus concessos, sub emunitatis nomine, omni tempore hoc debeant possidere et dominare; et nullas requisitiones neque impedimentum a iudicibus publicis quoque tempore hoc debeant possidere, tam ipse Berarius, quam et successores sui habere non pertimescant, nisi nostris et futuris Deo auxiliante temporibus valeat esse conservatum, et ad ipsa sancta loca perenniter proficiant in augmentis. Et, ut hæc præceptio firmior habeatur, et per tempora melius conservetur, manus nostras subter eam decrevimus roborare.

Signum glorioso domno Theodorico rege. Gimantinus jussus obtulit et subscripsit.

Datum quod fecit Martius dies ij, anno ij regni nostro, Carisiaco feliciter.

## XL.

*Diploma Theodorici IV, regis Francorum, quo concessas cenomanensi Ecclesie pro villa Arduno immunitates confirmat* (ann. 722).

Theodicus, rex Francorum, vir illuster. Si facta parentum nostrorum conservamus, nostra perenniter stabilia esse conſilimus. Ideo fidelis, Deo propitio, noster vir apostolicus et in Christo pater noster Herlemundus episcopus, illuster vir Charivius, qui matrem ecclesie Cenomannicæ sancti Gervasii et Protasii martyris in regimine habere videtur, nobis suggestit, eo quod antecessores sui ab anteriores reges parentibus nostris, hoc est avo nostro Childeberto et genitore nostro Dagoberto seu et parente nostro Chilperico<sup>b</sup>, quondam rege, taliter per eorum præceptionem concessissent ut quicquid de villa ipsius ecclesie Cenomannicæ nuncupante Arduno, in pago Pictavo, ad fiscum sperabatur, ut nullus iudex, neque quislibet exactare deberet, nec in ipsa villa mansiones facere, nec freda exactare, nec causas audire, nec fidejussores tollere, nec ullas inquietudines faciendo, nec ullas paratas, nec ullum lucrum terrenum requirere nec exactare præsumpsit, nisi

<sup>a</sup> Insertum in Actis episcoporum Cenomanensium; apud Mabill. *Analecta*, pag. 285; recusum in Collectione scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 701. Iisdem verbis conceptum alibi edidimus Dagoberti tertii diploma, quod suo diplomate confirmat Theodicus IV. Instrumentum vero sub Dagoberti III nomine editum, commentitiæ prædunt notæ chronologicæ, ut suo loco monuimus. Hinc videtur diploma Theodorici IV quod hic exhibemus conditum fuisse post supposititium Dagoberti diploma, cuius verba ipsa fideliter exscribit; ac proinde ipsa supposititia quoque annumerandum esse. Charivius autem, ad quem sicut et ad Herlemundum Theodicus videtur litteras suas dirigere, Rotharii comitis filius fuit, qui cum patre suo res episcopatus Cenomanensis tyrannica potestate occupaverat, si actis episcoporum Cenomanensium cre-

A hoc ad luminaria ipsius ecclesie Cenomannicæ, quæ est in honore sancti Gervasii et Protasii martyris patronis nostri constructa, deberet esse concessum atque indultum. Unde et ipsas præceptiones ipse Carivius se præ manibus habere affirmat, et de eodem tempore usque nunc ipsum beneficium asserit esse conservatum, sed pro integra firmitate petiit celsitudinem nostram ut hoc denuo, per auctoritatem nostram, ipsi Carivio atque ipsi ecclesie sancti Gervasii et Protasii martyrum confirmare deberemus, cuius petitionem non denegasse; sed in omnibus ita præstitisse et confirmasse cognoscite. Præcipientes enim ut, sicut constat ipse avus noster Childebertus vel genitor noster Dagobertus, seu et inpostea parens noster Chilpericus, antecessores B reges, integras emunitates de ipsa villa Arduno et ipsam ecclesiam fecerunt, ita et inantea nos per nostram auctoritatem concedimus et confirmamus, ut nullo umquam tempore ullus iudex in ipsa villa præsumat nec causas audire, nec fidejussores, nec ullas paratas, nec freda, nec qualecumque censum aut lucrum terrenum, quod ad fiscum nostrum potuerit sperare, nullo umquam tempore præsumat requirere nec exactare, nisi inspectis ipsis anterioribus præceptionibus antiquorum principum parentum nostrorum in luminaribus superscriptæ basilicæ sancti Gervasii et Protasii martyrum perpetualiter debeat esse concessum atque indultum. Et, ut hæc auctoritas firmior habeatur et per tempora conservetur, manus nostræ subscriptionibus subter eam decrevimus roborare. Signum glorioso domno Theodorico rege. Confisius jussus obtulit, scripsit et subscripsit.

Datum quod fecit mensis Martius dies v, anno ij regni nostri, Carisiaco feliciter

## XLI.

*Diploma Theodorici IV, regis Francorum, quo concessa monasterio S. Dionysii privilegia confirmat* (ann. 725).

Theudericus, rex Francorum, vir iuluster. Oportet clemencia principali inter ceteras petitiones, illud quod pro salute adscribitur, vel pro divinis nominis postulatur, plagabili auditu percipere, ad æffectum perducere, ut fiat in mercedem, dum pro quietem

dimus, quæ videsis apud Mabillonium, ubi supra.

<sup>b</sup> De Childeberti diplomate vide supra, nullum exstat Chilperici.

<sup>c</sup> Eruit Mabillonius, de Re diplom. pag. 488, ex archivo Sandionysiano. Recuderunt ad fidem Mabillonii Ruinartius, *Append. ad Greg. Tur. col. 4383*, et Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 702. [Huius diplomatis autographum in archivo regni, inter cætera Sandionysiani monasterii instrumenta non exstat; sed duo exemplaria tantum, quorum alterum admodum recens, alterum bombycina charta quarto decimo, ut videtur, sæculo exaratum; huiusce lectionem, collatione ab A. Teulet facta, secutus sum et eam ipse secutus fuisse mihi videtur Mabillonius, quum eam referat ipsissimam, nullamque autographi faciat mentionem, quod quidem benignis abhinc annis jam tum probabiliter perierat.]



servorum Dei vel congruentia locis venerabilibus impertitur petitio. A ergo dum et omnipotens Pater qui dixit de tenebris lumen expendiscire, per Incarnationis mysteriæ unigeniti filii sui Domini nostri Jesu-Christi, vel inlustratione Spiritus-Sancti intulit in corda sanctorum Christianorum, pro cujus amore et desiderio inter ceteros gloriosus triumphus martyrum beatus Dionisius cum sociis suis Rustico et Eleutherio, qui primi post apostolos sub ordinatione beati Clementi, Petri apostoli successoris, in hanc Galliarum provinciam advenerunt, ibique prædicantes baptismum penitentiae et remissionem peccatorum, dum in hunc modo concertabant, ibique meruerunt palmam martyriæ et coronas percipere gloriosas, ubi per multa tempora et usque nunc in eorum basilicam, in qua pretiosa eorum corpora requiescere videntur, non minima miracola virtute Christi per ipsos dignabatur operari, in quo etiam loco gloriosi parentis nostri, vel bonæ memoriæ proavus noster Dagobertus, quondam rex, videntur requiescere: utinam ut et nus per intercessionem sanctorum ipsorum, in cælestia rigna cum omnibus sanctis miriamur participare, et vitam æternam percipere. Igitur venerabilis vir fidelis noster, Deo propitio, Bertholdus <sup>a</sup> abba, de ipsa basilica peculiaris patronis nostri domni Dionisii, missa petitione per illustri viro Carlo majorem-domus nostro, clementiæ regni nostri reddiderunt, soggerentes et quod a longotempore a pontificibus Parisiorum urbis integrum privilegium ad ipsa basilica domni Dionisii fuissent concessus, et ad anterioris regis parentis nostrus de eu tempore usque nunc confirmatus, qui et ipso privilegio seu et ipsas præceptiones vel confirmationes se præ manibus abire adfirmant: sed pro integra firmitate ipsi petiit vir Carlus vel ipsi abba celsitudinem nostram, ut et nus iteratis per nostra præceptione hoc deberimus adfirmare; quorum tam religiosa petitione libentissimè suscepisse, et in omnibus confirmasse vestra comperit magnitudo. Sed quia a suprascriptis principibus, vel a ceteris præsens regibus, etiam et ad Deo timentibus christianis omnibus, ipsi templus vel ipsi sanctus locus propter amorem Dei et vitam æternam in rebus videtur esse ditatus, nostra integra devotio est, ut privilegio ad ipsam sanctum locam abbati vel fratribus ibidem consistentibus facere vel confirmare pro quæ i futuræ dixerimus, ut facilius a congregatione ipsius liceat pro stabilitate regni nostri, ad limena vel ad sepulera ipsorum martyrum, jugiter exorare. Nus ergo per hanc seriem auctoritatis nostri, juxta quod persupradictum est privilegium a pontificibus factum, vel ab antecessoribus regibus parentibus nostris con-

firmatum, pro reverentia ipsorum martyrum, vel nostra confirmanda mercede concedemus, ipi sancto locus et a novo confirmamus: ut si qua ad ipsum sanctum locum tam in villabus, maucipiis, vel in quibusque rebus adque corporibus, a prisris principibus seu a genitoribus nostris, vel ad Deo tinentibus hominibus, propter amorem Dei ibidem fuit deligatum aut deinceps fuerit addetum, dum et ex munificentia parentum nostrorum, ut diximus, ipsi sanctus locus veditur esse ditatus vel conditus: nullus episcoporum, nec præsentis neque futuri fuerint successoris, aut eorum ordinatoris, vel quislibet persona, non possit quoque ordine de ipso loco aliquid auferre, aut per aliquam potestatem sibi in ipso monasterio usurpare, vel aliquid quasi per commutationis titulum, absque voluntati ipsius abbati vel ipsius congregationis aut nostrum permissum, neque calices, neque crocces, seu indumenta altarium, vel sagra codices, aut aurum aut argentum, vel quæcumque especiem de quo ibidem conlatum fuerit aut inantia dedicatum, auferri aut minuare, nec ad civitatem deferri penitus eis non liceat, nec facere præsumant; sed liceat ipsi sancti loci vel ipsius congregationi, quod eis per rectam delegationem conlatum est, perpetim possidere. Et illud viro in hunc privilegio nostræ serenitatis placuit inserendi, ut cum abbas de ipsa casa Dei de hunc sæculo nuto divino fuerit evogatus, liceat ipsius sancti congregationi de ipso monasterio ex semetipsis elegire, et quem bonum et condignum invenirent, qui honnus abbatis secundum ordine sancto possit regere vel governare, et unanimiter consenserint, data auctoritate a nobis vel a successoribus nostris, ibidem in ipsa casa Dei instituat abba, et pro stabilitate rigni nostri, vel pro cuactis leodis nostris seu saluti patriæ, Domini misericordiam valeant exorare. Qua optematam industriam virorum nostrorum procerum gratisimo animo et integra devotione visi fuemus prestatisse vestra concessisse <sup>b</sup>, eo ex scilicet urdne, ut scit temporebus anteriorum regum parentum nostrorum, ibidem in ipsa sancta basilica psallentis per turmas fuit institutus, sicut ordo sanctus edocit, die noctuque perenniter in ipso loco sancto celebretur. Quam urdnationis auctoritatem decrivemus, Christum in omnibus nobis suffragantem confidemus, qui adjuvet illis conservantem, et desipit illis distroire copientis <sup>c</sup>. Et, ut firmiorem obtineat vigorem, et nostris et futuris, Deo auxiliante, temporebus inassa estodiatur et per tempora conservitur, manus nostræ [subscriptionibus] subter eam decrevimus roborare.

Data ipsa die kal. Martias, anno iij rigni nostri, Valencianis, in Dei nomine feliciter. Amen..... <sup>d</sup>

<sup>a</sup> Bertholdus, ad cujus petitionem hoc instrumentum emissum fuit, non aliunde notus est.

<sup>b</sup> In aliis Theodorici IV, neque quod sciam, in cæterorum regum diplomatibus, nulla sit *optimatam et procerum devotionis* mentio.

<sup>c</sup> Hic habemus exemplum imprecationum, in diplomate regio, contra diplomatis violatores, quod sub Merovingicis regibus rarissime usurpatum fuisse

Mabillonius docet, de Re dipl. pag. 402. [Jam ferossimilem imprecationem exhibent diplomata Chilperici, Guntramni, Childerici: adest alia, exquisitorum apparatus concepta, in diplomate ejusdem Theodorici IV, infra (Col. 1146).]

<sup>d</sup> Ad calcem instrumenti puncta addita deficientes subscriptiones indicant.

## XLII.

*Diploma Theodori IV, regis Francorum, quo Mauri monasterium sub sua defensione suscipit, et confirmat quicquid eidem concessum fuerat* \* (ann. 724).

In nomine sancte et invididue Trinitatis. Theodoricus, divina favente clemencia rex Francorum, viro illustri Luthfriko. Si petitionibus Deo servientium, quæ ad eorum quietem vel tranquillitatem pertinent, libenter prestamus atque ad effectum perducimus, regiam consuetudinem exercemus, et ad mercedem vel stabilitatem regni nostri pertinere confidimus. Ideo notum esse volumus tam futuris quam presentibus, qualiter venerabilis Maurus, abbas de monasterio domni Leobardi, quondam abbatis, in honorem sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Martini peculiaris patroni nostri constructo, clemencie regni nostri suggestit quod antecessori suo domno Leobardo, quondam abbati, qui ipsum monasterium suo opere a novo fundamento edificasse noscitur, iulitæ memoriæ parens noster Childebertus, quondam rex, ad oportunitatem ipsius monasterii, terram illam quam de deserto ipse ad excolendum vel comendandum preoccupaverat, per loca denominata, de ponticulo ad Suenheim usque ad publicam stratam Tabernensem, ac deinde ad stratam Marleensem, hinc terminum de fonte Cisternata, cum adjacentibus suis, usque ad Gunsinum rivum, indeque ad montem Cuobergum, per fraxinetam, ad locum qui vocatur Oschowa, et sic per fluvium Sornam usque ad crucem petrinam, tunc denuo ad Mauri rivum, pro futura mercede eidem concessisset, ut nullus ibidem campos faceret, nec porcos saginare, nec ma-

\* Edidere Bruschius, Chron. monaster. German. fol. 84, et Coccius, in Dagobert. pag. 56; ex Coccio Cointius, Annal. t. IV, pag. 733; ex Bruschio Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 703. Schœpflinus, Alsat. dipl. t. I, pag. 29, et D. Grandidier, Hist. Eccl. A gent. t. I, prob. pag. 56, accuratius ex veteri membrana recuderunt, quale revera exstat, non quidem genuinum, ut Eccardo, Origin. Habsburg. pag. 111, visum est, sed commentitium, ut fatentur omnes qui rem attente perpendunt. Certe constat omnia instrumenta in hujus monasterii archivo reposita igne absumpta fuisse cum ipso monasterio, anno 828, et postmodum a Celso abbate instaurata, quantum sane ex memoria et traditionibus fieri potuit. Hoc testatur inscriptio vetus lapidi insculpta, quam integram in altero hujus nostræ collectionis volumine proferemus, et quæ pro notis chronologicis adhibet annum expletum 828 ab Incarnatione Domini. Verba sunt, ut testatur Hist. Eccl. Argent. t. II, prob. pag. 190: « Celso, Mauri abbas monasterii, post ejus unctionem et chartarum terminum scribere voluit qualiter illuster vir Childebertus, quondam rex, eidem loco concessit terram Zabernensem, de fonte Cisternata usque ad Gunsinum rivum, idem ad montem Cuobergum per fraxinetum quæ vocatur Ascowa, et sic per fluvium Sorne. » Hæc eadem ipsissimis vocibus leguntur in diplomate quod expendimus. Hinc licet conjicere hoc instrumentum ad deperditum veri dignitatis supplementum vicem fabricatum, sed infelicissime instauratum, cum plurimum scateat falsi iudicii. Præcipua hic indicasse satis sit. 1° Formula initialis in Merovingicis diplomatibus non apparet; 2° Parentem suum appel-

lat teriam succidere, nec ipsius fines penitus irrumperet presumeret, sed hoc ipsi monasterio omni tempore concessum esse deberet, et quicquid intra vel extra prescriptos terminos, in quacunque provincia vel pago, ipse vel aliquis regum predecessorum ejus tradidisset, seu successorum, qualibet potens vel vis personæ, memorato loco abbati, ejusque successoribus pro animæ suæ salute traditura esset, nullo contradicente aut resistente, libere atque licenter possidere liceret. Unde ipsam preceptionem memorati principis, seu dive recordationis Theodeberti, Clotharii, Dagoberti, Sigeberti, itemque Dagoberti, quondam regum, nobis confirmationem ostendit in presenti relegendam; sed pro firmitatis studio nostrum sibi expetit ex hoc ipso in eodem monasterio vel circa ejus terminos, omniaque ad id pertinentia, confirmare preceptum. Cujus petitionem pro Dei intuitu vel mercedis nostræ augmento benigne suscipientes, ita et confirmasse et in omnibus prestitisse regia consuetudine cognoscite. Precipimus enim, ut quicquid per inspectas supradictorum regum preceptiones ad ipsum monasterium longe vel prope noscitur concessum fuisse, per hanc auctoritatem nostram ipsi monasterio vel memorato Mauro abbati suisque successoribus omni tempore in Dei nomine, ipsum privilegium nostris et futuris temporibus stabile Deo auxiliante omnimodis conservetur. Similiter petiit ut cum cum omni familia rebusque monasterii sui longe vel prope constitutis, sub nostro mundiburdio et defensione recipere; quod nos pro mercedis nostræ augmentis ita et prestitisse cognoscite et confirmasse. Quapropter per presens decernimus ac jubemus preceptum, ut neque vos, neque juniores vestri, seu

lat Childebertum Theodoricus, quem Dagobertum vocare debuit, si hac voce patrem suum indigitare voluit; 3° Annus Incarnationis et indicio pro notis chronologicis hæc ætate in usu non fuerunt; 4° Pugnant inter se notæ chronologicæ quotquot sunt; annus enim Christi 724 non concordat cum anno quinto regni Theodoricus IV, et indicio III minime concordat cum anno Christi aut cum anno regni; 5° Insidiosam curam sapit, quod ad chartæ authenticæ exemplum informatum sit diploma, addito sigillo; sed et id falsum prodit: sigillum enim multo majus est sigillis, seu potius annulis, quibus utebantur reges Merovingici, et in hoc sigillo, regis coronati protome exhibetur, sceptrum liligerum manu dextra, sinistra globum cum cruce superposita gestans, addita perigraphæ *Theodoricus Dei gracia rex Franc.*, quod temporibus Carolo Calvo anterioribus non convenit. De reliquis silemus; videsis D. Grandidier, in dissertatione sua de hoc diplomate, Hist. Eccl. Argent. t. I, page 94 et seq. Non negamus plura in hoc instrumento agnosci veritati consona, ut scribit Mabill. Ann. t. II, pag. 74, sed quæ nullam ab ipso auctoritatem obtinere queant. Lectionem D. Grandidier secuti sumus; varias spurii diplomatis lectiones exscribere operæ pretium non erat. [Quo modo uterentur ad monumentorum deperditorum instauraciones, vide quæ disserui in Bibliotheca scholæ diplomaticæ, t. I, pag. 217.]

† Hic incipit documentum apud Coccium.

\* Hic est finis in Coccio, unde evadit, virum doctum in animo habuisse tantummodo exscribendum quæ sibi videbantur Childeberto pertinere. Ita Cointius, Annal. t. II, pag. 316.

successores, nullaque omnino cujuscunque sit po-  
tentia persona, ipsum abbatem neque monachum,  
vel certe homines suos, injuriari neque condemnare,  
nec ei infra vel extra monasterium rem irrationabilem  
facere penitus, neque de rebus ad se pertinentibus  
quippiam auferre presumat; sed liceat ei suisque,  
sub emunitatis titulo et nostro mundiburdio vel de-  
fensione, cum omnibus rebus suis et monasterii sui,  
secundum normam patrum domni Benedicti et domni  
Columbani, quietos residere atque securos, quo po-  
tius ipsam congregationem sanctam melius delectet  
pro stabilitate regni nostri misericordiam Domini die  
noctue crebris exorare.

Data Metis, in cenobio sancti Arnulphi, ejusdem  
loci episcopi, quod est constitutum in suburbio, sub  
die calendarum Maii, anno Dominicæ Incarnationis  
DCCCXXXIII, indictione tertia, anno vero regni Theo-  
dorici quinto. — Ego Grimwaldus cancellarius reco-  
gnovi.

## XLIII.

*Diploma Theodorici IV, regis Francorum, quo  
monasterium Honaugiense Tubano committitur*<sup>a</sup>  
(ann. 725.)

Theodericus, rex Francorum, vir illuster, Luit-  
frido duci, Eberhardo domestico, domino patri pa-  
trum (desunt hæc duo verba ap. Gr.), ac venerabili  
in Christo domno Benedicto abbati. Quia convenit  
nobis pro voluntate nostra, vel antistitis nostri, seu  
ducum, comitum, domesticorum, vel pagisorum, vel  
mei ipsius, ut in locum nostrum aliquem eligere de-  
beamus ad onus abbatis; ideo, venerabilis frater Tu-

<sup>a</sup> Nulla in hoc diplomate fit mentio monasterii  
Honangiense: sed ex pluribus aliis instrumentis ad  
Honangiense monasterium spectantibus, supra editis  
vel infra edendis, patet Benedictum et Tubanum, de  
quibus hic agitur, huic monasterio præfuisse; Tu-  
banum scilicet, cum Benedictus gravis annis vel alia  
de causa hunc sibi in socium adjungi petiisset. Di-  
ploma hoc non satis inspexerant qui arbitrati sunt  
ibi abbatem Honangiensem duplici nomine Benedicti  
et Tubani appellari. Imo uterque manifeste distin-  
guitur, cum Benedictus dicitur *pater patrum et abbas*,  
Tubanus vero *frater*, cui hac charta monasterium  
committitur, loco Benedicti. Edidit hoc instrumen-  
tum Coccius, in Dagob. pag. 132: ex quo fonte hau-  
stum non docet; neque enim, ut quibusdam, videli-  
cet Mabillonio in *Annal. t. II, pag. 59*, et auctoribus  
Nov. Gall. christ. t. V, col. 835, visum est, ait se  
ex veteri ms. deprompsisse, unde plura alia exscri-  
pserat. Mabillonius, ubi supra, etsi formulas insoli-  
tas in hoc instrumento se deprehendisse fateatur,  
illud tamen pro suspecto non omnino habuit; et ipsi  
suffragator D. Grandidier, *Hist. Eccl. Argent. t. I,*  
*pag. 400*, et prob. pag. 59, qui hoc instrumentum  
recudit ex ms. sæculi XI. Omnia autem ibi conficta,  
et falsum videntur prodere: 1<sup>o</sup> Ma'eprefigitur nomen  
Theodorici regis quasi in diplomate regio, quod tamen  
Luitfrido, Eberhardo et Benedicto directum foret.  
Neque rex dixisset se *ad onus abbatis* sufficere  
Tubanum in *locum suum*; 2<sup>o</sup> Mirum sane quod charta  
concepta sub forma epistolæ ad Benedictum directæ,  
ab ipso Benedicto subscripta fingatur; 3<sup>o</sup> Auctor  
chartæ ait se onus abbatis Tubano committere in lo-  
cum suum; unde arguitur ipsum Benedictum abbatem  
chartæ auctorem esse; id autem cum toto instru-  
menti contextu pugnat. Cum ergo tot vitis laboret

bane, commendamus sanctitati tuæ hanc venerabilem  
regulam, quia sicut sol ab inchoatione diei totus  
flagrat et migrat, ita egregiæ benevolentia tuæ in  
toto mundo longe lateque præclare diffusa fulget  
opinio. Ideoque, sicut supra diximus, hunc porro  
locum et ipsam congregationem, ac sanctam regulam  
et stabilitatem monachorum, ad sanctitatem tuam  
trademus, a die præsentis, et exinde: qualiter evan-  
gelium Matthæos tibi testatur<sup>b</sup>: Quia, qui bene  
ministraverit sibi bonum opus accipiet; et qualiter  
perspensare debes, quod pro unoquoque in die ju-  
dicii rationem redditurus assistes, bone Pater, et  
qualiter congregatione hac conservata centuplam  
mercedem in die judicii tibi acquires. Christo igitur  
propitio, tibi hanc regulam fideliter (Gr., firmiter)  
commendamus. Signum Luitfridi ducis. Signum  
Eberhardi domestici. Signum domini Benedicti ab-  
batis, qui hanc chartam fieri rogavit. (Hic Gr. habet  
multorum nomina intervalla.) Ego Haimo indignus  
peccator presbyter hanc chartulam, rogante domno  
Benedicto, scripsi et subscripsi<sup>c</sup>.

## XLIV.

*Diploma Theodorici IV, regis Francorum, quo villam  
Baudrinum venditam monasterio sancti Dionysii,  
placito habito, asserit*<sup>d</sup> (ann. 726).

Theodericus, rex Francorum, vir illuster. Cum  
nos in Dei nomine Pontegurre in palatio nostro, uua  
cum nostris fidelibus, ad universorum causas audi-  
endas vel recta judicia terminanda resederemus,  
C ibique venientis agentis basilici peculiaris patroni  
nostri, domni Dionysii martyris, ubi ipse preciosus

instrumentum hoc, sinceris instrumentis illud an-  
numerare fas esse non credimus. Lectionem Coccii  
sequimur, discrepantias quas exhibet editio domini  
Grandidier inter uncas adscribimus.

<sup>b</sup> An ex ignorantia, an ex oscitantia, verba hæc quasi  
ex Evangelio Matthæi desumpta proferuntur, quæ ex  
epistola prima Pauli ad Timotheum, cap. III, v. 13?

<sup>c</sup> Desunt notæ chronologicæ, verum sub anno 725  
commode collocari potest hoc instrumentum: Bene-  
dictus enim adhuc solus regebat monasterium Ho-  
nangiense anno 725, ut diximus (*in nota præ-  
ced.*); anno autem 726 jam huic monasterio Tu-  
banum constat præfectum fuisse in locum Benedicti, qui  
tamen abbatis titulum et dignitatem retinuit; unde,  
cum de abbate hujus monasterii mentio sit in quibus-  
dam chartis, adducitur abbatis utriusque nomen,  
D *Benedictus sive Tubanus*.

<sup>d</sup> Vulgaverat Dubletus, *Antiquit. eccles. S. Dion.,*  
*pag. 686*; recuderunt Cointius, *Ann. t. III, pag. 802*,  
et Coll. script. rer. Franc. t. IV, pag. 704. Dubletus,  
Cointius, loc. cit., et Labbeus, in suis *Miscell. t. II,*  
*pag. 432*, instrumentum hoc Theodorico III tribuunt:  
perperam; id enim Theodorico IV tribuendum evincit  
Mabillonius, de *Re dipl. p. 628*, et *Annal. t. II, p. 75*,  
cum emissum fuerit sub Godobaldo abbate, qui a  
anno 723 ad annum 748 monasterio S. Dionysii præ-  
fuit, ut testatur Codex membranaceus ab annis plu-  
quam octingentis exaratus [cod. Rhemens. *Eccles. De  
miraculis S. Dionysii* inscriptus]. Mabillonio suffragatur  
Felibianus, *Histor. abb. S. Dion. pag. 58*, imò et  
Germonius, acer Mabillonii impugnator, de *vet. reg.  
Franc. dipl. t. I, pag. 126*. Mabillonius quidem, ubi  
supra, pag. 246, hoc diploma Theodorico III primum  
assignaverat, sed errorem fassus est et emendavit, de  
*Re diplom. pag. 628*. Ad fidem Dubleti edimus.

domnus in corpore requiescit, et venerabilis vir Godobaldus abba præesse videtur, adversus in'ustri viro Ermenteo sugerebant, dum dicerint eo quod villa sua nuncopante Baudrino, super fluvium Hyssera sitam in pago Cameliacense, quam de parte genitore suo Nordeberto, et germano suo Gunthechario, ambobus quondam ad ipso legitimi obvinit, venerabili viro Godobaldo abbati ad parte basilici domni Dionysii pro vindicionis titulum delegavit vel firmavit, qui et ipsa vindicatione in præsentem ad relegenda relecta, ipsasque dum ipsi Ermenteus in præsentem aderat; interrogatum ei fuit a procerebus nostris se ipsa villa Baudrinus ipsius Godobaldo abbati ad parte domni Dionysii vindedisit, aut se pretium exinde accepit, aut se auctor ei exinde aderat; sed ipsi Ermenteus in præsentem taliter fuit professus, quod ipsa villa in suprascripto loco Baudrino in jamdicto pago Cameliacense, ipsius Godobaldo abbati ad parte basilici sui domni Dionysii vindedisit, et juxta sui apriificatione precio exinde recepit, et ipsa vindicione fieri et firmare rogavit, et auctor exinde aderat, et inantea adesse vellebat. Proinde nos taliter una cum nostris procerebus constetit decrevisse, ut dum inluster vir Cumrodobaldus, comes palati nostri, testemeniavit quod taliter ac causa acta vel inquisita fuisit denoscetur, jobimus ut memorati agentis ad parte ipsius venerabili viro Godobaldo abbati vel basilici sui domni Dionysii jamdicta villa Baudrinus in superescripto pago Cameliacense, una cum terris, donebus, superpositis ædificiis, acolabus, mancepiis, viniis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decorsebus, movlebus et immovilebus, peculiaris, præsideis, farinariis, gregis cum paritoribus utriusque generis sexus, una cum omne adjecenciis vel appendiciis ad se pertinentis vel aspicientis, ad integrum omnia et ex omnebus, inspecta eorum strumenta, omne tempore habeant evindegata adque elediata. Et, se necessitas ipsius Godobaldo abbati vel basilici sui domni Dionysii aut successoribus suis inantea fuerit, memoratus Ermenteus vel heredis sui eos in auctorioie contra quemlebet studeant defensasare. Gairebaldus ad vice Eonardo recognovit.

Judicatum quod licit minsis Marcius dies iij, annu vj regni nostri, Pontegune in palatio nostro.

#### XLV.

*Diploma Theodorici IV, regis Francorum, quo dona monasterio Morbacensi collata aut conferenda, et concessa privilegia confirmat (ann. 727).*

Theodericus, rex Francorum, viris apostolicis Patribus episcopis, necnon inlustribus viris, patricis,

\* Exstat nævis plenum, apud Mabillonium, Ann. t. II, append. pag. 700; Lünig, Spicil. eccles. t. IV, pag. 175, et t. V, pag. 951, et in Actis SS. Bollandianis, t. I Octob., pag. 454; minus inaccurate apud La Guelle, Hist. Alsat. prob. pag. 13, et in Collectione scriptorum rerum Francicarum, tom. IV, pag. 706. Schœpflin, Hist. Alsat. diplom. t. I, pag. 7, edidit ad fidem autographi et autographum ipsum æri incisum publici juris fecit. Juxta lectionem Schœpflini recudimus. Perminus, alias Pirminius, e monasterio suo in Augia pulsus, in Alsatiam

A comitibus, vel omnibus agenibus, tam presentibus quam futuris. Si petitionibus sacerdotum quod ad proprietatem ecclesiarum pertinet, devota mente prestamus, retributorem omnium honorum Dominum Jhesum Christum ex hoc nos habere confidimus. Igitur dum et venerabilis vir Perminus, gratia Dei episcopus<sup>b</sup>, nostris temporibus cum monachis suis, Deo inspirante, pro Evangelio Christi peregrinatione suscepta, monasterio virorum in heremi vasta, quæ Vosagus appellatur, in pago Alsacense, in loco qui vocatur Vivarius-peregrinorum, qui antea appellatus est Muorbach, in alodo fidele nostro Eborhardo comite, cum ipsius adjutorio, Deo donante, conatus est constituere, vel cœnubio sancto ibidem instituere in honore Dei et genetricis Domini nostri Jesu-Christi, semper Virginis Mariæ, seu sancti Michaelis archangeli, vel sancti Petri et Pauli beatis apostolis, et sancti Leudegaris martiris cum sociis eorum, ubi ipsi famuli Dei sub sancta regula solitariam vitam fruuntur: petit ipse vir Dei Perminus episcopus serenitati nostre, cum ipso jam nominato fidele nostro Ebrochardo comite, talem ob hoc nostrum emanare preceptum de omni corpore possessionis ipsius monasterii, quicquid ad præsens tenere vel donare videtur, aut quod inantea a quocumque, Deo inspirante, ibidem recte fuerit conlatum vel delegatum, per nostrum preceptum deberemus in Dei nomen plenius confirmare. Quod nos pro mercede nostra in omnibus fecisse cognoscite: et ad prædictis famulis Dei talem enisimus decretum, ut nullis episcoporum, nec presentis, nec qui fuerint successores, nec eorum ordinatores, aut quibuscumque judiciaria potestas pro quacumque ingenio possint quocumque ordine de loco ipso aliquid auferre aut abstrahere; ut facilius liceat ipsa familia Christi, que ibidem in Dei nomine aduare desiderant, eorum rectam delegationem quiete per tempora possidere, et sancta regula conservans proprio privilegio, que nobis pre manibus ostenderunt, Deo iubente, sub tranquillitate possint permanere: quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quicquid at talem familiam Christi ad laudem Dei die nocteque canendam conceditur. Idcirco pro cœlesti intuitu talem nobis beneficium prestetisse cognoscite, ut maneat D quicquid antefati viri Dei ad ipso monasterio conquestiverint vel laboraverint, et quod jam dictus fidelis noster Ebrehardus per sua strumenta ibidem affirmavit, vel a cæteris conlata fuit aut fuerit, sub nostra emunitate ejus temporibus absque ullius inquietudine, Deo auxiliante, cuncta eis proficiant in au-

venit, teste Hermanni Contracti Chron. ad annum 727 [apud D. Bouquet, t. III, pag. 330], ubi monasterium Morbacense condidit, impensas suppeditante Eborhardo comite, circa annum 727, quo ipso anno in novi monasterii gratiam Theodericus emisit diploma quod exhibemus.

<sup>b</sup> Chorepiscopus Perminus vocat Hermannus Contractus, in Chronico; hic vero episcopus absolutus dicitur. An episcopus regionalis? Divinare Mabillonius non audet, Annal. t. II, pag. 73. [Chorepiscopi nomen non legitur in Hermanno, ubi supra.]

gineutis. Additur tamen, etsi abbas congregationis ipsius episcopis fuerit postulatus, ut ei presbiteros vel diacones pro missas celebrandum debeat ordinare, absque commodi acceptione instituat; et si rogatus conditam ecclesiam, crisma, tabulas, gradus ecclesie, absque commodi acceptione faciat: quod si ipse renuerit, altero quemlibet pontificem, qui gratis hæc tribuat, licentia habeat supplicare, et ille hoc facere; et nullo unquam tempore parrochiæ ipsius pontificis, in cujus diocese situm est hoc monasterium, potestatem nullam habeat inquietandi, non ipse, non archidiaconus, non Ecclesie iudices, nec census mittere, neque pastum, neque honorem in rebus monasterii requirere non audeant. Et si abba ipsius congregationis de hac luce vocatus fuerit, nullus ibidem de alio monasterio, nec de civitate, nec pro parentela, nec ab episcopo ordinatus, neque per potestatem, neque per præmium, aut quolibet ingenio, cuicumque iudici nullus præsumat in ibidem abbatem ordinare; nec quancumque necessitas evenerit, abbatem instituire, nisi quem ipsa congregatio et melior pars elegerit, secundum quod regula et privilegium ipsorum continet, ipsi sibi dignum constituent pastorem. Et illud nobis placuit pro integramente vel stabilitate regni nostri innectere, ut ipse monasterius sub defensione et tuitione Dei et nostra stirpe regia per succedentia tempora valeat consistere inconvulsum, et nulla publica iudiciaria potestas, nec presente, nec futuro tempore, in curiis vel territoriis ubique ipsius monasterii, ad causas audiendum, vel freda undique exigendum, non præsumat ingredi, nec fidejussores tollere, et quicquid tam de ingenuis quam de servientibus super territoriis ipsius monasterii omni commanentibus, fisco de freda aut harebannus, unde poterat sperare ad luminaribus vel stipendiis superscriptis famulis Dei et nostra indulgentia ad integrum mancipientur effectui, et nobis regnantibus, aut postmodum tempora succedentium regum, quod nos pro Dei amore et timore indulsimus, quemquam hoc non præsumat convellere; set omne quiete et integra emunitate hoc quod decrevimus inviolabilis auxiliante Deo per-

A severet. Et, ut hæc præceptio erga ipso monasterio firmiter habeatur, manus nostræ subscriptionibus subter decrevimus roborari.

Theodericus, rex Francorum. Data quæ fecit mense Julio die xij, anno vij regni nostri; Gundulli-villa<sup>a</sup>, in Dei nomine, feliciter. Amen. Gerbaldus obtulit.

## XLVI.

*Diploma Theoderici IV, regis Francorum, quo dona ecclesie sancti Vincentii Parisiensis a Galterio et Godu conjuge ejus collata confirmat<sup>b</sup> (ann. 750).*

Theodericus, Dei gratia, rex Francorum. Si petitionibus servorum vel ancillarum Dei, in hoc quod ad loca sanctorum ac Deum timentium hominum adinet assensum præbuerimus, hoc ad mercedem futuram, et stabilitatem et tuitionem regni nostri, in Dei nomine prodesse confidimus, ut propter hoc inantea semper in melius delectentur erga culmen regale fidem servare, et pro stabilitate regni nostri Dominum cotidie deprecare. Ideoque notificamus cunctis nostris fidelibus quod quidam nostrorum procerum, nomine Galterius, ejusque conjux nomine Goda, adierunt nostram clementiam, suggerentes quatinus donum quod ex suis rebus in pago Bituricensi positus faciebant a l ecclesiam Sanctæ Crucis Sanctique Vincentii in suburbio Parisiaco sitam, uli preciosus confessor domnus Germanus in corpore requiescit, nostra auctoritate firmaremus. Sunt autem hæc loca denominata, Fraxinum cum ecclesiis, C<sup>c</sup> Caldunum cum ecclesia domni monialis confessoris super Chrosam fluvium, Gragilidum cum ecclesia domni Germani, Argentonem cum ecclesia, vel quicquid ultra Ligerim possidere videbantur, una cum domibus, ædificiis, accolis, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, decimis, greges cum pastoriibus, servis et ancillis, aquis aquarumque decursibus, et insuper omnia ad integrum quicquid ad supradictas pertinent possessiones. Ita videlicet ut post obitum Galterii, si Goda ejus conjux superstes esset in corpore, Deo sacrata foret, et in ecclesia domni monialis, cum puellis Deo sacratis quampluribus sibi associatis, Deo serviret; ipsumque locum una cum

<sup>a</sup> Gundulli villam regis villis annumerat Schœpflinus, ubi supra in not., recte quidem; sed ipsam omnissam queritur a D. Germain in opusculo de villis regis, in quo miramur Schœpflinum cæcutiisse; de hac enim fuse disserit dominus Germain in hoc ipso opusculo, apud Mabill., de Re dipl. pag. 285 et seq., ubi ait nullam hujus regie villæ mentionem haberi antiquiore quam in diplomate de quo agimus.

<sup>b</sup> Exstat apud Bulliardum, Hist. abb. S. German. a Pratis, prob. pag. 8, qui illud deprompsit ex chartulario ejusdem monasterii. Mabillonius, Annal. t. I, pag. 542, hoc diploma tribuit Theodorico III, et circa annum 678 datum censet, quia tunc S. Vincentii Parisiensis [sanctæque Crucis, posterioribus temporibus et usque ad nostra, Sancti Germani a Pratis] monasterio præerat Antharius, qui, ut asserit pag. 614, non ultra annum 697 vitam produxit. Sed recte notat Bulliardus, ubi supra, pag. 17, de altero Anthario agi in diplomate quod expendimus, quem sub Theodorico IV, eidem monasterio præfuisse credendum est. Antharium huic alterum Sigefrido Sancti Ger-

mani abbati suffectum esse arbitrantur auctores Novæ Gallie christianæ, t. VII, col. 422, et ab anno 730 ad annum 735 hanc abbatiam rexisse. Certe diploma quod exhibemus emissum est a rege cujus pater dicitur Dagobertus, atavus Childebertus; quod Theodorico III non convenit, qui patrem Chlotoveum habuit, nec ullum inter majores nomine Childebertum. Theoderici vero IV genitor fuit Dagobertus, et avus Childebertus, qui atavus pro avo, lapsa facili amantensis, vocari potuit; imo nec quemquam movebit quod vox atavus, his temporibus, pro quolibet e majoribus usurpata fuerit. [Dubitandi ansam præripuissent notæ chronologicæ diplomatæ, si quedam existitissent in chartulario unde illud Bulliardus expressit.] Deficientibus notis chronologicis, hoc instrumentum sub anno 730 cum Bulliardo collocamus. [Hoc diplomate rex ecclesie S. Vincentii et S. Crucis confirmat plurima loca eidem a Galterio, uno e proceribus, et uxore ejus Goda, sub quibusdam conditionibus impertita: quod circa has condiciones evenerit, memoria nulla est.]

upradictis possessionibus, ad ecclesiam sanctæ Cru-  
cis sanctique Vincentii levitæ et martyris, ubi pre-  
ciosus confessor Germanus in corpore requiescit, in  
suburbio Parisiæ urbis, sicuti vir suus Galterius et  
ipsa Goda, pari et communi assensu, nostra firmante  
auctoritate, decreverant, sub dominatione et provi-  
dentia Autharii ecclesiæ sanctæ Cruci prædictorum-  
que sanctorum abbate, legaverunt; ea scilicet rati-  
one, ut prædictus abbas, post depositionem præ-  
dictæ Godæ, abbatissam ibidem debeat, aut post  
obitum ejus abbas qui sibi successerit, vel rectores  
qui sibi per futura secula successerint, in sæpe dicta  
sanctæ Cruci sanctorumque dictorum ecclesia eli-  
gere et constituere provideant. Quam testamenti pa-  
ginaam, Dei ac prædictorum sanctorum amore, seu  
remedio nostri ac conjugis seu filiorum nostrorum  
vel genitoris Dagoberti secundi vel avi nostri Chil-  
deberti, Francorum regum, salute ac requie, manu  
et auctoritate signaculi nostri firmavimus. Quin  
etiam, juxta precem fidelis nostri Galterii ac uxoris  
ejus Godæ hoc etiam addidimus, quod si, quod ab-  
sit vel quod minime credidimus fieri, hanc testa-  
menti paginam reclamare vel violare conatus fuerit,  
vel a dominatione ecclesiæ Sanctæ Crucis Sanctique  
Vincentii levitæ et martyris nec non domni beatis-  
simique Germani vel rectorum, sive monachorum  
ejusdem ecclesiæ, ubi ratiendo auferre conatus fuerit,  
in primis iram Dei incurrat, et cum Juda traditore,  
simulque Dathan et Abiron, sine fine penas inferna-  
les subeat, immo etiam trecentas auri libras fisco  
nostro persolvere cogatur et quod repetit minime  
assequatur.

## XLVII.

*Diploma Chilperici (Childerici III), quo, ad petiti-  
onem Gauzioleni, Cenomanensis episcopi, confirmat  
immunitatem villæ Arduno concessas* (ann. 745).

Chilpericus, rex Francorum, vir illustris. Si facta  
parentum nostrorum conservamus, nostra perenni-  
ter stabilita esse confidimus. Ideoque apostolicus vir  
pater noster in Christo Gauziolenus, Cenomannicæ  
urbis episcopus, nobis suggestit eo quod sobrinus  
noster Dagobertus, quondam rex, per suam præce-  
ptionem taliter domno Berario quondam episcopo et  
Achilberto episcopo nec non et domno Herlemundo  
episcopo concessisset, ut quidquid de villa ipsius  
ecclesiæ, nuncupante Arduno, in pago Pictavo, ad

<sup>a</sup> Non aliunde hoc instrumentum novimus, nisi ex  
Actis Cenomanensium episcoporum, in Mabillon.  
Analect. pag. 287. Huic perperam præfixum est no-  
men Chilperici pro Childerici nomine, ut recte monet  
Mabillonius, Annal. t. II, pag. 122, neque enim, tem-  
poribus Chilperici regis, Cenomanensi ecclesiæ præ-  
fuit Gauziolenus, qui successit Herlemundo, cuius  
chartam edidimus, pag. 330, datam anno 721. Er-  
rorem censeremus amanuensis oscitantiam tribuen-  
dum, si pro legitima haberi posset charta hæc; sed  
alia indicia suppositivum fetum produnt, unde con-  
ficere licet falsarium ex invidia errasse, dum spu-  
riam chartam fabricaret, ad fidem conciliandam  
chartæ alteri quam alio loco exhibuimus et spu-  
riam monstravimus. Hæc autem chartæ inter se mi-  
nime concordant: charta enim de qua nunc agi-

mus sperabatur, hoc nullus iudex neque quislibet  
exactare deberet, nec in ipsa villa mansiones facere,  
nec freda exactare, nec causas audire, nec ul'as pa-  
ratas, nec ullum lucrum terrenum requireret, nec  
exactare præsumperit, nisi hoc in luminaribus ip-  
sius ecclesiæ Cenomannicæ, quæ est in honore sancti  
Gervasii et Protasii martyris patronis nostri con-  
structa, deberet esse concessum; et postea Herle-  
mundo episcopo, qui post Achilbertom episcopo  
ibidem fuit, similiter concessisset, unde et ipsas  
præceptiones ipse pontifex se præ manibus habere  
affirmat, et de eodem tempore usque nunc ipsum  
beneficium asserit esse conservatum, sed pro integra  
firmitate petit celsitudini nostræ ut hoc denuo per  
nostram auctoritatem ipsi Gauzioleno episcopo, vel  
ad ipsam ecclesiam sancti Gervasii et Protasii mar-  
tyris confirmare deberemus: cui nos non denegasse,  
sed in omnibus ita præstitisse et confirmasse cogno-  
scite. Præcipientes enim ut, sicut constat ipse sobri-  
nus noster Dagobertus, quondam rex, vel alii paren-  
tes nostri antecessores reges, integras emunitates  
de ipsa villa Arduno ad ipsam ecclesiam fecerunt, ita,  
et inantea nos per nostram auctoritatem concedimus,  
et confirmamus, ut nullo unquam tempore ullus  
iudex in ipsa villa præsumat aut causas audire, aut  
ulla parata, aut freda, aut quatenuscumque censum,  
aut lucrum terrenum quod ad fiscum nostrum potue-  
rit sperare, ullo unquam tempore præsumat requi-  
rere nec exactare, nisi, inspectis ipsis præce-  
ptionibus antiquorum parentum nostrorum vel sobri-  
ni nostri Dagoberti regis, in luminaribus suprascriptæ  
basilicæ Sancti Gervasii et Protasii martyris perpetu-  
aliter debeat esse concessum atque indultum. Et,  
ut hæc auctoritas firmior habeatur vel per tempora  
conservetur, manus nostræ subscriptionibus subter-  
cani decrevimus roborare. Chilpericus rex subs.  
Data quod fecit mensis Martius dies ij, anno primo  
regni nostri, Compendio feliciter.

## XLVIII.

*Diploma Childerici III, regis Francorum, quo immu-  
nitates confirmat a Theodorico rege concessas mo-  
nasterio Sithiensi* (ann. 745).

Hildericus, rex Francorum, viris illustribus Gra-  
vionibus, atque omnibus agentibus, vel junioribus  
eorum tam presentibus quam futuris, in quicumque

mus immunitates confirmat quas ait concessas fuisse  
Berario, Achilberto et Herlemundo, Cenomanensibus  
episcopis, a Dagoberto rege; charta vero altera  
immunitates easdem, jam pridem Berario et Achil-  
berto indultas a Childerico, asserit. Chronologica  
notam sic interpretamur. Concilium Suessionense  
coactum fuisse constat v nonas Martius, anno 744, id  
est Martii die tertia, jam currente anno secundo  
regni Childerici. Ergo anno primo regni Childerici  
dies 2 mensis Martii videtur adscribenda anno Christi  
745. Vide Longuer. Annal. in t. III Collect. scrip-  
tur. Franc., pag. 704.

<sup>b</sup> Ex chartulario Folquini eruit Mabillonius, De  
re dipl. pag. 610; recudit ex Mabillonio Miræus,  
Opera diplom. t. II, pag. 929. Duo præcipue in hoc  
diplomate notatu digna: 1 Childericus Theodorico

actionibus monasterium Sithiu habere videtur. Quem divina pietas sublimat ad regnum, concedet facta conservare parentum, præcipue quæ comitiis ecclesiarum aut locis sanctorum regali clementia pro æterna retributione probatur esse indultum, oportet conservare in ævum. Igitur cognoscat magnitudo seu et utilitas vestra, quod venerabilis vir Waimarus, abbas de monasterio Sithiu, clementiæ regni nostri detulit in notitiam quod parens noster Theodericus, quondam rex, per suam præceptionem sua manu firmatam, antecessori suo Erkembodo abbati, vel ad prædictum monasterium suum Sithiu, tale beneficium concessisset, ut quod infra fiscum nostrum, ubi et ubi, in quibuscumque pagis aut territoriis comparatum habebat, aut inantea ad comparandum invenire poterat, vel quod boni homines Decem timentes, pro animabus eorum ad suprascriptum monasterium dederunt aut inantea dederint, hoc habuisset concessum; et quod de fisco nostro comparatum habebat aut inantea comparasset præter illam terram unde opera carraria exeunt, hoc habuisset concessum, et nulla judiciaria potestas nullos redditus terræ nec nullas functiones publicas eidem ob hoc exigere aut exactare nec requirere non deberet: unde et ipsam præceptionem ipsius jamdicti parentis nostri Theoderici quondam regis se præ manibus ex hoc habere adfirmat, et nobis in præsentem eam ostendit ad relegendum, et ipsa beneficia concessa de eo tempore usque nunc asserit esse conservata; sed pro firmitatis studium petiit celsitudinem nostram ut hoc circa ipsum locum sanctum per nostris decernemus confirmare oraculis, quod nos propter nomen Domini et reverentia ipsius sancti loci ita præstitisse et in omnibus confirmasse cognoscite.

vocat parentem suum; quo vocabulo alii *patrem*, alii *cognatum* intelligunt. Hanc postremam interpretationem tuetur Mabillonius, de Re dipl. ubi supra, et Annal. t. II, pag. 121, sed infirmioribus argumentis: scilicet, auctoritate trim chartarum in gratiam episcoporum Cenomanensium emissarum, in quibus Childericus Dagobertum sobrinum suum vocat, quem potius avum appellasset, si patrem agnovisset Theodericum qui Dagoberti filius fuit. Verum nullius huius sunt chartæ quibus Mabillonius nititur, quarum unam spuriam alibi monstravimus, et alias suis locis exhibebimus, non melioris notæ. Ergo harum testimonio minime evertitur sententia Malbranci, De Morinis, lib. IV, cap. LXIII; Cointii, Annal. t. V, pag. 108, et aliorum plurimum, qui, ex diplomate de quo agimus, colligunt Theoderici IV filium fuisse Childericum III. Id vero majorem dubitationem parit, quod notat Mabillonius, de Re diplom. pag. 610, not., Childericus ætate, patrem *genitoris* vocabulo, consanguineos *parentum* nomine designatos fuisse. Quin et in hoc ipso Childerici diplomate, vox *parentum* lato sensu sumpta legitur, pro antecessoribus quibuscumque; 2<sup>o</sup> Diploma Childerici datum dicitur in *Crisiaco palatio*. Hinc acute arguit Cointius, Ann. t. V, p. 108, Childericum in regibus degisse, nec apud Mamaccas villam delituisse, et posteri finxerunt. Nulla hujus diplomatis mentio est apud Iperium in Chronico sancti Bertini, ut videre est in Thesaur. anecd. Marten. t. III, pag. 482. Diploma Theoderici IV a Childerico confirmatum loco suo elidimus, pag. 330. Restat ut notas chro-

Præcipientes enim præcipitavimus ut, quicquid constat suprascriptum parentem nostrum Theodericum, quondam regem, de ipso beneficio, sicut superius est comprehensum, præfato Erkembodo abbati vel suprascripto loco sancto, pro aumento mercedis suæ concessit, et de eo tempore usque nunc recto tramite fuit conservatum: ita et inantea inspectis ipsis præceptionibus prædicti principis, sicut per easdem declaratur, ita et inantea per nostrum præceptum plenus in Dei nomine sit confirmatum, sub eo ordine circa ipsum Waimarum abbatem, vel ad ipsum monasterium suum Sithiu, omni tempore ipsa beneficia concessa, in omnibus valeant esse confirmata, et nullam refectionem nec ullum impedimentum a iudicibus publicis exinde quoquam tempore habere non pertimescant, unde et ipsa congregatio pro stabilitate regni nostri vel salute patriæ, Domini misericordiam jugiter debeant exorare. Et, ut hæc auctoritas firmiter habeatur, vel per tempora in omnibus conservetur, manus nostræ subscriptione eum subter decrevimus adfirmare.

Signum gloriosi regis Childerici.

Datum quando fecit Aprilis dies xxij, anno primo regni nostri, Crisiaco palatio, in Dei nomine, feliciter. Amen.

#### XLIX.

*Diploma Childerici III, regis Francorum, quo immunitates Anisolensi monasterio a prædecessoribus suis concessas, ad preces Gauziolenti, episcopi Cenomanensis, confirmat, simul et censum annuum, quem abbas dicti monasterii soltebat episcopis Cenomanensibus* (ann. 745.)

Childericus, rex Francorum, vir illuster. Si facta parentum nostrorum conservamus, nostra perenniter stabilia esse confidimus. Ideoque apostolicus vir,

notogicas diplomatis Childerici expendamus pauca. Constat concilium Suessionense coactum fuisse anno regni ejus secundo, die v nonas Martii anni Chr. 744. Ergo mensis Aprilis, anno primo regni ejusdem, videtur incidisse in annum Christi 743; unde hoc diploma sub anno 743 recte collocant chronographi; vide Longuer. Annal. in Collect. script. rer. Franc. t. III, pag. 704. Cf. chartularium Sithiense, pag. 51, a claro viro Guérard editum ann. 1841.

Spuriorum instrumentorum spuria hæc confirmatio exstat inter Acta episcoporum Cenomanensium, apud Mabill. Annal. pag. 386, quam recuderunt Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 709. Diploma itidem spurium suo loco elidimus, quod a Dagoberto emissum fugitur, et aliud quo census ab abbate Anisolensi Cenomanensi episcopo solvendus asseritur. [Diploma Childerici III, de quo nunc agitur, has scilicet concessionem confirmat, mentione imprimis facta census annui, Ecclesie Cenomanensi, in signum subjectionis, solvendi.] Omnia hæc instrumenta suppositiis annumeranda docet solemne iudicium quo hæc, in lite prolata, de falso damnata sunt et aboleri jussa, nono sæculo, ut videre est in Baluzii Miscell. t. III, p. 128, art. 18, et apud Collect. script. rer. Franc. t. VII, pag. 297. De his non semel diximus. Chronologica notæ deficiunt in instrumento quod hic exhibemus. Eo ordine illud collocandum studimus qui cum regno Childerici III et cum Gauziolenti Cenomanensis episcopi præsulatu convenire possent.

pater in Christo noster Gauziolenus, Cenomannicæ A urbis episcopus, nobis suggestit eo quod de monasteriolo suæ sedis ecclesiæ, quod vocatur Anisolæ, in quo dominus Karilefus corporaliter jacet, sobrinus noster Dagobertus, quondam rex, et antecessores sui, reges scilicet Francorum, ejus prædecessoribus domno Domnolo episcopo, et Hadoindo episcopo, et domno Berchario quondam episcopo, et Aigliberto episcopo nec non et domno Herlenundo episcopo præcepta fecissent, et emunitates sedis ecclesiæ suæ propriis manibus Deo confirmassent, qualiter a suo titulo et a sua ecclesia et civitate numquam alienatum aut subtractum etiam vel in futuro fieret, unde et ipsas præceptiones ipse pontifex se præ manibus habere affirmat, et de eodem tempore usque nunc, ipsum monasteriolum suæ cathedræ ecclesiæ B esse conservatum; sed pro integra firmitate petiit celsitudinem nostram, ut hoc denuo per nostram auctoritatem ipsi viro domno Gauzioleno episcopo vel suæ civitatis ecclesiæ confirmare deberemus: cujus nos non denegasse, sed in omnibus præstitisse et confirmasse cognoscite. Præcipientes enim ut, sicut constat ipse sobrinus noster Dagobertus, quondam rex, vel alii parentes nostri antecessores reges, integra emunitate de ipso monasteriolo ad ecclesiam fecerunt, ita et inantea nos per nostram auctoritatem concedimus, et confirmamus, ut nullo umquam tempore nullus iudex in ipso monasteriolo et suis appendiciis non præsumat causas audire nec ulla parata, nec freda, nec qualemcumque censum, aut C lucrum terrenum quod ad fiscum nostrum potuerit sperare, nullo umquam tempore non præsumat requirere nec exactare, nisi inspectas ipsas præceptiones antiquorum principum parentum nostrorum, vel consobrini nostri Dagoberti, quondam rege, in luminaribus suprascripta matra et civitate basilicæ perpetualiter debeat esse concessum atque indultum. Insuper postulavit memoratus Gausiolinus episcopus ut super precariam, quam fecit de monasteriolo Anisolæ cuidam abbati, nomine Didono<sup>a</sup>, nostrum fecissemus præceptum, sicut antecessores et parentes nostri memorati reges, suis antecessoribus et abbatibus prædicti monasterioli fecerunt; unde et

<sup>a</sup> Forte legendum *Ibboleno* pro *Didono*. Habemus enim, et alibi recudimus chartam precariam Ibboloni, abbatis Anisolensis, spuriam quidem, sed quæ simul cum diplomate Childerici inter Acta Cenomanensium episcoporum inserta est, qua Ibbolonus abbas declarat se ab ecclesia Cenomanica sub censu annuo tenere Anisolense monasterium.

<sup>b</sup> Vulgavit Martenius, *Ampliss. coll.* t. II, col. 17, ex archivo Stabulensi de promptum; recudit ad fidem Martenii Bertholetus, *Hist. Luxemb.* t. II, probat. pag. 36. Fœde depravatam emendare conati sunt Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 711, ope unius e forinulis Marculfi, lib. I, form. 2, quæ satis cum lectionibus Martenii convenit. Formula tamen addidit quædam quæ in instrumentum editum a Martenio intruserunt, quædam non exhibet quæ expunxerunt, ita ut formulam potius quam ipsum Childerici diploma edidisse videantur. Nos ipsissimas Martenii lectiones secuti sumus, etsi corruptas agnovimus; id enim ex instituto nostro

prædictorum regum præceptiones, et sanctorum suæ civitatis episcoporum precarias nobis ad relegendum ostendit, quæ omnia ante nos recitari fecimus: in quibus insertum invenimus, qualiter censum abbates prædicti monasterioli Anisolæ, pontificibus ejusdem civitatis persolverent et seniori ecclesiæ, de cera lib. vj, et ad opus fratrum canonicorum in prædicta ecclesia Deo militantibus in Cœna Domini plenum modium de ovis, et duas buticulas paratas, de optimo vino plenas; et ad opus episcoporum ejusdem civitatis, cambuttam unam optimam, et duos subtilares obtime paratos, et alia dona et opera multa: que omnia ad liquidum cognoscentes, hanc auctoritatis nostræ præceptionem, sicut deprecatus est, fieri jussimus, per quam præcipientes jubemus ut, dum advixerit prædictus pontifex, abbas per precariam et beneficium jamdudum Gauzioleni suorumque successorum, prædictum teneat monasteriolum; et memoratum censum, sicut in eorum precarias continetur, absque ulla dilatione per singulos annos persolvat, et ei obediens in omnibus semper existat; post ejus vero excessum, ipsum monasteriolum ad memoratam matrem ecclesiam et in jus et potestatem ejus et episcoporum sive rectorum, cum omni integritate et cum omni superposito immellioratum, absque ullius consignatione aut prohibitione revertatur, ut quicquid deinceps episcopi et rectores ejusdem sanctæ ecclesiæ canonice et rationaliter facere disposuerint, liberum in omnibus perfruantur arbitrium. Et, ut hæc auctoritas, tam præsentibus quam et futuris temporibus, Dei adjutorio, firma stabilitate debeat perdura e, subter eam signalis propria manu decemimus roborare.

## L.

*Diploma Childerici III, regis Francorum, quo immunitates confirmat monasteriis Stabulensi et Malmundariensi concessas* <sup>b</sup> (ann. 744).

Hildricus, rex Francorum, viro inclito Karlomanno majore-domus, rectori palatio nostro, qui nobis insolium regni instituit, viris apostolicis patribus nostris, nec non et imperatoribus<sup>c</sup> viris, omnibus comitibus vel omnibus agentibus, tam præsentibus quam futuris. Oportet enim clementia principale

D est, ut instrumenta cum mendis suis fideliter exscribamur. Deficit anni nota; annum autem 744 cum Bertholeto præfigimus, etsi fateamur nihil obstare quominus sub initiis regni Childerici emissum dicatur hoc diploma. Id certe cum Coittii, *Annal.* t. IV, pag. 109 et 166, opinione concordat, qui ægre concedit Anglinum monasteriis Stabulensi et Malmundariensi adhuc præfuisse cum Childericus ad regnum vocatus fuit; Anglino enim successerat Agilulphus, qui Colonienses infelax jam anno 746 adeptus fuerat. Num vero Anglinus idem censendus qui alias Agilulphus? Cum in depravatissimis instrumentis legatur nomen Anglini, nec aliunde Anglinus notus sit, id forte fas est conjicere. [Quamvis hæc sit Coittii conjectura, auctores Novæ Gall. christ. t. III, col. 941, Coittium a sententia sua dissiisse asserunt.] Sed de his iterum ubi in chartis aliis duabus de eodem Anglino agitur.

<sup>c</sup> Rectius, ut in form. Marculfi, *instr. tribus*.



inter ceterorum petitiones sacerdotibus quibuslibet benignum accommodare auditum, et quæ pro timore Dei et pro timore nominis Christi postulatur, ponatur procul dubio ad effectum, ut fiat in mercedem eonjunctio, dum pro quiete servorum Dei congrua impertitur petitio, qua fides propheta non dubitat ad Altissimi gratiam pervenire, quod secundum sacro eloquio præcipue a domesticis fidei devota mente impenditur, quia scriptum est: *Beati pauperes spiritus, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Ergo dum et Anglinus abba, qui etiam monasteria Stabulaus et Malmundario, quæ ponuntur in foresta nostro Arduenna, vel super fisco nos ro videntur esse constructa, et nostropromisso jussus est regere, vel ipsorum monachorum, ubi basilicas in honore domnorum sanctorum Petri et Pauli et sancti Martini videntur esse constructas, vel turba plurima monachorum ad unitatem noscuntur, clementiæ nostræ pro quiete ipsorum servorum Dei perce; tionem vigoris nostri placuit propalare, sub quo tranquillitatis ordine, Domino protegente, ipsi monachi juxta religionis normam perpetim valeant residere, ut huic series planius declaretur, quia nihil de canonica institutione convelli; et quicquid a domesticis pro tranquillitate pacis conceditur: nec nobis aliquis detrahendum æstimet atque innova decernitur merito, dum ab antiquis, juxta pontificum institutionem, pro regale correctione monasteria sanctorum et Stabulaus et Malmundarium libertatis privilegio videntur consistere. Ergo si qua inibi illius abbati est delegatum, aut deinceps fuerit additum, juxta quod ab Angliano abbate vel ceteris domnis abbatibus ad præfata monasteria vel monachorum ibidem deservientes, juxta quod eorum continent privilegia, quæ nobis præfatus Anglinus abba protulit recensendum, sancitum esse cognovimus et scimus, nullus episcoporum, ut diximus, nec præsens, neque qui fuerit successoris ejus, seu archidiaconus, seu eorum ordinatores, vel quælibet persona, post quoque ordine afferre de loco ipso, aut aliqua potestate sibi ipsa monasteria petere quod scriptum est adaptare, vel aliquid quasi pro commutationis titulo minorari, aut de monasteria blata abetollere, nec ad ipsa monasteria vel cellulis ejus, quod facilius est secun-

A dum delegationibus vitatam, vel hujus serie auctoritati ad ipsa monasteria absque illius inquietudine ibidem cuncta proficiant in augmentis. Addicientes ergo ut etiam in ipso privilegio de abbate ingressus ipsa loca congregatio post alius migravit, e senectipsis regulariter eligerint instituendo abbati potestatem habeant committendo, et licentiarum habeant terris fiscalis comparandi vel commutandi; adicientes ut nulli penitus judicum vel cujuslibet hominum licentia sit de rebus præfatis monasteria, absque voluntate ipsorum servorum Dei, iniquiter in aliquo defraudare, aut de monasterio pro suis usibus usurpare; nec, quod primitus est, et Dei iram incurrat et nostram offensam, vel fisco gravi damno sustineat. Illud nobis præcipue integram memoriam nostram placuit addendo, ut tam quod ex nostra largitate, quam deliberatione ipsius vel ceterorum aut cujuslibet, aut fuerit devoluta possessio, quoquo tempore nulla judiciaria potestas, aut succedente, ad causas audiendas, aut aliquid exactando ibidem non præsumat ingredi, sed omne immunitate hic ipsum monasteria qui in Dionante castro et in Hogio commorari videntur, nullo theloneo ad usus exactare penitus non præsumatis; et quidquid exinde fiscus nostro forsitan de eorum hominibus, aut de ingenuos, aut de servientibus, quæ ad ipsos casus legitimo redibunt mitio, et earum agros commanire videntur, vel unde quid poterit sperare ex indulgentiam nostram in luminaribus ipsius sancti loci vel stipendia sanctorum Dei, tamen nobis in Dei nomine viventibus, tam pro tempore succedentibus, pro mercedis compendium debeant cuncta proficere, ut pro æterna salute vel felicitati patriæ seu regni constantiam, delectet ipsius monachis immensam Domini pietatem implorare. Quem præceptum decretus noster in omnibus suffraganti, et, ut firmior habeatur et perhenniter conservetur, subscripitione manus nostræ estuduimus peragere. Cadecissamanus recognovit. Signum Childerico domno glorioso rege.

Emunata de monasterio Estabula seu Malmundario, ut non debeat alter abbas esse, nisi quos ipsi monachi voluerint eligere, ut Dei voluntas fuerit. Data quod fecit mensis Julius.

\* Pro *initio*, quod Martenium et Bertholetum senti, scripserunt pristini editores, excepto D. Bouquet, qui habet *mitio*. Hanc ipsam vocem præferendam opinor; quippe legitur in chartis ann. 752 et 760 à Martenio editis, Amp'iss. coll. t. 1, col. 26 et 27, forinulisque xiii et xiv, lib. I Marculf. Quid vero sit *mitium* non omnino constat, cum hac voce Bignomia censuerit significari *missus*, egoque ipse primum in hanc ierim sententiam. Re tamen atten-

tias perpensa, suspicor, in chartis certe et in formulis laudatis, *mitium* intelligendum esse de placito immunitatis quo convenire debebant homines infra territorium immunitatis commanentes. Neque inepte fortasse originem vocis *mitium* duceret aliquis a verbo Saxonico *metan* (occurrere), unde *mot* et *gemot* (concilium), et, quod adhuc, apud Anglos, dicitur *meeting*.

## APPENDIX AD DIPLOMATA REGIA.

DONATIONES AC TESTAMENTA PIA, FUNDATIONESQUE EPISCOPORUM, ABBATUM, MAJORUM DOMUS, DUCUM, FRANCIÆ FRANCORUMQUE ILLUSTRIORUM USQUE AD FINEM STIRPIS SECUNDÆ.

(ANNIS 659 - 748.)

(*Ex Breg. Diplom. chart. leg. t. II.*)

### I.

*Charta qua Adroaldus donat Bertino, Mommolino et Ebertramno portionem hereditatis suæ, ad monasterium construendum* \* (ann. 648).

Dominis sanctis patribus, Bertino, Mommolino, Ebertramno, ego in Dei nomine Adroaldus, sana mente, sanoque consilio integre deliberationis, prout mundana peccata mea illecebris abstergere Dominus dignetur, dono vobis omnem rem portionis hereditatis mee, in pago Taroanense, quod domno patri Audomaro, apostolico viro, ad senodocium suum edificandum dare volumus : sed ipse salubre ac melius consilium nobis donavit, ut ipsam rem vobis delegarem, ut ibi monasterium in honorem S. Petri, principis apostolorum, construere debeatis, ad conversandum monachis, ubi beati pauperes spiritu et domestici fidei adunari debeant, quorum voces cotidie ad aures Domini personare noscuntur, quorum petitiones Dominus audit et implet. Propterea vobis in Christo patribus, dono per hanc epistolam donationis, in pago Taroanense villam proprietatis meæ nuncupante Sitdiu, supra fluvium Agniona, cum omni merito suo, vel adjacentiis seu aspicientiis ipsius villae. Haec sunt villa Magnigeleca, Vuiciaco, Tatinga villa, Anneio, Masto, Fabricinio, Losantanas et Adfundenis seu Malros, Alciaco, Launardiaca villa, Franciliaco, cum omni merito eorum, cum domibus, aedificiis, terris cultis et incultis, mansiones cum silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, seu farinariis, mancipiis, aculabus, greges cum pastoribus, mobilibus, immobilibus, vel quibuslibet beneficiis. Haec omnia vobis ad integrum trado atque transfirmo, ut habeatis, teneatis atque possideatis, et quibus volueritis ad possidendum relinquatis. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego, aut ullus de heredibus meis, vel quislibet opposita persona contra hanc donationem venire con-

A verit allo unquam tempore, in primitus iram Dei incorrat, et S. Petri offensam, et insuper, fisco cogente, auri libras xv argenti pondo xxx coactus exsolvat, et quod repetit non valeat evendicare. Et ut haec donatio omnibus temporibus firmissima sit, manu nostra roboravimus, et qui signarent aut subscriberent, ad presens rogavimus. Facta donatio vii idus Septembris, anno xj regni domini nostri Chlodovii regis. Actum Ascio <sup>b</sup>, villa dominica, publice, coram strenuis personis quorum nomina cum subscriptionibus vel signaculis subter tenentur inserta. Ego Adroaldus hanc donationem a me factam, in Christi nomine. Peccator Audomarus, nomine absque opere episcopus, pro testimonio. Ego Agolfus, ac si indignus, presbiter. Ingobertus, ac si indignus, presbiter. Signum Chuneberti graphionis. S. Landeberti. Baboni. Maurillonis sacelaronis. Ada baldi. Chunerici. Babbini. Signum Bertolandi. Signum Seoquini. Signum Tiodobaldi Casservi... Signum Chrodmar sac. Signum Manassis. Signum Osoronuvaldi. Leudolenus abbas. Signum Ermenberti. Guoberti. Signum.... Signum Maurini. Signum Bainus. Signum Adalcharii. Signum Madalgisili. Signum Rigoberti. Signum Burgasti. Signum Chrodoboldi. Signum Valdegisili. Signum Madalaulfi. Signum Uniniger. Signum Aldeberti. Danoaldus presbiter. Signum Trasuuvaldi... Signum Ermari. Signum Marcrini. Signum Breulfi. Signum Gislebertus. Signum Baddoni. Signum Aldeb.... Cebereti. Signum Charrici. Signum Radbaldi sacelaronis. Asitendi sac. Signum Isberti sac. Signum Vualdemari. Signum Basini. Signum Amalgarii. Signum Anschiddi sacelaronis.

In XPI nomine Ragnulfus, jubente domno Audomaro episcopo, et rogante Adroaldo illustri viri, hanc donationem scripsi <sup>c</sup>.

\* Chartam hanc ediderunt Miræus, Opera dipl. t. I, pag. 7; Coitinus, Annal. t. II, pag. 329; Mabillonius, Ann. bened. t. I, pag. 401; Malbranq., De Morinis, lib. III, cap. xxvii; Auctores Novæ Galliæ christianæ, t. III, instr. pag. 109; ex autographo nullus. Nos editus ex authentico in chartophylacio nostro asservato, exscriptio partim ex autographo mutilo, partim ex chartario Folquini, de quibus fuse in prefatione nostra. [Cf. Chartularium S. Bertini, a claro viro Guérard editum ann. 1841, p. 48.] In lite inter Audomarem ecclesiam et S. Bertini monasterium, de nujus chartæ sinceritate certamen fuit. Argumenta in utramque partem allata hic expendere nec

instituti nostri est, nec sinunt notis nostris assignati limites. Dixisse satis sit chartæ calumniatores nullum in ipsa diplomaticum vitium arguisse, nec aliunde objecta petiisse nisi ex conjecturis, aut ex testimoniis quorum auctoritas fidem chartæ non elevat, quamque alia non levis ponderis testimonia tuentur. De his videsis Dissert. de origine monast. S. Bertini, Parisiis, 1774, et Disquisit. de veritate hist. eccl. S. Audomari, ibid. 1754.

<sup>b</sup> Iperii Chronicon habet : *Actum Sithis*. Ibi solum loci et anni notæ hujus instrumenti exstant, teste Marten. Thesaur. anecdot. t. III, col. 463.

<sup>c</sup> Corruptæ quædam, omissæ plurimæ in editis

## II.

*Charta qua Blidegisillus omnia quae a Chlodoveo rege acceperat, ad construendum monasterium Fossatense, donat huic monasterio a se constructo* (ann. 640).

In nomine sanctae Trinitatis, Blidegisillus diaconus, servus servorum Dei. Qui aeternae vitae hereditatem cum sanctis in futuro seculo desiderat possidere, oportet illum in praesenti seculo compensare, unde illam apud piissimum Dominum valeat impetrare. Omnibus igitur ordinibus, clericis quoque necnon et laicis, cunctisque sanctae Dei Ecclesiae fidelibus, tam praesentibus quam futuris, cogitum fieri volumus, quia quondam terram in pago Parisiaco sitam, quam dominus rex Chlodoveus gloriosissimus, ac praecelsa genitrix ejus Nandechildis regina, per praecipuum illorum, pro mercede sua, ad ecclesiam Dei inibi aedificandam, quoniam nobis concesserunt: illum videlicet castellionem qui Fossatus dicitur, et quem vulgaris lingua Castrum vocat Bagadarum, super fluvium Maternae situm, habentem ab introitu suo usque in alveum ipsius Maternae buinaria <sup>b</sup> duodecim, cum tota terra vocabulo Varena, quae est in circuitu ipsius castellionis, et quam Maternae fluvius gyrat, ac fossatus aquae concludit, ipsi sancto loco in honore Domini ac sanctae genitricis ejus Mariae, necnon et principum apostolorum Petri et Pauli, a nobis constructo, in quo egregium virum, nomine Babolenum, sub S. patris Benedicti exemplo, nuper constituimus abbatem, propter abluenda delictorum meorum facinora, vel Christi gratiam conquirendam, complacuit, dedisse volumus. Praeterea ut praedictus vir sanctissimus Babolenus, quem pro amore Dei in eodem, sicut diximus, loco abbatem constituimus, sui que monachi seu successores eorum, saepe fatum castellionem cum jam dicta Varena quam fluvius Maternae circumdat, et fossatus castellionis, ut dictum est, in introitu suo ab aqua in aquam totam terram concludit, una cum manentibus illis qui ibi appendunt, cum pratis ac pascuis, garricis et ulvis, cum aqua vero, seu omni piscatione, insulis quoque ac molendinis, necnon et piscatoriis, cum portis etiam cunctisque ipsius aquae transitoriis, vel cum omnibus adjacentiis cultis et incultis, ab hodierna

subscriptione; in apographo nostro, unicuique praefixae cruce; nonnullis additae notae chirographicae. Vox *sacebaronis* ad editoribus sumpta pro unius testis nomine. De *sacebaronibus* agimus in praefatione.

<sup>a</sup> Vulgata primum a Breulio, in Supplemento ad Antiquitates Parisienses, pag. 142, ex Vita S. Baboleni, et ex eo relata apud Cointium, Ann. t. III, p. 417; recusa postea in Historia Ecclesiae Parisiensis, t. I, pag. 175; in Historia civitatis Parisiensis, Feib. t. II, pag. 21; denique in Nova Gallia christiana, t. VII, inter instrum. col. 3. Lectionem Breuliani supplementi secuti sumus. Cum pro supposito habuerimus Chlodovei diploma exhibitum, hinc sequitur chartam Blidegisilli, quae Chlodovei instrumento nititur, legitimis annumerari a nobis non posse. Hanc a Mabillonio non omnino sinceram iudicatum fuisse jam diximus, ubi supra. Spuriim monstrant quae in ea leguntur: monasterium scilicet Fossatense conditum fuisse ad modum et similitudi-

die usque ad ultimam hujus seculi horam teneant ac perpetualiter possideant. Et sicut de regali munere hoc promerimus, ita de jure nostrae proprietatis, cum praecipuo et omni insumento, sive omni donatione quam supramemoratus rex dominus Chlodoveus, ac inclita ejus genitrix Nandechildis, fecerunt, et nobis, Deo inspirante, placabiliter dederunt, in eorum ejus potestatem, ad ipsum locum sustinendum, atque ad eorum corpora in Dei servitio ibi sustinenda, Deo auxiliante, transponimus ac firmiter transfundimus: quatinus ipsi servi Dei, omneque successores eorum, ut praediximus, ibidem sub regula S. Benedicti ad modum et similitudinem Luxoviensis monasterii, Domino Christo valeant devotissime famulari, et in omnibus eam sectentur normam, <sup>B</sup> ut omnibus postpositis peculiaribus, juxta apostolicam traditionem, cuncta possint possidere communia; ut et sibi salutem acquirant, ac pro anima praescripti regis domini Clodovei, ac matris ejus Nandechildis, qui mihi hoc, ut praefatum est, contulerunt, necnon et pro me, indigno ac miserimo Blidegisillo peccatore, Dominum toto corde fidelius exorare delectet. Si quis vero (quod nunquam credimus) contra hanc traditionem et nostrae delegationis decretum insurrexerit, aut eam infringere praesumpserit, vel abstrahere ab ipso sancto loco, seu de potestate eorum inibi Deo servientium, iram Dei omnipotentis se incurere pertimeat, et in caelis sanctorum societatem perdere per omnia formidet. Et <sup>C</sup> iusuper, juxta seculi poenam, auri libras quinque, argenti pondera, partibus ipsius loci vel jam dictis servis Dei, cogente fisco exsolvat, et nullo modo nulloque ingenio, quod adversatur evindicare valeat. Ut autem haec epistola nostrae donationis per cuncta secula teneat vigorem et stabilitatem, manu propria subscripsimus, stipulatione subnixi, et tam pontifices quam abbates, ceterosque magnificos viros praesentes in praesenti rogavimus ut eam suis roborationibus adfirmarent: quod et multi, optulante Deo, libenter fecerunt. Actum Parisius, sub die nonarum Maiarum, ann. III regnante Clodoveo, gloriosissimo rege. Signum Blidegisilli diaconi, qui hanc epistolam donationis fieri rogavit et subscripsit. Signum Audoberti, Parisiaca urbis episcopi, qui huic

<sup>D</sup> nem Luxoviensis monasterii, sub regula S. Benedicti: haec enim male concordant. Nam, ut ex Cointio, ad diploma Chlodovei, notavimus, monasterium Luxoviense non sub S. Benedicti, sed sub S. Columbani regula conditum fuit. Erroris falsarii causam conjicimus, ex eo quod cum aliquandiu sub S. Columbani regula exstitisset monasterium Fossatense, reformatum fuit, et regule S. Benedicti submissum; unde chartae fabricator, haec omnia miscens, sub S. Benedicti regula conditum fuisse existimavit; atque hinc satis videtur verisimile chartam seculo decimo fuisse confictam, ab ipso forte scriptore Vita S. Baboleni, erroribus et fabulis referat, aut certe ex ipsa vita depromptam.

<sup>b</sup> Cointius, loco citato, legi jubet *buinaria*, quo interpretatur quamdam terrae mesuram. [Conf. Caugium voc. *Buinarium*.]

<sup>c</sup> De subscriptionibus haec notabimus: Parisiensis episcopus, unus ex subscribentibus, non Audobertus

epistolæ, rogante Blidegisillo, subscripsit. S. Anno-  
berti, Senonicæ ecclesiæ episcopi, qui hanc corro-  
boravit, etc. (sic). Signum Marini, Belvacensis Ec-  
clesiæ episcopi, qui et hanc conscriptionem confir-  
mavit. Signum Agomari episcopi, qui similiter eam  
signavit. S. Argundi episcopi, qui hoc similiter signa-  
vit. S. Audonis, qui adfirmavit. Signum Waudeberti  
adsignantis. Signum Randegrammi conscribentis.  
Signum Theodeberti. Signum Charoaudi abbatis.  
Signum Hildoardi abbatis. Signum Catherini abbatis.  
Signum illustris viri Valdeberti comitis.

## III.

*Charta qua Widericus comes declarat se congregasse  
moniales in Hasteriensi ecclesia, ejus clericis, et  
illam Metensi episcopo sujecisse* \* (ann. 626).

In nomine Trinitatis sanctæ et individuæ, etc.  
Ego comes Widericus [Wasseb., *Wildericus*], nobili  
prosapia exortus, quomodo in viâ mea egi omni  
venturæ generationi relinquendum curavi: defuncto  
namque patre meo, scilicet Obarico, Lothariensi  
[Wasseb., *Oacrio Lothariensi*] duce nobilissimo, qui  
a stirpe præcesserat Hilperici, Francorum regis,  
uxorem magnæ nobilitatis duxi, nomine Bertam, sci-  
licet Metensis regis Sigiberti amitam, et illi dotis no-  
mine dedi allodium Hasteriensiæ villæ, super Mosam  
positæ, cum omnibus appendiciis suis (videlicet cum  
Jeties, Serevilla, Mareyna, Gedermo, Porvina, et  
hoc quod continetur in lionante, videlicet, ecclesia,  
Camba, et terra Hermeatonæ, Goessene, cum manso  
in villa Vireux, Foscia, Samiraco in Famenna,  
Riennes in Arduenna, cum silvis, terris cultis et in-  
cultis, campis et molendinis, et cum multa familia  
quæ infra lannum istorum allodiorum continetur<sup>b</sup>),  
non paucis autem tempore, cum magna lætitia mor-  
talem vitam duximus; sed quando Dei judicio here-  
ditibus carnis privati sumus, quapropter, divino con-

dicti debuit, sed Angilbertus, ut legere est apud Bedam, Hist. eccles. lib. III, cap. VII, in exemplari quo utimur, cum novem manuscriptis optimæ notæ diligenter olim collato. Annobertus, Senonicensis episcopus, non aliunde notus, nisi ex Vita S. Baboleni et charta de qua agimus. Felicius huc adducuntur Marinus, Belvacensis episcopus, qui subscripsit diplomati Dagoberti, anno 631, et Agomarus, episcopus Silvanectensis, qui concilio Remensi interfuerat anno 625, ac obiit, juxta Cointium, Ann. t. III, pag. 185, anno 649; sed Argundi episcopi nomen videtur vere suppositivum. Hunc quidem Aurelianensem episcopum fuisse conjicit Cointius, ibid. pag. 148, at nullo fultus argumento: neque eum agnoscit catalogus episcoporum Aurelianensium, Nov. Gall. christ. t. VIII, col. 1416, nec ulli, quod sciamus, concilio, hujus nominis Aurelianensem episcopum interfuisse traditum est.

\* Edita in antiquitatibus Brabanticis Grammaï, t. II, p. 67; hinc in supplemento operum diplomaticorum Miræi, t. III, pag. 2; exstat quoque, sed non integra, in antiquitatibus Gallicæ Belgicæ Wasseburgi, t. I, folio clvi, v<sup>o</sup>. Ex supplemento ad Miræum de promptam recudimus, variis lectionibus inter uncos adscriptis ex Wasseburgo, qui hoc instrumentum se ex authentico exscripsisse monet. Auctores Novæ Gallicæ christianæ, t. III, col. 575, not. a, illud fictionem sapere judicaverunt, nec eo minus

silio tacti, allodia nostra statuimus servare justitiæ et veritati, ita ut hereditatem fruamur perpetuam. Erat autem Hasteriensi ecclesia a priscis temporibus a sancto Materno, Petri apostoli discipulo, consecrata. In qua multorum sanctorum reliquiæ sunt positæ, de Christi sanguine, de matris ejus lacte (de spina coronæ, de ejus vestimento, de præsepis ejus stramine). Illas S. Sirenus, episcopus, qui in Hasteriensi ecclesia requiescit, detulit a Hierosolyma, eodem tempore quo S. Joannes, episcopus, reliquias protomartyris Stephani invenit revelatione divina. Quia ergo in Hasteria maximæ continebantur reliquiæ, et quia uxor mea erat neptis S. Arnulphi, Metensis episcopi, communi consilio decrevimus allodia nostra tradere Metensi Ecclesiæ, quæ præ omnibus ecclesiis habebatur insignis in toto regno terræ nostræ confra[cto] [Wasseb., confra]to. Siquidem Hasteriensi castello villam dictam Stephano sancto tradidi [Wasseb., legaliter tradidi], ibi locum sepulturæ meæ et uxoris in monasterio Hasteriensi paravi. De quo ejectis clericis qui vice capellanorum Deo et mihi famulabantur, ibi in ipso loco monialium congregationem statui, iisque abbatissam nomine Hametrudem præfeci, cum quibus uxor mea jurabat se famulaturam Deo post obitum mortis meæ, si vita comes esset illi. Actum est hoc publice Mettis, anno dominicæ Incarnationis dclvi, indictione xiv [Wasseb., indictione duodecima], regnante Sigiberto, filio Dagoberti regis, in ipso anno quo obiit S. Gertrudis.

## IV.

*Charta qua Allegundus ecclesiæ sanctæ Mariæ Malbodiæ et sororibus ibi constitutis, die consecrationis ejusdem, plurima dona in dotem assignat* \* (ann. 661).

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Amen. Quod prudentius consilium quam ut homo terrenus de terrenis rebus aut de caduca substantia debeat

alias ejus testimonio usi sunt, t. XIII, col. 720. Calmetus chartam quasi legitimum laudat in Historia Lotharingica, prob. pag. 227, not. Nos autem pro supposititia habendam censemus cum vi sæculo non existisse videantur Lotharingicæ duces, quo titulo insignitur Obaricus, Viderici pater. Adde notam chronologicam ab Incarnatione sumptam, hæc ætate nondum adhibitam in regum Francorum diplomatis. Nec annus ab hac epocha 656 concordat cum anno quo obiit S. Gertrudis, quem pro synchronismo adducit charta hæc. Obiit enim Gertrudis die 18 mensis Martii, anno Christi 658, ut docet Mabillonius, Annal. t. I, pag. 466. Qua autem occasione spuria charta confecta fuerit, si conjectura licet investigare, satis apposite fabricata videbitur, cum, exeunte sæculo vi, ecclesia Hasteriensi jugum ecclesiæ Valciodorensis declinare conata est, et litteras protulit quæ falsi damnatæ sunt, ut naves Foppenus, Opera dipl. Miræi, t. III, pag. 367 et seq. in notis ad hanc chartam.

<sup>b</sup> Uncis inclusa desunt apud Wasseb. hic et infra.

<sup>c</sup> Edita anno 1734, in Supplemento ad opera diplomatica Miræi, t. III, pag. 557; eruta ex archivo capituli Malbodiensis, nec alias recusa, quod sciamus. Auctores Novæ Gallicæ christianæ, cum tertium volumen vulgarent anno 1725, et de Malbodiensi monasterio verba facerent, conquesti sunt, col. 146, canonicas Malbodienses chartarum suarum inspicien-

sibi preparare præmia sempiterna? Igitur ego Aldegundis, admonita divina vocatione, et roborata evangelica voce ad præmia æterna nos sic invitante: Quicumque reliquerit patrem aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit; banc promissionem desiderans adipisci, despecto penitus conjugio maritali, possessiones meas, quas ex parte patris aut matris hæreditario jure obtinebam, tradidi assensu domini Hildrici <sup>a</sup>, inclyti imperatoris, quin et Dagoberti et principum ejus, sub testificatione et confirmatione subscriptorum venerabilium episcoporum et abbatum, religiosorum et nobilium virorum, et sanctarum mulierum, in ministerium ancillarum Dei ad illud sacrum monasterium quod vocatur Malbodium <sup>b</sup>, ubi venerabiles episcopi Aubertus, Amandus, Audoinus, Ursmarus, altare Domini in honore sanctæ Dei genetricis semperque virginis Mariæ et sanctorum apostolorum dedicaverunt, quarto idus Junii, ad opus sororum ibidem Deo nocte et die militantium. Prædia vero mea et possessiones non modicas, ad opus inibi Christo famulantium, donatione publica ad supradictum altare tribui. Hoc est, in primis villam ipsam in qua monasterium situm est, cum omnibus ad se pertinentibus, quæ nuncupatur Malbodium, sitaque est in pago Hainoensi. Quasdam etiam villas quarum subjecta sunt nomina, ad usus et stipendia ancillarum Dei delegatas, habere iustitui; ut absque indigentia et penuria aliqua Christo famulari, et ordinis sanctimonialis vite competenter deservirent <sup>c</sup>. Dono igitur ego Aldegundis, et specialiter ad usus ancillarum et famulorum in prædicto monasterio degentium, et donatum in perpetuum esse volo; in ea vero ratione, ut sorores et fratres in prædicto monasterio degentes jam dictas villas cum omnibus ad illas pertinentibus ad suos speciales usus habere debeant,

darum copiam recusasse. [Hæc sunt verba doctorum virorum: « A multis annis de abbatisarum quæ Malbodiensi præfuerant cœnobio texenda historia solliciti fuimus; eaque de causa sæpissime dominas canonicas rogavimus ut chartarum inspiciendarum copia nobis daretur. Sed repulsam passi sumus, hac responsione addita: seminime curam habere ut res ad suum pertinentes collegium scriptis mandentur; et, si secus fieret, id ægre se laturas. »] Prudenter, si quasdam ex his de falsitate suspectas haberent; modeste, si de nobilissimi sui cœnobii fama spargenda curam posthabendam ducerent. Quocumque sit, charta quam exhibemus plurimis falsi iudiciis scaterere videtur, et confata ex Vita Aldegundis, non quidem veteri quam Mabillonius, Acta SS. ord. S. Bened. sæc. II, t. II, pag. 775, edidit, sed recentiori quam divulgavit Bollandus (ad diem xxx Januarii), nono sæculo scripta, cujus verba ipsissima exhibet charta de qua agimus. Falsum prodit nota chronologica ab anno vigesimo Dagoberti petita, cujus regnum ad annum vigesimum non protenditur. Aldeconitum fuisse Malbodiense monasterium, juxta Coinitum, Annal. t. III, pag. 515, anno 661, qui concordat cum anno sexto regni Chlotarii III. Hinc sequitur dici non debuisse, quod legitur in charta, eam fuisse factam assensu Chilperici, inclyti imperatoris, et Dagoberti. Præterea titulus imperatoris,

PATROL. LXXXVIII.

vel quicquid exinde facere voluerint, liberam in omnibus habeant potestatem faciendi, ut neque aliquis, neque ex abbatissis, neque ex rectoribus ejusdem monasterii, nullo aliquo tempore quippiam immutare et convellere, atque a præsentis ordinatione quam pro amore Christi feci, alienare præsumat, sed ita omni tempore firmum inviolatumque permaneat. Et, si fuerit aliquis qui contra hanc traditionem venire, aut eam ausu temerario violare tentaverit, si se exinde non correxerit, in primis iram Dei incuriat offendi, et ante tribunal Christi excommunicatus appareat, et sic marcescat in flore ut numquam germinet fructum, et insuper inultum per districtum iudicium componat: hoc est, auri libras centum, argenti pondera L. C. C. <sup>d</sup> coactus exsolvat, et quod repetit evendicare non valeat; sed præsens donatio omni tempore firma et stabilis permaneat. Actum Malbodio monasterio, ante altare sanctæ Mariæ et sanctorum duodecim apostolorum. Datum anno vigesimo regni Dagoberti, inclyti regis, sub præsentia virorum et ancillarum Dei, quorum nomina et signacula subito tenentur inserta. Sign. Aubertus episcopus. Sign. Amandus episcopus. Sign. Audoenus episcopus. Sign. Ursmarus episcopus. Sign. Vincentius abbas. Sign. Humbertus abbas. Sign. Eloquius abbas. Sign. Ermenius vir sanctus et abbas. Sign. Etio abbas. Sign. Gualdetrudis abbatissa. Sign. Gertrudis abbatissa. Sign. Aldetrudis abbatissa. Sign. Maldebera abbatissa. Sign. Gervida, amita beatæ Aldegundis, quæ eam de sacro fonte suscepit. Sign. Gunilandus. Sign. Landricus. Sign. Charibertus, comes, etc. (sic) <sup>e</sup>.

V.

*Charta Aldegundis, qua instituit duodecim canonicos in ecclesia sancti Quintini, Malbodii, quibus præsertim in dotem assignat, ut ecclesiæ sanctæ Mariæ Malbodiensis et sororibus ibi constitutis deserviant* (ann. 661).

In nomine sanctæ et Individuæ Trinitatis, amen.

regi Francorum tributus, sæculum nonum sapit. Si vero de chartæ testibus inquiramus, Ursimarum abbatem invenimus, qui non nisi anno 689 abbas appellandus fuit, teste Nov. Gal. christ., t. III, col. 80. Silemus de concursu parum probabili quatuor abbatissarum, quæ conficiendo Malbodiensi instrumento adfuisse dicuntur. Silemus de stylo insolito; nec juvat ex conjecturis querere crimen falsi, quod a gumentis certioribus evincitur.

<sup>a</sup> [Childericus II, sed vide annotationem præcedentem.]

<sup>b</sup> [Conditum fuerat hoc monasterium a B. Aldegunda pro sacris virginibus Benedictinis: anno 965, per Brunonem archiepiscopum Coloniensem legatum apostolicum, ad statum sæcularem redactum fuit.]

<sup>c</sup> In exemplo a Foppeno edito quod exscribimus hæc notantur: *Multa hic desunt in copia, per quæ designabantur villæ ceteraq; e bona huic Ecclesiæ donata.*

<sup>d</sup> Id est, libras ducentas: sic ope chartæ sequentis hinc inde locum emendamus.

<sup>e</sup> [Vide, de his testibus, annotationes Foppeni in Supplemento ad opera diplomatica Miræi, tom. III, pag. 558.]

<sup>f</sup> Exstat in Supplemento ad Opera Miræi, t. III, pag. 558, iisdem verbis concepta quam quæ proxime

Quod prudentius consilium quam ut homo terrenus de terrenis rebus aut de caduca substantia debeat sibi præparare præmia sempiterna? Igitur ego Aldegundis, admonita divina vocatione, etc. (*reliqua ut in superiori charta, usque ad hæc verba*: nocte et die militantium <sup>a</sup>. Quia vero femineus sexus non poterat per se explere divina sacramenta, prædicto imperatore confirmante, et consilio prædictorum episcoporum et aliarum religiosarum personarum, institui duodecim fratres in ecclesia Sancti Quintini martyris a supradictis episcopis consecrata, quæ in villa Melbodiensi erat sita, tali conditione: ut illi jam dicti fratres, supra nominatæ ecclesiæ sanctissimæ Dei genetricis Mariæ, cum reverentia et honore deservirent, sicut ipsi omnes pariter in solemnibus diebus Nativitatis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, dedicationis ipsius ecclesiæ, omniumque solemnitatum sanctæ Dei genetricis Mariæ, intersint, in celebrationibus missarum et vesperarum, etc. Ut autem illi jam dicti fratres absque indigentia et penuria aliqua Christo famulari et ordinis sanctorum canonicorum vitæ competenter deservirent, ad stipendia et usus eorum donatione propria tribui, eodem die quo prædicti venerabiles episcopi Aubertus, Amandus, Audoenus, Ursmarus dedicaverunt ecclesiam in honore beati Quintini martyris, decimam partem quæ exit de potestate Melbodii, excepta indomincata curti quam in usus hospitum et pauperum Christi statui, de laborato, de pratis, de silvis, de moneta, de ponte; et mansos servorum quinque, et fideles triginta, platos duos, et silvam unam quæ dicitur Faresbus, molinos duos supra flumen Melbodii, cambas tres, unam supra ripam Zambre, duas supra lumen Melbodii, et quasdam vias Jttoiaen et Hanaen, cum ecclesia et appenditiis et mancipiis, et aliam villam in villa Ruvo, quæ dicitur Lamerejas, et aliam villam quæ dicitur Vi leras, et aliam villam Waldrecias, cum ecclesia et appenditiis et mancipiis. Et si fuerit aliquis qui, etc. (*ut in charta præcedenti, usque ad hæc verba*: argenti pondera) L. C. C. coactus exsolvat, etc. (*iterum ut in*

præcedit de eodem monasterio, eadem die data. Iisdem utraque laborat vitiis quæ falsum arguunt. Exscripta fuit ex apographo quod dicitur fuisse legaliter collatum anno 169, cum transumptio formis authenticis vallato, anno 1518; nec eo minus, ut ipse monet editor, hæc charta apud eruditos de falsitate valde suspecta est. Vide notas nostras (Col. 1161), ad chartam alteram de hoc monasterio, in quibus abunde falsi indicia monstravimus, utriusque chartæ communia.

<sup>a</sup> Sic in exemplo edito. In prætermisissis notæ habentur chronologicae, scilicet, *dies 14 idus Junii*.

<sup>b</sup> Edidit Mabillonius, *Annal.* t. I, pag. 690, ex archivo Parthenonis S. Petri, et in aliqua sui parte interpolatum fatetur, in aliis vero nequaquam suspectum iudicat, *ibid.* pag. 423. Hic instrumento minimam fidem adhibent auctores Novæ Galliæ christianæ, t. IV, col. 283. Cum vero non pateat quæ interpolata sint et pluribus scateat charta falsi indicia, hanc legitimum annumerare non licet. Indicia autem falsi sunt: 1° Titulus archiepiscopi, hac ætate insolitus, quem assumit Annemundus et prædecessori suo tribuit (videbis tamen quæ scripta sunt supra t. I,

*præcedenti, ubi legitur, pro nota chronologica, anno xx regni Dagoberti.*)

## VI.

*Charta qua Annemundus, Lugdunensis præsul, Lugdunensi sancti Petri Parthenoni dona collata memorat et confirmat, ac ipse nova dona confert* <sup>b</sup> (ann. 653).

Ego Annemundus, sancti Stephani protomartyris Lugdunensis Ecclesiæ, primæ sedis Galliarum archiepiscopus, omnibus fidelibus, tam præsentibus quam futuris, notum facio quod, rogatu mei prædecessoris beatæ memoriæ Viventioli, ejusque Ecclesiæ archiepiscopi, qui me præfata Ecclesiæ, se vivente, archiepiscopum ordinavit, et in monasterio sancti Petri puellis monialibus permanentibus plura beneficia ministravit, super hæc omnia consideravi optimum fore eidem monasterio operam meam dare, propter meas duas sorores, quæ illic assiduis precibus parentum meorum, videlicet Sigoni et Petroniæ, sacrum velamen consecutæ sunt; una quarum Petronilla, et alia Lucia vocabatur. Parentes vero mei, cum ad finem sui examinis pervenire se cernerent, tam me quam fratrem meum, nomine Dallinum, oculos nostros ipsi monasterio apertos tenere monuerunt, ut Deus, tam sibi quam suis parentibus, videlicet vivis et defunctis, misereri dignaretur, rogare. Hujus rei non immemor, dum incolumis permaneo, petitionem patris ac matris implere desiderans, eidem monasterio de meis facultatibus quæ ad me pertinent, in perpetuum dono. Do autem in episcopatu Genevensis Ecclesiæ, ecclesiam mei juris, in honore sancti Petri dedicatam, cum omni ejusdem honore, ad me in eadem regione pertinente, cum beneficiis et decimis et sepulcris, quæ omnia ad ipsam ecclesiam pertinent. In pago vero Viennensi, in loco qui vocatur Turris-de-Pino, circumquaque, do omnes honores meos illac ad me pertinentes. In omnibus supradictis honoribus, villicis, rogatu abbatissæ ejusdem monasterii, nomine Radagundis, atque congregationis ejusdem loci, disposuimus, qui fideliter census et tributa quærent, ac fideliter præ-

pag. 147); 2° cum charta tota, ad recensenda et confirmanda dona collata monasterio S. Petri potissimum conflata videatur, ibi mentio fieri debuisset donorum collatorum anno 587 a Girarto et uxore ejus, de quibus instrumentum optimæ notæ supra edidimus, supra, t. I, pag. 156; 3° pugnat cum hoc ipso Girarti instrumento charta Annemundi: Girartus enim contitum S. Petri monasterium docet a rege Gaudisello et Theudelinda sponsa, incunte sæculo vi; vide supra, t. I, pag. 157. Charta vero Annemundi innuit Albertum, nobilissimum virum, *unum ex primis conversis*, non multo post passionem S. Irenæi, id est, tribus ant-sæculis, huic monasterio jam condito, ecclesias, vicos et villas concessisse. Quidquid rei sit, is esse videtur Parthenon Lugdunensis, ex quo quidam Eulalius puellam raperat, ut tradit Gregorius Turonensis, *Hist. lib. x, cap. 8*. Idem porro S. Petri monasterium, instauravit Annemundus, Lugdunensis antistes, et post eum Leydradus, labente sæculo viii, *ubi nunc*, inquit epistola ad Carolum Magnum, *sanctimonialis triginta duæ secundum institut: omnes regularem habitant*; videbis Novam Gal. christ., t. IV, col. 284.

ditæ abbatissæ, tam sibi quam subsequenti- bus redderent. Simili modo Animonix, abbatissæ supradictæ nominatæ congregationis ejusdem loci, constituimus villicos in parochia quæ dicitur Marines, nec non in viro qui vocatur de Loimipagus, atque in villa de Bregovillium, ut qui introductus fuerit centum solidos abbatissæ daret, subvillicus sexaginta; similiter et in mutatione abbatissæ. In perceptione autem bonorum, ut abbatissæ atque congregationi monasterii super altaria juramenta fidelitatis facerent fideliterque tenerent. Institutio autem hæc facta est ut villicus, quocumque loco abbatissa juberet, pergeret; subvillicus, ipso absente, præcepto abbatissæ atque villici, utilitates terrarum fideliter procuraret ac dispensaret. De terris quoque arandis, quas ad arandum utiliores cernerent, exceptis his quæ abbatissa ad utilitatem monasterii procurare fecerit, tali pacto ad villico et ad subvillico tali modo pertineant quod, si illi qui acciperint, edificationem aliquam fecerint, edificatio ipsi monasterio revertatur; si vero vendere voluerint, prius abbatissam quam alium submoneant, easque (Mab., etque) levius vendant. Villicus autem aut subvillicus super extollentiam oculorum contra abbatissam si subito cœperint, aut aliquid indecens violenter egerint, prius trina peracta invocatione capituli ipsius monasterii, abbatissæ rectum facere si recusaverint, ab omni munere amicis [Mab., administramus] tradito expellantur, abbatissa autem utiliores sibi perquirat. Parochiam de Marines cum ecclesia beati Johannis evangelistæ, et Dolomicuraticum vicum, cum ecclesia beati Petri et terris et mansis et nemoribus, atque silva Bregonensai, cum concursibus aquarum, terrasque Trequenses atque terras Bregonenses, dedit Albertus, nobilissimus vir, monasterio beati Petri puellarum, qui unus ex primis conversus existit non post multum tempus passionis sancti Irenæi sciorumque ejus, propter duas filias quas ibi sacrare fecit: una vocabatur Radagondis atque altera Aldagondis; atque Perneiam filiam fratris sui, nomine Silvini, quam pater moriens in tutelam ejus dereliquit, et aliam nomine Sibyllam similiter consecrare fecit. Villam de Carpezato dedit beato Petro apostolo similiter Stephanus, vir iustissimus, propter filiam suam nomine Armingardis, quam consecrare fecit. Villam autem Inceratam cum ecclesia duo nobiles beato Petro dederunt, quorum unus vocabatur Radulfus et alter Constantinus. Hoc donum factum est propter duas suas filias, quarum una vocabatur Raimunda, et altera Vandamodia. Hæc, Deo disponente, ejusdem monasterii, una post aliam, abbatissæ factæ sunt. Hi supradicti dona dederunt præfata, quod nos confirmamus. Insuper et de bonis nostris augmenta-

mus, scilicet, paratas supradictarum ecclesiarum, et decimationes omnium vinearum illarum, et oblationes vivorum, et tumulationes defunctorum ad illas pertinentium eis donamus. Hæc autem, Deo annuente et disponente, a me ordinata sunt in præsentia capituli ejusdem monasterii. Si quis autem hæc decreta a me constituta aliqua præsumptione violaverit, ex parte Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, et Beatæ Mariæ, matris Domini nostri Jesu Christi, et sancti Petri, apostolorum principis, et omnium sanctorum Dei, excommunicamus illum, atque anathematizamus illum, donec ad emendationem tam abbatissæ quam congregationis in capitulo ejusdem monasterii venerint \*.

## VII.

*Charta qua Adalsinda, abbatissa sancti Martini Dornatici, monasterium suum donat monasterio Besuensi* (ann. 674).

Domino sancto et in Christo amabili fratri Waldemero, Adalsinda abbatissa. Dum malorum hominum voxata injuriis et variis adversitatibus, ibidem stare non possem, inde ego et germanus meus Adalricus vobis et fratribus vestris petivimus ut ad monasterium Sancti Petri habitare sub regula vel ordine in Dei nomine deberem: quod et vos pro caritate studio concessistis. Ideo monasterium Dornaticum in honore S. Martini situm, quod genitor meus Amalgarius et Aquilina mater mea construxerunt, et ei maximam partem de suis facultatibus delegaverunt, hoc recipere in Dei nomine debetis, cum villis ad eundem locum pertinentibus, et omnibus universali- ter appenditiis suis: villam scilicet Asonnam, villam Paraiacum, Potentiacum, et medieta- tem quam in Balatonna genitores nostri tenuerunt. Reliqua vero quæ ad ipsum monasterium Dornaticum genitores nostri delegaverunt, a die præsentis in Dei nomine recipite; et de villa Montaniaco, quod genitor noster Amalgarius et Amoloaldus de fisco pariter promeruerunt, portionem nostram a die præsentis in vestra dominatione revocate, ut nec ego, nec quislibet de parte nostra, vel ulla apposita persona, adversum vos de supradictis rebus calumniam ac laborem generare præsumat. Si quis vero fecerit, conferat una cum sacratissimo auri libras viginti, argenti pondo quinquaginta. Actum publice, Fontesua monasterio. In Dei nomine, ego Adalsinda hæc traditionem nostram subscripsi. Hermena monacha, jussu domnæ meæ Adalsindæ, subscr. Aga monacha, jussu domnæ meæ Adalsindæ, subscr. Subsignavit Daginus hæc donationem. S. Manulfus presbyter. S. Victor. S. Proculus. S. Vasilbertus, S. Landebertus. S. Trasgarius. S. Rogitus. Ego Alto

\* Deficientibus notis chronologicis, saltem locum huic chartæ ultra Annemundi episcopatum assignare non licet. Martyriem (jussu Brunehildis, ut fama est) tulit, juxta Mabilionum ubi supra, anno 657; juxta Novam Galliam christ. ubi supra, anno 655; juxta Continum, anno 654.

<sup>b</sup> Inserta in chronico Besuensi, Acher. Spicil. t. I,

pag. 495; hinc deprompta, recusa est ad calcem operum abbatæ Guiberti, pag. 612; in Coitilii Annal. eccl. t. III, pag. 442. et Mabilionii, Annal. Bea. t. I, pag. 442, et inter Miscellanea curiosa Labbei, t. II, pag. 428; pro legitima ab omnibus habita, si quædam ab auctore Chronici interjuncta expungantur.

hanc traditionem scripsi et dictavi, anno ab Incarnatione Domini DCII, indict. x, epacta vi<sup>a</sup>, Clotario rege regnante in Francia<sup>b</sup>, primo anno<sup>c</sup> regni ejus, venerabili viro Donato<sup>d</sup> Besonticam sedem tenente, die Mercurii proximo ante medium mensis Februarii.

## VIII.

*Charta qua Sichelmus et alii fideles, majoribus-domus certam faciunt monasterii Besuensis direptionem, et rogant ut per regis auctoritatem dona quorum tabulæ sustulæ fuerant, quiete tenere possint* (ann. 6.3).

Dominis nostris propriis Reideberto, Chrodeberto, Emerulfo, majoribus-domus sacri palatii. Sichelmus cum reliquis fidelibus et servientibus vestris quorum subscriptiones vel signacula in hanc suggestionem subter tenentur inserta. Credimus quod gloriosissimus dominus noster auditum habeat, qualiter illustris vir Amalgarius, tempore ducatus sui, in loco Fonte-Besua nuncupato, in pago Attoariense, in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli monasterium construxit, ubi etiam monachorum congregationem ad habitandum conjunxit, et de facultate sua maximam partem supradicto monasterio delegavit. Credimus etiam ad vestram pervenisse notitiam, qualiter ipsum monasterium ante hos dies a malis hominibus irruptum fuerit atque vastatum, et omnes res quas ipsi monachi habebant cum ipsis chartis deportata, et omnis habitatio eorum in direptionem et devastatio: em missa: unde humiliter pietati vestre suggerere præsumimus, ut hoc gloriosissimo domino nostro innotescere facialis, ut per suam clementiam talem auctoritatem ipsi loco conscribi jubeat, ut supradictas res, quas boni homines ibidem delegaverunt, nullus invadere aut violare vel inquietare præsumat; sed quæ in præsentem habere vel possidere videntur, ipsi monachi vestris et futuris temporibus, sine inquietudine, per vestrum præceptum habere et tenere possint; ut et eos pro vita vestra et stabilitate celsitudinis vestre et regni vestri, Dei misericordiam attentius delectet exorare. Dominicus audivit suggestionem. Farulfus subsignavit. Abbo subg. Ermerbertus subg. Frodoaldus subg. Vuaroto

<sup>a</sup> Male conveniunt notæ ab Incarnatione, indicatione et epactis petite, quas expungere jubet Cointius.

<sup>b</sup> Franciæ nomine hic intelligitur Neustria, cui subjuncta erat Burgundia. Utraque patri Chlotarii, Chlodoveo II, paruerat. Austrasia, quæ ditio fuerat Sigiberti, ad filium ejus devenire debuerat; sed is in Hiberni in exsilium coactus fuerat a Grinoaldo, majore palatii, qui filium suum in regnum Austrasiæ constituere conabatur, dum primum regni sui annum agebat Chlotarius III.

<sup>c</sup> Regnum orsus est Chlotarius mense Septembri, anno 656. Ergo mensis Februarius anni primi regni ejus erat annus Chr. 657.

<sup>d</sup> Hunc synchronismum Cointius, Ann. tom. III, pag. 356, expungendum censet, cum mortem Donati collocet sub anno 652; sed Chiffetius, Vesontio, part. II, pag. 161, Donati vitæ spatium protendit ultra annum 660.

<sup>e</sup> Exstat in Chronico Besuensi, Dacherii Spicil. t. I, pag. 497; recusa est in Collectione script. rer. Franc. t. IV, pag. 617. Ejusmodi chartarum formula

A subg. Fulgoardus subg. Eurcharius subg. Data sub die Kalendas Octobris, regnante domino nostro Clotario rege.

## IX.

*Præceptum Emmonis, Senonensis episcopi, de subjectione monachorum sanctæ Columbæ abbati suo, de abbatis electione, et de ejus potestate in monachos et bona monasterii* (ann. 659).

Dilectissimo in Christi amore, et honorabili fratri Agoni abbati, et omnium fratrum congregationi consistentium in basilica ubi sancta Columba et beatus Lupus pontifex sub opidum Senonis civitate requiescunt in corpore, cui superna dispensatione præes, Emmo, divino munere ac si indignus sanctæ Senonicæ Ecclesiæ episcopus. Dum te, diligende in Christo frater, tuosque fratres tantus ardor cælestis succensus habere videtur, ut secundum patrum regulam et evangelicam auctoritatem atque apostolicam traditionem vivere disponatis, ita ut juxta normam apostolicorum actuum, nullas sibi monachus ullo unquam tempore peculiare in rebus maximis vel minimis appetat aut vindicet, nec suum proprium dicere præsumat, sed sint illis in cunctis omnia communia; pro qua re petis ab extremitate nostra ut tibi privilegium in jam dicto monasterio, manus nostræ subscriptione et fratrum consacerdotumque nostrorum roboratum donemus. Quam petitionem sanctitas tua, venerabilis frater, noverit libentissime velle me tibi præstare, dum constet nihil ecclesiasticæ præjudicare regulæ, quidquid domesticis pro amore divino impenditur fidei: quia monachi sub abbatis regimine regulariter viventes semper fuerunt a conditionibus clericorum segregati ac liberi; et si quis hoc manifestius cognoscere appetit, legat concilium Carthaginense sub sanctæ recordationis Bonifacio, ejusdem civitatis Ecclesiæ pontifice, vel ejus consacerdotibus celebratum, nec non et jam dicti pontificis ad senem liberatum epistolas: et in brevi animadvertet, omnia semper monasteria in quibus regulariter vivitur, libera fuisse a conditionibus clericorum. Nam et præclarus doctor ecclesiæ Augustinus in libro de moribus clericorum probat

legitur apud Marculfum, lib. I, form. xxxiv (complevibusque ejusdem Marculfi, et aliorum formulis, de quo consulenda est dissertatio Bibliothecæ chartarum inserta t. I, pag. 217). Mabillonius, Annal. t. I, pag. 470, majores-domus sacri palatii interpretatur aulæ regis proceres. Sichelmus ducatum in Burgundia agebat, teste Besuensi chronico, ubi supra. Hæc autem subscriptione (sic enim appellatur hæc charta) ad regem Chlotarium delata, regium præceptum emissum est. Datum est mense Augusto, anno viii regni Chlotarii, id est, anno 664, unde chartam Sichelini mense Octobri datam, anno 665 adjudicandam censemus.

<sup>f</sup> Mabillonius hoc instrumentum nondum typis vulgatum publici juris fecit in Annalibus, tom. I, pag. 448. Ex viginii sex episcoporum subscriptionibus quasdam emendat, quasdam illustrat, assignatis nominibus episcopatum: quæ uncis inclusisse sufficiat. Unicuique subscriptioni crucis signum præfixum est. [Recudit Mansi, Collectio conciliorum maxima, t. XI, coll. 119 et seqq.]



eui juris monasteria esse debere. Sed et in his provinciis plura alia regalia monasteria, tam antiquiore tempore quam nuper constructa, a pontificibus in quorum territoriis condita sunt, gratia religionis et caritatis, privilegia acceperunt. In fine, ne cuncta numerando in longum protraham sermonem, pauca et præcipua vel vicina, sufficiet memorare antiqua Lirinensium et Luxoviensium, vel ad basilicam beati Marcelli Cavillono constructa, seu et monasterium Resbacensium, de quo nos nonnulla proximior tempore a pontificibus confirmata legimus. Maneat ergo et hoc vobis vestrisque posteris privilegium, ob institutionem monasticam, sive ob quædam impedimenta reseranda, omni stabilitate firmissimum, ita ut tam monachi quam omnia quæ præfati monasterii sunt, vel quæ altario offeruntur, in abbatis ejusdem monasterii potestate consistant. Abba Deo et regulæ plena sit devotione subjectus; monachi vero, post Deum, abbati suo, propter Deum, vera humilitate subiacent. Ille cogitet pro se illisque, Deo se rationem redditurum; isti credant de subjectione sua a Christo recepturos mercedem. Abbas nunquam nisi de eadem congregatione vel regula, cum alius præsentem vitam finerit, instituitur. Ille sane instituitur quem omnis ejusdem monasterii congregatio bene regulam scientem uno animo elegerit. Quod si de eadem congregatione talis non fuerit inventus qui fratrum curam suscipiat, de alio monasterio eandem quam illi tenent regulam tenente, licentiam habeant expetendi abbatem ipsi monachi. Quamvis enim in jure possessionis nostræ non sit idem monasterium, nostræ tamen auctoritatis est et canonice dispensationis, una cum regali consensu, id ordinandi et hujusmodi privilegia monasteriis constituendi, quamvis monachi privilegiis episcoporum undique muniti, soli Deo famulari, et sub quiete ac tranquillitate in suo cœnobio valeant conversari. Et illud huic privilegio placuit adnecti ut, si quis quod nec futurum esse credo, si ullus pontificum superstitionumque nostrorum ea quæ superius sunt decreta vel comprehensa non valere aut quantumcumque violare voluerit, severissimum omnipotentis Dei judicium i currat, et lepra Naaman, quam Giezi causa cupiditatis promeruit, super ipsum descendat, ac cum Juda vindictæ obnoxietur perpetuæ, et insuper tam presentis quam futuræ Ecclesiæ communionem privetur, et sub anathemate in æternum maneat condemnatus: ut privilegium pro pace vel tranquillitate, vel defensione servorum Dei, tam præsentem quam pro futuro tempore plenissima devotione factum, quod circa monasterium a religioso

A fratre nostro antefato Agone abbate instructum, volumane firmisum, et manus meæ subscriptione roboratum, ac fratribus et consacerdotibus meis, id est, dominis episcopis subscriptionibus trado roborandum. Emmo (Senonensis) episcopus subscripsit. Johannes (Arelatensis) episcopus, peccator, hoc privilegium consentiens subs. Anemundus (Lugdunensis) peccator consentiens subs. <sup>a</sup>. In Christi nomine Chaondius (*lego* Eoladius), episcopus, Viennensis Ecclesiæ servulus, consentiens subs. Vulfoleudus (Bituricensis) peccator subs. Audoenus peccator hoc privilegium consentiens subs. Chrodovertus (Parisiensis) peccator hoc privilegium consentiens subs. In Christi nomine Gauclibertus peccator, Carnotinae urbis episcopus, hoc privilegium consentiens subs. B Carlesfredus peccator hoc privilegium consentiens subs. Canderis, Lugdunensis Ecclesiæ episcopus, consentiens subs. Bertaldus, ac si peccator, Tricasinensis episcopus, hoc privilegium consentiens subs. Bertarius, ac si peccator, episcopus Ecclesiæ Santonice, hoc privilegium consentiens subs. In Christi nomine Berecharius, ac si peccator, (Genomanensis), episcopus, hoc privilegium consentiens subs. Bergundofarus (Meldensis), in Christi nomine, ac si peccator, episcopus, hoc privilegium subs. In Christi nomine Eligius (Noviomagensis) episcopus, subs. In Christi nomine ego Adeburtus (Cameracensis, idem ac Aubertus), ac si peccator, episcopus, hoc privilegium subs. <sup>b</sup>. Leodebaudus peccator, Nebarnensium (id est, Nivernensium) episcopus, hoc privilegium subs. C Amlecharius, in Christi nomine, ac si peccator, (Sagiensis) episcopus, hoc privilegium consentiens subs. Bertefredus, Ambianis urbis episcopus, consentiens subs. Drucfredus, in Christi nomine, hoc privilegium consentiens subs. Hincho, Lexogium (id est Lexoviensis) urbis episcopus, subs. In Christi nomine... ac si peccator episcopus, hoc privilegium subs. In Christi nomine, Concessus, episcopus Dorreti (Ebroicensis), consentiens subs. Deocarus, Antipolitanae Ecclesiæ episcopus, consentiens subs. In Christi nomine, Chariochaudus, ac si peccator, episcopus, hoc privilegium consentiens subs. In Christi nomine, Ragnobertus, ac si indignus, Augustudunensis Ecclesiæ episcopus, consentiens subs. Boso in Dei nomine obtulit et subscripsit. Datum sub die septimo kalendas Septembres <sup>c</sup>, anno tertio regnante domno Chlotario glorioso rege.

<sup>a</sup> Quædam subscriptiones scrupulum injiciunt, præcipue subscriptio Anemundi, si is creditur Lugdunensis episcopus qui neci traditus fuit sub Chlodoveo II, juxta Coitium, Annal. t. III, pag. 393 et seqq.; auctores Novæ Galliæ christianæ, t. IV, col. 46, et alios plures. Acute quidem Canderim non Lugdunensem episcopum fuisse, sed Laudunensem intelligit Mabillonius; tunc enim Laudunum dicebatur Lugounum Clavatam. Nullus vero inter epi-

scopos Laudunenses recensetur nomine Canderis.

<sup>b</sup> Non alio nisi hujus chartæ testimonio noscitur Nivernensium episcopus nomine Leodebaudus; nec Bertarius, Xantonensis episcopus.

<sup>c</sup> Si Chlodoveus II obierit circa initium mensis Septembris anni 656, ut innuit dominus Clement, in Arte dijudicandi singulas temporum notas, dies 26 mensis Augusti, tertio anno regni Chlotarii III concordat cum anno Chr. 659.

## X.

*Charta Emmonis, Senonensis episcopi, qua monasterio sancti Petri Senonensis privilegia concedit*  
 \* (ann. 659).

Dominis sanctis, et summi culminis apicem pontificatus cathedrae specula praesidentibus, in Christo fratribus, Senonicæ civitatis comprovincialibus <sup>b</sup>, Chrodoberto, Farono, Bertoaklo, Audeno, Gauzberto, Eligio: En mo peccator supplex vester in Domino præsunit mittere salutem. Licet nos antiquæ regulæ constituta salubre observatione custodire conveniat, tamen utile provisione tractantes id constituimus, ut quod sacris deliberationibus non deogat intrepida observatione servetur. Et quia vir venerabilis Aghilenus abba, una cum fratribus secum consistentibus, de monasterio Sancti Petri et Pauli, quem domina Theodechildis regina quoniam suo opere construxit, vel ipsa ibidem suum videtur habere sepulchrum, sub opidum Senonis civitate, religionis suggestionis postulatio nostrarum quippe aurium intima penetravit, quæ in viscera pietatis affectu ita cor intrinsecus suæ petitionem molivit, ut pella non concedere, aut certe libentissime non implere, nostræ duritaxat animas in religioso fore putarent. Sancto igitur desiderio succensis, sub regula beati Benedicti <sup>c</sup>, et modo Lusoviensis monasterii, devota mente et integra devotione deliberant consistere, nostræ velocitatis extremitate supplicæ deprecationis petitionem poposcerant, ubi nos fratribusque nostris Senonicæ Ecclesiæ nobis quæ die congregatio libentissimo impertiret. Licet sancta Carthaginensis synodalis domni Augustini epistola jubeat abbates monachosque eorum libertatis privilegium, ut nec ullo potestatis vinculo ab episcopis

\* Memorat hanc chartam chronicon sancti Petri vivi scriptum sæculo XII, a Clario, ejusdem monasterii monacho; vid. Acher. Spicil. t. II, pag. 706. In archivio istius loci deliquit, donec ex illis erutum vulgavit Mabillonius inter Acta SS. ordinis S. Benedicti, sæc. III, t. II, pag. 613. Inde Cointius, Annal. eccl. t. V, pag. 285, revidi curavit. [Edidit quoque post præceptum de monasterio S. Colombei, Mansi Conciliorum collect. maxima, t. XI, col. 121 et seqq.] Sic de ipsa Clarius: « Emmo privilegia libertatis, una cum comprovincialibus episcopis, monachis, S. Petri synodalter fecit, temporibus Chlotarii regis et Baltechildis matris ejus; in quo conventu fuerunt antistes gloriosi S. Audoenus, Rothomagensis episcopus S. Faro, Meldensis episcopus, sanctus Eligius, Noviomensis episcopus, et sanctus Amandus, Trigetensium episcopus, cum aliis triginta episcopis. Florebatur tempore illo in eodem canobio Agilenus abbas, etc. » Hæc omnia conveniunt cum charta quam exhibemus; neque enim cum Cointio movemur eo quod subscriptionum numerus minor sit numero episcoporum quos synodo interfuisse Clarius refert; forte omnes non subscripterunt, vel ab amanuensibus quædam subscriptiones omisæ. Graves certe injurias ab amanuensibus passa est charta hæc, ut ex barbæ corruptis vocibus plurimis liquet. Has autem si quis facile emendare voluerit, Emmonis chartam conferat cum Bertefridi charta huic simillima, pro monasterio Corbelensi, quæ infra sequitur. Chartam Emmonis Marc. III formulis consentaneam fatetur Cointius, et pro legitima habet, paucis demptis interpolationibus et suppletis amputationibus; Mabil-

A delinere, sed locis quibus se propriæ monachi deliberationis institutionis, cum etiam sub hujus regulæ disciplina, sanctorum Agaunensium locum, immoque monasteria Lirinensis, Luxoviensis, vel basilica domni Marcelli, de inhabitatoribus libertatem, quam a quibusque ibidem derelictum eatenus fuisse sanctum; et nunc a succedentibus custoditur, conspiratione consensu antedicti viri postulationem sanctæ religionis sublibentissime annuentis ita ab omnibus, ut quæ prædicta basilica vel monachos in ipso monasterio sub evangelica libertate religionem viventibus, ab ipso viro, vel regio munere, seu a quibuslibet christianis, in agris, mancipiis, ministerio, sacris voluminibus, vel quibuscumque speciebus qui ad ornatum divine cultum pertinere noscatur, aut cæteris rebus conlata vel deinceps conlata sunt, presentis vitæ nostræ temporis seu successorum nostrorum nullus sibi exinde aliquid clericorum aut pontificum, vel regalis sublimitas, suis usibus usurpare aut minorare præsumat. Altare vero tantum in ipso monasterio et tabula benedicatur, si defuerit episcopus Senonicæ, in Dei nomine benedicat eam sancta chrisma annis singulis, pro reverentia sanctorum sine præmium muneris causa concedat. Et quod in altario fuerit in Dei nomine oblatum, vel ad ipsum monasterium ad quemcumque, Deo inspirante, transmissum, nihil sibi exinde pontifex audeat vindicare. Et cum ab ille fuerit de hoc seculo evocatus, quem unanimitè omnis congregatio illa monachorum ex semetipsis optimæ regula compertam eligerent, a nobis vel successoribus nostris, absque ullo commodo, secundum sanctos canones ordinatur, et reliquis gradus clericorum sine aliqua exceptione, juxta quod electio docet, constituemus consecrare.

lonius nihil contra hujus instrumenti fidem profert.

<sup>b</sup> Chrodobertus, Parisiensis episcopus, Faro Meldensis, Bertoaldus Trecentis, tunc temporis erant provinciæ Senonicæ episcopi, recte comprovinciales ab Eminone appellati; sic et Gauzbertus, Carnotensis episcopus, cujus sedem Cointius non agnovit. Sed quid dicendum de Audeno ac Elgio, quorum si prior Rothomagensis, alter Noviomensis episcopus fuerit, comprovincialium nomine ab Emmonè minime appellari potuerunt? Pro voce *Audeno* legendum suspicatur Mabilionus, t. I Annal. pag. 450, *Audoni*, qui hoc tempore Aurelianensi ecclesiæ præsidebat. Magis torquet Eligius, si hoc nomine intelligatur Noviomensis episcopus. Nos vero Vigilium rependendum conjicimus, tunc Autissiodorensium episcopum, Senonensis præsulis comprovincialem: nec videtur hic agi de Eligio, Noviomensi episcopo, cum nomen Mummoleni, qui ei in Noviomensi sede successit, inter subscriptentium nomina appareat. Clarius vero, falsa lectione deceptus, Rothomagensi episcopo et Noviomensi tribuit quæ Aurelianensi et Autissiodorensi tribuenda erant. Errori favebat, quod notiora forent Eligii et Audeni nomina quam Audonis et Vigillii.

<sup>c</sup> An hæc verba, *sub regula S. Benedicti*, temere interpolata, expungenda sunt? An regula S. Columbanii, quæ Luxoviensium monachorum regula fuit, tunc cum S. Benedicti regula jam coalescerat? De his fere disputat Cointius, Annal. eccl. Franc. t. V, pag. 296 et seqq. [Mabilloniusque Annal. t. I, pag. 214 et 328.]

Nullam aliam in monasterio potestatem, neque in rebus, neque, ut diximus, in personis, quamdiu sub sancta regula ipse abba vel ipsi monachi seu successores eorum vixerint, supradictus episcopus, archidiaconus, aut qualibet persona alia, habere praesumat. At quodcumque de eodem monasterio, sicut de parrochiis aut caeteris, muneris causa, audeat donare vel auferre. Et nisi rogatus a congregatione ipsa vel abbate nulli nostrorum audeat adire secreta aut finium septa; ut quatenus monachi solitarii nuncupantur, de perfecta quiete valeant, duce Domino, per tempora, et sub antedicta regula viventes, et sanctorum patrum vitam sectantes, pro statu Ecclesiae et salute regis vel patriae valeant exorare. Et si aliter ipsi monachi de eorum religione tepide egerint, secundum regulam ipsius domni Benedicti et sancti Columbani ab eorum abbate, aut si ipse neglexerit, ab ipsis abbatibus qui regulariter vivunt, corrigantur; et ipsa integritate, Deo adjuvante, servetur; et sub eo, ut diximus, privilegium, eaque libertate qua antedicta monasteria monachis nostris, ut dictum est, futurisque temporibus subsistant. Et quia nihil de canonica auctoritate convellatur, quidquid a domesticis fidei tranquillitatem pacis tribuetur. Quod si quis, calliditate aut cupiditate praeventus, visus fuerit ea quae sunt superius comprehensa, temerario spiritu violare, annam a communionem omnium fratrum se noverit alienum, et nihilominus hoc privilegium, Christo protegente, perpetue maneat incorruptum. Quam etiam constitutionis nostrae definitionem manus nostrae subscriptionibus roboratam, per fratres et conservos nostros abbates, perpetuis temporibus valituram, ut robustior maneat vobis vel caeteris destinavimus insuper confirmandam, stipulatione subnexa. Actum Mansolaco, curte dominica, anno tertio regni domini nostri Clotharii regis. Enno episcopus. Johannes peccator hoc privilegium consensit. Unemundus hoc privilegium consensit. Eodaldus episcopus hunc privilegium consentiens. Bertaldus peccator hunc privilegium consentiens. Leoboldus episcopus. Amicharius, in Christi nomine, ac si peccator, episcopus, hunc privilegium consensit. In Christi nomine, Gauthobertus episcopus hunc privilegium consentiens. Hughierius peccator hunc privilegium consentiens. Chrodobertus peccator hunc privilegium cons.

**A** Gundofarus, in Christi nomine, ac si indignus, episcopus, hunc privilegium cons. Maurianus peccator hunc privilegium cons. Berthofridus episcopus, peccator, Ambianis urbi, cons. Birgo peccator, Luxogius urbis episcopus. In Christi nomine, Bercarius, etsi peccator, episcopus. In Christi nomine, Concensus peccator, episcopus Ebrocini, cons. Hecherius peccator hunc privilegium cons. In Christi nomine, Momolenus, ac si peccator, episcopus, hunc privilegium cons. Rigwaldus peccator hunc privilegium cons. In Christi nomine, Lupus episcopus consentiens, hunc privilegium cons. Gaudmundus peccator hunc privilegium consentiens. Docharius peccator serviens, consentiens. In Christi nomine, Gyroindus, ac si peccator, consentiens. In Christi nomine, Drusio, ac si peccator, hunc privilegium cons. In Christi nomine, ego Audebertus, ac si indignus, episcopus, hunc privilegium consentiens. In Christi nomine, Ragnobertus, ac si indignus, episcopus, cons.

#### XI.

*Charta qua Audomarus, Taruannensis episcopus, basilicam sanctae Mariae, a se constitutam, et sub patrocinio sancti Bertini regendam, ab omni episcopali subjectione eximit (ann. 662).*

Dominiis sanctis ac venerabilibus in Christo mihi adhaerentibus fratribus, tam abbatibus quam et presbiteris vel diaconibus, vel omni clero Taruannisae Ecclesiae, seu viris illustribus, optimis, sublimis personis, vel reliquis quampluribus: Audomarus, Christi gratia Taruannisae Ecclesiae episcopus, licet nos antiquae regulae constituta salubri observatione custodire conveniat, tamen divina largitate inspirante, utili provisione pertractante constituimus, ut quod sacris deliberationibus non derogat intrepida observatione conservetur. Quia placuit nobis juxta fraternalem consensum et viscerale pietatis affectu, ita cor nostrum intrinsecus molliuit, ut basilica in insula Sidiu, ubi in antea monasterium in Dei nomine edificatus esse videtur, et regulariter viventes aderant monachi sub libertate constituti, ibidem pariter cum ipsis monachis, pro eorum consolatione vel adjutorio, basilicam communi opere, ad corpora eorum vel nostrum quiescenda edificavimus, in honorem sanctae Mariae, genetricis Domini nostri Jesu Christi, ut in suprascripta basilica, juxta ipsorum fratrum plenissimam caritatem, in ejus locello corpusculum meum <sup>b</sup> post obitum meum

Edimus juxta apographum quod D. Wite, S. Bertini archivis praefectus, ex originali exscrisit, et cum chartulario Folquini collatum anno 1782, in chartophylacio nostro deposuit. Chartam hanc jam vulgaverat Malbrancq, De Morinis, t. I, pag. 669. Hujus fragmentum Mabillonius, in Annalibus Bened. inseruit, t. I, pag. 435. Coitinus vero, Annal. t. III, pag. 516, hoc instrumentum amandavit, quasi dubie fidei, non quod aliquid historiae contrarium amplecteretur, sed propter quasdam episcoporum subscriptiones, de quibus infra dicemus. Fortiter impugnata charta, fortius defensa fuit, praesertim in scriptis quae de origine et juribus ecclesiarum S. Audomari et S. Bertini seu Sithiensis monasterii prodierunt, annis 1737 et 1754. Videtis De orig. S. Bertini, pag. 74 et seqq. De verit. hist. eccl. S. Audom.,

pag. 100 et seqq., nec non Dipl. nov. t. V, pag. 5, not. Privilegium absoluta libertatis hac charta concessum Sithiensibus solenni judicio Parisiensis curiae confirmatum est die 3 Februarii, anno 1778. Hujusmodi libertates saeculo VII non insolite fuerunt, ut patet ex formulis Marculfi qui floruit aetate ipsius Audomari.

<sup>b</sup> Objiciunt chartae hujus impugnatores, vetitum fuisse a concilio Bracarense, anno 563, ne cadavera in basilicis sanctorum sepelirentur; sed basilica nomine hoc loco intelligenda sunt, praeter ecclesiam, ecclesiae adjacentia claustra. Certe temporibus Audomari mos erat defunctorum corpora sepeliendi in basilicis. Eligens enim circa annum 631 basilicam S. Pauli condidit ad ancillarum Dei corpora sepelienda, ut videre est in Vita S. Eligii, Spicil. Dachser.

ibidem depositus vel conditus esse deberet, inter ipsorum corpuscula monachorum, qui religioso habitu, ad omnipotentis Dei verbum convenerunt, de dissimilibus gentibus, de esqualitate mundi in unius gremii sanctae Ecclesiae, pro amore Christi consolidati sunt, ut ad jugum mundi colla mentis excuciant, omnia deserere, terrene cure pondera deponere, atque ad celeste desiderium latius animi sinum laxent, vitam remotam pro superna retributione petierunt, ut in ea sanctis precibus dediti, et vetustati cordis a societate secularium strepitus disjungere, et in igne amoris Domini conflant, ut ad caelestis gaudium contemplantum se innovent. Proinde ego, qua fiducia provocatus, intercessores meos apud clementissimum et omnipotentem Dominum suis precibus proberem mihi dignentur ammiculum humiliter depono, et taliter ad ipsa congregatione supplico, ubi et ubi locus evenerit in quo Dominus de hac luce mihi migrare jusserit, cum socia caritate, juxta quod in auribus vestris patefecimus, quod voluntas nostra taliter decrevit, ut cum ipsis peregrinis, in ipsa basilica quam pro eorum adjumento construximus, ibidem me requiescere, secundum ipsorum monachorum voluntatem et Dei adjutorio, licentiam habere debeam et ipsi fratres de quibuslibet locis in praefata insula corpus meum adducere et ibidem recondere debeant. Per quod decerno, et juxta consensum fratrum cleri Taruannensis, vel illis tribus viris, personas interdico, ut ipsa basilica sub umbraculo patricinii abbatis Bertini, qui nunc temporis in antedicto monasterio preesse videtur, seu a successoribus suis ipsa basilica sub eorum gubernatione regenda cum divino cultu, affectu piissimo et dilectione qua decet, cum omni integra soliditate insule Sittidi monasterio in sui juris obtineant vigore arbitrio vel rebus in ibidem aspicientibus, ut neque ego, neque ullus episcoporum successorum meorum, neque privilegio aut muneris causa, pro ejus adjutorio servorum Dei vel ipsorum libertate integra reservanda requirere non presumat, et sicut antiquorum vel in novo tempore monasteria propria privilegia sint consecuta, et a successoribus custodiatur, ut quicquid in ipsa basilica vel ejus monasterio ibidem offertur, ipse abba vel monachi ibidem servientes, absque ullius contrarietate vel repetitione episcoporum, liberi cum Dei adjutorio hoc possideant, et juxta quod decretum est, quicquid predicti basilici vel monachi sub libertate evangelica regulariter viventes, regio munere, seu a quibuslibet christianis, in agis, mancipiis, aurum, argentumve, sacris voluminibus, vel a quibuscumque speciebus quae ad ornamentum divini cultus, vel ad opus eorum monachorum pertinere noscuntur, vel

ceteris rebus collatis, aut deinceps collari sunt presenti vita, nostris temporibus, seu successorum meorum, neque ego, nullusque sibi pontifex aut aliquis ex ordine clericorum ordinator Taruannensis Ecclesie, suis usibus usurpare, aut minuere, aut ad civitatem aliqua specie deferre non presumat. Et quod ad ipso altario in Dei nomine fuerit oblatum a quibuscumque Deo inspirante transmissio, nihil sibi exinde, pro reverentia sancte Marie, in cujus honore ipsa basilica vel reliquorum sanctorum constructa esse videtur, pontifex aut ejus archidiaconus, vel quilibet ordinator Ecclesiae Taruannensis, audeat vindicare, vel a prefato monasterio, neque in agris ipsius convivium, ego vel pontifices successores nostri, vel archidiaconus preparare non presumat, nisi ab abbate sepedicto monasterii Sittidi, spontanea voluntate fuerit rogatus; et peracto divino misterio, absque ullo commodo in sua studeat habere regressum, neque ulla alia potestate in ipso monasterio, ut diximus, neque in rebus seu ministerium aut ornamentum ipsius, neque in personis donandi aut commutandi, pro reverentia sancte Marie, vel Petri et Pauli apostolorum, vel pro eo, ut quieti sub regula sancta ipsi monachi vivere debeant, ad ipsud monasterium deservientes, ut de perfecta quiete ipsa congregatio valeat, duce Domino, inleso tramite per tempora exultare, et ad portum quietis eternum feliciter pervenire. Et sicut plura monasteria sub libertate viventes, ut pro statu Ecclesie et salute regis, vel stabilitate regni et tranquillitate patrie, valeant in ipso loco, vel ad ejus reliquias sanctorum, plenius exorare, et juxta decreta antiquorum patrum, Domino adjuvante, valeant perseverare, quatenus hanc epistolam cum privilegio concessa atque indulto, sub ea, ut diximus, libertate sicut plurima monasteria et monachi ibidem consistentes debeant in perpetuum permanere firmissimum, ut jam dicti monachi a sepedicto monasterio ejusque cellulas, quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quicquid domesticis fidei pro tranquillitate pacis vel reverentia sanctorum tribuitur, illud etiam addi placuit, ut absque introitu pontificis, ipsi monachi sub religione vel regula, sicut superius diximus, vivere debeant, Christo protegente, qui adjuvet hanc epistolam conservantibus. Quam definitionem constitutionis nostrae nostris et futuris temporibus valitura sit, manus nostrae subscriptione roboravimus, et fratribus nostris et illustribus viris, ut ipsi perfirmare debeant rogavi. Actum ad ipsa basilica, sub die xviii kalendas Maii, anno vi regni domini nostri Clotharii regis <sup>a</sup>. In Christi nomine, quamvis peccator, Audomarus nomine, absque merito episcopus, hanc epistolam voluntarius dictavi et recensere audivi,

1. V, pag. 173. Alia exempla promere in promptu esset, de quibus fuse in dissertatione de origine monasterii S. Bertini anno 1737 edita, pag. 82 et seq.

<sup>a</sup> Id est anno Chr. 662, cum Chlodoveus II, Chlo-

tarii III pater, decesserit labente anno 656, ut ipse docet Mabillonius, de anno mortis Chlodovei in Anlect. pag. 517; unde mirum est eundem Mabillonium hoc instrumentum collocavisse sub anno 660, in Annalibus, t. 1, pag. 455.

et qui subterius scriberent rogavi. Hæc ab oculis A feci, et alius manum meam tenens scripsit et subscripsit <sup>a</sup>.

In Christi nomine Mummolinus <sup>b</sup>, ac si peccator episcopus, rogatus pro indiculo domni Audomari, subscripsi. In Christi nomine Audebertus, indignus episcopus, subscripsi. In Christi nomine Drausio, indignus episcopus, subscripsi. In Christi nomine Cravangerus, indignus episcopus, subscripsi. Bertefridus peccator hanc e. istolam subscripsi. In Christi nomine Audebertus, peccator episcopus, subscripsi. Amlacharius, in Christi nomine, etsi peccator episcopus, subscripsi. Baginus, ac si peccator episcopus, subscripsi. In Christi nomine ego Abel, ac si indignus abbas, privilegium hoc subscripsi. Ego Ramnebertus, peccator, rogatus hanc epistolam relegi ac subscripsi. Ego Landobertus, ac si indignus monachus, hoc privilegium rogatus scripsi et subscripsi.

<sup>a</sup> Hæc voces scripsi et subscripsi, nihil aliud hic innunt quam *subscriptionem scripsit*, manu scilicet aliena manum ejus dirigente; ipse enim testatur totum chartæ contextum *dictasse et recitatum audivisse*. Hinc igitur nulla falsi suspicio emergit, ut ipse fassus est unus e Bollandi sociis, Stilling, Act. S. Septemb. t. II, pag. 566, qui alia falsi indicia arguit ex testium subscriptiombus, sed frustra, ut videre est in nota sequente.

<sup>b</sup> Bene concordant cum notis chronologicis huic chartæ subjectæ subscriptiones episcoporum Mummolini, episcopi Noviomensis, Audeberti Cameraensis, Draucionis Suessionensis, Bertefridi Ambianensis, Audeberti Silvanectensis et Amalarii Sagienensis, de quibus vide Nov. Gall. christ. t. III, IX et X. Cravangerus vero et Bainus episcopi subscribunt, qui ambo Audomaro successerunt in episcopatu, et proinde ipsi chartæ conficiendæ interesse non poterunt. Hinc Stilling, ubi supra, auctor Dissert. de verit. histor. eccl. Audom. pag. 123, et alii plures eam habuerunt pro supposititia; sed jamdiu confectæ chartæ nomen suum apposuisse utrumque Audomari successorem, vice confirmationis, eo videtur probabilius, quod id priscis temporibus sæpius in usu fuit, ut docet Mabillonius, et exemplis allatis asserit, de Re dipl., pag. 151. Vide quoque Dissert. de origin. S. Bert., pag. 134 et seqq. Nec officit quod utriusque subscriptiones appositæ sint inter nomina aliorum episcoporum qui in trumento conficiendo adfuerunt. Spatiis enim quæ vacua suppetebant, inserta fuisse posterioribus temporibus amborum Audomari successorum nomina credibile est. Hic autem operæ pretium ducimus exscribere quæ de veritate hujus chartæ, et plurium aliarum monasterii S. Bertini, die 3 Septembris 1772 testatus est dominus Butler, collegii regii Anglorum Audomarpoli tunc præses, vir in re diplomatica versatissimus. Infra scriptus fidem facio me in archivo abbatæ S. Bertini, per tres dies, coram viris venerabilibus, exemplaria archetypa tractasse et inspexisse chartæ Adroaldi, chartæ S. Audomari, decreti sancti Folquini, et bullæ Victoris II papæ, in gratiam Bononis abbatis et monasterii Sithiensis; et cum ipsedem summa diligentia et ille transcripta contulisse; ac in omnibus et singulis partibus cum prædictis archetypis, citra levisimam minimi puncti discrepantiam quam indicare fas erat, ita adamussim convenire, ut exemplaria hæc transcripta de veruo ad verbum authentica declarari et haberi possint ac debeant. Idem testor me prædicta archetypa diligentissime examinasse, et collatione facta cum scripturis diplomaticis

## XII.

*Charta qua Berthefredus, Ambianensis episcopus, Corbeiensi monasterio privilegia concedit* <sup>a</sup> (ann. 662).

Dominis sancti et summi culminis apice pontificalis cathedræ specula præsidibus in Christo fratribus, Nivoni Ginesio, Ethoaldo, Emmoni, Audoni, Audomaro, Audoino, Audeberto, Burgondofroni, item Audeberto, Drauscini, Berthefridus, monacho superni largitoris Ambianensis Ecclesiæ episcopus. Licet nos antiquæ reg. læ constituta salubri observatione custodire conveniat, tamen utili provisione tractantes constituimus ut quod sacris deliberationibus non derogat, intrepida observatione conservetur. Et quia gloriosissimus dominus Chlotarius rex, nec non et præcelsa domina Balthildis regina, divino illuminati auxilio, monasterium suo opere, Christo præsule, in loco nuncupante Corbeia construxerunt, religiosam petitionem nostris auribus patefecerunt,

et aliis eorumdem et proximorum sæculorum, ac aliis adjunctis æqua lance perpensis, mihi certum exploratumque videri quod singula ex his quatuor exemplaribus, quæ in prædicto archivo asservantur, vera, genuina et autographa comprobantur. Sequuntur nomina septem testium, quæ præcipuis abbatæ S. Bertini officiis tunc fungebantur. [Libenter textum conferet lector cum chartulario S. Bertini edito ann. 1841, pag. 23.]

<sup>a</sup> Edita in Collectione conciliorum Sirmondi, t. I, pag. 502; Labbei, t. VI, col. 57; Harduini, t. III, col. 1010; et in Annalibus Cointii, t. III, pag. 537, iterumque t. V, pag. 285. Hanc impugnavit Launois, Inquisit. in chartam S. Germin. Paris., part. 4, cap. x, sect. 1, 4, et post ipsum Cointius, Ann. t. V, pag. 28 et seqq. Eadem omnino sunt argumenta quæ afferuntur contra chartam Emmonis pro monasterio S. Petri, adeo ut altera ad alterius exemplar conscripta videatur. Cointius censet chartam utraque emendationibus indigere in inscriptione et subscriptione, ac expungenda esse quæ ibi dicuntur de regula S. Benedicti. Hæc autem parum nos movent. Vide notas nostras Emmonis chartæ subjectas. Cæterum nihil in charta utraque deprehendit Cointius, quod sit præter jus commune; imo omnia fatetur Marculi formulis consentanea. Id abunde prosequitur, t. V, pag. 291 et seq. collatis singulis chartæ capitulis cum formulis Marculi. Miræus, Oper. dipl. t. I, pag. 639, et Mabillonius, Annal. t. I, pag. 470, fragmentum chartæ Berthefredi edidit exscriptum, nec in ea aliquid redarguendum notaverunt. Mabillonius monet hujus chartæ mentionem fieri in simili privilegio, Ecclesiæ Messinensis sæculo XI ab episcopo Terwannensi concesso, quod habetur inter ejusdem Miræi Opera diplomatica, t. I, pag. 64, et quod suo ordine recudendum curabimus. Chartam Berthefredi juxta lectionem Cointii edimus. Licet Berthefredi et Emmonis chartas dixerimus simillimas, mutatis scilicet mutandis, Berthefredi tamen charta interdum prolixior. Id primo aspectu oculi assequuntur apud Cointium, qui chartam alteram alteri us lateri affixam exhibuit. Nos præcipua ex his quæ in charta Berthefredi abundant parenthesisibus inclusimus. Varias lectiones inter uncas adscripsimus, quas ex ms. depreptas D. Labbat, congregationis S. Mauri, nobiscum humanissime communicavit, paratas ad editionem Conciliorum Galliæ, cui nox vulganda sedulo incumbit. [De hac editione non absoluta, cujus volumen primum prodiit anno 1790, vide, quæ scripta sunt t. I, ad calcem, pag. 67.]

quæ viscerali pietatis affectu ita cor intrinsecus molli-  
vit, ut petita non concedere, aut certe libentissime  
non implere, noster animus inreligiosum fore pu-  
taret. Sancto igitur amore succensi, nostræ vilitatis  
extremitatem petierunt ut et nos et vestra fraterni-  
tas consentientes, pro reverentia sanctorum Petri et  
Pauli apostolorum, et sancti Stephani protomarty-  
ris, qui ob gloriosum ac triumphale votum pro amore  
Christi coronam martyrii consequuti sunt, ad prædi-  
ctum monasterium in eorum honore constructum,  
privilegium concedere deberemus. Licet sancta Car-  
thaginensis synodus a bonæ memoriæ Bonifacio  
ejusque coepi-copis facta, vel ipsius sacerdotis epi-  
stolæ ad Liberium porrectæ, non prohibeant mona-  
chos sub privilegio proprio [*Hoc verbum deest in  
ms.*] residere, vel sancti Augustini præclari doctoris  
libri de gradibus ecclesiasticis doceant monachos sub  
quiete regulariter viventes, absque inquietudine cler-  
icorum vel episcoporum residere (quod nos consi-  
derantes, dum et canonica institutio de hac re nos  
non præjudicat, vel supradictus dominus et prædicta  
domna, dum se patrocinio, tam et in præsentis vita  
quam et in futurum, præfatorum sanctorum plenis-  
sima devotione tradiderunt, ut eis ubique apud ele-  
mentissimum et omnipotentem Dominum eorum in-  
tercessio præbere dignetur adminiculum, vel pro re-  
verentia tantorum martyrum, seu prout monachi ibi-  
dem degentes sub regula sanctorum Patrum quieti  
conversari possint: hoc privilegium plena voluntate,  
una cum consensu fratrum meorum, concessisse vel  
indulxisse visus sum, per quod decerno, atque ob  
testificationem divini nominis interdicto, ut nec ego,  
nec ullus episcoporum successorum meorum hoc in-  
rumpere præsumat. Nec nos hoc propriæ delibera-  
tionis instituto posteritas æstimet decrevisse), cum  
etiam antiquiora, vel in novo tempore monasteria,  
propria privilegia sint consecuta. [*Addit codex ms.,  
ex quibus vel pauca, dum longum est omnia exsol-  
vere, non inemus.*] Nam et Agaunensium quod, velut  
istud, regio est munere ditatum, et Lirinensium, vel  
basilica domni Marcelli immoque et monasterium  
Luxoviense, hoc videntur habere concessum [*addit  
ms.* et omnem libertatem sunt consecuti], et ita a  
succedentibus custoditur, ut quicquid ibidem offer-  
tur, ipsi abbates vel monachi ibidem deservientes  
absque contrarietate vel repetitione episcoporum, li-  
bere, cum Dei adjutorio, hoc possideant. Ergo omnes  
unius conspiratione consensus, antedictis princi-  
pibus postulatione socia libentissime annuentes, sic  
decrevimus ut quæcumque prædicto monasterio vel  
monachis regio munere seu a quibuslibet christianis,  
in agris, mancipiis, vineis, silvis, auro, argento,  
vel vestibus, vel quibuslibet speciebus conlata,  
et deinceps conferenda sunt vitæ nostræ tempori-  
bus, seu successorum nostrorum, nec ego, nec ullus  
sibi pontifex, aut aliquis ex ordine clericorum Am-  
bianensis Ecclesiæ, suis usibus usurpare, aut mino-  
rare (aut ad civitatem aliquas species deferre præ-  
sumat, sed sub omni libertate vel eamitate sæpedi-

ctum monasterium, vel monachi ibidem consistentes  
possideant). Altaria ad sæpedictum monasterium,  
vel tabulæ, si defuerint, episcopus Ambianensis Ec-  
clesiæ in Dei nomine benedicat, et chrisma sanctum  
conficiat sine pretio [*hæ duæ voces desunt in ms.*],  
et annis singulis pro reverentia sanctorum, sine ullo  
præmio, muneris causa, concedat. Et quod ad ipsum  
monasterium in Dei nomine fuerit oblatam, vel a  
quocunque, Deo inspirante, transmissum, nihil sibi  
exinde pontifex aut ejus archidiaconus, aut quislibet  
ordinator Ecclesiæ, audeat vindicare (nec ad præfa-  
tum monasterium accedere, nec in agris ipsius com-  
vivia ego, vel pontifices successores nostri, vel ar-  
chidiaconus aut quislibet ordinator Ecclesiæ Am-  
bianensis, preparare præsumat, nisi ab abbate  
B sæpedicti monasterii spontanea voluntate fuerit  
rogatus). Et cum abbas fuerit de sæculo isto  
evocatus, quem unanimiter congregatio ipsius  
monasterii ex semetipsis bonum et dignum ele-  
gerint, data auctoritate a præfato principe vel  
ejus successoribus, a nobis vel successoribus nos-  
tris, absque ullo commodo secundum sanctos  
canones ordinetur. Similiter et reliquos gradus cleri-  
corum minores ac majores, quos abbas jam dicti  
monasterii elegerit, sive intra aut extra monaste-  
rium [*hæ quinque voces desunt in ms.*], sine aliqua  
præmii acceptione, juxta quod lectio docet, consti-  
tuimus consecrare. (Neque ulla alia potestate in ipso  
monasterio utatur, ut diximus, neque in monasterio  
C [*hæ tres voces desunt in ms.*], seu in rebus aut orna-  
mentis ipsius, neque in personis, dum tanti glorio-  
sissimi principis petitio intercessit, vel quia ip-  
si monasterium ipsum construxerunt et ditaverunt, vel  
pro reverentia sanctorum apostolorum et martyrum,  
seu pro eo ut quieti sub regula sancta ipsi monachi  
vivere debeant ad ipsum monasterium deservientes,  
nec episcopus, nec archidiaconus aut quælibet alia  
persona ordinator Ecclesiæ Ambianensis, quodcum-  
que de eodem monasterio, sicut de reliquis parochiis,  
usurpare aut commutare, aut aliquas res auferre,  
vel species quæ ad ipsum monasterium sunt conla-  
æ, deferre ad civitatem audeat, ut de perfecta quiete  
valeant ipsi monachi, qui ad præfatum monasterium  
deserviunt, duce Domino, per tempora exultare, et  
D sicut antedicta monasteria sub libertate vivant, ut  
pro statu Ecclesiæ, et salute regum vel stabilitate  
regni et tranquillitate patriæ valeant plenius pium  
Dominum exorare. Et si aliquis de ipsis monachis  
contumax fuerit, ab abbate præfati monasterii se-  
cundum canonicam institutionem emendetur, ut hoc  
privilegium sub ea, ut diximus, libertate qua ante-  
dicta monasteria et monachi vivunt, debeat in per-  
petuum permanere firmissimum, ut jam dicti mona-  
chi sæpedicti monasterio deservientes, nostris et  
futuris temporibus sub libertate consistent, quia  
nihil de canonica auctoritate convellitur quicquid  
domesticis fidei pro tranquillitate pacis, vel pro re-  
verentia sanctorum tribuitur. (Illud etiam addi pla-  
cuit, ut ipsi monachi sub regula sancti Benedicti vel

sancti Columbani conversari et vivere debeant.) A Quod si aliquis calliditate aut cupiditate praeventus episcopus, ea quae sunt superius comprehensa temerario spiritu violare praesumpserit, tribus annis poenitentiam districtissime agat a communione fratrum sequestratus; et nihilominus hoc privilegium, Christo protegente, qui et adjuvet illud conservantes, et dissipet illud destruere cupientes, perpetuum maneat incorruptum. Quam definitionem constitutionis nostrae, ut nostris et futuris temporibus valitura sit, manus nostrae subscriptionibus roboravimus, et coepiscopos domnos, et fratres nostros rogamus ut ipsum in omnibus confirmare debeant. Berthefridus peccator, Ambianensium urbis episcopus, hoc privilegium a me factum relegi, consensi et subscripsi. Genesis, ac si peccator episcopus, hoc privilegium consensi, Chaoaldus, episcopus, hoc privilegium consensi et subscripsi. Gaudiobertus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subscripsi. Boso, in Dei nomine episcopus, hoc privilegium consensi et subscripsi. Ragnobertus, ac si indignus episcopus, hoc privilegium consensit subscripsi. Mummolenus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium consensi et subscripsi. Audobertus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium consensi et subscripsi. Audoenus [in *manu* Audoenus *deest*. *Cæris fere omnibus praefigitur formula: In Christi nomine*], episcopus hoc privilegium consensi et subscripsi. Dado peccator hoc privilegium consensi ac subscripsi. Emmo episcopus subscripsi. Leorleboldus peccator episcopus hoc privilegium subscripsi. Chrodobertus peccator hoc privilegium subscripsi. Paternus peccator, Egloensis Ecclesiae ac si indignus episcopus, hoc privilegium consensi et subscripsi. Drauscio, ac si peccator, hoc privilegium consensi et subscripsi. Ego Audebertus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium consensi et subscripsi. Factum hoc privilegium sub die octavo mensis Septembris, anno VII regnante Clotario rege, Captonnaco in palatio publico. Sigo, in Dei nomine diaconus, hoc privilegium scripsi et subscripsi.

## XIII.

*Fragmentum chartae qua Nivardus, Remensis episcopus, Alivillarensi monasterio privilegium concessit* b (ann. 682).

• Regni Clotarii III annos computamus a mense Septembri anni Christi 656 elapso aut labente; sic Mabillonius, qui chartam de qua agimus collocat sub anno 682. Ars dijudicandi singulas temporum notas regnum Clotarii initium sumpsisse docet post diem quintam Septembris.

<sup>b</sup> Hoc fragmentum exstat in annalibus Gointii, t. III. pag. 527, et Mabillonii, t. I, pag. 467, apud Sammarthanos, Gall. c. r. edit. prima, t. IV, pag. 32, et in Nova Gallia christ. demum cum discrepantiis, t. X, inst. col. 1; in Historia Ecclesiae Rhemensis a Marlotto, t. I, pag. 277. Illud primum eruerat Sammarthani ex chartophylacio Alivillarensi. Docent auctores Novae Galliae christianae, t. IX, col. 251, quorum lectionem sequimur, ibi superius scriptum in ultimo loco codicis membranae Evangeliorum, ac plures interpolatum diversimode. Aliunde petitum edidit Marlotus, cujus varias lectiones inter uncas apponimus; sed nullibi chartam integram habemus

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Nivo sive Nivardus, etiam si peccator episcopus, dum omnes episcopi fratres mei etiam et de viris christianis et de bonis hominibus monasteria secundum regulam sanctorum Patrum aedificare non cessarent [Marlotus, et de viris Christianis... praecipui in unum convenissemus], petiit nos Bercharius abbas cum [M., una cum] fratribus suis, ut ubi [ubi *deest apud M.*] talem locellum eis perquirere deberemus in nostra proprietate, ubi ipsi secundum regulam Patrum sancti Benedicti et sancti Columbani vivere deberent, et pro nobis die noctuque misericordiam Domini debeant deprecari, ut in futurum veniam de peccatis merear [M., mereamur] obtinere; sed cum minime hic talem locellum [M., sic talem locellum compendiosum] in nostra proprietate inveniremus qui ipsis monachis ad monasterium faciendum placuisset, repertus est nobis una cum ipsis, locellus qui dicitur Altivillaris, in fine Remensi, super fluvium Maternae, prope villam Disiacum, quam a Davone et Theoderamo [M., Theoderamno] de villis ecclesiae nostrae concubivimus, unde et ipsa instrumenta ex hoc in archivis ecclesiae retinentur [M., retinentur], villam quoque Disiacum, cum ecclesia et altari beati Timothei martyris, in cujus parochia situs est Altivillaris locus, eidem monasterio legaliter confirmavimus [M., confirmamus]. Sed sic pensitavit ipse Bercharius, una cum fratribus suis [et suis *deest apud Marl.*], pro novissimis temporibus, ut damnavimus [M., adjuvimus], ipsum monasterium quod dicitur Altivillare, quod ego pro aeterna beatitudine vel pro remedio animae nostrae ad sanctam regulam conservandam aedificavi in honore sanctorum Petri et Pauli, seu etiam sancti Johannis et ceterorum martyrum et confessorum quorum pignora ibidem venerari noscuntur, in nostra potestate debeat esse, ut ipsos monachos melius delectet secundum disciplinae ordinem et regulae vivere, vel quieto [M., quietos] residere; et taliter nobis consenserunt de fratribus meis coepiscopis etiam [voces coepiscopis etiam *desunt apud M.*] et de comitibus nostris archidiaconis seu et abbates, vel etiam clerus noster Remensis, etiam [M., et abbatibus vel ex clero Remensi] et de viris illustribus quorum manibus sub-

quam viderat Frodoardus. Hujus summam refert, unde liquet in fragmento quod exhibemus, e tribus partibus primam duntaxat salvam supervasse. Dedit enim a Frodoardi narratione repeti possunt quae sic habet, Hist. Eccl. Rhem. lib. II, cap. 7, pag. 202; • Beatus Nivardus, constituto monasterio, quidquam possessionum ante episcopatum fuerat visus habere, ad ipsum locum tradidit... Privilegium quoque, poscente praefato abbate Berchario, eidem contulit monasterio, ut scilicet, praesul idem monasterium in sui juris dominatione, dum adveniret, conservaret; et ut, post suum decessum, Rhemensis episcopus ipsum caenobium gubernet, et eosdem monachos contra omnes adversantes defendat; ipsi vero monachi potestatem habeant praefatum sibi regulariter eligendi, prout in descriptione ipsius privilegii continentur. • Porro critici omnes Nivardi chartam referunt circa annum Christi 682. Varias lectiones ex Marlotto desumptae littera M signantur.

scriptiones vel signacula subter tenentur [M., tenens] A inserta \*.

## XIV.

*Charta qua Drauscus, Suessionensis episcopus, Suessionensi sanctæ Mariæ Parthenonis privilegia concedit* [ann. 666].

Domini sanctis et apostolicis fratribus Suessionum civitatis \* comprovincialibus Nivoni episcopi, et Landeberto, Mummoleno, Audeberto, item Audeberto, Clemente, Berthefredo, Audomaro, Drauscus, acsi indignus epis. opus, supplex in Domino mittit salutem. Licet antiquæ regulæ constituta nos convenit et oportet custodire per omnia, tamen illud adnectitur conservandum, ut quod orthodoxam definitionem non maculat, et ad religionis quietem tempore servetur etiam multa et perhenæ custodia. Et quia bonæ vitæ iuluster vir Ebroinus major-domus, ejusque iulustris matrona Lentrudis, et eorum unicus dilectissimus filius Bovo, religiosâ postulatio eorum aurium nostrarum forensis pulsantes auditus, intima etiam cordis penetrarunt archana, quatinus et viscerale pietatis affectum, ita cor intrinsecus caritatis eorum petitio molliret, ut petita non concedere aut certe libentissime quæ petuntur non implere, nostræ animæ iureligiosum fore putarent. Sancti igitur drsiderii ardore succensi, intra cœnubii septa basilicas in honore sanctæ Mariæ, genitricis Domini nostri Jesu Christi, et sancti Petri et sanctæ Genuevæ vel ceterorum sanctorum, in loco nuncupato intra murus urbis Suessionis civitatis construxerunt, ubi puellæ C virginibus ac Deo sacratæ Etheriæ abbatissæ, relicta pompa seculi, sub regula beatissimorum patrum, ad laudes Christi die noctuque canendas vel pro æterna retributione sunt conlocatæ, nostræ vilitatis extremitate supplice deprecationis petitione deposcerunt et et nos fratresque nostri, abbatibus, presbyteribus inimoque et diaconibus vel omni clero Suessionum Ecclesiæ, quorum subscriptionibus infra tenetur. Quod nos tractantes caritatem de domesticis fidei benevola deliberatione, hoc privilegium in Dei nomine, ad monasterium prædictum infra urbis Suessionis civitatis constructum, tribuendum indulsumus. Que potius dum juxta sexum predictarum Deo sacratarum virginum munus sancta institutio

A habet, ut infra septa monasterii virgines et caste reclause debeant Domino militare, secundum votum sæpe dictorum Deo timentium qui construxerunt regulam et cursum sancti Benedicti, eatenus ut postquam in ipso monasterio introierint Domino militare, foras de ipso monasterio exire licentiam non habeant, et ad modum Luxoviensis monasterii, quem beatus Columbanus tenuit, regulam ad profectum animarum earum studeant in omnibus custodire. Et nec nos subsidia fraternitas sacerdotum præens privilegium propria deliberatione aut nova adinventione æstimet decrevisse aut indulsisse, cum ad hujus constitutionis novam sanctorum Agaunensium locum, immoque et monasterii Lirienensis et Luxuviensis vel basilica sancti Marcelli, tam de B inhabitatoribus libertatem, quam a quibuscumque ibidem aliquid deligatum eatenus fuit sancitum. Ergo unicus conspirationibus consensus ita decretum est, ut quidquid predicto monasterio, vel sacratis Deo virginibus ibidem sub evangelica religione viventibus, ab ipsis prædictis iulustri viro Ebroino majorum-domus, ejusque iulustri matrona, eorumque filio Bovoni, vel a regio munere, seu ab eorum parentibus, vel quibuslibet Christianis, in agris, mancipiis, ministerium, sacris voluminibus, vel quibuslibet speciebus quæ ad ornatum divini cultus pertinere noscuntur, aut cæteris rebus conlata vel deinceps conlatura sunt, seu quod in altario fuerit oblatum, aut a quocumque, Deo inspirante, in eo miserint, præsentis vitæ nostræ temporibus, successorumque nostrorum, nullus ibi aliquid clericorum vel pontificum aut regalis sublimitatis, suis usibus usurpare aut minuare præsumat. Et cum abbatissa ejusdem monasterii de sæculo fuerit revocata, quas unanimiter omnis congregatio illa ancillarum Dei, ex semetipsis, optime regulam compertam eligerent, pro se, Christo præsele, sibi seivorem instituant; et etiam si opportunum fuerit, tabulas ad altaria benedicendum, aut chrismaal, aut vestes in Dei nomine consecrandum a quocumque speciali pontifice decreverint, hoc discurrentes geroi licentiam habeant expetendi vel explicandi, et, ut superius continetur, nullam exinde potestatem neque in rebus, neque in ordinandis aut velandis personis, excepto si ipsæ

## D

\* A ad Marlotum addita sunt quæ sequuntur: *Ut, sicut jam supra dictum est, monasterium ipsum Alti-villa....* Cætera desunt; unde sequitur hanc chartam, quoque tempore scripta fuerit, integram ad nos non pervenisse.

<sup>b</sup> Hujus chartæ qua Drauscus, Suessionensis episcopus, privilegium concedit puellari Sanctæ Mariæ monasterio, rogantibus Ebroino majore domus, et ejus conjuge Lentrude, a quibus constructum fuerat, fragmenta pluries edita sunt, a Reginaldo, *Compend. Hist. Suess.*, prob. pag. 2; Dormeio, *Hist. Suess.*, t. 4, pag. 271; Coitatio, *Annal. t. III*, pag. 606; Habilonio, *Ann. t. I*, pag. 482 Illud integrum Michiel Germain, ex archivo Parthenonis depromptum, ne mutata quidem una syllaba, cudi typis curavit ad calcem Historiæ ejusdem monasterii, pag. 421, et notis illustravit, ad ejus fidem recudimus; quin et Calice vertit, *ibid.* pag. 14 et seq., aliis subjunctis

annotationibus. Lectu vero difficilem scripturam docet Dormeius, qui lectionem ejus satis assequi se non potuisse fassus est.

<sup>c</sup> Hi fuerunt comprovinciales Rhemensis metropolis antistites, ad quos chartam sub epistolæ forma conceptam dirigit Drauscus scilicet, Nivo ipsius Rhemensis Ecclesiæ præsol, Landebertus Catalaunensis episcopus, Mummolenus Noviomensis, Audebertus Cameracensis, Audebertus alter Silvanectensis, Clemens Bellovacensis, Berthefredus Ambianensis, Audomarus Morinensis. Neino nescit, Ecclesiam Cameracensem Rhemensi metropoli subjectam fuisse usque ad tempora Pauli papæ IV, qui episcopatum Cameracensem in metropolim erexit. Priores hujus annotationis linesa amandavi, cum in eis editor exponeret tantummodo quia de causa hoc diploma inseruerit Supplemento. Nunc suo ordine vulgatur.



ancillæ Dei unanimiter propria voluntate poposce-  
rint, nos vel archidiaconus, successoresque nostri,  
vel quælibet personam habere non debeat, aut quod-  
cumque de eodem monasterio sicut de parochis aut  
ceteris monasteriis, muneris causa, audeat superare  
vel auferre, et nisi congregatione ipsius vel abbatis-  
sæ votus et petitio intercesserit, et pro animæ salute  
fuerit; nam aliter nulli nostrorum liceat monasterii  
ipsius adire secreta aut ingredi septa. Nec nullus de  
virorum sexu infra portas ipsius monasterii fuerit,  
præsumat cibum vel potum manducare vel bibere  
nisi tantum communionem sanctam. Et sic ab eis  
pontifex postulatus pro danda tantum vel lucranda  
oratione accesserit, ubi juxta regulam locus permittit,  
ibidem singulum cum religiosis sacerdotibus ingre-  
diatur, et celebrato ac peracto divino mysterio, conti-  
nuo absque ullo requisito dono studeat habere re-  
gressum; nec aliis clericis aut quibuslibet sæculari-  
bus personis ibidem ingressione, excepto, si pro  
bona necessitate aut utilitate ipsius monasterii fue-  
rit, aut mens Deo devota petierit, regula tamen do-  
cente, atque religionem in omnibus servante, in reli-  
quo nullatenus habitare permittimus, sed coram  
Domino prohibemus, quia cunctis patet manifesta  
conditio, quod puellarum monasterium absque fre-  
quentia virorum decet et oportet esse reclusum, ut  
solitaria vita fruente, de perfecta quiete ac de con-  
servata castitate valeant, duce Domino, per tempora  
exultare, et supra dicta regula viventibus, et sancta-  
rum virginum vitam sectantes, pro statu Ecclesiæ  
et salute regis vel patriæ valeant plenius Dominum  
deprecari. Et si aliqui forsitan, quod non credimus,  
excodendum ipsæ sanctæ moniales de earum reli-  
gione tepide secum duxerint supra scriptam sanctam  
regulam, ab earum abbatissa debeant corrigere,  
qualiter in omnibus debeant sanctæ vivere, quia ni-  
hil de canonica auctoritate convellitur, quidquid de  
domesticis fidei pro quiete tranquillitate tribuetur.  
Quod si quis calliditate aut cupiditate preventus,  
visus fuerit ea quæ sunt superius comprehensa  
temerario spiritu violare, divina ultione prostratus  
reatus anathemati subiciat, et insuper tribus annis a  
communione episcoporum se noverit esse alienum,  
vel iram cælestis incurrat, et cum Judæ, traditoris  
Domini nostri Jesu Christi, se participem esse co-  
gnoscat et tanquam negator pauperum in futurum

teneatur obnoxius; et nihitominus hoc privilegium  
in nullum possit convellere, sed præsentem et futuro  
tempore, Christo Domino nostro protegente, incor-  
ruptus valeat perdurare. Quam constitutionem nos-  
tram ut firmis subsistat vigoribus, manus nostræ  
subscriptionibus roboratam, perpetuis temporibus  
valituram, vobis vel ceteris episcopis destinavimus et  
rogavimus insuper confirmandam, stipulatione sub-  
nexa. Actum Augusta Suession. Sub die vi kal. Jul.  
An. x<sup>o</sup> domini nostri Clotarii gloriosi simi regis.

Drauscio, ac si peccator, hoc privilegio subscripsi.  
Nivo, ac si peccator episcopus, hunc privilegio sub-  
scripsi. In Christi nomine, Genesisius, ac si peccator,  
hoc privilegio subscripsi. Audoenus, Christo mis-  
erante episcopus, hunc privilegium juxta institutionem  
B canonica cum pietate subscripsi. In Christi nomine,  
Leudgarius, ac si peccator episcopus, hunc privile-  
gium consensit et subscripsi. Buso in Dei nomine  
subscripsi. In Christi nomine, Caudiobertus, ac si  
peccator episcopus, hoc privilegium consentiens  
subscripsi. Desideratus peccator hunc privilegium  
consentiens subscripsi. Virgilius peccator hunc pri-  
vilegium consentiens subscripsi. In Christi nomine,  
Importunus, ac si peccator episcopus subscripsi.  
Emradius episcopus subscripsi. In Christi nomine,  
Burgundo, ac si indignus episcopus, consentiens  
subscripsi. In Christi nomine, Abbo, ac si indignus  
episcopus, hoc privilegium consentiens subscripsi.  
Clemens, ac si peccator episcopus, hoc privilegium  
consentiens subscripsi. In Christi nomine, Raguo-  
bertus, ac si indignus episcopus, hoc privilegium  
consentiens subscripsi. In Christi nomine, Audo,  
ac si indignus episcopus, hoc privilegium consen-  
tiens subscripsi. In Christi nomine, Ragnomarus,  
ac si indignus episcopus, hoc privilegium consentiens  
subscripsi. In Christi nomine, Concessus, ac si di-  
gnus episcopus, hoc privilegium consentiens sub-  
scripsi. Leudeboldus peccator, ac si indignus episco-  
pus, hoc privilegium consentiens subscripsi. Sigobol-  
dus peccator hunc privilegium scripsi et subscripsi.

## XV.

*Charta qua Leodebodus, abbas sancti Aniani, plurima  
dona confert monasteriis sancti Aniani et sancti  
Petri Floriacensis (ann. 66).*

D In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Anno  
secundo regnante domino nostro Clodoveo glorio-

\* Annum Clotarii 10 non solum in archetypo in-  
strumento, sed in chartulariis quatuor, se legisse  
monet dominus Germain; adeoque hanc chartam ad  
annum Christi 666 referendam censemus, quam edi-  
tores alii anno Clotarii tertio, quarto, undecimo,  
quartodecimo (Hist. monast. B. M. Suess. pag. 425)  
tribuerunt. Obiit Drauscus circa annum 674, Nova  
Gall. Christ. t. IX, col. 358

† Primus hanc chartam ex archivo Floriacensi de-  
scripsit Helgaudus, monachus Floriacensis, ap-  
Chesn. Hist. Franc. t. IV, pag. 59. Recusa legitur  
apud Sausseyum, Annal. eccl. Aurel. pag. 154, et  
Cointius, Ann. t. III, pag. 389. Hujus fragmentum  
et subscriptiones inseruit Hubertus in Antiquitatibus  
ecclesiæ sancti Aniani Aurelianensis, prob. p. 72 :  
characteres chronologici adulterati Cointio viden-

tur, et hinc hoc instrumentum de falso criminat  
est Longueval, Hist. eccl. Gall. t. III, pag. 565. Sed  
ab omni criticorum familia abso utum judicant,  
Cointius ubi supra; Mabill. Ann. t. I, pag. 380;  
Nova Gall. christ. t. VIII, pag. 518 et 1838; Dipl.  
nova, t. V, pag. 421, not., etc. : Cointius ipse,  
emendatis notis chronologicis ab imperita manu  
corruptis, illud habet pro legitimo. Jam exstabat in  
archivo Floriacensi sæcul. nono, teste Adrevaldo,  
Floriacensi monacho, qui hæc ætate scripsit, Bili. tit.  
Floriac. pag. 2, etc. Pugnant quidem inter se chro-  
nologicæ notæ, ita ut conciliari non possint, et in-  
solita est invocatio. Sed inde falsum arguere, cum  
aliunde nihil falsum sapiat, severius sane et acertius;  
plura enim alia instrumenta pro sinceris recepta his  
vitiis laborant, quæ oscitantæ amanuensium tridui

sissimo rege, sub die v Kal. Julii . Virtute et fir- A  
 missimo robore acquiritur ut agrestæ et doctæ  
 menti testificatio suffragetur. Et quoniam ita est,  
 Dei protegente dextera, ego Leodebodus ista con-  
 scribo, acsi indignus et peccator abba. Dum me di-  
 vina pietas basilicæ domni Aniani ubi ipse dominus  
 in corpore requiescit, abbatæ sublimatum honore,  
 ejusdem loci custodem esse intulit, congruum  
 duxi, et devotione plenissima mihi consensit volun-  
 tas, ut de re proprietatis meæ, tam in ipsa basilica  
 quam et basilicæ domnæ Mariæ, quam Johannes  
 Floriacus a novo quondam construxit, ubi venera-  
 bilis vir Fulcaldus abba custos præesse dignoscitur,  
 seu et in agro Floriaco quem, cum glorioso atque  
 præcelso domino Clodoveo rege et gloriosa domna  
 uxore ejus Bathilde regina, visus sum de rebus meis  
 propriis commutasse, ubi pro salute regia vel  
 cuncto populo exorandum, monasterium in honore  
 sancti Petri ædificare delibero <sup>b</sup>, ubi jam dictus vir  
 Dei sanctus, videlicet præsul Anianus, condigne  
 jacet tumultatus, in quo monachi juxta regulam  
 sanctissimi Benedicti et domini Columbani consi-  
 stere debeant, singulariter de facultate proprietatis  
 meæ, Christo præsule, conferre delibero. Dono igitur  
 antedictæ basilicæ domni Aniani, vel monachis  
 ibidem deservientibus, ubi ad præsens, divinitate  
 propitiâ, funguntur officio, et de jure meo in jus  
 antedictæ basilicæ a die præsentis transfundo, por-  
 tionem terræ infra agrum Nogrometensem sitas in  
 territorio Biturico, nuncupatas Litmaro et Mariua-  
 co, quas de Aviana et Prosperiana feminis per in-  
 strumenta chartarum visus sum recepisse; cum  
 domibus, ædificiis, mancipiis qui a me liberati non  
 fuerunt, vineis, sylvis, campis, pratis, pascuis, cum  
 omni jure et beneficio suo, vel omnigeno pecude  
 ibidem residente, sicut a me possessum est. Simili-  
 ter portionem meam, quæ est infra agrum Littidum  
 in Secalonia, quam de Agana femina dato  
 pretio per venditionis titulum visus sum comparasse,  
 cum domibus, ædificiis, mancipiis, præter quos in-  
 genuis relaxavero, vineis, sylvis, campis, pratis,  
 pascuis, omnique beneficio suo, sicut a me posses-  
 sum est. Itemque et portionem meam quæ est ad  
 Vetulam casam quam de Abbone et filio suo frater-  
 no, dato pretio, per venditionis titulum comparavi,  
 et quæ per epistolas donationis ad me pervenit, cum  
 mansis, vineis, campis, pratis, sylvis, pascuis, omni-

solent. Adde commodam emendandi rationem a Cointio  
 adhibitam, scilicet pro nomine Clodovei, Clotarii  
 nomen reperit Cointius; pro anno regni ii, annum  
 regni xii. Facilis uterque scribentis lapsus Expungit  
 annos ab incarnatione repetitos, contra morem hu-  
 jus ætatis, qui frequentius optimæ notæ instrumentis  
 temere a neotericis inserti reperiuntur. His autem  
 admissis emendationibus, patet chartam Leodebodi  
 conditam fuisse anno regni Clotarii III duodecimo,  
 Christi 687. Certe ibi non agitur de Clodovei II  
 anno regni secundo; nam tunc vix septennis Clodo-  
 veus uxorem non poterat habuisse Bathildem, quam  
 non ante decimum regni annum in matrimonium  
 duxit, et de qua tamen mentio fit in testamento  
 Leodebodi.

quo genere pecudum, et beneficio suo, sicut a me  
 possessum est. Simili modo et portionem meam quæ  
 est in villa Frietoni in Secalonia, sicut a me possessa  
 est, cum mansis, accolabus, sylvis, pratis, campis,  
 pascuis in integrum, cum termino, vel omnigeno  
 pecude ibidem residente, simulque terras vel prata  
 quæ ab Albuna in pago Stampensi visus sum compa-  
 rasse, sicut a me possessum est in integrum. Pari  
 modo vasa dono argentea, anacleta, pensantia libris  
 viii et uncias duas, sandalia ii ad missas, et oralia ad  
 mensam, una cum cappis et omni apparatu, et vela ii  
 acu picta. Ista omnia, ut in potestate et dominatione  
 ipsius monasterii et monachorum ibidem Deo ser-  
 vientium perenniter maneat, integra devotione  
 instituo. Simulque et quod in pago Biturico cogno-  
 minante Monte, qui est juxta Cabrias vi: o, portio-  
 nem terrulæ quam de Domolo et uxore sua Ingara,  
 vel de pluribus hominibus visus sum comparasse,  
 dono; vel quodcumque ibidem, per donationis epi-  
 stolam aut quolibet contractu, ad me pervenit, seu  
 et quod in Bria, quæ est super fluvium Fliroute,  
 habeo, quæ de pluribus hominibus visus sum com-  
 parasse, et ad ipsum Montem subjungitur, cum do-  
 mibus, ædificiis, mancipiis qui a me liberati non  
 fuerint, vineis, sylvis, campis, pratis, cum omni jure  
 et termino earum, omnique genere pecudum, sicut a  
 me possessum est, dono. Idemque et villam Cambe-  
 ron, quæ est juxta terminum Clariacense vel Ucello  
 vico, quam de hæredibus Nummoli, dato pretio, per  
 venditionis titulum visus sum comparasse, cum do-  
 mibus, ædificiis, mancipiis qui a me liberati non fue-  
 rint, vineis, sylvis, campis, pratis, pascuis, omnique  
 genere pecudum, cum omni jure et beneficio vel  
 termino ad se pertinente, sicut a me possessum est,  
 dono sancto Petro Floriacensi. Idemque et in Ran-  
 sedone villa, quæ est in pago Magdunense, quam de  
 hæredibus Magni, dato pretio . . . . Suprascripta pars  
 antedictæ basilicæ domni Petri Floriacensis perpe-  
 tuo jure atque proprietario ut possideat, integra  
 voluntate decerno. Idemque antedictæ basilicæ  
 domnæ Mariæ portionem meam quæ est juxta Co-  
 hinnæ vicum, quartam partem ex ipso agro Colom-  
 nensi, cum mansis, accolabus, campis cultis et  
 incultis, cum omni genere pecudum, in integrum,  
 sicut a me possessum est, delego perpetualliter possi-  
 dendum. Idemque in Simpliciacense, quod est in  
 Secalonia, quod de homine quodam, Aregisilo no-

<sup>a</sup> Has notas emendandas censemus cum Cointio.

<sup>b</sup> Cointius legendum censet *ædificari*, pro *ædifi-  
care delibero*. Recte notat ex serie instrumenti plu-  
ries mentionem fieri de monasterio sancti Petri jam  
condito. Sed nihil obstat quin hæc verba, *ædificans  
delibero*, propositum innuant de nova constructione  
instauranda. Quod autem hic dicitur jam tumultuam  
in sancti Petri monasterio jacere sanctum Anianum,  
id ipsum asserit Cointius, ubi supra, pag. 396, qui  
sancti Aniani corpus in hoc monasterium anno 658  
fuisse translatum expresse testatur. Ergo nihil hoc  
loco restat emendandum.

<sup>c</sup> Sic apud Sausseyum; hic desideratur aliquid  
v. g., *visus sum comparasse*.

mine, vel de aliis, dato pretio, per venditionis titulum visus sum comparasse, portionem ipsam cum mansis, sylvis, pratis, campis, pascuis, vel omni genere pecudum et beneficio suo, sicut a me possessum est, basilicæ dominæ Mariæ tribuo, et ut in perpetuum possideat plenissima voluntate exopto. Pari modo et ad memoratum monasterium, quod in honorem domini Petri, sicut predictum est, in agro Floriaco edificare delibero, ut ibi monachi regulariter consistere debeant, dono a presenti fiscum Floriacum, cum domibus, ædificiis, mancipiis quos iugo servitutis non relaxavero, sylvis, campis, pratis, pascuis, vineis, aquis aquarumve decursibus, cum adjunctis et adjacentibus suis, omnique genere pecudum, cum omni jure et termino suo, sicut acto tempore ad fiscum fuit possessum, vel ad nos pervenit. Idemque in potestate Meliaco, quod per venditionis titulum visus sum comparasse, cum domibus, ædificiis, mancipiis qui a me liberati non fuerint, cum campis cultis et incultis, seu officina molendini quod in Melua in ipso territorio esse videtur, in inærum cum termino suo et omni genere pecudum, sicut a me possessum est, concedo, seu et quod de hæredibus Pauloni, negociatoris quondam, visus sum comparasse, areas, scilicet, in oppido civitatis Aurelianensium, cum domibus desuper positis, accolas ibidem residentibus, vel vineas ad oppidum ipsius civitatis pertinentes; seu et locella villarum cognominata Curum, Canavarias, Simpliciano, et Caliace, ultra fluvium Ligeris, quod, dato pretio antea acto tempore, visus sum comparasse. Unde et in iudicio ante virum apostolicum dominum Audoenum episcopum, et illustrem virum Chranulfum optimate vel reliquos abbates convenit, ut ex omnibus, tam in terris quam in mancipiis, seu et vineis, medietatem exinde pars basilicæ dominæ Mariæ retineret, et aliam medietatem in meo jure in integro deberem recipere; quam medietatem eorum iudicio visus sum recepisse: ipsam enim in integram ad memoratum monasterium sancti Petri Floriaco constructum delego perpetua-liter possidendam; simulque et Asinarias villam, quæ est in valle, quam de ratione illustris viri Trodonei, per commutationis epistolas, quantum textus earum declarat, ad me pervenit; dum ego e contra portionem illam quæ est in Suacanto vel Warentias, quod de Machilde femina quondam, dato pretio, per venditionis titulum comparavi, et hoc ad vicem memorati Trodonei dedisse visus fui in ipsa villa Asinarias, pars memorati monasterii domini Petri quod est Floriaco constructam, in integrum, absque cujuscumque impedimento, cum omni jure et termino, sicut a me possessum est, omneque genus pecudum ibidem residents, recipiat possidendum. Areas vero infra muros Aurelianis, quas de Chonulfo clerico,

A dato pretio, per venditionis titulum visus sum comparasse, ubi Leobastus accola commanere videtur, ad predictum monasterium domini Petri vel monachis ibidem degentibus, integra voluntate dare decerno. Similiter et caballos xxx bonos, greges equinos v cum emissariis eorum, boum greges xi, vaccarum v, armentorum x. Argentum quod ad ipsum monasterium domini Petri vel monachis ibidem deservientibus dono, per hujus texti vigorem inserendum putavi; hoc est, bacchraicha pura sigillata transmarina, pessantia pondo libras x, quorum unus habet in medio crucem auream. Donec et scutellam quæ habet in medio effigiem capitis hominis, simili modo auream. Idemque et scutellas duas minores Massilienses deauratas, quæ habent in medio cruces niellatas, quæ species argenti, in jure et dominatione memorati monasterii domini Petri perenniter permaneant volo. De vestimentis vero quæ in paupertate mea habere videor, præter id quod superius basilicæ domini Aniani delegavi, reliquum quod superfuerit, pars domini Petri Floriacensis recipiat ad possidendum. Spero autem non futurum, nec quolibet modo fieri posse credo, ut aliquis de hæredibus meis, aut quælibet persona, contra præsentem venire tentet epistolam. Quod si fecerit, et factum meum corrumpere conatus fuerit, in primis iram celestis incurrat Trinitatis, et insuper partibus basilicæ domini Aniani et basilicæ dominæ Mariæ vel monasterio sancti Petri quod est constructum Floriaco, duplum quod ad ipsas basilicas dedi, juxta quod res ipse meliorata fuerint, ipsis abbatibus vel monachis ibidem deservientibus reformet, et fisci juribus auri libras iii, argenti pondo xx, teneatur obnoxius. Quam donationem, ut firmiter habeatur, gestis municipalibus alligare decrevi, et duas epistolas uno tenore conscriptas feci de re superius nominata: una quæ in archivo domini resideat Aniani, aliam vero partem monasterii domini Petri per futura tempora reservandam recipiat, qualiter monachi ibidem Deo servientes, id quod eis per ipsam dedi, defensare valeant, et præsens nihilominus a me facta donatio, firma omni tempore et inviolata permaneat, stipulatione in omnibus comprehensa. Actum Aurelianis, publicè. Ajdi v. ro convenit quod superius intimare debueramus, ut quicquid præfato monasterio domini Petri Floriacensis, quod nos a novo construximus, delegavimus, et a timoratis viris delegatum fuerit in posterum, quicquid abbas qui ibidem præfuerit exinde voluerit facere pro usu aut utilitate monasterii ipsius, vel hæro animæ aut fratrum necessitate, liberam habet potestatem, absque detrimento et impedimento super dicti monasterii. Leodebodus, peccator abbas, epistola a me facta. Audoenus, peccator episcopus,

\* Inter episcopos subscribentes Cointius, ubi supra, pag. 592, probat Audoenum et Leodegarium, Ecclesijs Rothomagensi et Aurelianensi præfuisse anno Christi 667, quo Leodebodus chartam condidit. Nulla de Audoenæ controversia; de Leodegario, a

Cointio dissentiant Mabillonius et auctores Novæ Gallie Christianæ; sed fatetur Mabillonius, Annal. t. I, p. 380, in tanta rerum obscuritate difficile esse rem accurate definire; et, in re dubia, chartæ Leodebodi auctoritatem prævalere arbitratur.

rogante venerabili viro Leodebodo abbate, hanc epistolam relegi et subscripsi. Leodegarius, ac si indignus episcopus, rogante Leodebodo abbate, hanc devotionis ejus epistolam firmavi in Christi nomine. Deecelenus abbas. Ado abbas. Salomon abbas. Leotsnidus abbas. Bulgulfus presbyter. Higecius diaconus et vicidiaconus. Martinus diaconus. Boso diaconus. Agneramus. Dagobertus. Nummolenus. Vapingus. Sigirius. Fracesindus. Antherus. Salomon sive Boso. Pappolus. Sirobaldus sive Saxo. Amnegisillus testis. Manasses. Authacarius. Nouno. Hildulfus. Grumoldus. Segonius.

## XVI.

*Charta a qua Numerianus archiepiscopus privilegia concedit monasterio intra locum qui vocatur Galilæa, ad preces Deodati episcopi (ann. 667).*

Domini sanctis et summi culminis apici, pontificalisque cathedræ speculæ præsidentibus in Christo fratribus, Childulfo, Gisloaldo, Ebroino [Clodoaldo, Eborio], episcopis comprovincialibus, Numerianus archiepiscopus supplex et fidelis vester præsumit mittere salutem. Licet et nos antiquitus regulam constitutam salubri observatione custodire conveniat, tamen ut vestra provisione [provisione tractante] fiat, constituimus ut quod sacris deliberationibus non derogat [deroget] intrepida observatione observetur. Et quia venerabilis vir Deodatus episcopus religiosa postulatione aurum nostrarum iustitia penetravit-viscerale pietatis affectu, ita cor nostrum intrinsecus mollivit [innolivit], ut petita duntaxat non cadere, sed libentissime non imple se nostris animis irreligiosum fore putare [putaretur]. Sancti igitur desiderii ardore succensus, supradictus Deodatus episcopus cœnobii septa in honore sanctæ Dei genetricis Mariæ, vel sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sociorum eorum [add. et sancti Eucharii, Materni, et Maximini, et omnium], et sancti Maurici, Exsuperii et Candidi, vel sociorum eorum, basilicam intra eremi secretum locum nuncupante Galilæa, quod prius Juncturas vocabatur, supra fluvios Murthæ et Raurobaccio [fluviolos Murthæ Raurobachio], in proprietate autem sua quam ex fisci largitate promeruit, monasterium construxit ubi monachos et peregrinos sub regula beati Benedicti et sancti Columbani abbatis collocavit, et nostræ vilitatis extremitatem supplicii deprecatione poposcit ut nos fratresque nostri illi [illius] ecclesiæ ibidem deberemus privilegium impertire. Et ne hoc nos improbæ deliberationis instinctu, sacerdotalis posteritas æstimet decrevisse, cum etiam sub hujusmodi

A norma tam de inhabitationibus quam a quibuscumque ibidem aliquid delegatum est, eatenus fuerit factum. Inde ergo nos et fratres nostri, abbates et presbyteri et clerici, conspiratione una et consensu, jam dicti viri postulationi annuentes, hoc ab omnibus nobis decretum est, ut quicquid prædictis monasteriis [monasterio] et monachis sub evangelica religione viventibus, ab ipso venerabili patre Deodato episcopo, et a reliquis Christianis viris et feminis, aut regio munere, seu a quibuslibet hominibus ibidem collatum fuerit ministerii, et de sacris voluminibus, et quod propriis laboribus poterint addere et multiplicare, aut quæcunque ad ornatum nascuntur ibidem pertinere, præsentibus vitæ nostræ temporibus, successorumque nostrorum nullus exinde aliquid pontificum, abbatum, presbyterorum et clericorum seu et archidiaconorum, aut regalis sublimitas, suis usibus audeat usurpare aut minuere. Et cum sæpeditus Deodatus episcopus, qui est pater ipsius monasterii, de hoc seculo evocatus [vocatus], illum quem unanimiter omnis congregatio illa ex semetipsis optime regula compertum elegerit, seniore et abbatem sibi instituat; et si eis [etiam] opportunum fuerit ecclesiam [ad ecclesiam] benedicendam et sacros ordines peripiendos, a quocumque pontifice decreverint, licentiam habeat expetendi: nullusque de eodem monasterio, seu de parochiis aut ceteris monasteriis, abaque ulla regula et privilegiis viventibus, muneris causa audeat sperare et auferre; et nisi invitatus ab abbate et totius unanimis congregatione, liceat ei monasterii ipsius atterere septa. Si ergo ab eis pontifex communiter postulatus pro ipsorum utilitate accesserit, quod ipse abbas aut congregatio sua sancta elegerit, ita fiat; et celebratis ac peractis divinis mysteriis, mox absque ullo requisito dono studeat abire, quatenus monachi, qui solitarii nuncupantur, de percepta quiete valeant, juvante Domino, per tempora exultare; et sub ipsa sancta regula viventes, beatorumque vitam patrum sectantes, pro statu Ecclesiæ catholicæ, et pro desiderabili salute Childerici, gloriosi principis, plenius Dominum valeant exorare. Et si aliquid i, si monachi quantumcumque de religione indebite egerint [exegerint], secundum supradictam regulam domni Benedicti et sancti Columbani abbatis a proprio objurgantur abbate. Et si, quod abbat, talis inter abbatem et monachos dissensio aliqua et murmur consurgere videatur, qualis minime ab eodem abbate ibidem sedari possit; tunc misis episcopus eorum ad alios abbates qui hujusmodi re-

\* Vulgavit Mabillonius, *Annal.* t. I, pag. 696, ex veteri Exemplari, quod pensæ se habere ait, ibid. pag. 508. Recuderunt Houteimius, *Hist. Trevir. dipl.* t. I, pag. 82; Calmetus, *Hist. Lotar.* t. II, prob. pag. 79; editores *Novæ Galliæ Christianæ*, t. XIII, instr. col. 201, omnes ex Mabillonio. Exstat ad calcem *Historiæ ecclesiæ sancti Adeodati a Sommiere*, pag. 237, ex veteri apographo in archivis hujus ecclesiæ reposito; et inter probationes subjectas defensionis Ecclesiæ Tullensis, pag. 4, quæ prodiit Tulli

anno 1727, juxta apographum quod dicitur *cum originali* collatum. Mabillonii Editionem sequimur, adscriptis inter uncinos variis lectionibus ex defensione Tullensis Ecclesiæ desumptis. Cum desint notæ chronologicæ, has ex synchronismis eruere licuit; verum de his in ultima prolegomenorum parte disserimus. Chartam autem hanc quam, teste Calmeto, ubi supra, eruditi plures dubiæ fidei prædicaverant, omnino supposititiis instrumentis annumerandam monstrabimus.

gulam teneant, convenient in ipso monasterio, scandalumque depriment sententia regulari : quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quidquid domesticis fidei pro quietate tranquillitatis tribuitur. Quod si quis inveniatur ausus quæ superius sunt comprehensa temerario spiritu violare, a divina ultione [estimatione] prostratus, reatui anathematis subjiciatur, et insuper iram omnipotentis Dei incurrat omniumque sanctorum. Ut ergo privilegium hoc in nullo possit convelli, sed præsentī tempore futuroque, Christo Domino protegente, incorruptum valeat perdurare, ac firmissimis subsistat vigoribus, manu nostra et fratrum nostrorum episcoporum et abbatum, vel presbyterorum aut archidiaconorum subscriptionibus roboratur, et insuper fratribus nostris venerabilibus viris Blidoaldo [Blisaldo] presbytero, Archivo [Abino] diacono, quo perpetuo maneat inviolatum, destinavimus ad confirmandum.

Signum Numeriani archiepiscopi, qui hoc fieri præceptum. S. Dragobodi [Dragobondi] episcopi. S. Grotcharii. S. Baldoni episcopi. S. Dodoni episcopi. S. Chroabaldi episcopi. S. Gariberti archidiaconi. S. Prodagii episcopi. Ego Filbertus [Filibertus] rogatus scripsi.

#### XVI.

*Charta qua Vigilus, episcopus Autissiodorensis, plurima concedit monasterio beatæ Mariæ extra muros Autissiodori condito* (ann. 670).

Sancta ac venerabilis basilica domnæ Mariæ, genitricis Domini..... quam opere meo in suburbio murus civitatis de Althisiodero visi fuimus construxisse..... vel monachis ibidem deservientibus, ego Vigilus peccator, inspiratione divina..... hoc oportuit et congruit pontificale ordine prævidere ad sensum, unde religionis nomen ad crescat in melius, et sanctorum loca venerationem condigna, Christo Domino inspirante. Ideoque dono ipsius basilicæ Sanctæ Mariæ, in alimonia pauperum ibidem residentium, donatumve post diem obitus mei in perpetuum esse volo, hoc est, vineas illas ubi ipsa basilica est constructa, cui subjungunt ab uno latus strada publica, qui de ipsa porta Paris'aca ad Senones pergit, et ab alio latus strada publica, qui de ipsa porta Parisiaca ad Broile vadit, et de superiori fonte subjungunt vineas Midranicas. Inde juxta vineas ad heredes Atone quondam, usque ad vineas domni Germani; et inde ad strata superius nominata, qui ad sanctum Simeonem vadit, quicquid ibidem unlique ad me perveit, vel præsentialiter teneri videtur, cum man-

cipiis quos ibidem stabilivi, omnia ex omnibus ad integrum. Ideoque dono ipsius basilicæ areas infra murus ipsius civitatis, quas cum illustri viro Helchileno commutavi ideoque et alias areas foras murus civitatis ipsius, juxta portam superius dictam, ipso muro adherentem, quas de Lupono abbate, dato precio, comparavi. Simile modo portionem meam.... Bercuiaco, que de alode vel undecumque ibidem ad me noscitur pervenisse, aut præsentialiter tenere videor, una cum prata super fluvio Belchæ, ex ipso agro Bercuiacense, quem genitores mei tenuerunt, qui adheret de uno latus et ambos frontes ad fines Patriiacense, per fontanam quæ vocatur Dianna, qualiter ab ipsa basilica præsentialiter tenere videor, una cum colonica quam Quantilla condam super fluvio Belchæ tenuit; omnia et ex omnibus ad integrum. Idemque dono ipsius basilicæ terram portionem meam in villa Cauliaca, super fluvio Igauna, quantumcumque genitores mei ibi tenuerunt, vel insuper ad me noscitur pervenisse, cum mansis, hediiciis, acolabus, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, peculium vero utriusque sexus. Pari modo Pauliaco villa, sita in pago Autissioderine, proprietatis meæ, super fluvio Ligeris, cum hediiciis, vineis, silvis, pratis, campis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, peculium utriusque sexus. Simili modo ipsius basilicæ terram quæ conjacet in villa quæ vocatur Flivenasam, cingas IIII. Pari modo relinquo ipsius basilicæ terram portionem meam quæ conjacet ad Jarricas, super fluvio Belchæ, mansum unum. Et rursum do ipsius basilicæ villam proprietatis meæ, quæ nuncupatur Busciaco super fluvio Belchæ, mansis, silvis, pratis, acolabus, cultis et incultis, peculium utriusque sexus. Itemque in pago Senonico, in villa Bonorto, quæ est sita super fluvio Igaunæ, quam per multam pecuniam dando in proprietate recepi, mansos vij, cum adjunctis, appendiciis, beneficiis, vineis, pascuis, silvis, pratis, cultis et incultis, servos et ancillas, omnia et ex omnibus ad integrum dono in elemosyna pauperum ibidem deservientium. Simili modo in pago Tornotrinsæ, portiones meas in villa Flauniaco, quam de iniustro viro Helchileno et germanam meam Frautilde visus sum recepisse, cum servos et ancillas et hediiciis, acolabus, vineis, mancipiis, silvis, pratis, campis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, peculium utriusque sexus, cum adjunctis, appendiciis, beneficiis, vel opportunitatibus earum, omnia et ex om-

<sup>a</sup> Hanc solus vulgavit Mabillonius, Annales. t. I, pag. 694, aliqua parte mutilam; nec docet unde ipsam depromserit. Hujus fidem tuentur Gesta episcoporum Autissiodorensium a Labbeo edita, Biblioth. ms. t. I, pag. 427, et Chronicon Autissiodorensis, fol. 67<sup>vo</sup>, quod Camusatius juris publici fecit. In Gestis dicitur monasterium in suburbio civitatis Autissiodorensis a Vigilio constructum, et pluribus ditatum muneribus, ut testamenti ipsius series demonstrat; quæ verba satis indicant chartam de qua agimus. Cum ex exemplo quod in fine truncatum est

hanc excerpserit Mabillonius, desunt notæ chronologicæ, nec liquido videntur elici posse. Vigilus sedem Autissiodorensis occupavit ab anno 660 ad annum 685. Nobis Vigilii chartam circa annum 670 collocare fas sit, auspice Mabillonio, qui ipsam sub hoc anno in Annalium contextu memorat. De hoc instrumento multa commentatus est abbas Lebœuf in Historia Autissiodorensi, t. I, pag. 141, circa locorum antiqua nomina, in quibus interpretandis plurimum a Mabillonio differt.

nibus ad integrum. Similiter portionem meam in ipso pago, in villa Cassiaco, quam Dolena femina et filius suus Ado mihi vendiderunt, cum mansis, servos et ancillas, mancipiis, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, omnia et ex omnibus ad integrum..... Item do ipsius basilicæ domnæ Mariæ, in pago Senonico et Tornotrinese, in villas cognominatis Treviciaco, Melarione, Cadugio, Imantia, integra medietate, de quibus Asper quondam ibidem tenuit, quod germano suo condam abbate Gregorio pacto ivi, quantum de ipso pacto de ipsa facultate in quibuslibet rebus atque corporibus suprascripta loca ad me pervenit, servos quoque et ancillas, cum mansis, hediiciis, acolabus, vineis, mancipiis qui a me libertinitatis non promeruerunt, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, peculium utriusque sexus, cum adjunctis, appendiciis, beneficiis, vel opportunitatibus earum, omnia et ex omnibus ad integrum. Pari modo libenter præfatæ basilicæ sanctæ Mariæ, terrolam portionis meæ in agro Treoginse et ante Maiacense sitos in pago Antissioderinsæ, simulque portiones meas in agros Matiriacense et Solemniacense, sitos in pago Tornoterinsæ, quod infra loca Diddo quondam episcopus, vel filii sui Claudius et germanus suus Warnferius visi fuerunt tenuisse, cum servis manentibus et ancillas, mancipiis, hediiciis, acolabus, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, peculium utriusque sexus, cum adjunctis, appendiciis, beneficiis, vel opportunitatibus munere donorum fuit concessa, quantumcumque mihi superscripta loca tenere videor, omnia et ex omnibus in quibuslibet rebus ad integrum. Idemque colonia Potiolus, quem de heredibus Helegio quondam visus sum recepisse, una cum colonica Ferrarias, cum mansis, hediiciis, acolabus, servis et ancillas, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, quantumque præsentî tempore possidetur, omnia et ex omnibus ad integrum. Similiter agello proprietatis meæ, villa Donato, una cum portionis in villa Tressovio quod ibidem habere videor. Pari modo villa Dulcio, quæ conjacet juxta fines Intranimse, et permanet inter has præfatas villas, hoc est, inter Intranimse et villa Dulcia et villa Donata, et Tressovio viij et dimidius, quos amita mea Flotildis mihi post suo discessu visa est dedisse, cum servis et ancillis, acolabus, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, accessisque omnibus, cum pecudibus utriusque sexus, qualiter amita mea hoc usuario ordine possidere videtur, vel dies transitus sui derelinquerit, post discessum ipsius, ad ipsam basilicam in integritate debeat pervenire. Idemque portiones meas in villa Patriciniaco..... Hispatio, Britaniola, una

A cum portionis in agro Domitiacensi, in villa Mirisela, et mansionis Artigisillo, quantumcumque mihi ibidem justissime vel presentaliter teneri videor, mea voluntate prædictæ basilicæ relinquo omnia et ex omnibus ad integrum. Similiter portionem meam in villa Scubiliaco, quam Ranessindus et uxor sua Arthemina possidere videntur, et mihi dederunt, et hoc usuri ordine possidere videntur, omnia et ex omnibus, qualiter transitus eorum in quibuslibet rebus atque corporibus derelinquerunt ad integrum. Simulque portiones meas in villas Sacigo et Casido, quantumcumque genitores mihi visi fuerunt tenuisse, una cum portione in colonica Quaciaria, quem cum germana mea Avolana commutavi, quod per testamentum genitricis meæ ad ipsam pervenit, cum mansis, hediiciis, servos et ancillas, acolabus, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, pecora utriusque sexus, omnia et ex omnibus in quibuslibet rebus atque corporibus, consentiente ipsa, hoc ipsa basilica ad integrum recipere debeat. Et insuper do quemdam rusticum Wulbertanum nomine, et infantes suos Wascono et Magnetruide, cum ingenti multitudine parentum. Pari modo portione mea in villa Compesciago, quem de Hebercapto ibidem habere videor, cum omnibus appendiciis, cum pecudibus utriusque sexus, omnia et ex omnibus, in quibuslibet rebus atque corporibus ad integrum. Præterea meum agellum qui vocatur Lanovilla, quem de Ebroaldo abbate vel heredibus suis, et Longo-Campo quem de Leotberto vel heredibus suis quondam recepi; itemque in Lanosico meam portionem, quam de Nestorio vel heredibus suis quondam recepi; et illam portionem in quemdam montem Compesciago, quem de Olgisilo commutavi, cum mansis, ædificiis, habitatoribus, servos et ancillas, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, cum pecudibus utriusque sexus, omnia et ex omnibus ad integrum. Similiter do ad unam cappam villam Leodebaro meas portiones quas de Sperio et Domnoleno presbytero habere videor, et illam terram quam de Ebolema ibidem comparavi, et Escallitas villa quam genitores mei tenuerunt, et Cardonaretas quæ conjacent ante sanctum Ferreolum, cum mansis, hediiciis, acolabus, servis et ancillas, campis, pratis, silvis, pascuis, cultis et incultis, aquis aquarumve discursibus, peculium utriusque sexus, omnia et ex omnibus ad integrum. Deinde relinquo Leugam villam, quæ est super fluvium Lupam, cum habitatoribus, mansis, hediiciis, et omnia convenientia, nisi vineas, ad integrum. Pari modo in Odonam villam, mansos quos presentaliter habere videor, et in catellis unum mansum, et Oseho villam totam, cum mansis, hediiciis, servos et ancillas, vineis, campis, pratis, pascuis, cultis et incultis, silvis, aquis, omnia et ex omnibus ad integrum.

## XVIII.

*Charta qua Hunbertus abbas Maricolenai monasterio dona con'ert* \* (ann. 671).

Anno duodecimo regni domni nostri Childerici gloriosi regis <sup>b</sup>, decimo quinto Kalendas Aprilis. Ego in Dei nomine Hunbertus, etsi indignus peccator, cogitans de Dei timore, vel æterni boni retributione, seu abluendis meis peccatis, quia dicit Scriptura : *Faci vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos perducant in æternas mansiones sanctorum* ; rursumque dicit : *Facite vobis saccos ele. mosynæ qui non veterascunt*. Idcirco dono quod in perpetuum donatum esse volo ad sacrosanctum monasterium quod vocatur Maricolas, quod vir illustris Chronobertus <sup>c</sup> quondam suo opere construxit, ubi ego ipse indignus peccator abbas præesse videor, consecratum in honore sanctæ Mariæ, matris Domini nostri Jesu Christi, et sancti Petri et Pauli apostolorum, vel reliquorum dominorum qui in ipsa basilica venerantur, situm in pago Fanomarcensi, super fluviolum qui vocatur Helpre : hoc est, partem maximam de possessione nostra in villa nuncupata Macerias, sita in pago Laudunensi, super fluvium Iseram, quam de avia mea Deo sacrata Audeliana quondam, dato prelo, per venditionis titulum comparavi, hoc est, mansos dominicos, ubi ipsa Audeliana mansit, vel postea nos ædificavimus, et terrationes, et servos et ancillas, illos et illas. Hos igitur mansos cum terris concidis et pascuis, in integrum, per hanc seriem epistolæ nostræ donationis, quam Ulsinum notarium scribere rogavimus, ad ipsam basilicam sanctæ Mariæ Maricolis constructam, a præsentī die tradimus ad possidendum. Hæc omnia supra nominata ad ipsum monasterium delegavimus, ut ipsi monachi vel successores nostri in suo jure vel dominatione a præsentī die recipiant ad possidendum tam in terris quam domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, absque ullius judicis interpellatione, habeantque in sua potestate tenendi, dandi, vendendi,

\* Pluries edita charta : 1<sup>o</sup> in Chronico Cameracensi Balderici, pag. 52, a Colomerio, ubi dicitur deprompta ex archivo e. cle. iæ sancti Humberti ; 2<sup>o</sup> a Miræo, Oper. dipl. t. I, pag. 9, qui videtur eam emendavisse ex autographo quod Maricolenses asservant ; 3<sup>o</sup> recusa a Coitio, Ann. t. III, pag. 629, ex Balderico et Miræo ; 4<sup>o</sup> a Bollandistarum continuatoribus, mense Mart. t. III, ex ipso, ut putant, autographo. Editiones Miræi sequimur et Colomerii, quæ non differunt nisi quod in Colomeriana nomen Humberti legitur pro nomine Chronoberti, et vice versa. Restitutionem tuentur Exemplaria quæ viderunt Miræus et Bollandistæ, et ipse contextus sic emendandum monet. Proclivi autem error in scribendis nominibus *Humbertus*, seu *Hunbertus*, seu *Chunobertus*, eum sæpius apud veteres vocali aspiratæ præmittatur littera c, ut notat Mabillonius, Annal. t. I, pag. 421, dum hanc ipsam emendationem asserit.

<sup>b</sup> Regni Childerici II annus xii concordat cum anno Christi 671. Bollandus, ad diem 1 Februar., in commentario prævio Vitæ sancti Sigiberti, et Henschel-nius, De tribus Dagobertis, lib. II, cap. 4, in autographo munito ipsius Humberti sigillo, negant

A commutandi, vel quod exinde voluerint faciendi. Propterea in ista epistola delinimus, ut nulla altera ratione calumnia inpostmodum inter ipsos servos Dei vel hæredes nostros non adcreseat. Si quis vero post nos, quod futurum esse non credimus, si aliquis de hæredibus nostris, aut quælibet opposita persona, contra hanc donationem nostram, quam fieri rogavimus, venire aut infringere voluerit, primitus iram trinxit Majestatis incurrat et sit anathema, et deletur nomen ejus de libro viventium cælesti, et cum iustis non scribantur, sed sint consortes Judæ Iscariotis qui Dominum tradidit ; et si emendare noluerit, mutet Deus sensum ejus, et in illo iudicio recipiat quod Ananias et Saphira receperunt in præsentī, et insuper inferat cogenti fisco auri libras decem, et decem argenti pondo coactus exsolvat ; nec si quid repetit, nihil valeat vindicare, et merces nostra inantea proficiat ad salutem. Et si aliqua instrumenta, aut anterioris aut posterioris, quolibet ingenio vel argumento, de nomine nostro, in propinquis meis vel extraneis personis fuerint ostensa, aut ullo unquam tempore apparuerint, falsarius esse cognoscatur, et inanis permaneat. Sed præsens donatio a me facta omni tempore firma et inviolata permaneat, stipulatione subnixâ idoneorum testium, domini videlicet Vandiciani episcopi, et Fulberti mei fratris, sed ill. et ill. <sup>d</sup> Actum Maricolis. Ipse tamen Hunbertus (*Chr. Cam. Chronobertus*), etsi peccator abbas, propria manu confirmo.

## XIX.

*Charta qua Hunaldus et uxor ejus Deolata Berario, Cenomanensi episcopo, donant, retento usufructu, quidquid habent in villa Gaviriaco, quæ ipsis ad usum fructum a Berario concessa fuerat* \* (ann. 677).

Domino sancto et apostolica sede dignissimo domino et Patri Berario episcopo, nec non et omni congregationi sanctæ Ecclesiæ Cenomanicæ, Hunaldus et ejus conjux Deodata. Dum de villa præfatæ Ecclesiæ vestræ, nuncupata Gaviriaco, sita in territorio

existare notam diei apud Baldericum et Miræum interpolatam.

<sup>c</sup> Chr. Camer. *Hunbertus*. In uno ex tribus mss. Codicibus quos vidit Colomerius legebatur, ut asserit, pag. 417, *Rudobertus* ; sed secundis curis, post lituram restitutus.

<sup>d</sup> Abbreviatæ voces *illius* et *illius* lectionem autographam sapere minime videntur, sed negligentiam exscriptoris, qui alias subscriptiones addendas non curavit.

\* Chartam hic edimus, de qua mentionem movimus in notis nostris, pag. 169, ad diploma Theodorici III, anno tertio regni ejus emissum. Inserta est in Actis episcoporum Cenomanensium, Mabill. Anal. ec. pag. 274, nec uspiam alias apparet, unde aliqua subit contra ejus sinceritatem suspicio. Cum tamen manifesta falsi indicia non exhibeat, ipsam supposititii chartis annumerare fas non est. Certe pugnat cum pluribus instrumentis quæ inter eadem acta reperuntur, sed ea plane commentitia monstravimus, ac proinde nihil faciunt ad fidem chartæ hujus elevandæ. Annus quartus regni Theodorici III, mense Julio, concordat cum anno Christi 677, juxta nostram hujus regni annos computandi rationem.

Burdgalense, nobis temporibus vitæ nostræ benefici-  
 A cium ad usufructuarium fecistis, ideo pro divino in-  
 tituitu complacuit ut vobis et Ecclesie vestræ petitione  
 nostram, quod in ipsa villa e proprietate habere  
 vel possidere noscitur, pro remedio animæ nostræ,  
 et pro ipso usufructu concedere deberemus; quod  
 ita et per hanc epistolam nos fecisse constat, ea sci-  
 licet ratione ut, dum advixerimus, et suprascripta  
 portione Ecclesie vestræ et nostra, vel adjacentiis,  
 earum, ad integrum possidere debeamus, ut neque a  
 vobis, neque a successoribus vestris, quicumque de  
 parte memoratæ Ecclesie vestræ, diebus vitæ nostræ  
 nullam repetitionem aut inquisitionem exinde habere  
 non debeamus; forsitan, sicut supra scriptum est,  
 hoc ad integrum ego vel conjux mea Deodata hoc  
 possidere debeamus, similiter et vos, vel pars Eccle-  
 siæ vestræ, post discessum utique nostrum, ipsam  
 B portionem nostram propriam in vestra revocetis do-  
 minatione; neque a nobis, neque ab heredibus seu  
 proheredum nostrorum, nulloque tempore, alia con-  
 trariete aut repetitione habere non pertemesca-  
 forsitan perpetualiter, in Dei nomine, pro remedio  
 animæ nostræ, post nostrum discessum, partibus Ec-  
 clesie vestræ proficiat in augmentum. Et [quod fieri  
 non credimus] si quis, vos et successores vestri, aut  
 nos vel heredes nostri, contra hanc epistolam ali-  
 quid resultare aut refragare seu repetere conaverit,  
 quicumque hoc facere præsumpserit, inferat pars  
 pare, una cum sacratissimo fisco, auro lib. v, ar-  
 gento pondera x; et præsens epistola firma stabili-  
 tate perpetualiter in Dei nomine valeat perdurare,  
 cum stipulatione firma et subnexa. Facta epistola  
 mensis Julii die ii, anno iii regni domni nostri Theo-  
 doricis regis. Hunualdus subscripsi. Deodata subscri-  
 psi. In Christi nomine Leodebertus subscripsi. In  
 Christi nomine Bosolenus, acsi peccator episcopus,  
 subscripsi. Jesus Christi humilis subscripsi. Neonus  
 Christi humilis subscripsi. Probatas Christi humilis  
 subscripsi. In Christi nomine Bertranus abbas sub-  
 scripsi. In Christi nomine Iggonardus subs. Eodinus  
 subs. Audobertus, jussus a domino meo Hunualdo,  
 hanc epistolam scripsi et subscripsi.

\* Inserta in Balderici Chronico Cameracensi, pag. 46; recusa in supplemento operum diplomaticorum Miræi, t. IV, p. 10. Falsum produnt notæ chronologica, quæ pontificatum Joannis papæ illigant cum anno 7 regni Theodorici III, et cum tempore exau-  
 ctorationis Leodegarii, Augustodunensis episcopi, ab Ebroino. Leodegarius fuit ab episcopatu defectus anno 674; annus autem 7 regni Theodorici III erat annus Christi 680. Chantereau Lefebvre, in manuscripto De lege salica, quod exstat inter Codd. Bibl. regie, de hac Vindiciani epistola, asserit, sed perperam meo judicio, Childebertum necatum fuisse anno 667, indictione 10, unde septimus Theodorici annus concordaret cum anno 674; quod, etsi verum, nihil immutandum foret opinioni Brequignianæ. Pontificatus Joannis papæ V initium sumpsit circa annum Christi 685 aut 686, et Joannes IV anno 642 obierat;

## XX.

*Epistola Vindiciani episcopi ad Joannem papam, in qua ejus rescriptum inseritur, quo confirmantur privilegia ecclesie sanctæ Mariæ Atrebatensis a Vindiciano concessa* \* (ann. 680).

Sancto et universalis Ecclesie provisorio, beatissimo Johanni, papæ Romano, episcoporum episcopo, Vindicianus servus servorum Dei minimus, in Christo Domino quicquid felicius. Notum sit paternitati vestræ, seu omnibus sanctæ Dei Ecclesie prolibus, si aliquid de rebus nostris, locis sanctorum vel in substantia pauperum conferimus, hoc nobis procul dubio in æternam beatitudinem retribui confidimus. Nos quidem de tanta misericordia et pietate Domini confidentes, in conventu venerabilium episcoporum nostrorum, coram rege piissimo Theoderico, in generali placito, hanc epistolam roboravimus, roboratamque in perpetuum fore optamus. Lex priscorum quoque exposcit auctoritatem, ut quicumque voluerit de rebus suis propriis vendere, cedere, condonare, suum strumentum, secundum legem salicam, licentiam habeat illigare <sup>b</sup>. Quapropter noverint omnes fideles præsentis ac futuri, pontificali auctoritate hoc episcopale privilegium constructum a memorato rege Theoderico, ut inviolabiliter conservetur, ab hodierno die et deinceps, per pontificalem auctoritatem omnes sæculares et judicarias potestates excludimus, omnemque clamorem et omnem invasionem ab ecclesia sanctæ Mariæ Atrebatensis civitatis. Sed ut liceat canonicis Deo inibi famulantibus ex hoc et in reliquum tempus quiete vivere, ab omni mundo strepitu sequestramus. Si autem talis extiterit causa, ut successores nostri precaria vel beneficia de rebus ad clericorum usum pertinentibus patrare maluerint, hoc interdicens interdictum etiam anathematis, et pontificali auctoritate stabilimus, ut ipsum monasterium cum his villis Belrenio, Medonivilla, inter has duas villas mansos lx, culturas xi, ecclesias ii, cum omni dote et omnibus appendiciis, Aquis in pago Atrebatense, cum ecclesia et dote, seu omnibus appendiciis, Friscini curte cum omnibus appendiciis, Batsala cum ecclesia et omnibus ejus appendiciis, Berleta cum omnibus appendiciis, Squavia cum ecclesia et dote et omnibus ejus appendiciis,

## D

quæ omnia sic pugnant ut nullo pacto possint conciliari; verum enimvero neque anno 674, qui ex sententia Chantereau Lefebvre septimus esset Theodorici, neque anno 680, quem admittit clarus vir de Brequigny, nullus exstabat papa Joannis nomine. Prætermittimus quæ ex fornulis et subscriptionibus arguit Cointius, Annal. t. III, pag. 820, putidæ falsitatis certa indicia.

<sup>b</sup> Lege salica, Eccard. xlvii; Feuerbach. xlvii; Schilt. lxxx; Herold. xl x; Emend. xlviii, solemnitates in mallo publico comitis, aut ante regem requirebantur cum quis de rebus suis alicui donationem facere in animo haberet. De quo tamen recessum erat in usu, nam exstant nonnullæ donationes per simplices litteras factæ, ut probant fornula Marculfi et aliorum quas singulatim indicare super-  
 vacaneum foret.



Ors cum omnibus appendiciis, Sautseido cum suis A appendiciis, Radonivilla cum molendino uno super Crientonis fluviolum, aliud molendinum in dominica curte, Maraculo cum integritate, ecclesia cum dote, decimacula in Rodullii curte, similiter in Unziaco, ex hodierno die et in reliquum tempus sit in potestate canonicorum in ipso monasterio Deo servientium. Nec aliquis praesumat ex his quæ diximus, quæ memoratus inclytus rex de rebus propriis et de aliis per regale præceptum eidem loco delegavit ad opus clericorum, inferre aliquam molestiam, sed liceat eis quiete omnia possidere, quo valeant liberius pro paco sanctæ Dei Ecclesiæ, et vita regis et conjugis ac filiorum, ac statu regni, Domini clementiam exorare. Si quis vero observator hujus privilegii a nobis editi extiterit, accipiat mercedem a Domino, et benedictionem a vobis et ab omnibus nobis in præsentia vita, et in futura vitam æternam, amen. Qui vero nostræ auctoritatis parvipenderit, et hanc pontificalem auctoritatem manu nostra roboratam infringere voluerint, inde dirigimus ad vestram clementiam, ut quod a nobis roboratum est stabile permittatis non solum a vobis, sed ab omnibus nostris episcopis qui sunt erga vos. Deus omnipotens, qui cathedra unitatis doctrinam posuit veritatis, faciat vos memorem intellectoremque sui, placeatque vobis propter eum, in orationibus vestris meminisse etiam mei. Vindiciano eum coepiscopis degentibus Galliarum finibus fratrem visitationem et paternam benedictionem. Audite sententiam quam dico. Si quis de successoribus vestris, vel comes, seu cupiditas iudicium aut ulla opposita persona, hanc donationem vel confirmationem quam pro Dei intuitu et amore divino fieri vel firmare decrevistis, minuere aut a loco distrahere maluerit, apostolica sententia damnamus, et per pontificalem auctoritatem a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ sequestramus, et a cœtu supernorum segregamus, et a regno Dei excludimus; sancti Petri Christi janitoris atque clavigeri cælestis regni interdictum interdiximus; et cum Juda traditore Domini nostri Jesu Christi sorte permittimus ut in die iudicii cum diabolo et ministris ejus luctu quatiante inferno perfruantur sine gaudio. Amen.

Ego Johannes papa hoc privilegium a mea parvitate editum firmavi ac roboravi. Ego Marinus, vicarius sedis apostolicæ, firmavi ac roboravi. Ego Andreas episcopus subscripsi. Ego Bonibertus episcopus subscripsi. Ego Laurentius episcopus subscripsi. Ego Pedelbrandus episcopus subscripsi. Ego Nautor episcopus subscripsi. Ego Hilarius episcopus subscripsi. Ego Constantius episcopus subscripsi. Ego Martinus episcopus subscripsi. Ego Christophorus episcopus

subscripsi. Ego Thomas episcopus subscripsi. Ego Felix episcopus subscripsi. Ego Audoinus archiepiscopus subscripsi. Ego Austregisilus episcopus subscripsi. Ego Ravengarius episcopus subscripsi. Ego Silvius episcopus subscripsi. Ego Leodegarius, ab impio iudice Ebroino cathedra Augustidunense depositus, scripsi et subscripsi. Data octavo Idus Maii, anno septimo regni domini nostri Theoderici regis, indictione ij. Ego Vindicianus episcopus, jussu domini Theoderici regis, et rogatu Johannis summi pontificis, scripsi et subscripsi.

## XXI.

*Charta qua Nizezius et Ermintrudis, conjux ejus, monasterio Moisiacensi plurima jure venditionis tradit*  
b (ann. 680).

Venerabili in Christo Patri et domino apostolico Leotadio abbati, vel omni congregationi monasterii Moisiacensis quod infra pago Caturcino in honore sancti Petri constructum esse videtur. Ego enim Nizezius et uxor mea Ermintrudis, dum reatum conscientiæ nostræ agnovimus, oportet nobis ut dum Deus in nostra voluntate posuit, secundum evangelicam lectionem, rerum dispensationem, exinde per Dei introitum faceremus, et ut ad nos fiat Dominus sicut in suo dignatus est Evangelio dicere: *Vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in celo; et veni, et sequere me.* Et ideo nos hanc ad veram vocem vobis supradictis servis Dei, vel ad omnem congregationem quæ in ipso monasterio superius nominato constructum esse videtur, dono ego in pago Tolosano villas nuncupatas Calmeabilidem, Barolingus, Vivaderemus, Sambiliano, cum omni integritate, per terminos ac loca a nobis designata; et in alio loco, infra ipso pago, alias villas nostras Auliniano, curtes nostras indunicatas, cum ecclesiis aut solaris, et viveriis, et fructuario, piscatoriis, molendinis simul cum appendiciis suis, Besingus, Scoternam villam et Orfollingus, villa seu Gannicolas villare, cum ecclesia sancti Medardi, quæ est infra ipso termino, cum omni integritate et soliditate, cum servis et colonis et mente libertorum, una per terminos et loca a nobis designata: id est, de fluvio Garumnæ per Mamare gurgite; inde per modia villa Salis, cum ecclesia sancti Saturnini, quam, dato pretio nostro, de Guirardo quondam visi sumus comparasse; inde per favum quondam Perucia per fontem in conasticis, quæ est in media agra; atque inde pervenit usque Navaliense, seu in montem Beretonii quondam usque in Stirpiniago, et vallum Envaldi usque in media Saldimia; inde per Livigone usque in supradicto fluvio

<sup>a</sup> Hic Chronicon habet *ut ille*, quæ voces nullum sensum præbent.

<sup>b</sup> Chartam hanc vulgavit Mabillonius, Ann. t. I, pag. 686, erutam ex archivo Moisiacensis monasterii. De illius sinceritate nulla videtur dubitandi ratio. Leotadius, qui dicitur abbas Moisiacensis, mense Maii, anno 7 regni Theoderici III, id est, anno Christi 680, his temporibus vixit, juxta catalogum abba-

tum Moisiacensium, Nov. Gall. Christ. t. I, col. 159: diversus sane a Leotadio qui Ausciensis episcopus exstitit sub initio sæculi viii. De his videas Mabillonium, Ann. t. I, pag. 358, et Cointium, Ann. t. IV, pag. 252. Exstat charta eadem in Ms. regio, signato 4191, sæc. xv exarato, sed ita inaccurate, ut inde varias lectiones excerpere operæ pretium non sit. De quo ipse, inspecto Codice, certior factus sum.

Garumæ; et in alio loco, infra ipso pago Tolosano, alias villas nostras his nominibus nuncupatas, Lampidiago cum ecclesia sancti Martini, Vulpiliaco, Speutingus, Prareti, mutationes ecclesiæ cum villare sancta Gemma, villa Sarpanas cum ecclesia sancti Germani, villa Gainago, villa Novolio cum ecclesia sancti Medardi; has villas superius nominatas cum ecclesiis et omnibus villaribus et adjacentiis earum, per terminos a nobis designatos, qui sunt, per medium Garona, deinde in media agra, deinde usque in Larona, inde per paludem Novoliensem usque in suprascripta Garona. Et in alio loco, in pago Aginensi, villa nostra Viriacarias, cum omni integritate, una per terminos subter per illo porto et termino Vasalonis; de alio vero latere termino Bordouse villa; deinde per rivum Oppinione usque in media Garona; et in pago Elisano, alias villas nostras, Giuvigus, Sauviago, cum omni integritate, sicut a nobis per terminos antiquos possidere videtur. Relinquimus quoque propriis heredibus nostris, in Faldidio villas nostras; in pago Tolosano, Modorciago, Altomonte, Basille; et in pago Aginensi Pompeiagio; et in pago Elisano Malaronta; has quoque villas superius nominatas, excepto illas quas in Faldidio dimittimus. Alias vero omnes quas hic inseruimus, cum omni integritate et soliditate, curtis, ecclesiis, ædificiis, domibus, mancipiis, colonis ibidem commorantibus, et merita libertorum et colonorum utriusque sexus, cum terris cultis et incultis, vineis, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, cum omni jure et adjacentiis earum, quæsitum et inquirendum, per hanc epistolam venditionis hæc vobis trado, transfero atque transfundo ad possidendum. Et accepimus a vobis pretium, et nobis bene complacuit, hoc est, solidos auri purissimi septingentos, et pallas iv, valentes solidos ducentos. Hæc vero pretia a nobis suscepta animæ nostræ remedio in alimonia pauperum ibidem Deo servientium expensamus. Omnia vero hæc superius nominata in manus vestras tradimus et successorum vestrorum, ut possideatis, et quidquid exinde facere volueritis, libero omnibus perfructis arbitrio, stipulatione subnixa. Facta carta venditionis ista mense Maio, anno vij regni domini nostri Theodorici regis. Nizeius peccator et Ermintrudis hanc epistolam venditionis recognovimus et subsignavimus. Signum

A Gundoberto, S. Sicaudo, S. Almare, S. Sicarubia, S. Autrico, S. Dacoleno, S. Bertinaro, S. Frotico, S. Guntario, S. Bertallo, S. Belboni. Actam Moyssiaco monasterio publice.

## XXII.

*Donatio ab Aloino facta monasterio Sangallensi*  
 a (ann. 680).

In Dei nomine bonæ pacis. Placuit, atque convenit, atque aderevit mihi voluntas, ut terram juris mei facerem donationem ad honorem sancti Gallonis et sancti Desiterii, in loco nuncupato, qui dicitur nomine villa Athorinswanic hobas tres, et in Gendlibesparia hobas vii. Quod et feci, quod ita et feci terram donationis ego Aloinus, et per hanc chartulam donationis, quæ ad diem præsentem firma permaneat. Si quis vero, quod fieri non credo, si ego ipse, aut ullus de heredibus meis contra hanc donationem venire aut agere conaverit, in primis Dei iram incurrat, et communi corpore vel sacerdotio extraneus sit, et cum fisco auri libras ii, argenti in componat, et quod petit vendicare non valeat, sed præsens hæc donatio omni tempore firma permaneat cum stipulatione subnixa. Actum in monasterio sancti Gallonis. Signum Aloini, qui hanc donationem fieri rogavit. Sig. Stephani. Sig. Jactati. Sig. Petri. Sig. Wnalaonis. Sig. Landelhelmi. Sig. Valoti. Notavi quod feci in mense Julio, xiiii calend. Augustas. Ego Petrus scripsi et subscripsi suo Theodorico rege b.

C

## XXIII.

*Charta qua Aredius seu Petruinus, Vasionensis episcopus, Grasselæ, si monasterio dona a se vel ab aliis collata confirmat, et pri. ilegia concedit* c (ann. 683).

In nomine Domini Jesu Christi, domnis venerabilibus atque dilectissimis, et sanctis fratribus nostris comprovincialibus, sanctorum ecclesiarum Domino dispensante rectoribus, Aredius sive Petruinus, sedis ecclesiæ Vasensis civitatis, ac si indignus, Domino dispensante, pontifex. Tunc nos boni aliquid spiritualis fabricæ inchoari confidimus, cum pro servorum Dei necessitatibus una cum nostrorum consilio spiritualia adhibemus, pertractantes quorum oportunitatibus qualiter communi voluntate utrorumque merces accrescat, ut et illis a nobis auxilium, et nos per eorum interventam, Domini mereamur suffragium,

D

<sup>a</sup> Hoc instrumentum, quod ex Traditionibus monasterii sancti Galli, pag. 2, recudo, jam ediderant Vadianus, ap. Goldast., Script. rer. Alam. t. III, pag. 37; Lunig. Spicil. eccl. part. III, pag. 190; Neugart. quoque, Cod. Alem. dipl. t. I, pag. 6, sed non integrum.

<sup>b</sup> Annum 680 ex conjectura scripsi; cod. sancti Galli indicat in margine 69, circiter.

<sup>c</sup> Hanc vulgavit Mabillonius, Annal. t. I, pag. 698, ad fidem exempli quod a Lud. Ant. Rull accepit. Iterum edidit Boyerus, in Historia ecclesiæ Vasionensis, probat. pag. 7, collatam cum originali a priore sancti Andree. Mabillonii lectionem sequimur, inter uncas ascriptis discrepantiis ex Boyeri Editione deproniptis. Aredius seu Petruinus idem videtur qui,

sub Clodoveo II, Cahilonensi concilio subscripsit nomine Petronii, circa annum 650, teste Nova Gall. Christi, t. I, col. 923, et Hist. eccl. Vasion. pag. 67. Auctores Novæ Gall. C. rist., t. I, pag. 920, asserunt nulla hujus monasterii superesse vestigia. Boyerus vero, pag. 66, docet stare adhuc salvam suo tempore, anno 1731, veteris ecclesiæ partem, in qua venuste ornata, diebus Dominicis, juvenum congregatio piis exercitiis vacabat; cætera ædificia, a barbaris aut hæreticis eversa, nihil præter rudera exhibere. Mabillonius, Annal. t. I, pag. 572, notat hoc monasterium a Petro, Massiliensi antistite, anno 1059, subjectum fuisse Massiliensi sancti Victoris abbatiæ, cujus cella fuit, et adhuc remanet sub titulo sancti Petri ac sancti Victoris de Grasseko.

quia eo modo servorum Dei monachorum culminis fastigia alta proceritate attolluntur, cum supra solidam petram fundamenta a fidelibus jaciuntur. Ideoque monasterium aliquod in suburbano civitatis, in loco cujus vocabulum Grasselto [Boyer., Grasselto], quod nos in honore sancti Victoris et sancti Petri vel reliquorum sanctorum ecclesiarum visum sumus construxisse, placuit nobis ut sub instituta sanctorum Patrum ipsum monasterium firmatum esse deberetur, ubi venerabilis vir Fredeghisoles abbas et congregatio monachorum, auspice Domino, in suprascripto monasterio debeant deservire, ut secundum normam venerabilis viri sancti Patris Benedicti abbatis, vel sancti Macarii, seu sancti Columbani, degere vel habitare deberent, quatenus et ipsi tramite sanctorum Patrum tenentes, vel instituta primitivæ Ecclesiæ, sicut tamen apostolorum Acta testantur, quorum erat cor et anima una in Domino, nec aliquid se proprium habere dicebant, sed erant illis omnia communia, et quidquid habere poterant, venditis omnibus et distractis, ponentes precia eorum ante pedes apostolorum: erantque eis, sicut jam diximus, omnia communia. Et alibi Dominus regnum cælorum vitanque promisit æternam, quos in Evangelio beatos pauperes appellat, quibus et convenienter cantetur: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Et quia parva, ut diximus, in suburbano civitatis, monasterii domni Victoris et domni Petri, quæ sub ipsa urbe esse dignoscitur; ideoque ad ipsius adiutorium annexi nobis placuit ut quidquid per epistolas, tam per cessiones quam per qualiacumque instrumenta cartarum, domnus Aredius sive Petruinus pontifex urbis Vasensium [Boyer., Vasiensium], vel avia sua domna Gregoria episcopia <sup>a</sup>, ad ipsum locum vel suprascriptos monachos quos ibidem Deus evocari jusserit, secundum ejus voluntatem proficiat in augmentum, ut et ipsi de conservatione regulæ seu traditione orthodoxorum Patrum, plenius apud Deum valeant veniam adipisci; et nos, ut diximus, per eorum intercessionem mereamur absolvi a nostrorum vinculis peccatorum; nec tali illis beneficio a nobis præstito credimus quorundam fratrum Galliarum cospiscoporum in hac parte voluntatibus contraire [Boyer., esse contrarios], quorum jam maxima ex parte auctoritate felcimus, dum similia sunt monasteriorum plurimorum præstita beneficia, et innumerabilia privilegiorum, quod longum est recensere per ordinem. Tamen olim anteriores nostri a Lerinensi monasteria [Boyer., Liriensi monasterio], vel Agaunensium, et sancti Marcelli martyris ecclesiæ Cabilonensium, nec non et Lugdunensium et Viennensium, seu et omnium Galliarum, quæ monasterio privilegiorum constructi

A sumpserunt principium, et plurimi ab ipsa sede apostolorum quod devotionis obtentum [Boyer., obtentu] adepti noscuntur. Ideoque nec nos contraria duximus, ut in urbe nostra, concedimus Domino gubernante omnium similia aptasse, quatenus juxta apostoli vocem, Dei simus [Boyer., sumus] adjutores, probabiliter agricultores, vel adjutores efficiamur, si cum Petro apostolo sanctis ovibus pascua præparamus, unde ipsi servi Dei delectentur, tam pro nostris facinoribus, quam pro totius urbis hujus, vel pro regni Francorum stabilitatem [Boyer., stabilitate], attentius Domini misericordiam deprecari. Igitur ego Aredius seu Petruinus, Vasensis urbis ecclesiæ cathedræ pontifex prorogatus, cum vestra, ut, decet, coniventia [Boyer., conviventia] vel sancta fraternitate devotus, ex nostra indulgentia tale eis ad præsens credimus libertatis privilegium, ut, Domino adjuvante, ipsa congregatio, vel eorum posteritas in hac sancta congregatione perdurantes, vel ad cælestem patriam contemplandum festinantes, quod a nobis præseni tempore cum vestra consentiente fraternitate conceditur, vel vestris sanctis manibus roboratur, successoribus nostris inviolabiliter quod sanximus perpetuis temporibus debeat observari, ut cetera monasteria, ut superioris præfati sumus, hoc beneficium privilegii accipientia, possint sub omni quiete absque perturbatione, vel infestatione pontificum vel ecclesiæ actorum, seu ab impetu [Boyer., impetu] secularium, remota sancta congregatione, perfrui sub quiete; sic tamen et præsens, nam indulgentia nos et ipsos noscitur inchoatur, ita devotione, vel congregatione causa humiliter nostra posteritate mandamus, ut si episcopus cujus curam pastorem competit ovium habendarum suscipere, ad ipsum monasterium, ut pastorem decet, visitandi vel consolandi gratia, advenerit, ita ut inspecto ovium pio congregationis affectu vel ædificationis studio, ut decet, recta monasteria adeat, et, cum sancta mysteria celebraverit, benedictione tradita cum auctoritate recedat; nullam ex debito munere quæsitam ibi faciat, neque aliquas redhibitiones pristinas, quas consuetudo vetusta offerendo injunxerat; nisi quod voluntarie pro Dei timore offerre decreverint; non ex debito pastor, neque ab episcopis, neque archidiaconis, neque a quibuslibet exactoribus hujus ecclesiæ ab ipsis requiratur, nullave redibitio queque antiquæ consuetudinis causa fuisset iudicata. Et pro mercede augmentove in locum deventre expecto, sicut a nobis cum omni pietate relaxari dinoscitur, ita et successores nostri pro eorum [Boyer., procerum] mercedis augmento gratuito animo pro æterna retributione concedatur. Et cum necessitas poposcerit, si abbas de hoc sæculo commigraverit, non aliunde, sed, sicut decet et

<sup>a</sup> Episcopis, seu episcopæ aut episcopis, dicebantur femine quæ, cum uxores episcoporum fuissent antequam episcopales infulas essent assecuti, viris ipsarum ad episcopatum evectis, in monasteriis vitam agebant. Non item erat ex concilio Turonensi anni 567, cujus canon xii jusserat tantum, episcopo qui conjugem sibi sociaverat ante suum ad sacerdotium

accessum, conjugem tanquam sororem habere. De secessu episcopis in monasterium, nisi voluntario, nulla est mentio in conciliis. Id tantummodo requirebatur ut conjugatus ad ordines sacros non promoveretur nisi consentiente uxore, quod probat concilium Agathense anni 506.

dignitas vel orlo eis poposcerit, ut ibidem in ipso consortio intra monasterium habuerint, de ipsa congregatione, ut optime ac perfecte regulâ instructa et Dei timore fundata teneatur. Absque ullo præmio abbas in ipso monasterio eligatur; ita tamen electio ab omni congregatione agatur, ut ne quæcumque pars inferior, sed quem ordo perfectorum elegerint, ille, Domino dispensante, sine rixa, a pontifice civitatis hujus instituat. Nam absit ut percurrente præmio, aut congregatione insidiante, vel aliorum qualibet contrarietate oppugnante, alius desuper veniens inordinate instituat, nisi, sicut diximus, per electionem de ipsa congregatione, quem perfecta in studio divi o tota congregatio sibi providerit seniorem. Sic tamen cum consilio et voluntate ipsius urbis pontificis, non per timorem, sed cum omni humilitate petita, et cum ipsius benedictione quemcumque elegerint arripiant [*Boyer.*, arripiat] dignitatem. Itemque, sic enim assolet per tempora succedentia si monachi qui subesse debent, habendæ sacro congregationis ordine neglegentes steterint, in sua gloriantes libertate, tunc pontifex istius civitatis, conjungens sibi sacerdotes vel abbates qui ejusdem regulæ tramitem tenere videntur, eos paterno affectu, cum spiritualibus sibi adhibitis, juxta Evangelium, duobus aut tribus, aut, si necesse est, amplius, in ipso monasterio ad conciliabulum debeat advocare, et juxta eorum regulam vel consuetudinem, ad eorum ordinem corrigere vel reducere dignetur, ut non liceat, quod absit, per timorem vel desidiâ, quod sancti patres instituerunt per longitudinem temporum immutare. Cum ecclesiarum tabulas necessarium fuerit benedicere, aut fortasse chrisma aut sacro baptisate expetere, sine præmio a pontifice hujus ecclesiæ sibi debeant accipere; nihilque ipse pontifex, neque ullius prærogativæ [*Boyer.*, prærogativa] potestatis usurpans, de rebus monasterii, nec de sanctis altaribus, non de ornamentis ecclesiæ, neque de vasis, nec de sacris voluminibus, nec quidquam majus vel exiguum temerarius præfato monasterio audeat auferre. Et cum aliquem ad gradum ecclesiasticum ipse abbas voluerit permittere, cum omni humilitate pontifici hujus urbis suggerat; et ipse, sicut decet pastorem, gratis et absque munere tribuat; et ante tribunal Christi ipsum pontificem conjuramus atque precamur, coram Deo et angelis ejus, ubi dignitatis ordo præstat, et eorum petitio juxta vitæ meritum esse videtur, contrarius ipsis esse non dignetur. Unde quæsumus et contestamur, atque per caritatis indulgentiam interdiciamus omnino episcopis, tam successoribus nostris quam et vicinis vel procul prædicto monasterio constitutis, nihil contra tenorem præsentis decreti cujusque congregationis aliqua postulatione inducti, quicquam attemptare, vel prohibita contingere; non in his rebus, quas superius nominavimus, vel in ordinandis personis vel posses-

sionibus ipsius monasterii, vel quæque sub ejus jure esse noscuntur, vel quidquid per epistolas nostras, sicut superius diximus, ei monasterio concessimus, non episcopus, non archidiaconus, non vicedominus, non quicumque de actoribus hujus ecclesiæ nullas paratas, neque mansiones, neque alias redibitiones, neque possessiones quæ, sicut jam diximus, huic monasterio fuerint tam a nobis hujus ecclesiæ rebus indultæ, quam quæ a bonis religiosis hominibus fuerint inantea, Deo adjuvante, collatæ, nullus requirere aut exigere vel aliquid, instigante episcopo maligno, per fortiam ac præsumptionem auferre, vel audeat abstrahere, sed sub omni quiete ipsis servis Dei liceat sub eorum regulæ auctoritate [*Boyer.*, austeritate] degere et habitare. Hoc igitur eis indultum B privilegium quod jam a multorum monasterio Galliarum diximus exemplum, mandamus, atque hoc testamentum posteritati nostræ per omnipotentem Deum conjurare præsumimus, per omnia manere inconvulsa, cum omni conniventia [*Boyer.*, conniventia] fratrum nostrorum indultum esse prospexerint, quorum conniventi [*Boyer.*, conniventi] consilio, ad præsens cernitur institutum roboratum manibus et consensionibus, quod nos plenissima voluntate edidimus et conscripsimus, subtus per ordinem valeat esse confirmatum. Et tamen neminem vestrum credimus adesse per tempora successorem, qui hanc præsentem institutionem debeat convellere. Quod si quis, calliditate aliqua vel cupiditate injuncta, quidquam de prohibitis præsumperit attemptare, vel contra superiora decreta per tempora succedentia quoquo modo venire, primo quidem a communione sanctæ Ecclesiæ in hac parte et portione omnium Christianorum divisus, ultione Dei omnipotentis ferriatur, et hic et in futuro excommunicatus appareat, et illius adjutorio qui ligandi solvendi que potestatem in cælo et in terra accepit a Domino, dejectus sit et alienatus; portio etiam illi proditoris Judæ Scariothis [*Boyer.*, Iscariotis] qui Dominum tradidit, ultionis vindicta adhibeatur, et cum Dathan et Abiron vivus in infernum descendat, atque omnium sanctorum consortio separatus, numquam de suis facultatibus sive proprietatibus pro animæ suæ remedio intelligat aliquid facere, qui a nobis indultum beneficium servis Dei voluit convellere vel irrumpere; sed in omnibus, Deo auxiliante, quæque a nobis pro ipsorum servorum Dei compendio digesta vel collata sunt, per præsentem [*Boyer.*, præsentem], deterritis adversariis, paginula [*Boyer.*, paginulam] firma et in omnibus connexa atque inviolata in perpetuo, Deo auxiliante, permaneant, quo potius hoc privilegium possit convalere, nec instigante malorum hominum facto, in alium [*Boyer.*, aliud] posse irrumpere, manus nostræ subscriptionibus decrevimus affirmare, et omnium fratrum \* provincialiumque nostrorum, quod plenissima voluntate valeat obtinere, eorum manibus

\* Provincialium nomine hic videntur intelligendi Arrelatensis provinciæ antistites; ecclesia enim Vasionensis, quæ modo Avenionensi Ecclesiæ subest,

sæculo vii suberat Arrelatensi metropoli. Wolbertus, qui primus subscribit chartæ quam expendimus, ipse est Arrelatensis præsul. Cui sedi unusquisque ex aliis

petimus roborandum, stipulatione pro omni firmitate subnixâ. Factum privilegium Kal. Februaris, anno decimo regni domini nostri Theoderici [Boyer., Theoderici] regis.

In Christi nomine Petruinus sive Aredius, ac si peccator, episcopus, hoc privilegium a me factum et reformatum relegi, et promptissima voluntate subscripsi. In Christi nomine Wolbertus, ac si peccator, qui rogatus a domno Aredio episcopo hoc privilegium, salva canonica institutione, subscripsi. In Christi nomine Aghiacus episcopus, rogatus a domno Aredio episcopo, hoc privilegium institutionis subscripsi. In Dei nomine Ambrosius episcopus, rogatus a domno Aredio episcopo, hoc privilegium, salva canonica institutione, subsc. Gratia Dei Fredicus, ac si peccator, episcopus, hoc privilegium institutionis subsc. In Christi nomine Godebertus [Boyer., Godebertus], ac si peccator, episcopus, rogatus a domno Aredio episcopo, juxta quod domnis episcopis placuit rectius, subsc. In Christi nomine Leodegarius, ac si peccator, episcopus, rogatus a domno Aredio episcopo, hoc privilegium institutionum subsc. In Dei nomine Pascasius [Boyer., Paschasius] episcopus, rogatus a domno Aredio episcopo, hoc privilegium, salva canonica institutione subsc. Rusticus, gratia Dei, ac si indignus peccator, episcopus, rogatus a domno Aredio episcopo, hoc privilegium, salva canonica institutione, subsc. In Christi nomine Ago abbas, rogatus a domno meo Aredio episcopo, hoc privilegium subsc. In Dei nomine Pascasius [Boyer., Paschasius] presbyter, rogatus a domno meo Aredio episcopo, hoc privilegium subsc. In Christi nomine Deiphinus abbas, jubente domno Aredio episcopo, hoc privilegium subsc. In Dei nomine Maurontus archidiaconus, jubente domno Aredio episcopo, hoc privilegium subsc. In Dei nomine Genno diaconus, rogatus a domno Aredio episcopo, hoc privilegium subsc.

#### XXIV.

*Charta qua Amalfridus Sithiensi monasterio concedit monasterium Hunulfocurtis* \* (ann. 685).

Quantum intellectus sensus humani potest mentis sagacitate pensare, atque sedula indagazione perpendere, nihil amplius valet in hujus seculi luce de gaudio fugitivo lucrare, quam quod de rebus

subscriptentibus præfuerit conjicere arduum foret, ut fatentur auctores Novæ Galliæ Christianæ, t. I, col. 543, quia mutili sunt indices episcoporum provincie Arelatensis septimo sæculo. Suas vero singulis sedes sic assignat Boyerus, ubi supra, ex conjecturis. Ecclesie Avenionensi præerat Aghiacus, Carpentoractensi Ambrosius, Arausiensis Fredicus, Tricastinensi Godebertus, Vendascensi Leodegarius, Cabalicensi Pascasius, Rusticus denique Vivariensis.

\* Hujus chartæ fragmenta vulgaverat Mabillonius, De re diplom. pag. 607, ex Folquini chartulario; ad fidem Mabillonii recusa sunt in Suppl. ad opera dipl. Miræci, t. II, pag. 927, et in Coll. script. rer. Franc. t. IV, pag. 665, in notis; auctores Novæ Gall. Christ., t. III, instr. col. 26, chartam integram ediderunt ex schedis Hunulfocurtis. Nos eandem exhibemus, quam ex Folquini chartulario deprompsit dominus

A suis locis venerabilibus in alimonis pauperum curetur [Gall. Chr., curet] impendere, quotinus fragilitatem nature omnes generaliter patiantur [Gall. Chr., patiamur], priusquam subitanea [Gall. Chr., subitam et] transpositio eveniat. Oportet pro salute anime vigilare, ut non inveniat quemquam imparatum, sicut Dominus in Evangelio ait: Qui dat parum, comparat sibi regnum, et sine fine mansuram gloriam. Igitur ego, in Dei nomine, Amalfridus, illuster vir, inspirante divina potentia, atque pro remedio anime mee deputavi et concessi atque delegavi per hanc paginam donationis, ad monasterium Sidiu [Gall. Chr., Sithiu], quod est in honore sancti Petri et sancti Pauli vel sancti Martini seu et ceterorum sanctorum constructus [Gall. Chr., constructum], vel ubi venerabilis vir Bertinus abba presse videtur, una cum voluntate vel convenientia [Gall. Chr., convenientis] filie mee Auriane<sup>b</sup> que ibidem rectrix esse videtur: hoc est monasterium nostrum cujus vocabulum est Hunulfocurtis, in pago Kambrincense, super fluvio Scald [Gall. Chr., Scal-], quem ego in proprietate nostra, in honore sancte Marie, vel sancti Petri seu Martini seu sancte Polline [Gall. Chr., Polænx] ubi ipsa preciosa gemma requiescit in corpore, ita ut mihi complacuit, in tali ratione, ut ad ipsum monasterium Sidiu [Gall. Chr., Sithiu], ad opus sancti Petri, jam dictum monasterium cum omni integritate vel soliditate sua in se aspicientem vel pertinentem, ibidem delegare deberemus [Gall. Chr., debemus], quod ita et fecimus, tam de alode parentum meorum, quam et de comparato, seu et de quolibet adtracto undecumque ipsum monasterium dotatum esse videtur, tam de parte nostra quam [Gall. Chr., opium] et de aliorum collata honorum hominum, vel undecumque manu vestita habuimus, et [Gall. Chr., ut] nostre fuit possessionis, justitia, una cum terris, mansis, casticiis ibidem aspicientibus, vel superpositis domibus, edificiis, accolabus, mancipiis, campis, silvis, pratis, pascuis, farinariis, aquis aquarumve decursibus, peculiis, presidiis, mobilibus et immobilibus, adjacentiis, appenditiis, omnia et ex [Gall. Chr., in] omnibus rem inexactam [Gall. Chr., inexactam] ad integrum, et sicut nobis convenit, quamdiu in hoc seculo advixero, ipsum monasterium

de Witte, archivo sancti Bertini præfectus, et in chartophylacio nostro deposuit. Varias lectiones addidimus inter uncas ex Gallia Christ. exscriptas. Hanc chartam confirmavit Theodericus III diplomate quod infra proferemus, pag. 202; chartæ vero et diplomatæ meminit J. Iperius in Chronico, apud Marten. Thes. anecd. t. III, pag. 471. Cf. chartularii Editionem a claro viro Guerard vulgatam anno 1841, pag. 29.

<sup>b</sup> Aurianam fuisse Hunulfocurtensis monasterii primam abbatissam ex hac charta liquet; et idem testatur Baldricus, in Chronico Cameracensi, lib. II, cap. 10. Malbranq. De Morinis, lib. II, ca. 44, et Carpentarius, Histor. Camerac. t. I, pag. 506, præmittunt Austrebertam; sed id refellit Mabillonius, Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. III, pag. 22, in observationibus ad Vitam sanctæ Austrebertæ.

pro precaria sancti Petri vel vestra, usitare vel dominare seu emeliorare debeamus, et post meum obitum atque de hac luce discessum, memorata filia mea Auriana in ipso monasterio [Gall. Chr., ipsum monasterium] degere vel regere debeat, et post suum obitum, ipsum monasterium superius nominatum Hunulfocurtis, ad integrum aspectus vel subjectus omni tempore ad Sitdium [Gall. Chr., Sithiu] monasterio debeat esse, et quem ipse abbas qui tunc temporis adest, vel fratres de ipso monasterio Sitdii [Gall. Chr., Sithiu] ibidem consistentes, complacet, qualem prepositum ad ipsum monasterium nostrum constituere voluerint, potestatem in omnibus habere mereantur, et supplicamus ipsos fratres et rectores ipsius monasterii, propter Deum [Gall. Chr., Dominum et mercedem nostram lucranda, et ipsum monasterium quod ibidem transfiravimus [Gall. Chr., transformavimus], de missas, de curso <sup>a</sup>, de luminaria curam habere studeant, et de hospitibus et peregrinis caritatem, ut mercedem exinde habere debeant, et nomen nostrum in libro vite recenseant [Gall. Chr., reviviscent], et ipsum monasterium in eorum jure, perpetua dominatione, hoc est ipsius monasterii Sitdii [Gall. Chr., Sithiu], habeant, teneant atque possideant, vel quicquid exinde facere voluerint, aut enim [Gall. Chr., cum] liberum in omnibus potiantur arbitrium. Et si quis vero, quod fieri minime credimus, quod absit, si egomet ipse aut ullus de heredibus aut proheredibus meis, seu quislibet [Gall. Chr., quælibet] ulla emissa aut extranea persona fuerit, qui contra hoc testamentum venire voluerit, aut infringere illud presumpserit, imprimitus [Gall. Chr., imprimis] iram Dei omnipotentis incurrat, et ante tribunal Christi cum ipso sancto Petro in die iudicii deducat rationes, et insuper una cum socio suo distringente, auri libras x, argenti pondera xx

<sup>a</sup> Gallia Christ. habet *cursum*. Cursum vocabant officium ecclesiasticum, seu seriem ecclesiasticarum precationum. Vid. Caugium, voc. *Carus*, 2, auctoresque ibi laud.

<sup>b</sup> Monet Mabillonius, Annal. t. I, pag. 572, hunc locum disti guendum esse ab Augusta-Viomanduum, seu Quintinopoli.

<sup>c</sup> Annus XII regni Theodorici III, mense Februario, erat annus Christi 685, initio regni sumpto ab ineunte Septembris ann 673.

<sup>d</sup> Hic, et infra, post vocem *consentiens*, exstat signum quod et alia hujusmodi, quibusdam subscriptionibus præfixa, vice vocis *subscripta* adhibita sunt.

<sup>e</sup> Gall. Christ. *Unulfasiale, Nivalio diaconus, Blitmarus, Crasmarus, Dudan, Bruno, Ermenfridus, Constantinus, Gislefridus, Centenarius, Gerfridus, Baldechrannus, Bladardus*.

<sup>f</sup> Post hanc vocem exstant signa quæ ære incudi non visum est magni momenti. Ad calcem apographii cuius lectionem sequimur, hæc ad majorem fidem ab exscriptore subjuncta sunt: *Collatum cum chartulario Folquini, pag. 28, anno 1782. Signatum D. Ch. de Witte, sancti Bertini chartophylax.*

<sup>g</sup> Solus huc usque hanc chartam vulgavit Mabillonius, Annal. t. I, append., pag. 701, ex chartulario Dervensis monasterii. Nos ipsam exscriptimus ex eodem chartulario, fol. 128, quod humanissime nobiscum communicavit D. Laurentius Dumay. hujus

coactus exsolvat; et insuper, quantum ipse monasterium [Gall. Chr., monasterium] tunc temporis emelioratus valuerit, vel duplam pecuniam coactus [Gall. Chr., conventui] exsolvat, et quod repetit non evadit. Sed hoc testamentum isto omnique tempore firmum permaneat, cum stipulatione subnixâ. Actum in Vermandis <sup>b</sup>, quod fecit mensis Februarius dies viij; in anno <sup>c</sup> xij<sup>o</sup> regni domni nostri Theoderici [Gall. Chr., Frederici] gloriosissimi regis. Amalfridus hoc testamentum a me factum relegi et <sup>d</sup>. Ego Auriana abbatissa consentiens.

† Signum Adalfridi. Wulfahaldus. Niuacio. Anganbertus. Hildramnus. Erchanfridus. Signus. Waraulfus diaconus. Blitmarus. Crasmarus. Dudan. Bruno. Ermenfridus. Constantinus. Gislefridus centenarius. Gerfridus. Baldechrannus. Bladardus <sup>e</sup>. rogatus hoc testamentum scripsi et <sup>f</sup>.

## XXV.

*Charta quæ Reolus, Remensis episcopus, Berachario abbati concedit vilam Gaugiacum, ad construendum monasterium puellarum* <sup>g</sup> (ann. 686.)

In Christi nomine Reolus, ac si indignus et peccator, episcopus. Dum omnes oportet pro salute anime cogitare, vel parva pro magnis, caduca pro celestibus in ara offerre summi Dei omnipotentis, ut ab ipsis sublevari merear, sicut veritas dixit: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos recipiant in æterna habitacula*: juxta quod ordo edocet pastoralem culmen, ut ubi poterunt, caularum ovilia juxta cenobitarum ordinem edificare debeant, sive virorum, sive puellarum. Ideoque petit nobis Beracharius <sup>b</sup> abbas ut ei locum compendiosum donare deberemus, ad monasterium puellarum construendum, ex nostra proprietate, sive de alodo parentorum, vel de aliquo adtracto. Sed ejus petitionem, pro anime nostre remedio, opportunitatem minime

monasterii chartophylax. Ibi nonnulla alia re, erimus instrumenta quæ supra edidimus, cum nondum ad manus nostras chartularium illud devenisset, ineunte XIII sæculo exaratum. Hæc cum veteri Codice contulimus, et posterioribus curis inde varias lectiones excerptimus, quas ad calcem hujusce voluminis, inter addenda exhibebimus. In suo loco nunc insertæ sunt; sed chartularium quod clarus vir se vidisse in Bibl. regia testatur, ibi nunc non exstat.

<sup>b</sup> Si Beracharius, seu Bercharius, nec tunc fuisse paulo post emissam chartam quam expendimus, ut fert opinio vulgo cepta, ad construendum Paribonem in loco concesso tempus ipsi non suppetisset; nec mirum esset hujus monasterii nullam fieri memoriam in Vita Bercharii quam habemus ab Alcone scriptam, Acta SS. Ord. Bened., t. II, pag. 511. Aiunt quidem plerique, Mabill. ubi supra et Coint. Annal. t. IV, pag. 130, obiisse Bercharium anno 685, die xv Septembris. Sed, ut fatetur Cointius, sanus quo Bercharius vita cessit in controversiam vocari potest, et id ex hujus chartæ nota chronologica liquet; imo multo ulterius vitam Bercharium protraxisse dicendum est, juxta Cointium, *ibid.*, ex catalogo veteri Dervensium abbatum, vulgato a Chesnio, in notis ad Epis. Petri vene. ad calcem biblioth. Cluniac. pag. 114, et id evincit charta Bertoldi episcopi, anno 2 Clodovei III data.

denegavimus faciendi; una pariter cum ipso pensantes, minime invenimus in nostra potestate locum in propinquo, quod omnem opportunitatem ad monasterium construendum habere deberet. Sed dum talis erat nobis voluntas, invenimus locum de rebus Ecclesie nostre Remensis, infra urbem Kathalaunensium, in pago Pertensi, supra fluvium Matrona, villam que dicitur Gaugiacus, sive et alio vocabulo que dicitur Episcopi-Villa, quam sanctimonialis femina, nomine Ama, que sub titulo religionis vitam fluvit, per suas cartas ad Ecclesiam Remensem condonavit. Sed dum ipse locus ipsi abbati complacuit ad monasterium construendum; nos vero, una cum consensu fratrum meorum vel concivium Remensium, hoc est, tam archidiaconibus, abbatibus, presbyteris quoque et diaconibus, vel omnem clerum ecclesiarum, seu et illustribus viris, qui infra urbem commanere videntur, quorum nomina vel signa subter tenentur inserta, ut per nostram epistolam, a die presenti, absque ullius contrarietate, pro anime nostre salute, vel pro eterna retributione, ipsam villam Gaugiacum, seu et que dicitur Episcopi-Villa, ad monasterium puellarum construendum, ipsi suprascripto abbati Berachario tradere deberemus: in ea tamen ratione, cum consilio vel consensu, seu et convenientia fratrum Remensium, ut villa nostra Tinnovero, quam de Veteranione diacono dato pretio comparavimus in pago Lemovicino, et casa in Novo-Castro constructa, pro ipsa villa Gaugiaci in commutationem ad partem Ecclesie nostre Remense tradidimus; ad possidendum, tam terris, domibus, edificiis, mancipiis ibidem, commanentibus, colonibus, ibidem aspicientibus, campis, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, totum et ad integrum, quantumcumque ad ipsam villam Tinnovero aspicere videntur, cum omni integritate ad se pertinente, una cum ipsa casa in Novo-Castro constructa, in ipsa urbe Lemovicino, pro ipsa villa Gaugiaci, ad Ecclesiam nostram Remensem in vicem recompensationis tradidimus ad possidendum, ut et nostre vite tempore, et post de hac luce discessum, firmiorem stabilitatem ipsum monasterium puellarum habere debeat, et nulla infestatione de successoribus nostris episcopis habeat, vel de quolibet opposita personas, nisi semper perpetualiter ipse abbas vel ipse ancille Dei que in ipso nuncupato loco habitare noscuntur, vel posteris ipsarum, per presentem epistolam nostram omni tempore valeant possidere vel domiari, ut melius eas delectet pro nobis Domini misericordiam deprecari, ut ab infernorum nexibus liberi esse mereamur, et post nostrum quoque de hac luce discessum, ibidem nomen nostrum in libro vite ponatur vel recenseatur, et eorum sacerdotes hostias pro nobis omni tempore valeant offerre. Et si forsitan, quod adsolet, de ipso loco in alio loco ipsas famulas Dei migrare voluerint

\* Juxta legem hic prescriptam, Gaugiacus, seu Episcopi-Villa, ad Altivillarense monasterium hodie (ante ann. 1789) pertinet, cum sanctimoniales defe-

A ad monasterium edificandum, aut pro compendio aut pro meliorando pro causa stabilitatis, teneant ipsam villam Gaugiacum \*, que dicitur Episcopi-Villa, ad monasterium Altivillare, quod antecessor noster dominus et pater noster Nivardus, quondam episcopus, suo opere construxit, debeat revertere, cum ipsa epistola quam spontanea voluntate fieri rogavimus, ut per ipsa strumenta ipsi monachi qui ibidem sub sancto ordine vivere noscuntur, absque repetitione ipsas monachas, vel eorum abbate, omni tempore vite ipsorum debeant possidere vel dominari, et pro anime nostre salute Domini misericordiam deprecari, ut melius eos delectet, vel eorum sacerdotes, post nostrum de hac luce discessum, hostias offerre: in ea tamen ratione, si ipsas monachas de ipso loco promovere voluerint. Nam dum illas ibidem sub sancto ordine regulariter vivere vel habitare videntur, et nos a die presenti per hanc epistolam nostram testamenti, integro quoque et deliberato consilio ac prompta voluntate ipsum locum eis tradidimus ad possidendum, ita ut illi hoc habeant, teneant atque possideant. Et si qui, quod absit, vel post nos, successores episcopi vel qualibet opposita persona vel de heredum meorum, ipsas de ipso loco aut promovere aut inquietare voluerit, aut ipsam epistolam nostram infringere conaverit, in primis propria vita careat, atque cum stirpe sua captivus deserviat, et divinitatis furorem incurrat, vel dominatio ejus dispergatur, sicut dispersa est Holoferni potestas; et sicut divisa est magni Alexandri formidabilis dominatio, ita et amodo dispergatur potestas; et sicut Sodoma et Gomorra in presenti seculo percussa est, similiter percutiatur potestas vel habitatio ipsius, et in anathema maranatha, quod est perditio, usque in adventum Domini nostri Jesu Christi feriat; et a liminibus Ecclesie, vel a communionem participationis corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi excommunicatus appareat; et cum Juda traditore, qui per falsum ocellum tradidit Dominum, particeps efficiatur; et veniat super eum lepra Naaman, quam puer Elizei Giezi per cupiditatem adeptus fuit; et omne genus et germen eorum sic marcescat in flore, ut nunquam fructificet, nec perfricat in grano: et veniam apud Dominum non mereatur. Et, ut presentis epistola nostra omni tempore firma permaneat, et pro rei totius firmitate, hanc epistolam manu propria subter eam subscripsimus, et qui inferius subscripserit vel signaverit nos in presenti eos proprio ore rogavimus, et insuper una cum socio fisco addat ad partem ipsius monasterii, hoc est, auri libras xx, argenti libras: x coactus exsolvat, et hoc quod repetit evindicare non valeat, et nichilominus presentis epistola omni tempore firma et inviolata permaneat. Actum in villa Compendio, sub die Kal. Maii, anno xiii regni domini nostri Teoderici regis. In Christi no-

cerint in monasterio quod ex concessione Reoli conditum fuit.

mine Reolus, ac si peccator episcopus, hanc epistolam a me factam relegi et subscripsi. Ego Ansooldus episcopus, jubente domno Reolo episcopo, hanc deliberationem subscripsi. Ego Petrus abba subscripsi. Ego Harmarus abba subscripsi. Ego Hilduinus abba subscripsi. Ego Leocadius abba, jubente domno Reolo episcopo, hanc epistolam relegi et subscripsi. Ego Amalgisilus subscripsi. Ego Bertohindus subscripsi. Ego Gando presbyter subscripsi. Ego Caldemarus notarius scripsi et subscripsi hanc epistolam donationis, ex jussu domni Reoli episcopi.

## XXVI.

*Charta qua Pipinus et Plectrudis, uxor ejus, castrum Ambra, in Arduenna, Beregisio donant, ut ibi condantur cella et ecclesia* <sup>a</sup> (ann. 687.)

In nomine Sanctæ Trinitatis. Omnis sublimitas terrena divinæ ordinationi omnimodis debet esse subiecta. Eapropter, cum supremus cœli terræque Dominus, qui bonorum nostrorum non eget, mirabili tamen in me bonitate castrum Ambra, Amberlacensis fisci caput, schedula e cœlo prodigiose delapsa, in servorum suorum patrimonium dignatus sit eligere: ego Pipinus, illustri Anchisi filius, cum illustri matrona mea Plectrude, notum facio omnibus præsentibus et futuris, quod prædictum ditionis meæ castrum, ab Ardennæ principatu avulsum, cum limitibus et confinibus infra designatis, ita omnipotenti Deo contradidi, sicut etiamnum in persona venerabilis Beregisi et successorum ejus trado, ut nihil juris domini aut cujuslibet auctoritatis, mihi aut successoribus meis inibi reservem; quatinus sit solius Dei et ipsius vera possessio, ei soli subiecta, eo sane fine, ut ecclesia et cellæ ibidem incunctanter construantur, ad laudes Altissimi a servis suis die noctuque decantandas. Ut autem hæc mea donatio nulla valeat cavillatione violari, nullo avaritiæ studio rescari, nulla vi aut malitia perturbari, noverint universi, hæc donationis karta contineri totum terræ tractum constructum inter lapides, metas et fossas in præsentia

<sup>a</sup> Non alibi exstat charta hæc nisi in supplemento ad Opera diplomatica Miræi, t. II, pag. 1125. De prompta est ex archivo abbatiæ S. Huberti in Arduenna; habetur vero pro instrumento fundationis Andagiensis monasterii, cui postea S. Huberti nomen inditum est. Supposititia charta, siquidem Andaginensis monasterii initia ad annum Christi 703 cum Cointo, Annal. t. IV, pag. 436, imo ad ann. 706 cum Mabillonio, Annal. Bened. t. II, pag. 16, videntur revocanda; nec Pipino et Plectrudi notus fuit Beregisio ante annum 696, ut liquet ex eodem Cointo. Notatur in Nova Gallia christiana, Codicem ms. abbatiæ S. Huberti, qui inscribitur *Cantatorium*, hujus monasterii originem referre ad annum 687, ex hac forte charta, quam falsi arguimus, huic ms. inserta; et ipsi Novæ Galliæ christianæ auctores fatentur Andaginense monasterium non nisi octavo sæculo conditum fuisse.

<sup>b</sup> Typis mandavit Mabillonius, de Re Dipl. p. 472, chartam hanc ex autographo (in Archivo regni nunc asservato, k n° XI), et ejus specimen æri incidendum curavit, *ibid.* pag. 384, tab. 20, characteribus Merovingiis. Egregium, ut ait, antiquitatis monumentum. Dolendum quod aliqua sit parte lacerum.

filiorum et procerum meorum designatas, inter divisiones ad meridiem, ad orientem, inter Mollena Campellum, Campilonem et Haletum, Ferreum montem; ad aquilonem inter Nasaniam et Awannam, Tabulæ Fontanam; ad occidentem, fluvium Lumnam et rupem Sulmoniensem, scilicet cum banno, omni justitia, prætorii, et eorum appendiciis; cum omni jure et censu, tam in denariis quam in avenis; cum teloneo, mercato, et suis appendiciis; cum jure mortimenti, et omnium accolarum advocacionis ad fisci dominici opera, in acceptæ libertatis signum, cum decimis ad me spectantibus, et omnibus possessionibus, terris, pratis, pascuis, aquis; cum farinariis, cum sylvis, villis et villulis; cum mansis, mansionibus, familiis, libertis et mancipiis; cum gregibus et armentis. Quam donationem sic Deo factam, ac etiam in præsentia illustris Plectrudis, filiorum curialiumque meorum, ratam ac firmatam, etiam in mandiburnium meum suscepi, posterisque meis commendo, ut stabilis sit. Hic est vero schedulæ cœli tenor: « Hic locus a Deo electus ad salutem animarum multarum; terra sancta est valde magnificanda, servorumque Dei patrimonium, quod augebitur, et a potestatibus protegetur, varie tamen tribulabitur. Qui vero hunc locum vexaverit, sic in radice marcescat, et in ramis non florescat, aut ultrices ultioni æternæ pœnæ sustineat. » Actum publice in palatio Joppiliensi, idibus Novembris, anno Incarnationis Domini DC.LXXXVII. Illis interfuerunt quorum nomina subscripta sunt. Illustris Pipinus; Illustris Plectrudis; Drogo filius; Grimoaldus filius; Hubertus comes; Sisibertus comes; Godefridus comes; Chudbertus; Caribaldus; Cosmarus; Winetharius, qui subscripserunt

## XXVII

*Charta qua Vandemiris et Ercamberta, uxor ejus, plurima ecclesiis dona conferunt* <sup>b</sup> (ann. 690).

.....  
 ..... conferre debemus, unde in futurum veniam misericordiæ animis nostris . . .

Quæ desunt punctis indicavimus (recensionemque instituit A. Teulet). Recunderat Germonius, de vet. reg. Francic. diplom. t. I, pag. 310, et Bulliardus, *Histor. abb. S. Ger. a pratis*, pro. pag. 5 (Marini quoque, *Papiri diplomatici n° xcvi*). De hujus sinceritate his magna exorta est. Chartam tuebatur Mabillonius, qui ipsam vulgaverat. Oppugnavit tergemino conatu Germonius. Mabillonio auxiliares adfuerunt Fontaninus, *Vindic. Dipl.* p. 195, et Ruinartius, *Ecll. Paris. vindic. adv. Germ. Germonius*, unus contra omnes, præcipue his argumentis instrumentum de falso criminabatur. 1° Contendebat ex ecclesiis duabus, quæ in charta vocantur S. Germani basilicæ; priorem, cui Vandemiris villam Fraxinetum donat, S. Germano Autissiodorensi juxta Mabillonium dicatam, temporibus Theotorici III nondum fuisse conditam; alteram, cui Audacharius abbas juxta eundem Mabillonium præerat, et quæ hodie vocabulo S. Germani a Pratis appellatur, hoc nomine iisdem temporibus appellatam non fuisse. Infinitus essem si quidquid in hac controversia dierum fuit ex utraque parte hic congererem; pauca ex multis delibabo. 1° Monasterium S. Germani Autissiodorensis apud Parisios ait Germonius



donamus, donatumque in perpetuo esse volumus ad basilicam domnæ Stefanæ in Parisius, ubi dominus Sigofridus pontefex præesse videtur, villa cognomenante . . . . Camiliacensi cum omne merito vel ageciencias et soledetatas suas, sicut a nobis præsentē tempore est possessum. Simile modo donamus ad monasterio domnæ . . . pred . . . ata abbatissa præesse videtur, villa cognomenante Ingolinorcurti, in pago Camiliacensi, cum omne integritate vel merito suo, sicut et nos . . . vedimus. Pare modo donamus ad basilicam domnæ Germanæ, ubi vir venerabilis Landebertus abba præesse videtur, villam cognomenante Fraxineto, in pago . . . ., vel quidquid præsentē tempore quieto ordine a nobis ibidem est possessum. Simile modo donamus ad basilicam domnæ Vincente, vel domni Germani, ubi vir venerabilis Audcharius abba præesse videtur, villas cognomenantis Oxma in pago Dorcassino, Noviolio in pago Andegavino, cum omne integritate, et . . . . tutum et ad integrum, sicut a nobis præsentē tempore est possessum. Pare modo donamus Vuabuniacas in pago Beloaciensi, ad basilicam domnæ . . . . Noaldus abba præesse videtur, tutum et ad integrum, cum ageciencias vel adpendiciis suis, sicut a nobis præsentē tempore est possessum. Donamus . . . . venerabilis Vandremarus abba præesse videtur, villa cognomenante Gomario-villa in pago Stampinsi, cum omne integritate vel merito suo, ageciencias vel adp. . . ., sicut a nobis præsentē tempore est possessum. Simile modo donamus ad domno Christivilo, monisterio puellarum in Parisius, ubi Landetrudis abbatissa præesse videtur. . . . . Noviliaco in pago Camiliacensi. In Dei nomine donamus Gundulfocurti in pago Camiliacensi, Premiaco in pago Aurelianensi, ad basilicam pretiosi domnæ (Dionisii martyris ubi) ipsi in corpore requiescit, et venerabilis Chaeno abba præesse videtur, cum omne integritate vel soleditatis eorum, sicut a nobis præsentē tempore. . . ad monisterio Aolino-villa, ubi vir venerabilis Vigur abba præesse videtur, villa cognominante Villare, in pago Oxminsi, cum omne merito et integritate . . . donamus in Dei. . . ad monasterio Portmauro, ubi vir venerabilis Amalcarius abba præesse videtur, locello cognomenante Alticiaco, in pago Maceracius cum omne integritate. . . quicquid a nobis præsentē tempore ibidem est possessum. Simile modo donamus Badenaco

ad Fontanellæ ad domno Petro, ubi dominus Vando in corpore requies. . . ageciencias vel adpendiciis, tutum et ad integrum, sicut a nobis est possessum. Donamus ad basilicam domnæ Petri. . . . ubi vir venerabilis. . . cognominantis Ispaldis in pago Villacassino, Brinnaco in pago Ebricio, Ararnio in pago Oxminsi, Ociciaco in pago Oxmensi, Cormiliacense . . . . quicquid ibidem nos præsentē tempore possidere vedimus. Donamus in Dei nomine ad domno Desiderio, ubi vir venerabilis Adroaldus abba præesse videtur, . . . ubi venerabilis vir Carone abba præesse videtur in pago Ebricino, cum omne merito suo, sicut a nobis præsentē tempore est possessum. Donamus ad . . . villa cognominante . . . in pago Lexuino, cum omne integritate vel merito suo, sicut a nobis præsentē tempore est possessum. Donamus in Dei nomine. . . Prisciaco in pago Camiliacensi, ad domno Martino in ipso Prisciaco, ubi venerabilis vir Farulfus abba præesse videtur, ubi sepulturas nostras ibidem habemus recondeatas. . . . dederō, et. . . habit, humana fragilitas in ista hic. . . quod Deus advertat, de nobis non contingat. . . dulcissima conjux mea Ercamberta stante ista omnia quod superius diximus, se nos superstites aderat, et Deo si voverit, villas cognomenantes Lubariaci in pago Oxminsi. . . sino villare super mare in pago Lexuino, Colzo in pago Lexuino, Cambrinero in pago Lexuino, Cædraco in pago Cilimanico, Abaciaco in pago Cilimanico, ut jam dixi, dulcissima conjux mea Ercamberta se mihi superstites fuerit, suprascriptas villas, tam de parte sua quam et de parte nostra, in sua faciat revocare domenacione, et monisterio ubi se eligerit d (egere) . . . . re. . . futuris temporebus ad ipso monasterio prædictas villas debiant proficere in augmento. Et, ut hæc deliberatio nostra, quem pro animis nostris dare decrevimus. . . ., per tempora conservitur, sicut. . . it reservata ad heredis nostros villas cognominantis Edoniaco et Miscello in pago Cadrocino, Ocello et Buciaco. . . stante ista omnia quod superius communi convenientia scimus, convinit ut qui parte suo superstites aderat, res parte suo possidere debiret, ut ne. . . mercedem amborum ad loca sanctorum delegare debiret. Unde duas epistolas uno tenore conscriptas, inter nos fieri et firmare convinit. . . Parisiaci, ubi apostolicus dominos et pater noster Sigofridus præesse videtur, re-

conditum fuis e a Roberto rege, ut testatur Helgaldus. Sed (reponunt chartæ defensores) ecclesia hæc jam Abbonis tempore videtur exstitisse, ipso Abbone teste, ac proinde ante Roberti regis tempora; et Helgaldi verba, de ipsius instauratione intelligenda sunt. Fatendum tamen est hoc loco Helgaldum agere de conditis, non de instauratis pluribus ecclesiis, inter quas S. Germani basilicam memorat. 2<sup>o</sup> Basilicam quæ hodie nomen præfert S. Germani a Pratis, jam hoc nomine sub Theodorico III appellatam fuisse asserunt Mabillonius et ejus assec'æ, ex vitis S. Bathildis et S. E'igii. Respondent chartæ calumniatores non satis constare an in his scriptis de ecclesia S. Germani Pratensis aut de alia aliqua S. Ger-

mano dicata ecclesia agatur, cum plures Parisiis ecclesiæ sub hac appellatione exstarent. De cæteris silemus, et ad Mabillonium, De re dipl., et Suppl. pag. 21, Annalibusque, t. I, pag. 594, Germonium, Ruinartium et Fontaninum remittimus. Instrumenti sinceritatem potissimum tuetur ejusdem instrumenti vetustas veneranda, quæ tempora Merovingica prorsus sapit. Illud pro legitime habuere, præter supra laudatos auctores Novæ Gall. christianæ, t. VII, col. 419; Dubois in Hist. Eccl. Parisiensis, t. I, pag. 212 et 213; Felibianus in Hist. abb. S. Dionysii, prob. pag. 30, et alii bene multi.

\* Marini, pag. 150, scribit *Landoinus*, quam lectionem jam Mabillonius l. c. erroris arguerat.

condatur; et alia eo modo conscripta, qui de nos A  
pare suo superstetis aderat habi. . . . . diu vixerit,  
quarta parte reservavimus. Si quis viro, quod futu-  
rum esse non credo, seo nosmetipsi aut aliquis de  
heredibus nostris. . . . . contra præsentem deli-  
berationem nostram, Deus ibi contrarius quo. . .  
tempore venire aut infringere voluerit, in primitus  
iram trini majestatis incurrat, ubi. . . . . dominis  
sanctis quorum reliquæ in sæpefatas basilicas in-  
sertæ esse nuscutur, et ab omnebus ecclesiis excom-  
munis apariat, nec hic, nec in futuro veniam  
p. . . . . rere non possit; una cum socio tisco auri  
libras cento et argenti pondo ducenta quoactus  
exsolvat, et qui repetit nullatinus valiat evindicare.  
Et hæc deliberatio. . . . . nostra, duce Deo, omni  
quoque tempore firma et inviolata permaneat, stipu-  
latione pro omne firmitate subnexa. Actum Cami-  
liaco, vico publico, quod ficit mincis. . . . . anno  
xvii regni domni nostri Theoderice gloriosissimi  
rigis. Ego in Dei nomine Vandemiris hanc epistola  
a me facta religi et <sup>a</sup> subscripsi. Ercamserta subs.  
Ghranno s. bsc. Signum † viri inlust. Acerelio <sup>b</sup>. Sig-  
num † Bosone. Auronius rogetus a supra scriptis  
hanc epistolam subscripsi. Signum † Bosittone. Sig-  
num † Chlodoaldo. Signum † Ingobert. Signum †  
Gamardo. Signum † Gandulfo . . . . . subs. Ch . . . .  
subs. <sup>c</sup>

## XXVII.

*Charta qua Pipinus et uxor ejus Plectrudis villam  
Nugaretum tradunt basilicæ apostolorum un sanctorum  
juxta metas <sup>d</sup> (ann. 691).*

Pipinus [*M.* Pipinus, hic et infra] dux, Anchisi  
regis filius, sancti Clodulphi fratris inclita proles,  
sub majoris-domus nomine Francorum administra-  
bat principatum regalem. Scientia quippe atque for-  
titudine regum degenerante, dispositio fuit altissimi

Vice vocis *subscripsi*, hoc loco, species quædam  
monogrammatæ, linearum ductibus plurimis, iisque  
intricatis, efficta est in specimine æri inciso.  
Alia hujusmodi monogrammata affixa sunt nominibus  
Ghranoi et Aurelii seu Acerelii, quæ quidem nomina  
manu propria subscribentium videntur exarata; no-  
tarii manu alia, quibus cruces præfixæ sunt, quas  
expressimus.

<sup>b</sup> In hac subscriptione Mabillonius legere jubet  
Aurelio, etsi nomen videatur scriptum *Acerelio*.

<sup>c</sup> Aliam chartam, quæ eadem nomina Vandemiris  
et Ercambertæ, ejus conjugis, præfert, referam in-  
fra, ad ann. 729, quæ claro viro de Brequigny inco-  
gnita fuerat.

<sup>d</sup> Hanc edi lerunt Meurissins, Hist. episc. Metens.,  
pag. 109, ex archiv. monasterii S. Arnulphi Meten-  
sis; ex Meurissio Cointius, Annal. t. IV, pag. 262,  
omisso præloquio, quod ipsi insertum temere ab ex-  
scriptoribus videri potuit; integram, ex eodem, Col-  
lectores script. rerum Francicarum, t. IV, pag. 646;  
Valla lieris gallice versam, Hist. basilicæ S. Arnul-  
phi, par. 184. Nos recudimus ex apographo quod  
D. Tabouillot e congregatione sancti Vitoni, in char-  
tophylacio nostræ deposuit, exscriptam ex veteri  
chartulario monasterii sancti Arnulphi. Varias le-  
ctiones ex Meurissio inter uncus exhibemus. Basilica  
quæ hic SS. Apostolorum nomine designatur, S. Arnulphi  
nomen deinde obtinuit, quod retinet, Nov.

præclaræ huic progeniei, quæ ex eadem radice pro-  
cesserat, dare insignia Francorum regni. Nec imme-  
rito: eorum si quidem libertate [*M.* liberalitate],  
Dei gratia præveniente ac subsequente, ecclesiæ in-  
signiores totius Galliæ adhuc constant hodie fun-  
datæ. Etenim, si requirantur nobilium fundatores  
cœnobiorum, ab hoc insigni stemmate inveniuntur  
processisse. Hinc est quod ego Pipinus dux et uxor  
mea delimus ad omnipotentem Dominum quandam  
villam nostram, nomine Nugaretum. Proinde ego  
iterum Pipinus et uxor mea, nomine Plectrudis,  
cogitantes de salute nostra, ut a Domino pro parvis  
magna, et cœlestia pro terrenis recipere possemus,  
donavimus, pro remedio animæ nostræ, seu pro  
æterna requie acquirenda, ac solide tradidimus ad  
B basilicam Sanctorum Apostolorum, juxta urbem Met-  
tis constructam, ubi dominus et avus noster Arnul-  
plus in corpore requiescit, villam, proprietatis no-  
mine, vocabulo, ut supra dictum est, Nugaretum,  
sitam in pago Wabrinse, mansum videlicet indomi-  
nicatum, cum omnibus adjacentiis ad se pertinenti-  
bus, tam in ædificiis quam in campis, pratis, silvis,  
cultis et incultis, mancipiis utriusque sexus ibi com-  
morantibus, vel quicquid in memorata villa hactenus  
visus sum possedisse, totum et ad integrum: ut a  
die præsentis et deinceps, universa ad locum san-  
ctum supranominatum, sub potestate servorum Dei  
qui ibidem vel sunt, vel futuri sunt, ubi ad præsens  
videtur præesse venerabilis vir Romulus abbas, de-  
veniant, et de nostro jure in eorum perpetualiter  
transeant hæreditatem; quo videlicet eisdem servis  
Dei, pro nobis seu progenie nostra propensius in-  
tercedentibus, ad præsentis vitæ tramitem felicius,  
dirigente Domino, percurrere, et æternæ gloriæ  
postmodum participes valeamus existere. Quod si  
quidpiam [*M.* quispiam] de hæredibus nostris, seu  
quælibet aia persona vel potestas, contra hanc do-

Gall. christian. t. XIII, col. 895, etc. De anno quo  
emissa est charta non omnes concordant: annum  
enim duodecimum regni Theoderici III alii ab adepto  
Neu-trasianorum, alii ab adepto Austrasianorum re-  
gno repetendum arbitrantur. Si, cum Meurissio, anni  
computentur ab adepto Neustrie regno, annus regni  
Theoderici duodecimus mense Februario ad annum  
Christi 685 referri debet. Si ab adepto regno Austrasiae,  
ut Cointio placet, ad annum Christi 691 refe-  
renda est charta quam expendimus. Nam Theodori-  
cus III apud Austrasianos regnare incepit post mor-  
tum Dagoberti II, qui, juxta melioris notæ chrono-  
graphos, obiit anno Christi 679, mense Decembri  
fere clapso. Huic sententiæ ad stipulatur Mabillonius,  
Ann. t. I, pag. 597; et sic illam tuemur. Pipinus, in  
charta de qua agitur, titulum assumit majoris-domus.  
Porro Pipinus majordomus non fuit constitutus  
nisi anno 687, Cointius, Annal. t. IV, pag. 188;  
Longuer. Annal. franc. t. III, Coll. script. rer.  
Franc., pag. 695; ergo sub hoc titulo chartam hæc  
nondum emiserat anno 685. Obijciat aliquis Pipini  
uxorem Plectrudem chartæ conficiendæ adfuisse;  
quod fieri non potuit anno 691, cum, jam diu, r-  
pudiata Plectrude, Pipinus Alpaidem superinduxisset.  
Sed jam hoc anno Plectrudi fuerat reconciliatus Pi-  
pinus, dimissa Alpaide, ut adstruit Cointius, ubi  
supra, cui Mabillonius suffragatur. His rationibus  
adducti, annum 691 huic chartæ præliximus.

minationem<sup>a</sup> nostram venire, aut aliquatenus infringere temptaverit, imprimis iram [iram deest ap. Meur.] et ultionem Dei et sanctorum ejus incurrat, et quod repetit non valeat evindicare. Actum in villa Nielsio [M. Hielsio], publice, sub die x Kal. Martii, anno duodecimo regni domini nostri [hoc verbum deest ap. Meur.] Theodorici regis.

## XXIX.

*Charta qua Drogo, dux Burgundiæ et Aquitanix, donat ecclesie sancti Arnulphi quiddam habet in villa de Mariolis<sup>b</sup> (ann. 691).*

Ego Drogo, dux Burgundiorum, filius Pipini ducis, dux [hæc vox deest ap. Meur.] Aquitanix. Notum facio quod, amore beati Arnulphi Metensis, quiddam habui in villa de Mariolis totum dedi ecclesie S. Arnulphi, in pascuis, silvis, arvis, mansis, et cum ædificiis, cum vineis et terris et cultibus, et cum mancipiis omnibus utriusque sexus, cum agris, campis cultis vel incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, et quiddam [M. quiddam ibi] nominari potest; et in iis omnibus quiddam mihi in ipsa villa legibus obvenit, tam de paterno quam de materno, seu de comparato, vel de qualicumque adtractu noscitur ad me pervenisse, et ego visus sum habere vel donare, totum ad integrum, ad ipsam jam sacrosanctam ecclesiam sancti Arnulphi vel sanctorum apostolorum Johannis et Jacobi, seu ad partes illorum fratrum qui ibidem deserviunt, dono, trado atque transfundo in Dei nomine perpetuallyter ad possidendum, vel quiddam exinde pars ipsius ecclesie elegerit facienda [M. faciendum], libero in omnibus perfruatur arbitrio. Si quis vero, quod fieri non credo, si ego ipse aut [M. aut ullus] de heredibus meis, seu quolibet extranea persona qui contra hanc donationem a me factam venire conaverit, aut irrumpere voluerit, imprimis iram Dei et sanctorum apostolorum vel sancti Arnulphi in-

currat, et insuper inferat contra ipsam ecclesiam, una cum socio fisci, sustinere, auri libram unam; argenti duarum multa [M. pondus duo] sustineat, et quod repetit non valeat evindicare; sed præsens donatio ista omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixâ. Actum Metis, in publico, sub die et tempore quo supra c.

## XXX.

*Charta qua Godefridus dux, ecclesie beati Arnulphi donat quiddam habet in villa Flavigneiaco<sup>d</sup> (ann. 691).*

Ego Godefridus, dux, filius Drogonis, notum facio quod, amore beati Arnulphi Metensis, quicquid habui in villa de Flavigneiaco totum dedi ecclesie Sancti Arnulphi, in pascuis, silvis, arvis, mansis, et cum ædificiis, cum vineis et terris et cultibus, et cum mancipiis omnibus utriusque sexus, cum agris, campis cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, et quicquid ibi nominari potest. Et in iis omnibus quicquid mihi in ipsa villa legibus obvenit, tam de paterno quam de materno, seu de comparato, vel de qualicumque adtractu noscitur ad me pervenisse, et ego visus sum habere vel donare, totum ad integrum ad ipsam jam sacrosanctam ecclesiam sancti Arnulphi, vel sanctorum apostolorum Johannis et Jacobi, seu ad partes illorum fratrum qui ibidem deserviunt, dono, trado atque transfundo, in Dei nomine, ad perpetuallyter possidendum; vel quicquid exinde pars ipsius ecclesie elegerit facienda, libero arbitrio in omnibus perfruatur. Si quis vero, quod fieri non credo, si ego ipse aut ullus de heredibus meis, seu quolibet extranea persona qui contra hanc donationem a me factam venire conaverit, aut irrumpere voluerit, imprimis iram Dei et sanctorum apostolorum vel sancti Arnulphi incurrat, et insuper inferat contra ipsam ecclesiam, una cum socio fisci, sustinere auri libram

<sup>a</sup> Legendum, opinor, *donationem*; siquidem de mera liberalitate agitur. Fateor vocem *dominatio* in quibusdam instrumentis idem sonare ac *proprietas*; vid. Langium, h. v. Attamen, si eo sensu hic usurpamus vocem *dominationem*, charta, ni fallor, sit intellectu difficilis. Pipinus enim et Plectrudis clausulam poenalem addunt ipsorum donationi, quæ poena ad roborandam *donationem* constituitur.

<sup>b</sup> Hanc vulgavit Meurissius, pag. 110, in *Vitis episcoporum Metensium*; gallice versam edidit Valadierus, in *Historia basilicæ S. Arnulphi*, pag. 186. Recudimus ex chartulario veteri hujus ecclesie ad fidem transumpti quod in chartophylacio nostro reposuit dominus Tabouillot, e congregatione S. Vitoni. Lectiones varias Meurissii inter uncas adscripsimus. Spuria charta: neque enim Drogo filius Pipini, dux Aquitanix dici debuit, sed potius filius Pipini Aquitanix ducis, juxta Meurissii lectionem. Hæc veridem eisen tatione chartæ sinceritas defendi potest. Verum Drogo Burgundiæ dux ibi dicitur, quod nullam excusationem admittit; Burgundiæ neutiquam, sed Campaniæ Drogo dux fuit. Alia falsi indicia adducit Cointius, *Annal. t. IV*, pag. 298, 454, 459 et seq. et ibi aut. cit. dum huic simillimam Godefridi chartam expendit.

<sup>c</sup> Desunt dies et annus in exemplo quod sequimur.

<sup>d</sup> Nos suppeditat Meurissius; scilicet x Kal. Martii, anno 12 regni Theodorici regis; sic enim habet: *sub die decima Kal. Martii, anno 12 regni domini nostri Theodorici regis*: quem si cum Cointio repetamus ab incepto regno apud Austriacos, annum Christi habebimus 691.

<sup>e</sup> Edita a Meurissio, *Vitæ episc. Metens.*, pag. 110, et Cointio, *Annal. t. IV*, pag. 459; gallice versa a Valladiero, *Hist. basilicæ S. Arnulphi*, pag. 197. Recudimus juxta transumptum ex chartulario ecclesie S. Arnulphi, inventum in chartophylacio nostro a D. Tabouillot a nobis non semel laudat. Iisdem omnino verbis concepitur charta hæc, quibus charta Drogonis quæ proxime præcedit, nec melioris notæ censenda est. Huic enim silentium detrahunt, ut recte monet Cointius, plures loquendi formule; præsertim cum ecclesia S. Arnulphi ibi vocatur: quæ nondum hoc nomen obtinuerat; imo nomine basilicæ SS. Apostolorum appellatur in charta Pipini data iisdem anno et die. Suspicio gravis ex hoc solo movetur, quod tres chartæ eadem die ab avo, patre, et filio, scilicet Pipino, Drogone et Godefrido, emissæ flugantur, quibus eadem S. Arnulphi ecclesia datur; ac dux ex ipsis ab eodem exemplari videatur expressæ, ita ut ovum ovo non sit similius.

unam, argenti pondus multa sustineat, et quod A repetit non valeat evindicare, sed presens donatio ista omni tempore firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixâ. Actum Mettis, in publico, sub die et tempore quo supra \*.

## XXXI.

*Charta qua Pipinus senior dona confert Laubiensi monasterio* <sup>b</sup> (ann. 691).

In nomine sanctæ et individuae Trinitatis, amen. Universalis mater et virgo singularis, Christique sponsa Ecclesia catholica, fecunda castitatis prerogativa promeruit, quod devotum suis utilitatibus inclinemus assensum, præsertim sacrosanctæ religionis tranquillitatem et quietem cura vigili providentes: quo liberius divinæ contemplationi et orationi pro nostra salute et regni stabilitate vacando possit ad Deum interesse: quatenus inimicis christianæ fidei eliminatis, tota sui corporis incolumitate, sub nostro sudore, regnum vigeat et crescat, et hostilis ubique cervicositas se sentiat subjugatam. Ego quidem Pipinus Senior, eo favore et desiderio ductus, maxime quæ a rege superbo Theodorico, per gratiam Dei, cum victoria sum liberatus, monasterio religiosissimi viri et eximii prædicatoris Ursuari pontificis, quod est in Laubias super Sambrum fluvium, concedo et dono in dotem ipsius ecclesiæ perpetuo possidendam terram et silvam quæ est inter rivum de Grunghart et rivum de Hergnant qui defluunt in Sambrum, quæ sylva dicta est Forestella ab antiquo. Situm ipsius monasterii Laubacensis, villas, terras, sylvas, prata, aquas aquarumque decursus, et possessiones omnimodas quas fidelis meus Hydolphus dux cooperar in eodem monasterio prædicti pontificis, eidem loco donavit, in mea tuitione et defensione suscipio et perpetuæ libertati et quieti reddo, nihil in eisdem locis juris, aut potestatis mihi sive posteris meis reservans. Quod quid etiam homo Dei Landelinus, qui primus in eodem loco laboravit, ipsi loco acquisivit et subjecit, eidem monasterio

\* In chartulario notæ chronologicæ nullæ. Exstat apud Meurissium, imo et apud Bonchetum, De vera origine domus Francie, pag. 69: anno scilicet XII regni Theodorici, sub die decima Kal. Martii. Sed id de Theodorico IV, seu Calensi, interpretatur Bonchetus, unde sequeretur chartam referendam esse annum Christi 732, quod stare nequit; Godefridus enim tunc fato jam functus erat. Valladierus notas chronologicas exhibet prorsus diversas, videlicet VII Kal. Julii, Dagoberti regis anno 5 (Christ. 715); qua fretus auctoritate non liquet.

<sup>b</sup> Vulgata in supplemento ad Opera diplomatica Miræi, t. II, pag. 4126, Pipinus, cujus nomen hæc charta præfert, ipse est quem Heristallium vocant. Is medio mense Junio ann. 687 in supremum principem et ducem ab Austrasiis electus fuit, juxta Longueværum, Annal. Franc. in Coll. script. rer. Franc. t. III, pag. 693. Ergo quintam agebat regni sui annum, mense Novembri ann. 691, quo Theodoricum III Textriensi prælo vicit; et tunc currebat indictio IV. Hæc omnia apprime conveniunt cum notis chronologicis chartæ subjectis: sed aliunde manifesta sunt falsi indicia. 1<sup>o</sup> Ibi confirmatur diploma Dagoberti regis quod spuris chartis annumeravimus, et

totum attribuo videlicet ecclesiam de Alna cum omnibus appendiciis et possessionibus suis. Similiter monasterium Wallare, cum universis appendiciis et possessionibus suis, sicut eas piissimus rex Dagobertus, ad preces bonæ memoriæ Auberti, Cameracensis episcopi, supradicto Landelino sub certis terminis expressas et monasterio Wallari, pro sua fundatione deputatas donavit, ut sint ipsius ecclesiæ Laubacensis vera et firma possessio, sine advocatia vel oppressione alicujus comitis vel centenarii aut vicodomini; nec aliquis supra territorium ecclesiarum prædictarum, domum erigere et fabricare præter voluntatem aut licentiam earumdem præsumat, aut violentiam aliquam inferat. Universa loca prædicta, tam in nostro, quam in supradicti regis Dagoberti volumine fideliter expressa et conclusa, sub mea protectione suscipio, et ab omni principatus angaria et potestate penitus absolve; nulliusque infractionis aut invasionis molestiam, sive præjudicium occupationis sustinere decerno. Si quis autem contra hoc venire et nostrum edictum violare præsumperit, omni libertate et honore nudatus, capitali poena pœniatur. Ut autem hæc mea donatio per succedentia tempora maneat intemerata, eam manu mea confirmavi, et sigilli mei appositione insigniri jussi. Signum domini Pipini Senioris. S. Hydulphi, ducis Lotharingæ. S. Philippici, ducis Metensis. Ego Asdolgus cancellarius, ad vicem Ruothperti archiepiscopi, recognovi et subscripsi. Data Lephstina, decimo septimo Kalendas Decembris, anno Domini Incarnationis sexcentesimo nonagesimo primo, indictione quarta, principatus nostri anno quinto, contrito Theodorico rege superbo, feliciter, concessionis hujus eodem anno.

## XXXII.

*Charta qua Pipinus senior dona confert ecclesiæ sancti Petri Cameracensis* <sup>c</sup> (ann. 691).

In nomine S. et Ind. Trin. Amen. Universalis mater et virgo singularis Christique sponsa Ecclesia

id aliquam movet suspicionem de sinceritate confirmationis; 2<sup>o</sup> Instrumentum hoc nusquam laudatum reperimus, nisi in supplemento ad Opera Miræi; 3<sup>o</sup> Asdolgus cancellarius et Ruothpertus archiepiscopus prorsus incogniti. Præterea initialis formula Merovingicis temporibus insolita; annus ab Incarnatione Domini repelitus; stylus alienus a stylo aliarum chartarum Pipini Heristallii, qui nec titulum principis assumpsit, nec senioris, quem ei neoterici indiderunt: hæc omnia falsum produunt. Hydolphum quidem inter proceres habemus in Vita Ursuarii, sed nunquam sub ducis appellatione. Quod denique nullam excusationem suscipit, hic ipse Hydolphus subscripsit titulo ducis Lotharingæ, cum ipsium Lotharingæ nomen a Lothario, nepote Ludovici Pii, sub Carlovingica stirpe, originem duxerit. Hæc sane satis superque notanda.

<sup>c</sup> Recudimus qualem edidit Carpentarius, Hist. Camerac. t. II, prob. pag. 4, ex archivis Ecclesiæ Cameracensis: mutilam quidem, sed quam ex archivis ipsis integram depromere operæ pretium non duximus, cum in fragmento quod exhibemus falsi notanda undequaque perduant. Eadem omnino sunt que a charta alia sub nomine ejusdem Pipini Heristallii apprehendimus, et supra exhibuimus. Utraque chartæ

cathol. etc. Ego quidem Pipinus Senior, eo favore et animo ductus, maxime quia de rege superbo Theoderico, per gratiam Omnipotentis, cum victoria sum liberatus, eccles. S. Petri Kambrac. concedo in perpetuam eleemosinam, terram meam inter Elimonteni et Salicurtem, in pago Atrebatensi, etc. Item ecclesie fratrum oratorii Kambr. do villaria duo, villas Maniliacum, Kuneias et Demicortem, etc. S. D. Pipini Senioris. S. Hidulphi, ducis Lotharing. S. Philippici, ducis Metensis. Ego Asdolgus cancellarius recognovi. Data Kambraci an. I. V. sexcent. nonages. primo, ind. n, principatus nostri an. quinto.

## XXXIII.

*Charta qua Bertoendus, Catalaunensis episcopus, privilegia largitur monasterio Dervensi et vicino puellarum monasterio* <sup>a</sup> (ann. 652).

Domini sanctis et summi culminis apice [Dach., apostolicæ] pontificalis cathedre specula presidentibus in Christo fratribus seu coepiscopis Ingoberto [Dach., Rigoberto] metropolitano, Basino, Stephano, Adalberto, Aloni, Madalgario, episcopati cathedra presidentibus, Bertoendus <sup>b</sup>, licet indignus, in ordine tamen Cathalaunensium episcopus, suplex in Domino mitto salutem. Quamquam prisce regule decreta nos doceant, et que oportet perhenniter custodire, et patrum consuevit iudici inerte servare, attamen et nos super hec regulariter decernentes, vota supplicum, et maxime orthodoxa fide fulgentium, ut illi provisione tractantes eorum petitionibus, libentissimo animo volumus affectum mancipare. Quoniam igitur gloriosus domnus Clodoveus rex, et vir illustris Pipinus, major-domus, pie [Dach., pro] religiosa sollicitudine perspicue nobis postulasse noscuntur ut privilegium monasterio Putiolos, in vasta Dervi, in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Johannis Baptiste et sancti Johannis evangeliste, seu et omnium sanctorum, a viro religiosissimo sancto Berchario <sup>c</sup> ubi et ipse abbas preesse videtur, ex munificentia quondam Childerici regis constructo, seu et alio monasterio Puellarum <sup>d</sup>, super fluvium Vigore etiam in Drea [Dach., Dria], in Dervo, in finem [Dach., sine] Flaciniacine, quod Vuatmerus [Dach., Waimerus] et conjux sua Vualtildis [Dach., Waltidis hic et infra] et domnus Bercharius abbas pariter construxerunt, in quo loco Deo [h. v. deest. ap. Dach.] sacra Vualtildis mater esse videtur multarum virginum

presenti tempore, et se cum eis multimode aggregationis agminibus, pie devotionis paribus studiis sociaverunt in Dei laudibus, uno regule spiritu superna inspiratione commota, ad laudes omnipotentis Deo concinnandas [Dach., concinnandas], pium exhibet famulatum, conferre debemus. Quod salubriter annuentes, hoc privilegium, quod plena devotione petierunt, perhenni auctoritate servandum libenti animo prestitisse comperite. Nec enim nova postulantium vel indulgentium est auctoritas privilegium largiendi, dum profecto cuncti [Dach., cunctis] retro apostolice sedis presules, unde sacra propagatur auctoritas, non solum in vicinis provinciis constituti, sed etiam in ceteris longe regionibus procul sitis, postulata semper indulgenda sanxerunt. Unde obsecro domnos successores ecclesie prenotate pontifices, satis superque per omnipotentiam Trinitatis immense Patris et Filii et Spiritus Sancti obtestare, immo conjectare presumo. Ut commendam [Dach., commendatum] prenominationum monasterium piis mentibus jubeant diligere, jubeant fovere, jubeant continere, jubeant conservare, et ne succidia fraternitas sacerdotum hoc nos in his regionibus proprie deliberationis instinctu, aut nova inventionem, estimet decreta fuisse, cum sub hujus constitutionis norma, sanctorum Agaunensium locus, immoque et monasterium Lirinense, seu et monasterium Luxoviense, multaque alia monasteria, nec non et basilica domni Marcelli, et innumera in Orientis partibus monasteria, propriis ex decreto pontificum servantur privilegiis. Ergo uno conspirationis consensu, Dei nutu, antedictorum patrum religionem peruenientes, ira ab omnibus decretum est, ut nullam dominationem nos successorumque nostri in suprascripta monasteria virorum seu puellarum virginum, ubi sunt congregati, quod pro salute animarum suarum predictus vir Bercharius et Vuaimerus, seu et conjux sua Vualtildis, una pariter construxisse noscuntur, habeamus, quatinus eis liberius liceat, Deo juvante, sine impedimento rei alicujus, contemplativam vivere vitam; et cum mater monasterii fuerit de seculo evocatus, quem unanimiter omnis congregatio ipsorum servorum Dei undecumque sibi optime regulam competentem elegerint, seniores sibi abbatemque constituent; seu et cum mater virginum de seculo fuerit evocata, quam unanimiter omnis congregatio ipsarum ancillarum Christi undecumque sibi optime regulam

adeo similis est ut nemo non ex eadem officina prodixisse judicaverit. Utrique affixa est nota anni 691, cum hac sola discrepantia, quod prior indictione IV, posterior indictione II minus feliciter, data dicatur. Falsum produnt formulae, stylus, nota chronologicae subscribentium nomina, et praesertim Hidulphi ducis Lotharingae. De his omnibus fuse diximus in notis ad chartam alteram supra memoratam.

<sup>a</sup> Editum a Dacherio, Spicil. t. X, pag. 627, juxta apographum ex chartulario Dervensi depromptum; nos ex ipso chartulario descripsimus, et recudimus adcrepantias lectionis Dacherianae inter uncas.

<sup>b</sup> A voce episcopali ad Bertoendus desunt apud Dacherium.

<sup>c</sup> Videsis quae de Berchario diximus in notis ad chartam Reolt. Diploma Childerici II, pro monasterio Dervensi exhibuimus.

<sup>d</sup> De hoc puellarum monasterio sic commentantur auctores Novae Galliae Christianae, tom. IX, col. 907: «Præter virorum monasterium, aliud etiam puellare, haud procul a Dervo, itidem ad Vigeram eiecit Bercharius, sub patrocinio B. Mariae, fundum suppeditante nobi iac locuplete matrona Waltilde nomine... Excipit enim est a 3 annis circiter septingentis, sed locus ubi exstitit hodie puellaris monasterii nomen retinet, una tanquam leuca dissitus a caenobio Dervensi.

comperitam elegerint sibi seniore matrem, una A cum consilio monachorum Dervensium fratrum, abbatissam instituant; et, si eis opportunum fuerit abbatem benedicendi, aut crisma consecrandi, vel sacros ordines percipiendi, hoc tantummodo nobis propter canonicam institutionem et prejudicium ecclesie nostre, absque ullo motu, reservamus. Ceterum vero, ut superius continetur, nullam potestatem aut dominationem neque nos vel archidiaconus successoresque nostri, vel quelibet persona habere non debeat, aut quamcumque de eodem monasterio vel cellulis ejus, sed [h. v. deest ap. Dach.] et parrochiis aut ceteris monasteriis, causam audeat presumere vel auferre; et, si aliquid ipsa congregatio de earum religione tepide egerint, secundum regulam sancti Benedicti vel domni Columbani, ab earum B abbate vel abbatissa qui pro tempore spiritualis pater vel mater extiterint, corrigantur. Nam nullum pontificum neque a nobis neque a successoribus nostris, in eodem monasterio, pro causa cupiditatis, aut, quod absit, avaritie, habeatur; sed proprio in Dei nomine fruantur privilegio. De rebus namque prefatis constructoribus ejusdem sancti monasterii, pro sustentatione predictorum sanctorum monachorum seu [h. v. deest ap. Dach.] puellarum virginum, victum quoque ac vestitum conlatum, seu a ceteris Deum timentibus personis in antea conlaturis, vel a regia potestate fuerit concessum, nichil ex hoc, neque pontificum nec quarumlibet personarum, distrahendi minuendive causa, potestas omnimodo non habeatur, nisi in matribus vel patribus ejusdem monasterii, suisque propositis [Dach., prepositis] gubernandi, regendi dispensandique, arbitrio seu dispensatione consistat. Deo [Dach. Ideo] quoque prestitum privilegium, quia nichil de canonica auctoritate convellitur, quidquid domesticis sibi, et maxime contemplativam vitam ducentibus, pro quiete tranquillitatis tribuitur. Quod si quis calliditate aut cupiditate preventus, ausus fuerit ea que sunt superius comprehensa temerario spiritu violare, a divina ultione

<sup>a</sup> Si Theodoricus III ante elapsam annum 690 obiit, mensis Februarius anni 2 regni Chlodovei III, anno Christi 692 tribuendus est; si vero ad verum anni 691 vita Theodorici protenditur, mensis Februarius anni 2 regni Chlodovei III concordat cum anno Christi 695.

<sup>b</sup> Non alibi obvia est nisi in Actis episcoporum Cenomanensium a Mabillonio vulgatis, Analect. pag. 278. Ada, quæ parthenoni S. Mariæ præesse dicitur, eadem videtur Mabillonio, Annal. t. I, pag. 560, quæ alias Alrechildis, et quæ fuit educta e Sussionensi S. Mariæ monasterio, ut Cenomanense S. Mariæ monasterium regeret. Chartæ hujus sinceritas solo fulta est testimonio actorum quibus ideo inserta fuit ut inde cognosceretur monasterium hoc fuisse in jure matris ecclesie Cenomanensis, sicut ipsa acta docent. Plura autem alia iis inserta exstant ad hunc eundem finem instrumenta, quæ falsi damnata sunt; et nos de hoc ipso S. Mariæ monasterio diploma edidimus, quod spurium esse vimus annuerandum. Verum, in charta quam nunc exhibemus, fatemur nulla nobis deprehensa fuisse vitia unde hanc supposititiam pronuntiare liceat: etsi forte ali-

prostratus reatum anathematis subjaçeat, veniatque super eum lepra Naaman Siri, excommunicatusque a sancta efficiatur Ecclesia catholica, et nichilominus hoc privilegium perpetuis temporibus maneat incorruptum. Que constitutio nostra, ut firmis subsistat vigoribus, manus nostre subscriptionibus est roborata; et, ut plenius confirmetur, ceteris fratribus et coepiscopi qui ad preens non fuerunt destinavimus insuper roborandam. Actum Remis, publice. Data quem fecit mense [Dach., mensis] Febr. die xv, anno secundo gloriosi domni nostri Clodovei regis.

## XXXIV.

*Charta qua Aiglibertus, Cenomanensis episcopus, decimas quarundam villarum concedit monasterio sanctæ Mariæ* <sup>b</sup> (ann. 692).

In Dei nomine Aiglibertus, episcopus in Christo sanctæ Ecclesie filius omnibus agentibus vel missis discurrantibus de villis sanctæ Ecclesie de Mediaquinta, Triton, Alnetum, Betas, Longa Aqua, Lucduno, Geneda, medietate de Tredente, et Vitblena, et Tauriniaco. Cognoscatis quod nos concessimus monasterio Sanctæ Mariæ, ubi Deo sacra A abbatissa præesse videtur, omnes decimas de superscriptis villulis, tam de annonis, quam agrario, vinum, fenum, omnium pecudium, seu formatio, vel undecumque decimas redebetur, totum et ad integrum, ad ipso monasterio censemus et jubemus, ut absque ulla dilatione ad missos ipsius dare faciat, et, ut diximus, ipsam decimam omni tempore ipsi monasterio habeat concessum. Et, ut certius credatis, manu nostra subterfirmavimus. Datum dies novem quod fecit mensis Julius, in anno 11 regni domni Clodovei regis. In Christi nomine Aiglibertus, ac si peccator episcopus, subscripsi.

## XXXV.

*Privilegium ab Agerado, Carnotensi episcopo, concessum cuidam monasterio sanctæ Mariæ dicato, super fluvium Ligerim* <sup>c</sup> (ann. 696).

..... cum consensu filio suo domino Deodato, quondam antecessori nostro, ipsius urbis episcopo, et pluri-

quam suspicionem injiciant decimæ hac ætate monasterii concessæ.

<sup>c</sup> Mutilum valde instrumentum deprompserunt ex autographo Sandionysiano (nunc in Archivo regni, 2. scriin. 3) Mabillonius, de Re dipl. pag. 478, et Felibianus, Hist. abb. S. Dion. prob. pag. 16. Ad exemplum Mabillonii illud reudimus (nova recognitione ab A. Teulet instituta). Quæ uncis in textu inclusa sunt videntur a Mabillonio addita, ad lacunas aliquas explendas. Ageradus se auctorem privilegii in subscribendo profitetur, et successorem Deodati, qui fuit Carnotensis episcopus. Quodnam autem fuerit monasterium cui privilegium concessum est, Mabillonius, Annal. t. I, pag. 605 et 606, frustra inquiri. Saltem conjici potest illud fuisse S. Dionysii monasterio subjectum; cum enim huic privilegio subscribant episcopi plurimi, abbas unicus subscribit Chaino, qui S. Dionysii monasterio tunc præerat. Chrotcharius autem diaconus inde videtur coloniam monachorum deduxisse in monasterium quod privilegio ab Agerado ornatur, ut conjicit Mabill. de Re diplom. pag. 479. Specimen chartæ æri incidendum curavit M. b. ibid, pag. 382.

horum pontificum vel sacerdotum, affante Sancto Spiritu, sacro monasterio in rem proprietatis suae in loco nuncupante..... infra ipso muro super fluvium Legieris, in honore sanctae Mariae semper virginis vel ceterorum sanctorum suo opere aedificavit, et de rebus suis ditavit, et ipsum venerabili viro Chrotchario diacono per suam [epistolam]..... firmavit, ut ibidem monachus qui sub sacro ordine vita theoricæ sub ordine caenubiale degentis conversare dicerent, ibidem intronitare dicerent, et ipsi ipso monasterio in onus abb. . . . vit cui ipsum se vivent in sub se aut post suum discessum instituerit. Et, dum nos ipsum devotissimum in hoc opus Domino famulare perspeximus, ideo voluntate plenissima hoc sacrosanctum privilegium, una cum consensum fratrum nostrorum et consilium seniorum, indulsimus taliter ut liciat sanctae congregationi servorum Dei in ipso monasterio constitutum, quieto ordine, sine oppressione cujuslibet pontificum, vel Carnoteno urbis episcopo, seu et clericorum, sine insolentia juvenum saecularium, quieti vivere; ut nullus convivium, nec mansionis, nec paratas, nec munera expedenda non pertimescant. [Et si] ab ipso abbate pontifex Carnotensis pro eorum utilitate invitatus fuerit, sine ulla ambitionis causa vel fraude accidit ad ecclesias consecrandas, et abbas benedicendus, vel alia in se presbiteros [aut] diaconus vel reliquos gradus ordenandus, sine obtento pravae cupiditatis tradat benedictionis. Et sicut habet humana fragilitas, se ipsi abbas Chrotcharius, aut cui ipsi ibidem intronissimus t. . . . abbatem instituerit, ab ac lucem migraverit, ipsa sancta congregatio servorum Dei in suo scripto cenubio instituta, de semetipso ad gubernationem monasterii, et animas regendas, liceat eis [talem] gubernatorem eligere, qui honestis moribus sit, non generositate nobilium, sed in Dei amore persequens atque sagacius inbutum, et sub sanctam regulam oboedienciae patrem instituire [concedentes] decrivimus, eisque concessimus ut nullo modo hoc sacrum privilegium a successoribus nostris sit inruptum, sed per omnia et in omnibus conservetur. Et, si scandala, quod [absit et minime] credimus Deo adjuvante quod fiat, in suprascripto monasterio surrexerit, et ipsi abbas cum sua congregatione hoc emendare non potuerit, patris spiritalis, qui sub sacro ordine vivere [videtur] in Carnotena parochia, aut unquam elegerint, ad hoc scandalum mitigandum invitent. Quod si nec ipsi [quod minime credimus] hoc emendare poterint, tunc ad acis concordiae sine ullo cupiditatis crimine pontifex Carnotensis ad ipso abbate vel sua congregatione invitandus sit, ut paterno more discordantis,

A salvo eorum privilegio, ad pacem revocet. Illud eis pre. . . auctoritas nostra pontificalis concessit, ut nullus de successoribus nostris, nec archidiaconus, nec vicem domini, nec missi clerici vel laici discurrentis in ipsius monasterii. . . . erens, ex conlacione praedictae Adrebertane, tenere vel dominare videntur, aut se adhuc inantea ad Deo timentibus conlatum fuerit, nec ad causas audiendum, nec exigendum, nec mansionis, aut pastus aut paratas, vel quemlibet reddebucionem requirendum, nec hominis ipsius distringendum, nec de rebus eorum quicquam minuendum, [penitus] non praesumat habere ingressum, sed sub regimine ipsius abbati aut successoribus ejus, omnia in Dei nomine consistant. Et taliter per hoc privilegium sanximus, ut perhenniter temporibus praesentibus ac futuris in Dei nomine conservetur. Et, sicut taliter solet, stimulante a lversario per aliqua temeriditate aut cupiditate de successoribus nostris, [sicut] nunc solet malicia praepedire bonis, hoc privilegio, quae nos pro divino respectu ut pro participanda communi successorum fratrum mercedem absorde per prava consilia inlaxerit, et ad molem impietatis indulgentia nostra omissa religione violari aut depravari vel conrumpire admissus fuerit, non solum hic in conhibenda [da] [secundum] statuta canonum sententia, de objecto emmanitatis crimine feriat, sed etiam in futurum ante tribunal aeternae iudicis seu angelorum vel sanctorum [omnium], ultione divinae in praecipitium condemnatur accolei. Et, dum extremitas nostra saepe nomenato monasterio sub Xpo cultui admodum in sancta vita conversare, [con]gruione veritatis regulariter in Dei laudis meditates, summo desiderio desiderare inspeximus, ita deinceps sollicitius atque curiosius dum a nobis omnia [subsilia] feruntur, Xpi clemencia inploramus ut semper magis ac magis in Dei amore proficentis, accensis lampadebus aeterna vita perfruantur, qualiter pro labore quae in certaminis contemplatione desudant, apud omnipotentem Dominum mercedis commodum ferant; et nos de multiplicata segite praemia sempiterna populorum congeries fructificata gremiis, abrutis palliarum sordebus, utricum horrea reconditis metere atque adipisci, mancipari valeamus. Unde dominis metropolitanis arcium sedes divinitatis suffragia poscimus, ut adhibenda mercedem hoc sanctum privilegium societate beatitudinis vestre adsentire atque [confirma]re una nobiscum almetas vestra dignetur. Annum secundo regnum domini nostri Childeberti gloriosissimi regis. Captonaco, publicae. [Datum quod] fecit mensis Marcii dies sex.

In Dei nomine Ageradus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium a me factum reliqui et subscripsi. . .

<sup>a</sup> Priores editores, *conservitus consistat*. Sed male oculati, nam prima ma u vox *conservitus*, reflecta extrema littera, in *ocem conservitur* mutata est, et vox sequens *consistat*, subjectis punctis, irrita facta.

<sup>b</sup> Sic in autographo; non autem *consolacione*, quod in edit. Brequigniana et aliis reperias.

<sup>c</sup> Adrebertana videtur mater Deodati episcopi,

quae, assentiente filio suo, monasterium condidit de quo agitur.

<sup>d</sup> Regnum auspiciatus est Childebertus III circa mensem Martium 695; qua die hujus mensis non liquet. Ergo incertum est utrum hoc privilegium anno 696 an 697 tribuentum sit. Quae fuerint plerorumque episcoporum subscribentium sedes declarant Mabillonius et Felbrianus, quos videsis.

ericus episcopus hoc privilegium consensi et subscripsi. [In Xpi] nomine Grifhu, et si peccator episcopus, hunc privilegium consensi et subscripsi. Ansebercthus, servus Jeshu-Xpi, hoc privilegium rogatus subscripsi. In Dei nomine Ebarcis, et si peccatur episcopus, hoc privilegium. . . . In Xpi nomine Aygliberctus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium consensiens subscripsi. In Xpi nomine Heracharius episcopus hoc privilegium consensiens subscripsi. Tretecor, per misericordia Dei episcopus, hoc privilegium subscripsi. In Dei nomine Ansoaldus, et si peccator, hoc privilegium subscripsi. In Dei nomine Altur, gracia Dei episcopus, hoc privilegium rogatus subscripsi. In Xpi nomine Ermeno, peccator episcopus, subscripsi. Soabericus, peccator episcopus, hoc privilegio consensiens subscripsi. Turnochaldus, ac si peccator episcopus, hoc privilegio subscripsi. Constantinus, peccator episcopus, hoc privilegio subscripsi.

Chaino gracia Dei abba, hoc privilegium rogatus subscripsi.

## XXXVI.

*Charta qua Ansebertus dona confert ecclesie Augustodunensi sancti Nazarii, basilicæ sancti Symphoriani, orato io sancti Leodegarii, sorori suæ Segolinæ, et germano no Autario* \* (ann. 696).

Actoribus ecclesie sancti Nazarii martyris Augustidunensis et sancti Symphoriani martyris, ubi ipse pretiosus in corpore requiescit, Ansebertus peccator, episcopus. Divina nos ammonet lectio, ut quod Christi misericordia in rebus terrenis confert, abundantia de sua largitate, unde in hoc sæculo utimur de ejus pietate in suis pauperibus pro ablucenda mole peccaminum offeramus. Ergo dono ad suprascriptam ecclesiam sancti Nazarii martyris, ubi ego, ac si indignus, cura pastoralis deservi, de alodo parentum meorum villam cui vocabulum est Hauxiaco, in pago Belnense, cum soliditate et appenditiis, domibus, villarebus, campis, pratis, silvis, vineis, pascuis, aquis, servis, libertis ac colonis accensisque omnibus, et quidquid in ipso pago præsentis tempore possidere valimus, aut quod inante ibidem in Dei nomine acquirere, vel quidquid dici aut nominari potest, cum integra soliditate suprascripta ecclesia sancti Nazarii ut habeat volo. Et pro portione illa quam germanus meus Autarius apud nos ibidem habet, portionem nostram in villa Binago ut habeat volo. Et fortasse (quod non credimus) si ei fuerit contrarietas, in suprascripta villa in Hauxiaco et Binago, quicquid pro portione mea nobis de alodo

\* Ediderunt Mabillonius, *Annal.* t. I, append. pag. 702, ex chartario communicato a Bouhiero, Burgundie senatus præside; et auctores Novæ Galliæ Christianæ, t. IV, inst. col. 43, qui non monuerunt unde chartam eruerint, ac proinde paucas et leves quas exhibent discrepantias adducere negleximus. Mabillonii lectionem sequimur. Hoc instrumentum, etsi sub testamentorum formulis non sit conceptum, testamenti tamen vice habendum videtur, et hunc ei titulum editores præfixerunt. Pluries memoratur in chartis supra e litis Ansebertus, Augustodunensis episcopus, qui alias Ansebercthus, imò et Autbertus

A parentum meorum, tam de paterno quam de materno quod debitum est, ecclesia sancti Nazarii ut habeat volo atque decerno. Villa vero Pagetis, quam ex parte acquisivimus, ecclesia sancti Nazarii ut habeat volo. Villa vero Solempriaco, quam Wilbertus per suum instrumentum nobis dedit, et Leodebertus in usuario tenet, ecclesia sancti Nazarii ut habeat volo atque decerno. Basilica sancti Symphoriani martyris, quæ mihi ab adolescentia mea in omnibus unde substantia mea protexit, unde credimus ut et futura ejus intercessio apud æternam pietatem pro remissione peccatorum meorum intercessor assistat, villa vero Tres-valles in pago Maginontense una cum appendiciis suis, domibus, villaribus, campis, pratis, vineis, silvis, accensisque omnibus quod Wilbertus B per sua instrumenta in nostro nomine delegavit, ecclesia sancti Symphoriani ad suos clericos pascendos in elemosina nostra ut habeat volo. Similiter ad oratorium sancti Leodegarii, qui subtus Sanctum Symphorianum constructus esse videtur, ubi (si Deo placuerit) corpusculus insuper requiesciturus erit, colonicas in pago Maginontense, in Taviniaco, quas Wilbertus per suum instrumentum nobis dedit, et colonias illas Bertaldus in Eulnicio per suum instrumentum dedit, ad oratorium sancti Leodegarii ut habeat volo. Villa vero Corvillo in pago Autisiodorensis, quam nos cumque suis acquiritimus, ipsum oratorium domni Leodegarii ut habeat volo atque decerno. Similiter in pago Augustidunense colonicas quas Beroaldus per venditionem nobis dedit, ipsum oratorium domni Leodegarii ut habeat volo. Villa vero Buxido, quidquid ibidem germanus meus in usuario tenet, ipsum oratorium domni Leodegarii ut habeat volo. Villa vero Muido, quæ est prope montem Wavinarum, in pago Vertudensi, cum omnibus quidquid ibi adspiciunt oratorium domni Leodegarii ut habeat volo; sic tamen ut inde lumen et sacrificium ipso oratorio stabiliat, et omnia sub potestate fratrum ipsius ecclesie sancti Symphoriani in omnibus esse debeant. Et quatuor matricularios qui ad ipsum oratorium domni Leodegarii deserviunt ibidem institimus ut totum victum atque vestitum de suprascriptis rebus habeant habere, qualiter et filii matricularii, qui ad basilicam sancti Symphoriani de-ervire videntur, portionem victus et vestitum accipiant. Et pro eo quidquid in ista epistola delegavimus, in uario germanæ nostræ Sicolinæ concessimus, illos matricularios, et illud lumen ad oratorium domni Leodegarii, et in hoc usu teneat, et

dicitur, et Amalbertus, juxta Novam Galliam Christianam, t. IV, col. 356. Segolina, Anseberti soror, sanctimonialis erat in monasterio Augustodunensi S. Mariæ, hodie S. Joannis. Monet Mabillonius, *Annal.* t. I, pag. 636, constare ex hoc instrumento sanctimonialis hoc tempore parentum suorum adiisse hereditates, et ipsas in pio usus impendisse, quod ex collectiæ nostræ plurimis exemplis constat. Notat idem clericos S. Symphoriani, etsi tunc fuerint instituti monastici, nunquam tamen in hac charta monachos appellari.



debeat procurare : et post ejus discessum, tam pontifex supradictus et ecclesia sancti Nazarii, quam clerici dictæ ecclesiæ sancti Symphoriani, quantum in ipso strumento institutum, in Dei nomine debeant procurare. Reliqua vero facultate; quicquid nos tempore nostro acquisivimus, quod in ista epistola incommemoratum nobis remansit in quibuscumque locis ad crescere cupimus, ecclesia sancti Symphoriani ut habeat volo. De alodo parentum meorum, quicquid portio nostra in quibuscumque locis vel territoriis, quod portio nostra tam de paterno quam de materno nobis debitum est sub omni suppellectile quicquid dici aut nominari potest, dulcissima germana mea Sigolina, si nobis superstes fuerit, in omnibus recipiat, et ubicumque pro fidelibus Christi atque ad Ecclesiam Dei delegare voluerit, in omnibus habeat potestatem. De mancipiis vero, quæ dato pretio comparavimus aut adquisivimus, in omnibus volo ut ingenui esse debeant et ut pro ingenuis suprascripta germana mea, dum modo advivit, in suum debeant adesse obsequium. Post ejus discessum, Christianorum defensorem seu regem, si eligere voluerint, ut habeant in eorum sit potestate. De suprascripta facultate quam ad supradictas ecclesias sancti Nazarii vel sancti Symphoriani delegavimus, dum ipsa germana mea Sigolina sæculum contempsit, et dum cognovimus jugiter se Christo obtulit et sanctæ Mariæ in ancillam se tradidit, sub usu et beneficio hoc debeat tenere, et; post ejus discessum, ad suprascriptas ecclesias per istam epistolam integra soliditate delegavimus, cum re meliorata ad ipsas ecclesias debeat pervenire. Si quis, quod non futurum esse credimus, si ea quæ superius sunt conscripta, quod nos plenissima voluntate descrivimus de heredibus nostris aut quislibet opposita persona refragare voluerit, non hoc valeat vindicare quod repetit, et Judæ traditoris similis efficiatur, et insuper inferat actoribus ecclesiæ, aut cui hoc per istam epistolam delegavimus, una cum fisco, auri lib. vi, et in argento pondus lx, et hæc epistola quam nostra simplicitas plenissima voluntate decrevit, perpetuam obtineat firmitatem.

Isti Christi nomine Ansebertus, peccator episcopus, hanc epistolam a me factam relegi et subsc. — Adonens episcopus rogatus subsc. — Agnerius episcopus rogatus subsc. — Aglius episcopus rogatus subsc. — Winebertus, jubente domno Anseberto episcopo, hanc epistolam scripsit et subscipsi.

Notavi quod fecit mensis Augusti die v, anno secundo regnante domino Childeberto rege.

\* Editam a Dacherio, Spicil. t. XII, pag. 104, ex apographo quod Louvetus exscripserat, nec docet unde datum fuerit. Recuderunt Collecto es scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 678, omisso testamento Rufinæ, quod Ephibius frater ejus suo testamento inermis. Hujus instrumenti meminit Mahillonius, Annal. t. I, pag. 386. Cujus monasterii abbas fuerit Ephibius suspicari difficile foret. Testamenti autem sinceritas hoc potissimum argumento videtur everti posse. Caoldus ibi dicitur Viennensis

## XXXVII.

*Testamentum Ephibii abbatis, de donis collatis ecclesiæ Viennensi (insertum est testamentum Rufinæ, sororis ejus) \* (ann. 696).*

In Christi nomine, ego Ephibius, pro amore Dei ac beatorum apostolorum ac inartyris domini Desiderii episcopi, facio testamentum de rebus meis. et hereditate mea, quæ ex parentibus meis Leobio et Teodigna legitima auctoritate ad me pervenit, et ex sorore mea Rufina, quæ sine liberis defuncta, hereditatem suam mihi vivo ordine dereliquit. Hæc sunt autem quæ per hoc testamentum Deo et sanctis ejus in ecclesia Viennensi servitura per domnum nostrum Caoldum episcopum trado: villam integram Geneciicum, eum omnibus ad eam pertinentibus, absque ullius propinquorum meorum parte, cum utriusque sexus servis, terris, silvis, aquis, portus et districtus, et quicquid ad prædictam villam pertinet, absque ullius alicujus propinquorum meorum consortio. Similiter et partem tertiam, quæ ex sorore mea supradicta jure ordinis mihi obvenit, de Parthenis villa, cum servis utriusque sexus, terris, silvis, aquis et ceteris quæ ad censum vel servitium tertiæ ipsius partis pertinent, ut nullo umquam tempore a potestate Ecclesiæ alienetur. Tradimus etiam alia in circuitum quæ a domno nostro glorioso Childeberto pro servitio nostro adquisivimus, in Engolismo villas tres, de quibus jam testamentum confecimus. Testamentum sororis nostræ, judicante senatu in Vienna civitate residente, huic testamento nostro inseruimus.

Domno meo et delicioso fratri Euphibio abbati, Rufina soror quæ sine filiis orbata resideo, et tu res tuas Deo et sanctis ejus apud Viennam tradis, nihil aliud mihi melius visum est de dono patris et matris nostræ, tertia scilicet parte Parthenis, quæ adjacet Geneciaco villæ, ut sicut alia et ista tua potestate redacta, adjuncta hereditati tuæ, sancto loco consociares, ut habeam partem in voto et dono tuo, cum sanctis Dei quorum amore hæc facis. Ego soror tua Rufina testamentum hoc meum subscribo, quæ sine alia sorore mea et aliis propinquis, usque nunc legaliter in integrum possedi, et sacro senatu ut firmum maneat roborare manibus rogavi cuncta hæc quæ superius comprehensa sunt. Super quibus etiam edictum regium fieri potivi, omnia sub integre præside reverendo patre meo Caoldo sanctæ Dei et Viennensi Ecclesiæ, ut deinceps illi maneat ab hac die, trado et habendum transfundo servos utriusque sexus mille cccc, sed et liberos qui obsequium ibi faciunt D. Quicumque contra hoc testamentum ve-

episcopus, quo nomine critici, inprimis Mahill. ubi supra, volunt vel Caoldum, vel Edaldum intelligi uterque fuit quidem Viennensis episcopus, sed Caoldus extremis Dagoberti I temporibus, circa ann. 687; Edaldus vero regnante Thendrico III. obiit: neuter igitur vixit sub Childeberto III. Ergo testamentum Ephibii exhibet manifestum falsi iudicium, cum anno 2 regni Childeberti III datum dicitur temporibus Caoldi, Viennensis episcopi, sive hoc nomen Caoldus, sive Edaldus intelligatur.

nerit ut votum meum disturbetur, ne servis Dei alimenta, servitia et necessaria non præstentur, s. natorio iudicio \* ad libras cccc auri in publico reddere compellatur, præter multa villæ quæ compensata Ecclesiæ Viennensi et servis Dei reddatur. ☉

Hoc testamentum ex Geneiaci villa, et de tertia portione alia sororis meæ, ego Ephibius abba manu propria roboravi, et senatoribus universis, ut hoc ipsum roborarent, jure petivi et rogavi. — Senator Eulogius parens. — Rufina soror. — Deophibus senator. — Continucus senator. — Pelagius senator. — Leubinus senator. — Caracteus senator. — Arginus senator. — Silvanus senator. — Gregorius senator. — Artemius senator. — Eulogius senator. — Deophilus senator. — Siagrins senator. — Rufus senator. — Ergerius senator. — Spectabilis senator. Macrinus senator. Sic et ceteri. — Simplicius quæstor, senator. — Notarius libellarius publicus <sup>b</sup> dictavi, subscripsi, anno n. gloriosi Childeberti regis.

XXXVIII.

*Charta qua Gammo, et uxor ejus Ad Igudis, monasterio Lemausi a se confito, collata dona declarant, et in conventu nobilium confirmanda curant c (ann. 697).*

In nomine sanctæ Trinitatis. Prosperum quidem et salubre consilium, immoque satis jocundum esse dinoscitur, ut de caduca quispiam sæculi facultate Deo conferat, quo peccato redimere sua valeat et abluere. Et quod prudentius consilium, quam ut hono de n. andanis rebus comparet paradysum, et de terrena substantia transferat aliquid in cælestia? Igitur ego Gammo et conjux mea Adalgudis, cogitantes qualiter sa. cinulam peccatorum nostrorum possimus abstergere, et ad æterna gaudia pervenire, monasterium in loco proprietatis nostræ, nuncupante Lemauso <sup>d</sup>, in honore sancti Johannis et sanctæ Crucis vel ceterorum sanctorum cæpimus construere, ut ibidem puellas in honore sanctæ Mariæ institueremus, ut sub sancta norma regulæ ibidem conversare deberent. Quod ita et fecimus, et filiam nostram Bertam in ipso loco instituimus, ut diebus vitæ suæ, tam ipsa quam et quæ cum ipsa in ipso monasterio conversare videntur, sub ordine monastico vel regula sancti Benedicti vivere et con-

\* Hæc verba maximi momenti essent ad probandum civitatum senatibus judiciariam potestatem servatam fuisse sub regibus barbaris, post eversum Romanorum imperium. Sed quid induci potest ex documento evidentissime falso?

<sup>b</sup> Notarii libellarii nomen nusquam occurrit in hujus ætatis instrumentis, nec alias hanc vocem deprehendimus, quam non aliunde deprompserunt Mabillonius, Cangius, et cæteri scriptores de rebus diplomaticis.

<sup>c</sup> Ediderunt Mabillonius, *Annal.* t. I, pag. 704, ex charta S. Germani a Pratis; Bulliardus ex Mabillonio, *Hist. S. Germ. a Pratis*, probat. pag. 4. Ibi dicitur Autharium præesse monasterio S. Germani, quod aliquam suspicionem injicit de hujus chartæ falsitate. Authario enim jam successerat Waldromerus anno tertio regni Childeberti III, ut, ubi supra, testatur Mabillonius ipse, ex instrumento quod penes se habet docet. Charta autem Gammonis notam chronologicam petit ab hoc ipso anno 5. Id qui-

dem versari debeant, et ipsam filiam nostram Bertam ibidem instituimus esse abbatissam, et ipsum locum Lemausum sibi delegavimus. una cum omnibus quæ ibidem aspicere videntur, cum omni integritate vel adjacentiis suis, in quibuscumque pagis vel territoriis, tam ultra Ligerim sitis vel citra Ligerim. Loca vero nuncupantur ita: id est, Nova-Villa, Vintoris, Britinniacus, Quintiacus, Bragogilo, Grimoaldo-Villare, Prulliacus, Rovere, Mauro-Villa, Barbarione-Villa, villa Milies, Galdono-Maso, Ferrarias, item alias Ferrarias, Culmellas-Montis, Alnao, Tricafnis, Felcaripias, Noiolio, Mundone-Villa, Childeno Villa, Potiosus, Hadone-Villa, Flaviago, Alvernis, Posthimiago, Cacerias, Busxerias. Similiter ultra Ligerim Balbiago, Cervatiaco et Valle, ut diximus, tam ultra Ligerim, quam et citra, quicquid nostra possessio præsentii tempore esse videtur, vel inantea Deo auxiliante fuerit. Hæc loca superius comprehensa ad ipsum monasterium nuncupatum Lemausum, ibidem delegavimus atque firmavimus: ea vero ratione, ut, dum nos pariter a vixerimus, tam ego Gammo, quam et conjux mea Adalgudis, sed et filiæ nostræ, Berta et Maria, hoc possidere vel dominare faciamus tam ipsum monasterium Lemausum, quam etiam dictas villas, una cum terris, domibus, ædificiis, accolis, mancipiis, libertis, campis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, fariuariis, peculiis, prædiis, mobilibus et immobilibus, cultis et incultis, omnia et ex omnibus, ad omnia stipendia sanctimonialium, vel ad ipsum monasterium quod nos pro amore Domini nostri Jesu-Christi in honore sancti Johannis et sanctæ Crucis et ceterorum sanctorum construximus, proficiat in augmentum. Sed et omnia quæ de presidio meo in die depositionis meæ inventum penes me aut repertum fuerit, hoc est, aurum, argentum, vestimenta, vel prædia, illa abbatissa quæ tunc temporis in ipso monasterio Lemauso præesse videbitur, contra heredes meos ex omnibus tertiam partem recipere debeat: ea tamen ratione, ut perpetualiter in pauperibus et peregrinis et Deum timentibus in elemosyna pro animæ nostræ remedio dare debeant. Et dum ipse sexus femineus per se minime aliquid valeat exercere, vel pro mercede nostra au-

dem aperte non pugnat; nam hoc eodem anno charta Gammonis fieri, et vita cedere Authario potuit. Sed et alio modo nodum solvimus. Ante mortem Autharii conditum et dotatum fuisse arbitramur monasterium de quo agitur; Authario deinde fati functo, Gammoni et uxori ejus animam fuisse ut dona sua huic monasterio collata, in conventu nobilium habito apud Bituricas (ante regem, more Francorum), confirmari curarent anno 3 Childeberti: et sic charta a suspitione liberatur.

<sup>d</sup> Quis sit locus iste dictus Lemausum, non conveniunt eruditi. Mabillonius censet eundem esse qui nunc Gallie *Limours*, in pago Stampensi; Bulliardus *Limeux*, in diocesi Bituricensi, cujus hodie parochia est ad præsentationem abbatissæ S. Germani Prætenensis, juxta auctores Novæ Gallie Christianæ, t. VII, col. 421. Fallitur Bulliardus: cœnobium enim Lemausum a Gamnone conditum fuisse patet in pago Stampense, ex diplomate Childeberti.

genda vel pro earum necessitatibus gubernandis, eis nullatenus est licitum foris egredi: propterea omnia jam dicta, ipsumque monasterium jam dictum Lemausum, una cum villis vel omnibus adjacentiis suis, ut diximus, in quibuslibet pagis vel territoriis, tam ultra Ligerim quam c'tra, ad monasterium sancti Vincentii et sanctæ Crucis, Parisius civitate, ubi sanctus Germanus in corpore quiescit, ubi Autharius abbas in Dei nomine, una cum norma plurima monachorum præesse videtur, donatum in perpetuo esse volumus, ut ibidem, sicut diximus, deinceps omni tempore permaneant, et per hanc epistolam contradimus; et, ut nullus contradicere audeat, nec temerare ipsas res quæ hic sunt insertæ, aut nos, vel heredes nostri, nec ullus quislibet alicui nec vendere vel donare neque alienare nec per ullum instrumentum cartarum minuere licentiam non habeat faciendi. Et, si contigerit, juxta divinam dispensationem, ut ipsa Berta de hac luce discesserit, cui ipsas monachas vel ipsum monasterium Lemausum delegavimus, vel ipsius rectores sancti Vincentii vel sancti Germani decreverint, in ipso loco abbatissam debeant instituere, et ipsa abbatissa alias monachas in jam dicto loco non audeant mittere, vel intus alium pastorem admittere non audeant, nisi ex monasterio sancti Vincentii sanctique Germani, aut ipsos qui ibidem rectores esse videntur, quod nos in hac donationis epistola præscribere rogavimus, ego Gammo et conjunx mea Adalgudis, vel jam dictæ filiz meæ Berta et Maria quamdiu vixerint, ipsum monasterium Lemausum vel memoratas res tenere vel dominare debeamus. et post nostrum quoque discessum, juxta quod superius diximus, tam ipsum monasterium et jam dictas villas cum adjacentiis, ipse Autharius abbas aut successores sui, qui eo tempore in ipso monasterio sancti Vincentii et sanctæ Crucis sanctique Germani fuerint, possideant perpetually, ut habeant in dominationem. Si quis vero, ut assolet et ut habet humana fragilitas, si nosmetipsi aut aliquis de heredibus vel proheredibus nostris, vel quælibet opposita persona, contra præsentem epistolam donationis istius quam nos pro animæ nostræ salute fieri jussimus, venire aut aliqua calumpnia per quascumque personas infringere præsumpserit, in primis iram Dei incurrat, et cum Juda traditore igni perpetuo dampnetur, et ab omnibus ec-

clesiis et ab omnibus pontificibus vel sacerdotibus excommunicetur, et ante conspectum sancti Vincentii et sancti Germani, quibus res istas delegavimus, in parte reproborum esse valeat, qui de rebus ad ecclesias vel pauperibus delegatas proferre voluerit, et nullatenus merces sua convaleat, nec vitari mereatur habere æternam qui nostram voluerit convellere eleemosinam. Insuper cogatur solvere fisco regis auri libras xxx, argenti pondo LV, et nec sic quod repetit valeat assequi. Et, ut epistola hujus donationis firma permaneat, Bituricas in conventu nobilium, in præsentia regis domini nostri Childeberti r lecta, et Parisius civitate in monasterio sancti Vincentii, die sexto mensis Aprilis super altare sanctæ Crucis posita, anno tertio ejusdem domini nostri Childeberti regis. — Turnoaldus, ac si peccator episcopus, subscripsi. — Guntharius, et ipse indignus diaconus, subscripsi. — Madolodus, indignus abbas, subscripsi. In Christi nomine, Andeboldus abbas, subscripsi. — Durandomarus, gratia Dei abbas, subscripsi. — Desiderandus, in Christi nomine abbas, subscripsi. — Ego Gammo hanc donationis meæ cartam relendo subscripsi. — Adalgudis subscripsi. — Bertinus miles a subscripsi. — Berdandus miles subscripsi.

## XXXIV b's (4). — XL.

*Charta qua Pipinus Senior monasterio Laubiensi nova dona confert b (ann 697).*

In nomine sanctæ individuæ Trinitatis. Amen. Universalis Mater et Virgo singularis Christianique sponsa, Ecclesia catholica, læcunda castitatis prærogativa promeruit, quod devotum suis utilitatibus inclinemus assensum; præsertim serosantæ religionis tranquillitatem et quietem cura v'gilli providentes, quo liberius divinæ contemplationi et orationi pro nostra nos rique regni stabilitate vacando possit ad Deum interesse, quatenus inimicis christianæ fidei eliminatis, tota sui corporis incolumitate, sub nostro sudore regnum vigeat et crescat, et hostilis ubique cervicositas se sentiat subjugatam. Ego siquidem Pipinus Senior, eo favore et desiderio ductus, et uxor mea Bruniheldæ, monasterio religiosissimi viri et eximii prædicat'is pontificis Ursuari, quod est in Laubiis super Sambrum fluvium, donamus in dotem ipsius ecclesie perpetuo possidendam terram et sylvam quæ est inter rivum de Grunghart et rivum

buerit ad fidem exemplaris quod sibi pro archetypo proposuerat. Puderet nos expendendo hujusmodi instrumento diutius immorari.

c Repudiata Plectrude, uxore sua, Pippinus Alpaidem duxit ad, anno vix elapso, Alpaidem dimisit, sequæ Plectrudæ reconciliavit. Nulla conjux ei fuit Bruniheldæ nomine.

(1) CHARTA COMMUTATIONIS FACTÆ INTER ADALBICUM ET VUALDBROMARUM SANGERMANENSEM ABBATEM (697). — Hujus chartæ, die vigesimo quinto Aprilis, anno tertio regni Childeberti III regis datæ, et adhuc ineditæ, autographum in Archivo regni, x, scriis. 3, nunc asservatur. Multis obhinc annis veteris cujusdam regesti Sangermanensis tegmini agglutinatum latuit, ubi nuperime ab A. Teulet compertum est, serius autem quam ut integrum hic, suo ordine, inseri posset.

a An titulus ille *miles* jam tum in usu, an potius vox illa male in veteri codice a chartularii scriptore lecta fuerit dubitat Mabillonius.

b Edi a in supplemento ad opera Miræi, tom. III, pag. 283, ad exemplum chartæ spurie sub ejusdem Pipini nomine, quam supra exhibimus. Præter indicia falsi in hac priori charta a nobis notata, alia in hac posteriori deprehendimus. Primo enim hæc uxorem Pipini Bruniheldam vocat, quam Plectrudem appellare debuisset; 2º iterum adducitur Hydolphus, titulo ducis Lotharingiæ insignitus; 3º Silva Forestella quæ in hac posteriori charta donatur monasterio Laubiensi, jam ante sex annos priori instrumento concessa fuerat; 4º Fabricator posterioris chartæ ita ad verbum chartam priorem expressit, ut ipsas notas chronologicas, scilicet xvii Kal. Decembris, adhi-

de Hergnaut, qui defluunt in Sambrum, quæ sylva Forestella dicta est ab antiquo. Verum quia præveniente gratia, clarissimus vir Dodo memorati viri prædicatione tractus ad orthodoxam fidem, et baptisatus est, et monasterialibus disciplinis et conversioni mancipatus, consilio fidelis nostri Hydulphi, ducis Lotharingæ, provocatus, monasterio Laubiensi, quod est in honorem sancti Petri, principis apostolorum, donavit in eleemosynam perpetuam universum fundum et patrimonium suum monachus effectus; vilelicet villas de Moustiers et de Bavis, cum omni integritate domini, et universis terris, villis, pratis, aquis aquarumque decursibus, banno et justitia, servis et ancillis, sicut juste possedit, possidenda, in manu nostra resignando et dictæ ecclesiæ subsignando, certis terminis concludens, autoritate nostra communita. Hæc autem sunt loca de præinctura illius prædii. Terminus aquæ incipiens in loco qui dicitur Ralhiers, usque de sub Moustiers, ad nemus sancti Monegundis diffiniens. Terminus sylvarum, nemus totum quod dicitur Eumont, usque ad aquam venientem de Walkiers, cum omni territorio et pagnagio, et justitia in omnibus, et ab aqua de Walliers, totum nemus quod dicitur Bruell, et Fangias, usque ad Levoion, usque ad Willemier, et alia sylva juxta Wilhies, a monte qui dicitur Gomont, et Merdosum vadum; usque ad villam de Wilhies, et nemus situm in fluvio de Duchon. Infra quæ loca nostræ immunitatis tuitionem ponimus, et in usus fratrum ibidem Deo deservientium prædicto monasterio concedimus, ut ipsa libere et quiete possideant, sine advocatia vel oppressione alicujus comitis vel centenarii aut vice-domini. Nec aliquis supra territorium ecclesiæ domum erigere præter voluntatem et licentiam præsumat. Universa loca supradicta et quanta possideant, vel postmodum juste et rationabiliter possessuri sunt, sub regia tuitione suscipimus, et decernimus alicujus attentationis molestiam non sustinere. Si quis hujus immunitatis et privilegii nostri

<sup>a</sup> Num Pipinus Senior regis titulum sibi arrogabat? Sed hæc chartam sæculo viii conflictam sapiunt.

<sup>b</sup> Duplicem habemus ejusdem tenoris chartam, utramque in Actis episcoporum Cenomanensium insertam, pag. 276 et 278, quam unam eandemque censemus, ipsissimis verbis conceptam, exceptis subscriptionibus et notis chronologicis, quæ omnino diversa sunt. Hanc autem discrepantiam inde manasse conjicimus, quod cum in aliquo exemplari veteri deficerent subscriptiones et notæ chronologicae, eas suo Marte exscriptor supplevit, quod sæpius accidisse norunt qui vetera eolverunt instrumenta. Prior charta dicitur emissa anno 11 Theodorici regis III (neque enim sub Theodorico IV vixit Aiglibertus); posterior, anno 6 Childeberti III. Mabillonius, qui neutram ignoravit, siquidem utramque edidit in Actis Cenomanensium episcoporum, unam tamen in Annalibus memoravit, t. I, pag. 560, priorem scilicet; de posteriori vero siluit, sane quod eandem esse utramque arbitratur, mutatis tantum subscriptionibus et chronologicis notis, quas sinceriores in priori judicavit. Nos contra, quod pace tantum viri dixerimus, priori temere hæc fuisse additas conjicimus, et genuinas esse quæ posteriori subjectæ sunt. Quorum enim hæc repetita concessio jam ante annos quindecim concessæ immunitatis? An ut confirmaretur? Sed tunc prioris chartæ aliqua in posteriori fuisset injecta mentio. Et quam confirmationem charta posterior, paucis tantummodo abbatum subscriptionibus munita, importasset priori privilegio plusquam triginta episcoporum subscriptionibus vallato? Quin et tot episcoporum coæcervata nomina interpolationis suspicionem non levem afferunt. Adde hos plerosque episcopos, factente Mabillonio, esse ignotos; adde quosdam cognitos quidem, sed tunc temporis non exstitisse: sic Berarius ipsius Aigliberti decessor, Vindiciacus Cameracensis episcopus, Adalbertus Sueasionensis, Bliderannus Viennensis, Protasius Aquensis, Clemens Bellovacensis, Abbo seu Meten-em volueris, seu Virdunensem episcopum. Denique subscriptio ipsius Aigliberti, qui chartam condidit, promiscue intruditur inter testes. Hanc ergo priorem chartam huic nostræ collectioni integre inserendam non duximus; subscriptiones tamen et chronologicas notas, quibus unice a posteriori discrepat, in notis subjiciemus, et inter uncas apponemus lectiones varias paucissimas, etiamsi non magis momenti videantur.

A perversor extiterit, omni libertate et honore nudatus, capitali pœna feriat. Ut autem hæc nostra concessio per succedentia tempora inconvulsa permaneat, manu nostra eam confirmamus, atque sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum Pipini regis <sup>a</sup> invictissimi. — Ego Adaligus cancellarius, ad vicem Ruothperti archicapellani, recognovi et subscripsi.

Data decimo septimo calendis Decembris, Lestinis, anno Dominicæ Incarnationis sexcentesimo nonagesimo septimo.

## XLI.

*Charta qua Aiglibertus, Cenomanensis episcopus, monasterio S. Mariæ juxta Sartum immunitates concedit* <sup>b</sup> (ann. 700).

B In nomine Domini nostri Jesu Christi. Dilectissimæ propinquæ nostræ Adrehildæ abbatissæ, Aiglibertus Cenomannicæ urbis ac si indignus episcopus. Quia pro timore atque divino amore et reverentia sanctæ Dei genitricis Mariæ, una cum clericis fratribus et consacerdotibus, ac sororibus et sanctimonialibus nostris consensum præbentibus, convenit nobis ut in basilica sanctæ Dei genitricis Mariæ, ubi prædictam propinquam nostram Adrehildam abbatissam, nostra benevolentia, et largitione divina, et virginali sive abbatissali benedictione construimus, et cum consensu, ut diximus, ecclesiæ nostræ consacerdotum canonicorum sanctæ Dei genitricis Mariæ et sanctorum martyrum Gervasii et Protasii, ad quorum ecclesiam ipsa cella Sanctæ Mariæ, quæ est constructa intra fluvium Sartæ et murum civitatis reddit, debeant instituta servare; ut dum illius sanctæ Dei genitricis Mariæ sit voluntas, si humiles ac devote ibi consistant sanctimoniales sub regula degentes, quæ et suam prius dirigant conscientiam, et loci illius delectabilem faciant habitationem, in quo et nostra merces communis adrescat, et laus Domini devote percurrat. Concedimus ergo hoc in præsentem inscriptionem, ad sancti-

sio jam ante annos quindecim concessæ immunitatis? An ut confirmaretur? Sed tunc prioris chartæ aliqua in posteriori fuisset injecta mentio. Et quam confirmationem charta posterior, paucis tantummodo abbatum subscriptionibus munita, importasset priori privilegio plusquam triginta episcoporum subscriptionibus vallato? Quin et tot episcoporum coæcervata nomina interpolationis suspicionem non levem afferunt. Adde hos plerosque episcopos, factente Mabillonio, esse ignotos; adde quosdam cognitos quidem, sed tunc temporis non exstitisse: sic Berarius ipsius Aigliberti decessor, Vindiciacus Cameracensis episcopus, Adalbertus Sueasionensis, Bliderannus Viennensis, Protasius Aquensis, Clemens Bellovacensis, Abbo seu Meten-em volueris, seu Virdunensem episcopum. Denique subscriptio ipsius Aigliberti, qui chartam condidit, promiscue intruditur inter testes. Hanc ergo priorem chartam huic nostræ collectioni integre inserendam non duximus; subscriptiones tamen et chronologicas notas, quibus unice a posteriori discrepat, in notis subjiciemus, et inter uncas apponemus lectiones varias paucissimas, etiamsi non magis momenti videantur.

moniales spirituales, ad peregrinas seu peregrinorum ac pauperum usum, qui propter Deum sua dereliquerunt loca vel substantiam, ut in prædicto monasterio Sanctæ Dei genitricis Mariæ, quod ad matrem ecclesiæ Cenomannicæ urbis cui præesse ac prædesse debeo, juste et legaliter pertinet, et sub dominatione pontificum ac ministrorum suorum, redditiones et censa onerosa ex ipso monasterio ad prædictam matrem ecclesiam persolvuntur, sicut ab institutoribus et ditatoribus ac fundatoribus ipsius monasterii et a prædecessoribus pontificibus hujus urbis dudum constitutum est, hactenus persolvuntur, leviora et faciliora esse volumus. In qua etiam cella prædictam consanguineam nostram Adrehildem venerabilem abbatissam constituimus, cum consensu sacerdotum nostrorum, ut et ibi in Christi nomine prædicta abbatissa consanguinea nostra, atque ceteræ sanctimoniales, tam infra urbem, quam et secus, juxta ecclesiam prædictam Sanctæ Dei genitricis Mariæ, secundum regulam, et nunc quandoquidem (*et quando quidem*) vivere debeant. Et quandoquæque eis abbatissa prædicta sive alia defuncta fuerit, cum consensu et institutione jam dictæ urbis episcopi eligant aliam, quam utiliore ex semet ipsis ad suas animas conservandas et regendas ac Deo opitulante salvandas invenerint. Et ita nunc, tam eam quam et alias quæ præesse visæ fuerint, seu ipsas sanctimoniales ibi sub regula degentes commonemus, ut sicut cetera monasteria regularia quæ sub ordine regulæ rectius degunt, similiter et prædictum cœnobium sanctimonialium sub potestate et regimine præfatæ urbis episcopi degant, et regulam in eo omni tempore conservent. Et nos taliter vos, vel vestros quicumque illius ecclesiæ sint ex-

actores, omnino commonemus, ut non a vobis onerosa aut aliqua gravia injuncta a præfixo locello requirantur. Sed opera vestimentorum atque quæ ad sanctimoniales pertinet faciendum, vel vestimenta ecclesiastica aut pontificalia lavanda, vel re tauranda debent, facere studeant, ut regula sanctimonialium, propter censa vel exacta gravia pontificum vel ministrorum suorum inibi non negligatur sicut [sed ut] a nobis constitutum est, ita omni tempore conservetur. Et posteros nostros qui in ordine pontificum in hac sede futuri sunt, humiliter postulamus, ut quod a nobis statutum est, ab illis non violatur, et sicut institutiones eorum conservatas esse voluerint, ita et nostra conservent, ut liceat ibidem constitutis sanctimonialibus sub sancto ordine et sub regula conservare, et pro nobis vel omni populo Domini misericordiam exorare. Et, ut hic scriptus ad invicem [ad vicem] privilegii futuris temporibus habeatur, monemus ut sanctum ordinem custodiant, et omni tempore sancte et regulariter in Dei nomine inibi resideant, et assidue lectionibus vel sanctis meditationibus et orationibus vacent. Rogamus ergo ac contestamur coram Deo et angelis ejus, omnes reges, principes, potestates, dominationes, consules, proceres, sive comites, atque cunctos potentes et nobiles seu procuratores, ut hoc privilegium a nobis per consensum episcoporum ac sacerdotum nostrorum factum non frangant neque corrumpant, aut quo modo violent seu delacerent, aut in aliquo modo corrumpant, sicut [sed ut] sanctimoniales in prædicto loco seu cœnobio in amore Domini nostri Jesu Christi et sancte Dei genitricis Mariæ quiete et regulariter absque ulla vexatione aut marritione securiter sancte vivere permittant <sup>a</sup>.

<sup>a</sup> Sequentia desunt, et horum loco in charta quam interpolatam censemus, in qua sunt quæ sequuntur, ut videre est in *Annal. Mabill.* p. 279. « Unde domnorum episcoporum et metropolitanorum artium sedes tenentium suffragia poscimus, ut adhibeant mercedem ut hoc sanctum privilegium cum societate beatitudinis et consentire atque affirmare una nobiscum non dedignentur. Iterum vos domnos pontifices humiliter deprecor ut hoc privilegium a me factum, vestris manibus roborare et subscribere, charitatis causa atque benevolentia, dignemini. In Christi nomine Aiglibertus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium devotissime a me factum libenter subscripsi. — Hildebertus, et si peccator episcopus, hoc privilegium subs. — Landebertus, gratia Dei episcopus, hoc privilegium subs. — In Christi nomine Landobertus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subs. — In Christi nomine Blidramnus, ac si peccator episcopus hoc privilegium subs. — Gozenus, peccator episcopus, hoc privilegium subs. — In Dei nomine Protasius, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subs. — Datopilius, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subs. — Datbertus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subs. — In Christi nomine Herlingus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subs. — In Christi nomine Berarius, ac si peccator episcopus, subscripsi. — In Christi nomine Aiglibertus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subs. — In Christi nomine Adaldus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subs. — Rigobertus, peccator episcopus, hoc privilegium

subscripsi. — In Christi nomine Adalbertus, peccator episcopus, hoc privilegium subs. — Abbo misericordia Dei episcopus subs. — In Christi nomine Hermenarius, peccator episcopus subs. — In Christi nomine Vindicianus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subs. — In Christi nomine Burgorardus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subs. — In Christi nomine Aquilinus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subs. — Theodefredus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subs. — In Christi nomine Frambertus episcopus hoc privilegium subs. — Ondingus episcopus subs. — Berulfus episcopus hoc privilegium subs. — Hadegarius, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subs. — Theolegarius, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subs. — In Christi nomine Autimus, ac si peccator episcopus, subs. — In Christi nomine Erleharus, ac si peccator episcopus, subs. — In Dei nomine Havingis, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subs. — In Christi nomine Clemens episcopus hoc privilegium subscripsi. — In Christi nomine Ragautus, ac si peccator episcopus, hoc privilegium subscripsi. — Hadoaldus, peccator episcopus, hoc privilegium subs. — In Dei nomine Winicharius abbas subs. — In Dei nomine Hadoindus archidiaconus subscripsi. — In Dei nomine Sado Christi humilis subs. — Actum Cenoniensis civitate, in mense Junio, anno xj, regnante domino Theodorico gloriosissimo rege. — Ego Bodolenus emmanuensis subscripsi. »

Actum Cenomannis civitate, in mense Junio, anno 6 A regni domini nostri Hildeberti gloriosissimi regis.

In Christi nomine Aiglibertus, ac si peccator episcopus, subscripsi. — Thalusius abbas subs. — Sarmomatus subscripsi. — Ursus, nomine non opere presbyter, subs. — In Christi nomine Bertaoldus abbas subscripsi. — In Christi nomine Lundulfus archidiaconus subscripsi. — Demicione diaconus subscripsi. — Maurentinus, iubente domino meo, subs. — Ego Bertigiselus peccator, iubente domino meo, scripsi et subscripsi.

## XLII.

*Fragmentum testamenti Erminethrudis, quo legata plurima ecclesiis et personis scribitur (ann. 700).*

..... sacratissimus fiscus percipeat. Si vero omnia quod in hunc testamentum inserui in [tactum] custodieris, quidquid tibi superius deligavi in tuo jure perenni tempore permaneant. [Si quid] in hunc testamentum, cuicumque non depotavi tibi, dulcissime filii, habere cupio. Similiter, ..... demandatione bonae memoriae Deorovaldi dono tibi canna argentea, valente plus minus sol. xxv, et a parte mea dono tibi cau o argenteo, valente sol. xxx; et medietatem ovium, quas Vigilius attendit, cum pastore, nomine Gaugiulfo. Simili modo de Latiniaco et Balbiniaco, tam vestis quam aeramen vel utensilia, et de bovebus ex omnio medietatem, tibi dulcissime filii, habere praecipio. Pari conditione ex demandatione bonae memoriae Deorovaldi, dono tibi, dulcissime filii, de portione ejus et de proprietate mea, mancipia his nominebus: Unnegiselo, Aunemundo, et filias Patricio, id est Fedane et Ausegunde et Agnechilde et Baccione, cum gregem porcorum; vineae pedaturas duas, sitas in monte Maurilioni, quas Theodaharius et Grimundus colent. Vineae pedatura tertia, sita in monte Metobaure, cum vinitore Guntrachario. Vineae pedatura quarta, sita Turiniaco, quem Imneredus colit, cum vinitore Munegisilo. Vineae pedatura quinta, sita in monte Vultoricino, quem Sevilla colit, cum ipso vinitore.

<sup>a</sup> Vulgavit Mabillonius, ad calcem Liturgiae Gallicanae, pag. 463, et iterum in appendice ad supplementum De re diplomatica, pag. 92 et seq., ex authentico Sandionysiano (nunc in Archivio regni, k tab. xv, asservato; edidit quoque Marini, Papii dipl. n. lxxvi). Testamentum conditum est ab Erminethrude, matrona illustri, ut arguere licet ex dignitate Mummoli comitis et quorundam aliorum qui instrumentum suis subscriptionibus vallaverunt. Illud sub initia octavi saeculi collocandum censet Mabillonius, Annal. t. I, pag. 623. Notae chronologicae in capite praefixae fuerant, ut patet ex ipsis testamenti extrema clausula; sed injuria temporis perierunt, et materiae fragilitate, quae fuit papyrus Aegyptiaca, ut idem Mabillonius docet. Legata scribit Erminethrudis basilicis plurimis, inter quas memorat basilicam Sanctae Crucis vel domni Vincentii Parisiensis, quod confirmat hanc ipsam basilicam duplici nomine jam tum appellatam fuisse Memorat et basilicam S. Sinsuriani, quam quidam arbitrati sunt esse aediculam S. Symphoriani a B. Germano, episcopo Parisiensi, adjunctam S. Vincentii basilicæ, vid. Mab. ubi sup. pag. 624: sed hujusmodi aediculam nomen basilicæ nequiquam tribueba-

Haec omnia suprascribita, tibi, dulcissime filii, ex mea voluntate vel ex demandatione dive memoriae Deorovaldi habere constitui. Vineam sita in monte Me. . . . quem Habundancius colit, medietatem sanete ecclesiae. . . eliense dare praecipio; aliam medietatem de ipsa vinea dulcissimo nepoti meo Bertigisilo habere jubeo. Vineam quem Agia femina tenuit, et vineam quem Innacharius colit, dulcissimae nepti meae Deorovarae, cum ipso Innachario, habere praecipio. Vineam plantas qui suat secus vineam Sevilam, dulcissimo nepoti meo Berterico habere praecipio. Vineam quem Vincimatus in monte Vultoricino colit, et puella nomine Sunnechilde, et ancilla nomine Iveriae cum filio Leudino, dulcissimae norae meae Bertovarae habere jubeo. Item dulcissimo nepoti meo Bertigisilo, ichriario argenteo, et mancipia his nominebus: Sunniulfo, et sorore ejus Gibethrude, et filias Anthimio, et filio The. . . . nae juniore habere constituo. Nepti meae Deorovarae, scutella argentea cruciata <sup>b</sup>, et mancipia his nominebus: Tanechildem, Imnegunthem, Imnegisilum; et lectaria ad lecto uno, qui melior fuerit, et puero nomine Gundofredo, et ancilla nomine Thaugundem, nec non et puella nomine Audechildem, dari constituo. Dulcissimo nepoti meo Berterico, puero nomine Medigisilo habere jubeo. Baselicis constitutus Parisius, id est baselicae Sancti Petri, urcio argenteo, valente soledus duodece, et fibla aurea genimata. . . . manto dari constituo. Baselicae domnae Mariae gavata argentea valente sol. duodece, et cruce aurea valente sol. septe, dari jubeo. Baselicae domni Stefani anolo aureo nigellato, valente sol. quatuor, dari volo. Baselicae domni Gervasi anolo aureo, nomen meum in se habentem scribitum, dari praecipio. Baselicae Sancti Sinfuriani, in qua bonae recordationis filius meus Deorovaldus requiescit, freno valente sol. duodece, et caballo strato, et carruca in qua sedere consuevi, cum boves: et lectaria cum omnis tratatura sua <sup>c</sup>, pro devotione mea et requiem

tur. [Hoc tamen, pace cl. viri, dubium haberi non potest, cum nomen S. Sinfuriani, non autem Sinsuriani, ubique clarissime legatur in autographo.] Inter alia legat Erminethrudis currum in quo vehabatur, et boves, juxta morem matronarum sub regibus Merovingicis, vide Greg. Turon. Hist. lib. III, cap. 26. Legat et Latiniacum villam in pago Meldensi, quod primo aspectu videtur pugnare cum diplomate Theodorici III (Vide supra), quo villa eadem, anno 688, S. Dionysio concessa fuerat Sed de aliqua villae parte, non de toto Latiniaco utraque concessio intelligenda est; quae conjectura cum venisset in mentem Mabillonii, id ita se habuisse deinde rescivit a Dionysianis, Suppl. de Re diplom. pag. 22, qui monasterii sui res apprime noverant. Hi enim testati sunt S. Dionysium in villa Latiniaco nihil unquam possedisse praeter rusticanum praedium cum parte justitiae.

<sup>b</sup> [Voces ichriarius, cruciatus, pariclus, minime reperias in Gloss. Cangiano.]

<sup>c</sup> [Hae voces consonant capiti 6 additi legi Salicæ, ubi nuncupatur lectum stratum; conf. Marini, annot. 5, pag. 261.]

Deorovaldi, dari praecipio. Alia carruca cum boves vel omni stratura sua ecclesiae vici Bonisiacensis dari jubeo. Similiter villarem, cui vocabulum est Volonno, cum adjacentia sua, suprascribtae ecclesiae Bonisiacense, pro remedum animae meae habere praecipio. Sacrosanctae Ecclesiae civitatis Parisiorum, missurio argenteo, valente sol. quinquaginta, dari praecipio. Baselicæ Sancte-Cruces vel domui Vincenti, coeliaria argentea decem dari jubeo. Lectaria par uno, et vestimenti mei pareclo uno, fratribus ad minsa baselicæ Sancti-Dionisi dari praecipio. Alio pareclo vestimenti ad vico Bonisiaca fratribus dari constituo. Tertio pareclo vestimenti Emilia ad vico dari jubeo. Item, pro remedum anemae meae, vel ex demandacione bonae recordationis filii mei Deorovaldi, villam cui vocabulum est Latiniaco, sita in territorio Meldinse, cum campis, colonicis ad eadem pertinentes, cum pratis, pascuis, silvis, vel in omni jure et termino suo, quia in portione supramemorati filii mei Deorovaldi obvenit, cum omni integritate baselicæ Sancti-Sinfuriani, ubi saepultura habere dinoscitur, pro requiem ejus dari praecipio. Similiter porcario, nomine Gundilane, cum gregim porcorum, et Bandomere cum gregim ovium et troppo jumentorum, qui sunt ad suprascripta villa Latiniaco, supradictae baselicæ Sancti-Sinfuriani habere jubeo. Goderico et Gunderico in suprascriptam villam, quem baselicæ domni Sinfuriani deligavi, illa jubeo ut laborent, unde ad ipsa baselica oblata cotidiae ministretur. Leudulfo, cum vinea quem Sabueito colit, ad oratorio qui est in villa Latiniaco, unde ibidem oblata occurrat, dari volo. Bauldulfus, Sumthaharius, similiter cum boves ut laborent jubeo, unde oblata ad baselica S. Sinfuriani, pro requiem Deorovaldi conferretur. Simili modo vineae pedatura una, sita Tauriniaco, et quem Pinpo colit, baselicæ domni Georgi Cab. . . . dari praecipio. Vineae pedatura una, sita in monte Buxata, quem Juvius colit, ecclesiae Bonisiacense dari constituo. Vineae, quem Uvassio colit, cum ipso Uvassio. . . . .  
 . . . . . nomen Theuderico quem. . . . . colere debeat, baselicæ domni Sinfuriani. . . . . oblata. . . . . dari constituo. Vineae pedatura una, sita in monte Blixata, quem Leudefredo colit, baselicæ Sancti Martini ciperente dari jubeo.

Libertorum meorum nomina in his testamento abnecti constituo Medibergane, Honorio, Gundileubane, Piane, Sumthulfo, Ciuccirane, Hicchicione, Maxa uxore, Chioberga, Sinderedo, Angilone, Leudefredo, cum uxore Vuandilone, Chaiderruna, Childerruna, Thrasteberga, Theodachario, Vigilio cum uxore Sunnina, Agione cum filio suo Garilulfo, Vincimalo cum uxore Maurella, Mellita cum filio suo juniore, Coccione cum filio suo Daigisilo, Mudilane cum filiis suis Munegisilo et Monechrude, Acchione, Bonane, Leuhosuintho, Gibulfo filio Vigilio, Dommorra, Childerimane, Basone, Childegiselo, Child-

gunthe, Chrodulfo, Asindebergane, Monechilde, Aeterno, Bauderruna. Hos omnes cum omni peculiare eorum, tam areolas, hospitiola, hortellos, vel vineolas, et cum id quod in quibuslibet rebus habere videntur liberos liberasque esse praecipio; et quidquid exinde facere voluerint, habeant liberam potestatem. Similiter Mumolane cum omni peculiare suo ingeniam esse praecipio: luminaria tantum in ecclesia Bonisiaca ministrare stodeat. Vualacharium cum omni peculiare suo, et cum boves quos bajolat, ingenium ea condicione esse debeo [sic], ut ligna tantum ad oblata faciendum ministrare procuret. Gundefredo cum boves duos laborare praecipio unde cera ad baselica domni Sinfuriani comparetur. Martiniano Theoderuna, cum filio suo seniore, cum peculiare eorum, sicut suprascribti benemereti, ingenuos esse jubeo. Simili modo pro remedum animae meae et ex demandacione filii mei Deorovaldi, Gygone, Septeredo cum uxore Goderruna, Theodonivia, Baudonivia, Carano, Patricio cum uxore Eusebia, Dagario cum uxore Aurovesa, Ciuncioleno, Blidemundo cum filia Blidchilde, Manileubo, Trasilane, Eumundo, Inneredo cum uxore Torigia, Chadulfo, Aridia, Roculane, Babiccone, Gunthivera: hos omnes cum omni peculiare, tam areolas, quam hospiciola, vineolas, vel hortellos, cum id quod praesenti tempore habere videntur, ingenuus esse constituo. Rauldulfus et Sumthahario cum boves quos bajolat, laborare praecipio, unde oblata ab baselica domni Sinfuriani jugiter ministretur. Ita do, ita ligo, ita testor, ita vos mihi, Quiritis, testimonium perhibetote testanti; ceteri citeraque proximi proximeque, exheredis mihi estote; proculque habetote. Si que liturae vel caracterae in hoc testamento meo sunt, ego feci fierique praecipio, dum mihi saepis volui recenseri. Adde etiam constitui, si quis contra hanc testamentam venire voluerit, aut voluntatem meam in aliquo corrumpere temptaverit, a communione omnium sanctorum et a limenibus ecclesiarum efficeatur extraneus, et insuper ante tribunal Xpi anathimatus permaneat. Actum Parisius sub die et tempore supra scripto.

Signum † Erminethrudiae testatricis. — † Mumolus com. rogante et praesente Erminthruide hunc testamentum subs. — Scupilio spatarius, rogante Erminethrudiae huic testamentum subternot. diae et anno quibus supra. Munegisilus, rogante et praesente Erminethruide, hunc testamentum test. subternot. die et anno quibus supra. — Baulacharius defensor subs. — Eusebius, rogatus ab Erminethruide, hunc testamentum scripsi, relegi et subs.

## XLIII.

*Charta qua Pipinus et Plectrudis, uxor ejus, quaedam commutant cum Armonio, episcopo Virduvensi, et Angleberto archidiacono, qui ecclesiam S. Vidani (S. Vitoni) praerat; ac huic ecclesiae donum conferunt Pipinus, Armonius et Anglebertus* (ann. 702).

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen.

\* Pluries edita fuit. Hanc Wasseburgus vulgavit primus, Antiq. Belg. pag. 110, recto, erutam ex

Cum inter illuster viro Pipino ejusque illustra ma-  
trona Plectrude, apud apostolico viro Armonio, epi-  
scopo Virdunensis urbis, seu venerabili viro Angle-  
berto, archidiacono, qui in ecclesia Sancto Videno,  
ubi pretiosus suus corpus requiescit, præeat, esset  
c. latio de locella per commutationum causa sibi  
invicem et congrua vel opportuna facere deberent,  
quod et fecerunt; ideo per presentem commutationem  
donat illuster vir Pipinus, ejusque illustra matrona  
Plectrudis, loc. nuncupante Pararito, quicquid ibi-  
dem ad diem presentem possidere vel dominare vi-  
dentur, cum edificiis, pratis, silvis: quæ sunt termi-  
nationes silve a Luonis fontana usque Domus fonta-  
nana; altera terminatio per Perfurt vivo usque  
Biunna; tertia et quarta communis terminatio, Fi-  
calina de Herberca villa, et Sancti Mauricii: et do-  
no in ipsis finibus, pascuis, aquis aquarumque de-  
cursibus, cum omni jure vel integre terminum, seu  
statu suo quod predicto loco in Dei nomine pertinet,  
cum mancipiis tam rusticis quam urbanis, quicquid  
ibidem a die presente dominare videntur ad partem  
ecclesiæ domno Videno, vel qui ibidem præfuerint,  
aut clericis ibidem deservientibus, in omnem solidi-  
tatem donat et affirmant, ut quicquid de his predicte  
ecclesiæ decreverit voluntas, faciendi liberam habe-  
ant potestatem. Similiter donat ipse apostolicus  
vir Armonius episcopus, et venerabilis vir Angleber-  
tus archidiaconus, loco nuncupante Commenarias,  
quem ipse Pipinus ejusque illustra matrona Plec-  
trudis ad ipsam ecclesiam domno Videno per cartu-  
lam concessionis eorum tradiderunt, cum edificiis,  
pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus,  
cum omni termino vel statu suo, sicut ab ipsa eccle-  
sia presenti tempore possidetur, ad ipsam ecclesiam  
confirmamus, absque cujuscumque repetitione vel  
requisitione; et, si aliqua pars fuerit, aut aliqua in-  
quietudo aut fatigatio, nos ipsi aut heredes nostri,  
vel successorum nostrorum qui contra hoc facere  
presumpserint, inferant, parte custodiente, auri  
libras tres, argenti pondera quinquaginta. Factam  
commutationem sub die xiii Kalendas Februarii  
anno 7 regni domno nostro Childeberto regis. Ego  
Hardricus, jubente domno Pipino ejusque illustra  
matrona Plectrude, hanc cartam scripsi et subscripsi.  
— S. Ansigitubo comite. — S. Ansherto com. —  
S. Hardrico com. — S. Bovone com. — S. Erimardo  
com. — S. Baluissio com. — S. Gonduino com. —  
S. Ranfrido com.

archivo S. Vitoni, sed hiulcam, cum in vetusto  
instrumento vocum quarundam lectionem assequi  
non potuisset. Ex eodem archivo de promptam longo  
post tempore typi mandavit Labbeus, Miscell. t. II,  
pag. 434, plurimis prætermissis. Recuderunt Cointet  
us, Ann. t. IV, pag. 384, ex Wassburgo, Coll.  
script. rer. Franc. ex Labbeo, t. IV, pag. 680.  
Accuratius edidit Calmetus, Hist. Lothar. t. II, prob.  
pag. 83, ex veteri chartulario S. Vitoni. Nos edi-  
mus ad fidem apographi in chartophylacio nostro  
servati, diligentissima cura ex eodem chartulario  
descripti. Mabillonius, qui hoc instrumentum apud  
Labbeum viderat, hallucinatus est in notis chrono-  
logicis referendis, Annal. t. II. pag. 464: scilicet,

## XLIV.

*Charta qua Eodebertus omnem rem suam in Rumeliaco  
vendit Rigoberto Sithiensi abbati* (ann. 704).

Domino sancto et in Christo venerabili viro Rigo-  
berto, abbati de monasterio Sith'u, Eodebertus ven-  
ditor. Constat me non imaginario jure, sed plenis-  
sima voluntate, vobis vendidisse, et ita vendidi, tra-  
didisse, et ita tradidi de presente, hoc est omnem  
rem portionis mee, in loco nuncupante Rumliaco, in  
pago Taruannise, quam de parte filii mei Charde-  
berti quondam, ex luctuosa hereditate mihi obvenit,  
id est, cum terris, domibus, edificiis, mancipiis, silvis,  
campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus,  
mobilibus et immobilibus, fariariis, greges cum  
pastoribus, rem inexquisitam, ad integrum, quan-  
tumcumque conjux mea ibidem tenuit moriensque  
dereliquit, vel ad filium nostrum superius nomina-  
tum de parte sua ad ipsum pervenit, hoc et inte-  
gra ordine ipse abbas vel pars monasterii sui, in  
jure et dominatione eorum, a die presenti faciant  
recipere vel dominare; unde accepimus a vobis in  
precio taxato, juxta quod. nobis bene complacuit at-  
que convenit, inter aurum et argentum, solidos mille  
quingentos tantum, ita ut ab hodierna die ipse abba,  
vel pars monasterii sui, habendi, tenendi, dandi,  
vendendi, commutandi, vel quicquid exinde facere  
voluerit liberam et firmissimam in omnibus habeant  
potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non cre-  
dimus, si nos ipsi, aut ullus de heredibus aut probe-  
redibus nostris, vel quislibet opposita persona, qui  
contra hanc vendicionem quam ego plenissima vol-  
untate fieri vel conscribi rogavi, venire aut effrin-  
gere presumpserit, et a me vel a meis heredibus de-  
fensatum non fuerit, tunc inferamus nos vel heredes  
nostri tantum et alia tantum, quantum a vobis accep-  
imus, vel quantum ipsa res eo tempore meliorata va-  
luerit, duplam pecuniam statuta servante componat,  
et quod repetit evindicare non valeat, sed presens  
vendicio hec omni tempore firma et inviolata perman-  
eat, cum stipulatione subnixâ.

Actum Sithiu monasterio, quod fecit mensis Maius  
dies xvj, anno x regni domni nostri Childeberti glo-  
riosis regis. — Signum Eodeberti, qui hanc vendicio-  
nem fieri rogavit. — Signum Fladeberti. — Signum  
Madalchari. — Signum Erleberti. — Signum Chil-  
dolfi. — Signum Mauriane. — Signum Sigeberti.

Erchenbodus lector hanc vendicionem scripsit et  
subscripsit.

decimo septimo scripsit pro decimo tertio kal. Feb.  
ipse, cum Coinio, Calmeto et aliis ubi supra, Nov.  
Gall. Christ. t. XIII, col. 417, etc., chartam hanc  
adjudicat anno christi 70; sed cum regni Childe-  
berti initium repetendum sit a mense Martio anni  
69, annus septimus regni ejus, xiii kal. Feb. id  
est vigesima die mensis Januarii, incidit in annum  
christi 702.

Illicusque ineditam chartam vulgamus ex apo-  
grapho domni de Wette, Sithiensibus archivis præpo-  
siti, qui ipsam ex chartulario Folquini deponisit,  
et in chartophylacio nostro deposuit. [Cf. Chartu-  
larium Sithiense a doctissimo Guérard vulgatum,  
pag. 38.]



## XLV.

*Charta qua Arnulphus, Burgundionum dux, monasterio SS. Apostolorum juxta Metas donat Floriacum prædium et r. s alias plurimas* \* (ann. 706).

Sagaci antiquorum solertia utiliter sat' olim provisum est, posterorum memorie litteris mandare, si quis, sibi et animæ suæ consulens, aliquid Ecclesiæ Dei de rebus propriis, vel ante mortem vel in ipsa morte contulerit. Quapropter noverit futura reas quia ego Arnulphus, gratia Dei, post genitorem meum Drogonem, dono avi mei gloriosi principis Pipini, Burgundionum dux, hujus vitæ instabilitatem perpendens, et quia gloria mundi velut fœnum arefcit, et cogitans de remedio animæ meæ ut post mortem vitam inveniam, petii a venerabili vir Luitberto, abbate monasterii juxta civitatem Mettensem siti, quod dicitur ad Sanctos Apostolos, ubi attavus meus, gloriosus Christi confessor, sanctus Arnulphus, a quo et nomen et originem duco, in corpore requiescit, ut mihi quoque in eodem cœnobio locus sepulturæ donaretur, juxta genitorem meum prædictum Drogonem et germanum meum Hugonem sacerdotem, quoniam illi omnis pœne parentela mea, amore pii prædecessoris nostri et parentis sancti Arnulphi ducta, sepulturam delegit; quod mihi idem venerabilis abbas Luitbertus benigne concessit. Ideoque et ego, pro hujusmodi benevolentia, et ut anima mea hereditatem in cœlis cum pio patre nostro sæpe nominando sancto Arnulpho habere mereatur, dono donatumque in perpetuum volo ad ipsum locum prædium meum Floriacum dictum, situm in pago Warbrinse et in comitatu Scarponensi, mansum videlicet indominicatum, cum ædificiis superpositis, et mancipiis utriusque sexus ad ipsum prædium pertinentibus, et quicquid in ipso alodo vel ipse vel antecessores mei visi sumus habuisse, tam in campis culis

A et incultis, quam in silvis, pratis, vineis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, exitibus et redditibus, farinariis, quadrupedibus, mobilibus et immobilibus, vel quicquid modo ullo dici aut nominari potest. Dono etiam in Liedes villa mansum indominicatum, cum ædificio desuper sito, juxtaque hunc mansum, alium mansionarium cum terris aratorii ad dies plus minus xxij, et quartariis ij, pratque ad falces ij; item in Beruldi villa cuminas indominicatas ij, quæ ita jacent, una in ipsa Beruldi villa, alia in loco qui dicitur Marconis pratium, tertia in loco dicto Amolenti campus, cum quartariis septem, et silva minuta ad dies xx, in loco qui dicitur Bouerex silva; pratium quoque in ipsa villa ad falces ij; et alio loco dicto Intriberis, et Marchei pratium ad falces lx. Dono insuper in villa Mariolas quicquid post fratrem meum bonæ memoriæ Godefridum hereditate mihi obvenit: id est, terram aratoriam indominicatum, plusquam jugera cc; pratium etiam ad falces xxx, et silvam minutam ad dies xc. Hæc, et omnia ad hæc pertinentia, ad ipsum locum dono, trado, et de meo jure in potestatem servorum Dei inibi commanentium totum ad integrum, ea lege qua ego hæc hactenus possedi, id est cum omni integritate, et absque illius alterius dominii participatione transfundo, ut ipsi servi Dei ea firmiter a die presenti et deinceps teneant, possideant et liberam facultatem habeant faciendi de eis quicquid ad utilitatem sui et ipsius basilicæ proficere viderint. Quod si quis, quod absit et quod futurum non credo, de posteris nostris, aut quæcumque alia persona vel potestas, contra hanc donationem nostram aliquid violentiæ facere voluerit, et prædium ipsum, vel ad ipsum aliquid pertinens auferre ab eodem sancto loco temptaverit, vel aliquid injustæ dominationis sibi in his quæ solide damus, usurpare conatus fuerit, noverit se in die ju-

\* Ex archivo monasterii SS. Apostolorum, hodie S. Arnulphi, de prompta exstat apud Meurissium in Vitis episcoporum Metensium, pag. 111; Bouchetum De origine regie domus Franciæ, prob. pag. 69; Coimont in Ann. et chart. S. Arnulphi, t. IV, pag. 456; Nov. Gall. Christ. t. XIII, instr. col. 369. Eandem chartam, Gallice versam, Walladierus, Basilica S. Arnulphi, pag. 188, vulgavit ex autographo, quod se propriis oculis vidisse testatur, antiquissimo caractere in cortice exaratum. Nos edimus ex apographo quod in chartophylacio nostro deposuit D. Tabouillot, e congregatione S. Vitoni, cum autographo a se diligenter collatum. In editis huic instrumento hæc præmittuntur: « Ego Arnulphus, dux post patrem meum Drogonem, villam meam Creanto concedo post mortem patris mei Drogonis, et scilicet secundum istam litteram quæ describitur. » Tum sequitur charta qualem exhibemus, cum paucis et levioris momenti discrepantiis, quas notare operæ pretium non duximus. Qui chartam hanc ediderunt, ipsam habuerunt pro legitima, excepto Coimont, qui eam validis argumentis supposititiam monstrat: 1° Drogo, cui, juxta hanc chartam, in ducatu Burgundiæ successit Arnulphus, neutquam Burgundiæ, sed Campaniæ dux fuit; 2° Idem Drogo, ex unanimi veterum annalistarum consensu, non nisi anno 708 vita cessit; ergo commentitia est charta quæ post mortem Drogonis data dicitur, anno x regni Childberti III, mense Junio, id est anno Chr. 704. Mitti-

mus notam chronologicam ab Incarnatione petitam, contra morem hujus ætatis. Mittimus discordantiam inter annum regni x et annum Incarnationis 706. Hæc forte interpolata videri possent; sed alia quæ notavimus satis superque salum produunt. Ad fidem hujus instrumenti, Drogoni tres filii assignati sunt, Arnulphus, Hugo sacerdos et Godefridus; quibus quartus additur, Pipinus, in charta non melioris notæ, Hugonis sacerdotis, quam alibi exhibebimus et expendemus. [Attamen charta defendi posset: 1° Nihil obstat quin Drogo Burgundiæ simul et Campaniæ dux fuerit. Fac tamen enim Campaniæ ducatum tantummodo habuisse, nihil obstat quominus, Drogoe mortuo, Pipinus filium ejus Burgundiæ præposuerit, ne Campaniæ ducatum hereditario jure adquisisse videretur; 2° Citra controversiam annus 10 Childberti III male indicatur; oportebat, annus 14 vel 15; sed hoc amanuensis vel notarii oscitantie tribui facile potest; complurimasque hujusmodi executiones adhibuit Carolus vir de Brequigny. Sane iniqua lex critices foret si, propter errata, vel apud accuratiores typographos nostros non raro accidentia (1), veteribus instrumentis, quæ in se nihil incredibile habent, fides esset deneganda.]

(1) Hujusmodi oscitantie exemplum ipse præbet de Brequigny qui ter, semel in annotatione et his in prologomenis, mortem Drogonis assignat anno 698, quem errorem emendandum curavi.

dicii de his coram justo iudice rationem redditurum, A et partem maledictionis æternæ cum Dathan et Abiron et Juda proditore habiturum. Nos tamen, ut hæc nostra donatio firma in perpetuum maneat, testamentum hoc litteris firmatum manu propria roboramus.

Actum publice in villa Oppilla, sub die quinta kalendas Julii, anno ab Incarnatione Domini DCCVI, indictione IV, regnante Childeberto rege, anno regni ipsius X. — Ego Arnulphus hanc donationem litteris traditam, manu propria signavi et firmavi. — Signum Adilonis comitis. — Signum Widonis comitis. — Signum Tremberti comitis. — Signum Lamberti comitis. — Signum Warnarii comitis. — Signum Tmusonis scabini \*. — Signum Rozelonis. — Signum Tietuini. — Signum Tulerali. — Signum Amelii. — Signum Ursonis. — Signum Remigii. — Ego Adeldardus, ad vicem Bernardi primi scriini, rogatus scripsi.

XLVI.

*Charta qua Darmundus vendit Erlifrido, abbati Sithiensi, prædia in pagis Vermandense et Noviomense<sup>b</sup> (ann. 708).*

Domino et venerabili viro Erlifrido e, abbati de monasterio Sidiu, Darmundus venditor. Constat me non imaginario jure, sed plenissima voluntate tibi vendidisse, et ita vendidi: hoc est, duas partes de re portionis mee, in loco nuncupante Saroaldscussa, super fluvio Samna, in pago Vermandinse; similiter et in Apilliaco super fluvio Isara duas partes sitas in pago Noviomensi, seu in Diva et Corbunaco duas partes ad integrum, hoc est, tam in terris, domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, campis, silvis, pratis,

\* [Hæc vox, quæ nullibi, ut notat summus vir de Savigny, Hist. juris Romani medio ævo, cap. 4, § 69, ante secundam stirpem regum Francorum reperitur, multum contra instrumenti auctoritatem facere videretur. Attamen nihil tam certi cognitum est de institutionibus Austrasie, ut asseri possit, quibusdam hominibus in ditione principum vel optimatum degentibus scabini nomen nunquam fuisse tributum.]

<sup>b</sup> [Iisdem verbis concepta est charta hæc, quibus charta Eodeberti, quam supra vulgavimus. Ex eodem Folquini chartulario deprompta est, ac in chartophylacio nostro reposita, a jam sæpe laudato D. de Witte. Hujus chartæ fragmentum in lucem miserat Malbrancus, De Merinis, lib. IV, cap. 48; ex ipso recudit Cointius, Annal. t. IV, pag. 492. [Cf. chartularii Sithiensi editionem, a claro viro Guérard publici juris factam, pag. 40.] Neutri autem de chartæ sinceritate suspicionem iniecit, quod in notis chronologicis memorantur anni imperii Childeberti. Certe nusquam anni regnorum Merovingicorum anni imperii dicti sunt, vide Mabill. Dipl. pag. 193, et Dipl. novam, t. IV, pag. 539; nec id in instrumentis bonæ notæ usurpatum est ante regna Carovingica. Hoc quidem haberemus pro falsi iudicio, si ita scriptum fuisse in autographo constaret. Sed quoniam instrumentum ex chartulario erutum est, mendum oscitantæ scriptoris improbandum ducimus, cum de extero in tota charta nihil sit quod falsum sapiat. Adelperium in chronico Sithiensi, apud Marten. Thes. anecd. t. III, col. 476, chartam ipsam memorasse et notas ejus chronologicas sic exhibuisse, *vj nonas Maii, anno decimo tertio domini Childeberti gloriosi regis*, nulla nec regni nec imperii mentione habita. Alia ibi discrepantia notanda est, scilicet annus xij pro x.v. Inlunili essemus si discrepantiis ejusmo-

di pascuis, aquis aquarumve decursibus, farinariis, peculiis, cultis et incultis, suprascriptis porciones a die presenti tibi trado atque transcribere rogo perpetualiter ad possidemum; unde accepi in precio quod inter nos bene complacuit, hoc est, inter aurum et argentum <sup>d</sup>, solidos mille quingentos tantum, ita ut a die presenti, ipsas portiones habendi, tenendi, dandi, vendendi, commutandi, vel quicquid exinde volueris facere liberam et firmissimam, Christo propitio, in omnibus habeas potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse aut ullus de heredibus meis, vel quislibet opposita aut extranea persona, contra hanc vendicionem venerit, inferamus vobis tantum, et alia tantum, quantum a vobis accepimus, duplamque pecuniam, consociato fisco distringente, coactus exsolvat, et quod repetit evindicare non valeat; sed hæc vendicio omni tempore firma permaneat, cum stipulatione subnixâ.

Actum Sidiu monasterio, vj nonas Maii, anno xiv imperii domini nostri Childeberti gloriosi regis. — Ego Darmundus venditor, qui hanc vendicionem fieri rogavi. — Ravangerus, ac si indignus episcopus, subscripsit. — † Fulberti. — † Madalharii. — † Humberti vicariis. — Chrodbertus hanc vendicionem scripsit et subscripsit.

XLVII.

*Charta qua Sigibaudus, Metensis episcopus, et Wolfardus comes, prædia inter se committant<sup>e</sup> (an. 708).*

C In Dei nomine. Bonum pacis placuit qualiter convenit inter apostolicum virum Sigibaudum, episco-

di, quibus scatent libri veteres, exscribendis studeremus. Sic de ipso Erlifridi nomine non concordant scriptores: ipsum enim Erlebertum appellat Mabillonius, Annal. t. I, pag. 620, et utrumque nomen agnoscunt auctores Novæ Galliæ Christianæ, ubi supra; verum his expendendis non licet nobis diutius immorari.

<sup>e</sup> [Erlifredus, qui in recenti editione chartularii eruditi Guérard, Erlifredus vocatur, a sancto Bertino monasterio Sithiensi prepositus fuerat post Rigoberthum, de quo dictum est pag. 264, annot. 3. Erlifridi tempore fato functus est Bertinus, non anno 698, ut legitur in chartulario, pag. 41, sed, ut recte notat doctus editor, anno 709, qui erat xv regni Childeberti.]

<sup>d</sup> [Hic, ut in charta anni 704 supra, pag. 265, notanda sunt voces *inter aurum et argentum*. Quo pacto intelligentæ sint, definire non ita facile visum est eruditibus viris qui prolego vena hujus collectionis concinnaverunt, part. II, sect. X, cap. 3, § 4, n. 18. Si rem quam in incerto reliquerunt attingere licet, conjicerem verbum *inter* idem valere ac *tamquam*, ut videtur censuisse Cangius, voc. *Inter*, clausulamque significare, solutionem præstantiam esse *tam in auro quam in argento*. Videant eruditi.]

<sup>e</sup> Vulgavit Baluzius, Miscell. t. IV, pag. 409, ex chartulario S. Michaelis ad Mosam; recudit Calmetus, Hist. Lothar. t. I, prob. pag. 267. Memoravit Wasseburgus, Antiq. Gall. Belg. fol. 115, v°, chartam hanc, quam tribuit anno xiv regni Childeberti III. Cointius pro Childeberto Theodoricum reponendum arbitratur, Annal. t. IV, pag. 829; sed Wasseburgum tuetur chartularii lectio quam Baluzius exhibet, et suffragatur Mabillonius, Annal. Bened. t. I, pag. 21. Frustra Cointius objicit Sigibaudum, Metensem episcopum,

pum Metensis Ecclesiae, et inter Wolfandum comitem, ut locella eorum inter se commutare deberent, quod ita et fecerunt Dedit Sigibaudus episcopus Wolfando comiti locellum Marsupia nuncupatum, in pago Viridunensi, quem Godo et Haerevius, pro animarum suarum salute, ad ecclesiam Sancti Stephani delegaverunt, hoc est, tam in terris, domibus, aedificiis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, et mancipia, his nominibus: Leubigisus, Feroinus, Adoinus, Fante, Gaerelinde, totum et ad integrum quantumcunque Godo et Haerevius ibidem possederant, vel Sanctus Stephanus ibidem habere videbatur, ipsi Wolfando donavit ad possidendum. E contra simili modo dedit Wolfaudus Sigibando episcopo, ad partem Sancti Stephani, locellum nuncupatum Vineiaco, in fine Ausiniaca villa, in pago Fugentense, super fluvium Moselle: hoc est, tam in terris, domibus, edificiis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, et mancipia his nominibus: Autaldus, Balsimius, Marionus, Eusebins, Haervinus, Bertridus, Madalhundus, et quantumcunque ibidem de homine nomine Aegino dato pretio comparavit, vel quicquid ad praesens possidere videtur, totum et ad integrum ad partem Sancti Stephani condonavit; et quicquid inde de utraque parte facere voluerint, liberam et firmisimam in omnibus habuerunt potestatem facienti. Si quis vero, quod fieri non credimus, quod aut nosmetipsi aut heredes Wolfandi aut Adalsindae aut domni Sigibaudi contra has commutationes agere quicquam voluerit, partem quam acceperit amittat, et insuper auri libras duas, argenti pondera quinque, coactus exsolvat, et quod repetit nihil valeat evendicare, sed praesens haec commutatio firma et stabilis permaneat, cum stipulatione nixa.

Actum Novo-exsarto, villa Sancti Stephani. Datum mensis Decembris die vicesimo, anno quarto decimo regni domni nostri Childiberti regis.

## XLVII.

*Fragmentum traditionis a Godefrido, Alemanniae duce, factae monasterio Sangallensi (circa 708).*

Godafridus dux, vir illuster. Magulfus presbyter et pastor Sancti Galluni, ad potentiam nostram veniens,

qui cum Wolfando comite praedia commutat, non ante annum 716 Metenses infulas obtinuisse; id enim non evincit, imo Cointium in hoc errasse monent auctores Novae Galliae Christ. t. XIII, col. 703, et haec ipsa charta quam expendimus ejus conjecturam everti docent. Ejusdem Wolfandi chartam infra, pag. 280, proferemus, quam vides, et notas huic subjectas.

\* Hoc fragmentum, claro viro de Brequigny incognitum, exstat in codice traditionum monasterii Sangallensis, pag. 2, sub titulo: *Godefridus, Alemanniae dux, tradit Aberburgum vicum ad Neccaram*. Inde edidit Neugart. cod. Aleman. dipl. t. I, pag. 9. Nihil amplius superest, ex compluribus chartis ejusdem Godefridi, quarum viginti inspexerat Goldastus, ut ipse testatur, Rerum Aleman. Script. t. I, pag. 176.

† Non supersunt notae chronologicae: at cum Godefridus fato functus sit anno 709, ut asserit Baluzius, Miscell. t. I, pag. 496, Chartam anno 708 ascripsi.

‡ Fragmentum hujus chartae vulgavit Wasseburgus, Antiq. Gall. Belg. fol. 114, v°, et ad ipsius fi-

A suggestit atque petivit consolationem nostram, ut aliquid ad luminaria Sancti Galluni e clesiae concedere debuerimus, etc. Actum Canstat aJ Neccaram.

## XLIX.

*Charta qua Wolfoldus et Adalsinda, uxor ejus, plurima dona conferunt monasterio S. Michaelis in pago Viridunensi (ann. 709).*

Cum oportet christianis viam veritatis eligere, pro qua conditori suo possint dignae miserationis munus offerre, ut oblatio proficiat ad salutem, et devotio pertineat ad mercedem. Ego itaque Wolfoldus, filius Gislaraano quondam, nec non et conjux nostra Adalsinda, filia Adalberti quondam, donatores: licet multarum rerum, cum sit scripturarum serie modis quislibet pro suis amissis lacinoribus, vel redimenda ultione peccaminum, de rebus suis propriis loca sanctorum Dei aut ipsius servis suisque bene meritis vellet transferre persona; unde et tamen bene antiquitas divitum principum decreta et legum ita sanxerunt, ut tantummodo loca manus donatoris solacentio in subscriptione certa monstraretur, nec sine gestarum allegatione, pleuissema voluerunt similitate mancipare, ut hoc quod unusquisque pro arbitrio suo cor. . . mentis suae condonare, quod praeeperit, sollemnis scriptura confirmaret. Sed, dum et nos Dominum inspirantem, ut credimus, sicut omnium fidelium catholicae Ecclesiae Christi mos est, quorum deposcit benignitas, ut pro animarum nostra ute vel Dei intuitu, Domino adjuvante, monasterium congregationemque servorum Dei animo devotissimo a novo fundamento in jure proprietatis nostrae, in pago Viridunensi, in loco qui dicitur Castillonis, in fine Vindiniaca, ubi ad ipsa radice montis consurgit fluviolus qui dicitur Masupia, in honore nomini sancto Michael archangelo et sanctae Mariae, matris Domini nostri Jesu Christi, sancti Martini et sancti Petri et Pauli apostoli, nec non et sanctorum martyrum et confessorum vel ceterorum, ad exemplum beatissimorum etiam visi fuimus aedificasse. Et addidit nobis concilium, quatenus de communi substantia nostra ad ipso monasterio, vel ipsis, servis Dei Deum vacantes con-

dem Cointius recudit, Annal. t. IV, pag. 495. Integram ediderunt Baluzius ex chartulario S. Michaelis, Miscell. t. IV, pag. 403; Mabillonius ex authentico accuratius, Annal. t. II, pag. 694; Calmetus, Hist. Lothar. prob. col. 83, ex Mabillonio. Lectionem Mabillonii sequimur. In chronico monasterii S. Michaelis, circa saeculum xi exarato, charta haec tribuitur temporibus Childiberti, Brunchildis et Sigiberti, perperam, ut evincit Mabillonius, Analect. p. 351 et 356. Alii Wolfoldum, hujus chartae auctorem, confuderunt cum Wolfoldo, majore domus regiae sub Childerico II, ut videre est apud Mabillonium Annal. t. II, pag. 21; neque id adstrui potest, cum Wolfoldus, de quo hic agitur, Pipini regis tempora attigerit, ut notat Mabillonius. De hoc errore jam memineral Cointius, ubi supra, pag. 496. Chartam aliam ejusdem Wolfoldi seu Wolfanli supra (Col. 1252), exhibuimus, quam videsis, et annotationem quam ei subjecimus. Deficiente mensis nota, an hoc instrumentum anno 709, an sequenti adjuvandam sit, definire non possumus.

sistentium juxta Dei arbitrium conscribere debemus, quod ita et fecimus. In primis itaque donamus portione nostra cognominante Widinovilla, sitam in pago Viridonense, cum casis, domibus, ædificiis, mancipiis, mansis, campis, pratis, vineis, silvis, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, cum omne adjecentia vel appendiciis ad se pertinentibus. Similiter donamus villam nostram super fluvio Masupia, in ipso pago Viridonense, quæ in populo vocatur Godonecurte, cum casis, domibus, ædificiis, mancipiis, accolabus, mansis, campis, pratis, silvis, cultis et incultis, tam de proprio quam de comparato, vel de qualibet adtracto quod ad nos pervenit, cum omni adjecentia ad se pertinente. Similiter donamus, super ipso fluvio Masupia, portionem illam quæ dicitur Tavanerum-Vallis, quam de Genulfo dato pretio comparavimus, cum mansis, campis, pratis, silvis, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, cum omni adjecentia ad se pertinente. Similiter donamus portiones illas in curte illa quæ vocatur Byscriblata, in ipso pago Viridonense, super fluvio Mosa, quam de Valdradane, Godane, et Chrodilinde dato pretio comparavimus, cum mancipiis, mansis, casis, campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, cum omni adjecentia ad se pertinente. Similiter donamus portionem illam in loco qui dicitur Monnone-Villa, super fluvio Mosa, in pago Viridonense, quem Adalbertus quondam, de Gandoimo dato pretio comparavimus, cum mancipiis, casis, mansis, campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, cultis et incultis, cum omni adjecentia ad se pertinente. Similiter donamus portiones illas in loco qui dicitur Calvonecurte, in ipso pago Viridonense, super fluvio Mosa, quam de Adalfo vel heredibus suis, sive quam de Erlino vel Fulgoimo dato pretio comparavimus, cum terris, mancipiis, mansis, campis, pratis, silvis, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, cum omni adjecentia ad se pertinente. Similiter donamus in ipso pago Viridonense, super fluvio qui vocatur Cruia, portionem unam ad Castellionem, quam de Felicius vel herede suo dato pretio comparavimus, cum mancipiis, casis, mansis, campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, cum omne adjecentia ad se pertinente. Similiter donamus, super ipso fluvio Quata, portionem illam quam de Brantrude femina dato pretio comparavimus, cum mancipiis, casis, mansis, campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, cultis et incultis, cum omne adjecentia ad se pertinente. Similiter donamus, super ipso fluvio Cruia, portionem illam quam de Chaldeberto, filio Champerti, quondam dato pretio comparavimus, cum

A mancipiis, casis, mansis, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, cultis et incultis, cum omne adjecentia ad se pertinente. Similiter donamus ad Baudemetrovilla portionem illam quam de Chaicone, vel de conjuge sua Gannane, dato pretio comparavimus, cum mansis, casis, mancipiis, campis, pratis, vineis, silvis, aquis aquarumve decursibus, cultis et incultis, cum omne adjecentia ad se pertinente. Similiter donamus villam nostram, sitam in pago Viridonense, quæ vocatur Buxarias, quam nos de Austrude abbatisa quondam dato pretio comparavimus, cum casis, mansis, mancipiis, vineis, campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, cultis et incultis, cum omni adjecentia ad se pertinente. Similiter donamus in ipso pago Viridonense, in Teudegisilo-Villa, portionem illam, quam de Rodeberto et Ratfredo dato pretio comparavimus cum mansis, campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, cultis et incultis, cum omne adjecentia ad se pertinente. Similiter donamus in Vigo-Marsalio juno \* ad sal faciendum cum mano, casa, sero, cum omne adjecentia ad se pertinente. Similiter donamus curtem unam, Tronione nuncupatam, sitam in pago Viridonense, cum casis, domibus, ædificiis, mancipiis, campis, silvis, aquis aquarumve decursibus, cultis et incultis, tam propriis quam de comparato vel de qualibet adtracto ad nos pertinente, cum appendiciis vel omni adjecentia ad se pertinente. Similiter donamus portionem unam in villa quæ vocatur Bedernaca, sitam in pago Viridonense, quam de Alsinda femina dato pretio comparavimus, cum domibus, ædificiis, mancipiis, mansis, campis, silvis, pratis, aquis aquarumve decursibus, cultis et incultis, cum omni adjecentia ad se pertinente. Similiter donamus, in Epponecurte, portionem unam quam de ipsa femina Adalsinda dato pretio comparavimus, cum mancipiis, mansis, campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, cultis et incultis, cum omne adjecentia ad se pertinente. Similiter donamus portionem nostram in villa quæ dicitur Ulmo, quæ in populo vocatur Coria, sita in pago Viridonense, super fluvio Mosa, tam de proprio, quam de comparato, quam de Gailano et Genulfo et Godelinde et Felice heredibus nostris dato pretio comparavimus, cum casis, mansis, domibus, ædificiis, mancipiis, accolabus, pratis, campis, vineis, silvis, aquis aquarumve decursibus, cultis et incultis, cum omnibus appendiciis vel adjecentis ad se pertinente. Similiter donamus curtem unam Cussiliaco, sitam in pago Barrense cum casis, mancipiis, mansis, campis, pratis, silvis, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, cum omni adjecentia ad se pertinente. Ista omnia supra nominata vel conscripta, junctis mobilibus et immobilibus utriusque sexus, peculium nationum, vel omne subellectile, quidquid dici aut nominari potest in suprascriptis locis, ad se perti-

\* Caimetus, ubi supra, col. 87, not. 2, legere jubet *mo*, quod alias *inna* dicitur; id est, *ancam*. patella

scilicet *anea*, in conficiendo sale adhibita. [Cf. Carpentarii novum Glossarium voc. *Inno*.]

neptia, cum rem inexquisitam et exquisitam, ad integram, a die presente, plenissimam voluntate, ævis temporibus tradimus atque transcribimus, ad possedendum ab hodierno die jure firmissimo, absque consortio coheredum nostrorum, habendi, tenendi, possidendi habeant ipsi potestatem, ut in Dei nomine inde potiantur in æternum. Et, ut hæc voluntas nostra plenior obtineat vigorem et per tempora conservetur, ipsas prædictas res nominatas ex proprio sigillo affirmavimus, ut omnia quæ superius sunt inscripta perpetua felicitate maneant. Illud nobis in hac voluntate scriptum esse complacuit, ut nullus iudex vel pontifex de civitate, vel ex ipsa parochia Virndonense, in ipso monasterio nullam potestatem ad quaslibet redditiones aut requisitiones exigendi. . . . habeat potestatem ingrediendi<sup>a</sup>: quia in ipso prædio, nostro proprio sumpto labore ædificavimus. Illud nobis addere convenit, quod aliquando esse non credimus, si aliqua se carta, se anteriores vel posteriores ad hanc voluntatem nostram inculcandam vel misuendam, nomenque nostrum fuerint ostense, vacuæ et inanes appareant, et nullam inantea sortiantur effectum. Si quis vero, ut adolect, de heredibus vel proheredibus nostris, quod fieri non credimus, aut quælibet opposita persona, vel iudicialia potestas, contra hanc donationem deliberationemque nostram, quam ex spontanea voluntate plenissima devotione fieri rogavimus, ullo umquam tempore infringere voluerit, vel pro quolibet ingenio irrumperere vel refragare voluerit, primitus Dei incurrat offensionem, et ab omni loco sanctorum cœnobitarum, vel consortio christianorum, excommunicatus appareat, et insuper velut Judas traditor nostri Domini, et sicut Giezi puer Elizei, qui munera fraudulenter acceperunt, simili sententia judicetur, et sit anathema-maranatha, quod est perditio in adventu Domini, et nec sic voluntas mea a nullo possit convelli; et insuper, una cum socio fisco, auri libras quingentas, argenti pondera octoginta, partibus nostris cogatur resolvere, et quod repetit in nullo valeat capere, sed hæc cartula donationis nostræ inviolabilis omni tempore maneat reboratione subnixâ. Facta est hæc donatio in ipso monasterio, multorum conventu bonorum hominum, anno xv

regni domini nostri Childeberti regis. . . Sig. † v. inl. Wlfoaldo, qui istud testamentum donationis fieri rogavit. — Sign. † Adalsindæ, conjugis suæ, comarcentiæ testamento donationis fieri rogavit. — Ego Wlfuidis abba subs. — Gairebaldus episcopus subs. — Pepp [ino] abba rogetus a supra [dicto Wfoaldo subs.]. — Sign. † Dodino. — Sign. † Sequeno test. — Sign. † Chrodelberto test. — Sign. † Wlfredo test. — Sign. † Disoeno test. — Sign. † Er-camberto. — Sign. † Dezasto test. — Sign. † Angliberto test. — Sign. Chugone test. — Sign. † Flo-doeno test. — Sign. Attolane test. — Ego Robertus presbyter subs. — Ermoaldus rog. — Sig. † Gislara-nus subs. — Heterænus subs. — S. † Gundoeno. — Ego Richramnus rogatus suprascripti hoc testame-ntum donationis.

## L.

*Charta qua Ingoara, Deo sacrata, monasterio Senonensi S. Petri dona confert<sup>b</sup> (ann. 711).*

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Dum omne donum desursum descendens lumen a Patre esse potest, quia oportet unicuique pro æternam salutem tractare, et de caduca hujus sæculi facultate æternam sibi præparare, ut cum dies extrema advenierit, non inveniat unumquemque imparatam, sed diligenter de bonis operibus præinctum; quia Dominus Jesus Christus ac Redemptor omnium, per sanctum Evangelium clara voce intonat dicens: Thesaurizate vobis thesaurum in cœlis, ubi nec fures veniant, nec furantur; facite vobis sacculum de mamonâ iniquitatis, quod non veterascit: et alio loco, quo das parum, et comparas regnum; tribuis parvam pecuniam, et accipis sine fine mansura. Idcirco quia omnis homo Dei consilio ducitur, rectum videtur ut ipsis in omnibus et per omnia suum adimpleatur præceptum. Sic ego illustri Deo sacrata Ingoara, sana mente salubre consilium cogitans æternam retributionem, vel pro peccaminibus meis minuendis seu et pro animæ meæ remedio, adtraxit mihi apostolica vel evangelica depotatio, ut aliqui de rebus propriis meis monasterio Sancto Petro, qui est constructus sub opidum civitate Senonum, ubi venerabilis Chrodolinus abba vel monachi ibi consistentes præesse videntur, ut ibidem illis deservien-

## D

<sup>a</sup> [Complura hujusce collectionis documenta testantur reges episcopis, abbatibus ecclesiisque, concessisse jus immunitatis ab omni iudicialia potestate, quo fiebat, ut Bignonii verbis utar, annot. 4 ad form. III, lib. I Marcullii, ut eo nomine in subditos iudicatio eis concessa videretur, quam illi per advocatos et vice-dominos exercebant. Fidelibus suis eadem jura concesserunt quoque reges, diplomatibus quæ temporum injuria perierunt, quod non modo constat ex formulis Marcullianis XIV et XVII, lib. I, sed etiam ex cap. 12 Edicti Childeberti anni 595, supra t. I, pag. 175, nec minus ex cap. 19 Edicti Chlotarii anni 615, tom. I, pag. 196. Concessione hujusmodi verosimiliter donati fuerant Wlfoaldus, ejusque uxor Adalsinda, jusque quod eis competeat transferunt in monasterium S. Michaelis. Sic mihi interpretanda videtur clausula qua statuunt ut nullus iudex... in ipso monasterio... habeat potestatem in-

grediendi; privatis namque non erat jus talem immunitatem instituendi auctoritate propria. Verba huic diplomati fere similia exhibet formula Marculliana, I, lib. II.]

<sup>b</sup> Vulgavit Mabillonius, Acta SS. ord. S. Bened. t. IV, pag. 557, ex chartario S. Petri Senonensis; recudit Coitius, Annal. t. IV, pag. 254, ex Mabillonio. Ingoara soror fuit Leotheriæ, cujus chartam de donis eidem S. Petri monasterio collatis alibi edidimus. Leotheriæ charta multa habet quæ suspicionem falsi ingerunt; charta vero Ingoaræ non eidem videtur calumniis obnoxia. Ipsius sinceritatem tuetur chronicum Clarii, in Spicil. Dacher. t. II, pag. 708, cujus verba sunt: « Donna Ingoara, Deo sacrata, soror Ebbonis, fecit testamentum de hereditate sua S. Petro, quæ cumjacet in pago Tornodrensi, Chrodolino tunc abbate. »

tibus loco condonare deberem. Quod et ita per hanc A  
 caritativam donationis a die præsentis dono donatum-  
 que in perpetuum esse decerno, hoc est portionem  
 meam in villa quæ dicitur Fontanas, sitam in pago  
 Tornodrinse, quicquid mihi tam de paterno quam  
 et de materno prodiit, una cum adjacentias et appen-  
 dicias ad ipsas Fontanas pertinentes; seu et in pago  
 Ladscense, Pauliaco, et Bagnolo, et reliqua locella  
 quæ ad ipsam villam Fontanas aspiciere videntur,  
 tam terris, domibus, ædificiis, libertates, opera aco-  
 lanorum, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, cultis  
 et incultis, aquis aquarumve decursibus omnium  
 præsidium et omne genus peculium utriusque generis  
 sexus quod dici aut nominari potest, seu et inantea  
 augere vel meliorare potuero, ipso monasterio  
 perennis temporibus ibidem proficiat in augmentis. B  
 Si quis vero, aut ego ipsa, aut aliqui ex heredibus  
 meis, aut qualiter illa obposita persona, adversus  
 præsentem donationem, quam ego plenissima voluntate  
 mea fieri et firmare rogavi, quolibet ingenio venire  
 aut infringere conatus fuerit, inprimis in iram æternæ  
 Trinitatis incurrat, et a liminibus sanctorum  
 vel bonorum hominum Christianorum vel ipsius sancti  
 loci extraneus excommunicatus permaneat; et insuper  
 inferat partibus ipsius monasterii, una cum fisco,  
 auri libras duas, argenti pondo quinque esse  
 multandum. Præsens quippe donatio omni tempore  
 firma stabilisque maneat persistendo stipulatione  
 subnexa.

Actum Senones. Ingoara donationem hanc a me C  
 factam sciatis. — In Dei nomine Ebbo, peccator  
 episcopus, subscripsi. — Gaudegens archidiaconus  
 sub. — Filix lector. — Leodechinus. — Boso, indig-  
 nus peccator abba. — Austrapius lector. — Leotarius  
 peccator abba. — Agobaldus. — Ermenaldus. —  
 Ego Ermubertus, rogante Deo sacratæ Ingoara-  
 rancæ, hanc donationem scripsi et pernotavi. Sub die  
 XII Kal. Novemb. anno primo regni domini nostri  
 Dagoberti regis.

## LI.

*Charta qua Ermenoara, Deo sacrata, donat monasterio  
 S. Benigni Divionensis quicquid habet in villa  
 Ruffiaco (ann. 715).*

Domino sacrosanctæ basilicæ Sancti Benigni mar-

<sup>a</sup> Edidit Perardus, Instrum. ad hist. Burgundicæ, pag. 9; Cointius, Annal. t. IV, pag. 561, recudit ex Perardo. Chronicon S. Benigni, in Spicil. Dacher. t. I, pag. 393, donum hac charta collatum his verbis memorat: « Anno 714 Pipinus mortuus est in mense Decembri, et Grimoaldus filius ejus similiter mortuus, et Carolus successit in locum patris. Eo tempore Astoricus episcopus erat Lingonum, et Bobolenus regebat hoc monasterium (S. Benigni). Tunc dedit Ermenoara, Domino sacrata, S. Benigno quicquid habebat in villa Ruffiaco. » Charta autem quam exhibemus data dicitur defuncto domino Theoderico, et electo Karolo majore-domus, unde Perardus, ubi supra, chartam refert ad annum 735; Mabillonius, in Annal. t. II, pag. 104, melius ad annum 737, quo decessit Theodericus IV, et Carolus major-domus ei successit, etsi titulum regis non usurpaverit. Cointius ad fidem chronici Sanbenigniani chartam

tyris sub oppido Divione constructa, quo apostolicus vir Assoricus tenet regimen: ego Ermenoara, Deo sacrata, pro animæ meæ remedio, trado jam dictæ basilicæ, vel monachis et matriculariis qui ibidem conversari noscuntur, vel quoquo tempore fuerint, quicquid in villa Ruffiaco, quæ in pago Atoariorum est, vel in ipsa sine, visa sum habere, tam de alodo quam de comparato vel adquisito: id est, casales, cum ædificiis desuper positis, vineis, campis, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus, vel quicquid dici aut nominari potest, omnia et ex omnibus, ad suprascriptam basilicam domni Benigni, vel ipsius monachis et matriculariis, unde in jam dicta penes <sup>b</sup> mea epistola plenissimi voluntario voto delegavi, a die presenti in eorum revocandas meritum. Si quis autem de ipsa basilica domni Benigni, vel de ipsis monachis et matriculariis, hæc a me collata in proprios usus retorquere gestiens, super hæc re Lingonensem observare noluerit pontificem, conatus ejus effectum non habeat. Quod si fecerint hoc, quod absit, ipsæ res ad meos licenter per omnia revertantur hæredes, et ad alteros homines his nominibus, Ermonario et Ermenrico et infantibus eorum; etiam his nominibus, Blideranno et Ermenbaldo qui per epistolam germano meo Boboleno quondam fuerunt dimissi: sin alias, volo, sicut relictum est, et de omnibus quæ sponte loco Divionensi dedi in Ruffiaco jam dicta villa, vel occasione vel tuitionis patrocinio vel obsequio, juxta quod eorum epistola loquitur, a die presenti de ipsis rebus jam dicti ministri Sancti Benigni, liberam habeant potestatem quicquid facere voluerint. Si vero, quod futuram esse non credo, si ego etiam aliquid voluero demere, vel quælibet opposita persona, qui contra hanc epistolam donationis venire voluerit, vel quicquam agere temptaverit, inferat ad ipsam basilicam domni Benigni atque suis actoribus, duplo tantum, quantum ipsæ res melioratæ valuerint, fisco autem publicæ rei, auri libram unam; et nichilominus presens hæc epistola donationis omni tempore firma et inviolata permaneat, stipulatione subnixa.

Actum Ruffiaco, publice. Signum Ermenoaræ, Dedicatæ, quæ hanc epistolam donationis fieri rogavit. — Signum Farlagonis nepotis ipsius, qui consentit.

## D

assignat anno 715, et pro Theoderico Theobaldum in charta jubet reponere, ut chartam cum chronico conciliet. Verum aliquid superest in charta quod aliquid negotii facessit. Ibi enim Assoricus dici videtur S. Benigni abbas; tunc autem hoc monasterium regebat Bobolenus, Astoricus vero, seu Assoricus, Lingonensi Ecclesiæ præerat, ut testatur Sancti Benigni chronicon. Reponi potest Assoricus, qui hic appellatur *vir apostolicus*, manifesto episcopus fuisse; et cum idem dicitur in oppido Divione regimen tenuisse, id non intelligendum de regimine ecclesiæ Sancti Benigni, sed de regimine ipsius oppidi Divionis: castri enim Divionensis dominium olim habuit Lingonensis episcopus, ut testantur auctores Novæ Galliæ Christianæ, t. IV, pag. 508: quod optime cum chartæ ipsius veris convenit.

<sup>b</sup> Hoc loco vocem *penes* expungit Cointius, quasi corruptam, et ejus defectum spatio vacuo indicat.

— Signum Aremberti, Trasacofixæ, Cassini, Landradi, A Godulû. — Ego Artaldus, ad vicem cancellarii scripsi et dotavi, rogatus ab Ermenoara, Deo sacra, ante Kalendas Madas \*, defuncto domno Theoderico, et electo Karolo majore-domus.

## LII.

*Charta qua Ado, abbas, dona confert basilicæ Sancti Remigii<sup>b</sup> (ann. 715).*

. . . . . trado adque transcribo ad Has. . . . Remigio. . . . hoc est, porcionem meam ad Altro, super ipso fluviolo Altro, cido in pago Vonginsi eum apindica. . . . Bairo, et alia apendice Crisciaco, super fluviolo Bedroprico, quod illa alia medieta in . . . . Mauriliano, et ipsi postia ipsam rem per suo estrumento ad ipsa basilica Sancto Remigio . . . . enegio ad usufructo vise summus tenere, pro ipso uso jam dieta porcione nostra, cum mansis, casis, terris, . . . is, vinies, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, cultis et incultis, tam ipsa porcione qui fuit . . . et ipsa porcione nostra cum omne integretate vel apendicies suas, post obitum nostrum pars . . . . [con] tradicentis in eorum potestate, ad die præsentis recipiant habendi, tenendi, commudandi, ven. . . . eius basilici Sancto Remigio, siveque agentis aeligirint, faciendi liberam et firmissemam in omnibus hab. . . . . et ill. fratris vel clerici in ipsa sancta basilica consista . . . . Dominum misericordiam deprecare et ta. . . . post nostro discesso nominis nostri in i. . .

\* Id de die proxima ante Kalendas interpretamur.

<sup>b</sup> Eruit Mabillonius, in Ann. t. II, append. p. 694, ex authentico valde mutilo, litteris Franco-Gallicis exarato. Adonem, hujus chartæ auctorem, conjicit, ibid. pag. 43 et 52, abbatem fuisse S. Remigii Rhemensis; et suffragatur Nova Gallia Christiana, t. IX, col. 225. Sed huic conjecturæ minime favet Frodoardus, Hist. Eccles. Rhem., pag. 219, qui scripsit decimo sæculo. Is enim, dum Adonis in Rhemensem Sanctæ Mariæ basilicam beneficia recenset, hunc appellat *abbatem quemdam*, quod de abbate celeberrimi monasterii urbis Rhemensis dixisse minime probabile est. Præterea dona quorum apud Frodoardum memoria est, prorsus diversa sunt ab iis quæ complexitur charta quam recudimus: unde licet conjicere Adonem de quo loquitur Frodoardus diversum esse ab auctore hujus chartæ. Data est anno quarto regni Dagoberti III; anno autem Christi 715, annus regni quartus expletus est, qui anno 714 initium sumperat. Utri vero tribuendum sit hoc instrumentum non liquet.

<sup>c</sup> Mabillonius notat plerisque subscriptentium nominibus adscripta esse in authentico signa idographa, quorum defectu signa crucis hic interpolantur.

<sup>d</sup> Hanc vulgavit Mabillonius, Annal. t. II, append. pag. 695, ex veterrimo exemplo: exstat et apud Maurissium. Vitæ episc. Metens. pag. 112; Bouchetuin, De orig. domus Franc. prob. pag. 71; Coitium, Ann. t. IV, pag. 457 et seq., ac auctores Novæ Galliæ Christianæ, t. XIII, instr. col. 470. Valladieres, Basilica S. Arnulf., pag. 494, eandem vernacula lingua typis mandavit; alii ex autographo, ut vocant, alii ex chartulario S. Arnulfi ipsam excerpserunt. Nos recudimus ex duplici exemplo, altero cum archetypo, altero cum chartulario diligenter collato, et in chartophylacium nostrum injecto

otinas decantantur. Si quis vero, quod . . . . nobis optabile esse viditur, ut seu . . . . quælibet persona contra hanc facta a me . . . . infringere voluerit, imprimitus iram. . . . sa et de omni a limena sanctorum excommunis a pariat, et veniam apud Domino nonquam meriatur habere, ces. . . . re noluerit et insuper inferat ad ipsa basilica, una cum socio fieri, auro libras quinque, argenti ponda vig. . . . ævindegare non valiat, et præsens donacio isti omne tempore firma et inviolabilis valiat permanere. . . . — Acto Rimis, in minse Aprili, anno quarto regni domni nostri Dagoberto rege. Ado abba hanc donacionem . . . — Rodfridus ter. . . — Allinus abba subs. — Ego Abblico subs. . . . — Chaireber. . . Adolulfus prot. subsc. — Sign. † Gundoino. — Sign. † Vandreberto. — Sign. † Winone. — Sign. † Silvestro graf. — Sign. † Bertelmo. — Sign. † Marcio c.

## LIII.

*Charta qua Hugo sacerdos, Drogonis filius, dona confert Metensi SS. Apostolorum basilicæ<sup>d</sup> (ann. 715).*

In Christi nomine, sub die septimo [chartul., octava] kal. Julii, anno v regni domni nostri Dagoberti regis. Quotiens, ut solet humana fragilitas, aliquæ personæ de hoc sæculo migraverint, oportet ad suos heredes de ipsius facultate pro animæ suæ remedio ad loca sanctorum debeant delegare, ut eis in æterna beatitudine pro hac re merces aderescat. Iilep nos, in Dei nomine, Hugo sacerdos [Ch., sacerdos

æ saepe laudato domno Tabouillot. Lectiones archetypi exhibet textus noster; chartularii discrepantias inter uncas ascripsimus. Huic chartæ in chartulario præfixa sunt quæ sequuntur: « Ego Hugo, Metensis primicerius, sacerdos humilis, et germanus meus vir illuster Arnulfus dux, necnon Pipinus et Godefridus, istud ostentaverunt in hanc modum, et secundum tenorem istius litteræ. » Hoc instrumentum viris eruditis non nihil negotii facessit, ut monet Mabillonius, Annal. t. II, pag. 43 et seq. cui tamen genuinum visum est, præcipue ob membranæ antiquitatem. Coitius vero, ubi supra, pag. 458, illud non majoris auctoritatis censet quam chartæ aliæ patris et fratrum Hugonis, quæ de falso postulat. Vide quæ notavimus (Col. 1221 et 1249) ad has ipsas chartas, quas suis locis exhibuimus. « Cave (ait Coitius) ne, illarum lectione permotus, eas in neotericorum sententiam, qui Drogonis quatuor filios tribuunt. » [Fateor ex hac charta non constare numerum filiorum Drogonis, sed probat Drogonem plures habuisse filios.] In altera falsi indicia illud adduci potest, ex Fontanellensi chronico, in Spicil. Dac'er. t. III, pag. 207, nono sæculo scripto a monacho Fontanellensi monasterii, cui Hugo præfuerat: scilicet, Hugonem adhuc *laicum* fuisse anno 1 Chlotarii regis quarti, id est anno Christi 718 (\*), qui tamen sacerdos dicitur in charta quam expendimus, data anno 5 Dagoberti III, id est anno Christi 715. Adde doctissimos recentioris Historiæ Metensis auctores negare Hugonem unquam fuisse Ecclesiæ Metensis primicerium, quem tamen titulum præfert initio hujus chartæ in chartulario S. Arnulfi. Hæc omnem ædem huic instrumento adimere arbitramur.

(\*) Hæc verba in Prolegomenis priorum editorum, sect. XI, cap. 2, § 2, n. 3, emendantur. Locus chronici in quo Hugo dicitur sacerdos pertinet ad annum 715, non 718.

humilis] et germanus meus illuster vir Arnulfus dux, nec non Pippinus et Godefridus, dum contigit ut genitor noster illuster vir Drogo quoniam de hac luce migraret, nostra fuit petitio ad venerabilem virum Leuthbertum abbatem de basilica Sanctorum Apostolorum, quæ est foris murum Mettis civitate constructa, ubi avus noster dominus Arnulfus in corpore requiescit, ut ibidem jamdictum genitorem nostrum Drogonem sepelire deberemus; et ipse Leuthbertus benigno animo visus [Ch., visus fuit] præstitisse. Ideo nos, tam pro ipso loco sepulturæ, quam et pro remedio animæ prædicti genitoris nostri, villam nuncupatam Vidiacum [Ch., Judiacum], sitam in pago Mettense, quam ipse genitor suus, avus noster Pippinus, suo munere concessit, ipsam villam ad basilicam Sanctorum Apostolorum clericis vel pauperibus, alimoniam ibidem accipientibus, aut lectoribus inibi deservientibus, a die præsentis per hanc cartulam donationis visi fuimus concessisse, hoc est tam infra murum, domum nostram in loco qui Romana Sala dicitur [Desunt in chartulario, a voce domum ad dicitur], quam et foris murum Mettis civitate, tam terris, domibus, basilicis, ædificiis, acolis, mancipiis, libertis, vincis, tredecim in vico casellis cum decimis suis et septem masellis [Desunt in chartulario, a voce tredecim ad masellis], silvis, pratis [Ch., campis, pratis], pascuis, farinariis, appendiciis, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, cum omni integritate seu adjacentiis ad se aspicientes vel pertinentes, vel omni genere quadrupedum, quicquid in ipsa villa Pippinus et prædictus genitor noster visi fuerunt tenuisse vel possedisse infra urbem et extra [Desunt in chartulario, infra urbem et extra], ipse abba vel successores sui ad partem suprascriptæ basilicæ hoc habeant, teneant atque possideant; et quicquid in opportunitatem ipsius basilicæ exinde facere decreverint, libero in omnibus potiantur arbitrio. Et si (quod non credimus esse venturum), si nos ipsi, aut ulli de heredibus, aut proheredibus nostris, vel quæcumque opposita persona, contra hanc paginam delegationis sive testamenti ambulare præsumperit, aut aliquam causam exinde removere temptaverit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat, et a liminibus sanctorum

A efficiatur extraneus; et sic marcescat in radice, ut numquam florescat in ramis; et insuper componat intra ipsam basilicam, et sacratissimo fisco auri libras v, argenti pondera x; et quod repetit evindicare non possit, sed præsens delegatio sive testamentum omni tempore plenissimam obtineat firmitatem stipulatione subnixæ. Actum Mettis publice, sub die et tempore ut supra. S. Hugo, ac si peccator sacerdos, hanc delegationem sive testamentum a me factum firmavi. S. Arnulfus dux hunc testamentum consentiens. † S. Milonis. — † S. Widonis comitis. — † S. Remberti comitis. — † Signum Leuthberti comitis. — † Signum Warnarii comitis. (Subscriptiones desunt in chartulario.)

B

LIV.

*Charta qua Ibbō, Turonensis episcopus, Turonensi Sancti Martini monasterio ampla privilegia concedit* (circa. 720).

Conditō rerum omnium Deus invisibilis per prophetarum linguas genus eruditivum humanum, qui Gregorium erga prophetam præcipit nobis Isaiam, si Deum quærebamus, et acire illius volebamus vias, debitores nostros repetere non deberemus, omnes etiam solveremus fasciculos deprimentes, et omne onus quod aggravabat disrumpere, et reliqua quæ subsequuntur si custodiebamus; tunc repromisit omnibus nostrorum criminum ponderibus dejectis, atque delictorum nexibus resolutis, expulsisque peccatorum tenebris, erumpere quasi vane lumen nostrum, ad contuendum scilicet oculis spiritualibus sicuti est Creatorem, quod et sanitas nostra citius oriatur, et antea faciem nostram justitiæ, et gloria Domini inmarcessibilis colligat nos. Tunc invocemus, et Dominus exaudiat; clamemus et dicat voce cœlitus: Ecce adsum. Cui abyssus Veteris Testamenti consonat vel invocatur atque confirmatur in voce cataractarum nostrarum ipsius Redemptoris voce: Dimittite et dimittetur vobis; et iterum: Quæcumque vultis ut vobis faciant homines, et vos eadem facite illis; et: Diligis proximum tuum sicut te ipsum. Hoc ergo mandatum sufficit nobis in totum, in quo legem integram veterem et novam et universos pro-

D

\* Ter hanc chartam edidit Mabillonius: 1° inter Acta SS. ord. sancti Benedicti, t. V, pag. 745, ex veteri codice ms.; 2° in libro vi de Re diplom., pag. 487, ex pancharta quam nigram vocant, in archivo Sancti Martini Turonensis servata; 3° in Annalibus, t. II, append. 695, ad fidem authentici Franco-Gallicis litteris exarati, quod Martenius, ut asserit ibid., pag. 30, propriis oculis inspexerat, et cuius accuratum exemplum Mabillonio submiserat. Illud ipsum authenticum prolatum fuit in lite inter Turonensem archiepiscopum et ecclesiam S. Martini Turonensis initio hujus sæculi exorta, et in forensibus capituli memoris editum anno 1708; vide Defens. privil. eccl. S. Mart. Tur. prob., pag. 2. Juxta hanc postremam editionem chartam recedimus. Impugnata fuit præsertim a Launoio, qui in hac causa pro archiepiscopo militaverat. Calumniam diluerunt ecclesie S. Martini defensores, ibid. add. 2, pag. 69

et seqq. Hæc sigillatim expendere non vacat. Chronologicas notas nullas habet charta hæc. In iis assignandis respeximus ad tempora Ibbonis, Turonensis episcopi, et Guntramni, abbatis S. Martini Turonensis. Sic et defensor jurium ecclesie S. Martini, Compendium defens. pag. 2, qui chartam de qua agimus tribuit anno 720, et Ibbonem ait infulas Turonenses suscepisse anno 719. Sinceritatem chartæ id potissimum tuetur quod in privilegii formulam ab annis plusquam nongentis redacta sit, ut acute notat Mabillonius, Annal. t. II, pag. 30, nec ex formula privilegii fictum fuisse, sed ex privilegio formulam redactam, ex ipsius formulæ verbis monstrat, 2 addit. pag. 69, contra Launoium, ecclesie Sancti martini defensor. [Ex chartam diei 13 Aprilis, anni 1709, conjiciendum est chartam pro sincera habitam fuisse, cum confirmata fuerint privilegia quæ expresse concesserat.]



phetas pendere et implere Scriptura firmavit. Et de contemplativa vita partem optimam quam Dominus Mariam elegisse laudavit, sufficere credimus testimonio ipsius. Quamvis et actualis vita habeat cum retributore honorum operum mercedem suam, tamen præposuit satagenti Marthæ circa plurima se contemplantem Marlam. His ergo tantis ac talibus testimoniis exercitatus animo, decrevi ego in Dei nomine libbo, etsi quamlibet peccator, Turonensis urbis gratia Dei vocor episcopus, privilegium concedere, atque libertatem congregationi monasterii basilicæ beatissimi post apostolos Galliarum clarissimi confessoris Martini, ubi ipse in corpore requiescit, condonare, in quo venerabilis vir Guntramnus abba præesse videtur, quod jam dudum a præcessore nostro Chrotpertho, Thuronicæ urbis quondam episcopo, Christianissima devotione ad ipsam sanctam basilicam vel congregationem ibidem consistentem fuit concessum, vel etiam per auctoritatem sedis apostolicæ papæ urbis Romæ, ex consensu ipsius Chrotperthi hoc privilegium ad instar ex ipsa dictione apostolica fuit confirmatum. Nec immerito reor, eisdem ita viventibus pie atque catholice, hoc supervenire privilegium poterit, qui indesinenter die noctuque patrono nostro famulantes, placere piissimo Christo contendunt, omni honestate ac moderatione morum corpora coercentes redigunt servituti; atque suis libertatem monachis dare, cujus honorem fiscus totum dedit urbi et census, libereque vivere nomenque instituit heredis. Cujus præfulgentem a miracolis coruscantem a regibus singulariter emunitatem urbs nostra tota promeruit, præstante piissimo Dagoberto quondam rege, integram emunitatem suscipit, dignum arbitror munus ab eodem impetratum eidem vel in suo viventibus patrocinio tremantibus ulnis proferre. Præfatis ergo fratribus et abbati jura servantibus patrum cedimus, cessosque volumus ecclesiæ census, servitutes, opera, mansiones, pastus, munera, freda, fisco, episcopo, iudicebus, missis et archidiacono, et omnes consuetudines sæculares amputamus seu rescamus, et quicquid nobis vel eisdem servire dareve solebant, et quidem possident vel adhuc largiente Domino a christianis hominibus conlatum fuerit, sibi semper vindicent, habeant atque perpetuo jure tempore nostro vel successorum nostrorum defendant, eisque proficiat perenni firmitate; nec nobis, nec nostro cuiquam successori quicquam aliud dent, nisi juxta postulationem fratrum vel statuta sanctorum patrum, quam honores impositæ manus, graduum benedictiones subsequentium, altaris, chrismatism et olei sancti; et hoc ipsum absque nullo præmio secundum sanctas Scripturas accipiant. Et si abbas ab hac luce dicesserit, per electionem memoratæ congregationis monasterii, quorum vita perfecta credi-

tur, sicut regula sancti Benedicti edocet, in eorum consensu solidetur: sicut et auctoritas papæ urbis Romæ Adeodati continet per privilegii seriem nullas gravedines a quolibet episcoporum, sub prætextu discussionis, religiosus abbas vel monachi ibidem degentes sustineant; neque rursus hospitandi sibi apud eos licentiam vindicantes dispendia his atque insolentias angariarum imponant; nec per occasionem regularis disciplinæ rimandæ atque servandæ, quaslibet importent injurias: sed liberam licentiam semiliter habere statuemus, salva perfecta monachiarum regularam custodia, religiosum abbatim quicumque pro tempore præerit, præfato venerabili monasterio id procurante. Ut ergo quod prisce traditionis ejus articulus continet conservetur, et quique sub ejus reguntur dispensatione solerter custodire commoneat districteque compellat, reverentissimus vero episcopus, in cujus parochia memoratum venerabile monasterium, vel rex ejus ac possessiones constiterint, faciendæ tantum ordinationis ac promotionis sacerdotum atque levitarum, vel conficiendi chrismatism, si tantum concessa licentia: dispositionem autem venerabilis loci gerere ac conversationem monachicam exquirere, religioso abbati ejusque præposito, vel quique probatissimi fuerint in eodem monasterio, quod etiam præfati præsoles consona sententia definierunt, decernimus. Qui: quis igitur quolibet tempore, quod nullatenus credimus, hujus decretum privilegii quod auctoritate apostolica subnixi consentiendo firmavimus, in totum vel in partem temerare temptaverit, suæque præsumpcionis audaciam digna emendatione minus correxerit in perpetuum percellendum se noverit, non solum tantorum sententia sacerdotum, sed etiam æquissimo apostolicæ condemnationis aculeo: quoniam violare pertinaciter nisus est, quod salubriter conservare debuerat. Et ita quoque hujus privilegii sanctio firma ac rata indimute persistat atque permaneat, erga quod et præcellentissimi totius Galliarum reges, ut scripta comperimus, ad reprimentas laicorum infestationes, edicto præmunire idem venerabile monasterium regali pietate dignati sunt, ita et nos, inspirante Domino, plena devotione deinceps in id ipsum venerabilem Gunthramnum abbatem, suamque congregationem, vel præfati monasthyrii Sancti Martini antestetis volumus confirmare: ut inspecta ipsa privilegia tam decessores nostri Crotperthi, Berthoni, quam et Adeodati, papæ urbis Romæ seu confirmationes gloriosorum regum, ut nostro tempore vel successorum nostrorum omnimodis inviolabiliter conservitur, et in nulla qualibet parte, sicut a nobis decretum est, corrumpatur. Rogamus et conjuramus successores nostros, secundum sancti Pauli exemp'um, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut ipsam sententiam

\* Crotperthum a Berthone distinguendum contendit Cointius, Annal. t. IV, pag. 596, et perperam intrusum Berthoni nomen in charta libbonis conjicit, cum inter pontifices Turonenses nullus alias nomine

Berthoni notus sit. Sed utrumque nomen distincte exhibet charta authentica a Mabillonio diligenter inspecta, quod conjecturam Cointii evertit.

omnes nobiscum conservantes Domini mandatum , A  
 quomodo dicitur : Gratis enim accepistis , et gratis  
 date ; et illud propheticum testimonium : Beatus qui  
 excutit manus suas ab omni munere , id est , ut nec  
 per obsequium indebitum serviendo , nec per lin-  
 guam lau'dando , nec per manum plena muneribus  
 donum Spiritu Sancto corrumpantur ; sed illa potius  
 intueantur munera immortalia , quæ sunt cælis con-  
 dita , de quibus dicitur quod oculus non videt , nec  
 auris audivit , nec in cor hominis ascendit quæ pre-  
 paravit delegentibus se et custodientibus legem  
 suam . Abbas vero qui elegendus est , non eum nati-  
 vetas , aut divitiæ , aut ingeniosetas præferat ; sed  
 quem sanctitas , mores , et gravetas vel pietas ador-  
 naverint , anteponant . In nullis quoque modis quos  
 prædiximus , juxta conjurationem desentiatii nobis B  
 prædicti successoris , si non Martino consortio , si  
 non Christus suo vos excludat regno . Vos quoque  
 venerandos mihi Galliarum præsoles , et Belgicæ ,  
 Aquitanicæ metropolitanos et omnes confratres et  
 coepiscopos supplex exoro , ut huic paginulæ pro  
 socio vestro patrono nostro sancto Martino assen-  
 sum tribuat , animo ex pleno manibus vestris infra  
 subscribentes , roborem detis perpetuum , ut ad  
 æterna vobis præmia hoc privilegium , per orationem  
 quibus datur , perveniat et nobis .

In Christi nomen , Ibbō , etsi peccator episcopus ,  
 hoc privilegium integra voluntate et devotione ad  
 monasterio S. Martini , ubi monachi secundum regola  
 sancti Benedicti conservare veduntur , subscripsi . C  
 Dido \* peccator consentiens subscripsi ; Bertacharus  
 abbas consentiens subscripsi . Dodo , ac si indignus  
 diaconus , consentiens subscripsi . Mummolenus abbas  
 consentiens subscripsi . Berthramnus consentiens  
 subscripsi .

\* Nomine Didonis intelligit Mabillonius , Annal.  
 tom. II , pag. 30 , Turonensem episcopum , qui Gun-  
 tramno successit . Neque mirere , ait , duos eidem  
 instrumento subscripsisse Turonenses episcopos ; is  
 enim tum mos erat ut superiorum pontificum privi-  
 legiis successores subscriberent in spatio vacuo quod  
 ideo in authentico relinquebatur : nos quoque id alias  
 observavimus .

<sup>b</sup> Exstat in Traditionibus monasterii S. Galli , pag.  
 2 . Vulgavit Goldastus , Script. rer. Aleman. t. III ,  
 part. II , n. 41 . Neugartus , in Coil. Alem. dipl. t. I ,  
 pag. 9 , fragmenta tantum expressit .

<sup>c</sup> Conjicit Neugartus primam litteram omissam  
 fuisse , legendumque Popenwillare , hodie Pfaffen-  
 weiler , vicum in Brisgovia super Friburgum .

<sup>d</sup> Notat Neugartus primam hic fieri mentionem  
 vinearum in chartis Sangallensibus . Constat enim  
 hoc tempore vicinam Rhingoviam , adjacentemque  
 S. Gallo . Turgoviam , vinearum expertem fuisse .

\* Neugartus Cangium reprehendit quod hac voce  
 intellexerit quoddam vehiculi genus . Verum ; sed in  
 speciali casu capitularis Ludovici Pii anni 824 , Cangius  
 expresse scribit *friskingam* significare *scrofam* aut  
 aliud porcorum genus ; quod asserit quoque Neu-  
 gartus . Vid. Scherzii Gloss. germ. ab Oberlino edi-  
 tum , voc. *Frischling* .

<sup>f</sup> Certe Chilpericus II , Daniel dictus antequam

## LV.

*Translatio honorum in Oppenweiler et Eteringen ab  
 Erfoino in gratiam ecclesie S. Galli* <sup>b</sup> (ann. 720).

In Christi nomine . Ego Erfoinus et filii mei Teo-  
 tarius atque Rotarius , cogi avimus Dei intuitum , vel  
 divinam retributionem , vel peccatis nostris veniam  
 promereri : propterea vernacula terra juris mei in  
 loco qui dicitur Oppenwilare <sup>c</sup> tradimus S. Galloni  
 viginti iuchos , et in Eberingen unum iuchum de  
 vinea <sup>d</sup> , et de colonis meis Erfoinum cum uxore sua ,  
 et cum omni appertinentia sua , cum casa et cum  
 terra , et cum omnibus suis : et alium servum nomine  
 Waldolfum cum casa , cum terra , et cum omnibus ad  
 eum pertinentibus , ut dum adhuc vivimus ego et filii  
 mei , in nostra permaneant potestate , et in anno red-  
 damus carram de vino , et carram de siligine , et car-  
 ram de feno , et friskingam <sup>e</sup> . Et si filiis meis infan-  
 tes nati fuerint , sicut superius dixi , ita solvant cen-  
 sum , et habeant potestatem . Si noluerint censum  
 iude reddere , omnia , sicut superius diximus , sunt  
 concessa ad ecclesiam S. Gallonis . Et si quis , quod  
 non credimus , aliquis de heredibus nostris contra  
 hunc factum nostrum ire vel inrumpere voluerit , in  
 primis incurrat iudicium Dei , et solvat auri libras II .  
 Et hunc factum nostrum inlesum permaneat stipula-  
 tione subnixa . — Facta hæc carta est in loco qui di-  
 citur Anninchova , xvii kalend. Febr. sub regno do-  
 mini nostri Elperici <sup>f</sup> regis . Sign. Teotarii et Ro-  
 tarii , qui hanc cartam fieri rogaverunt . † Signini  
 testis sign. Regandozi testis sig. Vulperti testis sig.

## LVI.

*Testamentum Wideradi abbatum , quo multa legat ba-  
 silicis S. Andochii , S. Regine , et S. Ferreoli ; reli-  
 quarum vero possessionum suarum hæredem consti-  
 tuit ecclesiam sancti Præjecti Flaviniacensis* <sup>g</sup>  
 (ann. 721).

Anno primo regnante Theoderico rege , sub die xv  
 kalend. Februariarum , ego Wideradus abba , filius

solum conscenderit . Charta non indicat annum  
 regni , unde collocanda est inter 715 et 720 ; Chilpe-  
 ricus II enim a Francis ad regnum , posthabito Theo-  
 doro IV , Dagoberti III filio , vocatus est anno 715 ,  
 obiitque anno 720 .

<sup>g</sup> Duplex habemus testamentum Wideradi : hoc  
 prius edidit Mabillonius , inter Acta SS. ord. S. Ben.  
 t. III , pag. 652 , exactum ad duos codices mss. quo-  
 rum unus ab annis 800 exaratus fuit . Recuderunt  
 Cointius , Annal. t. IV , pag. 680 , et ex chartulario  
 D. Plancher , Burgundicæ historiographus , t. I , prob.  
 pag. 1 . Conditum dicitur anno Theodorici regis primo ,  
 quod de Theodorico II , Sigeberti et Brunichildis ne-  
 pote , interpretatus est Ilugo in chronico Viridunensi ,  
 scripto sæculo XI , apud Labb. Biblioth. mss. tom. I ,  
 pag. 113 . Sane miramur hunc ibi cæcutiisse , cum  
 ipse præfuerit Flaviniacensi monasterio in cujus  
 gratiam testamentum suum condidit Wideradus . Sed  
 cum Wideradus adhuc anno Christi 744 superstes  
 fuerit , ut liquet ex ejus altero testamento quod or-  
 dine suo referemus , prioris testamenti notæ chrono-  
 logicæ de Theodorico IV intelligendæ sunt . Id autem  
 fusius monstravit Mabillonius , ubi supra ; et Annal.  
 t. II , pag. 64 , cui Cointius , Annal. t. IV , pag. 680 ,  
 suffragatur . Sic etiam censet historiographus Bur-  
 gundicæ , t. I , pag. 107 , in historiae suæ contextu ;  
 eidem tamen instrumento , inter historiae suæ proba-

viri illustri Corbonis quondam, sana mente integroque consilio, metuens humanae fragilitatis casus, testamentum meum condidi, quem Aldofredo notario scribendo commisi; ut quando dies legitimus post transitum meum advenerit, recognitis sigillis, inciso ligno <sup>a</sup>, ut legis decrevit auctoritas, per iuluster vir Amalsindo, quem in hac pagina testamenti nostri legatarium inatitui, gestis reipublicae municipalibus titulis, ut ab ipsis ejus prosecutione muniatur, et in charta <sup>b</sup> basilicae S. Praejecti, quem ego aedificavi, conservandum decrevi. In reliquo vero qualescumque <sup>c</sup> epistola aut testamenta vel conscriptione <sup>d</sup> de nomine meo vel manu mea firmatae ostense fuerint, ante hoc testamentum praenotatae, quas hic non commemoravero, exceptis ingenuitatibus quas pro animae nostrae remedio fecimus, aut adhuc facere volumus, vacuae permancant. Et quod unicuique per hoc testamentum dederam dareque jussero, id ut fiat, debet, praestetur, impleatur, te, Omnipotens, testem committo. Quapropter dum non habetur incognitum qualiter, dispensante Deo, ad habendum loca sanctorum, S. Andochii Sedelocense, et S. Reginae Alsinse, et S. Ferreoli, ubi ipsi pretiosi requiescant in corpore, in mea cura suscepi, insuper etiam et in loco nuncupante Flaviniaco, in agro Burnacense, in pago Alsinse, in re mea propria meo opere construxi, atque Magoaldo abbati cum monachis suis delegavi regulariter in perpetuo ad possidendum. Dono igitur ad basilicam supra memoratam S. Andochii martyris, portiones meas atque loca denominata; haec sunt: in pago Alsinse et in Pauliacense, Meseriacum, Cecesiacum, Vallinse; in pago Avallinse, Passariniacum; in pago Comnavorum, Stolingus et Macereas; in pago Portinse, Crifonvilla et Vagomundi-curtem; in pago Neverninse, Senseriacum et Ariacum, praeter illas vineas, quomodo ille rivulus currit qui vineis Aldeberti ad pratum vadit, totum illum clausum quem nos jussimus plantare, ad integrum cum exso <sup>e</sup> et regresso, una cum manso et colonica illa quae fuit Anseberto, et modo tenet illam Siebertus, et ipsum Siebertum, cum uxore sua vel infantibus eorum, qui ipsam vineam debeant procurare quam S. Praejecto dedimus. In

tiones relato, pag. 1, annus ascribitur 606, quod certe amanuensis oscitantiae tribuendum. Inquirat Mabillonius, Annal. t. II, pag. 65, an Wideradus fuerit abbas Flaviniensis; et probat id dici non posse nisi simul cum ipso huic monasterio praefuisse dicatur Magoaldus: verisimillimum autem arbitratur utrumque revera fuisse abbatem Flaviniacensem; Wideradum vero, quem abbatem fuisse ordinatum testatur auctor Virdunensis chronici, ubi supra, non nisi honorarium abbatem fuisse, qui plura monasteria condiderat et in sua cura susceperat; atque in hanc sententiam descendunt Cointius, ubi supra, et auctores Novae Galliae Christianae, t. IV, col. 55. Regni Theodorici IV initio repetito a mense Decembri anni Christi 720, mensis Februarii anni primi concordat cum anno Christi 621. Alii aliam adhibent annos regni Theodorici computandi rationem. Sequimur auctorem eximii operis De veritate notarum chronologicarum tu veteribus instrumentis investigatione, t. I, pag.

A reliquo vero, sicut a me tam alodo parentum quam per quemlibet adtractum tentum, dominatum atque possessum est, omnia ex omnibus, cum domibus, aedificiis, terris, campis, cultis et incultis, mancipiis, accolabus, libertis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, omne genus pecudum majore atque minore, mobilibus et immobilibus, omnem rem inquisitam, quidquid in ipsa loca superius nominata habere videor, totum et ad integrum ad S. Andochii basilicam proficiat in augmentum. Similiter donamus ad basilicam S. Reginae, ubi ipsa pretiosa requiescit in corpore, in pago Terno-drinse, Vibelum, Ciconias, Anciacum, Rabarias; in pago Leotincinse, villam Maurianae, Altam-ripam, Baniolum; in pago Duismense, Staffacum, Colabarium, Vilnovetum; in pago Annavorum, Carinacum et Casellas; in pago Portinse, Aviciacum et Puscionem; in pago Athoariorum, Pussionem. Haec omnia superius comprehensa, sicut et alia loca ad S. Andochium dedimus, ita et ista ad S. Reginae potestatem cum omnibus integritatibus earum delegavimus. Similiter donamus et ad basilicam S. Ferreoli, ubi ipse dominus requiescit in corpore, et nos in regimine habemus: in pago Pauliacinse, Aciacum cum omnibus appendiciis suis ad integrum, sicut et illa alia loca ad S. Andochium et ad S. Reginae, ita et ad basilicam S. Ferreoli dedimus; in ea vero ratione, ut, dum nos advivimus, supra memoratas abbas S. Andochii et S. Ferreoli vel S. Reginae, et omnes res sibi debitas vel ad se pertinentes, in integritate, seu et jam dicta loca nostra quae nos ad ipsas delegavimus, tenere et possidere quieto ordine faciamus; post nostrum quoque discessum supra memoratas ecclesias et supradictas res unaquaque casa per rectores suos absque ullius contradictione in suam faciant revocare dominationem, in ea ratione ut monasterium nostrum Flaviniacum vel instrumenta quod ad ipsum locum in honore S. Praejecti fecimus, in omnibus studeant conservare. Et, si ipsa instrumenta inrumpere, aut ipsum cenobiolum inquietare praesumpserint, aut res ejus minuire voluerint, nec hoc valeant vindicare; sed res nostras, quas ad supra memoratas basilicas S. Andochii et S. Ferreoli vel

D 549. [Ad hujus testamenti interpretationem, quasdamque textus voces emendandas, multum facit formula Lindembrogiana LXXII, seu Baluziana XXVIII, qua ex eo deprompta videtur fere de verbo ad verbum.]

<sup>a</sup> [Illic legendum mallem, ut in formula supradicta, inciso ligno. Post mortem enim testatoris testamentum aperiebatur, recognitis sigillis, incisoque ligno quo testamentum irreveritum claudebatur; nullumque sensum praebent voces inciso ligno.]

<sup>b</sup> [Legendum sane in chartario, aut, ut docet formula, in archia vel archiis.]

<sup>c</sup> [Error irrepsisse videtur; legendum foret, ut in formula, aut quacumque.]

<sup>d</sup> [Melius conscriptiones, ut in formula.]

<sup>e</sup> Cangius voc. exso, legendum conjicit exio. In Lindembrogiana formula, cum exio et regresso; in Baluziana vero, cum exio et regresso. Charta Eligii anni 631, cum itibus et reditibus.]

S. Regine delegavimus, amittant; et per protectionem regiam, casa S. Præjecti Flaviniacensis cum omni integritate ipsas recipiat perpetua ad possidendum. Quod si pontifex vel aliquis quislibet, dum advivimus, de ipsis abbadiis vel de rebus earum nos exspoliare voluerit, aut aliquid minuare præsumperit, aut ego ipsas abbadias vivens dimisero, nos res nostras quas ibi delegavimus licentiam habeamus ad nostrum dominium revocare, et quidquid exinde facere voluerimus, liberam in omnibus habeamus potestatem. Præterea donamus donatumque in perpetuo esse volumus ad jam dictum monasterium S. Præjecti Flaviniacensis, quod in agro Burnacense opere nostro ædificavimus, in pago Alsinsæ ipsum Bornadum cum ipso castro Flaviniaco cum omnibus adjacentiis vel appendiciis suis ad integrum; et locella seu colonie in Cadonato, Darciano, Ceresio, Aguniaco, Gessiano, Luveriano, Luviniano, Pruviniaco, Aderato, Montecellis, et in pago Ternodrinse, Blavaco, et Marcomania; in pago Avalinsæ, et Neverninsæ, sive Ammonias curtem qui vocatur Corbinianus, et Antonium cum omnibus adjacentiis vel appendiciis earum in integrum; et colonicas in Lisconio, Dumsatio, Viriaco, Valentingos, Vallecrovaria, Juliano, Pagatiaco, Cassaniolo, Wldonaco, Careaco, Capps, Degantiaco, Casseaco, Rioscella, Palatiola, Govilicis, Sipiciaco et Sapiliaco, seu et illa colonica in Ariaco, quæ fuit Anseberto, cum ipso homine qui supra commanet, nomine Sigberto, et uxore sua leda nostra vel infantes eorum, in integritate quidquid ad ipsam colonicam aspicere videtur, cum omne superposito; et illum clausum in ipso Ariaco, quomodo ille rivus, de vinea Aldoberti descendit ad pratum, totum illum clausum quem nos plantare jussimus cum exso et regresso in integrum; et in pago Barrinsæ, Falciolo et Ulmodo; et in pago Pauliacinsæ, Balna et Corniciaco; et in pago Athoariorum, Hlicio et Blandoniaco et colonica; in pago Amavorum, Fraxino, et areas in salinis Crosone et Vigris. Similiter et areas in Augustodunum civitate: ista omnia quæ superius nominavimus, cum omnibus appendiciis vel adjacentiis earum, quantumcumque ibidem tenere et possidere videmur, per quemlibet adtractum ad nos pervenit aut legibus pervenire debet, totum et ad integrum, cum omne superposito, a die præsentis, in honore Jesu Christi Domini nostri et sancti Præjecti martyris, Magoaldo abbati monachisque suis tradidimus ad possidendum, cum domibus, ædificiis, mancipiis, accolabus, libertis tam ibidem oriundis, quam aliunde translatis vel ibidem commanentibus, vineis, silvis, campis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, omne genus pecudum, tam majore quam minore, mobilibus et immobilibus, omnem rem inquisitam, et quidquid dici aut nominari potest, totum et ad

A integrum ad jam dictum monasterium Sancti Præjecti Flaviniacum vel rectores ejus proficiat in augmentum. Similiter et illas cessiones quas ad libertos nostros Ghisberto et Gimberto clericos, ad eorum ingenuitates construendas, Daolonecas in Bornato et in Ceresio fecimus, quando eos pro animæ nostræ remedio ingenuos dimissimus, ut dum advivant hoc teneant, et post ipsorum discessum cum omne superposito ad jam dictam casam Sancti Præjecti, ubi eorum patrocina et defensionem constituimus, revertere faciant. Volumus etiam ut ingenuos eos fecimus aut inantea fecerimus, quanticumque in ipsa loca manent, quæ ad Sanctum Andochium et ad Sanctam Reginam et Sanctum Ferreolum vel ad Sanctum Præjectum delegavimus, inspectas eorum libertates super ipsas terras pro ingenuis commaneant, et aliubi commanendi nullam habeant potestatem, sed ad ipsa loca sancta debeant sperare, et nullus de ipsis demonium nostris heredibus reddant; et de hoc quod eis per cartas dedimus ad aliquos aliubi vendere, nec alienare habeant licentiam. Præter ista omnia, reservavimus infauca hereditibus nostris Pagaciaco; in pago Neverninsæ curtem quam dicunt Montem-Porcionis. Similiter et in pago Athoariorum, Vedis-vineas, Voguntias, Lucæ, Sagoneco; in pago Portinsæ, Solvillare, Monricovilla, Ebrouvillare, Saegalaras, in ea ratione, ut facta mea in omnibus studeant conservare atque defendere. Quod si hoc facere neglexerint, quidquid eis deputavimus perdant, et de omni corpore facultatis meæ reddant extranei. Et, si aliquid comparavero vel adtraxero, vel pro quolibet ingenno ad nos pervenit aut inantea pervenerit, quod in isto testamento supra non commemoravimus, post nostrum discessum casa Sancti Præjecti per rectores suos recipiat perpetua ad possidendum. Per præsens itaque testamentum basilicam Sancti Præjecti, quam opere meo Flaviniaco construxi, heredem meam instituo, eique præsentem codicillum commendo, per quem ita constituo, ut nullus episcopus ullius civitatis, aut archidiaconus, vel quilibet ex clero, aut actores Ecclesiæ, ullo modo de prædicto monasterio Sancti Præjecti nullum præsumant exercere dominatum, non ad mansionaticos aut repastus exigendo, non ad ministeria describendo, non ad abbatem mittendo, nisi cum necesse fuerit chrisma petere, tabulas aut altaria consecrare, sacros ordines benedicere, sicut Losodienses aut Lerinenses vel Agaunenses monachi, a quemcumque de sanctis episcopi sibi elegerint qui hoc agere debeat licentia sit eis expetere, et illi hoc benedicere. Si autem, karitate exigente, pontifex quilibet ab abbate vel monachis ibi fuerit invitatus, simpliciter quæ ei a fratribus offeruntur accipiat, nulla exenia vel munuscula amplius quærat. Quod si fecerit, a glorioso domno quem tunc Deus regnavit

<sup>a</sup> [Legendum videtur quos, ut in formula.]

<sup>b</sup> [In formula, spectare; sed aliquando, ut testatur Cæsius, sperare idem valet ac pertinere.]

<sup>c</sup> [Sic in Mabillonio; imo D. Plan: her, infauca;]

sed legendum in falcidia, ut in formula, aut in faucidia, qua voce, sermone corrupto, designabatur pars hereditibus servata. Charta anni 680 habet in faldidio.]

Burgundæ gubernare permiserit, hoc protinus emendetur. Cum vero abbas illius loci acceperit transitum, quemcumque de semetipsis monachi ibidem habitantes elegerint, secundum Deum, aut si communi consilio aliunde eligere voluerint, hoc in eorum maneat potestate. Quod vero Deus avertat, ne ibidem sanctus ordo tepescat, potestas maneat monachis ibidem habitantibus ad unum de sanctis monasteriis expedire, et per eorum salubre consilium eorum regulam emendare. Te igitur, domna et sancta mater mea ecclesia Sancti Præjecti, heredem instituo, quidquid unicuique deputavi fidei tue committo. Te quoque heredem meam in Deum et regis potestatem commendo, ut contra omnes inquietudines sua te post Deum fortitudo defendat: quia hoc quod tibi deputavi, malo te habere quam me, te magis quam ceteros heredes ac proheredes meos. Precor igitur domnum gloriosum regem, tam tempore moderno regnantem, quam futuro succedentem, et per Dei tremendum iudicium adjurare præsumo, ut præsentem codicillum, vel jam dictum cœnobium meum sua fortitudine jubeat defensare atque solidum in omnibus custodire, ut nullatenus ab infestatione malorum hominum possit intrumpi; sed delectet monachis ibidem conversantibus, vel sacerdotibus per loca sancta quæ præsens noster codicillus commemorat habitantibus, pro me et vita regis et filiorum ejus Dominum supplicare. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si aliquis heredum ac proheredum meorum, vel quælibet opposita persona præsens hoc testamentum meum infringere conaverit, vel tentare præsumperit, inprimis usque dum ad veram emendationem proinde corrigatur. Deum et sanctos suos habeat contrarios et a liminibus ecclesiarum efficiatur, extraneus, et insuper inferat cui quem pulsaverit, una cum socio fisco, auri libras triginta, argenti pondera quingenta coactus exsolvat; nihilominus præsens pagina firma permaneat stipulatione subnixâ. Quam manu mea propria subter firmavi, et bonorum hominum signis vel alligationibus roborandam decrevi. Et quod superius memorari debueramus, tam aurum quam argentum vel reliquas fabricaturas seu ministeria ecclesiæ, vel strumenta cartarum, libros vel vestimenta ecclesiæ, vel omne præsidium quod mihi legibus vivens possidere vi-

deor, et mihi redebetur, inspecto illo strumento quod antea ad Sanctum Præjectum vel ad abbatem Magoaldum et monachos ejus fecimus, post nostrum discessum ad ipsum monasterium Sancti Præjecti Flaviniacum revertantur; et ipse abbas Magoaldus, cum monachis suis, pro animæ nostræ salute ea recipiat et perpetualiter eis proficiat in augmentum, vel quidquid exinde facere voluerint, liberam in omnibus habeant potestatem faciendi.—Widradus abbas. Gerefredus defensor. Amalsindus. Haldofredus.—Actum Sinemuro castro, die kal. Febr. xv, et scriptum per manum Haldofredi notarii, suadente et deprecante eodem venerabili abbate Widrado, immo sigillante, per illustri viro Amalsindone sigillo regio. Anno domni Theodorici regis primo, astante nobili et firmante vulgari populo, una cum defensore Gerefredo, clarissimo viro.

## LVII.

*Charta qua Bertrada Prumiensi monasterio a se condito plurima dona confert<sup>a</sup> (ann. 781).*

In nomine Deitatis Sanctæ Trinitatis. Ego Bertrada seu Berta, seu et filius meus Charibertus, recogitans molimina peccaminum nostrorum, ut parva pro magnis, terrena pro cœlestibus, caduca pro futuris, in ara summi Dei omnipotentis offerre mereamur, ut ab ipsis sublevare adipiscamur jugi miserationum domicilii Dei. Idcirco desiderio desideramus circa fluvio Prumia monasterio ædificare; quod ita et fecimus in honore S. Mariæ, et S. Petri, et S. Pauli, S. Johannis et S. Martini, et sub cœnobio vel regulari ordine ibidem debeant monachi conversare, et pro peccatis nostris die noctuque Domini misericordia adtentius exorare, ut a noxiis sceleribus nostris et filiis meis defunctis mereamur emundare. Propterea donamus ad monasterio qui vocatur Prumia, de foreste nostra de ipso monasterio juso aqua desuetus illo exarte usque in ipso vado in Prumia, et de ipso vado indricto usque in Melina flumen, deinde per Melina fuso aqua usque ubi nobis obtingit legitimo, usque ad Winardo curte, usque ad illa marca qui nobis obtingit; et ad stipendia ipsorum servorum Dei donamus de villas nostras, id sunt, de Romairo villa, de nostra portione medietate, et de Prumia medietate similiter; ad Saaingas in Moslisi, super

<sup>a</sup> Eruit Marienus, Ampliss. coll. t. I, col. 25, ex chartario Prumiensi; recuderunt Calmetus, Histor. Lothar. t. II, probat. col. 91; Bertholetus, Histor. Luxemb. probat. t. II, pag. 29; Hontheimius, Histor. Trevir. dipl. t. I, pag. 112, et auctores Novæ Galliæ Christianæ, t. XIII, instr. col. 295. Prima hæc est Prumiensis monasterii fundatio, in prato ubi exstat adhuc, ait Martenius, ecclesia quæ S. Benedicti capella dicitur, orientium monachorum conditorium; aliam autem postea splendidiorem basilicam extraxit Pipinus rex, proximo in loco, hortante conjuge sua Bertha. Hanc cave ne confundas cum priore Berta, quæ chartam emisit quam exhibemus, et quæ hic triplici vocatur nomine, Berta, Bertrada, Bertradana. Hæc habebat filium Charibertum, uxor vero Pipini genitorem habuit Heribertum, quem eundem cum Chariberto censet Hontheimius, in notis ad char-

tam Bertradae, ubi supra, unde priorem Bertam posterioris aviam fuisse arbitratur. Aliquam de hujus chartæ sinceritate suspicionem moverat invocationis formula prorsus insolita. Ex plurimis enim instrumentis quæ huc usque recensuimus, cum invocatione S. Trinitatis, nullum est quod non spuris annumeravimus, si summorum pontificum bullam unam aut alteram excipias, et unicam Gammonis chartam datam anno Christi 697 (Col. 1255) supra: huic autem, cum aliis falsi iudicii absolvi possit et ex chartulario sit deprompta, formulam insolitam a chartularii scriptore temere prælixam fuisse licet conicere. Sic etiam censemus de charta Bertradae, pariter e chartulario eruta, et quæ nulli quæ sciamus suspecta visa est. De nostra annos regni Theodorici IV computandi ratione supra diximus (Col. 1268, not. 8).

fluvio Mosella, totam de Bursis quicquid est de nostra A parte totam, et de Blancio quicquid nobis obtingit totum. Bertelingas nostra parte tota donamus donatumque in perpetuum esse volumus. Villas superius nominatas ad monasterio Premia, in honore peculiaris patronis nostris S. Mariæ, Petri et Pauli, et S. Martini seu ceterorum sanctorum quorum pignora ibidem in ipso loco venerare noscuntur, ubi Angloaldus Christo auspice præesse dinoscitur: hoc sunt, villas nostras superius nominatas, cum omni integritate eorum: hoc sunt, Sessi cum widriscapis, casis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, silvis, mancipiis, scolabus, vestibus, utensilibus, vineis, cultis et incultis, mansionibus, mobilibus et immobilibus, vel quicquid in ipsis villis antecessores nostri ibidem tenuerunt, et nos a die presente tenere visi sumus, totum et ad integrum, sicut superius dixi, ad jam dicto monasterio, pro animæ nostræ vel filii mei defunctis remedium vel æterna retributione, donamus atque transfundimus de jure nostro in jure et dominatione ipsorum servorum Dei, ut ibidem perpetualiter proficiat eis in augmentis, et a die præsentis ipsi servi Dei qui in ipsa loca ordine sancta contemplare videntur, jam dictas villas habeant, teneant atque possideant, et eorum posteris spiritalibus derelinquant ad possidendum, vel quicquid de ipsa facere voluerint liberam et firmissimam in omnibus habeant potestatem faciendi. Si quis vero, nos, aut ullus de heredibus nostris, sut proheredes, vel quislibet opposita persona, contra hunc testamentum a nos factum venire tentaverit aut hoc immutare voluerit, quod futurum esse non credimus, in primitus iram Dei omnipotentis incurrat, et S. Petro qui tenet claves regni cælorum, et S. Paulo cum quo apostolis Domini seu et ceterorum sanctorum, sic marcescat in radice ut non florescat in ramis, et, si ei rami evererint, ad nihilum deveniant, tamquam anathematus in radium solis, et quod repetit nullam unquam tempore evindicare non valeat, sed inanis et vacuus cum ipsis maledictionibus perseveret; et adhuc pro totius firmitatem, ac si parva munuscula nostra quæ Deum obtulimus, in læsa perseveret; et insuper, juxta legem conditoris, quod principes sanxerunt b, inferat nobis auri libras x, argenti pondera xx, et si nec quoque factum nostrum ullum tempore irrumpere valeat, sed præsens testamentum a nos factum omni

tempore firmiter permaneat. Unde et nos ipsam cartulam donationis a die præsentis fieri rogavimus, et manus nostras subter decrevimus affirmare, et viris magnificis affirmare rogavimus.

Facta cartula donationis publice, in villa Prumis, sub die quod fecit mensis Junius dies viginti tres, anno primo regni domni nostri Theoderici Regis.

Signum † Bertradanz, quæ hanc cartulam fieri rogavit, manu sua facto. Ego Charibertus subscripsi. Ego Bernarius subscripsi. — Signum † Chrodolandæ. Ego Theodericus subscripsi.

## LVIII.

*Charta recognitionis censuum de pago Arduno, Herlemundo Cenomanensi episcopo solvendorum \* (ann. 721).*

Domno et seniore nostro viro apostolico Herlemundo, qui casam Sancti Gervasii in regimen habere videtur; nos enim in Dei nomine Domnoleus, Bodoardus, Rogobertus, Bosolenus, Gembertus, Audobertus, Gundoaldus seu et Adobertus, junioris Audranno agente de villa vestra Sancti Gervasii nuncupante Arduno. Dum cognitum est qualiter et permissio ipsius Audranno illas inferendas vel omnia exactum quod ex ipsa villa ad partem sancti Gervasii reddere debetur, de pagensis nostris unusquisque per manus nostras recipimus vel ad recipere habemus, unde apud Halingan vicedomino partes exinde fecimus, et nobis de annuata carta, quod fuit regnante Chilperico rege, de ipsa ferenda, in integrum nobis injunxit, quod ipsi pagenses nostri hoc reddebant, vel nos cum ipsis, vel ipsos pagenses exinde convictos esse faciat. Propterea hanc epistolam cautionum nobis emittemus, vel manu nostra affirmavimus ego Domolenus, quod de ipsa annona redebeo sol. septuaginta et duo: et ego Bodoarius solidos septuaginta tres; et ego Rigobertus sol. xxxiii; et ego Bosolenus sol. xl et tres; et ego Audobertus sol. xxxvii. Similiter ego Gembertus sol. lxxxij et dr. ij; et ego Gundoaldus sol. xxxvj et dimidio; et ego Adobertus sol. xxj et tremisso, sicut diximus. Nos enim juniores Aidranno hoc vobis per hanc epistolam cautionis spondemus, ut medio Julio ipsa inferenda, quod superius est intimatum, quod unusquisque de sua parte reddere debet, si ut superius est insertum et apud nos cognitum est, quod exigere petimus, sicut diximus, medio mense Julii ipsa vobis in integrum transsolvere spondemus, ut gratiam vestram exinde adimplere debemus. Simili-

\* [Vox *testamentum* vulgari sensu non est intelligenda; Bertrada enim bona tradit a die præsentis, et infra scribit *chartulam donationis*. Nonnulla exstant id genus instrumenta in hac collectione quibus donationes inter vivos nuncupantur *testamenta*, id est *testatio, declaratio voluntatis*: sic in lege Ripuariorum, tit. lxx et lxxvii, inscribitur *testamentum venditionis, traditionis*. Vide Cangium voc. *Testamentum*.]

b [Hic charta obiter innuit const. 8, tit. ix, lib. ii, codicis Theodosiani qua sanciantur poenæ in eos qui pacta conventa implere recusant. Cf. Gothofredum ad hanc constitutionem.]

c Nihil est in hoc instrumento quod falsum sapiat.

Non aliunde tamen cognitum est quam ex Actis episcoporum Cenomanensium, inter Mabillonii *Analecta*, pag. 284, quæ plurima dubiæ fidei complectuntur instrumenta. Ex his unum supra, pag. 156, edidimus quibus fœcales redditus in villa de Arduno Cenomanensi Ecclesiæ concessi sunt, et illud spuris annumeravimus. An ad hujus confirmationem illud quod exhibemus fictum fuerit? De hoc suspicionem movere religio nobis foret, cum nulla suppetant supposititii fœtus indicia. Herlemundus jam a pluribus annis Cenomanensem regerat Ecclesiam cum regnum auspiciatus est Theodericus IV.

ter et de illis fidefactis quod nostri pagenses qui hoc contemserunt, et vobis de ipsis vicis hoc vobis spondimus, ut per unumquisque hominem de suo servitio, juxta quod vobis quidem fecerunt et vester brevis loquitur, ipso die in integrum exinde apud nos satisfacere debeamus <sup>a</sup>. Quod si hoc non fecerimus et voluntatem vestram exinde non adimpleverimus, per hanc epistolam cautione vobis spondimus ut in postea, post ipso placito, totum in duplum vobis transolvere spondimus, quam postea epistolam cautione cum adstipulatione subnixam, manus nostras subter firmavimus et adfirmare rogavimus.

Actum Cenomannis civitatis, in mense Junio, in anno i regnam domini nostri Theoderici regis. Signum Domnoleno. Signum Rigaberto. Signum Hau-  
deharlo. Signum Bausleno. Signum Audoberto. Signum Gemberto. Signum Gundaldo, qui hanc epistolam cautionis affirmaverunt conscientes. Bertrannus rogatus subscripsit. Teobaldus subscripsit. Adebertus subscripsit. Odilus scripsit et subscripsit.

## LIX.

*Charta qua Ebroinus comes plurima dona confert basilicæ S. Petri in loco Rinharim<sup>b</sup> (ann. 721).*

In Dei nomine. Ego Ebroinus comes, filius Oda [M., Odo] quondam, donator; aliquid de rebus meis ad loca sanctorum, pro remedio animæ meæ, seu dilectissimæ conjugis meæ Theodelindæ, dare disposui: hoc est, ad basilicam Beati Petri apostolorum principis, seu Johannis Baptistæ vel ceterorum sanctorum, quæ constructa est in loco Rinharim [M., Reynaren] in pago Dublinsi, super fluvio Rheno, ubi nunc dominus pater et pontifex Willibrordus [M., Willebertus] episcopus custos esse videtur; dono in loco Nitro, villa nostra, casatos tres cum uxeribus et infantibus, terras cum sala et curticle [M., curtile] meo, vel adjacentia et ad eundem locum pertinentia; et portionem meam in loco Haemmi, silvam

<sup>a</sup> [Eo attentius perpendenda est hæc charta, quod nulla similis argumenti reperitur, qua debitores redituum recognoscant quid unusquisque pro sua parte debeat, sequere reos promittendi constituentes, singuli pro omnibus integram reditum se persoluros spondent: hic deprehendimus prima vestigia usum sequioris ætatis de solvendo censu feudali.]

<sup>b</sup> Hanc edidit Miræus, Opera dipl. t. III, pag. 530, ex charta vetustissima [notatque eam inter cætera comitum Hollandiæ diplomata vetustissimam existere]. Eamdem cum plurimis discrepantiis nobiscum communicavit dominus Turpin, congregationis Sancti Mauri, depromptam a D. Mich. Colloz, subpriori S. AgERICI Virdunensis, ex chartulario Epternacensi quod aureum librum vocant, sub finem XII sæculi exarato. Cave ne Ebroinum comitem cum Ebroino majore-domino, et Theodorico sub cujus regno data est charta hæc cum Theodorico III perperam confundas. Ebroinus major-domus anno Christi 682 vita cesserat, ut videre est apud Gesta Fr. cap. 47, et Fredeg. Cont. cap. 98; Theodorico III circa annum 691, ut testatur Longuer. Annal. Franc. ad annum 690, in Coll. script. rer. Fr. t. III, pag. 691; Willibrordus vero, qui hic episcopus dicitur, non nisi anno 695 episcopatus insulas adeptus est, teste Ma-

jaris mei, totum et ad integrum dono. Sed et hoc quod mihi legibus provenit in Dangaesbroch [M., Doensbrug], medietatem silvæ ad eundem locum pertinentem jure meo, et in villa nostra Meri casatum, cum uxore et infantibus et portione [M., cum terris et peculiari eorum, et portione] silvæ, et in villa nostra Riabari, casatos quatuor, cum uxore et infantibus, cum terris et peculiari eorum et portiones de silva; et in villa nostra Millingi, basilicam domine nostræ Mariæ cum omni integritate, quam ibidem ordinavimus, ad eundem Sanctum Petrum subrogari volumus et decrevimus, et servum nostrum Folcharium ibidem servientem cum uxore et infantibus, Eodfrid [M., Godefridum] cum uxore et infantibus et terris [et terris deest ap. M.]; et in loco Meginun, Walanunt [M., Megrin, Walanun] cum uxore et infantibus, cum terris duabus hobinnas [M., duas soburinas], et in villa Dagaerburge, Oda cum uxore et infantibus et peculiari suo. Hæc omnia, cum integritate, id est, tam casis quam curtillis, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, re mobili et immobili, re exquisita et inexquisita, vel reliqua oportunitate ibidem aspiciente, ad supradictum locum sanctum dono donatumque esse [esse deest ap. M.] perhennis temporibus volo, pro orationum lucro, vel missarum solemnibus celebrandis perpetuo pro me et pro meis, et ipse locus sanctus et custodes ejus hoc habeant, teneant et possideant ac defendant [ac defendant deest ap. M.], et quicquid exinde facere voluerint liberam ac liberrimam in omnibus potestatem habeant. Si quis vero, quod futurum esse non credo, nos, aut aliquis de heredibus [M., heredibus aut proheredibus] nostris, vel ulla opposita persona [hæc quat. voces desunt ap. M.], contra hoc testamentum [M., hanc donationis cartulam] venire temptaverit aut emulare voluerit, in primis a sancto Petro et sancto Paulo excommunicus fiat, et insuper inferat fisco <sup>c</sup> auri libras decem, argenti pondo viginti, una

bill. Annal. t. I, pag. 610. Ergo Ebroinus comes, de quo agitur, alius est ab Ebroino majore-domus [ut recte probat Miræus, ubi supra; de Ebroino nostro verba fecit Heda in Historia Trajectensi, pag. 28]. Theodorico vero intelligendus est rex hujus nominis quartus, qui post mortem Chilperici II, mense Decembri, anno 720, regnum videtur auspiciatus; Willibrordus autem ad annum 738, imo forte ad annum 740 vitam produxit, ut testatur Hist. litt. Franc. t. IV, pag. 63. Quis autem fuerit Ebroinus ille comes non liquilo constat. Ebroinum comitem novimus qui primarius conditi Caroffensis monasterii tabulis subscripsit anno Christi 685, Mabill. Annal. t. II, pag. 271. An idem est qui auctor fuit chartæ quam expendimus? Id definire arduum foret. Chartam edimus ad fidem exempli a domino Turpin communicati; lectiones Miræi inter uncas ascribimus.

<sup>c</sup> Sic apud Miræum: « Et eam infringere voluerit, et dictis rebus aliquid quasi hereditario jure auferre conaverit, penitus iram omnipotentis Dei incurrat et SS. angelorum, et a liminibus Ecclesiæ Dei vel corona SS. extraneus efficiatur, et lepram Giezi, vel percussione Ananix et Saphiræ consequatur, partemque habeat cum Juda Iscariote, qui Dominum tradidit, post maledictionem et excommunicationem.»

cum sacralis iuno fisco exsolvat. — Actum publice A Riharos, anno primo regni domini nostri Theoderici gloriosissimi regis [*Mirans add. iudict. vij.*] Ego Ebroinus hoc testamentum a [*M. add. coram*] me factum relegi [*M., reliqui*] et propria manu firmavi. Ego Ugilius, indignus presbyter, rogante Ebroino comite, in Dei nomine scripsi et subscripsi. Gunbrechtus. Folchbrechtus. Godobrechtus. Raedbrechtus. Redualdo. Herifuso \*.

## LX.

*Charta qua Rigobertus vendit Erkenbodo [Taruanensi] episcopo villas in pagis Taruanensi et Pontivo <sup>b</sup> (ann. 723).*

Domino atque apostolico patri Erkenbodo episcopo atque emptori et eius congregationi ibidem consistenti, ego Rigobertus vendidi et in presenti B tradidi, hoc est, omnes villas meas nuncupantes Sethiaco, super fluvium Agniona, cum adjacentiis suis Kelmias et Strato, et infra Mempisco Leode-dringas mansiones, seu Bebrinio, super fluvio Quantias, in pago Taruanense, cum adjacentiis suis quæ sunt in pago Pontivo in loco nuncupante Mentek, super fluvio Æteya. Actum Sithiu monasterio, publice, iv cal. Sept. anno iij regni domini nostri Theoderici gloriosi regis. Ego Rigobertus hanc venditionem a me factam relegi et subscripsi. S. Dodoni. S. Leudegesili. S. Chimbaldi centenarii. S. Cherehaldi. S. Ellemberthi. S. Ingomari. Wisidmarus diaconus hanc venditionem scripsi et subscripsi.

## LXI.

*Charta qua Haicho Donat monasterio Honaugiensi partem suam in insula Honaugia <sup>c</sup> (ann. 723).*

Sacrosancto monasterio quod dicitur Honaugia, in honore sancti Michabelis super Renum fluvium constructo, ubi presenti tempore Benedictus esse videtur abbas, Haicho <sup>d</sup>, cogitans ad Deum, pro

\* Sic subscriptiones leguntur apud Miræum: « Ego Vigilius, indignus presbyter, rogante Ebroino comite, in Dei nomine scripsi et subscripsi. Cunebrechtus. Polikbertus. Go'ebrectus. Raedbeisus. Redualdoheri filio. »

<sup>b</sup> Edidit Malbranq. de Morinis, t. I, pag. 570, et ad ipsius fidem recedit Coitius, Ann. t. IV, p. 639. Eodem anno quo charta hæc data est, ad Taruanensem episcopatum promotus fuerat Erkembodus seu Erkenbodus (utroque enim modo ejus nomen effertur), Sithiensis abbas, de quo videsis Joanne n Iperium, in Sithiensi chronico, apud Marten. Thesaur. anecd. t. III, col. 482. Ibi memoratur venditio cujus chartam hic exhibemus, ac hujus instrumenti initium et notæ chronologica: ipsisimis verbis describuntur; sed annum tertium regni Theoderici IV perperam alligat Iperius cum anno Christi 716.

<sup>c</sup> Vulgavit ex veteri exemplo Mabillonius, Annal. t. II, append. pag. 696; recuderunt Eccardus, Orig. Habsburg. pag. 99, Schœpflinus, Alsat. diplom. t. I, pag. 6, ex ms. sæculi xv collegii S. Petri senioris Argentinensis; emendatiorem D. Grandidier, Histor. Eccl. Argent. t. I, prob. pag. 55, ex eodem ms. et ex chartulario in archivis Tabernensibus servato. Postremam hanc editionem sequimur.

<sup>d</sup> Haicho frater fuit Boroni, cujus chartam infra edemus, pag. 346. [Adalricus genuerat Adalbertum ducem, Helichonem et Hatichonem. Adalbertus pater

effectu anime mee vel eterna retributione, complacuit mihi, ut de ipsa insula, que dicitur Honaugia et Renu circuit, de parte mea ad ipsum monasterium condonare deberem; quod et ita feci. Ideoque hæc omnia supradicta ad jam dictum monasterium, vel ad agentes suos, a die presenti, in vestram tradere dominacionem possidendam, ut quicquid exinde facere volueritis, liberam ac firmissimam habeatis in omnibus, Christo propicio, potestatem. Si quis vero, quod si ego aut aliquis de herodibus meis, vel ulla opposita persona contra presentem epistolam venire et agere, aut aliquam calamitiam generare voluerit, inferat ad agentes supradicti monasterii aut libram unam, et nihilominus presens epistola istic firma et stabilis permaneat, stipulacione subacta.

Actum in villa Sunthusia <sup>e</sup>, publice. Datum sub die decimo quinto kalendarum Octobris, anno tercio regni domini nostri Theoderici regis. Signum Haichonis, qui hanc donacionem fieri rogavit. Signum Hugonis filii sui, qui consensit. Signum Albrici filii sui testis. Ego Guntramnus, ac si indignus presbyter, rogatus scripsi et subscripsi.

## LXII.

*Charta qua Boronus Honaugiensi monasterio donat partem suam in insula Honaugia, et mansum in loco Gwillesteti <sup>f</sup> (ann. 726).*

Sacrosancto monasterio quod dicitur Honaugia, in honore S. Michabelis archangeli super Renum fluvium constructo, ubi presenti tempore Benedictus sive Tubanus esse videtur abbas, Boronus cogitans ad Deum, pro affectu anime mee, vel pro eterna retributione, complacuit mihi, ut de ipsa insula, que dicitur Honaugia, et quam genitor meus michi dereliquit et ad me pervenit; de parte mea ad integrum ad ipsum monasterium dono atque transfundo; et in alio loco qui dicitur Gwillesteti, mansum unum legitimum, quem Bobo tenuit. Hæc

fuit Luitfridi et Ebrohardi, quorum chartam videre est supra, pag. 338. Helicho avus fuit Haichonis, de cujus charta nunc agitur; Baticho, tertius Adalrici filius, genuit Boronem, cujus donatio pag. 346 referenda est: vide Grandidier, t. I, prob. 78.]

<sup>e</sup> Mabillonius legit *Sunthusia*. Schœpflinus, Alsat. illustr. t. I, pag. 785, et Alsat. dipl. t. I, pag. 6, not. intelligit vicum Sunthausen prope Selestadium.

<sup>f</sup> A Mabillonio, Annal. t. II, append. pag. 695, ex veteri manuscripto edita, recusa ab Eccardo, Orig. Habsburg. prob. pag. 90, Laguille, Histor. Alsat. t. I, prob. pag. 5; Schœpflino, Alsat. diplom. t. I, pag. 6. Emendatior prodiit ope chartularii archivi Tabernensis, curis D. Grandidier, in Hist. Eccl. Argent. t. I, prob. pag. 60, quem sequimur. De Benedicto et Tubano, Honaugiensi monasterii abbatibus, alibi diximus, inter notas diplomatæ Theoderici IV, sub anno 725. Omnes editores in notis chronologicis legunt annum tertium regni Theoderici, excepto solo D. Grandidier, qui sextum annum legit, ad fidem Tabernensis chartularii, quam lectionem tuetur diploma quo monasterium Honaugiense Tubano commissum dicitur anno hujus regni quarto; unde liquet diploma quod expendimus, datum tempore Tubani abbatis, nonnisi post tertium annum regni hujus emissum fuisse. Sed instrumentum quo committitur Tubano hoc monasterium subleatæ fidei est.



omnia supradicta ad jamdictum monasterium vel ad agen es suos, a die presenti, in vestram tradomationem possidendum, ut quidquid exinde facere volueritis, liberam ac firmissimam habeatis in omnibus Christo propitio potestatem. Si quis vero, quod si ego aut aliquis de heredibus meis vel quolibet opposita persona contra presentem epistolam venire aut agere aut aliquam columbia generare voluerit, inferat ad agentes supradicti monasterii auriacitas sex, et nichilominus presens epistola ista firma et stabilis permaneat, stipulatione subnixta.

Actum in villa Ebrotheim, publice. Datum sub die xj kal. Julii, anno vj regni domini nostri Theodorici regis. Signum Boroni, qui hanc donationem fieri rogavit. S. Ratberthi testis. S. Alberici. S. Haubaldi. S. Gozberti. S. Balluni testis. Ego Guntramus, ac si indignus presbyter, rogatus hanc epistolam donationis scripsi et subscripsi.

## LXIII.

*Charta qua Widegernus, episcopus Stradburgensis, fundationem monasterii Morbacensis, conditi ab Eberhardo comite, confirmat, et illud privilegii ornat* <sup>a</sup> (ann. 728).

Dominis sanctis adque honore dignissima apostolicis meisque in Christo patribus, Widegernus, gratia Dei ecclesieque sancte Marie in Stradburgo civitate vocatus episcopus. Noverit sancta industria vestra, qualiter pastores Ecclesie solertissimae cura, summoque studio debent procurare, ut Ecclesia Dei lucris animarum proliceret, et per nos monitis salutaribus, in quantum valemus, vicorem obtineat, ut his qui eterno pastoris spontaniae relictis omnibus seque cupiant, atque sic abnegantes semetipsos, per angusto calle atque via gradientes, vocem aeternae regis hae Redemptoris nostri audientes : Exe de terra tua et de cognatione tua, et vade in terra quem monstravero tibi; vel illud : Qui reliquerit patrem, aut matrem, aut fratrem, aut agros et cetera propter nomen meum, centuplum recipiet et vitam eternam possedebit; et : Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, tollat crucem suam et sequatur me. Oportet ut nos audiamus, qui dixit : Hospes sum et suscepistis me; et : Qui vos recepit, me recepit; et : Quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis; ut quod a principe apostolorum in initio Ecclesiae institutum est, quia omnis multitudo credentium erat in unum, et nullus suum proprium dicebat aliquid esse, sed erat illis omnia communia

<sup>a</sup> Edimus ad fidem D. Grandidier, *Histor. Eccles. Argent.* t. I, prob. pag. 63, qui hoc instrumentum ex Morbacensi chartulario deprompsit, et contulit cum alia charta authentica Heddonis, Argentinensis episcopi, data anno 748, quam conjicit descriptam fuisse ex charta Widegeri. De Heddonis charta loco suo dicemus. Chartam Widegeri prius vulgaverant Eccardus, *Orig. Habsburg.* pag. 416; Laguille, *Histor. Alsat. probat.* pag. 9; Lunig, *Spicil. eccles.* tom. IV, pag. 174, et t. V, pag. 355; Mabillonius, *Annal.* t. II, pag. 702; ac denique Schoepflinus, *Alsatia dipl.* t. I, pag. 9 : sed corrupte omnes. Notas chronologicas vitiosas censuit Mabillonius, qui negat

A et cor unum et anima una : unde institutio sancta ex hoc a sanctis patribus inpostmodum ab oriente in occidentem et in partibus Galliarum, monasteria multa sub regula sancta horum exemplo relegio clara promulgavit, precipue monasteria Lirinensis, Agaunensis, Luxoviensis, et in universo mundo, sub regulas SS. Patrum, maxime beati Benedicti et sancti Columbani abbatibus, vita commune optime dispositae, et per auctoritate clementia regum, et per privilegia sanctis atque catholicis pontificibus firmiter roborata; et sanctae cañones hoc non derogant, sed potius luculenter exubant. Unde nos comperit quod vir inluster Eborhardus, quomus, in heremo qui vocatur Vosagus, in pago Alsaciense, infra nostra parrochia, in loco qui antea vocabatur Muorbaccus, nunc Vivarius-peregrinorum, et in honore sanctorum apostolorum et sanctae Mariae Dei genitricis, ceterorumque sanctorum, cum Dei adjutorio et nostro consilio, monasterio in suo proprio a novo aedificare conatus est. At quod evocantes Perminis episcopo, cum suis peregrinis monachis ibidem cynobio, vel sancto ordine sub regula beati Benedicti, Dei gratia et nostro adjutorio, perficere deberent. Unde nos congratulantes hujus viri sancte devotione et glorioso proposito, vscirale caritate pietateque commoti, devotione promptissima, una cum consensu fratrum nostrorum abbatum, presbiterorum, archidiaconi, omnique clero ecclesiae ubi ego deservo, sed et ducis ac judicium timentiumque Deum populo hujus provinciae catholico, ut ab ipso monasterio seu cynobio congregationeque peregrinorum monachorum, per nostra et per vestra auctoritate privilegio conscriberem, vel confirmare debemus, quod ita et fecimus, ut ipso monasterio omnia, quidquid ad ejus pertinet ditione aedificiis, basilicis, cum ministeria vel ornamenta de quarum omnium rerum, sacrisque codicibus strumenta cartarum, aurum, argentum, aëramentum, vel quibuslibet rebus ipsius monasterii, seu cellolas, vel ejus appendiciis, etiam villas cum agris, domibus, mancipiis utriusque sexu, acolabus, et quod jam dictus inluster Eborhardus, vel alii pro salute animae per quolibet modo donaverunt vel delegaverunt, seu et inantea tam ipse quam et munificentia regum, principum, pontificum, clericorum, vel a quocumque hominum, Christo inspirante, largitum fuerit, cum omnia et ex omnibus, per hanc privilegium confirmamus, ut ad die presente ipsi monasterii prefati-

toto principatu Theodorici IV Ascensionem Domini unquam incidisse in diem Maii decimam tertiam : sed in eo fallitur; anno enim octavo regni ejus, quo data dicitur charta de qua agimus, et qui concurrit cum anno Christi 728, dies Paschae fuit dies quarta Aprilis, ac proinde diem Ascensionis in diem 13 Maii incidisse necesse est; ergo in notis chronologicis hujus chartae bene concordant omnia. Legitur in chartulario, ut testatur *Histor. Eccles. Argent. prob.* pag. 67 not., sigillum huic instrumento affixum fuisse, cum effigie episcopi stantis, dextra pelum, sinistra librum gestantis, hac circumscripta perigrapha : *Widegernus Dei gratia Argentinensis episcopus.*

que peregrini monachi eorumque successores, sub regula sancti Benedicti cynubialiter congregati, secundum sanctum propositum, eorum jure, absque ullius repetitione trademus adque trebuimus potestate. Neque nos ipsi, neque successores hujus civitatis pontefices, neque archidiaconi, neque exactores, neque aliquis de parte Ecclesiae, vel quislibet nullus, aliquid dominare, vel jubere, aut requerere censum, vel dona, aut qualibet munera nullumquam tempore expetire non presumant. Cum vero necesse fuerit chrisma petire, altaria consecrare, sacros ordines benedici, aut aliquos benedictiones expetire, aut oratoria in eorum loca edificare, rector ipsius monasterii vel peregrini monasterii ibidem consistentes, aut si de se episcopum habent, aut a quacumque de sanctis episcopis sibi elegerint, qui hoc facere debeat, licentia sit eis expetire et ille hoc tradere, benedicere, vel consecrare. Et nullus in ipso monasterio illicito ordine contra voluntate aut votum ipsorum monasterio eorum adire non presumant, nec secretius ingredi septa. Et si aliquando pro qualicumque causa expetit, ut ipsius rector, vel ipsis peregrinis monachis congrua fuerit voluntas, et episcopus invitatus ad ipso monasterio venerit, coelebrato officio, absque ullo munere requisito, mox ad propria revertatur. Cum vero abba loci ipsius acciperit transitum, quemcumque peregrini monachi ibidem habitantes de semetipsis secundum Deum et regula meliorem invenerit, ipsum sibi constituent abbatem. Quod si ibi de se ipsis talem non invenerint, de alia monasteria jam dicti Perminii episcopi de illas congregationes peregrinorum, quem sub uno modo petitiones vel una sancta institutione beati Benedicti quoadunavit ipse sibi consentientes abbatem regularem expeditant et constituent. Et, si ibi sanctus ordo tepuerit, quod absit, vel aliqua discordia inter ipsos monachis surrlexerit, et ipsi hoc non prevalent aut non voluerint emendare, tunc qui ex ipsis rector ordine secundum regula voluerit vivere, ubicumque in alia monasteria, ubi peregrini monachi supradicti episcopi consistere videntur, et rectius regulariter inviaerint, potestatem habeant expetire; et illi per eorum salubri consilio, Deo largiente, ipso sancto ordine vel ipsis monachis per regula restringere, emendare, corrigere atque pacificare faciant; et nulla occasio sit, ut alius abba per quascumque ingenio contra eorum sancto ordine ibidem ponatur, aut de rebus suprascripto monasterio aliquid menuitur. Quapropter sancto et apostolico compadres et confratres mei, ideo vestra catholeco authoretate, nostraque gemina sociamus, ut hic privilegium omni tempore firmissima habeat firmitatem, ut nullus nullumquam tempore contra agere non presumat; sed presens futuris temporibus inviolatus permaneat; et nunc omnibus episcopis et Deum timentibus hominibus prece, subpleco et per caritate conjurare presumo, ut quibus hic privilegium ostenditur, manus vestras subscribere et confirmare dignetis, ut vestra auctoritate

A fultus, inconvulsus permaneat, qualiter eisdem peregrinis monachis in ipso monasterio consistentes elarius dilectet pro statum Ecclesiae et integritate sacerdotum, pro incolometate regum et pacis christianorum, pro poenitentium remissione peccatorum vel requiem fidelium defunctorum divinae misericordiae tranquillius exorare. Preco igitur et contestor quorum Deo et beatis angelis ejus cunctisque sanctis, omnibus successorebus vel omnes christianis, ut hunc privilegium, quem consense clericorum, laicorum timentium Deum, plebs et ecclesiae nostrae decrevimus vel concedimus, in nullo erumpere presumant, sed per ineffabilem Trinitatem cunctis conjuramus, ut in quo prevaluerint, in omnibus conservare et studeant; et si aliter obstinato animo, vel diabulo instigante, invidia vel cupiditate deceptus, vel qualibet modo, quod Deus avertat, si nos ipsi aut successores nostri, vel quislibet de quacumque parte, contra hunc privilegium temptare conaverit, vel jam dictis peregrinis monachis vel successores eorum inquietare, vel eis aliquit minuare presumpserit, si se emendare noluerit, et a mala voluntate celerius noluerit corrigere, cum Dei genetricis semper Virginis Marie vel beatorum apostolorum cunctorumque sanctorum ante conspectum regis oeterni Christum Domini nostri, in cujus amore hunc privilegium ad jam dictis peregrinis vel et cynubis concedimus, se confidant pro nequissimis peccatis eorum vel iniquissima malicia oeternis incendiis concrematuros, hac illa sententia se experiendo, qui falsis sacerdotibus Dominus minatur: *Vae vobis hypocritae, qui claudetis regnum Dei, quia nec vos introitis, nec alius introire permittitis; et: Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, melius erat illi ut alegaretur mola asenaria ad collam ipsius, et projiceretur in profundum maris; et: Qui Deum timore neclerit judicantis hominibus, inferat partibus ipsis monasterii vel peregrinis monachis ibidem habitantes, cum sociante lisco, auri liberas trigenta, argento ponda quinquaginta multa susteneat atque dissolvat; et hoc quod repetit non vindocet, et nihilominus presens privilegium omni tempore firmas permaneat. Et, ut firmiorem obteneat vicorem, manus nostras subterscripsimus, et qui subscriserent vel D signeorent rogavimus, stibulatione subnexa.*

Actum Straburgo civitate, publice, die tercio decimo, mense Madio, in Ascensione Domini, anno octavo regnum domini nostri Theoderico rege. Ego Widgernus, hac si indignus episcopus, subscripsi. Ego Wuolfradus archidiaconus consensi et subscripsi. Ego Libulfus presbyter subscripsi. Ego Hammulfus diaconus subscripsi. Ego Altmannus diaconus subscripsi. Signum † Fulcherio tribuno, in Dei nomen. Ego Hariboldus abba consensi et subscripsi. Ego Hadalricus consensi et subscripsi. Ego in Dei nomine Ardolinus vocatus episcopus consensi et subscripsi. Signum † Wuolfoaldo comite. Magobardus archidiaconus subscripsi. Ego Ghrbuinus episcopus consensi et subscripsi. Ego Willibertus episcopus subscripsi.

Ego Hagoaldus abbas subscripsi. Signum † Leodredo duce. Ego Ebrobardus comis subscripsi. Signum † Audachro. Signum † Nordoldo. Signum † Gundoberto. Signum † Withario. Signum † Wigrao. Ego Hagino abbas subscripsi. Signum † Leodoberto. Ego in Dei nomine Wilibrordus subscripsi. Romanus clericus hunc privilegium iussus a supra-scripto scripsi.

## LXIV.

*Charta qua Theodo vendit monasterio Morbachensi portionem suam in marca Hamariestad<sup>a</sup> (ann. 730).*

Domino venerabili et in Christo patri Romano abbati, una cum sancta congregacione vestra de monasterio quod vocatur Maurobaccus; ego in Dei nomine Theodo, venditu constat me vobis vendidisse, et ita vendidi, omnem porcionem meam in marca Hamariestad, hoc est, quinium, quique ibidem mea videtur esse possessio in terris, silvis, sicut superius diximus, quantum in ipso fine est, unde accepi a vobis sicut inter nos placuit atque convenit, in auro vel alio precio, valente solidos triginta, in e ratione ut ab hac die habeatis ipsas terras, et silvas possideatis, vel quicquid exinde facere volueritis, liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse, aut heredes mei seu quælibet persona quæ contra hanc vendicionem quam ego spontanea voluntate fieri rogavi, venire temptaverit aut infringere voluerit, et a meis heredibus defensatum non fuerit, inprimis omnipotentis Dei vel angelorum ejus offensam se pericursurum contremiscat. Et insuper duplum tantum quantum a vobis accepi coactus exsolvat, et partibus auri libra una argento..... quinque se damnabilem sciat, et quod petit evadicare nequeat, sed hoc vindicio omni tempore firma permaneat stipulacione subnixâ.

Actum Marbach monasterio publice, anno decimo regnante Theoderico rege, sub die xj kal. Madias. † Signum Theodonis, qui hanc vendicionem fieri ro-

<sup>a</sup> Solus hucusque hanc chartam vulgavit Schœpflinus, Alsat. diplom. t. I, pag. 13, ad cujus fidem recudimus. Is chartam hanc ex Morbachensi chartulario se deprehensisse docet. Monet autem, ubi supra, pag. 723, locum in hoc instrumento vocatum Hamariestad, nomine paululum mutato, appellari hodie Hammerstater-hof, vicum quarto lapide situm super Novum-Brisacum.

<sup>b</sup> Browerus, Annal. Trevir. t. I, pag. 357, hoc de-prompsit ex vetustis Trevirensis Ecclesiæ monumentis. Recuderunt Henschenius, De trib. Dagob. lib. II, pag. 127; Cointius, Annal. t. IV, pag. 796; Mabillonius, Acta SS. ord. Bened. t. IV, pag. 499; Calmetus, Hist. Lothar. t. II, prob. col. 94; Hontheimius, Hist. Trevir. diplom. t. I, pag. 88; Bertholetus, Hist. Luxemb. t. II, prob., pag. 35; ad fidem Broweri omnes, expunctis ab hoc instrumento mendis omnis generis quæ in hujus ætatis instrumentis scatent, id enim Browero consuetum fuit ut ab ejusmodi vitis purgaret quotquot ex autographis instrumenta eruebat. Scriptores Novæ Galliæ Christianæ, t. XIII, instr. col. 294, hoc idem testamentum ediderunt, ut videtur, ex Browero desumptum. Ibi Adela se Dagoberti regis filiam profertur, quem Browerus, ubi supra, regem hujus nominis primum censet, et id

A gavit. † Signum Sigranni. † Signum Odilhardi. † Signum Wigulfo. † Signum Adalindi. † Signum Femilti. † Signum Luntberti. † Signum Tredolaigi. Ego in Dei nomine Johannes lector hanc vendicionem dictante domino Romano abbate.

## LXV.

*Testamentum Adela, abbatissæ Palatioli juxta Treviros<sup>b</sup> (ann. 732).*

Adela, in Christo Domino sacrata abbatissa, Dagoberti regis quondam filia. Cum pervulgatum notumque bonis omnibus sit quemadmodum nos monasterium in villa quæ dicitur Palatiolum<sup>c</sup>, in ripa positum fluminis Mosellæ, quod ipsum a Pippino majoredomus, Treviris permutatione quæsiimus, honorique S. Mariæ Virginis genitricis Domini nostri Jesu Christi et beatorum Petri et Pauli, cæterorumque sanctorum jamdudum ad proprii monasterii usum extruximus, in eoque monacharum cœtum, disciplina et regula S. Benedicti viventium, aggregavimus; faciendum denique nobis visum est, ut has vitæ degendæ necessarias opes, quas de propriis hactenus largitæ sumus, testamenti etiam præsentis pagina confirmaremus. Legamus itaque et donamus huic quod diximus monasterio, villam no tram quæ dicitur Palatiolum, in qua cœnobium esse constructum videtur, idque cum omni integritate, tam domibus, ædificiis, additamentis, casis, curtibus, mansis, mancipiis, quam vineis, campis, pratis, silvis, adjacentibus, farinariis, aquis aquarumque decursibus, et omnibus iis quæ ad ipsam pertinere villam constat. Addi volumus his prædium Scripnasium, in pago Mosao situm, ad ipsius Mosæ fluminis ripam, omnesque possessiones ejus villæ, uno dumtaxat quadraginta jugerum agro excepto, quem Insulæ nomine appellatum, jam antedulcissimo filio Alberico donavimus. Similiter a Deiparæ matris hoc monasterio possideri prædia ea omnia volo, quæ in Bietbergis, Bestancioque sita, quæque a dulcissima germana mea Regen-

tuetur magno conamine Masenius ad Brow. Ann. t. I, pag. 610. Fortioribus argumentis hoc evertit Cointius, Annal. t. IV, pag. 380 et seq. et Dagobertum II, Sigeberti filium Adela patrem asserit. Hinc sequitur annum regni Theoderici duodecimum, quo Adela testamentum condidit, de regno Theoderici IV intelligendum esse, ut probat Cointius argumentis pluribus quæ hic attinge et non simut notis nostris præcripti limites. Dixisse satis sit Adela, juxta Cointium et Mabillonium, Acta SS. ord. S. Bened. t. IV, pag. 698, lucis usuram accepisse circa annum 668; Palatioli monasterium construxisse circa annum 700, cum jam mater esset et vidua; testamentum condidisse anno Christi 732, ætatis suæ anno 64; ac demum, juxta auctores Novæ Galliæ Christianæ, ubi supra, obiisse anno Christi 735. Miramur autem eosdem, imo et Hontheimium, ubi supra, Adela testamentum sub Theoderico III confectum censuisse, anno Christi 690, cum Adela vix annum vigesimum secundum ageret, nec jam Palatioli parthenonem erexisset.

<sup>c</sup> Palatiolum locus erat a veteri palatio si dictus, ut, dicit Mabill. Annal. t. II, pag. 5 et 96; virginibus vero ibi substituti sunt canonici circa medium xi s.æculum.

trude dato pretio comparavi. Rursus portiones meas villarum Enchiariaci, Ursiaci, Caimetarum his adjici, quæ ad Mosellam omnes sitæ sunt. Quibus adjangi res etiam eas facultatesque placet, quæ in prædio Regimoseti, a Feronio filio Tullonis justæ mihi venditionis titulo quondam obtigere. Accedunt etiam his, possessiones Baldelingis, quæ in pago sitæ Bentesi, et a Ganciofrido et Wigerico emptæ, in jus peculiumque meum redactæ sunt. Item quæ in prædio Machariaco a Bertonio mihi donata, hæc omnia tribuo donoque. Ad extremum id quoque de sententia congregationis memoratæ statuimus, ut quidquid opum possessionumque in monasterium hoc ipsum contulimus, id in archiepiscoporum Ecclesiæ Trevericæ semper sit arbitrio atque tutela. Datum kalendis Aprilis, anno xij Theoderici regis.

## LXVI.

*Charta qua Goyla basilicæ S. Benigni dona confert, post suum et viri sui obitum possidenda* \* (ann. 754).

Sacrosanctæ basilicæ domni Benigni martyris, quæ est sub oppido Divione constructa, ubi ipse pretiosus sanctus magno honore in corpore resquiescit. Ego, igitur in Dei nomine Goyla, peccatrix femina, propensavi de humana fragilitate, ut dum est anima, in corpore in omni potestate sua, ita debet cogitare ut de rebus sibi juste debitis inde sibi comparet paradysum. Igitur ego ad ipsam basilicam, vel suorum auctoribus, post diem obitus mei vel dulcissimo jugale meo, Bonuaso nomine, cedo cessumque in perpetuum, ut permaneat, esse volo, hoc est, in pago Atoariorum, in villa vel sine Longouiana, quicquid ibidem visa sum habere vel possidere aut dominare: hoc est, tam territorii, domibus indominicatis, vel omnibus accidentiis, seu etiam omnem rem suprapositam, curtiferis, villaribus, campis, pratis, silvis, vineis, pomiferis, pascuis, accessisque omnibus, aquis aquarumque decursibus, cum omni jure, cum omnibus adjacentiis vel appenditiis suis: hoc est, Fedenniaco, Postenniaco, Monasteriolo, Atanis medietate, Glonnoco, curte Bunciana, Fisciaco, Cheneuas, Marcenniaco, quicquid ibi visa sum ha-

\* Vulgavit Perardus, inter instrumenta ad historiam Burgundiæ spectantia, pag. 8; recedit Cointius, *Annal.* t. IV, pag. 826, ex Perardo. Donatrix, quæ in contextu Goyla dicitur, subscribit nomine Goylane. Perardus datam chartam conjicit regnante Theodorico III; sed potius sub Theodorico IV videtur emissa Cointio et Mabillonio, *Annal.* t. II, pag. 95. Annus autem 14 Theoderici IV incidit in annum Christi 754; dies vero Sabbati ante medium mensem Aprilem diem decimam hujus mensis designat, juxta tabulas chronographicas insertas in *Arte dijudicandi singulas temporum in veteribus instrumentis notas*. Cointius, ubi supra, pag. 827, diem duodecimam intelligit. Erroris causa est, quod Cointius annum Chr. 754 littera dominicali E signatum credit, cum, juxta easdem tabulas, annus hic signatus fuerit littera C. Memoratur hæc charta in chronico S. Benigni, apud Spicil. Dacher. t. I, pag. 376, et data dicitur

bere vel possidere, totum, ad integrum et in omnibus, una cum mancipiis, libertis, cum peculio vel omni peculiare ipsorum, una cum acolabis vel omnem rem inexquisitam, totum eum quem, ut dixi, in ipsas supradictas fines, vel in ipsas villas, seu etiam in ipsos agros, tam de alodo quam de parentum meorum, per instrumenta cartarum, aut de quolibet ingenio aut adtracto, id de quacumque parte ad me ibidem advenit, aut inantea, Christo præsele, pervenire potest, quod a me ibidem mancipisque, juste et rationabiliter, de quacumque re ibidem possessum fuit, aut quod inantea ibidem obvenire aut adtrahere vel meliorare poterit, hoc totum eo ad integrum, cum omni integritate vel solitudine, actores vel rectores ipsius basilicæ superius jam dictæ domni Benigni, post diem obitus mei, aut jam dicto jugale meo, nomine Bonuaso, a die præsentis, ipsas vel superius nominatas, absque ulla contrarietate vel cujuscumque expectata traditione ad possidendum, in Dei nomine, meorum revocent dominatione: ut quicquid exinde ad opportunitatem ipsius loci facere voluerint, libere ad suum, in Dei nomine, absque ullius contradictione perfruantur, arbitrium; et, quod nec fieri credo, si ego ipsa aut ullus de hæredibus meis vel qualibet alia opposita convenia vel persona, ullo tempore, contra præsentis epistolæ cessionis, quam ego plenissima voluntate mea pro redemptione animæ meæ conscribere vel affirmare rogavi, venire temptaverit vel repetere aut calumniare, inferat partibus sæpeditæ basilicæ Sancti Benigni suisque auctoribus, una cum socio fisco, auri libras tres, argentum pondus m, et nichilominus præsens cesario, et voluntas mea omni tempore firma et inviolata permanere stipulationi subnixæ. Actum Bagnavilla, publice. Signum Goylane, quæ hanc cessionem fieri et firmare rogavit. Signum Boneuasio jugale suo, qui consensit. In Dei nomine Goinus abbas signavit. Signum Gotofredo. Signum Landono. Signum Teuderamno. Signum Elmoaldo. Signum Grassiono. Richselinus sig. Ego in Dei nomine Brandalenus presbyter, rogatus, apta firma cessione scripsi et notavi, die sabbato, proximo ante media mense Aprilis, in anno xiv regnante domino nostro Theoderico rege.

D sub anno xiv regni Theoderici I, nepotis Brunehildis; unde hoc instrumentum anno 609 seu 610 adjudicandum videretur. Verum Mabillonio placet magis Cointii sententia, quæ regno Theoderici IV chartam hanc assignat, et id adstruit hoc potissimum argumento, quod illo tempore in usu fuerunt apud Benignianos notæ chronologicæ sub istem formulis conceptæ quæ usurpantur in charta de qua agimus. Sic in chartis a Perardo prolatis sub Pipino et Carolo regibus, leguntur hæc notæ chronologicæ: *Die Sabbati proximo post medio mense Julio. . . et, die Dominico proximo post Kal. Martias. . . et, die Sabbato ante Kal. Februarii*. Cointio et Mabillonio suffragantur auctores Novæ Galliæ Christianæ, t. IV, col. 670. Abbas Sancti Benigni qui chartæ Goyla subscribit nomine Goinus, in chronico Sancti Benigni Gudinus appellatur.

## LXVII.

*Charta qua Bilehilt cœnobium puellare ad Moguntia<sup>a</sup> muros condidit et dotat<sup>a</sup> (ann. 734).*

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego Bilehilt notam esse cupio tam præsentibus quam et futuris, qualiter ego propter Dei amorem propterque spem retributionis futuræ, quasdam res proprietatis: hoc est, aream unam, prope murum Moguntia civitatis, in australi parte, a Sigeberto archiepiscopo avunculo meo acquisivi, cum rubeis scutis duodecim, auro paratis, et totidem equis nigris, et construxi in ea domum Domini et Sanctæ Mariæ Virginis. Ibiq; congregavi sanctam congregationem mulierum, ac tradidi eis in elemosynam meam et parentum meorum quicquid proprietatis habere visa sui vel hereditatis, tam in areis et ædificiis, pratis, pascuis, sylvis, terris, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus, cultis et incultis, et mancipiis, ita ut habeant atque possideant usque ad consummationem hujus seculi. Possessores vero ejusdem areolæ urbis præfate vigilias non curent, nummorum collectionibus, modo episcopo, modo in reparandos muros dandis, nihil addant, aliasque urbanas consuetudines non observent; tantum abbatissæ et congregationis usui, obsequio, imperio, se parere cognoscant. Si quis illorum homicidium, furtum, rapinam aut aliquam aliam culpam commiserit, vel aliquis de extraneis malefactor, qui talia fecerit, aream in illam fugiens se receperit, non iudicium aut principum urbanorum, verum ejusdem loci rectorum iudicio censendus assistat. Mundiburdiam et defensionem ab archiepiscopo Moguntinensis Ecclesiæ habeant in perpetuum; electionem

A vero abbatissæ inter se habeant. Nullam viduam, aut aliam quamlibet extraneam, nisi inter se nutrimentum accipiant. Et, si ullus episcopus propter suam temeritatem hujus conditionis chartulam infringere voluerit, iram Dei omnipotentis et sanctorum omnium sentiat, et tamen quod vult nequaquam perficiat, sed præsens chartula hujus traditionis omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixâ. Insuper etiam, si ulla vidua vel extranea his sanctimonialibus feminis extra consensum suum præponatur, in pessimum genus lepræ incidat, et postea turpissima morte damnata pereat, et hic non habeat locum putrescere. Actum in prædicta urbe, regnante Cleodovæo rege serenissimo, anno xiv, anno Dominicæ Incarnationis seringentesimo tricesimo quinto, indictione x, Kalend. Maii [Eckardus, x kal. Maii], feria v, coram testibus subnotatis. Signum Bilehildæ quæ hanc traditionem perfecit. Signum Geroldi episcopi. Signum Ruodberti diaconi. Signum Recholff. Signum Adelhelmi comitis. Signum Grimolff. Signum Haganonis. Signum Hildimini. Signum Mimihilt. Signum Reginhilt. Signum Hobolff. Signum Gumolff. Eo itaque Asmondus, jussu domini mei Sigiberti archiepi copi, scripsi, notavi diem tempusque ut supra.

## LXVIII - LXIX.

*Testamentum Abbonis, quo Novaliciensis Sancti Petri monasterio amplissima dona confert<sup>b</sup> (ann. 739).*

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Suo die tertio nonas Maias, anno vigesimo primo gubernante illustrissimo nostro Karolo regna Francorum c,

<sup>a</sup> Edidit Serrarius, Rerum Moguntinarum lib. II, pag. 284, ex tabula quæ pendet ad aram S. Bilehildis. Recuderunt Eckardus, Franc. orient. t. I, pag. 221, et Cointius, Annal. t. IV, pag. 827. Has litteras mendosissimas ac fidei expertes pronuntiat Mabillonius, Annal. t. II, pag. 97. De Bilehilde vidua et abbatissa plura recitantur in breviario Moguntino, et inserta sunt in ejus Vita a Serrario et Surio edita, Acta SS. ad diem 27 Novemb., sed quæ Mabillonio videntur non majori fide digna quam litteræ ipsæ quas expendimus. Sanctæ Bilehildis commemoratio fit in pervetusto libro sacramentali, sub die quinta kal. Decembris, ut videre est in Nov. Gall. Christ. t. V, pag. 589; cœnobium quod condidisse dicitur, ipsum videtur Alto-monasterium, seu vetus S. Mariæ monasterium, in Moguntia. Spurious instrumentum produnt notæ chronologicae hac ætate insolitæ. Adde anno Christi 635 necdum natam fuisse Bilehildem, quæ circa annum 712 Moguntiam se recepit orbata viro et gravida. Moguntia præsulatum tunc obtinebat Sigibertus, avunculus ejus, qui hic perperam archiepiscopus dicitur; nondum enim hoc titulo gaudebant præsules Moguntiacenses: et hoc novum est falsitatis indicium. Præterea anno 635 nec regnabat Chlodoveus, nec indictio currebat decima, nec calendæ Maiæ in feriam quintam incidebant. Bilehildis nata fuit regnante Chlodoveo III, si antiquis ejus Vitæ scriptoribus credimus, nec ullus ex hujus Chlodovei successoribus annum regni xiv attingit, si Theodoricum IV excipias; hujus autem Theodorici annus regni xiv concordat cum anno Christi 734. Hinc Cointius chartam de qua agimus ad hunc annum refert, Geroldo Moguntia sedem episcopalem occu-

pante, qui Sigiberto successerat, et chartæ subscribit: unde sequitur Asmundum, ad calcem instrumenti, debuisse testari se, non Sigiberti jussu, ut ait, sed jussu Geroldi, chartam Bilehildis scripsisse. Ergo undique scaten in hoc instrumentum vitia, propter quæ ipsum spuris adjudicandum censemus. Cum autem ei locus sit assignandus, illud sub anno 731, cum Cointio, collocare fas sit.

<sup>b</sup> Diu ineditum primus vulgavit Cointius, Annal. t. VI, pag. 422, ex codice ante annos circiter sexcentos, ut ait, exarato, sed veteris scripturæ mendis sublati. Iterum edidit, servata styli barbarie, Mabillonius, de Re diplom. pag. 507, insertum in diplomate Caroli Magni, quo testamentum Abbonis confirmatum fuit circa annum 805. Mabillonio traditum fuerat hujus instrumenti exemplum ab Herouvallo, qui illud propria manu descriperat ex chartario Gratianopolitano [nunc in Bibl. regia, F. Sang. Harl. 487] ante annos circiter quingentos scripto. Hujusce testamenti mentio fit in chronico Novaliciensis, cujus fragmentum videsis apud Chesnium, Rerum Franc. script. t. II; sed fallitur Novaliciensis chronographus, cum Abbonem, quem Patricium appellat, testamentum condidisse arbitratur tempore Theodorici, Gothorum regis, qui sexto sæculo regnavit. Testamentum condidit Abbo anno xvj gubernante illustrissimo Karolo regna Francorum, indictione vij, ut in ipso instrumento legitur. [Chartularii textum admisi, collatum curis egregii viri Claudii; quasdam tamen Mabillonii lectiones indicabo inter uncas.]

<sup>c</sup> Hec manifeste intelligenda sunt, non de Karolo rege aut imperatore, sed de Karolo quem Martellum vocant, qui, extincto Theodorico rege IV, imo et

indictione vij, feliciter <sup>a</sup>. Ego in Dei nomine Abbo, A filius Felici et Rusticæ nomine quondam, sana mente atque consilio cogitans casus humani fragilitatis, testamentum condidi, quo venerabili Hytberto clerico scribendo rogavi, quod testamentum meum si quocumque, et jure pretorio, vel quale cujus lege adventionis quæ quomodo valere nequiverit, ac si ab intestato, ad vicem codicellorum eum valere volo ac jubeo; quos, quas liberosve [M., liberos liberave] esse decrevero, liberi liberave sint omnis; et quæque per hoc testamentum meum dederò, legavero, dare jussero, id ut fiat, detur, præstetur, fidei heredis mei committo. Ego in Dei nomine Abbo, cum me dispensatio divina de hac luce migrare preceperit, dibitove nature complevero, tunc tu, sacrosancta ecclesia in honore beati Petri apostoli, seu et ceterorum sanctorum Novaliciis monasterii in valle Sigusina, quem ex operere nostro in rem proprietatis nostræ construximus, ubi norma monachorum sub religionis ordine spiritale et regula sancti Benedicti custodiendis Domino adjuvante, conlocavimus, ubi aprensens vir Abbo præesse videtur, heres mihi es tu [M., esto], heredem meam te esse volo, ac jubeo, cæteri, cæteræ exheredis sint tote. Te vero, sancta ecclesia beati Petri apostoli suprascripti monasterii in valle Sigusina, tam infra muros ipsius civitatis quam et in ipso pago, ex alode parentum meorum vel undecumque michi justissime ibidem ex legibus obvenit, hoc est, quicquid in ipsa valle Novaliciis, etiam et in Barro, seu et in Albanato, et ultra Cinisca subtus Cravasca, et in Faïdo, vel cetera loca, quod præsentè tempore ad ipsum monasterium adjacet vel aspicere videtur, cum silvis, pratis, albis, aquis squarumve decursibus, quicquid præsentè tempore ad ipsum sanctum locum aspicere videtur, tam de proprio quam de conquisto, seu et de commutationis causa, Promaciano in valle Maurigenica recepimus, una cum mancipiis, terris, vineis, silvis, cum omni integritate ut habeas volo ac jubeo. Similiter quicquid in Balmas, ubi oratorius in honore sancti Verani est constructus, visi sumus habere, et in Lastadio, Gallionis, Grummo, Camundis, Luxomone, Corvallico, Petracava, Trebocis, vel circa civitate quantumcumque ex proprietate parentum nostrorum

ipso adhuc regnante, *regna Francorum gubernabat*, D et ab annis xxj summa auctoritate potiebatur anno Chr. 739. Is autem annus occurrit cum *indictione vij*, quæ hic adhibetur pro synchronismo. [Compertum est, mortuo Theodorico IV, anno 637, interregnum existisse in Franco-Gallia annorum vij, si fides adhibeatur chronicis quibusdam, quorum nonnulla vulgavit D. Bouquet, *Rer. Gall. et Franc. Script.* t. III, pag. 691; annorum tantum v, ut conjiciunt meliores critici, et ut apparet ex documento anni 741 infra (Col. 4302). Non silentio prætermittendum est Eccardum, qui chronicon hujus generis edidit ad finem textus legis salicæ ex codice Guelferbyitano, scripserit *regnari pro non regnavit*; quod cæteris documentis foret contrarium. At, inspecto codice, mecum humaniter communicato a doctissimo bibliothecæ Guelferbytanæ custode, certior factus sum vocem *non* ibi inscriptam esse, Eccardumque in errorem incidisse.]

vel conquestum in ipsa loca habere videmur, te heredem meam habere volo ac jubeo: et quicquid circa civitate Segusia, vel in ipsa valle habere videmur, hoc est, in Orbano, Cicimiano, Voroxio, Raudenoviliano tu, heres mea, habere volo ac jubeo.

Et in Valaucis portione quem a liberto nostro Theudaldo dedimus, volo ut habeat, et ipse et infantes sui ad heredem meam aspicere debeant volo ac jubeo. Similiter Camnite superiore et Camnite subteriore, Brosiolis, una cum ingenis Rogationis Tannoborgonis, una cum ministrale nostro Johanne et infantes suos, Libertato cum infantes suos, Crivotis, Orbana, Bicorasco, una cum nepotea Vualane, hoc est, Harioldo et germana sua quem Dunimius habet, Galisaca, et alpes in Cinisio, quem de ecclesia Sancto Petro de ipsa constructa Lugdunense commutavimus: ista omnia superius comprehensa, una cum mancipiis, libertis, terris, domibus, ædificiis, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, albis, vel omnis adjacentias ad se pertinentes, te, herede mea, habere volo ac jubeo. Et cella infra regnum Langobardorum, qui vocatur Tollatecus quicquid ex alode parentum nostrorum michi ibidem obvenit, una cum mancipiis ibi consistentibus, vel omne jure suo, ut habeas volo ac jubeo. Etiam et colonica in valle Diubiasca, infra fines Langobardorum ubi dicitur Biccias, quem parentes nostri, et nos ibidem habuimus, ut habeas volo atque præcipio. Simile namque modo et quicquid in valle Maurigenica ex alode parentum nostrorum, vel per quodlibet titolo juste et rationabiliter nobis ibidem obvenit, et legitima subpetit redebere, hoc est, in ipsa Maurogenna domus quem apud ecclesiam Maurigenica commutavimus, cum ædificiis, cortiferis, exavis, ortis, vineis, campis, seu imglis, una cum ecclesia Sancto Petro, quem parentes nostri ibidem construxerunt, cum omni integritate vel adjacentias ad se pertinentes, immoque ecclesia Sancto Pancrasio proprietatis nostræ, una cum colonica in Birisco, cum omnis adjacentiis ad se pertinentes, te, herede mea, habere volo. Et in ipsa valle Maurigenica, loco nuncupante Fontana, quicquid ibidem præsentè tempore de parentes nostris visi sumus habere, seu et in Nanosces, una cum illos ingenuos de Amberto, et liberto nostro de Alside nomine Orbano,

<sup>a</sup> Neque indictionis notam quasi hac ætate insolitam, cum Coïntio, *Annal.* t. IV, pag. 422, not. ad marg., expungendam censeas; monet enim Mabillonius, *Annal.* t. II, pag. 409, insolitam quidem tunc fuisse hanc notam chronologicam in diplomatibus regiis, in privatis vero instrumentis nequaquam. Quin et optime concordat quod dicitur in eodem testamento de invasione Saracenorum qui loca Novaliciensis ab Abbone donata paulo ante vastaverant, scilicet circa annum 737, vid. *Annal. Nazar. Tillani, Petav. etc. et Longuer.* in t. III *Collect. script. rerum Francic.*, pag. 702. Ergo Abbonis testamentum sub anno 739 collocari posse judicamus cum Mabillonio, cui astipulantur auctores Novæ Galliæ Christianæ, t. I, col. 457. Omnibus autem hoc instrumentum videtur optimæ notæ. Pleraque nomina locorum ibi memoratorum interprete atus est Lancelotus, cujus explanationes editæ sunt ad calcem operis *Mabillonii de Re diplomatica*, pag. 647.

et ingenua nostra <sup>a</sup> nomen Rigoverta de Bonnosco, vel quicquid in Bregis de alode parentum nostrorum quem Austrualdus in beneficio habet, te, suprascripta ecclesia Sancto Petro, heres mea, habere volo ac jubeo. Pro modo simile, quicquid de domna Siagria in ipsa valle Maurigenica conquesivimus, Misiottano, Obliciatis, Mago, colonica in Albiadis, in Bausetis, et colonica super Bricoscis, et Amalicione ubi Blaneollus Verbicarius manet, et Gratavinna, etiam et cætera vocabula cum adjacentiis earum, te, sacrosancta ecclesia, habere volo ac jubeo. Immoque, quicquid in valle Darentasiense, ex alode parentum nostrorum, vel quod de Syagria ibidem ad nos pervenit, una cum mancipiis, libertis, colonis, inquilinis et servis, te heredem habere volo atque præcipio.

De Gratianopolitano pago [omissa in M.]. Similiter in pago Gratianopolitano, Olonna, quem ad liberta mea nomen Sendeberti dedi, volo ut habeat. Misseriano quem de Siagria conquesivi, Piniaco et Corennum, quem a liberta mea nomen Auriliana dedi, ipsas libertas meas, cum ipsas res, volo ut habeas ac jubeo; seu in Aravardo, una cum libertos nostros, Magnebertum, una cum germano suo Columbo, Misicasiana, Mesatico, Cambe, Quintiaco, Viennatico: ista omnia suprascripta, una cum libertis ac colonis et servis, vel omnes adjacentias suas ad ipsa loca pertinentes, in suprascripto pago Gratianopolitano, tu, heres mea, ut habeas volo atque discerno. Item quam in pago Viennense Maconiano, quem de alode parentum meorum nobis obvenit et quod de Siagria conquisivimus, et colonica in ipsa pago Viennense, Baccoriaco super fluvium Carusium, ubi faber noster Majorianus mansit, et filius ejus Ramulfus de Blaciaco, quem in contra Ardufo per judicio Agnarico Patricio evindicavimus.

Similiter et in pago Vianense et Leudunense, Bornaco, Basciasco, Amblariaco, Blaciaco, colonica Sevorio: ista omnia suprascripta, una cum terris, domibus, vineis, campis, pratis, vel cum omne jure earum, ac colonis, servis et libertis ad ipsa loca aspicientes, tu, heres mea, ut habeas [volo] atque præcipio.

Item in pago Matascense, Carnaco Aebasciaco, quem de Siagria conquesivimus, una cum ingenuis, libertis ac colonis et servis, vel omnes adjacentias ad ipsa loca aspicientes, ut habeas volo ac jubeo.

Similiter et in pago Briantino, et Aquisiana, et Annevasca, in loca nuncupantes Briancione valle, una cum libertis ac colonis et servis; Anhedæ una cum ingenuis, libertis et servis; Agracianis, Exortiana, Aquislevas cum libertis et servis vel omnes adjacentias ad se pertinentes, te, sacrosancta ecclesia, ut habeas volo atque præcipio; et colonicas infra ipsa valle Briantina et Aquisiana, quem de Vuidegunde conquesivimus, unde Bardinus capitularius est.

Similiter et in Gerentonnis, colonicas de ipsa

ratione Viundegundi, quod ad nos pervenerunt, quem Sigualdus libertus noster in beneficio habet. Colonica quem de muliere Gsmundo, nomine Pannutia, in ipsa valle, in tertia recepimus, ubi Marius noster Verbecarius in ipsa colonica manet.

Similiter curte mea Salliaris, alpe, prata, ingenua, Vendanum, Mullinaricus, Vuilla, Jutole: ista omnia suprascripta, una cum libertis ac colonis, servis vel omnes adjacentias earum ad ipsa loca aspicientes, tu, heres mea, ut habeas volo ac jubeo. Et colonicas in valle Gerentonica et in Ralis, quem ad libertos meos, quem Theudoaldo et Honorio dedi, ut ipsi et infantes ipsorum habeant, et ad heredem meam sacrosancta ecclesia aspiciant: ista omnia superius comprehensa, una cum adjunctis adjacentisque suis, campis, pratis, pascuis, silvis, alpebus, montibus, rivis aquarumve decursibus, accisque omnibus, cum omnem jure vel terminum earum, tu, sacrosancta ecclesia, heres mea, ut habeas volo ac jubeo.

Similiter libertus nostros in valle Aquisiana, qui ad parentes nostros aspexerunt, seu et ipso pago Brigantio commanero videntur, unde Vitalis capitularius est, ad memorata ecclesia heredem meam ut aspiciant et inpensionem faciant volo ac jubeo. Emmo quem in pago Ebredunense et valle Occense Bruitico portiones nostras quem Vuadelberto presbytero et de Rigaberga conquisivimus, et de proprio alode meo, et quod de parente mea Godane ad me pervenit, et in ipsa valle Moccense, quem de Siagria conquisivimus, una cum alpe, et quem de Dodone et Godane ad nos pervenit, seu et quod domno Waldeberto episcopo et de Rigaberga ibidem conquisivimus; et colonica ubi dicitur Albariesco, quem Marcianus servos noster habet, quem de Dodone parente meo in ipso pago Ebredunense ad me pervenit; nec non et colonicas nostras in pago Rigomagense, quem Baronta libertus noster in beneficium habet; et liberto meo ipsum Barontane una apud Solia quem ei dedimus, ut ad te, heres meam, ij se Baronta aspiciere debeat volo ac jubeo. Item in ipsum pago Ebredunense, colonicas in Boresio, quem Sauma in beneficio habet, Rodis, ubi verbicarius noster nomine Laurentius manet; colonicas in Valentino, quem per præceptionem dominica de ratione Riculfu et germano suo Rodbaldo ad nos pervenit: omnia et ex omnibus quicquid in ipsum pago Ebredunense, seu et in valle Moccense et Rigomagense, tam de conquesto, quam de alode parentum nostrorum, nobis in ipsos pagos obvenit, ad integrum, una cum alpe, tibi, suprascripta heres meam, sacrosancta ecclesia, habere volo ac jubeo.

Simile namque modo in pago Vuapencense, corte mea Talarno, una cum libertas nostros Sicualdo, cum sorores suas et infantes earum; Maximo cum sua et infantes eorum; Calaico, una cum libertas nostros, et Allionicos quem de Vuidegunde conquisivimus, et liberti nostri in ipsum Allionicus comma-

inter servos, *ingenuitate*, servosque *simplici libertate* donatos: hi *liberti*, illi *ingenui* nuncupabuntur.

<sup>a</sup> Ex his et similibus verbis testamenti Widerardi, supra (Col. 1268), evadit differentiam quamdam fuisse

nere videntur; Marius cum germanos suos, et libertus nostros in Venavella, Hidebertum cum uxore sua et infantes eorum, quem de Vuidegunde ad nos pervenerunt; Kalares quem de ipsa Vuidegunde acquisivimus [ubi] Matarellos libertus noster manet; in colonica dominicale et extra sunt terras et vineas dominicales: ista omnia suprascripta, una cum libertis ac colonis et servis, una cum adjunctis adjacentisque suis ad ipsa loca pertinentes, tu, sacrosancta ecclesia, ut habeas volo ac jubeo. Et dono liberto meo ad ipsa ecclesia, nomine Amalberto, qui habet uxore filia ipsius Mattarello quem ego manumisi, et ipsum dua mancipia dedi ad casa Vuapencense, his nominibus, Rusticiu et Lupolina; itemque et in ipsum pago Vuapenicense Altana, quem de alode parentum meorum habeo, Curenno, Galisco ancilla, quem genitor meus de Persa acquisivit; et illas terras ibidem in Campania, cum illa alpe Cassauda, quem de Lavarnosco ibidem habemus; ipsas terras usque ad summa mancipia, quem Siagria acquisivimus: ista omnia suprascripta, una cum campis, pratis, silvis, pascuis, alpiibus, adjacentibusque suis ad ipsa loca pertinentis, tu, sacrosancta ecclesia, habeas volo ac jubeo.

Simile namque modo in ipso pago Vuaponicense, corte mea Opaga cum omnis appenditiis suas ad se pertinentes, quem alode parentum meorum habeo apud colonica, quem de Venatore avunculus meus dominos Semforianus<sup>a</sup> episcopus acquisivi, tu, heres mea, ut habeas volo ac jubeo; colonica subtus ripas, quem ad libertum meum nomine Bertarii dedimus, infantes sui habeant volo ac jubeo, et ipsi ad herede mea aspicere debeant Bonis, Graviosco, tu, heres mea sacrosancta ecclesia Sancti Petri monasterii Novalicius, ut habeas volo ac jubeo. Similiter corte mea Valerignaca, una cum libertum meum Savino, cum filius suos et filiis liberti mei Siseberga, Magnibertum eum germanus suos et filius suos vel alius libertus nostros qui ad ipsa curte aspicunt, habere volo ac jubeo: Roma una cum appendiciis earum et alpes, præter quem ad libertus meos infantes Aldefredo et Godoberti in ipsa Roma dedimus, volo ut habeant et ipsi ad heredem meam aspiciant. Laquatico una cum appendiciis suas, ad ipsa loca pertinentes, et quod a liberta mea Dumnu-  
lina, quem commutavi, dedi in ipsum Laquatico, volo ut habeat, et ad heredem meam sacrosancta ecclesia aspiciat. Et terras in Esturbatina, quem de Bonevalo acquisivi et ad suprascripta liberta mea nomine Sendeberti dedi, volo ut habeat, et ad heredem meam aspiciat. Colonicas in Taraone, quem de Ricuberga acquisivimus, et terras in Crariis et libertus nostros Moroaldo et uxore sua vel filiis eorum quem genitrix mea Rustica de pago Genevense fecit venire et super ipsa terra ipsus mansurus fecit.

<sup>a</sup> Semforianum, non aliunde notum, hic avunculum suum, infra autem patrum suum Abbo appellat, unde liquet utramque vocem hæc ætate habitam fuisse pro synonyma. Eundem vocat episcopum Va-

A Terra et mancipia in Sevelis quem de Avolo presbytero et de Freberga femina avunculus noster dominus Semforianus acquisivit, et libertos nostros in Artonosco filius Victore et Vere Johannis, Justebertus, Paulos, et Verissimus, Justina, et Bertildes, ipsa terra et mancipia in Sevelis in beneficio habent, tu, heres mea sacrosancta ecclesia Sancti Petri Novalitius monasterii, ut habeas volo ac jubeo. Capannas, quem ad liberta mea, nomine suprascripte Berteldi dedi, volo ut habeat et ad heredem mea aspiciat; Vobridio quem de Mauro acquisivi et ad liberta mea suprascriptæ nomen Justini dedi, quem Dadinus habet, volo ut habeat, et ad heredem meam aspiciat. Colonica Utronno ex alode parentum meorum, Glasia, Pentus, Bullonne, Muccunava, Bladonis, tu, heres mea, ut habeas volo ac jubeo. Similiter et res illas Maurovida, Rodanone, una cum adjacentias earum, vel quicquid de parentes nostros Dodone et Godane nobis ibidem obvenit; et res illas quem de Gondoberto acquisivimus, quem Marabertus in beneficio habet; et illas res quem de Escussario acquisivimus, una cum mancipiis, terris, vel omnes adjacentias ad ipsa loca aspicientes, ista omnia suprascripta, te, sacrosancta ecclesia domni Petri, heredem meam, habere volo atque precipio.

In Cronno Luciano, ex alode parentum meorum, et in Latiomaus, ibi Mora ancilla nostra manet, quod de genitrice nostra Rustica michi obvenit; colonicas in Gradosa quem ministerialis noster Baio in beneficio habuit, tu, heres meam, ut habeas volo ac jubeo. Quonaone in pago Vasense, una cum ingenuis quem de Vuidegunde acquisivimus; Doliana in pago Vendascino quem de ipsa Vuidegunde ad nos pervenit, et suprascripti liberti mei Justini et Dadingo dedimus, volo ut habeant et ad heredem meam sacrosanctam ecclesiam aspiciant. In pago Sigesterico vineas et terras in Planciano, quem de parente nostro Wandalberto abbate acquisivimus. et in Massilia res nostras proprias, casas et ortiles, quem de avunculo meo Dodone michi obvenit, et de avia nostra Dodina. Similiter ad Pero, casas et ortiles qui michi de parente mea Godane obvenit, et campos et vineas infra civitate et portione nostra in Centronis et ad fontem Lisola, terras et pascuis; in pago Arlatino Anglarias et Vivario portione nostra, et illa alia quem avunculo meo Dodone michi obvenit, tu, heres mea, habeas volo ac jubeo. Cronia in pago Tolonense, una cum libertis ac colonis et servis, terris, vineis, oliveis, seu et adjacentias ad se aspicientes, te, herede mea sacrosancta ecclesia Sancti Petri monasterii Novalicia, habere volo atque discerno.

In pago Regense Vuardacellis, illo proprio nostro et illa portione quem de Godane acquisivimus; una cum colonica in Cumbolis et Pratalioni qui ad Vurdacellis aspicit, ubi Siricarius noster Peter mansit,

pincensem; nec alia auctoritate fulti auctores Nova Gallie Christianæ, t. II, col. 457, hunc inter Vapincenses episcopos sub nomine Symphoriani recensuerunt circa annum 730.



tu, heres mea, ut habeas volo ac jubeo. Salines in Viu, in pago Arelatense quem de Godane parente nostra ad nos pervenerunt, et illa portione Siagriæ quem de ipsa conquisivimus, una cum aris et campos, vineis et olivētis, mancipiis, pascuis, ibidem et in campo, et illas Salines in Alterneto, Cattorosco et in Leonio, tam nostra portione quam et quod de avunculo nostro Dodone ibidem conquisivimus. In pago Diense Cassies sibi teptis, et portione nostra in Bosedone, quem de Siagria conquisivimus, una cum libertis et servis vel adpēdices suas, et libertum nostro Unebertum, et filius suos, quem ex alode de genitore meo habeo, ut habeas, volo ac jubeo.

In Ambillis ubi Gavioaldus servos noster manet, una cum cultura quem de domna Siagria ad nos venit, quem ipse Unebertus in beneficio habet, et illa colonica de ratione parenti mei Godane super de Derauso, in pago Diense, ubi Orbicianus servos manet, ubi dicitur Riaciosco, te, heredem meam sacrosancta ecclesia, habere volo ac jubeo. Colonicas in pago Attense in Variates, et colonicas in pago Cavellico, Attanisco, Quosis, Pecciano, Torrido, qui michi ex alode genitrici mei Rusticæ et avunculo meo Dodone obvenit: ista omnia suprascripta, una cum adjunctis, adjacentibus suis ad ipsa loca aspicientis, te, sacrosancta ecclesia Beati Petri apostoli Novalicis monasterii, te heredem meam habere volo atque præcipio.

Colonicas in pago Diense, ubi dicitur Macitha, una cum salines ad Verdone, qui ad Lavariosco corte nostra aspexerunt, quam de domna Siagria conquisivimus, te heredem meam habere volo ac jubeo. Casalis in Tenegaudia, una cum terris et pascos in ipso monte, quem de Valeriano genitor meus conquisivit, te heredem meam, sacrosancta ecclesia domni Petri monasterii, habere volo ac jubeo.

Et placuit michi in hanc pagina testamentis mei adnecti de alode parentorum meorum, aviis meis Maurino et Dolinæ, quem apud consubrina mea Honorata, filia Eptolenæ amitæ mei, pro pectonibus titulum inter nos divisimus, noscitur convenisset, ut ipsa omnem portionem suam de ipsa facultate præsentialiter recipit; et de proprietate nostre quod pro falcidia se nos ipsa vel heredis sui superstites fuerint, estare aut per lege recipere potuissent, eis præsentialiter, de proprietatis portione nostræ loca dominata, quem in pactionis nostræ continetur et scripte in falcidia reputata dimisimus, ut nullum quam [M., nullo unquam] tempore in postmodo ipsa nec heredes sui contra hanc testamento meo nec projecta nostræ ambulare nec refragare debeant; quod si fecerint, pœna quod in pectonibus nostræ per commune consensum continet, incurrant, et quod repitent evēdicare non valeant. Et volo ut omnis liberti nostri, quos [et] quas parentes nostri fecerunt liberos, et nos postea fecimus, ut ad ipsam heredem meam ecclesiam Sancto Petro aspiciant, et obsequium et impensionem, sicut ad parentes no-

stros et nobis juxta legis ordine debetur impendere, ita et inantia, ad ipsa herede meam Sancto Petro Novalicis monasterii constructa facere debeant. Quod si contumacis aut ingrati ad heredem meam suprascripta æcclesia steterint et revellare voluerint; tunc liceat agentes herede meam eos cum pietatis ordine cohercere, ut ipsi impensionem faciant, sicut ad parentes nostros et nos fecerunt. Quod si ingrati et rebeli persistierint, tunc quod lex de ingratis et contumacis libertis continet, cum judice interpellatione et distractione ad herede mea exsolvant, et ad ipsa revertant volo ac jubeo.

Et dono suprascripto pago Gratianopolitano, liberta mea Sanctiilde qui manet in Pino, cum filius suos Sicufredo et Sigirico, Sicumare et germanos eorum Helene et Sigilinæ; et in ipsum pago Gratianopolitano donamus liberto nostro nomen Gondoberto eunucu, et germanas suas cum omni rem quem Vuidegundas ad parentes suos in pagnanum percensione dedit, volo ut habeant et ad herede mea aspiciant. Donamus liberta nostra Droctesenda cum filius suos, et habet ipsa liberta nostra homo ingenuus nomine Radbertus; dedimus Celseberto colonica in Glisione, prope de Arcia, volo ut habeat, et ad herede mea aspiciat. Colonicas terras et vineas dominicales, quem Jocos lerator noster in percensione, et Opilonicus usque nunc in beneficium habuit, quem de Siguberga conquisivimus, volo ut ipse per testamento nostrum libertus fiat, et ipsas colonicas sub nomine libertinitatis habeat, et ad heredem meam sicut liberti nostri aspiciunt, ita et ipse sic facere debeat; et, si ipse de ipso monasterio sicut libertus se abstrahere voluerit, in pristinu servitio revertatur; et ipsas colonicas et ipsi monachi ad parte herede meam Sancti Petri monasterii recipiant.

Et illud michi in hunc testamento meum addere placuit, ut dum et domnos patronus meus Senforianus condam episcopatum Vuapencense in suam habuit gubernatione et devotione suæ, ut medietate derogationes portionis ipsius in valle Segucia ad ipsa ecclesia per sua esturmenta delegare voluit, et diebus vitæ suæ tutillam meam in suam habuit recepta potestate, et apud nos nullam deduxit ratione: et dum per lege nulla exinde potuit delegare, et facultates nostras indivisas remanserunt, ipse carta donationis de medietate locello nostro commune derogationes in valle Segusia ad jam dicta ecclesia Sanctæ Mariæ Vuapencensæ quod scripserat, dum et lex hoc prohibet, et postea ipse de ipso onos episcopato a malis hominibus ejectus fuit, et ipsa portio derogationis ad ipsa ecclesia Vuapencense nunquam fuit tradita nec recepta, ideoque nos tam pro animæ nostræ remedio, quam et pro ipsius suprascriptus patrum nostrum communi ratione domno Senforiano donamus ad ipsa ecclesia Sanctæ Mariæ Vuapencense locella nostra in pago Regense, nuncupantes Braccio, una cum Voconcio, quem de parente nostra Godane ad nos pervenit, una cum libertis ac colonis et servis, donibus, edificiis, terris, vineis, campis,

pratis, pascuis, silvis, omnia et ex omnibus, quicquid infra ipsum pago Regense ad ipsum Bractio et Vocontio aspiciere videtur, preter quod superius scriptum est, quod dum heredem meam ecclesiam Sancti Petri dedi, ut tam pro animæ nostræ [M., meæ] remedie, ut diximus, quam et pro devotione patrum nostrorum domno Senforiano in luminaribus ipsius ecclesie, et pro substantia pauperorum, perhennis temporibus proficiat in augmentis, volo ac jubeo. Enim quæ donamus ad ipsa ecclesia Sanctæ Mariæ Vuapencense locella nostra in ipso pago Vuapencense nuncupante Ruarmo, Ambillis in Taraone, una cum libertis ad ipsa loca aspicientes; in pago Cav. Illico, Memiana, quem domnos et avos noster Marro condam, de domno Cramnelino episcopo acquisivit: de ista omnia suprascripta dum adhuc vixero usum et fructum michi reservo; post obitum quidem meum, quandoquidem Deus voluerit, agentes ecclesie Sanctæ Mariæ Vuapencense ipsa loca recipiant et habeant, volo ac jubeo.

Simile modo donamus ad ecclesiam Sancti Johannis Baptistæ Maurogenna, in luminaribus ipsius sancti loce, et pro animæ nostræ remedio, loca nuncupantis in pago Gratianopolitano, Crispiaco quem de Siagria acquisivimus; Abrici colonica in pago Viennense, quem de ipsa Siagria ad nos pervenit, Macciano quem de alode parentum habeo, et in commutationis causæ ad ipsa casa Maurogennica pro colonicas in Venavis, in valle Segusima dedimus; Vircarias in Malenciano quem ad filio Bertelino, servo sancto Johanni, pro ingenuitatis dedimus. Ipsa vero loca, una cum colonis, accolanis, servis, libertis in ipsa loca commanentes, cum omnes adjacentias ad se pertinentes, in luminaribus ipsius ecclesie Sancto Johanne Maurogennica, et pro substantia pauperorum, volo ut habeat et proficiat in augmentis.

Donavimus dulcissimæ nostræ Virgilie <sup>a</sup> loca nuncupantis in ipso pago Vuapencense, Laciomaus et Licentiaco, Cassaniola, Ciconiola quem de domno Waldeberto episcopo et de domna Siagria et Vuidegunde, et Deo sacra Ricuberta femina in ipsa loca acquisivimus. Similiter et in pago Segisterico, Lavarosco, una cum omnis adjacentias suas, quanto infra ipso pago Sigisterico ad ipsa corte aspiciere videntur, quem de domna Siagria ad nos pervenit, etiam et in pago Regense Cinicino quem de domno Vualdeberto ad nos pervenit: in ipsa vero loca, una cum ingenuis, libertis, acolanis et servis, terris, domibus, edificis, mancipiis, campis, pratis, pascuis, silvis, vineis, cum omnis adjacentias earum ad se pertinentes, ut habeas volo; propter quod in ipsos

<sup>a</sup> Mirum in modum cæcutit Pingonius, Chron. Auguste-Taurinorum, in Collect. hist. Franc. Chesni, t. II, cum Abbonis testamentum in epitomem redegit. Abboni assignat, ad fidem, ut ait, hujus instrumenti, filias tres, scilicet priorem nomine Virgiliam, alteram anonymam, tertiam Honoriam; addit filium unum, Riculfum: quæ omnia testamenti textus evertit. Ibi enim Abbo Riculfum, non suum, sed

A pagos Sigisterico, Regense et Vuapencense ad heredem meam ecclesiam Sancto Petro monasterii Novalicis dedimus, ut habeat volo ac jubeo. Et placuit michi in hunc testamentum meum plenissima voluntatem scribere, dum et domnos et in Christo pater noster Vualchuni episcopus, ab initio incoationis opere fundamentum ecclesie Sancto Petro monasterie Novalicis heredem meam posuit, et usque ad culminis consumptionis fabrica perduxit, et in omni opere ædificiorum adjutor et gubernator stetit, ut dum ipse advixerit, sub suo nomine et gubernatione et nostra commune, ipse monasterius Sancto Petro heredem meam cum omnibus rebus ad ipsum delegandis consistere valeat; et quod humanum est, quando abbas de ipso monasterio de hac lucem mi-  
B graverit, tunc abbate quem ipse domnos Vualchuni episcopus in ipso monasterio elegere voluerit, ibidem mittat et ipse abba vel sui monachi taliter agant, dum et ipse domnos Vualchuni advixerit, qualiter ipse eos spiritaliter monere voluerit; et licentia non habeat de ipsis rebus aliud faciendi, nisi quod ipse suprascriptos domnos Vualchuni episcopus, pro commune utilitatem ipsius monasterii eis jusserit. Et ita michi placuit, addendo ut omnis facultas mea quem per hunc testamentum meam vel epistolas ad ipso monasterio delegavi, dum et ego et ipse domnos Vualchuni advixerimus, sicut jam dictum est, sub suo nomine et nostrum diebus vite sue ad profectum jam dicti monasterii consistere valeat: et si michi superestis fuerit diebus vite sue, ad profectum jam dicti monasterii consistere valeat: et, si michi superestis fuerit diebus vite sue, in sua permaneat potestate. Et, si quislibet, quod esse non debet, de monachis ipsius monasterii contumax aut corruptor fabulis insidiarum contra jam dictum domno Vualchuni episcopo estiterit aut rebellare voluerit, licentia habeat eos juxta qualitatis opere sue coercere, et sententia juxta canonica regula sancti Benedicti institutionis judicare: et, si noluerit se in sua castigatione corrigere et rebellis extiterit, licentia habeat eum de ipsum monasterio in sua contumacia eicere.

Dono ad suprascripta heredem meam sacrosanc-  
C tam ecclesie Sancti Petri monasterii Novalicis, terras et vineas, una cum mancipiis in Matanatis, quem de alode parentum meorum habeo, quem Beroleos in beneficio habuit, volo ut habeas ac jubeo. Dono fidele meo Protadio res illas in pago Vuapencense, ubi dicitur Semprugnanum, cum adpendices suas, quem de Agloaldo conquesivimus; et illa portione quem de Maurengo clerico, pro sua infidelitate quod nobis mentivit, et per verbo dominico acquisivi-

Rodulfi filium vocat; Virgiliam dulcissimam appellat, filiam nequaquam; Honoriam denique libertam suam dicit, et Tersie filiam. Hanc autem Tersie vocem accepit Pingonius pro voce numerica *tertia*, et hanc tertiam filiam Honoriam appellatam occitanter scripsit, dum Honoriam Abbo expresse vocat libertam suam. Hæc recte redarguit Cointius, ut et alios ejusdem Pingonii errores, de quibus silchimus.

mus, dum et ipse nobis meritum fuit, ipsas res Paternus nobis cessit, volo ut habeat.

Donamus Tersiz, filia Honorice liberti nostræ, quem Teudaldus de Seguciu uxorem habuit, res illas quæ fuerunt Riculfum filium Rodulfam uxorem, quem pro [M., per] præceptione domino Theoderico rege <sup>a</sup> et illustre vero domno Karolo, in pago Diense, Vuapacense et Gratianopolitano conquestivimus, præter colonicas in pago Ebredunense, in Velencio, quem ad monasterio Sancto Petro herede meam delegavimus, dum et ipse Riculfus apud gente Sarracenorum, ad infidelitatem regni Francorum sibi sociavit, et multa mala cum ipsa gente pagana fecit, volo ut ipsa Tersia ipsas suprascriptas facultatis habere debeat; et volo ut liberti nostri, filii Vualane, cum illas res quem ipsius Vualane dedimus ad herede meam ecclesiam Sancto Petro aspiciant. Dono liberta mea ad herede meam ecclesia Sancto Petro, nomine Fredberga, uxore Tasculfum, cum nepotes ipsius Frelbergæ, in Etone, aut in Parelano manere videntur, ut liberticam eorum res ad ipsa ecclesia aspiciant volo ac jubeo.

Et notamini in hanc pagina testamentis mei addendum placuit, dum et provintias justas ad agentes Serracenorum dissolatas et distructas sunt, et tam liberti nostri, quam et servi et ancillas utriusque generis, per plura loca vicinorum per necessitate dispersas fuerunt, volo ut ubicumque adgentes heredem meam monasterii Sancto Petro Novalicis constructum eos invenire potuerint, ut licentia habeant in eorum absque cujuslibet contradictione revocare dominatione; et, sicut ad parentes nostros et ad nos aspexerunt, ita et ad heredem meam ecclesia Sancto Petro monasterio Novalicis, aspiciere debeant volo ac jubeo. Et volo ut Gislaranus libertus noster et uxor sua, quem de domna Siagria ad nos pervenerunt, una cum colonicas illas quem eis in Comario in pago Gratianopolitano dedimus, ut ipsas habeant, et ad herede meam monasterio Sancto Petro Novalicis aspiciere debeant; et illa quæ non sunt neminata, et ad nostro jure pertinet, et alicubi non delegavimus, volo ut ad herede meam perveniant; et, si qua karaxatura aut litteratura in hanc paginam testamentis mei reperteque fuerint, nos ea fieri roga-

vimus, dum et non semel, sed sepius, eum requisivimus. Et humiliter proco dominis principibus, vel omnium potestatibus et episcopis, per Patre et Filio et Spiritu-Sancto, qui potestatem domnandi, regendi habeatis, ut hanc voluntatis nostræ, quem per hunc testamentum meum ad heredem meam ecclesia Sancto Petro monasterio, pro substantia monachorum et pauperorum delegavi, ut in nullo permittatis convellere nec irrumpere, ut ad augmentis mercedis vestræ commune pertineat. Et, si quis sperat hoc temerario contra hanc voluntatem meam, quem promptissimam devotionem conscribere rogavi, insidiatorem exciterit et sese . . . . noluerit, iram celestem incurrat, et ad comunione omnium ecclesiarum excommunicatus appareat, et insuper inferat ad ipsum sanctum locum heredem meam, sociantem fisco, auri libras quinquaginta; et quod repetit et vindicare non valeat, stipulatione pro omni firmitate subnixâ.

Ego Abbo hunc testamentum a me factum subsc. Rusticius vel clarissimus subscripsi <sup>b</sup>. Magnabertus vir clarissimus subscripsi. Widbertus vir clarissimus subscripsi. Semphorianus vir clarissimus subscripsi. Vitalis vir clarissimus subscripsi.

## LXX.

*Charta qua Carolus major domus villam Clippiacum donat basilicæ Sancti Dionysii* \* (ann. 741).

Se aliquid de rebus nostris ad loca sanctorum condonamus, hoc nobis procul dubio apud æternam Domenum in æterna beatitudine retribuendum confidemus. Igitur ego in Dei nomine illustre vir Karolus, majorim-domus, filius Pippini quondam, ob amorem Domini nostri Jesu-Christi, vel remissionem peccatorum meorum, ut veniam de delectis meis consequi merear in futurum, dono donatumque in perpetuum esse volo ad basilica Sancti Dionysii, ubi ipse preciosus domnus in corpore requiescit, villa nuncupata Clippiacum <sup>d</sup>, in pago Parisiaco constitutam; cum terris, domibus, ædificiis, accollibus, mancipiis, vineis, sylvis, campis, pratis, pascuis, aquis <sup>e</sup> aquarumve decursebus, cum peculio utriusque sexus, omnia et ex omnibus, quecquid ad ipsa villa Clippiacus aspiciere vel pertentire videtur,

D

fuit Germonio, de vet. reg. Fr. Dipl. t. II, pag. 132, chartis Sandionysianis sepius ultra modum infenso. Levioris ponderis argumenta expendere longum esset: dixisse satis sit nemini falsi iudicium fore quod, in charta Caroli majoris domus, formulæ discrepent a formulis quæ in regum Meroveadum diplomatibus usurpari solebant. Cæterum ipse Germonius fatetur videri sibi ex aliquo genuino instrumento desumptam fuisse notam chronologicam singularem quam exhibet charta Caroli, repetitam scilicet ab obitu Theoderici regis. [Autographum quod Mabillonius viderat non adest in archivo regni.]

<sup>d</sup> De Clippiaco villa, hoc instrumento basilicæ Sancti Dionysii concessa, fuisse disserit Michael Germain, in opusculo sup. laud.

<sup>e</sup> Vox *aquis* exstat apud Dubletum, ommissa apud Felibianum.

<sup>a</sup> Hinc manifeste patet Abbonem sub Theoderico rege IV et Carolo Martello vixisse; Carolus enim *illuster* vir ipse est Carolus quem Martellum vocavere, et qui, regnante adhuc Theoderico, res totius Franciæ administrabat. Vide supra (Col. 1290, not. <sup>b</sup>).

<sup>b</sup> Loco vocis *subscripsi*, hic et infra exstant in chartulario lineæ in modum monogrammatum.

<sup>c</sup> Exstat apud Dubletum, Hist. abb. S. Dionys., pag. 690, et Felibianum, Hist. abb. S. Dion. probat. pag. 32, ex originali; apud Constantium, Annal. t. V, pag. 46, et in Collectione scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 707, ex Dubleto. Præter hos, instrumentum hoc pro legitimo habuerunt Labbeus, Miscell. t. II, pag. 73; Michael Germain, in libello *De villis regiiis*, inserto in opere de Re dipl. Mabill., pag. 275; auctores Diplomaticæ novæ, t. V, pag. 679, et Mabillonius, qui se autographum inspexisse testatur, de Re dipl. pag. 189; nec eo minus suspectum

hoc totum ad ipsa basilica S. Dionysii cum omne A  
 integritate donamus vel concidemus, ita ut ab hoc  
 die, villa superius nominata Clippiacum habendi,  
 tenendi, vel quecquid præfatum monasterium S.  
 Dionysii aut agentis sui pro oportunitate ipsius mo-  
 nasterii facire voluerint, liberam ac fermisimam in  
 omnibus habiant potestatem. Se quis vero, quod  
 futurum esse non credemus, se nos ipsi, aut ullus  
 de heredibus nostris, seu quælibet opposita vel  
 extranea persona, contra hanc epistolam donationis  
 nostræ, quam nos propter nomen Domini fieri et  
 confirmari decrevimus, venire aut agere, aut ale-  
 quam calumniam partibus S. Dionysii exinde gene-  
 rare voluerit, inprimis iram Dei celestis incurrit, et  
 insuper inferit partibus ipsius monasterii, cogente  
 fisco, auri libras decem, argenti pondo viginti coæ-  
 tus, et quod repitit evindicare non valeat; sed præ-  
 sens epistola donationis nostræ omne tempore ferma  
 et stabelis debeat permanere, stipulatione subnixâ.  
 Actum Careciaco villa, in palatio, quod sicut mensis  
 September die xvij, annum quintum post defunctum  
 Theodoricum regem <sup>a</sup>. Signum illustro viro Karlo  
 majorim-domus, qui hanc epistolam donationis fieri  
 donavit. † S. Radberti comitis. S. Raygaubaldi  
 comitis. S. Salaconis comitis. S. illustris matrone  
 Sonechildis consent. S. Grifonis filii sui consent.  
 S. Hroderici. S. Adabaldi. S. Deodati. S. Hefine-  
 bertii. Audoenus cappellanus subscripsit. Ego Theu-  
 dericus subscripsi. Crothgangus jussus hanc epistolam  
 donationis recognovi.

## LXXI.

*Charta qua Pipinus major domus concrematam immu-  
 nitatis chartam ecclesie Sancti Vincentii Matisco-  
 nensis concessam renovat* <sup>b</sup> (ann. 743).

In Dei nomine, Pipinus major-domus. Regni no-  
 stri augere credimus monumentum, si beneficia op-  
 portuna locis ecclesiarum benevola deliberatione  
 concedimus, ac Domino protegente stabiliter pro-  
 ducere confidimus. Igitur noverit solertia vestra,  
 quod ad petitionem cleri, fidelis noster Domnolus,  
 sanctæ sedis episcopatum tenens in civitate Matis-  
 censi, in honorem S. Vincentii, nobis suggessit eo  
 quod illa immunitas quæ antea ad ipsam casam Dei

<sup>a</sup> Hæc charta non parvi momenti est; docet enim  
 interregnum quinque annorum existisse post mor-  
 tem Theodorici IV, quibus solus imperavit Carolus  
 major domus; unde in instrumentis publicis necesse  
 fuit annos computare ab excessu ultimi regis, cui  
 nullus successerat. Obierat autem Theodoricus IV  
 anno 737, circa mensem Aprilem; ergo annus quin-  
 tus ab hujus morte, mense Septembri, concurrebat  
 cum anno Christi 741.

<sup>b</sup> Ediderunt auctores Novæ Gallie Christianæ,  
 t. IV, instrum. col. 263, ex chartario Matisconensi  
 Boheriano. Fragmentum vulgaverat Labbeus, Mis-  
 cell. t. II, pag. 443, et chartam integram publici  
 juris fecerat Severtius, in episcopis Matiscon. sub  
 episcopatu Domnoli, depravatam in pluribus locis  
 quos restituit Cointius, qui ipsam recudit, Annal.  
 t. V, pag. 77: hujus lectionem sequimur. Exstat  
 etiam charta hæc in Collectione scriptorum Rerum  
 Francicarum, t. IV, p. 703, ex Cointio deprompta:

facta fuit, anno superiori sit igne concremata ob  
 negligentiam custodientis. Nobis hoc petiit ut ipsam  
 immunitatem ex nostro nomine ad ipsam casam Dei  
 renovare vel adfirmare deberemus; quod nos gra-  
 tanti animo pro reverentia ipsius sancti loci fecimus;  
 et tale insuper pro æterna retributione beneficium  
 visi fuimus indulsisse, ut in villas ecclesie illius,  
 quas moderno tempore aut nostro aut cujuslibet  
 munere habere videtur, vel quas deinceps in jure  
 ipsius loci voluerit divina pietas ampliare, nullus  
 judex publicus ad causas audiendas, aut freda undi-  
 que exigenda, nullo omnino tempore præsumat ac-  
 cedere, et loco illi Domnolus, vel successores ejus,  
 propter nomen Dei sub integro immunitatis nomine  
 valeant dominari. Statuimus ergo ut neque vos, ne-  
 que juniores, neque successores vestri, nec ulla pu-  
 blica judiciaria potestas, quocumque tempore, in  
 villas ipsius ecclesie, aut ubicumque aut regis aut  
 privatorum largitate conlatas, aut quæ antea fuerint,  
 ad audiendas altercationes, casas indomincatas in-  
 gredi, nec mansiones aut paratas aut fidejussores  
 tollere non præsumatis. Sed quicquid exinde in  
 agros vel fines seu super terras predictæ ecclesie  
 commanentes fisco undequeque potuerit sperare, ex  
 nostra indulgentia, pro futura salute, in luminaribus  
 ipsius ecclesie per manus agentium eorum proficiat  
 in perpetuum; et quod nos propter nomen Domini  
 et animæ nostræ remedium, simulque pro nostra  
 subsequente progenie plena devotione indulsimus,  
 nec regalis sublimitas, nec cujuslibet judiciaria po-  
 testas refragare tentetis. Sed, ut præsens authoritas  
 tam præsentibus quam futuris temporibus inviolata,  
 Domino adjutore, permaneat, manus nostræ sub-  
 scriptione infra roborare decrevimus. Sig. Pipinus  
 major-domus. Ego Rodolugus jussus scripsi. Actum  
 kalendis Januarii, in anno secundo principatus Pi-  
 pini ejusdem, in civitate Metis, in palatio regio.

## LXXII.

*Charta qua Felix presbyter concedit Sithiensi mona-  
 stero cellam Sancti Michaelis, in pago Flandrense*  
<sup>c</sup> (ann. 745).

Ego in Dei nomine Felix, presbyter, inspirante di-  
 vina clementia atque pro animæ meæ remedio, de-

<sup>d</sup> inter parentheses recte affixus fuit annus Christ. cir-  
 citer 743; cum enim Pipinus, patre suo Carolo ma-  
 jore domus defuncto, administrationem regni Fran-  
 corum suscepit anno 741, annus secundus admi-  
 nistrationis seu principatus ejus, mense Januario  
 ineunte, concurrebat cum anno Christi 743. Annus au-  
 tem in hac charta signatus, de Pipino adhuc majore  
 domus intelligendus est, ut ex Pipini subscriptione  
 patet; Severtius vero de Pipino regnum jam asse-  
 cuto interpretatur, et ideo chartam referendam cen-  
 set ad annum 752; sed in hoc fallitur, ut merito  
 arguit Cointius, cui omnino suffragamur.

<sup>e</sup> Ex chartulario Folquini deprompsit Malbrancq,  
 De Morinis, t. I, pag. 580; recudit Cointius, An-  
 nal. t. V, pag. 168. Hujus chartæ mentio fit in  
 Iperii Sancti Bertini chronico, apud Marten. Thesaur.  
 anecd. t. III, col. 484, et hinc patet omissum esse  
 proœmium in exemplo ad cujus fidem chartam edi-  
 dimus; juxta Iperium enim, sic incipiebat hoc instrum-

putavi et concessi atque delegavi per hanc paginam A donationis, ad monasterium Sithiu cellam meam in loco nuncupante Rochasem sive Therealdo luco in pago Flandrinse, quam ego in honore S. Michaelis archangeli, vel S. Joannis Baptistae, vel S. Mariae genitricis Domini nostri Jesu Christi, vel ceterorum sanctorum, opere construxi, quam ab extraneis personis dato pretio comparavi; et supplicamus ipsos fratres et rectores ipsius monasterii Sithiu ut, propter Dominum et mercedem nostram lucrandam, ut ipsa cella quam ibidem transfirmavimus, de missis, de cursu, de luminariis, curam habere studeant; et de hospitibus et peregrinis charitatem et mercedem exinde habere debeant: tamen in ea ratione, quamdiu ego in hoc seculo, Christo propitio, advivero, ipsam cellam usualiter pro beneficio ipsius monasterii B mihi liceat possidere. Actum Sithiu monasterio, publice, xviii cal. Augusti, anno iij regni domini nostri Hilderici gloriosi regis. Ego Felix hoc testamentum a me factum relegi et subscripsi. S. Chrodegarii illustris. S. Rimberti. S. Odberti. S. Godoberti Guniuvini. S. Waniagi. S. Gontberti. S. Chramni. S. Erharii. S. Clodbaldi. S. Cliebaldi. S. Guatharii sacerdotis. S. Chereuvini. S. Austroaldi centenarii. S. Theodberti. Ego Vioradus diaconus rogatus scripsi et subscripsi.

## LXXIII.

*Charta qua Felix presbyter concedit Sithiensi monasterio cellam S. Michaelis in pago Flandrense (textus integer) <sup>a</sup> (ann. 745).*

Sicut Dominus in Evangelio ait: Qui dat parum, comparat [sibi] regnum, et qui tribuit parum pecuniae, mercedem accipiet sine fine manentis gloriae [parum pecuniae, accipiet sine fine mensuram].

Ego [igitur ego] in Dei nomine Felix praesbiter, inspirante divina clementia, atque pro anime meae remedio, devote concessi [deputavi et concessi] atque delegavi per hanc paginam donationis ad monasterium Sidiu, quod est in honore sancti Petri et sancti Pauli apostolorum, et sancti Martini, sanctique [vel sancti] Bertini confessoris, ubi ipse dominus in corpore requiescit, vel ubi venerabilis vir Nantharius abbas praeesse videtur, cellam meam in loco nuncupante Hrochasem sive Herualdo lugo in pago Flandrinse, quam ego in honore sancti Michabelis D

[Michaelis] archangeli, vel sancti Johannis Baptistae, vel sanctae Mariae genitricis domini nostri Ihu Xpi vel ceterorum sanctorum vili opere construxi, quam ab extraneis personis dato precio comparavi, ita ut mihi [michi] complacuit, in tale ratione [tali ratione], ut ad ipsum monasterium Sidiu ad opus sancti Petri jam dicta cella cum omni integritate vel soliditate in se aspicientia vel pertinentia huiusmodi delegare deberemus, quod ita et fecimus, ad integrum perpetualiter ad possidendum, ut ibidem aspiciat et subjecta sit omni tempore, una cum terris, mansis, casis, aedificiis, mancipiis tam ingenuis quam et servis, cum reliqua plenitudine, videlicet, campis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, fariariis, pecuniis, praesidiis, mobilibus et immobilibus; omnia et ex omnibus rem inexquisitam, quicquid dici vel nominare potest; hoc fratribus, vel ad opus monasterii Sidiu a die praesenti, dono, trado atque transfundo perpetualiter ad possidendum; et post meum obitum ipse qui tunc abbatis fungitur moderamen, vel fratres de jam taxato Sidiu monasterio agant exinde quicquid libitum placitumque fuerit, et qualemcunque praepositum superponi voluerint, potestatem in omnibus habeant secure. Et, ut merces nostra in futuro saeculo apud Dominum [Deum] gloriosior fiat, humillima petitione efflagito, rectorum fratrumque pietatem, ut ipsam cellam quam nostro [vestro] jure subdidi conexione perpetuae [perpetuae] firmitatis, de missa, de cursu, de luminaria, honorabilem omni conatu exhibere studeat, nec non hospitibus peregrinisque ante omnia providendis, ut mercedem exinde a [e] ternae beatitudinis mereantur consequi. Me autem, quandiu in hoc saeculo Xpo propitio advixerō, ipsa cella usualiter pro beneficio monasterii beneficio possidere concedatur: in eo tenore, ut aliubi nec ipsam [ipsa] cellam [cella] quam ad ipsum monasterium delegavi, nec ipsas res quae ad ipsum locum pertinent, aliubi nec dare nec vendere, nec commutare, nec alienare, nec naufragare, potentiam habeam. Supplico igitur, ut nomen meum in libro vitae <sup>b</sup> ipsi sacerdotes qui in ipso monasterio degunt habere dignentur. Et post meum obitum atque de hac luce discessum, suprascripta [suprascribita] cella cum omnibus rebus emelioratis atque superpositis, fratres praedicti monasterii Sidiu cuncta

mentum: Sicut Dominus in Evangelio ait, etc. Nemo nescit ejusmodi proemia praeligendi hac aetate morem fuisse. Adde Mabillonium, *Annal. t. II, p. 121*, testari donum hac charta collatum fuisse ea conditione ut donatoris nomen libro vitae inscriberetur, quod etiam hic praetermissum fuit. Ipsissimas Iperius exscripsit notas chronologicas, quas exhibet exemplum quod sequimur. Haec vero annum Christi 746 indignant; siquidem annus regni Childerici III secundus, mense Martio ineunte, colligatur cum anno Christi 744, quo concilium Suesionense coactum est, ut supra monuimus (*Col. 1148*). [Vide integrum textum subsequentem.]

<sup>a</sup> Hujus integre chartae apographum exstat in Bibliotheca regia, a D. de Witte S. Bertini chartophylace missum, anno 1782 et manu clari viri de Brequigny annotatum ut in additamentis insereretur.

Hodie servatur Gandavi in archivo Flandriae orientalis exemplar membranaceum quod ad D. de Witte pertinuisse fama est, et cujus specimen, modo quod lithographiam vocamus, adjecit doctus professor Warnkonig, tomio I Historiae Flandrensis, editionis Gallicae. Pro certo habendum credo, ex membrana Gandavensi quae anno 1782 exstabat in Sanbertiniano chartario exscriptum fuisse Bibl. reg. apographum. Quasdam tamen lectionis varietates, quae scribae oscitantiae facile tribui possunt, inter uncas inserendas curavi. Non ita de textu quem reperies, pag. 53 chartularii sancti Bertini a claro viro Guérard publici juris facti, anno 1841, et quem in additamentis recudendum curabo.

<sup>b</sup> Consulendum est Cangii Glossarium vocibus *Dip:ycha vivorum et Liber vitae*.

quae restant a die presente, abque ullius terroris A contradictione, hoc in eorum jure et dominatione ad integrum recipiant ad possidendum, et faciant exinde quidquid utile est quod eligerint. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse aut ullus de heredibus vel [seu] successoribus meis, seu quislibet extraneus nobilis persona fuerit quae contra hoc donationis testamentum venire aut eam infringere conaverit, iram Dei omnipotentis incurrat, iudicium et offensam, et cum ipsis sanctis apostolis Petro et Paulo et sancto Martino sanctoque Bertino, quibus ipsam cellam delegavimus, ante tribunal Xpi deducat rationem et de eorum aeclesiis excommunicatus et extraneus efficiatur, si se exinde per poenitentiae asperitatem non comparat; et insuper inferat, cogente fisco, duplam substantiam, quantum B tunc temporis ipsa cella emeliorata va'uerit, vel quantum ego moriens relinquero, duplicare cogatur, nec quod repperit evindicare valeat, sed, haec donatio meae mercedis omni tempore firma permaneat cum stipulatione subnixâ. Actum Sidiu monasterio puplice viii kalendas Augusti, anno iii regnante domno nostro Childerico gloriosissimo rege.

Ego Felix hoc testamentum a me factum relogi. † Sig. illustri viri Chrodgarii. † Sig. Rimberti. Sig. † Odberti. † Sig. Godoberti. Sig. † Gumberti. † Dramni. † Erlulfi. † Clodibaldi. † Childebaldi. † Gumbarii scauini. † Cheriuvani. † Austrobaldo centenarii. † Gumarddi. † Berdberiti. † Nordberiti. † Sig. Uuaingi. † Sig. Gummuvini. † Sig. Uuidgrimo. (In apographo Bibl. reg. mutatus est ordo nominum, nulla tamen desunt.)

Ego Uioradus hoc testamentum, rogatus a Felice presbitero, scripsi et subscripsi.

## LXXIV.

*Charta qua Carlomannus, major domus, dona confert monasteriis Stabulensi et Malmundariensi a (ann. 746).*

Iccirco ego Karlemannus, major-domus, filius quondam Karoli, donamus donatumque in perpetuum esse volumus in eleemosyna nostra, vel Anglino abbati nostro, ad monasterio Stabulaus seu Malmundario, constructo in honore patroni nostri sancti Petri et sancti Paul, seu et sancti Martini vel ceterorum martyrum quorum pignora ibidem venerari noscuntur, ubi Anglinus abba, Christo propitio, praeesse dinoscitur: hoc sunt, villas cujus vocabula sunt, Lenione cum omnibus appendiciis suis, in pago

<sup>a</sup> Edimus ad fidem Martenii, Ampliss. coll. t. II, col. 2), qui hanc chartam ex archivo Stabulensi deprompsit. Recuderunt auctores Novae Galliae Christianae, t. IV, pag. 713, ex Martenio, sicut et Bertholotus, Histor. Luxemb. t. II, probat. pag. 36, qui, deliciente anni nota, annum Christi 746 praefigendum censuit. Male tamen convenit cum hoc anno momeo Anglini abbatis; anno enim 746, non Anglinus, sed Agilulphus praerat monasteriis Stabulensi et Malmundariensi, ut monstravit Cointius, Annal. t. V, pag. 109 et 167. Sed forte Agilulphi nomen pro Anglini nomine legendum est, ut alias monuimus. Vide quae de his fusiis dicemus, infra, ad chartam ejusdem Karlemanni sub anno 717 referendam. In-

Condustrinse, Caldina, Mosania, Warsipio et Barsina, necnon et Rudis, Pronote, Halma, et Haist in Gaoldo manso, Solania. Similiter et villam quae vocatur Wadalino cum omnibus appenditiis suis, Rudis, Olisna, Serario, Palatiolo et Brabante, ad ipsas casas Dei tradidimus atque transcribimus a die presente ego Karlemannus, pro animæ nostræ, vel Anglino, ut melius eis delectet, pro nos vel stabilitate regni nostri <sup>b</sup>, Domini misericordiam attentius deprecari, in ea scilicet ratione, ut quamdiu ipse Anglinus advixerit, ipsas res usualiter excolere debeat; et, si nepos suus nomine Gotbaldus illum superstes fuerit, ipsius Unadelino, abaque praedictio et per precaria vel consensum ipsius, monachis praedicto Unadelino tenere vel excolere debeat, sine ulla demaritione tantam ista superius denominata totum et ad integrum trado et dono ad ipsius monasteria, pro animæ nostræ, vel Anglino abbati nostræ, hoc sunt, terris, ædificiis, aecolabus, mancipiis, pratis, campis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, adjacentiis, appenditiis, peculium utriusque sexus, mobiliibus et immobilibus, necnon et in praedictis locellis, mansellis, in locis Mosali et Barsena, quod homines nostri ex genere Condustrinse his nominibus, Adalinus, et Agibertus, Bertegis et Astremundus tenevunt, cum ipsis jamdictis hominibus superius nominatis, quidquid moderno tempore ipse Anglinus visus fuit tenere, et inantea quidquid ibidem laborare aut augmentare vel atrahere potuerit, ad praefata C monasteria in elemosyna nostra vel sua, post suum quoque discessum ibidem revertatur absque ulla contradictione. Si quis vero, quod futurum esse non credo, contra hanc traditionis nostræ constitutionem facere praesumpserit, iudicio successorum nostrorum regum eum reliquimus. Factam est astipulatione subnixâ, in villa Wasidio, publice, sub die quod fecit mensis Junius dies vj, regnante Hildrico rege. Signum illustris viri Karlemanni, majoris-domus. Signum illuster viri Drogone filie ejus consentiente. Ego Hildradus cancellarius rogatus hoc testamentum scripsi et subscripsi.

## LXXV.

*Placitum quo Pipinus, major domus, mansum apud Marolium asserit monasterio sancti Dionysii c (ann. 717).*

Cum resedisset inluster vir Pippinus, major-domus, Verno, in palatio publico, ad universorum cau-

strumentum vero quod nunc exhibemus proemio carere videtur, et initiali formula, quam, juxta hujus ætatis morem, praefert alia ejusdem Karlemanni charta infra edenda (Col. 1310).

<sup>b</sup> Hac voce non intelligendum est Karlemannum se regem praedicare: significat tantummodo administrationem regni.

<sup>c</sup> Ex archivo Dionysiano deprompsit Mabillonius, De re diplom. pag. 489; recuderunt ad fidem Mabillonii Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 713. [Hujus placiti autographum in archivo regio inter alia Sandionysiana instrumenta non exstat; et in instrumentorum ad hanc abbatiam spectantium indicibus, ex Mabillonio tantummodo

sas audiendas et justo iudicio terminandas, ibi veniens **A**

femina aliqua, nomine Christiana, hominem aliquem, nomine Hrodgarium, advocatum Sancti Dionisii, vel Amalbertum abbatem interpellabat, repetens ab eo quod casa Sancti Dionisii vel Amalbertus abba haberet res suas malo ordiae, in loco qui dicitur Marolio, casam et mansum et vineas et mancipia. Sed ipse Hrodgarius in praesenti adstabat, et taliter dedit responsum, quod instrumenta haberet, qualiter ipsas res Witgaudius manu potestativa ad ipsam casam Sancti Dionisii condonasset. Unde et de praesenti ipsum instrumentum ante nos ostendit relegendum, et nos ipsa instrumenta invenimus veracia. Et postea ipsa Christiana instrumentum ipsum visa fuit recedidisse, et postea de ipsis rebus se dixit exitam, ut nullam recausationem contra casam Sancti Dionisii exinde facere deberet. Proinde nos taliter, una cum fidelibus nostris, id est, Haginone, Theudeberto, Remedio, Garebaro, Fulgario, Bovilone, Walchero, Rauchingo et Ermenaldo, comite palatii nostro, vel reliquis quampluribus visi fuimus iudicasse, ut, quia ipsa praefata Christiana ipsum instrumentum visa fuerat recedidisse, et nos ipsa invenimus veracia, et ipsa Christiana se exinde dixit exitam; propterea jubemus, ut quia haec causa ita acta vel perpetrata fuerat, ut ipse Hrodgarius, mansum superius nominatum in Marolio, mansum et casam, et vineas, et terras, et mancipia, contra Christianam in causa Sancti Dionisii omni tempore habeat evindicatum atque elidigatum, inspecto suo testamento; et sit in postmodum inter eos et hac re sopita causatio. Datum mense Februarii, die xj anno v Childerici regis. Wilecharius jussus recognovit.

notatur.] Hoc solo testimonio notus est Amalbertus Sancti Dionisii abbas, fatentibus Novae Galliae Christianae auctoribus, t. VII, col. 363. Hi autem, cum Mabillonio, hoc placitum anno Christi 748 habitum pronuntiant, et sic Cointius, *Annal. t. V, pag. 203*, ac Felibianus, *Hist. abb. S. Dion. pag. 41*; sed dies undecima Februarii, anno quinto regni Chiklerici III, ut legitur in notis chronologicis, anno Christi 747 videtur potius tribuenda, cum alibi notaverimus annum secundum hujus regni concurrisset, die tertia mensis Martii, cum anno Christi 744. De Verno palatio seu Vernolio veteri, fuisse agitur in opusculo D. Germain de villis regis. *De Re dipl. lib. IV, pag. 535 et seq.* Hoc placitum memorat Dupleus, *Antiq. abb. S. Dion., pag. 691*; sed errat in describendis notis chronologicis et in nomine palatii, quod Vernoneum interpretatur. [Vir clarus Lebeuf, in dissertatione vulgata inter *Opusc. varia, ann. 1768 edita, t. I, pag. 88 seqq.*, demonstrat, firmis ad probandum argumentis, villam regiam quae in hoc placito Vernum nuncupatur, non fuisse Vernolium ad Isaram, ut existimaverat dominus Germain, sed e contra *Ver seu Vern*, Parisios inter et Compendium. Ope ejusdem dissertationis emendanda videtur annotatio quaedam qua clarus vir de Brequigny assentit domino Germain, qui Cadolaicum et Latiniacum, loca in alio placito nominata, prope Vernolium ad Isaram sita fuisse contendit. Haec loca eadem esse quae nunc dicuntur *Chailly et Lagny-le-Sec*, probat abbas Lebeuf, cui assentit D. Bouquet, in *annot. pag. 685 et*

LXXVI.

*Placitum in quo Carlomannus, major domus, villam Lethernau, cum appenditiis, monasteriis Stabulensi et Malmundariensi ab avo suo donatam et deinde injuste ablatam restituit* \* (*ann. 757*).

Inluster Karlemannus major-domus, filius Caroli quondam, cui Dominus regendi curae committit. Cunctorum jurgia examinatione diligenti rimare oportet, ut non alterutrum salubris doneatur sententia, nisi quem justitia consenserit. Igitur cum nos in Dei nomine, una cum optimatibus et pontificibus seu et illustribus viris, Dunavilla ad universas causas audiendas, vel justa iudicia rimanda resideremus, ibique veniens Anglinus abba rector monasteriorum Stabulaus et Malmundarias, assererat nobis dicens **B** quod dominus et avus noster Pipinus quondam, per suum testamentum villam aliquam, quae vocatur Lethernau, una cum appenditiis et adjacentiis suis, quorum vocabula sunt Brastis, Feronio, Unalia et Aldanias, ad casam S. Petri et S. Pauli, Stabulaus et Malmundarias, condonasset vel delegasset, et nos ipsam villam post nos malo ordine retineamus et injuste, unde et ipsum testamentum se praemanibus habere affirmat; cumque ad relegendum nobis tradidisset, invenimus eum veracem. Nos autem cum justitia considerantes casum humanae fragilitatis, pro salute animae nostrae, vel stabilitate regni nostri, ipsam villam Lethernau, una cum appendicibus vel adjacentiis suis, per nostrum wadium ipsum **C** Anglino ablati visi fuimus reddidisse, et per nostram festucam nos in omnibus exhibuisse. Proinde nos taliter una cum fidelibus nostris, id est, Fenaldo, Hildebaldo, Hroderico, Christiano episcopis, et abbate Ermenero et Hugberto comite palatio nostro, vel reliquis quamplurimis, visi fuimus iudicasse, ut

686, t. IV, *Script. rer. Gall. et Franc.*

\* Vulgavit Martenius, *Ampliss. Coll. t. II, col. 19*, ex archivo Stabulensi; ex Martenio recederunt Bertholetus, *Hist. Luxemb. t. II, pag. 39*, et Collectores scriptorum rerum Francicarum, t. IV, pag. 712. Anni nota indicat annum Christi 747, verum hinc chartae sinceritatem in dubium vocat Cointius, *Annal. t. V, pag. 109*. Ibi enim Anglinus dicitur abbas Stabulensis et Malmundariensis; at, hoc tempore, Agilulfus, ait Coint. *ibid. pag. 166*, utriusque monasterio praerat, et inde ad Coloniensem episcopatum hoc ipso anno vocatus fuit. Cointio videntur suffragari auctores Novae Galliae Christianae, t. III, col. 941. Ex his angustiis se expedire arduum est, nisi nomen Anglini, aliunde non cognitum, corruptum fuisse, et Agilulfi nomen in Anglinum deflexum dicatur, et Agilulfi nomen in Anglinum deflexum dicatur, ut alias, conjiciebamus. Restat ut probabile fiat, errore perseveranter repetito, in tribus instrumentis hoc Anglini nomen Agilulphi nomini subrogatum fuisse. Haec autem tria instrumenta desumpta censi possunt ex aliquo chartulario, et in autographis nomen Agilulphi ita scriptum fuisse ut speciem nominis Anglini praefere videretur scriptori chartularii, cui, cum semel in lectione dubia erravisset, saepius in eadem errasse pronum fuit. Certo vel autographa lectu difficillima, vel eum qui haec tria instrumenta descripsit in legendis veteribus chartis minime versatum fuisse patet, cum innumeris scripturae mendis foede scateant apographa de quibus agimus.

dum hanc causam sic actam vel perpetrata[m] cognovimus, et ipsum testamentum sic veracem invenimus, ideo jubemus ut ipse dominus Anghinus abba vel ejus successores vel rectores monasteriorum illorum ipsam villam Lethernau, una cum appenditiis suis, cum omni integritate, jure perpetuo, ad ipsa[m] monasteria habeant. Si vero aliquis de hæredibus vel pro-hæredibus nostris exstiterit, qui contra hanc donationem nostram facere voluerit, successorum nostrorum regibus eum judicandum relinquimus.

Datum quod fecit mensis Augustas dies xv, in anno quinto regnante Hilderico rege.

Signum Karlomanni major-domus.

Ego Childradus subscripsi.

### LXXVII.

*Charta qua Bodalus monasterio Sancti Gregorii donat quicquid habet in villa Hodulæshaim* <sup>a</sup> (ann. 747).

Oportunus unicuique, dum in hac vita in hoc corpore [mortale vivit, de futura vita, ubi immortaliter perpetueque] vivere sperat, dum licet, cogitare studeat. Ideoque ego itaque Bodalus, filius Hugone quondam, pro eterna beatitudine vel indulgentia peccatorum meorum, dono pro anime mei remedium, et pro anima filio meo Gherhano [al., Egerhando], ad monasterio Sancti Gregorii et ceterorumque sanctorum, qui est constructus in Vageso inter duas Pachinas fluvium, ubi in Dei nomen Agoaldus abbas cum monachis ibidem consistentibus regulariter decere videntur, donatumque in perpetuum ut permaneat esse volo : hoc est, in villa vel in fine Hodulæshaim, quicquid ibidem visus sum habere, hoc est : casis, casualis, granicis, domibus, edificiis, vineis, mancipiis, terris, campis, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus, et quod Balduinus et conjux sua nobis proservit, totum et ad integrum, a die presente, ad ipso loco sancto trado atque transfundo, ut ab hac die ipsam rem superius denominatam ipsi casa Dei vel congregatio ejus habeant, teneant atque possideant, et eorum successoribus Christo propitio

<sup>a</sup> Exstat apud Lunig, Spicil. eccl. contin. t. I, pag. 1096, et Martenium, Thes. anecd. t. I, col. 8, deprompta ex chartario monasterii S. Gregorii in Alsatia, sed mutila phrasi initiali, ubi desciunt verba quæ inter uncas inclusimus. Ea restituit Schœpflinus, Alsat. diplom. t. I, pag. 16, qui chartam hanc recedit ex eodem chartario accuratius descriptam. Hujus lectionem sequimur, inter uncas adhibitis lectionibus aliis quas ipse exscripsit. Bodali chartam collocat Martenius sub anno Christi 746, infeliciter : cum enim, anno secundo regni Childerici III, mense Martio, curreret annus Christi 744, ut diximus (Col. 1148), jam expletus erat annus Chr. 746, anno vj ejusdem regni, mense Decembri. Rectius ergo Schœpflinus hoc instrumentum tribuit anno Christi 747. Bodalus hic idem videtur qui vocatur Bodolus in charta alia infra edenda (Col. 118).

<sup>b</sup> Vulgavit Mabillonius, Ann. t. II, append. p. 696, ex codice sæculi xi. Recuderunt Eccardus, Origin. Habsburg. prob. pag. 101, et Schœpflinus, Alsat. dipl. t. I, pag. 20, ex ms. sæculi xv, ecclesiæ collegiæ S. Petri senioris, et demum abbas Grandidier, Hist. eccl. Argent. t. I, prob. pag. 70, accuratius ex eodem ms. et ex chartulario sæculi xvi, recondito in archivo Tabernensi. Hujus diligentissimi ex-

derelinquant, faciendi quod voluerint libero [al., liberam] habeant in omnibus potestatem. Si quis ego [al., ergo], aut heredes mei vel quislibet aposita persona, que contra hanc donationem a me facta [al., factam] venire temptaverit aut inrumpere voluerit, tunc inferam [al., inferam!] vobis vestrisque successoribus, duplo repetitionem, faciam [al., sociante] tisco, auri uncias ij, et nichilominus presens donatio omni tempore firma permaneat stibulatione submixta.

Actum in ipso monasterio Confluentis, publici datum xv kal. Januarias, anno vj regni domini nostri Childerici regis (deest in altero exemplari nota numerica).

Signum † Bodalo, qui hanc donationem fieri rogavit. Signum † Huoberto [al., Excamberto]. Signum † Excomberto. Signum † Starcallo [al., Starcalfo]. Sign. † Ghisalmondo. Sign. † Libulfo. Sign. Haimberto. Sig. Warinulfo. Sign. † Herchamberto. Sign. † Sighetamno [al., Sigertmanno]. Sign. † Bebo [al., Belo]. Ego Rodacius rogatus scripsi et subscripsi.

### LXXVIII.

*Charta qua Boronus Honaugiensi monasterio domus confert* <sup>b</sup> (ann. 748).

Sacrosancto monasterio Sancti Michaelis archangeli, vel ceterorum SS. Petri et Pauli, quod est constructum infra insulam Honaugiensem, ubi in Dei nomine Dubanus episcopus preesse videtur. Boronus illuster vir, cogitans casum fragilitatis mee, ac pro eterna retributione, dono ad superscriptum monasterium, donatumque in perpetuum ut maneat volo, hoc est infra marcham que dicitur Gamhþapine, hobam unam quam Wolvinus tenuit, cum casualibus, campis, pratis, sylvis accessisque omnibus, cum edificiis, pascuis. Idem dono ad ipsum locum sanctum superius nominatum, portionem meam, quod est Niuzwern, id est, tam terris, silvis, pratis, pascuis. Idem dono porcionem meam ex ipsa insula memorata Hohenaugiensi <sup>c</sup>, ad ipsum locum sanctum; quod totum

scriptoris lectiones sequimur. Eiusdem Boroni chartam aliam supra edidimus (Col. 1280), in gratiam ejusdem monasterii emissam. Dubanus, qui hic dicitur Honaugiensi monasterio preesse, quibusdam, scilicet auctoribus Nov. Gall. Christ. tom. V, col. 833, Mabill. Annal. tom. II, pag. 59, etc., videtur alius a Tubano, ejusdem monasterii abbate, de quo supra diximus. Unum vero eundemque et Tubanum et Dubanum arbitratur Historice Alsatice scriptor, ubi supra, cui libenter suffragamur. Ad id nos movet uominis similitudo; nec obstant temporum intervalla. Dubanus quidem vocatur episcopus, Tub num vero aiunt hoc titulo caruisse; verum aliquando abbates episcopi dicebantur, non quod aliquam sedem episcopalem occuparent, sed quia in monasterio suo fungebantur episcopali officio : et id hac ætate non erat insolitum. Annus Christ. 748 currebat mense Aprilis anno 6 regni Childerici III, juxta nostram hujus regni annos computandi rationem, de qua pluries.

<sup>c</sup> Dicitur est supra quo titulo Boronus portionem haberet in insula Hohenaugiensi. Jam, charta anni 726, supra (Col. 1280) partes quasdam hujus portionis, nec tamen integram, donaverat monasterio S. Michaelis. Nunc donat reliqua, charta de qua hic agitur.



et integrum a die presenti ad ipsum sacrosanctum A et hec donacio omni tempore stabilita et firma permaneat, stipulacione subnixa.

monasterium trado atque transfundo, ut ab hac die, de ipsa re, et agentes supra scripti monasterii et posterii eorum, faciendi quid exinde voluerint liberam ac firmissimam in Dei nomine habeant potestatem. Si quis ego aut heredes mei, vel quis calumniator exstiterit, inferat ad partes suprascripti monasterii suisque custodibus, una cum socio fisco, auri uncias tres, et nichilominus presens donacio hec firma permaneat, stipulacione subnixa.

Actum Mandouro castro, publice. Signum Boroni, qui hanc donacionem fieri et firmari rogavit. Signum Cantsoaldi. Signum Milonis testis. Signum Wolferahi. Signum Audeberti testis. Ego in Dei nomine Wachyndus diaconus, rogatus scripsi et subscripsi. Data donacio hec, die Martis proximo post medium mensem Aprilis, anno sexto regni domini nostri Hilderici regis.

## LXXIX.

*Charta qua Hugo monasterio Honaugiensi dona confert* <sup>a</sup> (ann. 748).

Sacrosancte ecclesie Sancti Michahelis, quæ est constructa in insula que dicitur Hohenaugia, ubi Dubanus episcopus nunc temporis preesse videtur. Ego in Dei nomine Hugo, cogitans ad ipsum locum sanctum de rebus meis aliquid dare debere propitio Deo, quod et ita feci, hoc est, infra ipsam insulam que dicitur Hohenaugia, quantumcumque genitor meus Bleonus ibidem, id est infra ipsam insulam, michi moriens dereliquit, id est, tam terris, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, arealibus, arboribus; in eam vero condicionem, ut a die presenti, ipsas res ad ipsum locum sanctum omni tempore stabilita et firma permaneat. Idem dono ad ipsum locum sanctum, portionem meam totam que est in marca Odradesheim, cum terris, pratis, pascuis. Si quis, ego aut heredes mei aut ulla opposita persona, contra hujus donacionis testamentum venire aut agere temptaverit, aut aliquam calumniam generare presumpserit, quod nec fieri credo, tunc spondeo, aut heredes mei, ut vobis aut successoribus vestris simus reddituri duplum tantum, quantum in hac cartula scriptum est, infra ipsam insulam, et sacratissimo fisco auri solidi quinque; D

et hec donacio omni tempore stabilita et firma permaneat, stipulacione subnixa.

Actum publice, in insula Hohenaugia. Datum sub die quarto kalendas Junias, anno sexto domini nostri Hilderici regis. Signum Hugonis, qui hujus donacionis testamentum fieri rogavit. Signum Gaozberti. Signum Agyonis. Signum Theodoaldi. Signum Theohelmi. Signum Amaloini. Signum Othy. Ego Amalgerus hujus donacionis testamentum scripsi.

## LXXX.

*Charta qua Heddo, episcopus Stradburgensis, monasterio Arnulfi-Augæ u Rothardo et aliis co'lata dona confirmat, ut privilegia concedit* <sup>b</sup> (ann. 748).

Domini sanctis adque honore dignissim (sic in tabula æri incisa. Legit Schœpflin. *dignissima*; melius *dignissimis*), apostolicis meisque in Christo patrebus Heddo, gratia Dei, ecclesieque matris in Stradburgo civitate vocatus episcopus. Noverit sancta industria vestra qualiter pastores Ecclesie solertissime cura summoque studio debent procurare, ut Ecclesia Dei lucris animarum proficeret, et per nos monitis salutaribus in quantum valemus, vigorem obtineat, ut his qui æterno pastoris spontanee relictis omnibus, sequi cupiunt, atque sic abnegantes semetipsos, per angusto calle artaque via gradientes, vocem æternæ Regis ac Redemptoris nostri audientes: Exi de terra tua de cognatione tua, et vade in terra quam monstravero tibi, vel illud: Qui reliquerit patrem aut matrem aut filios aut agros et cætera, propter nomen meum, centuplum recipiet, et vitam eternam possedebit; et: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, tollat crucem suam et sequatur me. Oportet ut nos audiamus, qui dixit: Hospes fui et suscepistis me; et: Qui vos recepit, me recepit; et: Quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis; ut quod a principe apostolorum in initio Ecclesie institutum est, quia omnis multitudo credentium erat in unum, et nullus suum proprium dicebat aliquid esse, sed erat illis omnia communia, et cor unum et anima una. Unde institutio sancta ex hoc a sanctis Patribus inpostmodum ab Oriente usque in Occidente et in partibus Galliarum, monasteria multa sub regula sancta horum exemplo religio clara promulgavit, precipue monasteria Liri-

<sup>a</sup> Mabillonius, Annal. t. II, append. pag. 696, hanc deprompsit ex ms. sæculi XI; ex Mabillonio recedit Eccardus, Origin. Habsburg. pag. 101; Schœpflinus, Alsatia dipl. t. I, pag. 21, ex manuscripto sæculi XV; accuratius vero abbas Grandidier, Hist. eccl. Ar. ent. t. I, prob. pag. 71, ex eodem ms. et ex chartulario sæculi XVI, quod in archivo Tabernensi asservatur. Omissa est apud Mabillonium, Eccardum et Schœpflinum clausula qua portionem suam in marca Odradesheim Hugo donat Honaugiensi monasterio: an neotericorum curis temere intrusa? De Dubano episcopo diximus in notis nostris ad chartam quæ proxima præcedit.

<sup>b</sup> Valde hiulcam vulgaverant auctores Novæ Gallie Christianæ, t. V, instr. col. 458. Hanc absque læcunis edidit Schœpflinus, Alsat. diplom. t. I, pag. 17, ex autographo quod scriptura cursiva merovingica

exaratum asservatur in episcopi Argentoratensis tabulario, et autographi specimen æri incidi curavit. Ex autographo quoque descripta exstat ab abb. te Grandidier, Hist. eccl. Argent. t. I, prob. pag. 72. Uterque instrumentum hoc integrum exhibet, ex membrana lacera, sed feliciter restitutum ope chartæ Widegerni, quam edidimus supra (Col. 1281), et quæ iisdem formulis concepta est. Nomen Heddonis multifarie corruptum fuit, ut docuit Schœpflinus, ubi supra, qui hunc arbitratur fratrem fuisse Odilii, cujus testamentum supra videsis; Rothardum vero comitem credit inferioris Alsatie comitatum obtinuisse. Arnulfi-Augæ monasterium in Alsatia inferiore primitus conditum, ut ex Heddonis charta constat, a Ludovico Pio, anno 826, in Ortenaviam translatum est, ad flumen Schwarzach, unde novum nomen sumpsit.

nensis, Agaunensis, Luxoviensis, et in universo mundo A sub regula sanctorum Patrum, maxime beati Benedicti et sancti Columbani abbatibus vita commune optime disposita et per auctoritate clementia regum, et per privilegia sanctis atque catholicis pontificibus firmiter roborata, et sanctæ canones hoc non derogant, sed potius luculenter exorbant. Unde nos cumperti quod vir inluster Rothardus, quomis, in insula qui vocatur Arnulfo-Augæ, juxta fluvium Rheni, infra nostra parrochia, in honore sanctorum apostolorum et Sanctæ Mariæ Dei genitricis ceterorumque sanctorum, cum Dei adjutorio et nostro consilio, monasterio in suo proprio a novo ædificare conatus est; at quod evocantes Saroardo abbate cum suis peregrinis monachis, ibidem cynobio vel sancto ordine sub regula beati Benedicti, Dei gratia et nostro adjutorio perficere deberent. Unde nos congratulantes hujus viri sancte devotione et glorioso proposito, viscirale caritate pietateque commoti, devotione prumptissima, una cum consensu fratrum nostrorum abbatum, presbyterorum, archidiaconi, omnique clero ecclesiæ ubi ego deservo, sed et duces ac judicium timentiumque Deum populo hujus provinciæ catholico, ut ad ipso monasterio seu cynubio congregationeque peregrinorum monachorum, per nostra et per vestra auctoritate privilegio conscriberem vel confirmare debemus, quod ita et fecimus, ut ipso monasterio omnia quicquid ad ejus pertinet ditione, ædificiis, basilicis, cum ministeria vel ornamenta de quarum omnium rerum sacrisque codicibus, strumenta cartarum, aurum, argentum, ærumentum, vel quibuslibet rebus ipsius monasterii seu cellolas vel ejus apendiciis, etiam villas cum agris, domibus, mancipiis utriusque sexu, acolabus, et quod jam dictus inluster Rothardus vel alii, pro salute animæ per qualibet modo donaverunt vel delegaverunt, seu et inantea tam ipse quam et munificentia regum, principum, pontefecum, clericorum, vel a quocumque hominum Christo inspirante largitum fuerit, cum omnia et ex omnibus per hunc privilegium confirmamus; ut a die presente, ipse monasterios prefatque peregrini monachi eorumque successores, sub regula sancti Benedicti cynubialiter congregati, secundum sanctum propositum, eorum jure, absque ullius repetitione, tradimus adque trebuimus potestate; neque nos ipsi, neque successores hujus civitatis pontefices, neque archidiaconi, neque exactores, neque aliquis de parte ecclesiæ vel quislibet nullus aliquid dominare vel jubere aut requerere censum vel dona, aut qualibet munera nullunquam tempore expetire non præsumant. Cum vero necesse fuerit crisma petire, altaria confirmare, sacros ordines benedici, aut aliquas benedictiones expetire, aut oratoria in eorum loca edificare, rector ipsius monasterii vel peregrini monachi ibidem consistentes, aut si de se episcopum

habent aut a quacumque de sanctis episcopis sibi elegerint, qui hoc facere debeat, licentia sit eis expetire. Et ille hoc tradere, benedicere vel consecrare, et nullus in ipso monasterio, ilicito ordine contra voluntate aut votum ipsorum, monasterio eorum adire non presumant, nec secretius ingredi septa. Et si aliquando pro qualicumque causa expetit ut ipsius rector vel ipsius peregrinis monachis congrua fuerit voluntas, et episcopus invitatus ad ipso monasterio venerit, celebrato officio, in honorem ejus episcopi donat ei abbas camputtam et subtalaria. Cum vero abba loci ipsius acceperit transitum, quemcumque peregrini monachi ibidem habitantes de semetipsis secundum Deum et regulam eorum invenerint, ipsum sibi constituant abbatem; quod si ibi de se ipsis talem non invenerint, de alio monasterio de illas congregatione peregrinorum quem sub uno modo petitiones vel una sancta institutione beati Benedicti quoadunavit, ipse sibi consentientes abbatem regularem expediat et constituent; et si ibi sanctus ordo tepuerit, quod absit, vel aliqua discordia inter ipsis monachis surrexerit, et ipsi hoc non prævalent aut non voluerint emendare, tunc qui ex ipsis rector ordine secundum regulam voluerit vivere, ubicumque in alia monastria ubi peregrini monachi supradicti consistere videntur, et rectius regulariter invenerint, potestatem habeant expetire, et illi per eorum salubri consilio, Deo largiente, ipso sancto ordine vel ipsis monachis per regula restringere, emendare, corrigere atque pacificare faciant; et nulla occasio sit ut alius abba per qualicumque ingenio contra eorum sancto ordine ibidem ponatur, aut de rebus suprascripto monasterio aliquid minuat. Quapropter sancto et apostolico conpatres et confratres mei, ideo vestra catholica auctoritate nostraque gemina sociamus, ut hic privilegium omni tempore firmissima habeat firmitatem, ut nullus nullumque tempore contra agere non presumat, sed præsens futuris temporibus inviolatus permaneat; et nunc omnibus episcopis et Deum timentibus hominibus prece, supplico, et per caritate conjurans presumo, ut quibus hic privilegium ostenditur, manus vestras subscribere et confirmare dignetur, ut vestra auctoritate fultus, inconvulsus permaneat, qualiter D eisdem peregrinis monachis in ipso monasterio consistentes clarius dilectet pro statum Ecclesiæ et integritate sacerdotum, pro incolumitate regum et pace christianorum, pro pœnitentium remissione peccatorum vel requiem fidelium defunctorum, divinæ misericordiæ tranquillius exorare. Prece igitur et contestor coram Deo et beatis angelis ejus, cunctisque sanctis omnibus, successoribus vel omnes christianis, ut hunc privilegium quem consensu clericorum laicorum timentium Deum plebs et ecclesiæ nostræ decrevimus vel coadedemus, in nullo erum-

\* Legebat Schœpflinus, Alsat. diplom. ubi supra, seu telarii. Recte emendat abbas Grandidier *subtelaria*, *Histor. Eccles. Argent. t. I, prob. pag. 74, not., scilicet, calceamentum episcoporum sacra perageu-*

tium: hanc lectionem sequimur ex conjectura; neque enim ad hanc tuendam aliquid opis fert charta Widgerui, in cæteris quidem similis, sed quæ caret hac clausula.

pere presumant, sed per ineffabilem Trinitatem cunctis conjuramus ut in quo prevaluerint, in omnibus conservare istudeant; et si aliter obstinato animo, vel diabolo instigante, invidia vel cupiditate deceptus, vel qualibet modo, quod Deus avertat, si nos ipsi aut successores nostri, vel quislibet de qualicumque parte contra hunc privilegium temptare conaverit, vel jam dictis peregrinis monachis, vel successores eorum inquietare, vel eis aliquid minuere presumpserit, si se emendare noluerit, et a mala voluntate celerius noluerit corrigere, cum Dei genetricis semper virginis Mariæ vel beatorum apostolorum cunctorumque sanctorum, ante conspectum regis æterni Christum Domini nostri, in cuius amore hunc privilegium ad jam dictis peregrinis vel et cynubis concedimus, se confidant pro nequissimis peccatis eorum vel iniquissima malicia, æternis incendiis concrematurus, hac illa sententia se experiendos, qua falsis sacerdotibus Dominus minatur: Væ vobis, hypocritæ, qui clauditis regnum Dei, quia nec vos introitis, nec alios introire permittitis; et: Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, melius erat illi ut alligatur mola asenaria ad collum illius et projiceretur in profundum maris; et qui Deum timore neclexit, judicantes hominibus inferat partibus ipsis monasterii vel peregrinis monachis ibidem habitantes, cum sociante fisco, auri libras trigenta, argento ponda quinquaginta multa susteneat atque dissolvat, et hoc quod repetit non vindecet, et nihilominus presens privilegium omni tempore firmus permaneat. Et, ut firmiorem obtineat vigorem, manus nostras subscripsimus, et qui subscriberent vel signaverint rogavimus, stibulatione subnexa.

Actum Stratburgo civitate publicæ, sub die quinto ante kalend. Octubris, anno septimo regni domini nostri Helderici regis.

• Ego in Dei nomen Heddo peccator, per misericordiam Dei vocatus episcopus, hunc privilegium a me factum religi et subscripsi. † In Dei nomen Baldobertus episcopus subscripsi. Ego in Dei nomine Dubanus episcopus rogatus subscripsi. Chrodegangus peccator episcopus subscripsi. In Dei nomen Hiddo

<sup>a</sup> Subscriptiones æri incisas ex autographo habemus apud Schœpplinum, tabula ad pag. 47; ipsas exscripsit alio ordine abbas Grandidier: nec id mirum est, cum in autographo exsistent promiscuæ, ita ut in ipsis exscribendis ordo aliquis certa lege statui non possit. Omnes videntur propriis subscribentium manibus exaratæ, ut ex diverso uniuscujusque caractere fas est conjicere: aliæ autem scriptura minuscula, aliæ capitali, pleræque cursiva. Abbatum et episcoporum nomina miscentur, nec ullus ecclesiæ suæ nomen apponit; sed ecclesiarum nomina fere omnia ex aliis monumentis eruit Schœpplinus, Alsat. dipl. t. I, pag. 19, not., quem vide. Monet Lullonem episcopi nomine subscripsisse, qui Moguntinus quidem fuit episcopus, sed non ad episcopales infulas adeptus fuerat cum fuit confecta charta quam ex-

A peccator, vocatus episcopus, subscripsi. In Dei nomine Lullo peccator episcopus subscripsi. In Dei nomine Magi gaos indignus episcopus subscribens firmavi. In Dei nomine Gulfridus peccator episcopus subscripsi. In Dei nomine ego Remedius peccator, donum Dei episcopus, subscripsi. In Dei nomen Gayroinus abba subscripsi. In Dei nomen Yppolitus peccator abba subscripsi. In Dei nomen ego Nitho rogatus a suprascripto pontefice scripsi et subscripsi. Ego Hysainnus peccator episcopus subscripsi. In Dei nomen Jacob vocatus abba subscripsi.

## LXXXI.

*Charta qua Bodolus Hohenaugiensi monasterio dona confert in insula Hohenaugia<sup>b</sup> (ann. 748).*

B Sacrosancte ecclesie S. Michaelis, que est constructa in insula que vocatur Hohenaugia, ubi, in Dei nomine, Dubanus abbas preesse videtur. Ego itaque Bodolus dono, pro anime mee remedio, ad ipsum locum sanctum donatumque in perpetuum ut permaneat volo: hoc est, super fluvium Rannum in insula supradicta Hohenaugia, quantumcunque genitor meus, nomine Hugo quondam, mihi ibidem moriens dereliquit, cum terra et silva et maristo, ad integram meam partem, a die presenti, ad ipsum locum sanctum trado atque transfundo, ut ab hoc die ipsam rem ipsa ecclesia vel agentes ejus habeant, teneant atque possideant, et eorum successoribus, Christo propitiante, derelinquant. Si quis, ego, aut heredes mei, vel quelibet opposita persona contra hanc donacionem a me factam venire temptaverit, aut irrumpere voluerit, tunc inferamus vobis vestrisque successoribus, duplum tantum quantum hec donacio in se continet insertum, sociante fisco, auri uncias tres, et nihilominus presens donacio omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixa. Actum Suræburgo monasterio, publice.

Datum mense Octobris, die xij, anno vij regni domini nostri Hilderici regis. Signum Bodoli, qui hanc donacionem fieri rogavit. S. Hugonis. S. Gauzberti. S. Theodoradi. S. Graodolardi. S. Theodichonis. S. Wolfeberti. S. Burgoaldi. Wanulfus rogatus scripsi.

pendimus. Id autem hac ætate in usu fuisse alias notavimus, ut episcopi instrumentis jam pridem confectis nomen suum, seu honoris seu confirmationis causa, apponerent.

<sup>b</sup> Ediderunt, ex veteri codice Mabillonius. Annal. tom. II, append. pag. 697; ex Mabillio Eccardus, Orig. Habsburg. pag. 102, Schœpplinus, Alsat. dipl. t. I, pag. 21, ex codice xiv sæculi in ecclesia collegiata S. Petri senioris assertato; ac demum abbas Grandidier, Histor. eccl. Argent. t. I, prob. pag. 77, ex eodem codice et ex chartulario sæculi xvi in archivo Tabernensi reposito: ad hujus fidem recudimus. Bodolus, filius Hugonis, de quo hic agitur, Mabillonio, Annal. t. II, pag. 146, idem videtur qui Bodalus appellatur in charta quam supra exhibuimus (Col. 1314).

# INDEX RERUM

QUÆ CONTINENTUR

IN FERRANDI BREVIATIONE CANONUM, ET CRISCONII BREVIARIO CANONICO.

	FERR. CRISG.		F.	C.
<b>A</b>				
Abiectum clericum alia non admittat Ecclesia	158	Altare qui domi suæ confecti deponitur.	101	
Aborsum quæ necant mulieres, vel abortum.	152	Ad altare diaconi.	120	
Abreuniantes qui ad sæculum revertuntur.	78	Ad altare ne introeat presbyter priusquam		191
Absit ab Ecclesia episcopus non plus tribus		episcopus egrediatur.		222
hebdomadibus.	160	Ad altare mulieres ne ingrediantur.		278
Accubitus in Ecclesia prohibiti.	216	Ad altare preces.		6
Accusare non potest calumniator.	205	Ad altare quæ species offeruntur.		148
Accusatio episcopi.	143	Ambitione qui sedem mutant episcopi.		166
Accusatio episcopi, presbyteri et diaconi.	244	Ambo. Qui debeant in amboe psallere.		
Accusatio quid observandum facit in episcopo.	58	Ancilla expulsa uxor si admittitur, conjugium		231
Accusatus episcopi aut clerici.	205	non duplicatur.		
Accusator esto sine crimine.	223	Angelus. Ad angelos nemo congregationem	181	
Accusator excommunicatus ne esto	195	habeat.		90
Accusator ne sit qui est inter reos.	194	Angelos qui colunt.		60
Accusator ne sit servus, libertus, histrionus, hæreticus, paganus, Judæus.	196	Appellare licet ad sedem apostolicam.		285
Accusator ut tuto loco persistet.	198	Appellantur Africana concilia.		59
Accusatus accusare non potest.	194	Appellatio ad Romanum pontificem.		61
Accusatus clericus intra annum causam dicat.	136	Appellatio a primatu differtur ad concilium.		59
Accusatus episcopus ab episcopis quinque discutitur.	51	Apostolica sedes de appellationibus iudicatis.		295
Accusatus episcopus in Ecclesia ad iudicia publica ne transferatur.	67	Apostolicæ sedis orationes Dei gratia resonant.		153
Accusator et accusator.	249	Apothecarii ne ordiantur.		299
Accusatus presbyter a sex vel septem episcopis auditor.	96	Arbitrium liberum cum Dei gratia.		292
Accusati episcopi sedem nemo usurpet.	150	Archiepiscopus episcopo donata ne usurpator.	34	
Acolythos non faciant presbyteri.	93	Ariani non rebaptizandi.		55
Acquisita episcopus Ecclesiæ reddito.	55	Ariolos qui domi suæ admittit, aut ipse ariolatur, agat penitentiam. Vide Magi.	134	
Actores ne ordiantur.	119-123	Auctoritas. Episcopus qui secunda vel tertia auctoritate vocatus iudicio non sinit, suspensus.		68
Adam omnes læsit.	239	Augustini calumniatores.		288
Adjudicatus episcopus.	59	Azyma a Judæis nullus accipiat.	186	
Administratio iudiciorum sæcularium.	221	Azyma Judæorum si christiani comedunt.		71
Adulter.	103	<b>B</b>		
Adultera uxor bigamum maritum facit.	157	Ballare et cantare in nuptiis non debet christianos.	188	
Adulteram uxorem clericus deserat.	137	Balnea christiani cum mulieribus ne habent.	205	
Adulteris mulieribus qui iunguntur.	118	Balnea viri cum mulieribus ne habent.		178
Adulteras uxores qui habent.	102	Baptizare. Baptizentur Pauliniani.	173	
Adulterium non minus viro quam femine interdictum.	222	Baptizatus Ecclesiæ baptismate ne demuo baptizator.		50
Adulterium qui commisit agat penitentiam.	151	Baptizatus in ægritudine ne fiat presbyter.	86	
Ægritudo. In ægritudine baptizatus ne fiat presbyter.	86	Baptizati cum dubitatur in qua fide suscipiendi per manus impositionem.		65
Ægroti si baptizantur.	66	Baptizati, et eorum redditio.		185
Ægroti si baptizantur, recuperata valetudine symbolum discant.	200	Baptizati parvuli a Donatistis ordinatione non arceantur.	193	253
Ægroti baptizentur si pro eis testimonium quis dicat.	202	Baptizati quando sunt energumeni.		216
Ætas ordinandorum.	121	Baptizati ungantur chrismate.	201	
Ætas presbyterorum.	85	Baptizandi symbolum fidei discant.	199	
Africana concilia.	285	Baptizandorum purgatio.		297
Agape nulla die Dominica.	216	Baptisma cum chrismate.	177	
Ad agapem vocatus clericus vel diaconus, partem ne tollit.	109	Baptisma gratitum esto.		258
Ex agape partes ne accipiunt.	176	Baptisma hæreticorum ne approbatur.		49
Agapas qui risui ducunt.	150	Baptisma in nomine Trinitatis.		51
Agenda ne presbyter sine venia episcopi celebrato ubique.	90	Baptisma in Pascha et Pentecoste.		212
In alea qui permanent communione privantur.		Baptisma media septimana.		182
Aleator ne sit episcopus.		Baptisma ne dator mortuis.		247
Alienatio rerum ecclesiasticarum prohibita.	95	Baptisma trina fit in missione.		52
Alienus. Alienum clericum episcopo Carthaginiensi licet ordinare.	250	Baptismate testimonium necessarium.	202	
Alienos ordinare non licet.	269	Baptismate ut mos est chrisma datur.		184
Aliena parochia ne pervadatur ab episcopis.	16	Baptismus dator mulieribus prægnantibus.	204	
Alienam Ecclesiam ne pervadant episcopi.	145	Baptismus in Quadragesima post hebdomadas duas ne dator.		206
Aliena in civitate clerici ne morantur.	123	Baptismus iteratur in hæreticis.	175	
Aliena in diocesi episcopus ne ordinator sine venia episcopi diocesani.		Baptismus iteratur in hæreticis Cataphrygia.	178	
Aliena in parochia qui immolant.		Baptismus si dubitatur an datus sit, confertur.	205	63
Aliena in provincia episcopus ne ordinator.		Baptismus si non sponte iteratus est.		64
Altare. Altaris ministri ne secularia sequuntur.	9	Post baptismum militis nomen ne dator.	3	
		Basilica sub defuncti nomine constructa ne dedicatur.		215
		Basilicæ dedicatio papæ præceptione fiat.		215
		Benedictio simplex ad altare.		6
		Benedictionem non tribuit subdiaconi.		174

Benedictiones episcoporum.	192	F. C.
Bigamus. Bigami ne admittantur in clero.	—	19
Bigamorum in nuptiis orare non debet presbyter. <i>Vide</i> Digamus.	—	117
B zaciun.	230	—
Bonosiaci hæretici.	59	—
Bonum. Bona Ecclesiæ episcopus dispensato.	56	—
Bona. <i>Vide</i> Res.	—	—
Bonus nemo nisi Deus solus.	—	200
<b>C</b>		
Calicem subdiaconus ne benedicto.	108	—
Calumniator non potest accusare.	197	205
Canalis. Si in canali sunt episcopi euntes ad comitatum sollicite discutant.	—	157
Canones ne sacerdos ignorato.	—	229
Canonici psalter soli psallunt.	131	—
Cantare in nuptiis non decet christianos.	188	—
Canticorum forma.	225	—
Cantores cum oraribus officium ne agant.	—	173
Captivi cibos immolatiuos si comedant.	—	74
Carnes. Carnium esum qui fugiunt clerici.	—	93
Carnes qui manducant.	159	—
Presbyteri a carnibus abstinentes tangant eas et olera cum carnibus comedunt.	93	—
Carnibus qui vescuntur non abominandi.	—	122
Carthagiensis episcopi privilegium.	200, 251	—
Carthaginem mittant episcoporum nomina primates.	84	—
Castrare. Qui se castrarunt eximantur de clero.	113	—
Cataphrygæ hæretici.	—	57
Catharæi admitti debent.	172	—
Catechumenus, si post baptismum uxorem amittit et iterum aliam ducit, clericus ne esto.	—	227
Catechumeni.	158	—
Catechumeni lapsi.	—	80
Catechumeni peccatores.	—	115
Catechumeni qui idolis immolarunt.	—	89
Catechumenis ne sacramentum daunt.	226	—
Catechumenis presentibus episcopus ne ordinato.	29	—
Catechumena prægnans.	—	116
Cathedra ne sedeat episcopus interuentor ejus qui iam interuenit.	—	267
Cathedralis ecclesia cuius episcopi est.	190	—
Cathedrales Ecclesiæ sunt episcopi tantum.	—	119
Catholici ad hæreticorum speluncas ne accedunt.	—	46
Catholicis conferant episcopi et clerici.	—	218
Causa episcopi a duodecim episcopis auditor.	55	—
Causam amittat episcopus, qui plebem alterius episcopi eo nesciente tenuerit.	25	—
Causam peragant clerici intra annum.	—	30
Causas presbyterorum episcopus dis iudicet.	51	—
In quibus causis comitatum adire debeat episcopus.	—	154
Centones in canticis nulli.	225	—
Choræ ne fiant nuptiis. <i>Vide</i> Ballare.	183	189
Chorepiscopus quis, et ejus officium.	79	96
Chrisma datur post baptismum.	177	181
Chrisma ne presbyteri conficiant.	91	93
Chrimate unguuntur baptizati.	211	—
Christianitatis obtentu qui jugum seruitutis abiciunt.	—	123
Christianus. Christiani cum mulieribus balnea non ingrediuntur.	205	—
Christiani esse debent qui episcopum, presbyteros et diaconos optant.	15	—
Christiani in nuptiis ne saltent.	188	—
Christiani ne iudaizant.	181	67
Christiani qui azyma Judæorum comedunt.	—	71
Cibos immolatiuos si captivi comedunt.	—	74
Ciuitatibus modicis non ordinandi episcopi.	—	152
Clericus ab hæresi reuocatus sine promotione.	—	61
Clericus ad agapen uocatus partem ne tollito.	109	—
Clericus ad peregrina in iussu episcopi ne proficiscatur.	112	—
Clericus conductor ne sit, ne procurator.	70	194
Clericus esse non potest qui uxorem duxerat priusquam esset catechumenus, deinde illa mortua alteram duxit.	—	227
Clericus esto cui corpus non sponte mutilatum.	—	223
Clericus in duabus ciuitatibus ne ministret.	—	199
Clericus inobediens ne promouetur.	—	250
Clericus magus ne esto, ne lancator.	110	90
Clericus moneatur seruare paterna instituta.	—	217

Clericus ne esto cuius fuit uxor adultera.	138	F. C.
Clericus ne esto qui duas sorores habuit.	—	21
Clericus ne esto qui sibi corpus mutilauit.	—	25
Clericus ne esto qui se sponte eunuchizauit.	—	21-25
Clericus ne esto qui uiam duxit.	—	30
Clericus ne facito phylacteria.	—	10
Clericus ne fiat ex curialibus.	—	219
Clericus ne fiat qui bigamus est.	—	19
Clericus ne fiat qui penitentiam egit, nec penitentiam agat.	—	214
Clericus ne usuras exerceat.	115-125	—
Clericus pauper, si quid acquirat, Ecclesiæ sit.	—	231
Clericus qui se eunuchizauit, abiciatur.	—	24
Clericus sine iussu episcopi non debet proficisci.	—	180
Clerici accusator.	—	203
Clericum alienum episcopus ne suscipito.	27	—
Clericum abiectionem alia non admittito Ecclesia.	158	—
Clericum ordinare alienum Carthaginensi licet episcopo.	230	—
Clerici ad uiduas, uel uirgines ne accedunt, si ne iussu episcopi uel presbyteri.	132	235
Clerici apothecarii ne ordinantur.	155	—
Clerici eum mulieribus.	122	—
Clerici damnati ab aliis ne recipiuntur.	—	54
Clerici damnati si adeunt imperatorem.	—	142
Clerici donatistarum conuersi in suis honoribus suscipiuntur.	180	253
Clerici esum carnium diffugiunt.	—	98
Clerici fiant qui non sponte se eunuchizant.	—	23
Clerici in monasterio.	—	239
Clerici in ptochiis.	—	107
Clerici ne cogantur dicere testimonium.	—	212
Clerici ne conferant in eos qui catholici non sunt.	—	218
Clerici ne filios suos facile emancipent.	—	254
Clerici ne morantur in aliena ciuitate.	155	—
Clerici ne ordinantur ante annum xxv.	121	—
Clerici ne ordinantur qui suos omnes non fecerint christianos.	—	300
Clerici ne spectaculis intersint.	—	190
Clerici ne relinquunt ecclesias proprias.	—	17
Clerici qui negauerunt.	—	77
Clerici qui se castrant de clero eximuntur.	145	—
Clerici qui uxores debeant habere.	—	28
Clerici si appelliant.	—	288
Clerici superbi coerceantur.	129	—
Clerici tabernas ne ingrediuntur.	151	—
Clerici uxores ne ducunt.	150	—
Clericia damnatis communicare non licet.	—	30
Clerici et monachi proficisci non licet episcopo inscio.	—	207
Clericos alterius qui suscipit episcopus communiōe priuatur.	—	18
Clericos inuicem litigare dedecet.	—	198
Clericos peregrinos sine commendatiuis ministrare non decet.	—	201
Cum damnatis clericis non orantur.	—	14
Clerus. Clero nolente ne quis fiat episcopus.	—	221
Cœmeteria ad orationem.	179	—
Cogitatio sancta a Deo est.	—	236
Cognitionem accusati episcopi sibi uendicat episcopus.	52	—
Collectæ in martyrum commemorationibus.	—	140
Comitatus. Ad comitatum ire debet episcopus pupillorum et uiduarum causa.	—	186
Ad comitatum ire quibus in causis debeat episcopus.	—	151
De diaconis ad comitatum dirigendis.	—	135
Sollicite discutant episcopi euntes ad comitatum si in canali sunt.	—	157
Commemorationes martyrum.	—	110
Commemorationes martyrum ne fiant diebus jejuniorum.	—	167
Commendatiuæ epistolæ ut fideles admittantur.	—	15-35
Communicare. Si communicat episcopus cum donatistis.	—	284
In Africa quidam non communicant.	—	277
Communicant diaconi ad altare.	120	—
Communicare debent iurici.	—	12
Communicare debeat post oblationem altaris ministri.	—	11
Communicare oportet in Ecclesia.	163	—
Communicare presbyteris damnatis non licet.	—	30
Diaconi ante presbyteros ne communicent.	106	—
Ne communicent in alia plebe clericus uel laicus.	136	—

Ne communicent episcopi eum excommunicatis.  
 Communio laica.  
 Communio privatis.  
 Communionem qui tempore mortis petunt.  
 Communione non privatur damnatus episcopus, presbyter, nec diaconus.  
 Communione non privetur qui poenitentiam egit.  
 Communione privetur episcopus qui civitatem mutat.  
 Communione privetur qui uxorem pellit.  
 Communione privetur episcopus qui clericos alterius suscipit.  
 Communione privetur laicus qui se eunuchizavit.  
 Communione privetur qui negligit suam diocesim episcopus.  
 Communione priventur qui permanent in alea.  
 Concilium Nicaenum.  
 Concilium plenarium.  
 Concilium potest diocesis dividere.  
 Concilium provinciale bis in anno.  
 Concilium universale in causa communi.  
 Concilii occurrant episcopi, aut excusent se in tractoria.  
 Concilio qui non occurrerit communionem privetur.  
 Si ad concilium non occurrat episcopus.  
 Ad concilium ne admittitur episcopus qui legationem suscepit universalem.  
 Africana concilia.  
 Concilia bis in anno celebrentur.  
 Concilia prisca ut servantur.  
 Concilia scito episcopus.  
 Concubina aliud, aliud uxor.  
 Concubinam habenti licet uxorem ducere.  
 Concupiscentiam qui non adimplevit.  
 Conductor ne sit episcopus monachus aut clericus.  
 Conductores aut procuratores clerici ne onto.  
 Conductores ne sint ex officio ecclesiastico ulli.  
 Conferre. C. nferant nihil episcopi, nec clerici eis qui catholici non sunt.  
 Confessio si reveletur.  
 Confirmationis sacramentum.  
 Confliteri. Episcopus ne illum suspendito, qui de peccato aliquo fuerit confessus.  
 Congregationes ad angelos prohibita.  
 Conjugium. Conjugii duplicatio.  
 Conjugia qui presbyteri habeant.  
 Coniux. Coniuges ob repudium ad alias nuptias convolare non possunt.  
 Coniurationes.  
 Conscius. Conscii corruptionis virginis.  
 Conspiraciones.  
 Contemptus Ecclesie.  
 Contemptus episcopi.  
 Contententes episcopi comprovinciales audiant.  
 Contentio cum fuerit oborta, episcopos constituat primæ sedis episcopus.  
 Contentio si accidit in episcopi iudicatione.  
 Contentio si surgat in episcopi ordinatione.  
 Continentes ad viduas vel virgines sine jussu episcopi ne accedunt.  
 Continentiam profiteantur lectores, set uxores ducant.  
 Contradiciente uno ex tribus in ordinatione, alii addantur.  
 Contumacia episcopus ab episcoporum consertio suspenditur.  
 Convēntus ecclesie qui spernant.  
 Convēntus qui seorsum congregant.  
 Conversatio infantium.  
 Conversi ex donatistis.  
 Convivari. No convivantur in ecclesia clerici nisi transeunt.  
 Convivium ex symbolis diaconi vel laici ne celebrant.  
 Convivia nemo habeat cum hæreticis.  
 Convivia paganorum auferenda.  
 Conviviorum partes eorum quæ sunt ex agape, accipi non debent. *Vide Prandia.*  
 Corporale peccatum.  
 Corpus qui sibi mutilat clericus ne esto.  
 Corruptere. Corrupta puella si desponsata.  
 Corruptiores virginam.

F. C.		F. C.
53	—	—
147-148	—	197
—	252	—
—	79	—
—	27	40
169	—	219
—	117	—
—	107	241
—	18	297
—	26	296
—	265	65
—	43	59
217	—	119
21	—	34
13	—	141
143	—	50
144	272	—
75	—	27
76	—	30
—	208	11
77	—	37
—	285	—
—	59	245
218	—	237
9	—	252
—	230	66
—	230	—
157	114	99
70	194	—
70	—	202
—	26	—
—	248	171
87	287	16
—	65	114
75	—	117
184	—	—
—	251	117
—	111	45
—	224	107
—	204	—
—	166	43
—	201	29
—	124	115
—	35	44
—	149	—
65	—	244
—	143	2
—	1	120
152	255	118
129	—	106
5	—	103
66	—	116
—	124	—
—	35	93
—	2	239
—	279	119
71	—	125
114	—	—
182	—	133
265	—	—
—	176	92
117	—	104
—	225	120
—	105	140
—	106	93
—	—	10
—	—	270
—	—	242
—	—	215
—	—	150
—	—	41
—	—	15
—	—	256
—	—	14
—	—	26
—	—	275
—	—	230
—	—	—
—	—	279
—	—	—
—	—	—
—	—	210
—	—	294
—	—	206

Divinationes qui expetunt.  
 Divortium nullum in christianis.  
 Dominica die nulla sit agape.  
 Dominica die ne genu flectito.  
 Dominica die ne jejunato.  
 Dominica die spectacula ne eduntur.  
 Domus Dei non contemnenda.  
 Domi oblationes episcopi ne faciunt.  
 Domus Dei ne ingrediuntur heretici.  
 Donationes episcopi vel clerici ne conferantur  
 iis qui non sunt catholici.  
 Donatistarum clerici in suis honoribus suscipiuntur.  
 Donatistarum Ecclesie.  
 Donatistarum episcopi.  
 Donatistarum parvuli baptizati promoveantur.  
 Donatistis respiscitibus penitentibus tempus  
 decernitur.  
 Donatistis si episcopus communicat.  
 A Donatistis plebes converse.  
 Donatum. Donata episcopus qui vult conferre.  
 Donum. Dona festivitatis que ab hereticis et  
 Judæis veniunt.  
 Duplicatio conjugii.

## E

Ebriosus ne sit episcopus.  
 Ecclesia mater.  
 Ecclesiam qui spernunt.  
 In ecclesia clerici ne convivant nisi trans-  
 euntes.  
 Ecclesie hæreticorum si conversi sunt, ad ec-  
 clesiam spectant ad quam pertinebat Eccle-  
 sia.  
 Ecclesiarum dispensatores.  
 In ecclesiis prandia ne fiant.  
 Ejectam qui ducit ne clericus esto.  
 Electio episcopi sit matricis arbitrio.  
 Electio plebis episcopum non facit.  
 Eligere. Successorem sibi non eligat episco-  
 pus.  
 Electus ad episcopatum laicus.  
 Emancipare. Filii episcoporum ne amari, au-  
 tor nisi provocati.  
 Emergunt in exigua conditione constituti.  
 Emergunt baptizati.  
 Episcopus ab uxore abstineto.  
 Episcopus ad apostolicam sedem qui appellave-  
 rit in cathedra ipsius ne ordinator.  
 Episcopus ad comitatum ne pergito.  
 Episcopus ad synodum.  
 Episcopus communionem privatorem si clericos alte-  
 rius suscipit.  
 Episcopus concilia scito.  
 Episcopus consecratus si recusat, excommuni-  
 cator.  
 Episcopus de re sua testari potest et dispo-  
 nere.  
 Episcopus ex clericis non ex laicis sumitur.  
 Episcopus litteras ordinationis habet.  
 Episcopus ne admittit sine commendatitiis.  
 Episcopus ne aleator esto.  
 Episcopus ne appellator princeps sacerdotum.  
 Episcopus ne constituto in diocesi dimissa  
 matrice.  
 Episcopus ne esto conductor.  
 Episcopus ne orato cum hæreticis.  
 Episcopus ne ordinator ab episcopo uno excep-  
 ta Ecclesia Romana.  
 Episcopus ne ordinator in diocesi, que au-  
 quam habuit episcopum.  
 Episcopus ne ordinator iusicio metropolitano.  
 Episcopus ne ordinator qui suos omnes non fe-  
 cit christianos.  
 Episcopus ne sedeto in cathedra episcopi inter-  
 ventoria.  
 Episcopus ne temere excommunicato.  
 Episcopus ne usurpato rem Ecclesie.  
 Episcopus nihil agito sine metropolitani consi-  
 lio.  
 Episcopus non admissus maneto inter presby-  
 teros.  
 Episcopus omnes suos Christianos facito si capit  
 ordinari.  
 Episcopus ordinator in urbe, non in villa aut  
 vico.

F. C.  
 — 90  
 165 —  
 216 —  
 — 158  
 165 137  
 — 264  
 180 —  
 72 165  
 176 —  
 55 —  
 189 253  
 190 —  
 191 —  
 193 —  
 40-80 —  
 — 264  
 273-278  
 55 —  
 — 70  
 — 251  
 — 45  
 — 252  
 — 124  
 71 —  
 190 —  
 — 210  
 — 177  
 — 20  
 11 —  
 21 —  
 74 —  
 2 —  
 41 —  
 149 —  
 — 216  
 16 —  
 60 —  
 42 —  
 — 179  
 — 18  
 9 —  
 7 —  
 51 —  
 — 164  
 10 —  
 — 35  
 — 45  
 — 256  
 17 —  
 — 194  
 — 45  
 6 —  
 — 250  
 — 218  
 15 500  
 — 267  
 — 267  
 — 253  
 45 —  
 8 —  
 15 500  
 12 —  
 Episcopus plebem alienam ne usurpato.  
 Episcopus populi voto ne fiat.  
 Episcopus priusquam egrediatur ne presbyter  
 ad altare introeat.  
 Episcopus pro crimine damnatus ne privatorem  
 communionem.  
 Episcopus que acquirat ut episcopus Ecclesie  
 reddito.  
 Episcopus quandiu morari debeat in alia civi-  
 tate.  
 Episcopus quando a vicinis ordinatur.  
 Episcopus quartam habet in redditibus et obla-  
 tionibus Ecclesie.  
 Episcopus qui excommunicat eum qui sibi con-  
 fessus est.  
 Episcopus qui negligit diocesim.  
 Episcopus quomodo iudicatur aut excluditur.  
 Episcopus si ad concillium non occurrit.  
 Episcopus solus habet curam rerum ecclesiasti-  
 carum.  
 Episcopus successorem sibi non eligat.  
 Episcopus verberare non debet peccantes.  
 Episcopus unam solum diocesim teneto.  
 Episcopus usuras ne capto.  
 Episcopus uti ordinetur.  
 Episcopus uxorem ne deserito.  
 Episcopi accusatio coram duodecim episcopis.  
 Episcopi accusator.  
 Episcopi conscientia necessaria in his qui va-  
 gantur.  
 Episcopi injussu monachi ne proficiscuntur.  
 Episcopi jussio.  
 Episcopi ordinatio.  
 Episcopi ordinatio ne differat.  
 Episcopi potestas in rebus ecclesiasticis di-  
 pensandis.  
 Episcopo qui non obedit clericus ne promove-  
 tor.  
 Episcopo que mulieres possunt commorari.  
 Episcopum plebs admittit, sed synodo auctrice.  
 Episcopo mortuo res ejus ne diripiuntur.  
 Episcopo presente presbyter nec orat nec se-  
 det.  
 Episcopi ad comitatum ire quibus in causis de-  
 beant.  
 Episcopi damnati si adeunt imperatorem.  
 Episcopi dedecus ecclesie præceptione papæ.  
 Episcopi donationes ne conferantur hæreticis.  
 Episcopi filios suos ne facile emancipant.  
 Episcopi iudices dati locum audientie delin-  
 gunt.  
 Episcopi ne alienam perradeant parochiam.  
 Episcopi ne usurpent diocesim.  
 Episcopi nihil conferuntur in eos qui non sunt  
 catholici.  
 Episcopi non ordinandi per vicos et modicas  
 civitates.  
 Episcopi ordinati nec recepti.  
 Episcopi vagantes.  
 Episcoporum duorum in plebe, si unus con-  
 versus sit.  
 Episcoporum examen ad ordinationem.  
 Episcoporum primatus.  
 Epistola commendatitiæ ut filiales admittantur.  
 Epistolæ commendatitiæ episcopo dantur.  
 Erogare. Ne subdiaconus panem erogato.  
 Evangelia Sabbatis leguntur.  
 Eucharistia de unctis ne datur.  
 Eulogis ab hereticis ne accipiuntur.  
 Eulogis ablatis ad alias parochias non desij-  
 nanda.  
 Eulogiarum vices.  
 Eunuchi non sponte facti.  
 Examen presbyterorum.  
 Exautoratus presbyter qui ministerium sum-  
 pserit ne restituitor.  
 Excommunicare. Excommunicari nemo debet  
 temere.  
 Excommunicari non debet a populo clericus.  
 Excommunicatus ne accusato.  
 Excommunicatus presbyter injuste episcopos  
 ne interpellato.  
 Excommunicatus si fuerit a synodo episcopus  
 ne communicato.  
 Excommunicatus episcopus, presbyter, vel dia-  
 conus ne communicato  
 Cum excommunicatis non est orandum.

F. C.  
 24 —  
 — 228  
 — 191  
 — 27  
 55 —  
 — 150  
 — 151  
 — 42  
 75 267  
 — 245  
 — 113  
 — 208  
 — 40  
 — 145  
 — 29  
 14 —  
 — 44  
 4 —  
 — 8  
 — 211  
 — 205  
 — 111  
 — 207  
 — 181  
 — 1  
 — 203  
 36 —  
 — 250  
 — 110  
 7 —  
 — 236  
 — 95  
 — 151  
 — 112  
 — 245  
 55 —  
 41 256  
 65 —  
 — 16  
 — 260  
 — 248  
 — 153  
 — 36  
 — 145  
 — 279  
 — 36  
 — 15  
 — 270  
 108 —  
 224 —  
 227 247  
 — 48  
 — 465  
 225 —  
 — 27  
 — 76  
 100 —  
 — 267  
 150 —  
 195 —  
 102 —  
 54 —  
 53 —  
 — 15

	F.	C.		F.	C.
Excommunicatio temeraria.	—	287	Hæreticorum benedictiones.	192	—
Excusationes episcoporum in tractoria fiunt vel apud privatem.	75	—	Hæreticorum cœmeteria catholici ne ingrediantur.	179	—
Exorcizare quoniam possunt.	142	—	Hæreticorum festivitates.	—	70
Exorcismis abiguntur spiritus immundi.	—	297	Hæreticorum martyres.	—	69
Exorcistæ qui ab episcopis non sunt ordinandi.	—	175	Hæreticorum spelunçæ.	—	46
			Hæreticis convivia nemo misceto.	182	—
<b>F</b>			Hæreticis nuptias nemo communicato.	180	—
Fabricarum ecclesiasticarum portio in redditibus et oblationibus.	—	42	Cum hæreticis nemo agat.	183	—
Feriatia nullus a Judæis vel hæreticis accipiat.	183	185	Ab hæreticis eulogiæ ne accipiuntur.	—	48
Festivitates Judæorum et hæreticorum.	—	70	Ab hæreticis feriatia nullus accipito.	185	—
Festum. Festa cum paganis nemo celebrato.	187	—	Cum hæreticis non orandum.	—	45
Festa gentilium Christiani celebrantes.	—	72	Ne matrimonia cum hæreticis ineunto.	39	—
Fidejussor non fiat qui est clericus.	—	22	Hebdomada. <i>Vide Septimana.</i>	—	—
Fides concilii Nicæni.	217	—	Histrio ne sit accusator.	193	—
Fidei perceptio.	—	183	Histriones qui fiunt Christiani.	—	263
Filius. Filii episcoporum aut clericorum spectacula ne exhibent, nec spectant.	40	—	Histrionibus communico ne denegator.	170	—
Filii episcoporum ne emancipantur nisi provocati.	41	254	Homicida voluntarius.	153	—
Filii episcoporum ne filias gentilium in uxores ducunt.	39	—	Homicida casu.	154	—
Filii si parentes suos spernunt Christianitatis obtentu.	—	—	Homicida reconcilietur.	153	—
Filios qui spernunt Christianitatis obtentu.	—	134	Homicidæ spontanei, vel non.	—	104
Formata peregrino necessaria.	211	—	Honores clericis Donatistarum sui servantur.	181	—
Formata primatis dator episcopo ad navigandum.	46	—			
Formata episcopi muniuntur qui vagari voluerint.	127	—	<b>I</b>		
Ne sine formata proficiat clericus.	111	—	Idola. Idolorum locis qui manducant.	—	86
Formatas facere possunt vicarii episcoporum.	80	—	Idolorum reliquias et templa abolenda.	—	261
Formatas presbyteri ne dant.	94	—	Idolis qui eum essent catechumeni immolantur.	—	89
Fornicari. Si presbyter fornicatus fuerit, et deponitur et penitentiam agito.	98	108	Idolis qui immolavit presbyter indignus sacerdotio.	97	—
Fornicantes cum pecudibus aut masculis.	—	99	Idolis qui immolavit frequenter.	87	—
Fratribus duobus si qua nupsit mulier.	156	112	Ignorantia non excusat usurpatorem.	25	—
Fructuum oblationes debitæ inconsulto episcopo ne dantur aut accipiuntur.	37	—	Immolare. Presbyter qui immolavit indignus est sacerdotio.	97	—
Fructuum oblationes ministris Ecclesiæ conferuntur.	—	126	Immolantes idolis frequenter.	—	87
Fuga comprehensi si per vim immolarunt.	—	85	Immolantes in aliena parochia.	—	141
			Immolantes presbyteri tempore persecutionis.	—	81
<b>G</b>			Immolantes diaconi.	—	82
Gentiles. Cum Gentilibus matrimonia ne ineunt.	39	—	Immolantes per vim.	—	83
Gentilium festa si Christiani celebrant.	—	72	Immolantes repelluntur ab altari.	116	—
Gentilitatis ritu qui aliquid peragunt.	84-85	—	Immolutos cibos si captivi comedunt.	—	74
Geni ne flecte die Dominica et Pentecostes.	—	153	Imperator. Depositus episcopus ad imperatorem ne coniugito.	66	—
Geni ne flecte per dies Quinquagesimæ.	211	—	Imperatorem si adeunt episcopi.	—	144
Grandævi, et de eorum conversatione.	—	2	Imperatorem si adeunt episcopi damnati.	—	142
Gratia Dei in baptisate.	—	297	Imperatores idolorum templa abolendo.	—	261
Gratia Dei peccata dimittit.	—	298	Incantator clericus.	—	90
Gratiæ Dei impugnatōres.	288-289	—	Incantator ne esto diaconus.	110	—
Gratia Dei genus humanum reparatur.	—	290	Incestus.	158	—
Nemo sine gratia Dei salvus.	289-290-291	—	Infantes baptizantur si ignoratur an baptizati sint.	203	—
			Infantes qui se Deo vovent.	—	2
<b>H</b>			Infirmi episcopi excusantur.	76	—
Hæresis. Ab hæresi qui diœcesin liberat ejici non potest post triennium.	—	280	Pro infirmis orare debet sacerdos.	—	217
Hæreticus hæres episcopi ne esto extraneus aut consanguineus.	32	—	Interstitium psalmorum.	—	168
Hæreticus ne sit accusator.	196	—	Interventor episcopus annuus tantam cathedram teneto.	22	—
Hæretici ad Ecclesiam redeuntes.	51-53-56-57	—	Interventor episcopus ne cathedram interventoris occupet.	—	267
Hæretici antiqui, Ariani.	59	—	Interventor episcopus plebi episcopum petito.	22-23	—
Bonosiaci.	59	—	Intrusi.	—	281
Cataphrygæ.	57	—	Iter. Itineris causa et necessitatis prandia in ecclesiis.	—	177
Catharæi.	54	—			
Montenses.	58	—	<b>J</b>		
Novatiani.	58	—	Jejunare non licet die dominica.	166	157
Paulus Samosatensis.	53	—	Jejunium a Pascha ad Pentecostem nullum.	215	—
Pelagius.	—	295	Jejunium non solvitur quinta feria septimæ majoris.	—	146
Hæretici in domum Dei non ingrediuntur.	176	—	Jejunium non dissolvendum.	—	159
Hæretici non ordinandi.	60	—	Jejunium non dissolvendum in Quadagesima.	208	—
Hæretici non rebaptizantur.	175	—	Jejunium qui solviti, anathema, si suis corpore.	166	—
Hæretici secundum Phrygas.	178	—	Jejuniorum diebus martyrum commemorationes ne fiant.	—	197
Hæretici si baptizent, quid?	—	63	Jejunus sacerdos sacrificia celebret.	—	257
Hæretici si intrant in basilicas.	—	75	Judæus ne sit accusator.	136	—
Hæreticorum baptismata ne approbator.	—	49	Judæorum dona a festis rejiciuntur.	—	70
			A Judæis nullus accipiat azyma.	186	—
			A Judæis nullus accipiat feriatia.	183	—
			Cum Judæis Pascha ne celebrator.	69	—
			Judæis comparandi Bonosiaci.	—	59
			Judæizare. Judæizantes Christiani.	181	67
			Judex. Judicem quem quis eligit, ab eo non potest provocare.	64	273
			Judices episcopi dati die definito cognoscant.	56	—



	F.	C.		F.	C.
Judices male iudicati poenam ne luunt.	62	—	lium, hæreticorum, aut schismaticorum filii	89	—
Si a iudicibus quos dedit Primas appellatum sit, alij numeri amplioris dantur.	61	—	episcoporum ne ineunt.	11	—
Judicium ecclesiasticum qui refugit.	—	246	Matrix. Matricis arbitrio fiat electio episcopi.	—	—
Judicium publicum si postulet episcopus, ab imperatore honore privator.	43	—	Matricis episcopus ne usurpato quæ donata sunt in alia dicecesi.	38	—
udicia ne iterantur.	63	—	Matrice dimissa episcopus in dioecesi ne constituitur.	17	—
Judiciorum sæcularium administratio.	—	221	Mauritanæ Situfensis Primas.	83	—
Judiciis publicis cum aliquid petitur contra hæreticos preces Episcopus constituit.	44	—	Media septimana ad baptisma.	—	182
Judiciis sæcularibus clericos attendere dedecet.	—	198	Mensura diaconorum.	—	93
			Meretrix. Meretricem qui ducit ne clericus esto.	—	20
<b>L</b>			Meritum. Merita sanctorum dona sunt Dei.	—	235
Labi. Lapsi catechumeni.	—	80	Mersio trina in baptismo.	—	52
Laica communio.	—	147	Metropolitano iussum episcopus iuvat consilio.	45	—
Laicus ad episcopatum electus transito per omnes gradus.	—	148	Metropolitano iussum non ordinator episcopus.	—	218
Laicus qui se eunuchizavit communione privator.	—	2	Metropolitani duo in provincia ne sunto.	—	200
Laicus sine formata ne peregre proficiscitor.	111	—	Militia. Militiam sæcularem post penitentiam ne sequitor.	—	255
Laicus uxorem si pellit.	—	107	A militia sæculari post baptisma abstineto.	5	—
Laicum ordinari episcopum non convenit.	—	164	Minister. Ministri altaris sæcularia ne tractanto.	—	9
Laici ex symbolis convivium ne celebrato.	114	—	Ministri ostia ne relinquunt.	141	—
Laici qui negarunt.	—	78	Ministri secretarium ne ingrediuntur.	140	—
Laici tenentur communicare.	—	12	Ministri uti orario cavento.	141	—
Laica communio. Vide Laica.			Ministorum altaris communicatio.	—	41
Layera Christiani cum mulieribus ne habento.	203	178	Ministris Ecclesiæ oblationes fructuum datæ.	—	126
Lectio Sabbato recensetor.	—	167	Ministeria ecclesiastica qui faciunt præter Ecclesiam.	—	133
Lectioes in ecclesia ex Scripturis.	228	—	Ministrare clericum duabus in civitatibus non decet.	—	193
Lectisternia in ecclesiis.	216	—	Minor. Minores virgines velandæ.	—	298
Lector in Ecclesia ab aliis non potest promoveri.	—	271	Missam ubique ne celebrato presbyter sine venia episcopi.	90	—
Lectores cum orariis non agunt officium.	—	173	Monachus ne conductor esto.	—	191
Lectores orariis ne utuntur.	124	—	Monachum alienum ne ordinato episcopus.	28	—
Lectores puberes facti uxores ducunt, aut continentiam profitentur.	129	—	Monachi professionem si non custodiunt.	—	100
Legationem universalem episcopus qui suscipit, ad concilium ne admittitor.	77	—	Monachi ne proficiscuntur sine venia episcopi.	—	207
Legere. Legi in ecclesiis solæ debent Scripturæ canonicæ.	—	290	Monachorum promotio.	—	5
Lexitæ coire cum mulieribus non debent.	—	109	Monachis honor debitus.	—	195
Lex impletur cum adiumento gratiæ Dei.	—	295	Monasterium. Monasterii præpositus.	28	—
Libertus ne sit accusator.	196	—	Monasterii præpositi et clerici.	—	269
Lis. Litem qui habet in foro ecclesiastico.	—	248	Monasteria ne fiant diversoria.	—	208
Litem si habeant episcopi duo, ex alia provincia episcopos ad iudicium ne vocanto.	57	—	Monasteria sub episcopis.	—	197
Litem si in foro sæculari suscipit episcopus, privator honore.	45	—	Montenses hæretici.	58	—
Litigare invicem clericos dedecet.	—	198	Mora episcopi in aliena civitate trinum septimanarum.	174	—
Litteræ. Vide Epistolæ.			Morari dies quindecim tantum possunt episcopi post concilium.	—	39
Litteras ordinationis episcopus habeto.	10	—	Morari in alia civitate quandiu debet episcopus.	—	139
Locus ordinationis episcopi.	12	—	Morbus si urget, uxor ducenda.	—	256
Loqui si non possunt ægroti, baptizentur tamen.	202	—	Mors. Mortis in articulo non denegator penitentia.	—	221
Lucrum. Lucra clericus ne exigit.	115	—	Mortis tempore qui communionem petunt.	—	79
Lucra nulla negotiationis penitenti.	—	234	Mortuus. Mortuo episcopo res ejus ne diripiuntur.	—	206
			Mortuis Eucharistia ne dator nec baptisma.	217	—
<b>M</b>			Motus piæ voluntatis a Deo est.	—	294
Magus diaconus ne esto.	110	—	Mulier quæ duobus nubit fratribus.	156	—
Magi ne sunt.	—	90	Mulier virili habitu induta.	162	132
Magi penitentiam agunt.	155	—	Mulieres ad altare ne ingrediantur.	222	—
Manducare. Manducantes idolorum locis.	—	86	Mulieres diaconissæ.	—	202
Manumissio in Ecclesia.	—	266	Mulieres fornicantes quæ parvulos necant annos decem peniteant.	152	—
Manus. Manus impositio Novatianis.	174	—	Mulieres habitu virili utentes.	162	132
Manus ne imponuntur diacono remoto a ministerio.	118	—	Mulieres ne Christiani conveniunt ad balnea.	205	—
Maritus captivus si redierit, et maritum alium repererit cum uxore, eam recuperat.	—	226	Mulieres ne cum clericis versantur extraneæ.	122	—
Martyr. Martyres hæreticorum.	—	69	Mulieres ne ordinator presbyterissæ.	221	163
Martyrum basilicas hæretici si intrant.	—	75	Mulieres prægnantes baptizantur.	204	—
Martyrum commemoraciones.	—	110	Mulieres quæ cum episcopo.	—	110
Martyrum commemoraciones ne fiant jejuniorum diebus.	—	187	Mulieres quæ se attendent Christianitatis obtentu.	—	136
Martyrum falsas memorias ne quis celebret.	171	—	Mulieres sacrarium ne introeunto.	—	181
Martyrum memoriæ non contemnendæ.	167	—	Multitubi.	—	113
Martyrum natalitia ne celebrantur in Quadragesima.	209	—	Mysteria sacra ne tractanto demoniis irretiti.	—	211
Martyrum passiões eorum natalibus lectæ.	229	—			
Martyres falsos nemo celebrato.	185	—	<b>N</b>		
Martyria sub episcopis.	—	197	Natales martyrum.	229	—
Mater Ecclesia.	—	252	Natalitia in Quadragesima ne pro martyribus.	209	188
Matriculæ mulieres.	221	—	Navigare. Episcopus ne sine primatis formata navigato.	46	—
Matrimonium. Matrimonia cum filiabus genti-			Necessitas excusata.	—	74
			Necessitate compellente constitutio ne obesto.	50	—
			Negare. Negantes in persecucione.	—	77
			Negligentia episcopi.	—	282
			Negotiatio. Negotiationis lucra nulla penitenti.	—	283
					234

	F.	C.		F.	C.
Neophyti ne oratorior.		4	Ordinandus episcopus quando a vicinis.		151
Nicaenum concilium.	217	—	Ordinandi qui peccatorum sibi sunt conscri.		—
Nona et vespera proes in ecclesia.		169	<i>Vide Promovere.</i>		91
Novatiani heretici.	58	—	Ordinatio episcopi.	4	1
Novatiani christina datur.	174	—	Ordinatio diaconi.		2
Nuptiæ cum hæreticis prohibita.	177	—	Ordinatio episcopi ab uno episcopo nulla.	6	—
Nuptiæ in Quadragesima ne celebrantur.	180	—	Ordinatio episcopi ne fiat voto populi.		161
Nuptiæ non sunt damnanda.	188	210	Ordinatio neophytorum prohibita.		228
Nuptiarum secundarum convivio ne presbyter interesto.	161	—	Ordinatio presbyteri.		4
Nuptiarum spectaculis clerici ne intersunt.	88	—	Ordinatio quando fiat.		2
Nuptias catholici cum hæreticis ne copulant.	113	—	Ordinationis tempus.		76
Nuptias qui execrantur.		47	Ordinationis tempore qui de nuptiis attestati sunt.		28
Nuptias qui oderunt et copulam deserunt.		121	Ordinationis tempore qui de nuptiis attestati sunt.		162
Nuptias bigami non orat presbyter.		153	Ordinationi episcopi si contradicatur.		92
Nuptiis choreæ ne fiant.		117	Ordinationem episcopi differri non deceat.	5	—
In nuptiis neque ballent neque cantent Christiani.		189	Ordinationem quomodo fieri conveniat.		209
Qui de nuptiis attestati ordinationis tempore.	188	—	Ordo. Ordines diversi Ecclesie serviant.	252	—
		92	Ostium. Ad ostium diaconi.		246
			Ostia ne relinquunt ministri.	144	—
<b>O</b>					
Obedire. Qui non obedit episcopo clericus ne promovetur.	—	250	<b>P</b>		
Oblatio. Oblationi presbyteri conjugati nullas communicato.	89	—	Paganus ne sit accusator.	196	—
Oblatione celebrata communicatio esto ministrorum altaris.		11	Paganorum convivis auferenda.		265
Oblationes domi ne fiant.	72	195	Cum pagani festa nemo celebrato.	187	—
Oblationes Ecclesie ministris conferuntur.		126	Pallii qui utuntur eoque superbiunt.		151
Oblationes et redditus quomodo dividantur.		42	Panis et vinum ut offeratur.	213	—
Oblationes fructuum episcopo incognito ne dantur neve accipiuntur.	57	—	Panem ne subdiaconus erogato.	108	—
Oblationes in Quadragesima ne offeruntur.		185	Papa ne vocatur princeps episcoporum.	81	—
Oblationes ne ad vices eulogiarum dirigantur.	225	—	Papa ne vocatur summus sacerdos.	81	—
Obtineri Ecclesia non potest ab episcopo nisi concilii auctoritate.	21	—	Papa primæ sedis episcopus.	81-85	—
Occurrere ad concilium.		268	Papa præceptione dedicantur Ecclesie.		248
Offerre siue pane et vino non licet.	213	—	Parentes qui Christianitatis obtentu spernunt filios.		154
Offerri in sacrificio nihil debet nisi quod Dominus statuit.		5	Parochiam alienam ne pervadant episcopi.		16
Offerri quæ non possunt in ecclesia, ea ad domos sacerdotum deferuntur.		7	Parochia aliena qui memorantur.		141
Offertur non semper in Quadragesima.	207	—	Parochiæ.		205
Offertur die secunda quintæ feriæ in sancta septimana Paschæ.	212	—	Parochiæ suis debent esse contenti eulogiis.		165
Offitium ecclesiasticum. <i>Vide Conductor.</i>			Parochus. Parochi nihil agant in sua parochia sine jussu episcopi.	92	—
Offitium ecclesiasticum pecuniis ne obtineatur.		51	Partum quæ mulieres interiment. <i>Vide Abortus.</i>		103
Offitium ne agent lectores, non cantores cum orariis.		173	Parvuli baptizati a Donatistis possunt ordinari.	193	253
Oleum. Oleo infirmi unguuntur.		217	Pascha et Pentecoste baptisma.		212
Orare vetatur presbyter præsentem episcopo.		95	Pascha ne cum Judæis celebrator.	69	—
Orandum non est cum damnatis clericis.		14	Pascha quando celebrandum.		10
Orandum non est cum excommunicatis.		13	Paschæ dies ab Ecclesia Carthaginiensi addiatur.	231	—
Orandum non est cum hæreticis.		45	Passio. Passionibus irretiti sacra mysteria ne tractantur.		241
Orandum non est presbytero in nuptiis bigami.		117	Pastiones pauperum qui risui ducunt.		150
Oraris. Lectores ne utantur oraris, nec cantores.	124	175	Pater. Patrum ccccviij fides servator.	217	—
Cum Oraris ne subsistant subdiaconi. <i>Vide Ministri.</i>		173	Pauliniani.	178	—
Oratio ad Patrem dirigenda in ecclesiis.	219	—	Paulus Samosatenus.		54, 55
Ordinat nemo episcopus in aliena provincia.		37	Pauper clericus si quid habeat postea subiaceat Ecclesie.		251
Ne episcopus ordinato alium clericum.	27	—	Pauperes portionem habentia redditibus et oblationibus Ecclesie.		42
Ne ullus episcopus ordinato alienum episcopum.	28	—	Pauperum causa episcopus rerum ecclesiasticarum habet dispensationem.		42
Præsentibus catechumenis episcopos ne ordinato.	29	—	Pauperum in usus quæ conferuntur.		127
Ordinetur nemo nisi probatus.	252	—	Pauperum pastiones qui risui ducunt.		150
Ordinari non debet episcopus in sacro metropolitano.		218	Peccare. Peccantes verberare non debet episcopus, presbyter aut diaconus.		29
Ordinari non debent episcopi nec clerici nisi suos omnes fecerint Christianos.		509	Peccatum corporale diaconi.	117	—
Ordinari non debent monasterii suscepti præpositi et clerici ab episcopo.		269	Peccatorum qui sibi consilii sunt ante ordinationem.		91
Ordinari non possunt mulieres.	221	—	Peccata dimittit gratia Dei.		293
Ordinari qui debeant in agris.		192	Pecuniis officium ecclesiasticum ne obtineatur.		51
Ordinari quilibet non debet.		196	Pelagius hæreticus.		293
Ordinari in urbe non rure.	12	—	Pentecostes die ne genu flectitur.		153
Clerici apothecarii vel rationibus obnoxii ne ordinantur.	153	—	Pentecosten jejunium ne præcedit.	215	—
Ordinati ab hæreticis ne admittuntur.		60	Pentecoste et Pascha baptisma.		218
Ordinati episcopi nec recepti.		58	Peregrinus sine formata ne admittitur.	211	—
Ordinati litteras ordinis habentio.		270	Peregrini clerici sine commendatione ne ministrantur.		221
			Peregrini presbyteri ne sacrificant præsentibus presbyteris.		105
			Ad peregrina clerici sine jussu episcopi ne proficiscuntur.	112	—
			Pernoctare plus tribus hebdomadibus non licet episcopo ab Ecclesia suis.		109

	F.	C.		F.	C.
Persecutionis tempore quandiu voluit episcopus morari potest in alia civitate.	20	159	Presbyter pro crimine damnatus communione non privatur.	—	27
Persecutionis tempore qui immolant presbyteri.	—	81	Presbyter si uxorem ducit deponitur.	98	—
Persecutionis tempore qui negaverunt et postmodum promoti.	—	77	Presbyter usuras ne capito.	—	44
Pertinens ad Ecclesiam nuptias ne contrahito cum hæreticis.	180	—	Presbyter uxorem ne deserito.	—	8
Phryges hæretici.	178	—	Presbyteri accusatio.	—	244
Plylacteria ne facito clericus.	110	90	Presbyteri conjugati oblationi nullus communicato.	89	—
Plebs episcopi Donatistæ si conversa est ea cum episcopo catholico coalescit.	191	275	Presbyteri ordinatio.	—	2
Plebs episcopum admittit.	7	—	Presbytero quæ mulieres commorari debent.	—	110
Plebs episcopum petat, aut maneat sine episcopo.	25	—	Presbyteri civitatis nihil jubeant.	92	—
Plebis electio episcopum non facit.	21	—	Presbyteri modum sibi debitum servent.	—	85
Plebem alienam episcopus ne usurpato.	24	—	Presbyteri ne vendunto rem Ecclesiæ.	—	252
Plebem qui tenet ad suam cathedram non pertinentem causam amittit.	23	—	Presbyteri ordinantur certo tempore.	—	259
Plebes a Donatistis conversæ. Vide Plebs episcopi.	—	278	Presbyteri peregrini ne sacrificando presentibus presbyteris.	103	—
Plebes episcoporum.	191	—	Presbyteri plebis in ecclesia civitatis nec sacrificando nec ministrant.	—	119
Plebes quæ nunquam episcopos habuerunt.	—	274	Presbyteri quando ordinantur.	—	76
Plebes qui invadunt.	—	281	Presbyteri qui conjugia habeant.	—	111
Plebes qui negligunt.	—	282	Presbyteri qui tempore persecutionis immolant.	—	81
Plenarium concilium. Vide Synodus plenaria.	21	—	Presbyteri æorum qui conventus congregant.	—	53
Pœnitentia ultima non neganda.	—	220	Presbyteri si appellant.	—	285
Pœnitentiæ ratio.	—	253	Presbyteri sine examine.	—	76
Pœnitentiæ tempora.	146	—	Presbyterorum privilegia.	—	94
Pœnitentiæ tempora episcopus pœnitentibus decernito.	49	—	Presbyteria ne ordinantur.	221	163
Pœnitentiam agat qui adulterium commisit.	151	—	Presbyterium qui spectant, et peccatorum sibi conscii sunt.	—	91
Pœnitentiam agat qui ariolatur aut ariolos domi admittit.	155	—	Pretium de baptismo ne sumitur.	—	258
Pœnitentiam agat qui casu est homicida.	154	—	Primas dat iudices.	61	—
Post pœnitentiam ad militiam sæcularem redire non oportet.	—	235	Primas potest dioccesim dividere.	13	—
Pœnitentiam qui egit admittatur ad communionem.	169	—	Primatis formata dator episcopo ad navigandum.	46	—
Pœnitentiam qui non servarunt.	—	215	Primatis consilio utitur episcopus si vendat rem Ecclesiæ.	47	—
Pœnitere. Pœniteant captivi qui cibos immolatis comederunt.	—	74	Primates episcoporum nomina Carthaginem mittunt.	84	—
Pœniteant mulieres quæ parvulos necant.	152	—	Primatus episcoporum.	—	56
Pœnitenti nulla lucra negotiationis.	—	251	Princeps sacerdotum episcopus ne appellatur.	—	256
Pœnitentes ferventiss.	—	181	Privatis communico.	—	253
Pœnitentes quomodo suscipiantur.	—	73	Privilegia presbyterorum.	—	94
Polygamia.	—	115	Privilegia quarundam civitatum.	—	56
Pontificis dignitas.	—	41	Procuratores clericum ne sunto.	70	—
Populus clericum non excommunicat.	159	—	Procuratores diaconi ne subeunto ordinationem.	119-125	—
Populus docendus, non sequendus.	—	464	Professionem si non custodit monachus aut virgo.	—	100
Populi iudicio diaconi non eliguntur.	105	—	Proficisci non debet clericus sine jussione episcopi.	111	180
Populi iudicio ne ordinator episcopus.	—	164	Proficisci non debet clericus sine jussu episcopi ad peregrina.	112	—
Populi voto ne fiat episcopus.	—	228	Promotio monachorum.	—	5
Populi testimonium ad ordinationem.	252	—	Promoveri ab aliis non potest qui semel in Ecclesia legit.	—	271
Portiones reddituum et oblationum quomodo divisæ.	—	42	Provinciæ unus duo ne sumto metropolitani.	—	200
Possessor triennalis.	—	280	Provincialis synodus retractatur per vicarios episcopi Romani.	—	153
Possidere non potest Ecclesiam episcopus nisi concilii auctoritate.	21	—	Provinciales episcopi episcopum iudicant.	—	149
Præcedere prioribus ne præsumit episcopus.	78	—	Provocare non licet ab iudice electo.	—	275
Pregnans catechumena.	—	116	Provocati filii episcoporum.	41	—
Pregnantes baptizentur.	204	—	Psallere in ecclesia quæ conveniat.	—	193
Præpositum in monasterio alienum monachum episcopus ne facito.	28	—	Psallere qui debeant in ambone.	—	166
Præpositi in monasterio.	—	269	Psalmorum interstitium.	—	168
Prætermisæ.	—	179	Psaltæ canonici soli psallant.	151	—
Prætextus religionis isanis.	—	135	Ptochia sub episcopis.	—	197
Prævaricantes pœniteant.	146	—	Puellæ desponsatæ si corrumpanter ab aliis.	—	105
Prandia in ecclesiis ne fiant.	—	177	Pulpitum. Ambo.	—	168
Preces ad altare.	—	276	Pulpitum ascendunt soli psaltæ.	151	—
Preces constituit episcopus cum aliquid est petendum contra hæreticos.	44	—	Pupillarum causæ ad comitatum ire debet episcopus.	—	186
Preces criminales qui dictat esto sine crimine.	—	225	Purgatio in baptismo.	—	267
Preces faciendæ post sermonem.	—	170			
Preces nona et vespæra.	—	160	Q		
Presbyter abstinet ab uxore.	16	—	Quadragesima non sit baptismus.	206	—
Presbyter ad altare ne introito priusquam episcopus egrediatur.	—	191	Quadragesima natalitia ne fiant, neque nuptiæ.	209	188
Presbyter ante annos triginta ne ordinator.	85	—	Quadragesima non dissolvatur jejuniium quinta feriæ ultimæ hebdomadæ.	206	—
Presbyter ne convivio secundarum nuptiarum interesse.	88	117	Quadragesima non semper offeratur.	207	—
Presbyter ne sit aleator.	—	43	Quadragesima nuptiæ ne celebrantur.	210	—
Presbyter ne recipitor sine commendatitiis.	—	35	Quadragesima oblationes ne offeruntur.	—	183
Presbyter peccantes ne verberato.	—	29	Quæstiones profundæ nec sint contemendæ, nec adstruendæ.	—	208
			Quartadecimania datur chrisma.	177	—
			Quinquagesimæ diebus genu ne flectitor.	214	—
			Quinque episcopi ad iudicandum episcopum.	81	—

## Q

		F.	C.			F.	C.
<b>R</b>							
Rapere. Rapta puella si sponsa est, priori red- ditor.	147	—	Sanctorum solemnitatibus spectacula ne edun- tor. <i>Vide</i> Martyres.	264	—	—	—
Raptus. Raptum qui faciunt.	—	211	Sanctus Spiritus. Sancti Spiritus invocatione firmari.	—	—	63	—
Ratiocinatores ne ordinantur.	153	—	Scientiis nec histrionibus communiō denegator.	170	—	—	68
Ratiocinium. Ratiocinia nisi reddant tutores, ne ordinantur.	119	—	Schismaticus.	—	—	—	—
Rebaptizari non debent Ariani.	175	53	Ne cum schismaticis matrimonia ineunto.	39	—	—	—
Rebaptizentur hæretici secundum Phrygas.	178	—	Cum schismaticis nemo agat.	183	—	—	—
Recipi non debent clerici damnati.	—	34	Scripturæ canonicæ solæ in ecclesiis leguntur.	228	—	—	—
Recipi non debent episcopi sine commendati- onibus.	—	35	Scripturas tantum qui audiunt.	168	—	—	—
Reconciliare. Reconcilietur homicida.	153	—	Secretarium non ingrediuntur ministri.	140	—	—	—
Reconciliationis tempus datur poenitentibus.	49-50	—	Sedere ne præsumit presbyter episcopo præ- sente.	—	93	—	—
Reitor episcopi vices, non exsequitur.	—	119	Ne sedeto diaconus præsentē presbytero.	107	—	—	—
Reditus et oblationes quomodo dividuntur.	—	42	Sedis apostolica de appellacionibus iudicat.	59	—	—	—
Refugii locus datur accusatori.	198	—	Sedis apostolicæ orationes resonant.	—	206	—	—
Religionis causa vir non dimittendus ab uxore.	164	—	Sedis primæ episcopus. Papa Romanus.	81-83	—	—	—
Religionis prætextus inanis.	—	156	Sedem qui mutat episcopus per ambitionem.	—	148	—	—
Reliquiæ idolorum abolendæ.	—	261	Sede vacante si quid distractum.	—	97	—	—
Reluctari. Reluctantur apostatæ qui redeunt ad Ecclesiam.	116	—	Senex. Senes episcopi e. cusantur.	76	—	—	—
Repudium aulum in Christianis.	163	—	Seniores mulieres.	221	—	—	—
Repudio dato nuptias inire non licet.	—	224	Sententiæ ubi multi episcoporum, metropoli- tanus alterius provinciæ vocator.	58	—	—	—
Res. Rem Ecclesiæ ne vendat presbyteri.	—	252	Septimanæ majoris feria quinta jejuniim.	—	156	—	—
Rem Ecclesiæ ne vendat episcopus sine con- silio primatis.	47	—	Septimanæ sanctæ feria quinta offertur.	213	—	—	—
Rem Ecclesiæ ne usurpet episcopus.	—	252	Sépulcrum. Cœmeteria.	—	—	—	—
Res Ecclesiæ distractæ sede vacante.	—	97	Sermo. Post sermone habitos ad plebem præ- ces faciendæ.	—	170	—	—
Res episcopi mortui ne diripiuntur.	—	206	Servus ne sit accusator.	196	—	—	—
Rerum ecclesiasticarum pro dispensatione pau- perum episcopus habet potestatem.	—	42	Servum ne suscipiat monachus in seio domino.	—	195	—	—
Rerum ecclesiasticarum solus episcopus habet curam.	—	40	Servi qui jugum subiiciunt pro Christo.	—	123	—	—
Rerum suarum potestatem habet episcopus.	—	41	Sesupla ne clericus exigit.	115	—	—	—
Restituito denegatur episcopo qui communicat excommunicato.	54	—	Sitifensis Mauritanie Primas.	82	—	—	—
Retractatur synodus provincialis a vicariis epi- scopi Romani.	—	153	Sodomitæ.	—	99	—	—
Ritu gentilitatis qui aliquid peragunt.	—	84	Solitum salis sacramentum.	226	—	—	—
Romanus episcopus episcopum solus ordinat.	6	—	Sollicitudo pro virginibus.	—	253	—	—
Romani episcopi auctoritas, et ejus vicariorum.	—	183	Sorores duas qui habuerit ne fiat clericus.	—	21	—	—
Romanum pontificem appellant damnati.	—	149	Sorores duas si quis ducit.	—	112	—	—
Romanum pontificem primæ sedis episcopum esse	81	—	Species ad altare quæ offeruntur.	—	6	—	—
				<b>S</b>			
Sabbatizantes Christiani.	—	67	Spectacula ne eduntur diebus Dominicis.	—	264	—	—
Sabbatum. Sabbato lectiones debent recenseri.	—	167	Spectacula ne exhibentur filii episcoporum, ne- ve spectant.	40	—	—	—
Sabbato ne vacent Christiani.	181	—	Spectaculis ne intersunt clerici.	—	190	—	—
Sabbatis Evangelia leguntur.	224	—	Spectaculis nuptiarum clerici ne intersunt.	113	—	—	—
Sacerdos canones ne ignorat.	—	229	Speluncæ hæreticorum.	—	46	—	—
Sacerdos jejunis sacrificia celebrato.	—	257	Sponsa puella si rapta sit.	147	—	—	—
Sacerdotes accipiunt domi quod in ecclesia non potest offerri.	—	7	Subdiaconus ne panem erogato.	108	—	—	—
Sacerdotes a curis secularibus abstinento.	—	9	Subdiaconus uxorem ne ducito.	—	257	—	—
Sacerdotes coire non debent cum mulieribus.	—	109	Subdiaconi ad ostia perseverent.	—	181	—	—
Sacerdotum princeps episcopus ne appellator.	—	256	Subdiaconi cum orariis ne subsistant.	—	172	—	—
Sacramentum salis.	226	—	Subdiaconi ordinati a chorepiscopis.	79	—	—	—
Sacramentum unctionis.	—	217	Subdiaconi remoti a diacono.	—	171	—	—
Sacramentorum una disciplina.	220	—	Subdiaconi benedicere non licet.	—	174	—	—
Sacrarium mulieres ne introeunto.	—	181	Subripere qui volunt.	—	277	—	—
Sacrificare ne aucto episcopus qui idolis im- molavit.	97	—	Successorem sibi non eligat episcopus.	74	146	—	—
Sacrificandi causam qui attulerunt.	—	88	Sufflationibus abiguntur spiritus immuni li.	—	277	—	—
Sacrificium offertur in pane et vino.	213	—	Superbire. Superbientes pallio.	—	151	—	—
Sacrificii et benedictionis differentia.	—	6	Superbus. Superbi clerici coercantur.	128	—	—	—
Sacrificio nihil offeratur nisi quod Dominus sta- tuit.	—	5	Superbi pro virginitate.	—	129	—	—
Sacrificia qui celebrat sacerdos jejunis esto.	—	257	Suscepti in monasterio.	—	222	—	—
Sal. Salis sacramentum.	226	—	Suspenditor ab episcoporum consortio episco- pus qui fuerit contumax.	68	—	—	—
Sæculum. Qui ad sæculum revertuntur abren- untiant.	—	78	Symbolum fidei discant baptizandi.	199	—	—	—
Sæcularis. Sæcularem ad militiam redire non oportet post poenitentiam.	—	233	Symbolum fidei discant qui baptizati sunt in morbo.	200	—	—	—
Sæculari potentia ne pervadiat Ecclesia.	—	32	Symbolum fidei discant Novatiani in Quartade- cimanis.	177	—	—	—
Sæcularibus digamia ne denegator.	—	212	Synodus plenaria, sive universalis.	144	—	—	—
Sæcularium judiciorum administratio.	—	221	Ad synodum episcopus imprætermisse.	—	179	—	—
Sæcularibus judiciis clericos animam advertere non deet.	—	198	Synodo qui ignorant quid sit constitutum.	—	138	—	—
Sæcularia negotia ne tractato monachus	—	198	<b>T</b>				
Sæcularia sacerdotes ne sequuntur.	—	9	Tabernæ ne ingrediuntur clerici.	134	—	—	—
Saltare. <i>Vide</i> Ballare.	—	189	Templum. Tempia idolorum ab imperatoribus abdicentur.	—	261	—	—
Saltationes ne fiant in nuptiis.	—	189	Templa non contemenda. <i>Vide</i> Domus Dei.	160	—	—	—
Sanctus. Sanctorum merita dona sunt Dei.	293	—	Tempus ordinationis.	—	162	—	—

	F.	C.		F.	C.
<b>Theatra.</b> Theatris ne intersunto clerici. <i>Vide Spectacula.</i>	—	190	<b>Velentur virgines</b> diebus constitutis.	—	240
<b>Timor.</b> Timore qui ritus gentilium peragunt.	—	85	<b>Velandæ</b> etiam minores virgines.	—	286
<b>Titulus.</b> Jus.	—	252	<b>Vendere rem</b> ecclesiæ non licet in scio episcopo.	95	—
<b>Tondere.</b> Tondentes se mulieres Christianitatis obtentu.	—	156	<b>Episcopus</b> ne rem Ecclesiæ vendito sine consilio primatis.	47	—
<b>Tractoria.</b> In tractoria excusanto se episcopi qui concilio non occurrerunt.	75	—	<b>Ne vendunt</b> rem Ecclesiæ presbyteri.	—	252
<b>Transferre.</b> Ne bona unius Ecclesiæ ad aliam transferuntur.	51	—	<b>Veniam</b> qui pro illicitis postulat a licitis abstinere.	—	233
<b>Transire.</b> Transientes clerici in ecclesia possunt convivari.	71	—	<b>Versus.</b> Ex versibus diversis ne fiant comitia.	225	—
<b>Triennalis</b> possessor.	—	280	<b>Vespera</b> prece: fiant.	—	169
<b>Trinitatis</b> nomine factum baptisma valet.	—	51	<b>Vicarius</b> episcopi.	—	96
<b>Tutores</b> et curatores ne ordinantur.	119-125	—	<b>Vicarius</b> episcopi Romani.	—	153
<b>U</b>					
<b>Uctionis</b> sacramentum.	—	217	<b>Vicarii</b> episcoporum formatas facere possunt.	80	—
<b>Univiræ</b> mulieres.	221	—	<b>Vicus.</b> Per vicos non ordiandi episcopi.	—	152
<b>Urbs</b> regia.	—	207	<b>Vidua.</b> Viduæ m-ritus ne promovetur.	—	215
<b>Usura.</b> Usuras clericus ne exigit.	115-125	—	<b>Viduam</b> laicam si uxorem ducit, non admittitur ad clerum.	150	—
<b>Usuras</b> ne accipiunt episcopus, presbyter nec diaconus.	—	44	<b>Viduam</b> qui ducit, ne esto clericus.	—	20
<b>Usuras</b> ne exerceto ullus ex officio ecclesiastico.	—	23	<b>Viduæ.</b>	221	—
<b>Usurpare</b> ne liceat episcopo rem Ecclesiæ.	—	252	<b>Viduæ</b> ne velantur.	—	241
<b>Usurpatio</b> plebis alienæ prohibita episcopo.	24	—	<b>Viduorum</b> causa ad comitatum ire debet episcopus.	—	156
<b>Usurpator</b> diocesis causam amittit.	25	—	<b>Viduas</b> et virgines non accedant clerici nec continentes.	—	258
<b>Usurpatorem</b> non excusit ignorantia.	25	—	<b>Viduas</b> vel virgines ne adeunto clerici in scio episcopo.	152	—
<b>Uxor</b> aliud, aliud concubina.	—	250	<b>Vindicare</b> sibi ne audeto episcopus in plebe aliena.	26	—
<b>Uxor</b> captiva si redeat, et alteram cum marito reperiat, a marito suscipitur.	—	226	<b>Virginitas.</b> Virginitatem qui violant digamorum implento gradum.	150	—
<b>Uxor</b> ducenda si urget morbus.	—	256	<b>De his</b> qui in virginitate non persistunt.	—	128
<b>Uxor</b> quæ virum dimittit alteri ne nubito.	164	—	<b>Virginitate</b> superbientes.	—	129
<b>Uxor</b> virum si dimittit religionis causa, anathema.	164	—	<b>Virgo</b> si professionem non custodit.	—	100
<b>Uxorem</b> clericus ne ducito.	129	—	<b>Virgo</b> velari non debuit ante annos 23.	50	—
<b>Uxorem</b> episcopus ne deserito.	—	8	<b>Virgines</b> etiam minores velandæ.	—	286
<b>Uxorem</b> licet ducere habenti concubinam.	—	250	<b>Virgines</b> ne consecrentur ante annum 23.	121	—
<b>Uxorem</b> ne ducat subdiaconus.	—	257	<b>Virgines</b> sacræ velentur diebus constitutis.	—	240
<b>Uxorem</b> si ducit presbyter, deponitur.	98	—	<b>Virgines,</b> sive velatæ, sive non velatæ si veniant.	—	101
<b>Uxorem</b> pellens laicus.	—	107	<b>Virginum</b> corruptores.	—	106
<b>Uxores</b> ducant lectores, aut continentiam profitentur.	129	—	<b>Virgines</b> presbyter ne consecrato inconsulto episcopo.	91	—
<b>Uxores</b> qui clerici debeant habere.	—	28	<b>Ad virgines</b> et viduas, et continentes ne accedunt clerici.	—	255
<b>Uxores</b> qui presbyteri acceperunt.	—	118	<b>Pro virginibus</b> s licitudo.	—	258
<b>Ab uxoribus</b> abstineto episcopi, presbyteri, et diaconi.	10	—	<b>Pro virginibus</b> ubi habitent eligiter.	48	—
<b>V</b>					
<b>Vagari.</b> Ne vagantur clerici sine formata episcopi.	137	—	<b>Virilia.</b> Virilibus indumentis si mulieres utuntur.	—	152
<b>Vagari</b> non debet episcopus.	18	—	<b>Vivere.</b> Videntes irrationabiliter quomodo suscipi debeant.	148	—
<b>Vagantes</b> episcopi.	—	145	<b>Videntes</b> ut animalia muta inter eurgumenes.	147	—
<b>Velare.</b> Velari non debent viduæ.	—	211	<b>Voluntas</b> non habetur pro facto.	137	—
			<b>Voluntas</b> pia a Deo est.	—	294
			<b>Votum</b> infantum.	—	2

INDEX ALTER

Quo canonum conciliorum, atque Ferrandi et Cresconii capitulorum consonantia demonstratur.

CONCILIA			Cap.			F.			C.			Cap.			F.			C.		
Ancyranum, sive Anquirintanum.			17	149	58	2	53	13	17	7	179	Apostolorum Canones.			1	—	1			
			18	8	100	—	168	—	18	7	38				2	—	2			
			19	150	102	5	99	17	19	4	1				3	—	3			
			20	151	103	—	—	140	20	115	39				4	—	4			
Cap.	F.	C.	21	152	104	4	54	14	21	—	16				5	—	5			
1	—	81	22	153	104	—	100	—	22	27	57				6	—	6			
2	—	82	23	154	90	5	101	33	23	74	146				7	—	7			
3	116	85	24	155	106	6	—	15	24	51	40				8	—	8			
4	148	84	25	79	—	7	211	15	25	56	43				9	—	9			
5	146	85	26	146	—	8	80	15	—	—	—				10	—	10			
6	146	86	Anonymon.			9	45	36							11	—	11			
7	146	87				—	252	—							12	—	12			
8	146	88				10	79	96							13	—	13			
9	146	92				11	42	—							14	—	14			
10	—	105				12	66	144							15	—	15			
11	117	89				13	—	37							16	—	16			
12	—	96				14	58	115							17	—	17			
13	—	96				15	63	145							18	—	18			
14	—	93				16	144	145							19	—	19			
15	93	99				Antiochenum.									20	—	20			
16	148	99				Cap.	F.	C.							21	—	21			
			1	69	10										22	—	22			

Cap.	F.	C.
7	—	9
8	—	10
9	—	11
10	—	12
12	—	14
13	—	15
14	—	16
15	—	17
16	—	18
17	—	19
18	—	20
19	—	21
20	—	22
21	—	23
22	—	24
23	—	25
24	—	26
25	—	27
26	—	27
27	—	28
28	—	29
29	—	30
30	—	31
31	—	32
32	—	33
33	—	34
34	—	35
35	—	36
36	—	37
37	—	38
38	—	39
39	—	40
40	—	41
41	—	42
42	—	43
43	—	43
44	—	44
45	—	45
46	—	49
47	—	50
48	—	107
49	—	51
50	—	52

Basilica.

Cap.	F.	C.
5	13	—

Cœlestini PP. decreta.

Cap.	F.	C.
1	—	288
2	—	288
4	—	289
5	—	290
7	—	292
8	—	293
9	—	294
10	—	295
11	—	296
12	—	297
13	—	298
14	—	151
15	—	220
16	—	2
17	—	218
18	—	228
19	—	228
20	—	229
21	—	164
22	—	164

Chalcedonense Concilium ann. 453.

Cap.	F.	C.
2	—	31
3	—	194
4	—	195
5	—	16
6	—	106
7	—	100
8	—	197
9	—	198
10	—	199
11	—	33

Cap.	F.	C.
12	—	200
13	—	201
14	—	47
15	—	202
16	—	100
17	—	203
18	—	204
19	—	59
20	—	17
21	—	205
22	—	206
23	—	207
24	—	208
25	—	209
26	—	210
27	—	211

Carthaginense Concilium.

Cap.	F.	C.
1	16	—
2	50	234
—	73	—
—	185	—
—	189	—
—	196	—
3	15	500
—	84	—
—	143	—
—	196	—
4	197	5
5	24	255
—	47	—
—	251	—
6	17	93
—	82	—
—	194	—
—	—	256
—	—	291
7	83	93
—	90	—
—	101	—
—	165	—
—	219	—
8	83	205
—	119	257
9	22	14
—	45	—
—	121	—
10	1	33
—	4	—
—	9	—
—	—	75
11	75	258
—	191	—
—	226	—
12	23	66
—	118	—
—	227	—
—	—	244
13	136	1
14	23	253
—	—	259
15	32	—
—	58	190
—	64	—
—	—	216
16	—	1
—	—	28
17	51	1
—	171	—
18	67	247
19	62	143
20	—	143
—	—	244
—	—	259
21	39	17
—	—	47
22	41	17
—	—	218
23	35	154
—	—	253
—	—	260
24	70	253
—	—	299
25	—	109
—	—	264

Cap.	F.	C.
26	—	97
—	—	262
27	129	27
—	—	263
28	72	264
—	—	51
29	232	30
—	—	154
—	—	177
30	40	—
—	—	249
—	—	265
31	219	250
—	—	256
32	213	251
33	132	252
34	81	—
35	134	253
36	46	—
37	71	—
38	49	62
40	48	—
41	202	267
42	170	272
43	91	268
44	135	—
45	228	—
46	229	270
—	—	80
47	—	269
48	175	248
49	4	—
50	1	69
—	—	5
52	13	—
53	13	—
—	—	14
—	—	250
57	—	271
63	—	275
65	—	274
66	—	275
70	—	276
71	—	143
72	—	277
73	—	134
78	57	—
81	—	278
85	—	279
86	—	280
87	—	281
88	—	282
89	—	275
90	—	283
91	—	284
92	—	285
93	50	286
95	—	205
96	—	205
97	—	205
98	—	205
99	—	287
100	—	287

Carthaginense aliud Concl.

Cap.	F.	C.
—	52	—

Carthaginense sub sancto Genethio.

Cap.	F.	C.
6	191	—
8	83	—
—	96	—
9	24	—

Carthaginense sub sancto Grato.

Cap.	F.	C.
1	175	—
3	122	—
4	27	—
5	125	—
6	126	—

Cap.	F.	C.
8	133	—
9	24	—
10	123	—
12	123	—
42	175	—

Carthaginense universale.

Cap.	F.	C.
—	122	—
44	1.4	—

Cellense V. Zellense.

Cap.	F.	C.
1	3	—

Constantinopolitanum.

Cap.	F.	C.
2	18	—
2	217	—
3	18	—

Decreta Cœlestini PP. V. Cœlestinus.

Decreta Gelasii PP. V. Gela-  
sius.

Decreta Innocentii PP. V. In-  
nocentius.

Decreta Leonis PP. V. Leo.

Decreta Siricii PP. V. Si-  
ricius.

Gangrense Concilium.

Cap.	F.	C.
1	—	121
2	159	132
—	166	—
3	89	123
4	—	111
5	160	121
6	—	125
7	57	126
8	57	127
9	161	128
10	—	129
11	—	130
12	—	131
13	162	132
14	164	133
15	—	134
16	—	135
17	—	136
18	163	137
19	—	139
20	—	140
21	167	—

Gelasii Papæ Decreta.

Cap.	F.	C.
2	—	3
3	—	3
4	—	243
5	—	238
6	—	93
7	—	95
8	—	94
10	—	212
11	—	239
12	—	240
13	—	241
14	—	195
15	—	44
16	—	3
17	—	25
18	—	27
19	—	241
20	—	101
21	—	241
22	—	242
23	—	17
24	—	51
25	—	243
26	—	161
27	—	42

Hipponegreense Concilium.

Cap.	F.	C.
1	54	—
3	54	—
5	54	—
—	108	—
8	55	—
9	58	—
—	47	—
—	85	—

Incertum.

Cap.	F.	C.
7	205	—

Innocentii PP. Decreta.

Cap.	F.	C.
6	—	216
7	—	213
8	—	217
9	—	56
—	—	218
11	—	19
12	—	19
13	—	19
14	—	18
15	—	53
16	—	109
17	—	5
—	—	219
19	—	101
20	—	101
21	—	27
22	—	220
23	—	221
24	—	222
25	—	223
26	—	224
28	—	225
29	—	19
30	—	30
32	—	2
33	—	27
34	—	214
37	—	226
47	—	53
49	—	59
50	—	59
52	—	227
53	—	60
54	—	60
55	—	60
56	—	60
57	—	60

Lucense Concilium.

Cap.	F.	C.
—	26	—

Laodicense Concilium.

Cap.	F.	C.
1	210	19
2	169	161
3	1	4
4	29	102
5	115	44
6	176	75
7	134	57
—	177	—
8	178	58
9	179	46
10	—	47
11	112	165
—	221	—
12	1	1
—	4	—
13	105	164
14	225	165
—	—	180
15	—	166
16	224	167
17	225	168

Cap.	F.	C.
18	120	169
19	107	170
20	—	94
21	140	171
—	141	—
22	124	172
23	—	175
24	108	—
—	154	—
25	151	174
—	112	—
26	109	178
27	216	176
28	181	177
29	205	67
30	180	178
—	182	—
31	192	47
32	185	48
33	194	68
34	110	69
35	185	90
36	186	90
37	187	70
38	75	71
39	111	72
40	—	179
41	141	55
—	188	180
42	206	180
43	222	—
44	199	181
45	200	182
46	201	183
47	207	68
48	208	184
49	209	185
50	210	186
51	—	187
52	115	188
53	116	189
54	—	190
55	12	—
56	72	191
57	226	192
58	—	193
59	—	193

Leo Papa.

Cap.	F.	C.
1	—	20
2	—	19
3	—	44
4	—	44
35	—	4
37	—	17
—	—	39
39	—	18
41	—	39
51	—	20

Leonis Papae Decreta.

Cap.	F.	C.
1	—	195
7	—	212
8	—	212
9	—	212
10	—	212
11	—	212
14	—	61
16	—	27
17	—	109
18	—	250
19	—	251
20	—	252
21	—	220
22	—	233
23	—	254
24	—	255
25	—	256
26	—	101
27	—	101
28	—	62
29	—	63
30	—	87

Cap.	F.	C.
32	—	218
34	—	237
35	—	228
42	—	226
45	—	226
41	—	226
45	—	226
46	—	71
47	—	61

Macrianense Concilium.

Cap.	F.	C.
—	11	—
—	25	—

Maradianense.

Cap.	F.	C.
—	220	—

Marazanense.

Cap.	F.	C.
—	44	—
—	76	—
—	127	—

Milovitana.

Cap.	F.	C.
2	78	—
4	10	—

Nicaenum Concilium an. 325.

Cap.	F.	C.
1	145	25
2	1	4
3	123	110
4	4	1
—	6	—
5	145	15
—	53	39
6	4	56
7	172	—
8	87	51
9	116	76
10	—	77
11	14	78
12	27	78
13	—	79
14	106	80
—	123	—
15	175	—
16	—	17
17	—	44
18	—	94
19	—	55
20	—	156
21	18	—

Novacresariense.

Cap.	F.	C.
1	98	108
2	180	112
3	—	115
4	157	114
5	158	115
6	204	116
7	88	117
8	117	118
8	137	—
9	87	91
—	117	—
10	85	91
11	86	76
12	105	66
15	104	119
14	—	120

Sardicense.

Cap.	F.	C.
1	214	147
2	—	148

Cap.	F.	C.
3	—	149
4	57	150
5	59	151
6	60	152
7	—	153
8	—	154
9	42	155
10	—	156
11	42	157
—	—	160
12	—	158
13	92	4
14	1	169
15	19	—
16	—	18
17	53	18
18	162	54
19	27	54
20	27	—
21	—	159

Septimanicense.

Cap.	F.	C.
—	11	—
—	56	—
—	76	—
—	159	—
—	212	—
—	215	—

Suffulense.

Cap.	F.	C.
—	2	—

Syracus Papa.

Cap.	F.	C.
1	—	55
7	—	27
8	—	2
9	—	2
10	—	2
11	—	19
13	—	2

Syracici papae Decreta.

Cap.	F.	C.
2	—	212
3	—	84
4	—	105
5	—	213
6	—	109
12	—	110
14	—	214
15	—	215
16	—	4

Theonitanum Concilium.

Cap.	F.	C.
—	61	—
—	76	—
—	194	—

Tuscanitanum.

Cap.	F.	C.
—	57	—
—	70	—

Zellense Concilium. F. Cellense.

Cap.	F.	C.
1	4	—
—	6	—
—	16	—
—	65	—
—	68	—
—	150	—
—	158	—
—	174	—
—	218	—

Zoninus Papa.

Cap.	F.	C.
1	—	3
3	—	2

## ORDO RERUM QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

<i>Epistola dedicatoria.</i>	9
<i>Præfatio.</i>	<i>Ibid.</i>
<i>Vita Venantii Fortunati.</i>	19
<b>VENANTII FORTUNATI OPERUM PARS PRIMA.</b>	
PROLOGUS (ad S. Gregorium Turonensem).—Fortunatus Gregorio, qui magnopere a se contenderat et adjuverat ut carmina sua in unum collecta volumen ederet, hac se epistola excusat, et imperitiam suam ac negotia præterdit, quibus distentus eadem minus perpolire potuerat. Ad extremum cedit poscenti, et ejus in se benevolentiam ac voluntatem graviolem declarat fuisse, quam timorem suum et verecundiam. Data occasione, iter quod ex Italia in Galliam contenderat, describit. 59	
<b>MISCELLANEOBUM LIBER PRIMUS.</b> <i>Ibid.</i>	
CAPUT PRIMUM (ad Vitalem episc. Ravennatensem).—Basilicam sancti Andreae, a Vitali ædificatam ac dedicatam, refert hoc carmine. Dedicacionis ipsius celebritatem, ac singularem populi in Vitalem studium et benevolentiam commemorat. 63	
CAP. II.—Eisdem sancti Andreae basilicam ædificatam et brevi tempore absolutam fuisse narrat summo Vitalis studio ac liberalitate. Sacras reliquias quibus insignis erat, recenset. 65	
CAP. III.—Sancti Stephani, protonartyris, in morte subeunda pro Christo triumphum et gloriam describit: cujus in memoriam Palladius basilicam dedicaverat. 67	
CAP. IV.—Basilicam in honorem sancti Martini a Fausto episcopo erectam, et celebrem religione, hoc carmine illustrat. <i>Ibid.</i>	
CAP. V.—S. Martini Turonensis liberalitatem in detrahenda sibi tunica, atque inde vestiendum egeno, celebrat hoc carmine, unaque loci in quo id actum est religionem commendat. <i>Ibid.</i>	
CAP. VI.—Leontii, Burdegalensis episcopi, in basilica S. Martini exstruenda, et Placidine, olim ejus uxoris, in eadem oranda liberalitatem ac religionem commendat; tum loci in quo fuerat illa inædificata amoenitatem describit. 68	
CAP. VII.—Templum in honorem S. Martini, a Basilio ejusque conjuge restauratum commemorat; aquis quæ ædificii locum obrutum tenebant alio deductis. 69	
CAP. VIII.—S. Vincentii Aginensis martyrium et gloria. Leontii in ejus basilicam liberalitas. <i>Ibid.</i>	
CAP. IX.—Supradicta basilica celebratur. Emergumeni salus ad ejusdem basilicæ dedicationem refertur. 71	
CAP. X.—Basilicam in memoriam S. Nazarii martyris a Leontio erectam, martyrisque ipsius triumphum celebrat. 72	
CAP. XI.—Laudes S. Dionysii Parisiensis, et de basilica ejus a Leontio amplificata. <i>Ibid.</i>	
CAP. XII.—Basilicam S. Bibiani, Santonensis episcopi, ab Eusebio cæptam ædificari, Leontius profecerat, non minimum ad eam rem Placidina, Leontii olim uxore, conferente. Horum pietas ac munificentia commendantur. 74	
CAP. XIII.—Basilicam S. Eutropii a Leontio instauratam et exornatam refert, non sine divino admonitu et consilio. 76	
CAP. XIV.—Calicem a Leontio et Placidina ædi sacræ oblatum commemorat. 77	
CAP. XV.—Leontii nobilitatem, episcopalem gradum, pietatemque munificentiam celebrat, adjunctis Placidinæ laudibus. <i>Ibid.</i>	
CAP. XVI.—Cum quidam, Leontii sedem ambiens, ipsum absentem, falso mortuum fuisse divulgasset, Leontiusque ex insperato esset reversus, ejus reditum Fortunatus hoc carmine celebravit. 80	
CAP. XVII.—Ex insula quam incolebat, mittit mænuscula ad Placidinam Fortunatus, narrans se, cum navigaret adverso Borea, ad Placidinam ipsam appulisse. 83	
CAP. XVIII.—Bissoni, villæ in agro Burdigalensi sitæ, amoenitatem describit, memoratque ædificia a Leontio resecta et exornata. <i>Ibid.</i>	
CAP. XIX.—Vereginis villæ situm, descriptionem, necnon ædificia quæ instauravit Leontius, celebrat. 84	
CAP. XX.—Fortunatus Præmicam, Leontii villam, pertransiens, eandem celebrat, a Leontio ædificiis auctam. <i>Ibid.</i>	
CAP. XXI.—Egircii fluminis indolem et varietates describit. 85	

<b>MISCELLANEOBUM LIBER II.</b>	
CAPUT PRIMUM.—De crucis Domini virtute et dignitate. <i>Ibid.</i>	
CAP. II.—Hymnus in honorem sanctæ crucis. 88	
CAP. III.—Crucis virtutem et pretium, necnon in eadem Gregorii Turonensis religionem celebrat, ipsius in orando apud Turones oratorio liberalitatem commendat. 89	
CAP. IV.—De signaculo sanctæ crucis. 91	
CAP. V.—De sancta cruce. 93	
CAP. VI.—Item de sancta cruce. 95	
CAP. VII.—Hymnus in honorem sanctæ crucis. <i>Ibid.</i>	
CAP. VIII.—In sacrum baptismum. 96	
CAP. IX.—In laudem christiatis. 97	
CAP. X.—Hymnus in S. Dionysium. 98	
CAP. XI.—De domno Saturnino. 99	
CAP. XII.—Studium suum in celebrandis martyrum gestis declarat. S. Saturnini martyrium describit. Lauebodem ducem, uxoremque ejus laudat propter basilicam in memoriam illius sancti illorum liberalitate exstructam. 100	
CAP. XIII.—Se jam pridem desuisse a scribendis carminibus declarat. Provocatus tamen varias cleri Parisiaci, injuriam vero S. Germani episcopi, dotes celebrat. 102	
CAP. XIV.—Basilicæ Parisiensis in honorem sanctæ crucis dedicatæ laudes supra templum Salomonicum extollit. Childbertum de sua in eam liberalitate commendat. 104	
CAP. XV.—De baptisterio Moguntinæ. 105	
CAP. XVI.—Sancti Georgii basilicam a Sidonio episcopo ædificatam commemorat, ejusque martyris gloriam in Occidente celebrem commendat. 107	
CAP. XVII.—Oratorium a Trasarico in honorem SS. Petri et Pauli, S. Martini Turonensis et S. Remedii exstructum carmine prosequitur. <i>Ibid.</i>	
CAP. XVIII.—S. Matricii et sociorum ejus triumphum canit. 108	
CAP. XIX.—S. Hilarii Pictaviensis episcopi contra Arianos constantia celebratur. 109	
CAP. XX.—De S. Medardi episc. Noviomensis sanctitate et miraculis, item de basilica in ejus honorem a Clotario cæpta, a Sieberto completa. 110	
CAP. XXI.—S. Martialis, primi Lemovicini episcopi, laudes. 115	
<b>MISCELLANEOBUM LIBER III.</b> <i>Ibid.</i>	
CAPUT PRIMUM.—Acceptis ab Euphronio litteris, quantum inde lætitiæ persenserit illi significat; miram illius humilitatem extollit, seque ejusdem precibus commendat. <i>Ibid.</i>	
CAP. II.—Iterum Euphronio suam gratitudinem significat, illius in se beneficiis prædicatis. Varias ejusdem virtutes prosequitur, oraturque ut pro suis peccatis apud Deum intercedat. 117	
CAP. III.—Euphronio gratulatur de illius virtutibus, præsertim vero de pastoralis sollicitudine ac diligentia. 118	
CAP. IV.—Felicis, episcopo Namnetico significat, se illius litterarum facundia et grandiloquio fuisse percussum. Eundem extollit, ad illum referre conatus quas ab ipso laudes acceperat, suumque ferventissimum illius præsentis desiderium exprimit. 119	
CAP. V.—Ad eundem scribit, narratque ejus opera ac fide arma Britannica fugata fuisse. 124	
CAP. VI.—Ad eundem scribit, ipsius laudans studium in exstruenda et consecranda basilica in honorem SS. Petri et Pauli. Dedicacionem ipsam describit. <i>Ibid.</i>	
CAP. VII.—Laudes sanctorum quorum reliquiæ in Namnetensi basilica repositæ fuerunt. Ejusdem basilicæ descriptio. 126	
CAP. VIII.—Scribens ad Felicem, laudat eum ob vetustatem ac nobilitatem generis nec non ob virtutem et pastorem sollicitudinem. 128	
CAP. IX.—Scribens ad eundem, paschalia festa celebrat illiusque in lucranda gente Saxonum diligentiam carmine consecrat. 150	
CAP. X.—Summo tuosissimum Felicis opus in detorquendo fluminis cursu celebrat, ac quæ inde copiæ vicinis populis erant perventura, describit. 154	
CAP. XI.—Laudat Nicetium, episc. Trevirensem, ob ejus innocentiam, misericordiam, liberalitatem, et pastorem sollicitudinem. <i>Ibid.</i>	
CAP. XII.—Nicetii castellum, supra Mosellam positum, 154	



neon Nicelli in eodem ornando ac muniendo studium et elegantiam celebrat. 135

CAP. XIII.—Magnericum, Trevirensis episcopus, laudat ob virtutem, ac diligentiam in ecclesia sua regenda, ob comitatem in omnes, ob liberalitatem in egenos et hospites. 137

CAP. XIV.—Met'ensis urbis descriptio. Villici ejusdem urbis episcopi, ad quem scribit, omnimodæ virtutes celebrantur. 138

CAP. XV.—Tetrastichon ad eundem. 139

CAP. XVI.—Distichon ad eundem. *Ibid.*

CAP. XVII.—Occasione cujusdam picturæ, in qua ales rostro carpebat uvas, Villici liberalitatem in convivis extollit. *Ibid.*

CAP. XVIII.—Occasione piscium qui in mensa Villici copiose appositi fuerant, supernam ejusdem vocationem commendat. 140

CAP. XIX.—Charentinum, Coloniz Agrippinæ episcopum, laudat ob charitatem placidæque mores, nec non in templa liberalitatem. *Ibid.*

CAP. XX.—Egidii, Remensis episcopi, diligentia pastoralis, eloquentia, beneficentia. 141

CAP. XXI.—Saluatorias ad Hilarium episcopum litteras mittit, suamque in absentem memoriam et benevolentiam declarat. 142

CAP. XXII.—Ad Bertichramnum episcopum scribens, ejus benevolentiam in omnes laudat, præsertim vero in se, quod in rhedam ab ipso fuerit exceptus. *Ibid.*

CAP. XXIII.—Elucubrata a Bertichramno poemata, se excepisse ipsi significat, opusque partim laudat, partim reprehendit. 143

CAP. XXIV.—Scribens ad Agricolam episcopum, parentis illius in se beneficia commemorat, rogans ut quæ patris diligentia sata fuerant in sese, hæc filius alat et perficiat. 144

CAP. XXV.—Scribens ad Felicem, episcopum Biturigensem, turrim, quam ille construendam curaverat ad continentium Christi corpus, carmine celebrat. *Ibid.*

CAP. XXVI.—Aviti episcopi, ad quem scribit, hospitalitatem diligentiamque pastorem celebrat, missa tum ad se tum ad Agnetem et Radegundem munera commemorans. 145

CAP. XXVII.—Avito, qui a se contenderat ut versiculos scriberet, narrat eidem se satis fecisse, propriam linguæ inopiam vobis dicens compensari. *Ibid.*

CAP. XXVIII.—Eidem scribens, illius miram inoleam in conciliandis charitate animis, præcipue vero in omnes munificentiam, in se vero benevolentiam celebrat. 146

CAP. XXIX.—Agerici, episcopi Veroduni, beneficentiam, virtutes pastorales, atque in templa munificentiam laudat. 147

CAP. XXX.—Ejusdem Agerici doctrina mirabilis, mundi contemptus, innocencia, liberalitas. *Ibid.*

CAP. XXXI.—Ad Amphionem presbyterum scribit, cujus laudat mores pios ac suaves, prudentiam, firmitatem animi, hospitalitatem. 148

CAP. XXXII.—Pater in abbati, ad quem scribit, sanctioniam laudat, tum veniam rogat, si quid sibi erroris in codice irrepperit, quem ejusdem jussu emendandum suscepit. 149

CAP. XXXIII.—Fortunatus, e maritima in qua degebat ora, salutem scribit Draconi diacono, suamque in illum benevolentiam declarat. *Ibid.*

CAP. XXXIV.—Archidiacono Meldensi, qui ad se, nondum de facie notum, mustum miserat, gratias agit. 150

CAP. XXXV.—Iter factorus, hoc poema mittit Joanni diacono, per eum communibus amicis salutem scribens. *Ibid.*

CAP. XXXVI.—Se Anthemio excusat, quod, ne somnum ejus violaret, ipso insalutato excesserit. *Ibid.*

CAP. XXXVII.—Sindulphum diaconum ad patientiam hortatur, affirmans nihil grave esse amanti. 151

#### MISCELLANEOBUM LIBER IV.

CAPUT PRIMUM.—Evanerii, Namnetensis episcopi, jam mortui laudat nobilitatem, mansuetudinem, charitatem omnimodam. *Ibid.*

CAP. II.—Gregorii, Lingonensis episcopi, etiam mortui, laudat genus, virtutes pastorales, miracula. 153

CAP. III.—Item epitaphium Teurici, Lingonensis episcopi, cujus virtutibus pastoralibus laudatis, regum et populi in ipsum benevolentiam commemoratur. 154

CAP. IV.—Item epitaphium Galli, Arvernorum episcopi; ejus a pueritia mundi contemptus, Theodorici in eum benevolentia, ipsius virtutes pastorales. *Ibid.*

CAP. V.—Ruricios, avum et nepotem, ambos episcopos Lemovicinos, vita sanctos, impense laudat, ipsorum sanctitatem affirmans. 156

CAP. VI.—Item epitaphium Exotii, episcopi Lemovicini:

ejus pudicitia, patientia, charitas; plebis in illum pius affectus. 157

CAP. VII.—Calacterici, episcopi Carnotensis, amici sui, immaturam mortem deflet, virtutesque celebrat. 158

CAP. VIII.—Chronopii, in sede Petrocoricensi mortui laudat genus, mores, eloquentiam, charitatem, curamque pastorem. 160

CAP. IX.—Leontium, in Burdigalensi sede mortuum, laudat, plebis erga eum amorem desideriumque celebrans. 161

CAP. X.—Item epitaphium Leontii junioris, Burdigalensis episcopi. 162

CAP. XI.—Victoriani abbatis, jam mortui, in multiplicandis monachis sedulitas, assiduitas in precibus, miraculaque laudantur. 163

CAP. XII.—Hilarii presbyteri, vita functi, laudat genus, virtutesque sacerdotales describit; socrus Evanτίας officia in memoriam mortui commemorat. 164

CAP. XIII.—Epitaphium Servilionis, qui, quondam alicus, regias opes rite administraverat; deinde presbyter factus, in viduas et pupillos munificus exstiterat. *Ibid.*

CAP. XIV.—Præsidium abbatem, ob doctrinæ sanctitatem diligentiamque pastorem, jam mortuum commendat. 165

CAP. XV.—Boholum diaconum, dum somno indulget, a sicario ictu securis occisus, deflet. *Ibid.*

CAP. XVI.—Atti i, qui jam senio confectus obierat, funus prosequitur hoc carmine, ejusque dotes, tota Gallia celebres, extollit. 166

CAP. XVII.—Arcadium adhuc juvenem, immatura morte occupatum, funebri carmine cohonestat. *Ibid.*

CAP. XVIII.—Basilli demortui laudat eloquentiam, doctrinam, liberalitatem, susceptas ab eodem in Hispaniam legationes, et innocenciam in publicis gerendis numeribus commemorat, quamque regibus et populis charus esset ostendit. 167

CAP. XIX.—Aracharium, qui regia in aula clarus fuerat, regique charus et jucundus, adhuc florente ætate hinc morte ereptum, deflet. *Ibid.*

CAP. XX.—Bromachium, potentem virum, dum a legatione qua perfunctus fuerat, revertitur in Gallias, morte in itinere oppressum, prosequitur lugubri carmine, illum laudans ob eloquentiam ac prudentiam, unaque Frigiz uxoris in curando funere conjugis diligentiam commendat. 168

CAP. XXI.—Laudat Avolum ob pietatem ac religionem in sacras artes, ob liberalitatem in pauperes, munificentiam in cives. *Ibid.*

CAP. XXII.—Infantium tumulum, qui, ut videtur, uno partu editi, alter maturius, quinquennis alter decesserat, et in idem sepulcrum, in quod et mater eorum, fuerant illati, funebri carmine cohonestat. 169

CAP. XXIII.—Julianum, qui mercaturam quondam exercuerat, deinde partes opes effuderat in hospites et egenos, jam mortuum, laudat hoc carmine. Joannis filii in patrem demortuum charitatem et diligentiam commendat. *Ibid.*

CAP. XXIV.—Orientium, qui in regis aula principem locum obtinuerat dignitatis et gratiæ, vita functum laudat ob prudentiam, justitiam ac moderationem. Tum Liciz uxoris in curando marito funere, et in ejus memoria colenda, sollicitudinem ostendit. 170

CAP. XXV.—Theodechildem reginam, vita functam, egregie laudat ob regiam stirpem et affinitatem, ob liberalitatem in pauperes et in templa munificentiam. *Ibid.*

CAP. XXVI.—Vilithutam, nobilem mulierem, e gente tamen ac stirpe barbarorum, in parvulo una cum prole extinctam, lamentatur. De supremo judicio obiter disserit; tum, ex præsentis Vilithutæ felicitate superstitem conjugem consolari conatur. 173

CAP. XXVII.—Euphrasiam, nobilissimam femineam, bonis actibus cumulatam, mortalem hanc vitam cum immortalitate commutasse gratulatur. Ejusdem charitatem et nobilitatem celebrans. 176

CAP. XXVIII.—Eusebiam, quæ decennis, jam viro desponsa, immature obierat, lugubri hoc carmine mortuum lamentatur. 177

MISCELLANEOBUM LIBER QUINTUS. *Ibid.*

CAPUT PRIMUM.—Martini, episcopi Galliciz, ad quem scribit, virtutes cum deliciis paradisi comparat; cujus acceptis litteris, qua se lætitia perfusum senserit declarat, ac obiter eloquentiam ejus et doctrinam laudat, sequæ necnon Agnetem et Radegundem ipsius precibus commendat. *Ibid.*

CAP. II.—Eidem scribens, dicit, quemadmodum apostolis variæ orbis terrarum partes distributæ fuerunt, ita Martino Galliciz divinitus datam fuisse, in qua catholici

dogmatis veritatem sereret. Se necesse Agnetem et Rade-  
gadem ejus precibus commendat. 181

Cap. III. — Ad Thronicos scribens, Gregorii, Turonensis  
episcopi, in Ecclesiam suam adventum prosequitur hoc  
carmine, Miusque ex presentia, doctrina, vigilantia, bona  
omnia Turonensi populo suguratur. 184

Cap. IV. — In natalio Gregorii episcopi. 185

Cap. V. — Respondet Gregorio Turonensi, qui a se ma-  
gnopere contenderat ut egregium Avili, Arvernensis epi-  
scopi, factum in convertendis ad Christum Jesum plusquam  
quingentis Judæis, carmine celebraret; atque eidem se  
satisfecisse scribit, misso, quod huic epistolæ subnexum  
est, poemate. 186

Cap. VI. — Scribens ad Syagrium, episcopum Augus-  
todunensem, narrat Fortunatus, cum ipse, longe jam spatio,  
deservisset ab elucubrandis carminibus, sibi repente pa-  
trem assistisse, graviter laborantem pro captivo filio, ab  
eoque inertiam suam ac desidiam fuisse excusam: hujus  
itaque patris et miserabilis filii causam Syagrius com-  
mendat. Acrostichum carmen de Redemptore mittit. 191

Cap. VII. — Carmen de quo in precedenti epistola. 193

Cap. VIII. — Respondet Felici, episcopo Namnetico,  
qui se rus invitaverat. Describit villæ illius situm et am-  
nitatem; ei tamen Felicis ipsius presentiam et aspectum  
anteponit. 197

Cap. IX. — Gregorium, ab itinere Turones reversum  
gratulatur: eidem se et epistolæ portitorem commen-  
dat. 198

Cap. X. — Gregorium salutatur amio carmine, et ejusdem  
laudat virtutem ac doctrinam; epistolæ brevitatem excu-  
sat, ac eandem amoris magnitudine compensari affirmat.  
*Ibid.*

Cap. XI. — Eidem gratias agit pro carminibus quibus-  
dam, scriptis, ut videtur, a Gregorio, ac sibi commodatis;  
portitorem epistolæ commendat. *Ibid.*

Cap. XII. — Gregorio, qui se Turones invitaverat, ex-  
cusationem prætenedit, quod ab alio, item episcopo, que-  
damus iret retineretur; tum rogat ut, ob pacis studium,  
veniam non erant indulgeat. 199

Cap. XIII. — Gregorio scribit, virtutem ejus laudans,  
mulieremque, quam a Gregorio commendatam acceperat,  
ad illum reverentem portitorem commendat. *Ibid.*

Cap. XIV. — Suam in Gregorium charitatem ipsi declar-  
at, atque eidem Pactarum incolentem se pervenisse nuntiat,  
cum quidem, a Turonensi urbe dignatus, per vias  
glacie constratas difficili ac periculoso itinere usus fuisset.  
*Ibid.*

Cap. XV. — Scribens ad eundem, ejus virtutem, et do-  
ctrinam laudat, nec non suam in ipsum benevolentiam  
constatior. 200

Cap. XVI. — Gratias agit Gregorio quod poma suis cum  
sarculis sibi dono misisset. *Ibid.*

Cap. XVII. — Fortunatus cum venisset ad eum locum  
in quo arbor illa stabat quæ radicibus quondam avulsa, ex  
S. Martini precibus et virtute refluoraverat, et a qua modera  
ægris petebatur, consilii, parentum quorundam lacrymis  
periculosus, qui juellam illam sibi raptam miserabiliter  
lamentabantur. Rem itaque narrat Gregorio, ac, ut ab-  
ducta filia parentibus suis restitueretur, ejusdem operam et  
auctoritatem imploret. *Ibid.*

Cap. XVIII. — Laudat pietatem Gregorii atque illi se et  
peregrinum hominem commendat. 201

Cap. XIX. — Gregorii dotes celebrat, sequæ iterum illi  
commendat. *Ibid.*

Cap. XX. — Acceptis Gregorii litteris, quæ bona eum-  
dem valetudine frui nuntiabant, quanta inde lætitia affe-  
ctus fuerit ostendit, atque orat ut sit in scribendo pro-  
xior. 202

Cap. XXI. — Peregrinum hominem, natione Italianum, in  
Italiam revertentem, episcopis commendat, quo neces-  
sarium eidem viaticum, atque ad iter convalescentem adju-  
menta suppeditent. *Ibid.*

Cap. XXII. — Aredium abbatem, quem presentia non  
poterat, litteris se dicit convenire, ejusque se precibus  
studiose commendat. *Ibid.*

#### MISCELLANEOKUM LIBER SEKTUS. 203

Capitulum primum. — Sigiberti regis cum Brunichilde, Atha-  
nagilde filia, nuptias celebrat. Totius regni ortum ex hisce  
nuptiis lætissimum, regiamque in his celebrandis munificen-  
tiam declarat. 203

Cap. II. — Epithalamium cantum in Sigiberti et Bruni-  
childis nuptias; laudatque primum Sigiberti continentiam,  
dein inducit Cupidinem et Venerem, illam Sigiberti, hanc  
Brunichildis, in laudibus prædicantem inter se certantes  
Fœnesta tandem utrisque omittunt. 204

Cap. III. — Sigiberti virtutes ac laudes bellicas effert  
pluribus, ac Brunichildem onerantem ab Ariano errore ad  
salutem dogmatis veritatem conversam gratulatur. 205

Cap. IV. — Chariberti dotes omnimodas recenset atque  
extollit. 210

Cap. V. — Theodechildem reginam egregie laudat ob  
regii generis nobilitatem, ob comitatem ac liberalitatem  
in egenos, et in sacras sedes munificentiam. 213

Cap. VI. — Berthechildem, sive Berthildem, sanctimo-  
nialem feminam, ob pudicitiam commendat, ob liberalita-  
tem in egenos et captivos, ob despicentiam rerum cadu-  
carum. 214

Cap. VII. — Celesuinthas, Athanagildi filie, quæ Chil-  
perico nupserat, necem acerbam prosequitur hoc carmine,  
in quo et Gosiuinthæ, matris ejus, lacrymas, et aliorum in  
Celesuinthæ, funere dolorem ac questus acerbissimos de-  
scribit. 215

Cap. VIII. — Horti a Childberto rege olim coacti, quibus  
tum ab Ulrogotha, ejus conjuge, tenebatur, amoenitatem  
describit; inde occasionem sumit ad Childberti ipsius lau-  
des celebrandas. 226

Cap. IX. — Cum Fortunatus ad villam Cantum venisset,  
suam in comedendis pomis voracitatem lepide describit.  
*Ibid.*

Cap. X. — Fortunatus, cum Mellin venisset, illic li-  
torem, quo vehebatur, per injuriam sibi ablatum a regio  
coquo narrat fuisse, cujus formam et munus lepide descri-  
bit. Tum Sigiberti et ministrorum ejus, Gogouis et Pa-  
puli, humanitatem et munificentiam erga se com-  
memorat. 227

Cap. XI. — Suam in Dynamium absentem benevo-  
lentiam ac desiderium declarat, atque parem de se mo auriam,  
amicitiæ nomine ac jure, ab eodem efflagitat; postremo ut  
ad se redeat hortatur. 229

Cap. XII. — Media ætate Fortunatus venam sibi inci-  
dendam curaverat. Manu itaque impediri quoniam poe-  
mata conscribat, ad Dynamium conqueritur. Suam in eum-  
dem benevolentiam testatur pluribus. *Ibid.*

#### MISCELLANEOKUM LIBER SEPTIMUS. 231

Capitulum primum. — Gogoem laudat, ob ejus eloquentiam,  
munificentiam, prudentiam, æquabilitatem animi, pieta-  
tem ac formæ venustatem. Sigiberti regis in eodem sibi  
ministro seligendo judicium commendat. *Ibid.*

Cap. II. — Gogonis in se beneficia commemorat; eidem  
excusat quod ad cœnam invitatus non veniret. 234

Cap. III. — Gogoni se purgat Fortunatus, ad culpam  
quam sibi is ascribat in eundem rejicit, nihil tamen  
minus incolentem et integram amicitiæ gratiam manere  
ostendens. *Ibid.*

Cap. IV. — Nubes ac ventos rogat poeta quid agat Gogo,  
et ubinam locorum commoretur. Tum ipsi per eosdem  
mittit salutem. 235

Cap. V. — Bodegisilum ducem laudat ob eloquii suavi-  
tatem et gratiam, ob morum et indolis comitatem, ob ad-  
ministratas hæc, justitiam, innocentiam provinciis; tum alias  
ejusdem virtutes commendat. 237

Cap. VI. — Pallatinam, filiam Gallomagni, uxorem Go-  
degisili, laudat Fortunatus hoc poemate, et ejus egregiam  
formam, pari cum ingenio et eloquii suavitate conjunctam,  
commendat. 239

Cap. VII. — Laudat Lupum ducem: omnimodas virtutes  
ac dotes ejus recenset; ipsius in Sigibertum merita, Sig-  
bertique in eum benevolentiam declarat. 240

Cap. VIII. — Lætissimum quam ex palato sibi nuntio de in-  
tegra Lupi salute perceperat, hoc carmine Fortunatus de-  
clarat; tum ejusdem Lupi virtutes et egregias laudes  
complexitur. 243

Cap. IX. — Lupo gratias agit pro missis ad se litteris ac  
muneribus. Suam ab Italia discessum commemorat, ac  
conqueritur nullas interea a propinquis missas litteras  
ad se pervenisse, quorum in charitatem Lupum sibi succes-  
sisse dicit. 245

Cap. X. — Magniflum, Lupi fratrem, laudat ob juris  
prudentiam et in populis regendis æquitatem. Litterarum  
deinde brevitatem excusat. 246

Cap. XI. — Jovinum, provinciarum rectorem, arguit di-  
turali silentii ac in rescribendo tarditatis. Rogat ut,  
cum minus sibi liceat ejus frui presentia et aspectu, hoc sui  
desiderium, missis saltem litteris, leve ac soletur. 247

Cap. XII. — Vitæ humanæ brevitatem et inanitatem de-  
scribit: unam pietatem omnibus mortalibus rebus super-  
stitem esse, ac multo præstare affirmans. Læte Jovinum  
incusat, ac leniter persirgit, quod tam brevi vita, nihil  
ac litterarum mitteret, quas ab eo avidissime expectare  
significat. *Ibid.*

Cap. XIII. — Timide ac repugnantem se ad Felicem poe-  
tæ laude præstantem, sit accedere. Societatis lætiam,  
quæ interfuerat, conjunctione, ac communis patriæ neces-  
situdine fretus, eundem sequenti poemate interpellat. 250

Cap. XIV. — Se a Mummuleno in itinere hospitio ex-

ceptum fuisse narrat: Stomachi eroditatem, quam ex ciborum copia, et præcipue persicorum ponorum esu contraxerat, lepide describit. Mummulem ipsum egregie commendat. 251

CAP. XV. — Cum exspectaret Fortunatus ut a Berulfo ad prandium invitaretur, duplici interea se fame narrat laborasse. Ad extremum fausta pro ipso ac læta omnia facit. 252

CAP. XVI. — Condenem domesticam laudat ob honores quos virtute promeruerat, quosque gradatim sub diversis Austrasie regibus fuerat consecutus. 253

CAP. XVII. — Excusat litterarum brevitatem Fortunatus, ac suam in Gundarium benevolentiam vix ullam paginam esse parvam affirmat. Laudat deinde Gundarium. 254

CAP. XVIII. — Suam in Flavium sedulitatem ac in mittendis ad ipsum litteris diligentiam commemorat; tum eum amice incuscat quod nihil ad sese litterarum remittat, rogatque ut ad se rescribat. 255

CAP. XIX. — Flavi et Evodii fratrum germanam in eadem corporum similitudine charitatem et concordiam commendat, quibus se tertium additum esse affirmat, ac povcilt ut ad hunc amorem arctius vincendum vel litterarum colloquia accedant. 256

CAP. XX. — Suam in Sigismundum sollicitudinem declarat, petitque ut se de Italia ac Germaniæ rebus, cuiusmodi erant tunc faciat certiores. 257

CAP. XXI. — Acceptis Sigismundi et Aregisili fratrum litteris, quas fuerit lætitia affectus declarat, atque ex eorum in Gallias adventu fausta sibi omnia ominatur. *Ibid.*

CAP. XXII. — Regi et ejus ministris (inter quos erat Boso) incolumitatem ac faustitatem a Numine precatur, e florentis regni fortune augurans, Doozonem quoque ipsum diu felicem et incolamem futuram. 258

CAP. XXIII. — Paternum laudat ex nominis etymologia, et ejus in se liberalitatem commemorat. *Ibid.*

CAP. XXIV. — Occasione quarundam paropsidum argentearum, ac verborum isidem inscriptorum, Fortunatus integritatem ac puritatem animi ex illo opere ac materia legenti commendat. *Ibid.*

CAP. XXV. — Convivam ad domesticas ac vulgares epulas invitatum, laute exceperit fuisse ostendit. 259

CAP. XXVI. — Poetam quemdam a scribis curis ad convivii festivitatem invitat. *Ibid.*

CAP. XXVII. — Ex vitæ brevitate et infirmitate virtutes animi ac celestes delicias commendat. *Ibid.*

CAP. XXVIII. — A strepitu ac negotiis forensibus quemdam ad convivii jucunditatem ac securitatem invidit. *Ibid.*

CAP. XXIX. — Rogat convivam ut, litum ac jurgiorum depositis studiis, liberum ac tranquillam animam ad convivium afferat. *Ibid.*

CAP. XXX. — Invitat quemdam, ac flagitat ut quam magnanimitatem habet in rebus bellicis, eandem ad calices afferat. Convivium suum non tam ex cibis quam ex benevolentia commendat. 260

CAP. XXXI. — Galactorio comiti, se ceptus optasse narrat et navita feret, quo Burdegalam oceanus perveniret, illumque inviseret. Tum toti Galactorii domini fausta precatur, ipsam rogat ut se Burdegalensi pontifici commendet. *Ibid.*

#### MISCELLANEOUM LIBER OCTAVUS.

CAPUT PRIMUM. — Scribit Fortunatus ad poetas et oratores universim, et nominatim ad Christianos, de fortuna sua et conditione; tum, occasione data, Radegundem egregie laudat, cujus votis ac precibus in Gallia se narrat rennansisse; singulos invitat ad extremum quo pia carmina ac litteras mittant ad eandem Radegundem. *Ibid.*

CAP. II. — Instante die quo ad Germanum, Parisiensem ablititem, sibi erat proficiscendum, Radegundis amore refert se quodammodo hæsitare. Quamvis itaque a Radegunde corporaliter erat abscurus, animo semper tamen se presentem futurum affirmat. 265

CAP. III. — Hymnus de nativitate Domini. 261

CAP. IV. — De sancta Maria. 263

CAP. V. — Iterum de S. Maria. 266

CAP. VI. — In hoc poemate ad Agnetem abbatissam directo, celestium spirituum chori, aliorumque sanctorum cœtus et festa describuntur. Laudatur Radegundis. Christus inter sanctos virginitatem prædicans inducitur, ac quanto illi conjugio præmineat declaratur. 266

CAP. VII. — Valticia de Virginis partu edita percontat; atque alia item refert oracula ad Christum, fructum ventris ejus, spectantia; fusius deinde persequitur ejusdem virginis Deiparæ laudes, ac celestis in illam militiæ, ac totius naturæ obsequium describit. 276

CAP. VIII. — Virginitatem laudat, ac virginum in celo felicitatem et gloriam describit. Hinc virginis hortatur ad tuendam castimoniam sive animi sive corporis. 284

CAP. IX. — Sancturum in celo gloriam commemorat, ac

eorum, et in primis sanctissimæ Deiparæ suffragia adversus communis hostis insidias sibi præcatur. Postremo Naminis magnificentiam commendat. 283

CAP. X. — Radegundem laudat ob despectum mundum ac regnum, atque ejus pietati et laboribus parvam in celo mercedem futuram augurat. 286

CAP. XI. — Excusat se Radegundi, quod violas potius quam lilia ac rosas ad eandem muneri mittat. Ipsas violas commendat ex coloris odorisque præstantia, atque inde eandem, necnon Agnetem, ad virtutem excolendam hortatur. *Ibid.*

CAP. XII. — Post hiemem florigerum ver ait adventasse, et inde Radegundis et Agnetis in altaribus exornandis studium commendat, quorum speciem ac multiplicem varietatem festive et eleganter describit. 287

CAP. XIII. — Flores mittit ad Radegundem, muneri parvitate excusans; quorum occasione ad celestium rerum spem ac cogitationem eandem erigit. *Ibid.*

CAP. XIV. — Radegundem, cum in eo esset ut sese concluderet, suum in illam desiderium declarat. 288

CAP. XV. — Radegundem a suo recessu jam reversam, hoc carmine gratulatur. Eadem reduce, sibi omnia restituisse proficitur, totiusque anni uberitatem in ejusdem reditu sibi representatam fuisse. *Ibid.*

CAP. XVI. — Cum Fortunatus rure sibi laboraret, Leonem presbyterum a Gregorio Turonensi ad se narrat missum fuisse, a quo ad sacra Martini festa celebranda invitaretur. Egreditur eam describit, eamque refert, sudore orto cæsisse. *Ibid.*

CAP. XVII. — Fortunatus hoc in carmine Gregorii opem adversus grave incommodum, quod in monasterium, ut videtur, Pictaviense irruerant, implorat. 289

CAP. XVIII. — Fortunatus eandem rem quam superiori carmine Gregorio commendat, misso ad eum cum presbytero suo, ac rogat per beatam Radegundis vota ac memoriam, ut monasterii ejus afflictis rebus succurrat. *Ibid.*

CAP. XIX. — Scribit hoc poema Fortunatus sub Justino persona ac nomine, ea jure rogat Gregorium ut per ipsum patri commendetur, et avæ gratias referat, quod ea ad se advenisset. 290

CAP. XX. — Acceptis litteris a Gregorio, deque bona ejusdem valetudine certior factus, se imprimis lætatum declarat Fortunatus, sequæ eidem commendat. *Ibid.*

CAP. XXI. — Gregorii virtutem, celebritatem et pastoralis sollicitudinem laudat. 291

CAP. XXII. — Suam in Gregorium sedulitatem ac studium declarat, ejusque se precibus commendat. *Ibid.*

CAP. XXIII. — Ad eundem. *Ibid.*

CAP. XXIV. — Nullam faciendam tantam esse dicit, qua pares Gregorio pro ejus in se munificentia gratias agere possit. *Ibid.*

CAP. XXV. — Gratias agit Gregorio pro agro ad privatas sibi impensas collato. Agrum deinde ipsum describit. 292

CAP. XXVI. — Gratias item agit pro im, eusa sibi agelli parte; Gregorii munificentiam extollit. *Ibid.*

CAP. XXVII. — Suam in accipiendis Gregorii litteris lætitiā declarat. Missas ad se niveas pelles, quibus pro caligis uteretur gratulante memorat. *Ibid.*

MISCELLANEOUM LIBER NONUS.

CAPUT PRIMUM. — Brinnacensis synodi patres alloquitur postquam ab eis veniam ut sibi liceat de Chilperici laudibus dicere, quem omnimodis impense prosequitur elogiis. *Ibid.*

CAP. II. — Ad Chilpericum et Fredegundem de morte pœrorum carmen consolatorium. 296

CAP. III. — A specie veris ineuntis ac festorum paschaliū gaudiis Chilpericum et Fredegundem hortatur ut, omni mœrore deposito, ad læticitatem revertantur. 303

CAP. IV. — De morte Clodoberti, quem laudat, mortem ejus defendendam esse negans, ut qui parvus et innocens decesserit. *Ibid.*

CAP. V. — Epitaphium Dagoberti, a'lius Chilperici et Fredegundis filii, quem felicem prædicat quod vix baptizatus obierit. 304

CAP. VI. — Gregorio carmina mittit, spatium requirens adversus Sapphicos, quos pœcebat, pangendam. 305

CAP. VII. — Gregorio mittit versus Sapphicos. Missum ab eodem ad se libellum commemorat, quom se vix intellexisse proleitur. Postremo ipse suum libellum alloquitur, eique mandat ut ad Gregorium pergat. *Ibid.*

CAP. VIII. — Baudowaldum episcopum, clarum dignitatis gradu et studiorum cultura ac scientia, necnon pietate florentem, salutat, sequæ ejus precibus commendat. 307

CAP. IX. — Sidonium episcopum, Moguntinæ Ecclesiæ, suo jam pastore orbatæ, præfectum, gratulatur, ejus dotes commemorans. 309

CAP. X. — Raguemundo gratias agit, Radegundis ei

Aguetis nomine pro missa paropsile de Pario marmore, proque gemmis quas ad ornandam sanctam crucem monasterii Pictaviensis munere miserat.	509
CAP. XI. — Droctoveum abbatem, discipulum et imitatorum S. Germani Parisiensis, laudat.	510
CAP. XII. — Ad Farandum scribens, litteris se illum convenire dicit, quem presentia non poterat; rogat ut se regibus commendat, atque litteris rescribat.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIII. — Lupum et Waldonem diaconos amicissime salutatur, orans ut se regibus aliter commendent.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIV. — Martyrem Laurentium, qui vivus prodigiis et virtutibus inclaruerat, vel mortuorum populis opulari narrat; cojus in basilica extruenda excisam jam trabem ait excrevisse, indeque dempta frustra cæcorum oculis lumen reddidisse.	511
CAP. XV. — Ligneum quoddam ædificium, ob artificii præstantiam, nullo se narrat æneis ac lapideis ædibus anteferre. Sequitur ædificii descriptio.	512
CAP. XVI. — Chrodini ductis laudes.	<i>Ibid.</i>
MISCELLANEOBUM LIBER DECIMUS.	515
CAPUT PRIMUM. — Expositio Orationis Domini.	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — Ad Mummuleum epistola, vel ad salutarem virum.	522
CAP. III. — Alia.	523
CAP. IV. — Alia.	526
CAP. V. — De oratorio Artanensi.	528
CAP. VI. — De ecclesia Turonica.	<i>Ibid.</i>
CAP. VII. — Ad Childbertum regem et Brunichildem, de Natali sancti Martini pontificis Turonici.	531
CAP. VIII. — Ad eisdem.	533
CAP. IX. — Item ad Childbertum.	534
CAP. X. — De Navigio suo.	535
CAP. XI. — De oratorio Artanensi.	538
CAP. XII. — Versus super mensa in villa sancti Martini ante descriptores facti.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIII. — Pro puella a iudicibus capta ad Gregorium episcopum.	540
CAP. XIV. — Pro eadem re ad Romulphum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XV. — Pro eadem re ad Gallieum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVI. — Pro eadem re ad Florentinum.	541
CAP. XVII. — Ad episcopos in commendatione peregrini.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVIII. — De Platone episcopo.	542
CAP. XIX. — Ad Armentariam matrem Gregorii Turonensis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XX. — Sigoaldo pro comitatu ejus.	545
CAP. XXI. — Ad Sigoaldum comitem, quod pauperes pro rege paverit.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXII. — De prandio defensoris.	544
CAP. XXIII. — Ad Galactorium comitem.	545
MISCELLANEOBUM LIBER UNDECIMUS.	<i>Ibid.</i>
CAPUT PRIMUM. — Expositio symboli.	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — Ad Domnam Radegundem.	551
CAP. III. — Ad eandem de natalitio abbatissæ.	552
CAP. IV. — Ad eandem, ut vinum bibat.	<i>Ibid.</i>
CAP. V. — Ad abbatissam, de natali suo.	<i>Ibid.</i>
CAP. VI. — Ad eandem.	553
CAP. VII. — Ad eandem.	<i>Ibid.</i>
CAP. VIII. — Ad eandem.	554
CAP. IX. — Pro eulogiis transmissis.	<i>Ibid.</i>
CAP. X. — Pro eadem re.	555
CAP. XI. — De floribus.	<i>Ibid.</i>
CAP. XII. — Pro eulogiis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIII. — Pro castaneis.	556
CAP. XIV. — Pro lacte.	<i>Ibid.</i>
CAP. XV. — Aliud pro lacte.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVI. — Pro prandio.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVII. — De munere suo.	557
CAP. XVIII. — Pro prunellis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIX. — Pro aliis delicis et lacte.	<i>Ibid.</i>
CAP. XX. — Pro ovis et prunis.	558
CAP. XXI. — De absentia sua.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXII. — De convivio.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXIII. — De eadem re.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXIV. — De versibus.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXV. — De eadem re.	559
CAP. XXVI. — De munere suo.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXVII. — De itinere suo.	560
CAP. XXVIII. — Aliud de itinere suo.	561
CAP. XXIX. — Vota pro rege tempore consecrationis.	562

832.

DE VITA S. MARTINI LIBRI QUATUOR.	563
DE EXCIDIO THURINGIÆ.	427
LIBER PRIMUS. — Fortunatus excidium Thuringiæ describit sub persona ac nomine Radegundis, fratrem injuste occisum lugens Radegundes inducitur. Postremo hæc alloquitur librum, ac orat ut exsulibus propinquis salutem dicat.	<i>Ibid.</i>
LIBER SECUNDUS. — Hoc poema suum Fortunatus a gloria sanctæ Trinitatis aspiciat; tum Justinii imp. laudes prosequitur. Deinde Sophiam Augustam laudat, a qua partem dominicæ crucis dono missam Radegundi fuisse commemorat.	451
LIBER TERTIUS. — Radegundes dolorem suum exprimit pro Thuringiæ excidio ac gentis suæ clade; tum spem suam, quam in germano fratre et Hamelfredo patre suo positam habebat, una cum illis extinctam fuisse dicit, et eorum casum debet acerbissimo.	453

## VENANTII FORTUNATI OPERUM PARS SECUNDA.

In vitam S. Hilarii Pictaviensis præmonitio.	457
VITA S. HILARII.	459
VITA S. GERMANI PARIENSIS.	453
VITA S. ALBINI, ANDEGAVENTIS EPISCOPI.	479
VITA S. PATERNI, ABRINCENSIS EPISCOPI.	487
VITA S. RADEGUNDIS REGINÆ.	497
VITA S. AMANTII, ROTHOMENSIS EPISCOPI.	515
VITA S. REMIGII, RHEMENSIS EPISCOPI.	527
VITA S. MEDARDI, NOVIOMENSIS EPISCOPI.	533
VITA S. MARCELLI, PARIENSIS EPISCOPI.	541
VITA S. LEOBINI, CARNOTENSIS EPISCOPI.	549
VITA S. MAURILII, ANDEGAVENTIS EPISCOPI.	565
PASSIO SS. MM. DIONYSII, RUSFICI ET ELEUTHERI, QUI PASSI SUNT PARISIIS VII IDUS OCTOBRIS.	577
In expositionem symboli Fortunati.	583
EXPOSITIO FIDEI CATHOLICÆ.	585
VERSUS INEDITI.	591

## DEFENSOR.

Notitia historica.	595
SCINTILLARUM LIBER.	597
EVANTIUS ABBAS.	
EPISTOLA UNICA, contra eos qui sanguinem animalium immundum esse iudicant, et carnem mutam esse dicunt.	719

## SS. ARCULFUS ET ADAMANUS.

Notitia in S. Arculfum.	721
Notitia in S. Adamanum.	725
VITA S. COLUMBÆ, AUCTORE S. ADAMANO.	725
LIBER PRIMUS. — De prophetis revelationibus.	727
LIBER SECUNDUS. — De virtutum miraculis.	743
LIBER TERTIUS. — De angelicis apparitionibus, et de transitu S. Columbæ.	749
Mabilonii observationes in librum sequentem.	745
DE LOCIS SANCTIS, AUCTORE S. ADAMANO.	779
LIBER PRIMUS.	<i>Ibid.</i>
LIBER SECUNDUS.	795
LIBER TERTIUS.	907
CANONES ADAMANI.	815

## CRISCONIUS.

Notitia historica.	815
BREVIATIO CANONUM FULGENTII FERRANDI.	817
BREVIARIUM CANONICUM.	829
AUCTOR INCERTUS cognomine MAGISTER.	
REGULA AD MONACHOS.	945
Prologus Regule.	<i>Ibid.</i>
INCIPIT THEMA.	945
INCIPIT de Generibus, vel potius, de Actu et Vita monachorum in cœnobiiis.	951
INCIPIT Regula quadragesimalis.	1013

## ANONYMUS.

Observatio critica in Reg. lam sequentem.	1053
REGULA AD VIRGINES.	<i>Ibid.</i>
ALIUS ANONYMUS.	
SERMO DE DECEM VIRGINIBUS.	1071
VARIJ AUCTORES.	
MONUMENTA ECCLESIASTICA SÆCULORUM VII ET VIII QUAS INTERMEDIA.	1077